Concilios, en los quales la Religion Christiana fue augmentada y ensalçada, y Sant Gregorio los aprouò, y mandò que fuessen recebidos, diziendo: Assi como confiesso y reuerencio los quatro libros del Sancto Euangelio, assi confiesso y reuerecio los quatro Concilios. Estos abraço con toda mi anima, y guardo con muy entera approuacion, porque en estos como en vna piedra quadrada, se esfuerça y leuanta la obra de nuestra sancta fe, y en ellos cõsiste la obra, la regla y niuel de qualquiera vida y operacion commun. El quinto Concilio fue hecho en la ciudad de Bizancio, por mandado del Papa Vigilio, en el qual fue reprouado Theodoro, que como malo y peruerso que era, dezia, que Nuestra Señora la Virgen MARIA solamente auia parido hombre, y no hombre y Dios. Y en este Concilio fue decretado y determinado, que la gloriosa Virgen fuesse llamada Theotocos, es a saber, Madre de Dios. Y este Cõcilio (segun testifica Graciano) aprouò y recibio tambien Sant Gregorio con ygual veneracion. El sexto, se hizo a instancia del Emperador Constantino Quarto, en la ciudad de Bizancio, que es Constantinopla, y por mandado del Papa Agathon, en el qual se hallaron docientos Obispos y mas, y fue condenado en el Machario Antiocheno. Este Concilio aprouò tambien, y recibio de muy buena voluntad el Papa Adriano Primero deste nombre, con todos sus Canones y Decretos, como parece por la Distinction. 16. Deste sexto Concilio escriue assimismo Beda largamente, en el libro que escriuio delos Tiempos. Demas destos se hizieron otros muchos Concilios en otras partes, los quales pone Graciano [illegible] Decretos Canonicos con mucha [illegible] fue el prime[illegible]

Nouaciano, hombre vanaglori[illegible] dos sus secaces puros y limpios [illegible] los apostatas y renegados se co[illegible] mandassen perdon, no auian d[illegible] dersele, como si CHRISTO [illegible] ptor no vuiera declarado bien e[illegible] guno q haga penitencia se le ay[illegible] pues a S. Pedro, q̃ le negò tres v[illegible] uio enteramente en su gracia. M[illegible] lio, haziendo en la ciudad de R[illegible] de Prelados, pronunciô y decla[illegible] rege, y juntamente con el cond[illegible] otros sus compañeros q̃ seguian [illegible] manera (segun auemos dicho) fu[illegible] sador del primer schisma, cerca [illegible] de CCLV. Desto dà testimonio [illegible] criuiendo a Cornelio, dize: No[illegible] cioso de cosas nueuas, auarieuto [illegible] robar, hinchado, arrogante y sob[illegible] con todos los Obispos: curioso, [illegible] para engañar: nunca fiel, para a[illegible] miento para reboluer escandalo[illegible] stad, para anegar los nauios dela [illegible] quilidad y quietud: enemigo de [illegible] el mismo q̃ entre nosotros prim[illegible] cendimientos dela discordia y s[illegible] nueue años despues desto, se leu[illegible] affligiò mucho la Orden Sacerd[illegible] Ibytero de Alexandria, llamado [illegible] Emperador Constantino Magn[illegible] plador de vna mala secta y opini[illegible]

Del conuento de Carmelitas descalços de Valencia



D. MARTINI AZPILCVETÆ

NAVARRI

I.V.D. CELEBERRIMI,

Sacri Apostolicíq; Ord. Canon. Reg. S. Augustí.

Opera omnia

IN SEX TOMOS DISTINCTA.

Hac nouissima editione præter Allegationes marginales COMMENTARIIS X. Aucta non ante hac edita.

Omnibus vtriusque Iuris Professoribus, & Sacræ Theologiæ studiosis, apprime vtilia & necessaria.

Tomus Primus.

Quæ in singulis Tomis continentur, quinta pagina indicat.

CVM INDICIBVS, ET PRIVILEGIIS.

Venetijs, Apud Iuntas. 1602.

BIBLIOTECA

N del Conuento de Carmelitas descalços de Valencia



BIBLIOPOLA

CANDIDO LECTORI.

CVPIENTI mihi operibus Doctoris Nauarri, quę ab omnibus expetuntur, aliqua afferre commoda,& ornamenta, per quæ eorum ſtudioſo Lectori maior delectatio, & fructus accederet,viſum eſt conſultius fore, tria quę dam præſtare,quæ necdum ab vllo alio exhibita ſunt,quęq; commodis,atque vtilitati legentium magis inſeruirent.Primum itaque eſt,quòd Allegationes frequenter in his operibus inculcatas morari legentis animum audiebamus: ideo eas è textu ſuſtulimus, ac reponi in paginarum marginibus apte curauimus: Alterũ eſt, quòd tres Indices appoſuimus, nouo ſtudio,nouaq; cura elaboratos. Primo omnia capita, omnesq; Rubricę commonſtrantur, quæ ſingulorum Commentariorũ ſectionibus conueniunt. In altero collecta ſunt tum capita omnia iuris Canonici, ſimul Extrauag.atq; Bullarum,tum leges omnes iuris ciuilis,quæ noue docteque in Tomis quatuor explanantur. Tertius item nouus eſt ac vniuerſalis Index copioſiſſimus, & ad inueniendas omnes ſententias, verbaq; omnia exquiſite declarata ipſorum Tomorum accommodatiſſimus. Tertium eſt, idque maius a nobis præſtitum, quòd nouiter eiſdem operibus addidimus Commentaria aliquot eiuſdem Doctoris,quæ adhuc erudi tis viris ignota erant, & deſiderabantur, compertaq; iam-

pridem fuerunt induſtria nonnullorum operibus Nauarri huius addictorum, quę nondum edita fuerant. Ea viſum eſt nobis in lucem ad communem ſtudioſorum vtilitatē proferre. Siquidem ea ipſa utilia, immo neceſſaria cenſentur ad plenam capiēdam earum rerum cognitionem, quarum aliquid uel diminute, & parce, vel nullibi locorum horum operum ab ipſo Nauarro differitur. Nam in nouis hiſce opuſculis omnia, de quibus agit, ita diffuſe, diligenter, atque abſolute pertractat, ut nihil deſiderari ad eorundem notitiam amplius poſſit: ideoq; meritò Commentarij Reſolutorij ab eo inſcripti ſunt. Verum ijdem Commentarij qui ſint, ex eorum titulis dignoſces, qui in Indice operum Nauarri mox ſubſequēti ſigno alteriſci * prænotati ſunt; quos etiam apte ad ſua cuiuſque Tomi loca diſtribuimus, prout ipſorum materia poſtulabat. Adiecta eſt præterea ipſi Commentario cap. inter verba 11. quæſt. 3. pars eius extrema longe maior, nempe ſexta conclu. quæ deerat reliquis iam impreſſis: quæ ut amplior eſt cæteris, ita pars eſt huius Commentarij optima, atq; vtiliſſima. Quamuis autem iam omnia ipſius Nauarri opera typis noſtris diligentiſſimè excuderimus, eaq; à nobis percommodè in ſex diſtributa ſint Tomis, non tamen ſtudioſos ipſos, vt eos omnes ſimul, & unica vice emant, grauari volumus, ſed ad ipſorum commodum Manuale ipſum etiam ſolum, atque ſeiunctum, ſola quoque atque ſeiuncta conſiliorum volumina exhibere cuique volenti promittimus. Quamobrem ſicut nos in ſtudioſorum gratiam, & vtilitatem adhibemus induſtriam magnam, & impenſas, ita tu candide lector noſtram in ſtudioſos bonam agnoſce voluntatem, nec non curam noſtram omnem, qua exornare voluimus omnia Nauarri opera, eaque nouis Commentarijs augere, vt approbes, & commendes, vehementer opto, & oro. Vale.

INDEX

INDEX OPERVM

D. MARTINI AZPILCVETAE NAVARRI I.V.D. CELEBERRIMI,

SEX TOMIS CONTENTORVM.

*QVAE PRAENOTATA SIGNO * VIDES, SVNT EA IPSA quæ nouiter adiecimus, in nullo adhuc alio opere impressa.*

TOMVS PRIMVS.

*  ITA Auctoris scripta à Simone Magno Ramlotęo Belga.
Manuale siue Summa Confessariorum. pag. 1
De Vsuris. 633
* De Cambijs. 689
* De Simonia Mentali. 732
* De Furto notabili. 745
* De necessitate defendendi proximum ab Iniuria. 750
* De Homicidio casuali. 770

TOMVS SECVNDVS.

De Silentio in diuinis Officijs. pag. 1
Comment. in cap. inter verba. 12
* Eiusdem sexta Conclusio perfecta. 87
* De fama & infamia. 201
De Regularibus Commentarij quatuor. 206
De Alienatione rerum Eccles. 386
De Spolijs Clericorum. 397
De Reditibus beneficiorum Ecclesiasticorum. 468
Propugnaculum apologiæ libri de reditibus. 638
Cap. Humanæ aures. 668
* De incompatibilitate beneficiorum. 683
De finibus Humanorum actuum. 690

TOMVS TERTIVS.

De Pœnitentia in ſeptem diſtinctiones. pag.1
De Indulgentijs ſiue de Iobelæo. 472
* De Eleemoſyna. 595
De datis & promiſſis pro iuſtitia vel gratia obtinendis. 623
* De lege pœnali. 671

TOMVS QVARTVS.

De Oratione, & Horis Canonicis. 1
Miſcellanea de Oratione. 266
Comment.de Reſcriptis in cap.ſi quando, pag.395. & Cap. cum contingat. 464
Comment.in Rub.de Iudicijs. 510
Relect.in cap.nouit de Iudicijs. 560
Relect. Cap.Accepta, de reſtit.ſpoliat. 632
De Iudæis in cap.ita quorundam. 685

TOMI DVO.

Conſiliorum ſeu Reſponſorum cum Auctario plurimorum conſiliorum. Eaque omnia perdocto artificio diſpoſita ſub titulis iuris canonici, quibus congruebant, conſpicias.

SIMONIS MAGNI
RAMLOTAE BELGAE
IVR. VTR. DOCT.

Ad pium Lectorem Elegia.



Quanta ſit immoti, ſtabiliſque potentia veri,
Nos paſſim, Lector, pagina ſacra docet.
Quin etiam varios ἐμπείρια docta per vſus,
Quæ dici rerum certa magiſtra ſolet.
Nam ſolidum quamuis marmor conſumat, & æra
Longa dies, dura ſingula fauce terens,
Regna Semiramidis, Romana Palatia, Nili
Pyramides, Solymi fana ſuperba Dei,
Splendida Luculli, & radiantia tecta Neronis,
Mauſoli, & Triuiæ marmora rara Deæ:
Maius opus Verum, quod nec diſſoluere poſſunt
Secula, nec rauco flumina iacta ſono.
Non hoc confiſiunt Martis fera bella ferocis,
Nec caua lorato ſcuta gerenda ſinu,
Non galeæ, non haſta teres, gladiique micantes,
Spicula, tela, arcus, lancea, funda manus.
Per medias ſed fixa acies, mediosque tumultus,
Ἀλήθεια manet, fundit & vſque dolos,
Atque ſuis iugulat ſinuoſa ſophiſmata technis,
Quas ſtruit errorum perniciosa lues.
Scilicet accepto vt floreſcit vulnere virtus,
Sic magis hæc, fuerit ſi exagitata, micat.
Quod probat exemplo doctrina hoc tradita libro,
Quæ micat illato maſtige multo magis.
At contra, occaſu fallax doctrina perenni
Commentis proprijs ludificata ruit,
Haud ſecus ac validis mogalia pernia ventis,
Sarmento fragili ruſtica ſtructa cadunt.
Nil itaque eſt mirum, illuſtris ſi ſcripta NAVARRI
Præſtant, reperias vix quibus vtilius:
Nam pia de vultu conatur ſumpta Tonantis
Scribere, ab hoc ſolo præmia percupiens.
In quod non animum, legum ſed conſulit exta,
Quas natura tulit, Prodeus, atque Deus.

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL - PALENCIA -

VITA


DOCTOR NAVARRVS MARTINVS AB AZPILCVETA. CANONICVS REGVLARIS ORDINIS SANCTI AVGVSTINI
Insignis forma doctrina insignior vnus.
At superat summi cultus vtrumque Dei.

VITA
EXCELLENTISSIMI IVRIS MONARCHAE MARTINI AB AZPILCVETA DOCTORIS NAVARRI.

SIMONE MAGNO RAMLOTAEO BELGA I. V. Doctore, Auctore.

SI olim Pictores, & Statuarij præcellétes, qui ſtatuas & imagines, non animorũ, ſed corporũ ſimulachra, qui numiſmata, q̃ trophæa docta manu fabrefacta, priſcorũ memoriæ dicabant eorumq; præclare geſta ab obliuione vindicare pro ſua uirili ſatagebãt perennem nominis ſui memoriã ad Poſteros & nepotes ſuos tranſmittere ſe exiſtimabant. Si ſcriptores cũ Græci, tum Latini, ingenio & eloquentia præſtãtes, qui vitas Imperatorũ, virorumq; bellicæ laudis, aliave haud abſimili gloria clarorũ, uel omnino a religione noſtra abhorrentiũ, & nonnunquã condigno de teſtabilibis vitæ exitu dãmnatorũ (ne idem tumulus, qui corpus eorum contegeret, nomen ẽt obrueret) literarũ monumentis mandabant, & ſtilo ſeu orõne (quæ pictura ad id quod vult exprimendũ, & ueritatẽ oculis ſubijciendã longe eſt efficacior) illuſtrabant, atq; perpetuabant, ſummo ſemper in honore habiti ſunt. Potiore ſane, quidem iure ſuſpiciẽdos, maioreq; honore cohoneſtãdos ſemper cenſui eos, q̃ id officii uiris ſanctitatis, & eruditionis noĩe claris præſtandũ ſibi putarunt, ac ueræ uirtutis in eis relucentis memoriã, eorumq; uelut excellens quoddam archetypon, ad q̃ noſtras omnes actiones referamus, moreſq; & uitã componamus, Chriſtiano homine digna oratione, mortalium meduliis infigunt, uelutiq; inſculpũt Quid n. aut Ethnicis illis occaſura cũ ſæculo ſcriptorũ gloria profuit? aut quid poſteritas emolumenti tulit, legendo Hectorem, Scipionem, Marcellum, Fabium, Cæſarem, Alexandrum, Hannibalem, & id genus alios fortiter pugnantes? Aut Prometheum, Pythagoram, Xenophanem, Heraclitum, Empedoclem, Gorgiam, Epimachum, Parmenidem, Archytam, Zenonem, Democritum, Protagoram, Platonem, Ariſtotelem, Socratem, Diogenem, & alios eius furfuris Ethnicos philoſophantes? quandoquidem eos non modo imitari ſtultitia maxima, aut non acerrime etiã impugnare, ueſania ſit. Quippe, qui hanc uitam præſentib duntaxat actibus æſtimantes, ſpes ſuas fabulis, animas ſepulchris dedere, & dum perennẽ hominum memoriã ſectati ſunt, æternam vitam (quam non pugnando, aut philoſophando, ſed ſobrie, iuſte, ãc pie uiuendo quærere decebat) neglexere. Certe, ut qui aſſidue aliquid atrociter fieri legunt, uident, uel audiunt, etiamſi natura mitiſſimi ſunt, aſſiduitate moleſtia-

leſtiarum, ſenſum omnem humanitatis exuunt: ita, qui uirorum ſanctorum res geſtas aſſidue uoluunt, meditantur, ruminant, barbara & effræni feritate depoſita, humanitatem induunt: ideoque nil rerum omnium, quibus ad uirtutem, pietatem, Dei cultum & ſtudia incitamur, eſt, quod nos perinde excitet, ac ſi imitandi ij nobis proponantur, quibus ob ſingularem ſanctimoniæ eruditionisque opinionē ab omnibus plurimum tribuitur: qui nimirum uana illa Ethnicorum poſthabita nilitia, & philoſophia (quæ niſi in perpetuo erga ſummū Deum amore ſtudioque ſulciatur, inſipientia potius dicenda eſt) ad ueram legis diuinæ ſapientiam (cui cæteræ diſciplinæ ſuos faſces ſubmittere debent) & cœleſtis Imperatoris militiam ſeſe contulerunt. Cuius rei nequaquam inſcij Clemens D. Petri Apoſtolorum Principis diſcipulus, & Fabianus, ambo Pontific. Max. in numerum Sanctorum relati, indubitatæ fidei in diuerſas orbis plagas miſere notarios, qui martyrum ac uirorum ſanctitatis nota inſignium eximia facta ad cæterorum qui CHRISTI fidem profitebantur exemplum, fideliter deſcriberent. Nimirum ſanctorum uirorum, qui ſe totos diuino miniſterio dedicarunt, exemplis, uelut ſtimulis quibuſdam, ad eorum uirtutes imitandas incitamur, & (ſi magno Baſilio credimus) qui ſanctorum res geſtas ſedulò perluſtrat, optime ſuæ uitæ prouidet: Nam ut in arguendis malis, correptio cæterorum eſt, ita, conferunt non parum præclaris in genij geſta Sanctorum ob oculos poſita, quæ nobis ſubdunt tanquam calcar, & incitamenta quædam ad eorum quos laudari conſpicimus æmulationem. Et quidem exiſtimo Maiores noſtros, eas luculentas orationes quæ in uirorum illuſtrium funeribus, aut publicis triumphis habentur: Imagines denique, ac trophæa, quæ eorum conſecrantur memoriæ, non tam ipſorum laudes, & gloriam ſpectare, quam Poſteris conſequendæ uirtutis eorum, exempla præbere uoluiſſe. Sæpe audiui (inquit Saluſt.) Q. Maxim. Pub. Scipionem, Præterea, Ciuitatis noſtræ præclaros uiros ſolitos dicere, Quem Maiorum imagines intuerentur, uehementiſſime animum ſibi ad uirtutem accendi: ſcilicet, non materiam ipſam, neque figuram, tantam uim in ſeſe habere, ſed memoria rerum geſtarum eam flammam egregijs uiris creſcere, neque prius ſedari, quam uirtus eorum famam atque gloriam adæquauerit. Cum itaq; uitæ ſanctimonia uenerādi ſenis MARTINI AB AZPILCVETA DOCTORIS NAVARRI & virtutes, quaſi mercedem rerū præclare geſtarum, ab eruditis iure quodam repoſcerentur, ut in memoria hominū, tanquam in luce ponerentur, inque orbis totius, imò ſæculorum omnium theatrū producerentur: eique obſtrictus eſſem memoria beneficij ſempiterna: adeoque ex eius uita ſumma omnium mortalium admiratione digna, ſingularem utilitatem ad omnes uitæ noſtræ partes, functioneſq; permanare poſſe haud obſcure animaduerterem: Operæ ſane quidem precium putaui, ſi eam quam mihi, & fratri meo Ludouico Magno Rubefortenſi Decano, necnon clariſſimis nominis mei ſtudioſis uiris Antonio Ghenart Leodienſi Canonico, ſummo Theologo, & hæreticæ pra uitatis apud Eburones Inquiſitori: Ioanni Brictio Diui Dionyſij ibidem Decano, Franciſco Frapontio Leodio Iuriſconſulto celeberrimo, Illuſtriſſimique Principis Leodini Conſiliario: & D. Ioanni Ballano Andaginenſi, ſeu diui Huberti in Arduenna Priori, cognato meo, priuatim deſcripſeram: publico mortalium uſui cognoſcendam, imitandamque proponerem. Qua in re iſtam noſtri quoque rationem compendij duximus, ut non inanem ab hominibus memoriam, ſed æternum a Deo Opt. Maxim. præmium expectemus. Etſi namque, ipſi non ita uiximus, ut exemplo alijs eſſe poſſimus, dedimus tamen operam, ne is lateret, qui eſſet imitandus, & quale, quale talentum, quod Dominus nobis credidit, in communem conferimus utilitatem: quo nimirum uſuram exigenti, qui ſortem commiſit, ſi nihil aliud, certe conatum, ſedulitatem, & promptam animi uoluntatem uice fœnoris exhibere uideamur. Cæterum; quum totius uitæ ipſius curriculum adeo illuſtre ſit, ut ne ſi ipſe quidem Tullius ab inferis reſurgeret, uirtutes eius pro meritis, & dignitate poſſet explicare, neque ſim inſcius, me præcone balbutiente non egere,

re, aut à tám inſulſo pingi mereri artifice, mediocritatis meæ nequaquam ignarus: Vereor equidem, ne ſicut omnis materia, quãtumuis excelllens & pretioſa, ſi ab imperito artifice compoſita fuerit, non ſolum deformitatis, uerum etiam ruinæ dãna patitur, ita dum omnium mortalium uoce, ac prædicatione comprobata, omniũ populorum uno ore teſtata, mea oratione illuſtrare contendo: rebus clariſſimis caligi nem offundere uidear. Et quidem, quum tanti & humanam gloriam ſupergreſſi viri laudes oratione adæquare foret difficillimum, imitabor hac in parte Timãthem pictorem præcellentem, qui depingenda Iphigeniæ immolatione cũ paterni mæroris acerbitatem condignis nequiret exprimere affectibus, obuelauit eius caput, & ſuo cuique animo reliquit æſtimandum. Atqui ut gemmæ nitorem, ac ſplendorem effingit quidem, ſeu uerius, adumbrat Artifex, at natiuam illius nunquam imitatione aſſequitur: ſic etiam habet ſuam ἐνέργειαν virtus ac ueritas, quam nullum æquare poteſt artificium. Nihilominus tamen, ſi quantum ſplendor, & dignitas poſtulant, eius uirtutes oratione complexus, aut dicendo aſſequutus nequaquã fuero.

Vt deſint uires, tamen eſt laudanda uoluntas,
Hæc ego contentos arbitror eſſe Deos.

At inquies, utilius longe eſſe, hominum memoriæ, poſtquam anima naturæ ceſſit, laudem dare, quam uitæ, ut illo nimirum potiſſimum tempore uirtutum merita extollantur, quando nec laudanti adulatio nocet, nec laudatum tentat elatio. Laudandam quippe nauigantis fœlitatem, at quum portum attigerit: Laudandam Ducis inclyti, ac ſtrenui militis virtutem, at ubi perductus fuerit ad triumphum: Viuos uero interdum fortunam, ſæpe inuidiam fatigare. Viuos omnes Iuuoris uentos circumflare. Quinetiam ita comparatum apud mortales pleroſque, ut quemadmodũ nil mali beneuolentia in amico, ita nil boni in aduerſario uideat inuidia. Vtriuſq; nimirum affectum hyperbolen in uitijs, uirtutibuſque alienis facere. Et ut quædã ocularia ſpecilla grãdiora omnia quam reuera ſint, oculis noſtris exhibẽt, ita liuor, benignitaſque ubi ſemel animum occuparint. Ne laudaueris (inquit ſcriptura) hominem in uita ſua, quaſi dicat, lauda poſt mortem, magnifica poſt curſus conſummationem. Eqidem, uere fœlicẽ qui temporum mutationi, & humanæ uitæ Euripis, adeoque ſalutis ſuæ diſcrimini ſubiacet, dici poſſe neminem, nõ ignoto, ſed uiri eruditionis & ſanctimonię nomine percelebris, uereque mundo mortui, & licet adhuc ſuperſtitis, in cœlis tamen cum Deo ipſo, angeliſque ac ſanctis nunquam nõ uerſantis, ſanctiſſimam uitam ceu uirtutum omnium certiſſimam normam, ſi publicæ utilitati uelut leui penicillo, exprimo, dicam, an uerius adumbro? quis æquus rerum æſtimator factum non probauerit? præſertim, quum liberum ſit alterum laudare, de quo quicquid detrahas, neceſſe eſt, aut infirmitati, aut inuidiæ aſſignetur. Quid? quod ſcriptores præſtantiſſimi uirorum bellica uirtute, uel literarum ſplendore illuſtrium, non modo fato functorum, ſed & ſuperſtitum præclara & literarũ memoria digna corporis, uel animi facinora, atque elogia ſtudioſe deſcripſerunt. Et quidem magnus ille Iouius in huiuſmodi uirorum elogijs præſcribendis, & imaginum ſupellectile comparanda, per 30. amplius annos perpetua curioſitate incenſus, neque diligentiæ, neque ſumptui pepercit ulli, Vt uel hoc ſolo tanti uiri exemplo, mihi liceat iure optimo inſtituti mei ueniam deprecari. Teſtor uero Deum Opt. Max. & Sanctos eius, me nihil in gratiam, nil more blandientium dicturum, neque uelut, & quandam æſopicam cornicem, alienis plumis, fictiſve coloribus, aut aſcititijs Rhetorum fucis, eum adornaturum, ſed candido animo omnia pro ueritatis teſtimonio dicere, minoraque eſſe meritis eius, quem uelut Chriſtianæ pietatis noſtri ſeculi lumen, tota Vrbs, imò uero Orbis uniuerſus Chriſt pleno ore canit.

Porrò, ut unde conuenientiſſimum eſt, ſuum oratio noſtra ducat exordiũ. Natus eſt anno a partu Virgineo 1493. die D. Luciæ ſacro, Parente utroque Nauarro, ex illuſtri proſapia duorum Palatiorum Celtiberiæ, ſiue Nauarræ, quæ Solariega eius loci incola turba uocat: Azpilcueta uidelicet, & Iaureguizar ſiue Bazan, vnde Bazanes Caſtellani Magnates originem traxere. Ea longe ante Carolum

Iaureguizar

MAGNVM, Nauarreo Regno, naſcente, in ſaltu Pyrenæi montis, qua parte Vaſcones Celtas diuidit a Celtiberis, erecta in hũc diem nulla vllius damnatæ ſectæ labe cõtaminata, in accepta per D. SATVRNINVM B. PETRI diſcipulum fide Catholica, perſeuerant. Quorum quidem alterum alteri hoc ſolo nomine ſtat, q̃ eſt unum è duodecim, quæ memorato Regno ſurgenti regendo fuere deſtinata. Eorum domini a Catholica Maieſtate ante quinquennium perpetuis ſtipendijs, aliiſq; donarijs aucti, in Pyrenæi montis anguſtijs aduerſus hæreticos Gallos ſtare cæperunt. Alter nimirum Azpilcuetus Vicecomes Solinæ præfectus Roncilibus (genti omnium Celtiberorum ſuapte natura fortiſſimæ) ea in parte qua Nauarram a Bearnio diuidit. Alter uero, puta Iaureguizarus ſiue Bazanus ea in parte qua Vaſcones Celtas a Celtiberis ſeiungunt, in quamcũmque occaſionem, cum ſuæ domui confæderatis ad arma paratus.

Iaureguizarus

Poſſem hic in ſcenam proferre innumera, in quibus exaggerãdis & amplificãdis, veteres Ethnici plurimi erant, & a quibus fere huius generis orationum exordia ducebant, patriæ claritatem, quem etiam quidam ex illis primam partẽ fœlicitatis eſſe dixerunt, nobilitatem generis, opes, copias, bonaq; externa: Sed quum ex philoſophia etiam ethnica, didicerimus ea uix eſſe noſtra, canente poeta,

Et genus, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra uoco, &c.

Eaque demum ſit Chriſtiano digna nominis gloria, non ex ſtemmatis, aut fumoſis ſuperbiſque Maiorum imaginibus, ſed ex uita pie, ſancteque acta naſcitur, neque tam pulchrum ſit bene naſci, quam præclarum bene inſtitui: prudens ea omnia prætereo.

Inter ipſos uero Parentum Chriſtianiſſimorum amplexus & nutricũ blanditias, purum religionis Chriſtianæ ſuccum (qui qualis initio, ueluti q; a puero fuerit, permagni intereſt, vt enim in ſemente ſpes meſsis poſita eſt, ita totius reliquæ uitæ expectatio ab educatione pueritiæ pendet) imbibit: moxq; Chriſtianæ religionis rudimentis, & literis quãtum earũ ætas capax eſſe poterat, imbutus, poſtquã ingeniũ adoleuit, & ineuntis ætatulæ teneritatẽ robur adoleſcentiæ excepit, iis q̃ ſibi nomẽ ab humanitate aſciuerunt literis ſolidius eruditẽdus, Cõplutũ (quæ Caſtellæ nouæ Academia eſt) ſeſe contulit, ubi ætatis ſuæ floré philoſophiæ dedicauit. Tm̃ abeſt ut eũ abſtulerit noſtrorũ ſæculorum deprauata opinio, quibus nobilitas literarum ſplendore obſcuriorem ſeſe fieri exiſtimat. Non eum unquã rõnis inimica uoluptas, quæ adoleſcentibus maxime ſuis illecebris, & ficta recti ſpecie, pernicioſas inſidias tendere præcipuamq; æui partem ſibi uendicare ſolet, aut fucatus humanarũ rerũ ſplẽdor, a ſtudio uirtutis deduxit, adeoq; ipſi cum indignis homine docto uoluptatibus bellũ irreconciliabile καὶ πόλεμος ἀδιάλλακτος καὶ ἄσπονδος fuit. Cũcta namq; uoluptatũ genera ſummus ardor in ſtudia literarũ reſtinxerat, ut ab omni earũ rerum, quas aut natura tribuit, aut largitur fortuna, quaſque vulgo homines ac ſtudioſe appetunt, cupiditate remotus, in Dei unius amore atq; ſtudijs cõquieſceret. Itaq; factũ eſt, ut ipſe, qui uiuido ac perſpicaci pollebat ingenio, multis paraſangis æqualiũ ſtudiorũ cõmilitones anteuerterit, nullamq; liberaliũ artiũ reliquerit intactam: adeoq; Peripateticam Philoſophiam probẽ edidicerit. In hac tñ ueiut ad ſcopulos Sirẽneos (ut quidam aſſolent) ingenium ſuum ſenſim ad grauiora, & ſublimiora attollens, cõſeneſcere noluit, ſed ſacrarum literarum ſtudio animum adiecit. Quo quidem non extremis modo (q̃ aiunt) labijs, ſed pleniore, toto quadriennio deguſtato, Tholoſam Galliæ profectus, in iuriſprudentiæ portum ſeſe recepit. totũq; abdidit. Ita uero lectione aſsidua, meditatione diuturna, & indefeſſo ſtudio omnes totius Prudẽtiæ Canonicæ ac legalis partes abſoluit, ut nullũ nõ ſacrorum Canonum, legumq; angulum perluſtrarit nihil tam abditum, tam uariũ, tam latens, aut retruſum, q̃ ille non in numerato habuerit. In ſumma, ſic uniuerſam Iuriſprudentiã edidicit, imbibit, concoxit, uerſauit, meditatus eſt, ut illuſtrib. ſuperiorũ ſæculorũ iuris Antiſtitib. breui par redderetur. Itaq; Doctoris laurea, quã

autea

antea in celeberrima Tholosatum Academia magna cũ nommis sui gloria ius vtrũque interpretatus fuisset, Cathurci donatur. Tandem verò suasu Illustrissimi ac Reueren. D Francisci Nauarri Regio sanguine orti, Roncæuallis Prioris, Episcopi Ciuitatem tunc electi, ac postmodum ad Archiepiscopatum Valentinum euecti, cognati sui, Gallias non parum opum, & gloriæ sibi promittentes, reliquit: inque sacri ordinis Roncæuallis militiam (quæ nulli vnquam de sanguine infecto prognato patuit) cooptatus est. Nec multo post, Salmanticam veteris Castellæ Ciuitatem, florentissimo literarum emporio percelebrem, D. Franciscum Nauarrum comitatus, proficiscitur. Vbi Decretorum, & primæ tandem functionis Cathedras summo omnium applausu (ceu quoddam præcellentis suæ eruditionis, & laborum in Palęstra literaria olim exantlatorum trophæum) cæteris candidatis competitoribus nequicquam concurrentibus ac competentibus, obtinuit. Cumque ibi annos circiter XIIII. Gymnasiæ munus masculo pectore obijsset, a Sereniſſimo Lusitanorum Rege Ioanne eius nominis III. vso in id Diui Caroli V. & Augustæ Regiæ sororis, quin & D. Francisci Nauarri opera, in Conimbricam Lusitaniæ, confirmandæ Academiæ recens ibi id temporis erectæ causa, excitus fuit, mille aureorum annuorum Mineruali constituto: quod postquam biſſenos aut circiter annos primariæ functionis in iure Pontificio Cathedram rexisset, etiam rude donatus (iubilatum vulgus dicit) dum maneret vita, mereret. Itaque, licèt ægrè, iucundam, perpetuamque nominis sui memoriam Salmanticensibus relinquens, Conimbricam emigrauit. Tandem vero vbi totos XVI. annos magna omnium admiratione, Iuris oracula interpretatus fuisset, inque Lusitaniam, vti antea in Salmanticam, solidam ac perutilem Iuris sapientiam inuexisset, Comitatus dignitate ac rude donatum, Conimbrica excedentem, vtraque Castella, & Nauarra gratulabundæ benigniſſimè exceperunt, eiusque opera ac consilijs gratuitis XII. circiter annis sunt vsæ. Vbi sorori germanæ Regis, incomparabili Principi Lusitaniæ Ioannæ Austriacæ, eiusque ex sorore Nepotibus Bohemiæ Principibus, non solùm titulis auitis, ac patrijs, sed etiam propria indole virtutum, animorum, corporumque glorioſiſſimis, a sacra delictorum expiatione fuit. Sub id tempus, Regis Catholici Philippi huius nominis II. iussu gemino, Illustrissimi Archipræsulis Toletani Bartholomæi Carrancæ Hispaniarum Primatis, causam defendendam susceperit, & tandem, ex vltimis earundem finibus, nempe Vlyssipone, eius rei ergo penè tunc octogenarius in Vrbem venit, vbi, vt & antea Pinciæ in Hispanijs, quanta fide, cura, studio, iuuenili labore, & Reipublicæ Christ. Zelo, solam Dei iustissimi omnium Iudicum Iudicis gloriam spectans, eam hactenus propugnarit, nouit is cui animorum nostrorum sensus & intima consilia patent. Nec mora, vrbem ingressus, in sacrũ summæ Pœnitentiariæ Prætorium ab Illustrissimo & Reuerendissimo Cardinali Borromæo summo id temporis Pœnitentiario, cooptatus est. Vbi quantum doctrina & auctoritate valeat, argumento esse potest, quod pridem Illustrissimus Cardinalis Franciscus Alciatus, Magno illi Andreæ Alciato, vt natura, ita virtutibus, ac ingenij dotibus, quàm simillimus, summus tunc Propœnitentiarius, quum sanctum virum aduersa valetudine conflictatum, qua est humanitate & beneuolentia inuisisset, ingenuè, me audiente dixerit, Absente Nauarro, sacrum Pœnitentiariæ Prætorium viris sane quidem omni disciplinarum genere clarissimis ornatum, ἀκέφαλον esse, adeoque Illustrissimum illud prætorium ab eo ob diuinam scientiam, ferè pendere vniuersum. Cæterum, vitæ ipsius scenam qua etiam nunc octogenarius, & ætatis exactæ, capularisque senex, dum priscam illam patrum vetustorum simplicitatem, ac sanctimoniam nobis repræsentat, totam vrbem, imò verò orbem in sui admirationem rapit, velut in quadam breui tabella depingemus.

Magnus ille Aurelius Augustinus, vt interim Ethnicorum studia indefessa, ac perpetuam in literis venationem præteream, quum iam septuagenarius esset, non minus operosè exercuisse, dicitur diuinarum literarum studia,

quàm iuuenis media ætate fecerat: ſcripſit itaque plura, quàm quiſquam legerit, ſi verus eſt eius diſcipulus Poſſidonius. Is decipi eum opinione credidit, qui omnia, quæ ipſe ſcripſit, arbitretur ſeſe legiſſe. Origenis ſena millia librorum legiſſe ſe Diuus Hieronymus ſcribit, nec tamen tam longæuus ab opere, & ſtudio ceſſauit vnquam, tantique ingenij fuit & doctrinæ, vt ſeptem amanuenſes ſeu notarij ſibi inuicem ſuccedentes, vix ei ſufficerent Librarios habuit totidem, & puellas apprime eruditas: quos omnes ingenij copia & vbertate effuſa, defatigabat. Fuit præterea omniſcij illius Diui Thomæ Aquinatis lectio adeo diligens, & penſiculata, vt nec in proximo ſtantes viderent oculi, neque interpellantium vocem audirent aures. Enimuero corporei ſenſus, vt animo adeſſent, ſuum quiſque officium relinquere, aut certè relicti præſtare non potuerunt. Eximia quidem hæc, & omnia æuo memoranda, ſed quæ ſanctiſſimi ſenis, ſi non ſuperare, certè adæquare ſtudia poſſe planè crediderim. Is adhuc ætate iuuenis, ſed mente canus, ne quid obſtreperent affectus, cœleſtem molienti vitam, voluptatibus cunctis bellum indixit, inedia, vigilijs, & incredibili vitæ auſteritate rebellantem carnem ſpiritui ſeruire ſollicite docebat: tempus omne ſtudijs & orationibus partiebatur, bonam etiam noctium partem his operis addens. Minima portio dabatur ſomno, minor cibo, nulla otio. Cum vero etiam totos ſexaginta, & amplius annos in Iuriſpendentiæ meditatione ſudaſſet, tantum abeſt, vt extremo ſenio iam confectus, de ſtudio quicquam remiſerit, vt etiam in dies augeret: nimirum aſſiduis, magnisq; laboribus ad omnem patientiam, ab ineunte ætate corpus ita firmauit, & ad omnes labores callum obduxit, vt nullum non laborem iuuenili robore ſuſtineat, nullamque horam, quid dico horam? imò ne momentum quidem a ſpiritali profectu vacuum abire ſinat. Fortis quidem & inuictus miles, poſtquam luculenta ſui animi, ſuæque virtutis ſigna dedit, multis præliorum laboribus, ac periculis perfunctus, mulusque victorius potitus, ſi non vacationem militiæ, & excuſationem ætatis, at certè laborum remiſſionem ab Imperatore impetrat. Beatus verò hic ſenex tantum abeſt, vt extremo ſenio confectus, & rude donatus, ſtudium imminuat, vt etiam illud adaugeat. Memini, dum in acerbam febrim iampridem incidiſſet, eumque medicus, & nominis ipſius ſtudioſi viri graues deprecarentur, vt iam in tam longæua ætate conſtitutus, velut receptui canens, a diuturna illa auſteræ vitæ ratione, vix homini iuueni, athletico, & bene firme perferenda, abſtineret: rationem valetudinis haberet: maioreque in otio quod ſupereſſet vitæ, exigeret: Memini, inquam, audire eius reſponſum, haud abſimile cuidam non tam Ethnico Philoſopho, quàm Chriſtiano Theologo digniſſimo Diogenis reſponſo. Is admonenti vt iam ſenex quieſceret a laboribus. Quid, inquit, ſi in ſtadio currerem, an oporteret iam metæ vicinum curſum remittere, an magis intendere? Rectè nimirum ſentiens, Virtutis ſtudium hoc magis intendendum, quo minus ſupereſt vitæ: quòd turpe ſit ab honeſto inſtituto re frigeſcere. Temporis verò (cuius vnius honeſta auaritia eſt, cuiusque iactura, nullam maiorem eſſe, ſolitus erat dicere Zeno Stoicus) obſeruatiorem vidi neminem habebat nimirũ pectori inſculptum illud Theophraſticum, πολυτελὲς ἀνάλωμα: ἐστὶν ὁ χρόνος, ſeu, pretioſa impenſa tempus. Porrò, ſomno tantum indulget, quantum ad perferendos diei labores ſat putat. Neque vero in plumis, & molli Sardanapali ſtrato requieſcit, ſed in duro lectulo, quem luctum verius dicere poſſis, vbi nimirum iacentis ſuſpiria, & gemitus, non ronchi exaudiuntur. Horas non amplius quinque dat ſomno. Tum nos (nam toto iam quadriennio, quæ diuina & eius benignitas eſt, ſtudiorum ipſius & conuictus particeps ſum) experrecti, antelucana oratione, & ſtudijs auroram expectamus, quibus 4. aut 5. horis inſiſtimus. Tandem in ædem ſacram aut ſacellum, quod Sanctiſſimi D. N. permiſſu domi ſuæ habet, prodiens, Deo Opt. Max. immolat, diuinaque exoluit officia. Quibus peractis, ad intermiſſa ſtudia in prandium vſque ſeſe componit. Atqui, quum in ſummis delicijs, & maxima rerum affluentia viuere, eſcæ lautioris illecebras, & gulæ irritamenta ſectari poſſit, menſa tamen illi ſimplex & frugi eſt, vt qui Frugalitatem, temperantiã,

ac

ac ſobrietatem uirtutum omnium matrem dicere ſit ſolitus. Semper autem lectione aliqua ſacra cibum ſuum condit. Poſt epulas, grauis aliquis ſermo, aut de ſtudiis, aut de officijs uitæ, ſtatuque Religionis ac Reipub. Chriſt. doctiſſime ſimul ac prudentiſſime inducitur. Quo finito penſum precum (quas ob nullas unquam occupationes, aut morbos niſi ſemel ac iterum a medicis compulſus, & conclamatus, totis 70. annis, quibus eas recitat, prętermiſit) perſoluere, ac pauliſper quieſcere ſolet, non tam vt dormiat, quam ut ſe ſe colligat, & uegetior ad ſtudia protinus redeat. Nec mora, (niſi ad negotia ſeria euocetur, aut ab aduentantibus, & eum conſulentibus interpelletur, interpellatur autem ſæpiſſime) ad intermiſſa ſtudia in cœnam vſque, quæ prandio ſimilis eſt, ſeſe comparat. Porrò, ſalutatores, & ſalutationibus officij cauſa indulgẽtes amicos, χρονοφαρους vocare ſolitus eſt. Sub cœnam oratio ni cum ſuis domeſticis ſe dat. A cœna (honeſto aliquo colloquio ſpiritu prius recreato) itidem facit. Tum demum in cubile ſe recipit. Nunquam tamen ſomnum init, niſi lectione aliqua ſacra fatigato ſomnus tandem obrepat. Hæc illa eſt ſtudiorum ſancti uiri diſpenſatio. A qua quam ſimus plerique omnes alieni, argumento eſt, quod ſi uel ſecunda hora nos legentes repererit, oſcitamus manu faciem defricantes, continemus ſtomachum, capitis uertigo nos infeſtat, & quaſi poſt multũ laborem, rebus Iudicris & profanis animũ laxamus. Ipſe uero lectione aſſidua, & meditatione diuturna, pectus ſuum fecit bibliothecam Iuris: tantaque fœlicitate omnes totius eruditionis, & Encyclopediæ partes cõiunxit, ut quæ uix ſingula reperias in aliis, in eo mireris uniuerſa. Teſtantur id, præter cætera, prędara ingenij ipſius monimenta, eruditorum ac piorum omnium iudicio Reip. Chriſt. utiliſſima: ac in ijs quidem Enchiridion ſeu Mannale Confeſſariorum, & pœnitentium, quod lingua Luſitana primum compoſitum, ac impr idem Caſtellano ſermone donatum, poſtremo, auctum locupletatum, & recognitum, quam plurimis utriuſque Heſperiæ magni nominis uiris, erudita pietate claris, auctoritate Pontificia Illuſtribus, quinetiã prima ac ſuprema dignitate Illuſtriſſimis efflagitantib. in Latio latinitate donauit. Licet autem rei dignitatem non parum uerborum augeat, aureſque ſimul & mẽtes neſcio qua ſuauitate, perfundat elegantia: ipſe tamen etſi politioris literaturæ callentiſſimus, propter ſimpliciores quoſque, multum in deiiciendo ſermone, & laconica breuitate laborans, non elaborata (terſa tamen) uerborum oratione, plauſuque populari, qui ſolet imperitorum aures demulcere, panibus uitam, non ſiliquis ſuſtentandam ratus, ſua opera, & (mea quidem ſententia) prudenter deſcripſit; ne que enim de numero eorum eſt, qui ſe operæ precium feciſſe putant, ſi inuolucra quædam compegerint. quæ Oedipo cõiectore, & natatore Delio (ut de ſcriptis Heracliti dixit Socrates) indigeant, quibuſq; Gordij nodus, labyrinthus Dedali, ſphyngis ænigmata, numeri Platonici, Lycophronis ænebræ, & Saliorũ verſus ſuis ſacerdotib. uix bene intellectis, comparari nequeant. Et certe ſi alterutrum deſerendum ſit, multo malim, ſine orationis nitore, cognitionem rerum, quam ſine rerum intelligentia, inanem uolubilitatem linguæ. Quis uero æquus rerum æſtimator, diuini illius hominis dicam, an beatiſſimi cœlorum indigetis, Thomæ Aquinatis, indiſertam ſapientiam inæruditæ multorum loquacitati infinitis partibus non anteponat? quamuis ſi quis hæc utraq; coniũgere conetur, quis vſq; eo iniquus futurus eſt, vt eius induſtriam contemnendam potius, q̃ commendandã exiſtimet? Cæterũ, locupleriſſimã bibliothecã, & theſaurũ pretioſiſſimũ rerum omnium ad functiones quotidianas, & animorum noſtrorũ ſalutẽ neceſſariũ habere ſe nouerit, quiſquis hoc unum Nauarri Enchiridion habebit. Ipſe namq; uelut ſedula apicula, per amæniſſimos diſciplinarum omnium hortos circumuolitans, ex unoquoq; quod eſt eximium, aranęæ ſua uenena relinquens, ad illius mellificium iam totos 60. annos congeſſit. Neq; uero ſilentio prætermittendũ, commentarium, ſeu (ut aiunt) lecturam ipſum ordinariam, omni iuga eaque recondita eruditione refertam, ſuper uniuerſo iure Pontificio, multis uigiliis, & locubrationibus cõpoſuiſſe, quam ut Orbi Chriſt. vtiſſimam fore non dubito, ita per ſacra Canonum Placita eum rogo, ne illam cum

inuidiosis blatris, & inertinus tineis diutius pugnare sinat, tantum bonum Reipub. Christ inuideat: Quin potius, prima quaque opportunitate oblata, eorũ faucibꝰ eripiam, fideli typorũ memoriæ committat, & publicet. Illud uero eximium, atq; omni æuo memorabile, qđ tantus ipsi annorũ numerus, nihil de iudicio, nil de memoria (qua secundum rõnem nil dedit Deus homini ad eruditionem præstantius, nil utilius, nil aptius, vt quæ est thesaurus disciplinarum omniũ, artiumque studio & labore quæsitarũ custos fidelissima, & Iurisconsulto apprime necessaria) nil etiã de cæteris animi potentijs abstulerit. Mithridates Rex Ponti fertur duabus, & viginti diuersis nationibus quibus imperabat, sua cuique lingua ius dicere solitus, & pro cõcione singulas sine interprete affari. Cyrus etiam Persarum Medorumque Rex, qui immensos ductauit exercitus, omnibus militibus nomen reddidit. Quin & L. Scipio quod æque mirum videri possit, populo Romano. Superfuit, & Cæsari Dictatori id doni, qui scribere, & legere uno temporee, dictareque, & audire sit solitus. Epistolas magni ponderis quaternas pariter dictabat, aut si nõ aliud egisset, septenas. Præclara hæc equidem, & omni ætate memorabilia, sed quæ sanctissimi uiri memoriæ, ac polytropiæ conferre, nil aliud sit, quam scarabeũ aquilæ, uel culiceni elephãti exæquare. Quis enim author, quem ille non in promptu habeat? Quis angulus sacrorũ canonum, ac legum (ut interim sacræ Theologiæ, historiæ, antiquitatis, adeoque artium omnio, quæ uel humano ingenio repertæ, uel diuino beneficio nobis concessæ sunt, exactam cognitionem præteream) quem non accurate perlustrarit? Quid tam abditum? Quid tam uariũ, quod ille non in numerato habeat? Quis sic uniuersam Iurisprudentiã edidicit, imbibit, concoxit, versauit, meditatus est? An uero non præclarius, non modo myriadibus Canonũ, & legum, sed & §§. versic. & glo. tam digesta, & tam præsente memoria sua nomina reddere Doctorumq; abditissima quæq; dogmata adamussim callere, ut si quadam in tabella, aut prænitenti speculo intentis oculis ea omnia contemplaretur? Et quidem, quum omnes pene uirtutes corporis mirentur in senibus, & exundante in eis humore frigido, seu pigra quadam effœti corporis hebetudine, uigor quoq; hebetetur animorum, rarosq; eius ætatis uidere liceat non χρονολήρους, ætateque desipientes, seu deliros, ac corpore male affectos (quæ res cõtrito uetustate prouerbio locũ fecit Bis Pueri Senes) dum hic podagra; ille chiragra: iste lippitudine, alius spasmo, fistula, hernia, phtisi, polipo, paralysi, tussi, alius delirio, mẽtisq; alienatione, & id genus alijs sexcẽtis animi, corporisve morbis infestatur: prosperrima tñ ipse fruitur valetudine. Non capitis, non stomachi infestatur doloribus, pedes imprimunt stabilia certaq; vestigia: Auditur ei penetrabilis: oculi etsi diuturnis laboribus ac uigiliis caligantes, suo etiã nunc fungũtur officio: uox sonora, corpus solidũ, vires cum ætate ita dissentientes, ut senis uirtus in ipsa senectute senescere nequaquã uideatur. Non memoriæ tenacitatem, ut in plerisq; cernimus, exacta senecta dissoluit, non calidi acumen ingenii frigidus sanguis obtundit: non deniq; tremula manus per curuos chartæ tramites errantẽ stilũ ducit. In summa, adolescentiã in extrema ætate, octogenario supra primum iam ætatis circulo reuoluto, uerè beatus senex metitur. Nimirũ ipse cibi, ac potus parcissimus, omnesq; uoluptatis illecebras, certissima vitæ humanæ venena, aspernatus, per continentiam, & laborem vitam transigens, ieiunio (quod pro ludo semper habuit) ceu muro quodam aheneo, corpus animumque suum a duersus eiusmodi monstra acerrimè tutatus est. Nunc uero de abstinentiæ, & continentiæ adeoq; totius uitæ suæ integerrimæ amaro semine, fructus dulcissimos metit. *Crassa, & obesa corpora q̃ crescendi mensurã, impleuerint, nisi protinus ablatione sanguinis minuãtur, in paralysim & pessima morborum genera erũpere, ac degenerare*, tradit in Aphorismis Hipocrates *ideoque necessariã eis demptionẽ esse, ut rursum habeant in quo possint crescere. Non enim in uno statu manere naturam corporũ posse, sed aut crescere semper, aut decrescere nec uiuere animam, nisi crescendi capax sit*. Et certe, quotusquisq; quæso mortalium est, q vel trigesimo ętatis circulo euoluto, vi morborũ pressus, sese sanguine nõ minuerit? Rara auis in terris, nigroq; simillima Cygno. Hic uero senex, ita prudẽter, ita graui-

uiter,

uiter, ita sobrie, oēm uitæ suæ cursum instituit: ut ad hunc vsque 8[illegible]. ætatis suæ circulum, numquā sese sanguine minui curauerit. Verum enimuero quum omniū rerum pietas in Deum sit fundamentum, cūctarumq; scientiarum infirma sit Gloria, in perpetuo erga summum Deum amore, studioq; fulciatur, adeoq; ipsa Iuris prudentia nostra si rota profana sit, uix suū tueri nomē satis possit; Operæpreciū fuerit, eius sanctimoniā eruditioni coniunctam, obiter describere. Multos sane quidē videre est ætatis nostræ excellentes uiros, una quapiam uirtute excellēti, & eximia insignes: In quibus uero omnes omnino uirtutem oēm uim suā expresserint, præter hunc cognoui perpaucos. Et quidem animus eius ab omni humanarū rerum cura solutus, in unius Deo amore cōquiescit Quæcunq; gerit, ea uelut in illius oculis se se gerere arbitratur (vsurpata persæpe hac vulgari sentētia Hispana. *Aqui esta Dios delante, que nos oye, y nos uee.*) Itaq; viuit, ut semper extremū diē, & nouissima sua cogitet. Nunquā in illius ore, nisi CHRISTVS, nunquam in illius corde, nisi pietas, nisi pax, nisi misericordia inest, nihil unquā in eo sensi, quod sanctum uirū non deceret, ut non hominem, sed angelum quendam humana inter mortales versantē specie putes. Ecquem uero uon moueant, uehementerq; afficiant, quotidianæ illæ exhortationes, quibus nullam officij partem prætermittens, ad Regnum Dei appetendum, & quærendum, verborum quasi facibus admotis, vnumquemque accendit? At uero si uictus continentiam inspiciamus, cibi, & potus parcissimus est, mero nunquam, dilutissimo, eoque permodico semper utitur Illud etiam cum primis memoratu dignum, quod Quadragesima superiore dies totos ieiunij ducens, studijsq; ac orationibus transigens, ipse octogenarius ante solis occasum cibo aut potu corpus suum non reficiebat: nimirum saturatus CHRISTO, & studiorum oblectatione, non sentiebat esuriem: deliciasque sæculi aspernans, delicijs spiritus perfruebatur. Quid uero humiilitatem uere columbinam, & cultum eius sine cultu deprædicem? Equidem ipse omnem sæculi pompam pro purgamento habens, vanaque ducens uniuersa, ut CHRISTVM lucrifaciat, ornatum quem pleriq; gerunt in corpore, ipse in mente gestat. Vestes sumptuosas, nitentes gemmas, latas porticus, aurata laquearia, postes auro argentove radiantes, parietes immundis simijs, frendentibus leonibus, biformibus centauris, satyris capripedibus, cornigeris faunis, maculosis tygridibus, sphyngibus tricorporibus, chimeris flammiuomi, innnmeris denique diuersissimarum formarum monstris ac spectaculis, mirifice quidem diuitum oculos pascentibus, sed pauperum aluum famelicam defraudantibus, miserorumque pœnis, & damnatorum labore luxuriantes, uarietatem supellectibilis, opulentiam, dignitates, honores, aliaque id genus vanitatis atque elationis seminaria, ac malorum irritamen, quæ suspiciunt mortales, tanquam lethifera uitæ uenena, in primis fugienda ducit. Idem semper ei habitus, neglecta mundities, & inculta vestis, in qua nullus omnino nitor, aut fastus, sed castigatæ potius humilitatis, modestiæ & Christianæ simplicitatis (quæ crescentibus opibus Ecclesiæ, magnopere decreuit) significatio, mentisque candidæ indicium, ac sæculi contemptus reluceat. Arbitratur nimirum beatus senex, indumentorum splendorem hunc, cultumque corporis nimis accuratum, & plus quam Regium luxum, uiris pręsertim sacratis nequaquam conuenire, nisi forte ijs quib. nulla excellens uirtus auctoritatem uendicet, aut uenerationem, ut quod propria luce non possunt, externo fulgore oculos vulgi perstringant. At in quo uniuersæ honestatis, & modestiæ, uereque ταπειφροσύνης καὶ πραότητος eluceat species, maior certe gloria est, & hominū admiratio ex veste vulgari. Nimirum ut pulchritudo corporis, apta compositione membrorum, mouet oculos & delectat, hoc ipso quod inter se omnes partes cū quodam lepore cōsentiunt, sic hoc decorum, quod elucet in uita, mouet, & ceu magnes quidam, allicit approbationem eorum, quibus cum uiuitur, ordine & constantia, moderationque omnium dictorum, atque factorum.

Licet autem seueram, & castam domi disciplinam seruet, non eam tamen tetricam, sed conditam liberali quadam comitare, vrbanitate, & gratissima morū festiui

tate.

uitate. Dubium ut mihi ſit, an admirabilis in eo doctrina humanitati, an humanitas eximia doctrinæ, an utraque ſanctitati concedat. Pauperibus (quibus ſe magis inuidere, quam purpuratis Regibus dicere ſolitus eſt) eleemoſynam manu propria diſtribuere gaudet. Quod olim (ne reprehendendum putes) Diuus Hieronymus Paulino præcepit.

Pauperibus (inquiens) & fratribus refrigeria ſumptuum manu propria diſtribue, rara in hominibus fides, non credis uerum eſſe quod dico? cogita tuda loculos. Nulli autem (Diui Iobi inſtar) unquam petentium ſtipem, & charitatis officia denegare ſolitus eſt, uixque unquam buccellam unam edit, quin partem ſuæ cœnę pauperi reſeruet, & quos aduerſa ualetudine, uel egeſtate premi intelligit, in dies cibo numiſve ſubleuet, ut quod olim Cicero Cæſari adſcripſit, id non abs re ipſi a nobis tribui poſſit. Nullam de uirtutibus eius, nec admirabiliorem, nec gratiorem miſericordia eſſe. Et certe quam in egenos quoslibet beneuolo ſit animo, uel hoc unum argumento eſſe poteſt, quod ipſe pridem inſigni pietatis Chriſtianæ exemplo, ijs ſuſcipiendis in ſolo ſuo natali xenodichium Diuæ ſuæ tutelari Luciæ Syracoſiæ (cuius dies feſtus naſcenti ipſi primus illuxit) ſacrum inſtaurauit. Venio nunc ad animi ipſius libertatem, & conſtantiam, qua tanta eſt, ut nil unquam in dicenda ſententia aut metui, aut gratiæ det, nunquam ad cuiuſquam nutum, aut uoluntatem, orationem ſuam aut ſcripta accommodet, nihilque prius aut antiquius ueritate habeat: non inflecti gratia, non perfringi potentia, non adulterari pecunia poteſt. Tanta uero eſt ei prudentia ætatis diuturnitate collecta, tanta rebus in proſperis moderatio, inque aduerſis animi magnitudo, ut ſecundis nunquam efferatur reb aduerſis ſemper ædificetur: tantum abeſt, ut deprimatur. Idem ei uultus in omni re, eadem in omni caſu mens eſt: Omnibus fortunæ telis ſpretis, præter unam culpam, & peccatum, nihil pertimeſcens. Quam uero ἀφιλόδοξος ac non ambitioſus ſit, uel illud unum abunde magno poteſt eſſe argumento, quod non ſemel in Hiſpanijs, alijſque Regnis, ampliſſimas dignitates, & officia ſibi ultro oblata, caducis mundi huius immundi honoribus otium literarium, & pacatam animi quietem præferens, conſtantiſſimè renuerit. Sed quid opus tantis? Equidem ut ſatietatem longæ orationis effugiam (nam ſi omnes eius uirtutes narrare uelim, modum excedam uoluminis) id unum dicam, cum tam ſancte uiueret, tamq; grauiter diſponeret uitam ſuã, ut non modo criminis expers, ſed ab omni etiam illius ſuſpicione ſit alienus, adeoque de eo ſiniſtri quicquam ne fingi quidem poſſit: dum nimirum fingere quiſquã ueretur, quod a nullo putat eſſe credendum. Nihilominus tamen, quum Pius V. (qui Reipub. Chriſt. commoda ac Religionis negotia ſi quis unquam Pontif. Max. priuatis ſemper habuit antiquiora & potiora, cuiuſq; uiuit expers ſepulchri gloria immortaliſque memoria) meritis tanti uiri, & fama excitus, honore pilei coccinei ipſum exornare decreuiſſet: inſurrexere homines maleuoli, & alienæ felicitatis impatientes, qui ut olim θεανθρώπου illius Ieſu Chriſti acta, & uitam innocentiſſimã Hebræi Pontifices infamare ueriti non fuerunt, licet ueritate non potuerint, uirum tamen ſanctum calumnijs & uanis confictis rumoribus, lacerarint tantum abeſt, ut cano capiti aſſurrexerint, & uenerandi ſenis perſonam (ut certe multis nominib. debuerant) honorarint. Eo nimirum Ingenio plerique omnes mortales ſunt, ut magis eos celebritas famæ, ad maleuolentiam, quam uirtus ad amorem inducat.

Vſque adeo penſi, ac ſancti nihil impia ducit
Inuidia, & cæco mens prauа agitata furore.

Atqui horũ ille rabiem (crudelem eum eſſe exiſtimas, qui famam ſuã negligit) etſi aduerſus obtrectatorum libidinem pugnaret meriti magnitudo, & per omnes uitæ partes ſanctiſſime acta uita, (quæ hactenus nil aliud fuit quam diuturnũ perpetuumque martyrium) epiſtola apologetica, commentario quem de finibus humanorum actuũ ſcripſit, adiuncta refrenauit. Tandem uero hiſce uirtutibus, & incredibilis eruditionis fulgore, ſic inclaruit apud uniuerſos Nauarri nominis celebritas, ut uiuens ea perfruatur gloria, quam poſt fata, & cineres mortaliũ pauciſſimi

mi assequuntur; ac non modò ametur, sed colatur, spectetur, sed plausum ferat ab omnibus. Nimirum habet hoc illustris & excellens virtus; vt species eius & pulchritudo, etiam in hoste posita, amoris nescio quos igniculos accendens, & quosdam honestæ cupiditatis aculeos inijciens, delectet, inque suum possessorem certatim omnium studia & ora conuertat. Tantum, inquam, illi famæ & auctoritatis peperit vitæ integritas, & eruditionis splendor, vt nominis ipsius celebritate ac fama adducti viri Principes plerique, ac in his illustriss. Cardinales Ioan Ricius Politianus, & Iulius Antonius Sanctorius Sanseuerinas, importunè apud eum contenderint, vt se manu excellentis alicuius artificis ad viuum effingi permitteret in numerum virorum Illustrium (quorum ipsi simulachra studiosè conquirunt, sua illis Musæa adornantes) referendum. Verum enim verò, id aliquam vel superbiæ, vel gentilitatis notam præseferre contendens longeque satius ad posteros præclara animi, quam corporis simulachra transmittere ducens (sunt enim animi lineamenta pulchriora quam corporis) vt suo id accedente calculo fieret, nunquam adduci potuit. Cuius rei haud ignarus Antonius Lanfrerius Burgundio, excellentem quendam artificem Philippum Soyum Eburonem induxit, qui corporis ipsius effigiem clanculum, dum Deo Opt Max. immolaret, docta sua manu exprimeret, quæ passim prostat & circunfertur, hoc addito districho.

Insignis forma, doctrina insignior, unus,
At superat Summi cultus vtrumque Dei.

Nimirum fugientem laus & gloria, vel inuitum sequitur. Tantus vero Vrbi, & orbi nominis ipsius splendor illuxit, vt ad eum ex omnibus pene totius orbis regionibus, ceu ad quoddam Apollinis Pithij templum, certissimumque iuris oraculum, illiusque vnicum huius sæculi decus & ornamentum, certatim concurratur, si quid vel obscurum, vel dubium, vel controuersum, emergat: tamque parata est eruditionis vis, & potestas, vt & vnus, & senex tot argumentis sufficiat. Licet autem animis hominum innata quædam opinio sit, vt duntaxat operam suam in eis ponant, quæ commodum & fructus sint allatura, frigidæque esse soleant nostræ actiones, quum nullo accendimur præmio: ipse tamen B. Iuonis & Anargyrorum Cosmæ & Damiani instar, omnibus prodesse cupiens, omnibus nationibus, omni sexui, omni ætati operas suas gratuitas accommodat, & vitæ huius commodis perpetuam summi Dei gloriam anteponendam ratus, nil habet antiquius, quam talentum sibi a Deo creditum, in communem conferre vtilitatem: non ignarus, Fructum ingenij & virtutis, omnisque præstantiæ, tum maximum capi, quum in proximum quemque confertur, omneque bonum tanto diuinius esse, quanto fuerit communius. Quumque totum penè illud genus hominum, qui ex alienis litibus victitant, quæstusque sibi ex aliena stultitia colligunt, rationum suarum proram, & puppim in pecunia constituere soleat, eiusque oculos auri argentique splendor ita perstringat, vt pulchritudinem virtutis, veritatemque ipsam intueri nullo pacto possit: aureo hamo anguillas putres crumenimulgum illud hominum genus piscari rato, præcipua cura est, vt falsa atque inani bonorum specie reiecta, ad veram solidamque fœlicitatem, quæ in ipso Deo posita est, expedito cursu contendat. Non ipsius mens oppressa præmio, non lingua adstricta mercede: sola ei charitas pro præmio est, sola ei veritas ob oculos versatur. Cumque iure optimo studiorum, ac responsorum suorum mercedem a se consulentibus (vt cæteri assolent) exigere posset: ipse tamen præter oracula & responsa doctissima, operasque suas gratuitas (quas nulli non promiscuè impendit) quam plurimis etiam nummos elargitur; nonnunquam subridendo a me perquirens, an ea mihi æqua laborum suorum merces videretur? Cui ego, mercedem se laborum suorum ac eleemosynarum, si non in hoc, certè in futuro sæculo & cœlesti Solio, ad quod totis sensibus anhelabat, ab omnium bonorum assertore, malorumque æquissimo vindice Deo, cumulatissimam accepturum. Porro, de tangentibus animarum salutem, etsi versatissimus in omnibus, etiam verbo cunctanter respondere solitus est. Manu vero propria responsum vllum refragante conscientia

tia, non firmaret, etiam si vniuersum orbem sese lucrifacturum duceret. Hic deplorare lubet, execrandam, fœdamque nostræ tempestatis Iurisconsult. & Aduocatorum ab huius anargyri vitæ instituto planè alienam auri famem, qui si dolosi spes resulserit nummi (vt dixit Satyrographus) per fas, nefasque, Iurene an ininria, viderit Aristarchus quispiam, lactantes vana spe clientes, & calumnias Innocentiæ, ac Iustitiæ struentes, causas quaslibet defendendas suscipiunt. Quibus vtinam γνῶμη illa Apostolica in mentem veniat. Quid prodest homini si totum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur?

Multis hic illustribus testimonijs Nauarrei nominis gloriam confirmare possem. Et quidem eius testes sunt præcipui Hispaniæ, & Lusitaniæ Doctores, ac Præsules. & in his eius discipulus, Didacus a Leyua, seu Couarruias Episcopus Segobiensis, alterum Hispaniarum decus, earumq; Illustrissimus Præses, seu Iurisprefectus, vt Cæsarei, & Pontificij Iuris callentissimus, ita populo acceptissimus, qui præter cæteros Nauarro eruditionem suam omnem, quin & eam ad quam euectus est, dignitatem, literis nuper ad eum datis, quas legere memini, ingenuè acceptam refert. Testis locupletissima est Hispania, testis Gallia, testis Lusitania, ac nunc demum Italia ipsa, adeoque orbis totius caput, cœlique vicaria Roma. Quid dico Roma? imò vero summus CHRISTI D. N. Vicarius vrbisque & orbis Episcopus Grego. XIII. cuius de Nauarro præclarum isthic referre non alienum duxi elogium. Is paulo antequam ad celsissimum dignitatis inter Mortales solium maxima Principũ Patrum consensione eueheretur, quum ego ipse ei Apologiam illius de Reditib. ecclesiast obtulissem; Lubens (inquit) munus hoc literarium suscipio, siquidem D. Doctoris Nauarri inconcussam, sanctamq; & è Iuris penetralibus depromptam esse doctrinam non addubito, eoque nomine veneror & amplector: præsertim quum ea eruditione, sanctitate, vitæque integritate sit D. Nauarrus, vt non nisi sancta & pia scribere, certò animum inducam; ac non modò scribere, verumetiam quæ scribit, vitã ac moribus exprimere, æqualem verbis vitam agere, optareque vt cæteri in sortem Domini vocati se imitentur O Singulare Sanctissimi D N. de diuino homine iudicium. Quis vero dubitet, quin quantum ingenio, eruditione, consilio, pietateque valet, tantundem nunc apud eundem in nauis Petri specula locatum, auctoritate valeat & gratia? neque enim ipse in amplissimo dignitatis culmine diuinitus constitutus, cuiates sint homines, quibusve terris, aut regionibus oriundi, at quibus moribus, quo ingenio, qua virtute præditi sint, scisciatari, totumque in vna virtute constituere solet. Purpurati præterea ordinis Patres omnes, Episcopi, cæteriq; Primates, Senatus etiam P Q R. eruditionis ipsius ac virtutum admiratione succensi, eius amore & studio incredibili flagrant, cum consulunt, atq; suscipiunt. In summa, fatentur omnes, se qui sanctitatis, fidei, doctrinæ, religionis, charitatisque illustrius præ se ferret exemplum, vidisse neminem. Et certè, quum totus sit probitas, totus candor, totus humilitas, nihilque præter Christum, ædificationem proximi, & literas cogitet: ferreus planè sit, & omnis humanitatis expers, qui non illum amore complectatur, colat, veneretur. Quid autem de ea, quæ supremæ proxima est dignitate, velut iure ei debita, sperent, augurentur, & compitatim prædicent homines nil opus est commemorare. Ipse vero ab auiditate gloriæ, & omni ostentatione plane alienus, tantæ ætati caducis honoribus onerari indecens ratus, solam præ oculis gloriam æternam, & omni fœlicitate circumfluentem habet beatitudinem. Qua nos summus ille Imperator, quum velut milites suos, ex hac statione, & rerum humanarum teterrima caligine euocarit, donare dignetur. Amen.

INDEX

INDEX CAPITVM
ET CVIVSQVE CAPITIS
RVBRICARVM,
Quæ in quatuor Tomis continentur.

IN PRIMO TOMO.

MANVALE, seu SVMMA CONFESSARIORVM, continet decem præludia, & 27. capita. capita vero & numeri norantur secundum veterem, & nouam editionem. pag. 1.

Præludium I tractat de animæ nostræ essentia, & dignitate. 2

Præl. I I. de animæ potentijs, quatenus est vegetatiua, & sentiens. 7

Præl. III. de potentijs, animæ, quatenus est rationalis siue intellectiua. 7

Præl. IIII. de fine vltimo, beatitudine, & miseria æterna. 14

Præl. V. de aiæ passionibus, & habitibus. 21

Præl. VI. de actib. animæ humanis. 25

Præl. VII. de meritis & demeritis. 26

Præl VIII de peccato originali & actuali. 31

Præl. IX. de peccato mortali & veniali. 33

Præl. X. de pœnitentiæ sacramento, & eius partibus 36

Cap. I. tractat de contritione, prima parte sacramenti pœnitentiæ. 38

Cap. II. de confessione, secunda parte pœnitentiæ 52

Cap. III. de satisfactione, tertia parte pœnitentiæ. 55

Cap. IIII de potestate, scientia, & bonitate confessarij. 62

Cap. V. de interrogationibus pœnitentis, & qua prudentia faciendæ. 65

Cap. VI. de peccatorum circunstantijs. 66.

Cap. VII de conseruanda fama proximi in confessione. 75

Cap. VIII de sigillo confessionis. 77

Cap. IX. In quib. casib. confessio iterãda 82

Cap. X. quomodo confessarius excipiet confitentem 87

Cap. X I. de primo præcepto decalogi de colendo Deo. 90

De præcepto de diligendo Deum quod nõ est Decalogi 91

Contra præceptum de diligendo Deum, vt peccatur. 96

De præcepto de credendo in Deum quod non est Decalogi. 97

Contra præceptum de credendo in Deum, vt peccatur. 97

De præcept. de colendo siue honorando Deum, quod est primum decalogi. 99

Circa hoc præceptum qũo peccatur 101

Cap. XII. De secundo pcepto decalogi de non assumẽdo nomẽ Dei in vanũ. 106

De eodemmet præcepto quatenus cõtinet non male vouendum, & bene votum bene adimplendum. 113

Modi vsitatiores, qb. peccat circa votã 117

De irritatione, commutatione, dispensatione, & ratificatione votorum. 127

Quod super voto dispensare, aut illud commutare valeat. 131

De eodem secundo præcepto quo ad blasphemiam. 135

Cap. XIII. De tertio præcepto seruandi festa, 137

Modi pecccandi vsitatiores contra hoc præceptum. 139

Cap. XIIII. De quarto præcepto honorandi patrem & matrem. 143

De peccatis filiorum contra parentes. 147

De peccatis parentum erga filios. 146

De peccatis coniugũ cõtra hoc pceptũ. 150

De peccatis Dominorum erga seruos, & econtra. 151

Qui peccant contra quartum præceptum quatenus extenditur ad honorandum proximum. 152

Quid restituet aię proximi bona lędẽs 162

Cap. XV De quinto præcepto Decalogi non occides. 163

Quis peccet mortaliter contra hoc præceptum. 165

Ad

INTELECTUAL - BIBLIOTECA

Index Capitum.

Ad quid teneatur qui alium occidit aut percutit. 172
Cap. XVI. De ſexto præcepto nō mœchaberis. 174
Quis hoc præceptum frangat. 177
Quid reſtituere oporteat qui rem habuit cū virg. vel ea quæ putatur virgo. 182
Concubinarius quis nō debet abſolui. 184
De coniugum luxuriæ peccatis. 185
De muliere fingente ſe habere filium. 191
Cap. XVII. De ſeptimo præcepto decalogi Non furtum facies. 193
Reſtitutio quid. 197
Quis reſtituere teneatur. 199
Quid reſtituendum 203
Vbi reſtitutio facienda. 212
Quomodo reſtituendum. 213
Quis ordo in reſtitutione ſeruandus. 213
Quando eſt reſtituendum. 216
De impediente bonum alienum. 221
Quæ cauſæ nō reſtituentem excuſant. 225
De fructibus beneficiorū male impēſis. 231
Qui peccēt cōtra hoc ſeptimū pceptū. 232
De participantibus in damno dato. 243
De peccatis patrū circa bona filiorum. 246
De peccatis mariti & vxoris contra ſeptimum præceptum. 249
De peccatis filiorū circa bona paterna. 250
De peccatis falſariorum. 253
De peccatis circa inuenta. 255
De peccatis circa contractus, & primo circa depoſitum. 255
De peccatis circa commodatum. 257
De peccatis circa locata & conducta. 258
De peccatis circa iura & tributa Regia & publica. 262
De peccatis circa pignora 264
De peccato vſuræ circa mutua. 265
Qui peccāt peccatū vſuræ circa mutua. 271
De vſura in pactis de retrouendendo. 279
De vſura in ſocietate. 280
De vſuræ participantibus, & eam non reſtituentibus. 283
De vſura circa cambia. 288
Cap. XVIII. De octauo præcepto decalogi Non ſis falſus teſtis. 299
De detractione ſiue murmuratione. 303
Fama quo reſtituatur. 309
De detectione ſiue reuelatione ſecreti. 313
Cap. XIX De nono præcepto Non cōcupiſces vxorem proximi tui. 317
Cap. XX De decimo præcepto non concupiſces rem proximi tui, & præſertim de ludo. 318
De conſilijs euangelicis. 323
Cap. XXI. De quinque præceptis Eccleſiaſticis principalibus, & primo de miſſa audienda feſtis diebus. 324
De ſecūdo pcepto eccleſię, de ieiunādo 329
De tertio præcepto eccleſiæ, de ſoluendis decimis. 335
De quarto præcepto eccleſiæ de ſemel in anno confitendo. 337
De quinto præcepto eccleſiæ de communicando in Paſchate. 339
Cap. XXII. De ſeptem Sacramentis eccleſiæ in genere 344
De ſacramento baptiſmi. 346
De ſacramento confirmationis. 348
De ſacramento Euchariſtiæ. 349
De ſacramento pœnitentiæ. 350
De ſacramento extremæ vnctionis. 350
De ſacramento ordinis. 352
De ſacramento matrimonij. 354
De impedimētis matrimonij in genere. 359
De impedimentis dirimentibus erroris perſonæ, & conditionis. 360
De impedimentis dirimentibus voti, & cognationis ſpiritualis 361
De impedimento cognationis carnalis. 362
De impedimento cognationis legalis. 363
De impedimento criminis aut delicti. 364
De impedimēto dirimēte infidelitatis. 364
De impedimento dirimente violentiæ, vel metus. 365
De impedimento dirimente ordinis. 366
De impedimento dirimente ſecundarum nuptiarum. 367
De impedimento iuſtitiæ publicæ honeſtatis. 368
De impedimēto dirimente impotētiæ. 369
De impedimentis impedientibus, & ſic dirimentibus, & primo de impedimento conditionis. 369
De impedimento interdicti, & feriarū. 371
De impedimento ſponſalium & cathechiſmo. 373
De impedimento voti ſimplicis iuramenti & conſuetudinis. 374
De impedimentis reliquis non dirimentibus. 374
De benedictione nuptiarum. 378
Diſpenſare ſuper impedimentis matrimonij quis poſſit 379
Cap. XXIII. De ſuperbia & ſeptem peccatis capitalibus. 382
De ſuperbia Regina omnium vitiorū. 383
De vanagloria. 385

De

Index Capitum.

De inobedientia. 390
Quæ lex humana obligat ad mortale. 393
De auaritia ſecundo vitio capitali, & filiabus eius. 399
De filiabus auaritię duritia cordis & inquietudine mentis. 402
De emptione, & venditione, dolo & fraude filiabus auaritiæ. 402
De ſimonia quæ per ſpeciem emptionis & venditionis cognata eſt auaritiæ. 408
Definitio ſimoniæ. 409
Diuiſio ſimoniæ, & quid mentalis. 414
Simonia conuentionalis quid. 416
Simonia realis quid. 418
De Luxuria tertio vitio capitali & eius filiabus. 430
De Ira quarto vitio capitali, & eius filiabus 431
De Inuidia quinto vitio capitali, & eius filiabus. 432
De Gula ſexto vitio capitali, & eius filiabus. 433
De Acidia ſeptimo vitio capitali, & eius filiabus. 434
De peccato in Spiritu Sancto. 435
Cap. XXIIII. De quinque ſenſibus exterioribus, & de operib⁹ miſericordiæ. 436
De correctione fraterna. 440
De defenſione proximi, quando ſit neceſſaria. 441
Cap. XXV De peccatis diuerſorum ſtatuũ, & primum Regum. 447
De peccatis iudicis ſuperiorem agnoſcentis. 451
De peccatis aduocatorum, & procuratorum. 456
De peccatis accuſatoris, & denunciatoris, & cuſtodis. 457
De peccatis rei accuſati, & inquiſiti. 459
De peccatis teſtium. 459
De peccatis notariorum, & tabellionũ. 462
De peccatis magiſtrorum, & doctorũ. 463
De peccatis ſcholaſticorum. 464
De peccatis chirurgi, & medici. 465
De peccatis executoris reſtitutoris, curatoris, & hoſpitalarij. 467
De peccatis clericorũ quo ad ordines. 469
De peccatis clericorũ quoad beneficia. 486
De peccatis concionatorum 497
De peccatis coniugatorum. 498
Cap, XXVI. Confeſſarius erga confeſſum quomodo ſi gerere debeat. 498
De pœnitentia imponenda. 502
Confeſſarius quomodo ſe geret cum pœnitenti in articulo mortis. 506
Admonitio pro volente teſtari. 509
Cap. XXVII. De Cenſuris Eccleſiaſticis ex communicatione ſuſpenſione interdicto, & de irregularitate, eccleſiæ pollutione, & de caſibus reſeruatis, & de quibuſdam miſcellaneis ad confeſſiones plurimum pertinentibus. 511
Qui poteſt excommunicare. 513
De cauſa, & forma excommunicandi. 515
Quis poſſit excommunicari, & quis in excommunicatione non includetur. 516
Quid operatur excõmunicatio maior. 518
De excommunicatione minore, & participatione cum excommunicato 520
De abſolutione excommunicationis, & a quo fieri poteſt. 524
De excommunicationibus a iure latis, & primum de reſeruatis Papæ per bullam cœnæ. 527
De excommunicationibus reſeruatis Papæ non contentis in bulla cœnæ. 543
Quæ manus iniectiones in clericum non excommunicant. 544
Quos excommunicatos a canone ſi quis ſuadente abſoluit Epiſcopus. 546
De excommunicationibus reſeruatis Epiſcopis, vel Papæ partim illis partim neutris. 554
De excommunicationibus nemini reſeruatis in decreto, & decretalibus. 555
Excommunicationes ſexti decretal. nulli reſeruatæ. 558
Excommunicationes Clementinarum nulli reſeruatæ. 564
De ſuſpenſione quid & quotuplex. 572
Quis cur, & quomodo poteſt ſuſpendere, & ſuſpendi, & abſolui, & quæ pœna contrauenientis. 575
Interdictum quid, & quotuplex. 578
Quis, cur, & quomodo poteſt interdicere, & interdici. 580
Quę prohibeantur interdicto, & tempore interdicti 580
De ceſſatione a diuinis. 586
De irregularitate, & de eius multiplicitate, & regulis generalibus. 587
De prima ſpecie irregularitatis ex bigamia. 589
De ſecunda ſpecie irregularitatis ex defectu corporali. 590
De tertia ſpecie irregularitatis ex aliquo defectu animæ. 593
De quarta ſpecie irregularitatis ex homicidio

cidio iusto ob defectum perfectæ lenitatis. 593
De quinta specie irregularitatis ex homicidio iniusto. 599
De dispensatione irregularitatis. 606
De irregularitate delicti accipiēdi, aut exercendi male ordines. 609
De irregularitate ex delicto violandi censuras celebrando. 610
De irregularitate ex delicto iterandi baptismum. 611
De irregularitate ex delicti notorietate. 611
De sex casibus, quibus ecclesia pro polluta habetur. 616
De casibus reseruatis. 617
Miscellaneum primum de præsentatione confessariorum Religiosorum 622
Miscellaneum secundum de quibusdam regulis confessariorum 623
Miscellaneum tertium de scientia, credulitate, opinione, dubitatione & scrupulo. 629
Miscellaneum quartum de cōscientia. 629
Miscellaneum quintū de causis, ex quibus fit conscientia nimis scrupulosa. 630
Miscellaneum sextum, quæ opinio deligenda. 630

COMMENTARIVS RESOLVTORIVS
De Vsuris in Cap. si fœneraueris 14. q. 3. continet 22. notabilia. pag. 633.
Primum, & tria sequentia Notabilia docēt summam capitis, nomen vsuræ, materiam, & creditum duplex. ibid.
Quintum, & consequentia tria, tradunt vsuræ definitionem, & diuisionem, malitiam, & frequentiam. 635
Nonum, & tria sequentia, vsuræ quæ aptior definitio, q̄ requirat, & vsura mentalis, vt differat a peccato mētali vsurę 638
Decimūtertiū, & tria sequētia docent fortē in societate saluare, & duplex itereſſe, atq; conditiones illā iustificantes. 643
Decimumseptimum, & tria sequentia succurrunt dupliciter mutuanti, defendunt montes pietatis, & maritos dotes accipientes. 654
Vigesimūprimū, & Vigesimumsecundū definiunt, & diuidunt censum, & probāt non posse in persona constitui. 657
Continet præterea Extrauag. Pij V. super censuum constitutione, & decē & octo glossas, & quinquaginta quæstiones ad eam pertinentes. 665

COMMENTARIVS RESOLVTORIVS
De Cambijs in quo exactē hæc tractantur. pag. 689
Intellectus melior c. fin. de vsur. qui sit: & quæ cōprehendat sub se vel non ibid.
Cambium quid sit: eius diuisio, quid ficcum. 694
Vsus primus, finisque principalis pecuniæ inueniendæ: & eiusdem cambiū quotuplex sit 696. item pecuniæ vsus ad octo fines, 697
Cambium vt licitum sit, quid necessario faciendum, & quid accipere nequeat campsor. 697. & seq.
Montes pietatis quare liciti. 700
Campsores institui cur deberent a principibus. 701
Cambium minutum licet: sed multis modis fit illicitum. 702
Cambium per litteras quod sit, & quod licitum, quodque illicitum. 704
Cambium quod fit per translationem realem pecuniæ quare licitum. 707
Cambium lucri seu interesse, vt licet. 708
Cambium per custodiam quomodo licitum. 706
Cambium duo faciunt illicitum, & octo rationibus pluris aut minoris potest pecunia valere. 713
Qua ratione ex copia indigentiave pecuniæ fiat eius incrementum, aut diminutio. 717
Ex absentia præsentiave pecuniæ, vt eius valor crescit, aut decrescit. 724

COMMENTARIVS RESOLVTORIVS
De Simonia mentali vbi colliguntur tres Notabiles conclusiones. pag. 732
Prima, Qui mandatum & facultatem dispēsandi cum Monachis a Papa habet, ēt cum Abbatibus dispensare pōt. Hinc dispensationis materia excutitur. 733.
Secunda, Simoniam mentalem peccatum esse. Hinc peccatum quotuplex sit: & simoniæ species. 735
Tertia, Simoniam mentalem ad restituendum quod ea partum fuit, non obligare, quodcunque illud sit. 737

COMMENTARIVS RESOLVTORIVS
De Furto notabili in quo agitur. Quid furtum, quomodo diuidatur: Et furtum paruum quod censeatur, & quod Notabile. pag. 745

COMMENTARIVS RESOLVTORIVS De Neceſſitate defendēdi proximum abiniuria &c. deſumptum ex capit. 5. Ambr. de offic. 750.
Prima inde concluſio elicitur, imbecillitatem eſſe non fortitudinem iniuriam inferre. ibid.
Secunda, Peccare qui a proximo iniuriam non propulſat cui ſex dubia opponuntur. 752
Dubijs illis reſpondens octo notabiles illationes deducit. 760

COMMENTARIVS RESOLVTORIVS De Homicidio caſuali. Vbi diſputat Homicidium omnino caſuale irregularitatem non inducere, & quando eſt illud. 770

SECVNDI TOMI.

COMMETARIVS DE SILENTIO in diuinis officijs præſertim in choro ſeruando ſuper ca. In loco benedictionis. 5. q. 4. continet viginti locos. pag 1.

COMMENTARIVS IN CAP. INTER verb. 11. q. 3. De Gloria, & Honore, ac bona fama deq; Ingloria, Vituperio, Infamia, & Detractione, præmiſſo non nihil de Silentio, & Loquutione, continet. Præludia tria. pag, 13.
Concluſiones ſex ex eod. c. colliguntur cum oppoſitis ſuoſequentib. eorum etiam Reſponſionibus, ac corollarijs ex prefatis illatis. quarum Prima non debere quem de laude falſa gaudere, ſed triſtari. pag. 19.
2 Concl. dēre nos vituperio falſo gaudere.
3 Concl. ſufficere nobis laudem conſcientiæ noſtræ.
4 Concl. laudem vnius tantum interdum parere gloriam.
5 Concl. licere deſiderare gloriā, eaq; frui.
6 Concl. imperfecta detractionē ſiue murmurationem eſſe peccatum. Quotuplex detractio, cum corollarijs.

CONCLVSIO PERFECTA IN qua de modo detractionis ſeu murmurationis agitur: de fama eiuſque reſtitutione, deque infamia, de denunciatione, inquiſitione, accuſatione, detegendi, vel detegendi ſecreti neceſſitate: alijſq; ad iudicia criminalia pertinentibus. pag. 87

DE FAMA ET INFAMIA. pag. 201.

DE REGVLARIBVS COMMENtarij quatuor.
Primus Comment. In cap. Cui portio. 12. q 1. tractat de fine principali, & paupertate ipſorum. pag. 206.
2 Comment. In cap. non dicatis. 12. q 1. tractat de dominio bonorum regularium. pag. 227
3 Comment In cap. Nulllam. 18. q. 2 tractat de quibuſdam inſtitutionibus, & poteſtatibus prælatorum. pag. 278.
4 Comment in c. ſtatuimus. 19 q 3. tractat de ſtabilitate, & trāſitu regulariū. 328

COMMENTARIVS DE ALIENAtione rerum eccleſiarum, In principiū gloſſæ ſummę 12 q. 2. Vbi docet, Quid proprie ſit Alienatio, quid large: Rei eccleſiæ Alienatio qua lege vetatur. Eiuſq; alienationis tres eſſe cauſas vel quatuor. & quot requirant vt eius alienatio valeat: & qñ ſit nulla. pag. 386.

DE SPOLIIS CLERICORVM SVper cap. non liceat Papæ. 12. q. 2. continet 19 §§. pag. 397.
Et Primum definitur ſpolium quid ſit, ex eaq; definitione q̄ ſequantur. pag. 398
Sequitur expoſitio c. Nō liceat Papę: ex quo canone multa notabilia colligunt. 401
Non poſſe iuſte Papā ſine iuſta cauſa etiam rē eccleſię inferioris alienare pag 405
Non poſſe ēt vſumfructū earū alienare. 411
Deinde proponuntur quatuor dubia quæ ſuis locis etiam ſoluuntur. pag 412
Primum an iure antiquo aliqua ſpolia pertineant ad Papam. ibid. Quod ſoluitur, & declaratur. pag 430
Secundum dubium, an Papa potuit ſpolia ſibi reſeruare: Cuius reſolutio atque diſcuſſio tractatur plene. pag. 437
Tertium dubium, an de facto ea Papa reſeruauerit, & quæ ſint illa: Cuius reſolutio habetur. pag. 441
Quartum dubium, an conſuetudo cōtraria excuſat aliquos ab eis Cameræ Papæ non ſoluendis: idque diſcutitur, & reſoluitur. pag 442

Ex eadem resolutione aliquot illationes deducuntur ad rem propositam multum pertinentes. pag 444

Postremo proponitur Bulla Pij V. super affrancatione bonorum Ecclesiasticorū: examinaturque iustitia eius. pag 449

TRACTATVS DE REDITIBVS beneficiorum Ecclesiasticorum super c. Quoniam quicquid. 16. q 1. continet epistolam nuncupatoriam cum præludijs, & tres quæstiones. pag. 468

Epistola Nuncupatoria.

Præludia.

1 Quæstio. An mortaliter peccent Beneficiarij Ecclesiastici superflue, aut profane reditus suorum beneficiorum impendentes.

2 Quæstio. An beneficiarij impendentes superflue vel profane reditus suorum beneficiorum non solum peccent mortaliter, sed ētenteantur ad restitionē.

3 Quæstio An possint Beneficiarij de reditibus beneficiorum testari.

PROPVGNACVLVM APOLOGIAE eiusdem libri. pag 638

COMMENTARIVS IN CAP. HVmanæ Aures 22. q 5. De veritate respōsi partim verbo, partim mente cōcepti: & De arte bona, & mala simulandi. continet tres quæstiones. pag. 667

1 Quæstio. An N. coram Deo mentitus fuerit.

2 Quæstio. An peierauerit coram Deo licet non fuerit mentitus.

3 Quæstio An (esto non fuerit mentitus, nec peierauerit, alia tamen ratione peccauerit.

DE INCOMPATIBILITATE BEneficiorum. Vbi disputat, An plura beneficia. Vni dari permittique possint: & quando id fieri posse videatur. pag. 683.

COMMENTARIVS DE FINIBVS Humanorum Actuum in cap. Cum minister. 22 quæstio. 5. pag 690

In quo finis definitio exacta: & quotuplex sit. 692

Doctrina de eorum bonitate & malitia cognoscenda clare traditur ad recte viuendum, & examinandam conscientiam necessaria. 695

TERTII TOMI.

COMMENTARIVS IN SEPTEM distinctiones de Pœnitentia, in quib. sequentia capitula, & §§. declarantur, iuxta ordinem Alphabeti disposita. pag 1.

Adam. dist. 1. pag. 136
Agite dist 1. 94
§. Animaduertere dist. 5. 265
Aut facta dist. 1. 46
§. Caueat. dist. 5. 277
§ Caueat. dist. 6. 349
§. Cautus. dist 5. 272
Charitas. dist. 2. 160
Charitas est dist. 2. 161
Charitas est aqua. dist. 2. 174
Charitas secundo dist. 2. 170
Charitas v dist 2. 179
§. Charitas autem dist. 2. 193
Citius. dist. 2. 191
Cogitationis dist. 1. 32
Cogitatio. dist 1. 51
Considereret. dist. 5. 233
§. Contra dist 1. 32
Contrarium dist 5. 286
Conuertimini. dist 1. 80
Conuertimini in gloss. dist. 1. 80
Cum sanctam. dist. 2. 177
§. Defleat dist 5 262
De quotidianis dist 3. 207
Deus. dist. 1. 136
§. Diligens. dist 6. 355
§. Diligere etiam. dist. 2. 169
Diuina dist. 4. 214
Diuortium. dist. 1. 52
Dixi dist. 1. 12
Ecce dist 1. 88
Ecclesia. dist. 1. 123
§. Econtrario. dist. 2. 180
§. Ergo si. dist. 2. 166
Et venit. dist. 1. 95
§ Euentus dist 1. 48
§. Ex ijs. dist. 1. 112
Facilius. dist. 1. 79
Falsas. dist. 5. 290
Ficta. dist. 2. 172
Firmum. dist 2. 182
Fleat pro te. dist. 1. 136
Fratres dist 5. 299
Hæc autem verba. dist. 1. 39

Hæc

Index Capitum.

Hæc quæ dist.2. 175
§. Hoc ipsum.dist.1. 80
Homicidiorum.dist.1. 60
Idcirco.dist.7. 460
Ijs potestatis.dist.1. 108
Illa anima.dist.2. 186
Importuna.dist.1. 109
In actione.dist.1. 142
§. Ingratus dist.5. 264
§. In his dist 5. 268
In princ.Grat.dist 4. 212
Is qui.dist.1. 27
§. Item in Leuit. dist.1. 152
§. Item sine charitate. dist. 2. 160
Iudicet.dist.1. 143
§. Laboret.dist.6. 339
Lachrymæ.dist.1. 10
Libenter.dist.1. 98
Magna dist.1. 12
Medicamentum dist.1. 135
Medicina.dist. 1. 133
Mensuram.dist.1. 143
Multi.dist.2. 191
Multiplex.dist.1. 102
Ne forte dist.1. 131
Negocium.dist.5. 294
Neminem.dist.1. 92
Nemo.dist.1. 24
Nemo potest.dist.1. 103
Nemo.cap.1.dist.7. 423
Noli putare dist. 1. 66
Nonnulli dist.1. 108
Non potest quisquam,dist.1. 88
Non potest,dist.1. 91
Non reuertebantur.dist.1. 171
Non sufficit, dist.1. 115
§. Non tibi dico,dist.1. 147
Nouit dist.1. 116
Nullus debiti.dist.1. 92
Nullus dist.2. 183
Nullus expectet.dist.7. 461
Nunquid Caim. dist 1. 63
§. Nunc autem.dist.1. 152
Omnis.dist.1. 62
Omnis qui,dist.1. 86
Perfecta, dist 1. 90
Perfecta, dist 3. 202
Periculose,dist.1. 57
Petrus,dist.1. 49
Placuit,dist 6. 389
Pœnæ,dist.1. 43
§ Pœnitentia dist.1. 90
Pœnitentia.1.dist.3. 195
Pœnitentia.2.dist.3. 201
§ Ponat,dist.5. 268
Porro,dist. 1. 78
Potest fieri,dist.1. 106
Potest discursus,dist.2. 172
Prædixerat,dist.1. 132
Præludium primum, dist 1. 3
Præl.vlt.in glos.sum.dist.1. 3
Primum considereret, dist.5. 233
Primum qui vult,dist 6. 320
Primum Nemo,dist.7. 423
Primus homo,dist 2. 185
Principium,dist.2. 191
Princ.Grat.dist 1. 8
Princ.Grat.dist.2. 157
Princ Grat dist.3. 194
Princ.Grat.dist.4. 212
Princ.Grat.dist.5. 216
Princ.Grat.dist 6. 320
Princ Grat.dist.7. 423
Princ.in glos.sum.dist.5. 217
Princ.3.par.glos dist 5. 223
Productior.dist.3. 202
Quærat,dist.3. 210
Quærendum.dist.2. 170
Qualitas,dist.5. 279
Quamobrem,dist.1. 119
Quamuis, dist.1. 156
Quantuslibet,dist.1. 107
Quem pœnitet,dist.1. 154
Quia diuinitatis dist.1. 129
Quia radix,dist.2. 172
§. Quibus,dist 6. 357
Quidam,dist.1. 156
Qui egerit,dist.7. 431
Qui natus, dist.1. 86
Qui sanctus, dist 1. 117
Quis aliquando,dist.1. 145
Quisquis,dist.1. 25
Qui vult,dist.6. 320
§. Quod autem,dist.1. 111
§. Quod autem,dist.3. 210
§. Quod autem, dist 6. 389
§. Quod quamuis,dist.7. 464
Resuscitatus,dist.1. 84
Sacerdos,dist.6. 359
§. Sacerdos,dist.6. 344
Sacrificium,dist 1. 12
Satisfactio,dist.3. 198
Sciendum,dist.2. 18
Scindite,dist 1. 80
Secunda.dist.1. 127
Sed & continuo dist.1. 95
Sed nec Adam dist.2. 187
§. Semper.dist.5. 271

Index Capitum.

Serpens. dist. 1. 95
Si Apostolus dist. 3. 202
§ Sicut ergo. dist. 4. 214
Sicut primi. dist. 1. 142
Sicut seta. dist. 2. 178
Sicut tribus. dist. 2. 180
Si enim dist. 2. 188
Si forte mulier. dist. 1. 29
Si peccatum Dauid. dist. 1. 141
Si quis primo dist. 7. 426
Si quis autem. dist. 7. 431
Si quis. dist. 2. 158
§. Si quis enim. dist. 7. 467
Si quis iratus. dist. 1. 55
Si quis necandi dist. 1. 27
Si quis non dicam. dist. 1. 19
Si quis pulsatus dist. 1. 30
Si quis tam. dist 1. 29
Si quis vero. dist. 5. 289
Si sacerdos. dist. 1. 111
Si sermo. dist. 2. 180
Sollicitatores. dist. 1. 37
Sunt plures. dist. 3. 209
Sunt qui. dist. 1. 108
Super tribus dist. 1. 125
Talibus. dist. 2. 183
§. Tanto. dist. 5. 278
Tolle. dist. 2. 184
Tres sunt autem. dist. 1. 137
Valida. dist. 2. 160
Verbum. dist. 1. 203
Vide benignum dist. 1. 121
Vltimum. dist. 7. 461
Vnctio. dist. 2. 170
Voluissent dist. 1. 112
Vt cognouerunt. dist. 2. 188
Vulgaris. dist. 1. 37

COMMENTARIVS DE ANNO IOBELÆO, & Indulgẽtijs in §. In Leuitico. sub c. Quis aliqñ, cotinet 34. not. 472
Primus §. In Leuitico. a not. 1. vsque ad 7. notabil.
2 Extrauag. antiquorum, de pœnitentia, & remissione. a notab 7 vsque ad 12.
3 Extrauag. vnigenitus, eiusdem tit. a not. 12. vsque ad 24.
4 Extrauag quemadmodum. eiusdem tit. a not. 24. vsque ad 31.
5 Notab. 31. totam indulgentiarum summam continet, partim resoluendo, partim remittendo.
6 Extrauag. indictionis anni Iobelæi Gregor. XIII. not. 32.
7 Extrauag. eiusdem suspensionis aliarum indulgentiarum. notab. 33.
8 Ceremoniæ aperiendi, & claudendi portam sanctam, quibusdam quæsitis vtilibus præmissis. notab. 34.

COMMENTARIVS DE ELEEMOSYNA. pag. 595
In quo primum definit Eleemosynam: deinde hæc x. principalia dicta infert, & explanat.
Primum dictum, Quadruplicem esse Eleemosynam. 597
Secũdum & Tertiũ, Eleemosynã corporalẽ facere aliqñ obligari nos ex præcepto ad mortale: non tñ de illo, quod omnino necessarium sit ad vitam. 600
Quartum, superfluum temporarium esse duplex. 601
Quintum, superfluum naturæ tantũ elargiri, non obligamur, imo vetamur. 601
Sextum, Quando teneamur de superfluo naturæ eleemosynam dare sub pœna mortalis. 604
Septimũ, quod quilibet habens superfluum naturæ ac personæ tenetur ad eleemosynam sub pœna peccati mortalis. 608
Octauum, scrupulos soluit quarundam difficultatum inde emersarum. 611
Nonum, quod quilibet potest cuilibet egenti dare, de quolibet eleemosynam recte sine præiudicio iusto alterius, & proprio. pag. 616
Decimũ, Quare Eleemosynæ q̃ suapte natura sunt bonæ, fiunt aliquãdo malæ. 621

COMMENTARIVS DE DATIS ET promissis pro iustitia, vel gratia obtinendis. pag. 623
In quo non solum Extrau. Bonifacij Octaui, sed plene etiam Gregorij XIII tenor & sensus excutitur & explanatur per 32. Notabilia, quib. singulæ illius materiæ partes, & consequentia abunde cognosci possunt.

COMMENTARIVS DE LEGE POENAli. De qua tractat secundum forum cõscientiæ: primò statuit veram textus Gratiani expositionem: deinde collegit & perpendit, præcipua eorum, quę iam antea de eadem lege Alphonsus Castren scripserat. 671

QVAR-

Index Capitum.

QVARTI TOMI.

ENCHIRIDION DE ORATIONE, & Horis Canonicis continet 21. capita. licet in veteri impressione contineat 22. capita. pag. 1.

CAPVT primum de præludijs attingens xxxiij. conclusiones.

2 Cap. continet textum, & vj. cõclusiones.

3 Cap. de hora orandi tangit lxxviij. conclusiones.

4 Cap. de gestu orandi tangit xvij. conclusiones.

5 Cap. super orandi loco tangit xlj. conclusiones.

6 Cap. de mala, & bona oratione tangit xlix. conclusiones.

7 Cap. de obligatis ad recitandum tangit xxxv. conclusiones.

8 Cap. de bonitate orantium tangit vj. conclusiones.

9 Cap. de oratione dormientis tangit ix. conclusiones.

10 Cap. de integritate Horarũ tangit lxviij. conclusiones.

11 Cap. de causis excusandi ab Horis tangit xlij. conclusiones.

12 Cap. super cogitatu extrario tangit vij. conclusiones.

13 Cap. de attentione orandi tangit lj. conclusiones.

14 Cap. de parando ad recitandum animo tangit v. conclusiones.

15 Cap. de re a recitatione aliena tangit iij. conclusiones.

16 Cap. de impedimento attentionis tangit lxxxvj. conclusiones.

17 Cap. de occasionibus bene recitandi tangit l. conclusiones.

18 Cap. circa nouem illationes tangit cviij. conclusiones.

19 Cap. continet xviij. conclusiones, & certas formulas orandi.

20 Cap. conciliat nonnulla Doctoris Medinæ, & Auctoris

21 Cap. tractans xlvij. concordias inter Sotum, & Auctorem.

MISCELLANEA CENTVM DE oratione: quæ antea pauciora fuerãt. In quibus primo solẽniter agitur, præsertim de Psalterio, & Rosario Virg. Matris, eiusdem originem, Auctorem, Renouatorem celebratoremque indicans: modus quoq; eius dicendi obligatioque traditur: ac quantæ virtutis & meriti sit, docetur. pag. 266

Deinde Miscellaneo 33. & reliquis sequentibus Orationis ipsius generatim doctrina plene comprehenditur: personæque orantium, & modi eas eligendi probe declarantur, & de vitandis peccatis, quæ in modis deligendi minime stros ad munera orãdi admitti solent: vt per eã noscatur quis, & quo fine, ac modo munera orandi appetere, & petere iuste possit: simul quo fine, quoq; modo deligere, promouereq; debeant hi, ad quos ea res pertinet. 301

De Horis Canonicis, & ad eas obligatione. pag. 349.

De earundem pronunciatione. 388

De Horis Beatæ Mariæ. 370

De cantu in Ecclesijs instituto. 372

Maria qua ratione creaturarum maxima dici potest. 372

De orationibus reliquis particularibus, & Missa. 373

De Indulgentiarum ac Iobelæorum modo, & forma quærendorum. 341

Formula pulchra orandi in surgendo mane a lecto, & redeundo sero ad illud. 392

RELECTIO IN CAP. SI QVANDO, de Rescriptis ad amplã discussionẽ cũ iusdã beneficiarij casus traducta. 395

Primum Thema, seu casus præscribitur cuiusdam magnæ causæ beneficiariæ cũ duobus quæsitis, de quibus præsens instituitur disputatio. 395

Præludia quinque præmittuntur ad inuestigandum, sub quo genere rescriptorum eæ litteræ accessus & regressus sint constituendæ. 396

Exceptiones 21. subsequuntur, quæ ad primum huius casus quæsitum pertinent, eæ enim opponebantur contra regressum, atque an sint legitimæ copiose disputatur. 398

Auctarium, in quo ex decreto Concilij, atque Clementinæ 7. exponitur, quæ sit inhabilitas ad beneficia impeditiua filiorum a clericis susceptorum. 459

RELECTIO IN CAP. CVM CONtingat, de Rescriptis ad continuationẽ discussionis eiusdem supradicti casus beneficiarij. 464

Alterum quæsitum causæ præcedentis est hoc, an causæ nullitatis, quæ opponebantur contra executoris censuras, essent efficaces, & alia quædam valde quotidiana in censurarum, & executorum materia, & circa remedia, quæ ad uersus exequutores inordinatos adhiberi possunt, diligentissime examinantur. 464
Causæ xv. nullitatis singulatim proponuntur, earumque late discutitur vigor, & efficacia. ibid.
Remedia sex exponuntur, quæ ad xv causæ nullitatis euacuationem spectant, quo ad censuras latas contra ipsum iudicem, & actorem. 491
Oppositiones allegantur, quæ contra secundum remedium posse proponi videntur: eæque soluuntur. 496
Ad tertium remedium, & reliqua tria confirmanda & probanda redit. 504

COMMENTARIVS IN RVBRICAM de Iudicijs agit de Iudicio, siue iudiciali processu, sumpto iudicio pro iudicandi actu: in eoque 24 illationes, ac notabilia principalia diligenter excutiuntur tam ad ipsum iudicium, quàm ad iudicem pertinentia. 510

RELECTIO IN CAP. NOVIT, DE Iudicijs, sex Notabilia docte exposita continet. 560
Primum notabile, Deum omnia nosse. 561
2 Notabile nullam creaturã oia scire. 564
3 Notabile supremam iurisdictionẽ mere laicam sic esse penes Papam. 571
4 Notabile correctionem fraternam sic definiri, & sic præcipi. 607
5 Notabile denunciationem canonicam sic definiri, & quo ordine ad eam veniendum 608
6 Notabile iurisdictionem ecclesiasticam extendi ad cognoscendum de omni peccato mortali cuiuslibet Christiani, etiam laici, ad finem liberandi eum ab illo. 609
In secundo Notabili pulchra interponitur Exhortatio ad castigados diuinos. 568
In tertio Notabili octoginta corollaria habentur quibus declarantur multi errores manifeste tenentium vtramq; partem ipsius quæstionis: & definientium diuidentiumque potestatem, & eas declarantium. 581
Potestas generaliter quid. 585
Potestas laica quid. 588
Potestas ecclesiast. & laica vt differunt. 589
Solutiones 17. argumentorum contrariæ partis. 595
Ex dictis in sexto Notabili multa infert corollaria, eaque perite explanat. 616

RELECTIO CAP. ACCEPTA. DE Restitutione Spoliatorum, continet diuisionem litteræ, fictionem casus, & eiusdem confirmationes decem, ac totidem oppositiones. 632
Diuisio litteræ capituli, & casus fictus. 633
Confirmatio duplex sũmæ principalis. 634
Oppositiones decẽ contra principalẽ summã propositæ singulatim & seiunctim tractantur, & soluuntur. 637

RELECTIO CAP. ITA QVORVNdam, de Iudeis. In qua de rebus ad Sarracenos deferri prohibitis, & censuris ob id latis disputatur, continet vndecim Notabilia, & septem glossas. 685
Primum Notabile, de summa principaliter contentorum.
2 Notabile, de cupiditate, sæuitia, & crudelitate.
3 Notabile, de necessitate manifestandi se Christianum.
4 Notabile, de verbo Sarracenus, vnde dicatur, & quos Infideles includat.
5 Notabile, de propria, & lata significatione verbi Arma.
6 Notabile, quod per delationem armorũ hic vetitam non omnis eorum materia veratur.
7 Notabile, quod verba (Lignamina galearum) barbara sint, & quæ includant.
8 Notabile, qui sint deferentes, & subministrantes, & vt differant.
9 Notabile, quod, & quare plus peccet Christianus iuuans Sarracenos, quam ipsi.
10 Notabile quod subministrans necessaria Sarracenis in bello, incidit in pœnas huius capitis, & quæ sint illæ.
11 Notabile, quod galeas Sarracenicas, & naues Piraticas gubernantes incidunt in hunc canonem.
Continet etiam septem glossas grandes, vtiles, & nouas.

INDEX

INDEX

CAPITVM ET LEGVM VTRIVSQVE IVRIS,

Aliquot item Gloſſarum eorundem: quæ a Doct. Nauarro non tantum in Manuali, ſed etiam in tribus reliquis Tomis explicantur: e quibus nunc recens collegimus.

Quibus etiam addidimus Bullas pontificum in corpore iuris non inſertas, quas magna ex parte Auctor expoſuit.

In primo Tomo ſolo numerus paginam indicat, a primam columnam, b ſecundam: in reliquis ultimus paginam.

EX DECRETO.

TOMO PRIMO.

CAP. ad eius diſt. 5. habens bonarum mentium eſſe, ibi timere culpam, ubi non eſt. 630. b

Cap. Eccleſia 23 diſt. quatenus habet ſacerdotem cum ſtola & ſuper pelliceo communicare debere. 343. a

Cap. Vnum 25 diſt. quod habet nullum peccatum adeo eſſe veniale, quod nó fiat criminale, dum placet, explicatur. 388. a

Cap. Interdixit 32. diſt. & ſimilia, quæ habent licere clerico cohabitare filiæ, matri, ſorori, amitæ &c. 482 a

Cap Maritum diſt. 33. quatenus habet non ordinandum eum qui in inſaniam aliquá do verſus fuerit. 471. a

Gloſ. cap. Metropolitanum 2. q. 7. quæ dicit eum qui ſine cauſſa legem tranſgreditur, videri contemnere. 392. b

Cap. audi, & cap. omnis 11. q 3. quatenus habent excommunicatum poſſideri a diabolo. 518 b

Cap Nihil 16. q 2. quod habet officium diuinum non debere relinqui imperfectũ. 475. a

Cap Si quis ſuadente 17. q. 4. habetur, & fuſe explicatur. 543. a. b. & ſeq.

Cap Monic. 20. q. 4. quatenus habet monacho non licere uouere. 129 b

Cap. Non in inferenda 23. q. 3. emendatur, & explicatur. 441. b & 442. a

Cap. De occidendis 23 q. 3 quatenus habet quem non poſſe velle alium occidere, niſi militem, uel publica auctoritate fungẽtem. 163. b. & 164. a

Cap. Is qui 26 q. 6. quatenus inſinuat ægrotum contritionis ſigna oſtendentem abſoluendum. 507 b

Cap. Agathoſa 27. q. 2. quatenus habet maritum, cuius uxor fornicata eſt poſſe religionem ingredi. 357 b

Cap Sacrificium, de cõſec. diſt. 2. quatenus habet ſacramentum eſſe ſacrum ſignum, vel inuiſibilis gratiæ formam. 345. a

TOMO SECVNDO.

CAP Quid culpatur 23. q. 1. cap. inter verba concl. 6 nu 203. 130

Cap. Tam ſacerdotes, 24. q. 3. c. inter verba. concl. 6 nu. 213. 133

Cap. non liceat Papæ 12. q 2. de ſpol. cleric. § 2. nu. 1. 401

TOMO TERTIO.

CAP. Cogitatio. de pœn. diſt. 1. c. cogitatio. nu. 2. 33 & 34.

Cap.

Cap. In nouo. 21. dist. de Indulgen. not. 23. num. 10. 536
Cap. Quamuis. 21 dist. de Indulg. not. 23. num. 10. 536
Cap. Eos. 1. q. 1. de dat. & prom. num. 31. facit, 3. 650
§. Contra. de pœn. dist. 1. c. si quis pulsatus. §. contra nu. 1. 32

TOMO QVARTO.

Cap. Scire. 76. dist cum concord. de or. & horis can. c. 4. nu. 9. 32
Cap. Non autem 7. q. 1. de rescr. c. si quando. præl. 5. nu. 10. 398
Cap. 11. q 3. de rescrip. c. cum contingat. Remed 2. nu 14. 496
Cap. Quidam. 5. q. 1. de iudicijs. in rub. nume. 61. 533
Cap. In apibus 7. q. 1. de iudicijs not. 3. nume. 155. 603
Cap. Ad aures, de his quæ vi. cap. accepta. oppos. 5 nu 14. 651
Cap. 1. 21. dist. de iudicijs. not. 3 num 126. & 128. 596
Glos. summæ 15. q. 4. de rescript. c. cum contingat 12. cau. nul. nu. 3. 487

EX DECRETALIB.

TOMO PRIMO.

Cap. Cum in cunctis. de election. quatenus suspendit clericos eligentes in episcopum eum, qui non est legitimus, &c. 574. a
Cap. Literas. de tempore ord. quatenus dicit suspensum, qui duos sacros ordines eodem die suscipit. 609. a
Glo. cap. 1. de sac. unctione quatenus habet cor esse animæ sedem explicatur. 4. b
Cap. fin. de sacram. non iteran. quatenus habet baptismum supplendum esse, & non iterandum. 253. a
Cap. finale, de Bigamis, quod dicit clericum irregularem esse etiamsi cõtrahat matrimonium nulliter. 589. b
Cap. fin. de offic. deleg. quod excommunicat partem incitantem cõseruatorem ad procedẽdũ in eis, quæ non debet. 559. b
Cap. fi. de his quæ vi, q̃ excommunicat eos, qui vi vel metu alicuius censuræ absolutionem consequuntur. 559. b
Cap. Licet de ferijs, quatenus habet tam veteris quam noui testamenti paginam septimum diem humanæ quieti deputauisse. 137. b
Cap. Veniens de iureiurand. quatenus habet in quocunque iuramento esse superioris ius exceptum. 132. b
Cap. 1. De re iudic. quod suspendit iudicẽ ecclesiasticum, qui contra ius aggrauat partem gratia vel sordibus. 574. b
Cap 2. de rebus Eccles. non alienand. quod excommunicat compellentes prelatos ad submittendũ bona Ecclesiæ laicis. 560. a
Cap. fin. de rebus Eccles. quatenus dicit, quod laici non possunt statuere de funeralibus. 557 b
Cap In aliquibus §. ille de decimis quatenus habet diuino iure decimas deberi. 335. a
Caput non minus, de immunit. Eccle. quod excommunicat seculares magistratus clericis taleas imponentes. 556. a
Caput non magnopere, ne clerici vel monachi, quod excommunicat religiosos, qui exeunt a suis monasterijs, ut audiant leges & medicinam. ibid.
Cap. 1 de desponsi. impub. quatenus habet filium teneri ducere uxorem illã, de qua assumenda pater paciscitur. 149. a
Cap. Significasti, de diuortijs quatenus habet non posse coniugem innocentem discedere ab adulterante, sine iudicis auctoritate explicatur. 357. a
Cap. Per vestras, de donat. inter uir. & vx. quatenus habet, ut marito vergente ad inopiam dos apud fidelem mercatorem deponatur. 282. a
Glos. cap. uir de secundis nuptijs, dicens sacramentũ, id est, benedictionem nuptialem non debere iterari reprobatur. 379. a
Glos. cap consulere, de Simonia quatenus habet uoluntatem non efficere quem simoniacum. 410. a
Cap. De hoc, de Simonia, quatenus habet acceptum per simoniam iuste retineri non posse. 207. a
Cap. Mandato, de simonia, quatenus habet eos non teneri de simonia, qui solo affectu animi vtrinque spirituale pro temporale dederint. 414. b
Cap. pen. de simonia quod suspendit eum, qui sacris initiatur sine patrimonio cum pacto non petendi ab epo victum. 575. a
Cap. Si quis de hæret. quod habet, dicatur mortuo anathema. 625. a

Cap.

Cap. Ad audientiam, de homic. quod habet tutior pars eſt eligenda in dubio. 630.b
Cap Excommunication. de raptoribus, qđ excõicat eos, qui bona capiunt Chriſtianorum naufragio perdita. 556.b
Cap fin. de vſuris, quatenus hẽt uſurarium cenſendum, qui mutuat pecunias nauigãti, aut ad nundinas proficiſcenti, pro eo quod ſuſcipit in ſe periculum. 289.a.b
Cap. fin. de cleric. excommunic. miniſt. quatenus habet clericum minore excommunicatione irretitum peccare conferendo ſacramenta. 614.a
Cap 1. de pæn. & remiſſ. quatenus ſemel in anno communicandum eſſe præcipit. 340.a
Cap officij de pænit. & remiſſ. quatenus habet quẽ a reſtitutione excuſari, eo quod ſine uitæ & ſalutis periculo reſtituere nõ poſſit. 227.b. & 229.a
Cap. Nuper, & cap. ſi concubinæ. de ſententia excommunic. quæ excommunicant eum qui ſcienter communicat cum excõicato in crimine criminoſo. 554.b
Cap. Eos, de ſent. excommunicat. quod excõicat eos qui propter aliquam cauſam ab eo abſoluti, a quo non poterant, non ſe præſentant quamprimum poſſunt ei, qui eos poteſt abſoluere. 555.a
Cap. Nouerit, de ſenten excommunic. quod excommunicat eos, qui obſeruari faciũt ſtatuta, uel conſuetudines cõtra libertatem Eccleſiaſticam. 557.a
Cap. Significauit, de ſent. excom. abſolutionem excommunicationis Papæ teſeruãs quam incurrunt clerici communicantes cum excommunicato a Papa. 549.a
Cap. Conqueſtus eo, quod habet excommunicatos eſſe ſacrilegos, qui effringunt & ſpoliant Eccleſias. 549.b
Cap. A nobis 2 de ſent. excomm. quatenus habet excommunicato mortuo, qui uiuus ſigna contritionis oſtendit, beneficium abſolutionis impendendum. 625.a
Cap. Tua. eodem quod reſeruat excommunicatione latam, & denunciatam in incẽdiarios. 549.a
Gloſſ. Cap. cum deſideras, de ſent. excommun. quæ habet hunc verſum. *Vtile lex, humile res ignorata neceſſe.* 520.b
Cap. Quod in dubijs de pœnis quatenus habet ſacerdotes, qui ad præliandum in bellis incitant, eſſe irregulares. 597.b

TOMO SECVNDO.

Cap. exijt. § porro, de Reg comm. 2. nume. 3. 231
Cap. cum uos. de off. ord. de ſpol. cler. § 10. nu. 1. &c. 413
Cap Mandata. de præſumpt. de ſpol. cler. §. 11. num. 5. 438
Cap. 2. de rebus Eccl. non alien. de ſpo. cler. §. 18. nu. 1. 456
Cap. fi. de his quæ fiunt a maior parte cap. de Red Eccleſ. q. 1. mon. 50. nu. 8. 533
Cap. quod quibuſdam. de fideiuſſ. de red. eccle. q. 1. mon. 52. nu. 5. 536
Cap. relatum 2. de teſtam. de redit. Eccl. q. 3. mon. 2. nu. 7. 581

TOMO TERTIO.

Cap vulgaris & ipſius c. 1. de pẽn. diſt. 1. ca. uulgaris. nu. 1. 37
Cap. Aut facta. de pæn diſt. 1. c aut facta §. euentus nu. 3. 47
Cap. Pænitentia prima. De pænit. diſt. 3. c. pænit nu 1. 195
Cap. Quia circa. de conſang. & affin. de pænit diſt. 7. c ſi quis autem. num. 69. & 73. 446. & 447.
Cap Translato. de conſtitutionibus. de Indulg not. 23 nu. 11. 536
Cap. Cum dilecta de confir. util. uel inutil. de indulg. not. 28 nu. 25. &c. 546
§ Debet ca. qualiter, & quando 2. de accuſ. de iud. in rub. nu 61. 533
Gloſ. Cap. Translatio, de Indulg. not. 23 nume. 12. 14. 536

TOMO QVARTO.

Cap. fi. de ætat. & qualitate. de reſcr. cap. ſi quando. excep 17. nu. 3. 417
Cap. Ad extirpandas de filijs presbyt. de reſcrip c. ſi quando. excep. 21. nu. 2. 438
Cap. 2. de conceſſione præbendarum. lib. 6. de reſcript. c. ſi quando. except. 21. nume. 19. 441
Cap 2. de conceſſ. præb. de reſcript. cap ſi quando. except. 21. in confutat. contrar. num. 3. 454
Cap. Paſtoralis. §. quia uerò. de off. delegat. de reſcrip. c. cum contingat. Rem. 1. nume. 7. 492
Cap. Cum contingat. de reſcr. c. cum contingat: Rem. 1. nu. 10. 493

Cap.

Cap. ſolet, §. fi. de ſentent. excommu. de reſcript. capit. cum contingat. Remed. 2. num. 12. 495
Cap. Per tuas de ſimon. de iudicijs in Rub. num. 32. 517
Cap. Cum cauſa, de emptione, de Iudic ca. nouit not. 6 nu. 73. 629
Cap Cum dilecti, de emptione, capit. nouit, de Iudicijs, not. 6. nu. 73. 629
Cap. ſuper hoc. de his quæ vi. cap. accepta oppoſit. 5 nu. 10. 650
Cap. Ad audientiam. de his quæ vi. in c. accepta, oppoſ. 5 nu. 10. 650
Cap. Si vero, de iureiur. c. accepta. oppoſ. 6. num. 9. 655
Cap. Quod in dubijs, de renunc. c. accepta, oppoſ. 7. nu. 35. 663
Cap. ſi beneficia, de reſcrip. c. accepta, oppoſit. 7. nu. 45. & 49. 655
Cap. Conſtitutus, de filijs presbyt. capit. accepta oppoſ. 10. nu. 15. 17. 680
Cap Quod olim, de Iudæis, not. 10. nume. 13. 718
Cap. Quoniam, de filijs presbyter. in capit. accepta, opppſit. 10. nume. 15. 17. pag 680.
Cap. ita quorundam, de Iudæis, not. 8. numero 14. pagi 711. & notab. 10. numero 19. 720
Cap. Ad liberandum. ibid.
§. Pro defectu, cap niſi, de renunciat. de reſcript. capit. ſi quando, exceptio. 17. nume. 2. 427
§. fi. c. cum in cunctis, de elect. de reſcr. ca. ſi quando, exc. ep. 17. nu. 10. 428

EX SEXTO.

TOMO PRIMO.

CAP Sciant cuncti, de elect li. 6. quod excommunicat omnes, qui vexãt perſonas eccleſiaſticas, eo quod non elegerint, quos noluerint. 558 b
Cap. Indemnitatibus de elect in 6. quod excommunicat directorem electionis monialium. 559. a
Cap. 2. de iudicijs, lib 6. quod excommunicat eu qui fingit caſum, quo ipſe ad mulierem vadat. 559. b
Cap. Quicunque, de ſent. excommun lib. 6. quod excommunicat eos qui vexant eos qui ſe excommunicauerunt, vel cognatos eorum. 550. a
Gloſſ. c. 1. de Decimis lib. 6. quatenus habet decimam partem fructuum deberi in lege noua iure diuino errare conuincitur. 556. a
Cap. 1. de relig domib in 6. quod excõmunicat eos, qui inſtituunt nouum ordinem religionis. 560. a
Cap Quanquam, de cenſib. lib. 6 quod excommunicat eos qui exigunt ab Eccleſijs portorium, vel ducatum. 335. a
Cap. fin. de immunit. Eccleſ. in 6. quod excommunicat prohibentes ſubditis ne vẽdant, vel emant a clericis. 561. a
Cap. 2. ne cler. ne mon. in lib. 6. quod excõmunicat religioſos temere habitum relinquentes 561 b. & qui vadunt ad aliqua ſtudia ſine licentia ſui prælati 562. b. & doctores qui docent religioſos leges, & medicinam. 562. b
Cap. 2. de homicid. lib. 6. quod excommunicat mandantes aliquem interfici per aſſaſſinos. 563 a
Cap. 1. de vſuris libro 6. quod excommunicat clericos quatuor modis vſurariæ prauitati fauentes. 563. b
Cap. 1. de iniur. libro 6. quod excommunicat concedentes repræſalias in Eccleſiaſticos. ibid.
Cap. Felicis de pœnis, lib. 6. quod excommunicat eum, qui inſectatus fuerit aliquem Cardinalem. 549 b
Cap. Qui prior. de reg. iu. in 6. quatenus habet, qui prior eſt tempore, potior eſt iure. 216. a

TOMO SECVNDO.

Cap Non præſtat, de reg iur. lib. 6. de alien. rer. Eccl. & Spol cler nu. 20. 393
Cap. Quia ſæpe. de elect. lib 6. de ſpol cler. §. 10. nu 3. 433
Cap. Præſenti. de off. ord. lib. 6. ibid.

TOMO QVARTO.

Cap. ad decimas, lib 6. c. accepta oppoſi. 10. num. 21. 680
Cap. Licet 2. de præb. lib. 6. cap. accepta oppoſit 10. nume. 1. 6. 10. & 31. pag 677. & 682.
Cap. Si eo tempore, de electio. lib. 6 cap. accepta, oppoſitio. 10. numero 37. pagi. 682.

EX CLEMENT.

TOMO PRIMO.

CLement. 1. de sepult. quæ excommuni cat sepelientes aliquem in loco sacra to, in quo non debet sepeliri, vel qui non debet. 565 a
Clemen. 1. de decim. quæ excommunicat, qui decimas, vel alia iura Ecclesiæ appro priare sibi præsumpserint. 565. b
Clem. 1. Ne in agro de statu monac. quæ ex communicat monachos sine facultate Ab batis arma in claustro tenentes. 566. a
Clem. 1. de consang quæ excommunicat eos qui matrimonium in certis casibus scien ter contrahunt. ibid.
Clem. 2. de hæreticis, quæ excommunicat inquisitores qui prætextu sui officij illici te sumunt pecuniam. 567 a
Clem. 1 de vsuris, quæ excommunicat offi ciales ciuitatum, qui faciunt statuta, ut vsuræ soluantur. 567. b
Clem. 1. de priuilegijs, quæ excommunicat religiosos certa sacramenta sine licentia parochi ministrantes. 550. b
Clem. cupientes de pœnis, quæ excommu nicat religiosos inducentes aliquem ad vouendum eligere sepulturam in sua Ec clesia 551. b & quæ excommunicat reli giosos mendicantes, qui nouas domos ac cipiunt 567. & qui concionantur, ad auer tendos audientes a soluendis decimis. 568. a. & qui de industria in confessioni bus nullum faciunt scrupulum ijs, qui nó soluerunt decimas ibid b
Clem. de sent. excom. quæ excommunicat religiosos, qui non seruant interdictum. quod seruat matrix Ecclesia. 568. b
Clem. grauis de sent. excom. quæ excommu nicat nobiles, & dominos temporales qui cogunt diuina celebrare tempore inter dicti. 551. b

TOMO SECVNDO.

Clemen. 1. de probat. de Spol. cler. §. 2. nume. 9. 404

TOMO QVARTO.

Clem. 1. de probat. de rescrip. ca. si quando, excep. 8. nu. 6. 409
Clem. gratiæ de rescriptis. de Rescript. ca pit. si quando, excep. 6. num. 5. 405
Clem. ut hi, qui de ætat. & qualitat. de re script. cap. si quando, except. 21. nume ro 40. 446
Clem. 2. §. sane de pœn. c. accepta, oppos. 5. num. 8. 550
Clem 2. de pœnis inter se collatorum, c. ac cepta oppos. 5. nu. 10. 450
Clem gratiæ, de reser c. accepta oppositi. 8. num. 7. 668
Glos. 5. Clementinæ ut hi qui, de ætate & qualit de reser. c. si quando. except. 21. nu me. 41. 446

EX EXTRAVAGANT.

TOMO PRIMO.

EXtrauag. 2. de sepult. quæ excommuni cat eos, qui exenterant mortuos ad eos conseruandos. 552. a
Extrauag. 5. de sent. excom. quæ excommu nicat impugnantes literas electi Papæ an tequam coronetur. 568 b
Extrauag. 1. de simonia quæ excommuni cat eos qui dant aut accipiunt aliquid ob ingressum in monasterium. 552. a
Extrauag. 2. de simonia quæ excommunicat eos, qui dant aut accipiunt aliquid ob in gressum in monasterium. 552. a
Extrauag. 2. de Simonia quę excommuni cat committentes simoniam in ordine, aut beneficio. 552. b
Bulla Martini V de vitandis excommunica tis, quæ incipit ad euitanda. 512. a
Bulla Pij V de censibus incipit, Cum onus. 276 a
Bulla Pij V de officio recitādo quę incipit, Ex proximo. 492. a
Bulla Pij V. aduersus taurorum agitationē, quæ incipit, De salute. 170. b
Bulla Pii V. de cambijs, quæ incipit, In eam pro. 297. a
Bulla Pij V de Simonia confidentiali, quæ incipit, Intolerabilis. 425. a. b & 426 a. b
Bullæ Pii V. contra ambientes officia admi nistrationem iurisdōnis hītia. 449. a
Bullæ Pij V. aduersus nefandum crimen e xercentes, pars. 612. b
Bullæ cœnæ Gregorii XIII. quæ incipit, Consueuerunt. cui adiūctum est id, quod eidem Sixtus V. addidit uel mutauit. 530. a & seq.
Bullæ Gregorij XIII. de duellis, quæ in cipit,

cipit, Ad tollendum pars. 570 b
Bullæ Gregorij XIII. de indulgentijs conceſſis fratribus ſanctiſſimæ Trinitatis, pars. 621.a
Bulla Greg. XIII. qua priuilegia quædam a Pio V. fratrib. mendicantib. conceſſa reuocantur, quæ incipit, In tanta. 776

TOMO SECVNDO.

Extrauag. ſuſcepit Ioan. 22. de red. eccl. q. 1. mon. 52. nu. 6. 537

TOMO TERTIO.

Extrauagans de datis & promiſ. de datis & prom. nu. 50. 666

TOMO QVARTO.

Extrauagans de vitandis excommunicatis, quæ incipit ad euitanda, Martini V. Miſ. 47. num. 1. 329
Extrauag. unam ſanctam. de maiori. de Iudicijs not. 3. nu. 138. 598
Bulla cœnæ Greg. XIII. capita quornndam. de Iudæis not. 1. 688
Bullam cœnę conuenire ac differre plurimum & cap. ita quorundam. & ad liberandam, in cap. ita quorundam. de iudæis not. 4. nu. 26. 697
Clauſulæ bullæ cęnæ. de iudæis not. 10. nume. 39. 724

LEGES ALIQVOT QVAE IN QVATVOR TOMIS EXPLICANTVR.

TOMO PRIMO.

Lege iuris gentium §. ſed ſi fraud. ff. de pactis, quatenus habet fraudem ineſſe dolo. 402.b
Leges 4. ſed, & quod. ff. de condict. ob turpem cauſ. quatenus ait meretricem, & ſi turpiter faciat eo, quod ſit meretrix: non tamen turpiter accipit cum ſit meretrix. 208. b. 210. a
Paragr. ſæpe, l. 1. ff. depoſiti. quatenus agit de illo qui ſe gratis offert ad depoſitum cuſtodiendum. 64. a
Lege 1. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. quatenus habet eum qui puteum effodit in ſuo, non teneri de damno vicino illato, ſi non animo nocendi faciat. 222. b
Lege ſi quis in metalla C. de pœnis quatenus habet faciem hominis non eſſe maculandam aliqua nota pęnæ. 12. b

TOMO SECVNDO.

Leg iſti quidem ff. quod, metus cauſa c. inter verba 4 concl. nu. 22. 45
Leg. in codicillis §. a matre. ibid.
Leg. Codicillis §. a matre ff, de leg. 2. de fin. hum. nu. 52. 709. & cap. inter verba 4. con clu. nu. 22. 45
Leg. iſti quidem, ff. quod metus cauſa de fini hum. nu. 51. 709. & c. inter verba 4. con clu. nu. 22. 45
Leg. 2. c. quorum appell non recip. c. inter verba. concl. 6. nu. 365. 169
Leg. eum qui, ff. de iniur. c. inter verba conclu. 6. nu. 450. 192

TOMO TERTIO.

Leg. 2. & 3 ff. de cond. ob turp. cauſ. de datis & promiſ. nu. 48. 664
Leg. 2. 3. & 4. de cond. ob turp. cauſ. quoad data pro officiu indebito. de datis, & promiſ. nu. 50, 666. & 667.

TOMO QVARTO.

Leg. ex hoc iure, ff. de iuſt & iure, de iudicijs not 3 nu. 97. 590
Leg. deprecatio, ff. ad leg Rhod. de iact. de iudic. not. 3. nu. 156. 604
Leg in cauſæ, §. 1. ff. de minor. de iudicijs. not. 6 nu. 49. 621
Leg vbicunque, ff. de interrog. actio de iud. in rub nu. 57. 531
Leg Armorum, de verborum ſignif. de Indæis not. 5. nu. 12. 700
Leg ut uim, ff. de iuſt. & iure. de Iud. no. 11. num. 13. 727
Leg. 1 ff. ad l. Iuliam de ui publ. de Iudæis, not. 5. nu. 18. 701
§. fi. Auth. de Armis, de iudæis, not. 5. nume. 18. 701
Leg. ex hoc iure, ff. de iuſt & iur. de iudæis, not. 11. in fi. glo pen. nu. 13. 733
§. a Barbaris, l. non omnis, ff. de re mil. de iudicijs in rub. nu. 64. 535

ENCHIRIDION,
SIVE MANVALE
CONFESSARIORVM
ET POENITENTIVM:

Complectens resolutionem omnium pene dubiorum, quæ communiter in sacris confessionibus occurrere solent circa peccata, absolutiones, restitutiones, censuras, & irregularitates.

QVoniam totus hic liber de peccatoris anima per pœnitentiam a peccato liberanda tractat, præludimus pauca, quæ considerata, & perpensa facile possunt nos peccantes vrgere, ad cognoscẽdam aliquorum nostrorum erga Deum optimum maximum ingratitudinem, imprudentiam, & impudẽtiam, qua maiora minoribus, immo & mala bonis, & pessima optimis præponimus. Ea vero duximus contrahenda in decem præludia, nihil plane, quod non sit vtile, & necessarium fere omnibus, etiam vtrunque ius callentibus, continentia.

ELENCHVS PRAELVDIORVM.

PRimum ob oculos proponet nobis peccantibus animæ nostræ dignitatem.
Secundum, eius vires, & potentias sensitiuas.
Tertium, eius vires, & potentias intellectiuas.
Quartum, finem vltimum & beatitudinem, in quam creati, & redempti sumus, & miseriam æternam, quam cauere debemus.
Quintũ, animæ passiones & habitus, quibus in merita, vel demerita mouemur.
Sextũ, animæ actus humanos, quibus in æternã beatitudinẽ, vel miseriam itur.
Septimum, quæ sint merita, & demerita.
Octauum, membra demeriti in peccatum originale, & actuale.
Nonum peccati actualis varia genera, & quid sit peccatum mortale, & quid veniale: & quibus notis peccatum mortale a veniali discernatur.
Decimum, pœnitentiæ sacramentum, & eius partes.

DE ESSENTIA ANIMAE rationalis. PRAELVD. I.

SVMMARIVM.

1 *Anima quid sit definitur.*
2 *Definitio genere, & differentia constare debet.*
3 *Animam qui dixere corpoream, aut mortalem hæretici.*
4 *Animam & nam tantum esse in homine contra glossam.*
5 *Animam rationalem ueram formam substantialem corporis esse.*
6 *Anima rationalis quę in fine creata.*
7 *Gratia & operibus, & non sola fide hominem saluari.*
7 *Iustus sit nullus, nisi per merita Christi, nec per illa, lege priuata, nisi sic & communicata.*
7 *Gratiam primam nemo de condigno meretur.*
8 *Christi anima quo tempore iusta, & beata effecta.*
9 *Mariæ, Ioannis, & Hieremiæ animæ quando iustæ factæ.*
10 *Animam humanam imaginari paruulis membris distinctam error.*
10 *Anima tota in toto corpore, & tota in qualibet eius parte.*
11 *Deus totus in toto orbe, & totus in qualibet eius parte.*
11 *Christi corpus totum in tota hostia, & totum in qualibet eius parte.*
12 *Animam asserere non esse formam substantialem hominis hæreticum.*
13 *Intellectus dicti Pauli, de interiore & exteriore homine.*
14 *Animæ sedę esse cor, & illā in sanguine habitare & crescere, & intelligendū.*
15 *Scientia hæc potius discenda, quā aliæ.*
15 *Animam, Deum, & Angelos putans corporeos an peccet, & sit hæreticus.*
16 *Peccatur quibus modis circa credenda de anima & nu.* 17.

DE PRAEFATA essentia animæ rationalis dicimus sequentia. Primo, q̃ multi, qui corpori magis, quam animæ indulgemus, parum auscultamus illud [a] *Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animę*

a Psal 65.

mee. Quandoquidem nimium occupati in curando corpore, parum de beneficijs a Deo collatis curamus. Ob quod ait B. Berna. [b] *Multi multa sciunt, & seipsos nesciunt, alios inspiciunt, et se ipsos deserunt: Deum quærit per ista exteriora deserentes sua interiora, quibus interior est Deus.* Et illud. *O anima Dei insignita imagine, decorata similitudine, desponsata fide dotata spiritu, redępta sanguine, deputata cum Angelis, capax beatitudinis, hæres bonitatis, rationis capax, quid tibi cum carne, vnde tanta mala pateris?*

b In princ. Meditationum.

1 Secundo, quod animæ nostrę rationalis perfecta cognitio nulli vnquam fine sacrarum literarum, aut fidei orthodoxæ cognitione plene patuit. Quapropter omissa definitione animæ, qua tradit Arist. [c] quamq; explicat Angelicus, & omniscius ille Tho. [d] scilicet, *Anima rationalis est actus corporis physici, organici, potentia & tam habentis*, definiamus eā nostro proposito sic aptius: *Anima rationalis est substantia, per se subsistens, incorporea, immortalis, creata à Deo ex nihilo, & ubi & quando infunditur corpori, & sit forma substantialis eius, per se, ad beatitudinem per gratiā, et bona opera consequendā apta.*

c Lib. 2. de anima text 4 & 5.
d 1. p. q. 76. art. 4.
e Lib. 6. To. c 1. & 2.
f In l. 1. ff. de dolo malo & l. 1. ff. de testam.

2 Dixi, *Substantia*, ne definitio careat genere, quo & differentia debet constare omnis optima definitio. quod docuit per theoriam Arist. [e] & per praxim & vsum Iuris cōsultus Vlpianus [f] vbi Bart. & alij hoc explicant: & constat verbum substantia, esse genus ad animam humanam: omnis etenim anima humana est substantia, vt probat D. Thom. [g] non tamen econtrario omnis substātia est anima humana.

g 2. lib sent. dist. 3. q. 1. art. 6.

Dixi, *per se subsistēs*, vt differat ab anima vegetatiua plantarum, & à sensitiua cæterorum animalium, quæ non possunt per se subsistere, vt probat idem sanctus Thomas. [h]

h 1. p. q. 75. art. 3. & 6. & q 76. art. 3.

3 Dixi, *Incorporea*, ad differentiā substantiæ corporeæ, & ad damnationem Diogenis, & aliorum ethnicorum Philosophorum, qui dixerunt, animā esse ventum, vel aerem, vt refert B. Isidorus, [i] & S. Anto. [k] quos appellat hæreticos Tertullianistas Isidorus. [l]

i Lib. 11. originum siue etymologiarum, cap. 1. de homine, & partibus eius.
k Part. 1. ti. 1. cap. 4. in princ.
l Vbi supra lib. 8. cap. 5. relatus i c. pe. 24. q. 3.

Dixi, *Immortalis*, tum ad retundendam hæresim, quæ, vt ait Isidorus, [m] Arabicorum est dicentium, animam simul

m In eod. cap. 8.

cum

cum corpore interire: quod hæreticum esse declarauit Concil. Lateran.[a] & antea probauit S. Tho.[b]

4 Tum ad differentiam aliarum animarum, quæ cum suis corporibus moriuntur, vt ait ibidem S. Tho. & gloss.[c] quæ tamen innuit vnum falsum (quod etiam male affirmat Io. Brun.[d]) quatenus loquitur de anima vegetatiua, qua viuimus, & sensitiua, qua sentimus. significat etenim in nobis esse tres animas, videlicet vegetatiuam, sensitiuam, & rationalem, & morientibus nobis mori duas, quod vtique falsum est, quoniam nulla est in homine alia anima præter rationalem, vt habetur in lib. de Eccles. dogmat.[e] & late probat B. Tho.[f] Et ipsamet est vegetatrix, siue vegetatiua, & sentiens, siue sensitiua: & intelligens, siue intellectiua.

Dixi, *Creata a Deo*, ad damnandã hæresim Tertulliani, asserentis animas ab Angelis creari, vt tradit B. Augustus.[g] cõtra Symbolum Apostolorum & Niceni concilij, & cap. firmiter.[h] quibus docemur, Deum esse creatorem omnium visibilium & inuisibilium.

Dixi, *Ex nihilo* ad fugiendum hæresim Gnosticorum, qui, vt ait Isidorus[i] & refert August.[k] ob altitudinem scientiæ, quam sibi arrogabant, se ita appellare voluerunt, & dixerũt ex natura Dei creatas animas, & nõ ex nihilo, quæ hæresis fuit etiam Manichæorum: damnata per primum Cõcilium Braccharen.[l] in hæc verba: *Si quis animas humanas, vel Angelos ex Deo credit substantia extitisse, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.*

Dixi, *vbi & quando infunditur corpori*, ad fugiẽdum errorem Origenianorum, asserentium animas hominum, iam inde a principio mundi fuisse simul cum angelis creatas in cœlo, & inde postea mitti in corpora, vt ait Isidorus[m] & refert S. Tho.[n] Contra item illos, qui asserunt, prius creari animas, quam in corpora mittantur, quod videtur sensisse glossa[o] dum ait, animam prius viuere quam sit in corpore, quod tamen hæreticum esse dicit glo. Ioan.[p] in hæc verba memoratu dignissima quæ decerpere potuit ex Magistro senten.[q] *Fides nostra est, quod, quotidie Deus nouas creat aïas, & infundit nouis corporibus, & infundendo creat animas, & creando infundit.* Cui consonat S. Tho. communiter receptus.[r] Ita quod anima non creatur in cœlo, sed intra corpus: & non antequam infundatur: sed cum infunditur, vt infra[s] dicetur.

5 Dixi, *Vt si forma substantialis eius per se*. Primum ad declinandam hæresim eorum, qui dixerunt animam non esse formam substantialem corporis. Deinde contra eos, qui dixerunt, non esse talem formam, saltem in quantum est rationalis quos damnauit concilium Viennense[t] in hæc verba: *Porro doctrinã omnem seu positionem, temere asserentem, aut tertentem in dubium, quod substantia animæ rationalis, seu intellectiuę vere, ac per se humani corporis non sit forma, velut erroneam, ac veritati Catholicæ, inimicam fidei prædicto sacro approbante concilio reprobamus*, & tradit S. Tho.[u]

6 Dixi, *Ad obtinendam beatitudinem*, quo monstraremus finem illum vltimũ & felicissimum, ad quem habendũ creatæ sunt animæ nostræ, ac subinde nos ipsi, iuxta illud B. Aug.[x] citatum a Magistro.[y] *Fecit Deus rationalem creaturam, quæ summum bonum intelligeret, & intelligendo amaret, et amando possideret, ac possidendo frueretur.*

7 Dixi. *Per gratiam*, ad excludendum errorem Pelagianorum tradentium (vt refert B. Augustus.[z]) posse nos per solam potentiam naturalem cum concursu generali Dei, sine vlla ope speciali gratiæ iustificari, & glorificari, quos appellat hæreticos Isidorus,[a] qui damnati fuerint olim in concilio Milenitano,[b] & Concilio Africano,[c] relatis in tribus capitibus vltimis de consecr. dist. 4. & nouissime in Conc. Trid.[d] vt dicemus.[e]

8 Dixi, *Et per bona opera*. ad significandum, quod licet primam gratiam, qua per baptismum, vel pœnitentiam iustificamur, nemo suis operibus de condigno mereri possit, vt definit præfatum concilium Trid.[f] & docet S. Tho.[g] nullus tamen adultus iudicio rationis fungẽs lege communi iustificatur nisi prævio aliquo actu moraliter bono, a libero arbitrio suo producto, etiam si fide perpolleat, iuxta illud August.[h] *Omnis, qui iam suæ uitæ arbiter cõstitutus est cum accedit*

a Sess. 8. ca. 7. in prin.
b 1. p. q. 61. art. 2. ad 3. & 2. 2. qõ. 164. art. 1. ad 1.
c Cle. 1. §. porro. Verb. intellectiua de sum. Trinit. & fide Catho.
d Despõsa lib. cõcl. 14. nu. 4. in capit. 15.
e In princ. tom. 3. inter opera Aug.
f In 1. p. q. 26 artic. 3. & lib. 2. cõtra Gent. c. 58. & de ani. art. 11. & quolibet 1. q. 4. ar. 1.
g In lib. de hæresib. ad Quod Vult Deũ. c. 86.
h De sum. Trinit & fi de Cathol.
i In d. cap.
k Vbi supra cap. 6.
l Cap. 5.
m Vbi sup.
n In 1. p. q. 118. art. 4.
o Ca. si quis obiecerit. 1. q. 3.
p In c. quod vero nõ formatum. 32. q. 2.
q Lib. 2. distin. 17.
r In d. li. 2. sent. d 3 q. 1. ar. 4 dist. 17 q. 2. art. 2. & 1. p. q. 90. art. 4.
s Eod. n. 11.
t In Cle. 1. §. porro. de sum. Trinit. & fid. cath.
u Opusc. 24
x In Enchirid. c. 3.
y In 2. lib. sent. dist. 1.
z In præcitato lib. de hæresi. ad Quod Vult Deũ. c. 88.
a In cap. pe nul. 23 q. 3
b Cap. 5.
c Cap. 80.
d. Sess. 6. ca. 1. & can. 1. 2. & 3.
e In præl. 3. nu. 11.
f Vbi supra c. 5. & can. 1. & 3.
g 1. 2. quæst. 112. art. 1. & 114. artic. 2.
h In lib. de pæn. medic. c. 2. & in c. oĩs, de consecr. dist. 4.

cedit ad sacramentum fidelium, nisi eũ pœniteat veteris uitæ, nouam non poterit inchoare: ab hac pœnitentia cum baptizantur soli pæruuli immunes sunt, nondum enim uti possunt libero arbitrio. [a] & iuxta ea, quę tradit S. Thom. [b] Adultus, inquam, iudicio rationis fungens, quia infantes, pueri, & adulti carentes iam à natiuitate ratione, ob merita Iesu Christi Domini nostri per baptismum communicata, eam nunc sub lege gratiam consequuntur, [c] & olim sub lege naturali, & scripta ob eadē merita applicata per circũcisionē, & alia sacrificia & oblationes, in id institutas consequebantur, non tñ ex opere operato, sicuti nũc per sacra. [d]

9 Domini autem nostri Iesu Christi anima illa gloriosissima, & semper bene dicta, lege priuata sine vllo eius actu & merito præcedente, in primo suæ conceptionis instanti, non solum fuit iustificata, sed etiam beatificata, quoad beatitudinem animæ propriam, vt ante & post alios declarat S. Tho. [e] Eadē item lege priuata beata & immaculata virgo Maria, Dei mater in primo suæ conceptionis instanti, B. item Ioannes Baptista, & Hieremias antequã nascerentur, sine vllo sacramento & sacrificio fuerũt iustificati, iuxta ea, quæ leguntur, & non tantur, Luc. 1. & tradit S. Thom. [f]

10 Tertio dicimus, quod ex hac definitione sic explicata infertur primo, errare illos, qui imaginantur animas humanas esse diuisibiles quales sunt animæ aliorum animantium, habereq; capitula, seu parua capita, brachiola, manusculas, & alia membra, quæ respondent corporis partibus, quas animant & informant. Quoniam anima rationalis est res incorporea, & indiuisibilis, neq; habet vlla talia membra: imò tota est in toto corpore, & tota i qualibet eius parte quoad ipsam animæ substantiam & essentiam, quod docet S. Tho. ab omnibus receptus [g] post beatum August. [h] quemadmodum Deus opt. max. est totus in toto mundo, & totus in qualibet eius parte, quia est vbique secundũ Magistrum, & alios, [i] & S. Thom. [k] & sicut sanctissimum Christi corpus in almo & admirabili Eucharistiæ sacramento totum atque integrum est sub tota panis & vini specie, & totum sub altera tantũ ac qualibet eius parte, [l] & definiuit nuperrime sacrosanctum concil. Trid. [m] declarando [n] hæreticum eum, qui negat totum Christi corpus cõtineri sub vnaquaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus separatione facta.

11 Secundo infertur, aiam nõ esse hominem; tum quia anima, vt diximus [o] est substantia incorporea & immortalis, [p] & tradit S. Tho. [q] tum quia homo duabus partibus constat, anima nempe rationali & corpore. Id quod tradit grauissimus auctor Innocent. Tertius [r] in hæc verba: *Ad esse hominis duo principaliter exiguntur, videlicet corpus & anima, ex quorum coniunctione verus homo subsistit,* quod ipsum antea docuit sanctissimus ille pater noster August. [s] & latius expressit D. Tho. [t] post Arist. [u]

12 Tertio infertur, cauẽdum esse, ne quis ex illis verbis eiusdẽ Aug. [x] *Oportet primum domum compaginari, & sic habitatorem induci,* colligat id, q vtinã nemo colligeret: nempe perinde animam rationalẽ esse in corpore, ac motor nauis est in naui, & habitator domus in domo, quod non sit vera, & essentialis forma humani corporis, quoniam hoc est hæreticum, & damnatum per clement. 1. [y] vt prædiximus. [z]

13 Quarto infertur, quod Paulus cũ [a] appellat hominem interiorem partem intellectiuam, & hominem exteriorem partem sensitiuam, noluit dicere, quod aliqua illarum pars separata sit homo, vt quidam hæreticus Tertullianus nomine inde collegit, auctore S. Thom. [b] sed quod secundum rei veritatem pars intellectiua est principalior pars hominis, & secundum aliquorum falsam æstimationem, pars sensitiua est pars principalior eius: & totum solet interdum nominari a parte principaliori, vt declarat idem S. Thom. [c]

14 Quinto infertur, gloss. illam [d] quæ inquit, *cor esse animæ sedem;* non esse ita intelligendam, quod anima sola cordi insideat, indeq; reliquum corpus gubernet, sed quod licet per se totam immediate omnes eius partes animet & informet, in corde tamen operatur quãplurima eorum, quę ad vitam pertinẽt, quæ non operatur in alijs partibus, iuxta illud Parthenices Marianæ.

a Quod ipsum ait in lib. de fide ad Petr. c. 30. & in c. firmissime, 15. q. 1.
b 1. 2. q. 113. per totam.
c Cap. maiores de bap.
d Ca. quod aũt & cap. ex quo de consec. d. 4.
e 3. p. q. 19. art. 3. & 3. lib. sentent. dist. 18. art. 2. 4. & seq. & opusc. 3. cap. 138.
f In dict. 3. p. q. 17. art. 2. & 6. & q 27. p tot. & 3. lib. sentent. d. 3. q. 1. artic. 1. & 2.
g In 1. p. q. 8. art. 2. ad 3. & in 3. p. q. 46. art. 7. & in 1. lib. sen. d. 8. q. 5 art. 3.
h Lib. 6. de Trin. ca. 6.
i In d. libr. sent d. 37.
k In præcitata 1. p. q. 8. art. 2. & 3. libr. cõtra Gent. c. 68.
l Ca. singuli. & c. Sbi pars. de cõsecr. dist. 2.
m Sess 13. cap. 5.
n In can. 3.
o Sup. nu. 2. & 3.
p Ca. firmiter. de sum. trin. & fide Cath.
q Opusc. 23.
r In c. i quæ dã. § sed ad uersus, de cel. missæ.
s In l. 19. de ciu. Dei c. 3. per tot. & in libr. q. Veter. & nou. testa. c. 22. i c. Moy se 12. qõ. 2.
t 1. p. q. 75. art. 4. & q. 79. art. 1.
u 2. lib. de aĩa, tex. 3.
x In præcitato c. Moyses.
y. §. porro, de sum. tri. et fid. Cath.
z Sup. n. 5.
a In epis. 3.
a In epis. 2. ad Cor. c. 4.
b Ibid. lec. 5
c. 1. p. q. 75. art. 4. ad 1. et latius in d. lect. 5. su per prefatũ cap. 4. dist. 2. ad Cor.
d Cap. 1. de sacra unct. in princ.

Cor prius ex illo, quoniã descẽdit in artus
Vitalis calor, à pleno ceu flumina fonte:
Illic prima domus vitæ, postrema per illud
Discedens terris animus vestigia ponis.

Neque tamen ex hoc eleganti elogio colligas, prius tempore cor ipsum animari, quam cætera alia corporis membra: nec posterius tempore, quã illa destitui ab anima. Quoniam vno & eodẽ tempore creatur a Deo ex nihilo intra corpusculum iam ad id organice fabricatum & paratũ, & simul ei toti, & cuilibet parti coniungitur tanquam forma eius substantialis, & essentialis, ex qua & illo corpusculo constituitur verus homo, vt colligitur ex S. Tho. communiter recepto [a] & ex Magist. Scoto, & alijs. [b]

Sexto infertur, ad eundem item modum intelligendum esse illud B. Aug. [c] *Anima quia spiritus est, in sicco habitare non potest, ideo in sanguine fertur habitare.* Infertur item, ꝙ in illo dicto B. Hieronymi, [d] *Nec potest viuere anima nisi crescendi capax sit*, per verbum, *anima*, intelligendum esse hominem animatum, vt ibidem glossa intellexit per figuram Synecdoche, capiendo partem pro toto (quãuis recentior editio aptius pro anima habeat animal) anima enim humana nec augeri, nec minui potest: sed semper manet eadem, & incorruptibilis, vt supra dictum est, & probat S. Tho. [e] & Scotus, Bonauentura, & alij. [f]

Septimo infertur, illud Virg. [g] *Igneus est ollis vigor, & cælestis origo Seminibus*, quod glossa [h] intelligit de hominibus esse quidem verũ in eo sensu, quod origo hominum quoad animam est immediate à Deo per creationem ex nihilo intra corpusculum, quod embryo dicitur: non autem in illo, quod de aliqua parte cœlesti sit alla facta, hoc enim est, vt diximus erroneum.

15 Octauo infertur longe magis è re nostra esse ꝑ se, & simpliciter scire prædicta, eademque ruminare, quam alias scientias (etiam iuris) cognitioni fidei Catholicæ minime necessarias, tum per illud dictum Bern. [i] tum quia hæc pertinent ad cognitionẽ fidei orthodoxæ, cuius studiũ esse vtilius & melius, quã aliarũ scientiarum, (etiam iuris, ét laicis) singulariter definiit Innoc. receptus, [k] tum quia oportet omnes credere, saltem implicite, omnia quæ sunt Catholicæ fidei, hoc est credere in genere esse vera omnia, quæ credit sacrosancta Catholica Romana Ecclesia, & etiã explicite articulos fidei secundum S. Th. [l] saltem eos quos illa solemnizat, secundum eundem, quoad hoc ab omnibus receptum. [m]

Nono infertur, quæstionis esse quotidianæ, An, & quantũ peccẽt circa prædicta errantes? imo, An sint hæretici, adeo vt incurrant censuras contra eos latas?

Ad quam quidem quæstionem dicendum videtur primo, quod peccant, nisi simplicitas, vel ignorantia iusta eos excusset: & quod sunt hæretici, si pertinaciter id teneant. [n]

Secundo, quod non sunt hæretici, si pertinaciter non errant, hoc est, si habent præparationem animi actualem, vel virtualem resipiscendi, & credendi contrarium, cum primum nouerint, id teneri ꝑ fide ab Ecclesia Romana: quales arbitror innumeros, qui simpliciter, & bona fide sine pertinacia imaginãtur animas humanas, exutas corpore parvulas quasi infantes, eo quod frequẽter audiunt, vel legunt, animam sancti Pauli, primi Eremitę visam fuisse in huiusmodi figura a sancto Antonio per Angelos in cœlum deferri, vt in eius vita describit diuinus Hieronymus, & animam sanctæ Scholasticæ a beato Benedicto eius fratre & alias ab alijs. Sicut & imaginantur Angelos infantulos, & (quod peius est) imaginãtur etiam ipsum Deũ patrem omnipotentem figuræ cuiusdã viri grauis & senescentis: & Spiritũ sanctum columbam: eo quod passim vident Angelos pictos puerili figura in tabulis repræsentationis Natiuitatis, & Ascẽsionis Domini nostri Iesu Christi, & Assumptionis Deiparæ Virginis, & alibi sæpe: & eo quod vident Deum Patrem repræsentatum in figura grauis, senorisque hominis, & Spiritum sanctum in specie columbæ, quas imaginationes falsas concipiunt, eo ꝙ non satis docentur a parochis & concionatoribus, animas & Angelos non esse corporeos: & longe minus infinite Deum ipsum optimum maximum, licet per species corporeas repræsententur: & quod huiusmodi repræsentatio ideo fit, quia spiritualia, &

[a] *1.p.q.90. art. 2. 3. & 4. et q. 118. art. 2.*
[b] *In 2. libr. sent. d. 17.*
[c] *In præcepto cap. Moyses 32. q. 2.*
[d] *In l. 2. ad uer. Iouin. & in cane tales de cõsecr. dist. 5.*
[e] *1.p.q.75. art. 5.*
[f] *In 1. libro sent. d. 17. & in 6. Aen.*
[g] *In §. fi. in fin. de iur. nat. gent et ciu.*
[h] *Relatum supra init o huius præludij.*
[i] *In ca. firmiter nu. 6. de sum. Trin. & fide Cath.*
[l] *1. 2. q. 2. art. 5. & 6.*
[m] *Ibi. ar. 7.*
[n] *Arg. cle. 1. de sum. Trin. et fid. Cath. §. porro iũcta. gl. in verb. pertinaciter et cle. 1. §. porro iũct. gl. cod. ver. de usu. & tradit S. Tho. vbi supra.*
[o] *Vt in 2. li. Dialogorũ, ca. 33. scribit B. Greg.*

incorporea nequeunt oculis corporeis repræsentari talia, qualia vere sunt, & ita repræsentatur in figuris, quæ significãt nobis, nõ quidẽ ea esse talis figuræ, sed aliquas eorum virtutes, & proprietates habere. Figura etenim infantilis animæ, quæ in cœlum defertur, significat eius innocentiam, & quod eiusmodi figura angeli ornantis Christi Natiuitatem, & Ascensionem, & eius Mariæ matris Assumptionem, significat simplicem, & promptam deuotionem ad eis ministrãdum. Senilis vero ætas in Deo Patre summam eius auctoritatem, & prouidẽtiam designat. Columbæ vero, quæ simplex & amans est figura summã simplicitatem, & amorem Spiritussancti, qui est summus & simplex amor Patris, & Filij eis consubstantialis. Nam si satis hæc docerentur, libenter deponerent huiusmodi falsas imaginationes, crederentq; firmiter, quod nec anima, nec Angelus, & longe minus Deus ipse Pater, nec Filius, qua parte est Deus, nec Spiritussanctus vllatenus visu corporeo cerni possunt.

16 Tertio, quod cum, vt plurimum, nulli orthodoxorum concipiant prædictas imaginationes cũ credulitate pertinaci, quod Deus, angeli & animæ habeant corpora, siue quod sint corporea, non solum non sunt censendi hæretici, imò nec regulariter peccare, saltẽ mortaliter, si simpliciter & bona fide id faciant, per id quod in simili singulariter dixit Innoc.[a] cui nemo hucusque quem viderim, contradicit, & adsistit Panor.[b] communiter receptus, videlicet, nõ esse hæreticum, imò neque peccare eũ, qui naturali ratione motus falso opinaretur, Patrem in diuinis seniorem & antiquiorem esse Filio, & Filium Spiritussancto, modo paratus sit corrigi ab Ecclesia iuxta Augustẽ.[c] quod ipsum tenet Castren.[d] de omni alia hæresi, quam quis sine pertinacia credit, vel asserit, nesciens contrarium teneri a sancta Catholica Romana Ecclesia.

17 Quarto, quod hoc limitandum est primo, ne procedat quoad forum exterius, in quo præsumentur hæretici, licet vere tales non sint, & ideo, vt plurimũ, aliqua pœna maiore pro qualitate personarum plectuntur, qui probantur, vel confitentur asseruisse talia.[e] Secundo, ne procedat quoad forum conscientiæ quoad peccatũ in ijs, qui tenentur scire illa esse de fide, licet id sua culpa ignorent, vel non animaduertant, nec considerent. Tales enim, & si coram Deo, & in foro conscientiæ non sint censendi hæretici[f] nec consequenter in illo foro incurrant censuras, & alias pœnas contra hæreticos statutas, censendi sunt tamen grauiter peccare, cum ignorantia iuris, quod quis tenetur scire, non excusetur[g] quod satis sentit Innoc.[h] dum sentit differre clericos a laicis in materia credendi fidei articulos, & clarius Panor.[i] quamuis nec ipsi, nec alij, quod sciam, hoc satis declarent. Sed probatur ratione illa irrefragabili, q̃ paria sunt scire, vel scire debere[k] & constat grauissime peccare illos, qui scientes, contrarium esse de fide, affirmant talia, ergo etiam qui nesciunt, si scire deberent grauiter peccant, licet illa qualis qualis ignorantia & incogitãtia cum fide implicita, & proposito saltem virtuali credẽdi quicquid nouerint, & aduerterint esse de fide, a pertinacia, cẽsura, & alijs pœnis excusetur.[l]

Quinto, quod nullus prædictorũ errorum, nec alius, si tantum mẽtalis fuerit, inducit excõmunicationem, nec alias pœnas a iure statutas, licet vere sit hæresis, & peccatũ mortale grauissimum.[m]

Circa prædicta ergo alij peccãt mortaliter, & sunt hæretici: alij peccãt mortaliter, & non sunt hæretici, alij nõ peccant, vel solum venialiter.

Primi ordinis est primo, qui sciens & aduertens contrariũ teneri a sancta Catholica Romana Ecclesia, credit animã non esse subsistiã, quæ per se subsistere possit, differentem a corpore, quod informat.[n]

Secundo, qui cũ eadẽ scientia credit, eam esse corpoream, vel habere formã humanã in parua membra digestam.[o]

Tertio, qui cum eadem scientia credit, eam simul cum corpore interire.[p]

Quarto, qui cum eadem scientia credit animas creari, ab angelis, vel esse de substantia, vel parte Dei.[q]

Quinto, qui cum eadem scientia credit, omnes animas creari antequam infundantur corpusculis.[r]

Sexto,

a In præcita to cap. firmiter, de sum. Trinit. & fide Cath. nume. 7.
b In ead. rubr. nu. 4. & seq.
c In epist. 162. & in capit. dixit Apostolus. 24. quæ 3.
d Lib. 1. aduersus omnes hæresis cap. 9.
e Arg. cap. accusatus, in princ. & §. 1. & 3. de hær. li. 6.
f Vt præcitati asserũt.
g §. notandum posito sub capit. si quem pœnituerit. 1. qu. 4. cum glos. & omnibus alijs scribentibus, & ca. ignorantia, cum glos. & ei adnotatis de regul. iur. lib. 6. & tradit S. Th. in l. 2. q. 76. art. 2. & 4. & q. 90. ar. 4. & 2. 2. q. 53. art. 2.
h In d. c. firmiter de sum. trin. et fi. cat. nu. 2.
i Vbi sup.
k l. quod te mihi dare oportet. ff. de r. b. cred. cum multis ibi a recentioribus allatis.
l In quod faciũt cap. hęc est fides 24. q. 1. et c. dixit Apostolus, ead. caus. q. 3. q̃ latius tradit B. Anton. 2. p. ti. 12. c. 5. §. 1.
m Vt dicetur infra c. 11. nu. 12.
n Supr. nu. 2. 3. & 10.
o Nu. 3. & 10.
p Nu. 3.
q Nu. 1.
r Nu. 4.

Sexto, qui cum eadem scientia credit, animam non esse formam substantialem humani corporis. [a]

a Num. 1.

Septimo, qui cum eadem scientia credit, posse nos saluari solis uiribus naturalibus, & nostro libero arbitrio sine gratia speciali super naturali. [b]

b Num. 7.

Secũdi ordinis sunt qui prædicta credunt ignorantes, vel nõ aduertentes cõtrarium teneri a sancta ecclesia Catholica Romana, quod si scirent, & aduerterent nõ crederent illa; sed sunt personæ, quæ id scire, & aduertere debent. [c]

c Num. 16. & 17.

Tertij ordinis sunt, qui credunt prædicta nescientes, nec scire debentes cõtrarium teneri ab Ecclesia. [d]

d Ibidem.

DE ANIMAE POTENTIIS, quatenus est vegetatrix, & sentiẽs.

PRAELVD. 11.

1 *Animæ potentia quid, & quotuplex.*
2 *Potentiæ sentiendi exteriores quinque, interiores quatuor 3.*
4 *Anima rationalis habet vim appetitiuam animæ sensitiuæ.*
5 *Sensualitas appellatur vis appetẽs sensibilis, irascibilis, & concupiscibilis.*
6 *Animæ rationalis distinguitur à potentiis sensitiuis.*

DE potentijs animæ, quatenus est vegetatrix, & sentiens, dicimus, pauca. Primo, quod potentia, seu virtus siue vis animæ, de qua hic agimus, est proximum principiũ operationis eius, vt satis colligitur ex S. Tho. [e]

e 1. p. q. 67. art. 1. & 4.

Secundo dicimus, quod diuina bonitas eam ornauit omnibus potentijs, viribus, & uiribus, quas habet anima vegetans, siue vegetatiua, qua plantæ viuunt, adeo quidem, q̃ merito anima rationalis posset appellari vegetatrix, siue vegetatiua, vt resolute ait Ioann. Maior. [f] Siquidem cum in homine, vt dictum est supra [g] vna sola sit anima, & videamus eum nutriri augeri, & perfici, & nutritum, auctum, & perfectum similẽ sibi generare, cõsequens plane est, eius animam habere omnes vegetatiuæ animę potentias, uires, facultates, quę sunt tres, Nutritiua, quæ conseruat corpus, Augmentatiua, quę auget & perficit illud, & Generatiua, quæ sibi simile producit, iuxta illud Aristot. [h] *Opera animæ vegetatiuæ sunt tria, generare, alimento uti, & augmentum facere*, vt declarat sanctus Tho. [i]

f In 2. libr. sent. dis. 10. q. 2.
g Prælud. 1. nu. 4.
h 2. lib. de anima, tex. 13.
i 1. p. q. 78. art. 1. & de anima art. 13.

2 Tertio dicimus, quod eadem illa bonitas ornauit eam etiam potentijs, viribus, & facultatibus omnibus animę sensitiuæ, adeo quidem vt merito anima rationalis appellari possit sentiens, siue sensitiua, vt recte dicit Ioan. Maior. [k] Cum enim videamus, hominem mouere sese, efficitur eum habere potentiam motiuã animæ sensitiuæ. Cum item perspiciamus, eum sentire & cognoscere, consequitur, eum habere potentiam animæ sensitiuæ cognoscitiuam, quæ diuiditur in interiorem, & exteriorem. Exteriorẽ exercet per potentias exteriores, quæ sunt quinque, Visus videlicet, Auditus, Odoratus, Gustus, & Tactus, quos recensuit etiam glossa, [l] interiorem autem cognitionem sensitiuam exercet per potẽtias sensitiuas interiores, quæ sunt quatuor.

k In dict. li. sen. d. 16. q. 2.
l l. qẽ meo. ff. de ad q. poss.

3 Prima est, Sensus communis, cuius munus & officium est recipere interius cognitiones omnium, quæ prædicti quinque sensus exterius cognoscunt, & de illis iudicare. Secũda est Imaginatiua, seu Cogitatiua, cuius munus est seruare omnia, quæ recipit Sensus communis. Tertia Aestimatiua, ad quam spectat recipere intentiones, quas animal naturaliter percipit, sed aliter quam per sensus exteriores, vt est illa, qua ouis æstimat lupũ esse suum inimicum. Quarta est Memoratiua, cuius officium est conseruare tanquam in thesauro intentiones, quas æstimatiua recipit, secundum sanctum Thomam [m] qui [n] ait, Auicennam addidisse his quintam, videlicet phantasiam, sed supernacanee, cum eius officium efficiat Imaginatiua.

m 1. p. q. 79. art. 6. in corpore q.
n In q 78. art. 4.
o 1. p. q. 81. art. 1. & a Ioan. XXII. in prœmio clement. & ab Inn. 1. in cap. 1. § in vertice, de sacra unctione.

4 Quarto dicimus, quod hæc eadem anima nostra habet potentiam appetendi, qua pollet anima sensitiua, quia potest appetere ac renuere, quæ per sensus prædictos cognoscit. Quæ quidem potẽtia appetitiua sensualitas vocatur a sancto Thoma, [o] quæ vox, quamuis non videatur latina, ea tamen vtitur etiam Magister. [p] vbi eam definit.

p In 2. libr. sent. d. 24.

5 Quinto dicimus, quod hæc sensualitas, siue potentia, siue vis appetitiua sen-

sitiua diuiditur in concupiscibilem, & irascibilem. Concupiscibilis est illa, per quam anima humana, quatenus conuenit cum sensitiua, potest appetere, siue velle, vel renuere, siue nolle illa, quæ apprehendit conuenire, vel non conuenire per prædictos sensus, ea ratione quod conueniant, vel non conueniant. Irascibilis vero est illa, per quam audet resistere illis, per quę impugnantur, vel per quæ impediuntur illa, quæ sibi conuenire videntur. Itaque potentia irascibilis propugnatrix est potentiæ cõcupiscibilis, vt dixit Sanctus Thomas [a] qui [b] probat, prædictas duas potentias subdi rationi, eiq; obedire, licet quoad aliquid ei repugnent, & submurmurent. Quoniam dictante ratione, non esse expetẽdum, vel cupiendum, aut renuendum illud, aut illud, aut nõ esse resistendum illi, aut illi, aut omnino obediunt, aut certe refrænantur. Quod experientia palã docet, quoties ira, timore, audacia, amore, vel odio perciti, aut omnino, aut ex parte sedantur, considerando aliqua a nobis, vel ab alijs proposita rationi consentanea: sicuti [c] Dauidis ardens ira extincta fuit per rationes, & preces Abigail iustissimas. Amor item effrænatus, & furens Mariæ Magdalenæ repressus, & exstinctus fuit per prædicationẽ Domini nostri Iesu Christi, diuinæ & humanæ rationi consentaneam. [d]

6 Sexto, quod satis grauis quæstionis est. An quælibet prædictarum potentiarum vegetatiuæ ac sensitiuæ sit re ipsa idem quod anima? In qua quidem quæstione illa videt verior, facilior, & commodior sententia, quę habet, nullam harum potentiarum, quas habet anima rationalis humana, quatenus est vegetatiua, vel sensitiua, cognoscitiua, aut appetitiua, esse idem quod ipsamet anima, eo quod omnes prædictæ potentiæ constant & sunt compositæ ex aliqua parte corporis, & ipsamet anima: sicut totus homo constat ex anima & toto corpore. Et ita sicut totus homo non est sola anima ipsius, vt prædictum [e] est: ita partes illæ hominis, quæ sunt potentiæ sensitiuæ, & organa sensuum ipsius nõ sunt sola anima, ex qua & aliquibus partib⁹ corporis constãt, quia eadem ratio, quę est tota ad totum est de parte ad partem, [f] quod longe dilucidius, quam ãlij omnes, tradit Ioan Maior. [g]

Circa potentias animæ humanæ nullus fere peccat, credẽdo illud, aut illud, nisi qui scit, vel scire debet, vnam tantum animã (rõnalem scilicet) esse in homine, iuxta dicta supra [h] & nihilominus credit, animam rationalem non sentire sed solum intelligere: quia consequenter videtur confiteri, plures animas esse in homine, quod est erroneum. An autẽ id sentiẽs sit hæreticus, vel peccet mortaliter, facile colligitur ex Præludio. 1. [i]

[a] *In dicta q. 81. art. 2.*
[b] *In seq. ar.*
[c] *1. Reg. ca. 25.*
[d] *Luc. c. 7.*
[e] *Prælud 1. num. 11.*
[f] *l. quæ de tota. ff. de rei uendic.*
[g] *& c. pastoralis. §. itẽ cum totum. de offic. delleg.*
[h] *In 2. libr. senten. dist. 16. q. 2.*
[i] *In Præl. 1. num. 4. Num. 16. & 17.*

DE POTENTIIS ANIMAE, quatenus est rationalis, siue intellectiua.

PRAELVD. III.

1 *Anima rationalis quas potentias habeat, & an sint ipsa 2.*
2 *Anima & memoria non differunt: sicut nec intellectus & ratio 3.*
4 *Anima cur appellatur intellectus, memoria, intellectus agẽs, intellectus possibilis & ratio, tũ superior, tũ inferior.*
5 *Animæ appetitus, & intellectus varie appellatur.*
6 *Appetendi & noscendi vis intellectiua, & differt a sensitiua.*
7 *Intellectus an potior voluntate.*
7 *Voluntas et intellectus vario modo animam mouent.*
8 *Appetendi vis diuiditur & sensualis.*
9 *Anima sola rationalis habet liberum arbitrium.*
10 *Liberũ arbitriũ nõ esse homini hæresis.*
11 *Liberum arbitrium, & sufficit ad cadẽdum, & non ad surgendum.*
11 *Gratiam gratum facientem primã nemo de condigno meretur.*
12 *Gratia Dei quæsita sine dono perseuerantiæ non perdurat.*
13 *Anima plura nosci vi rationali, quã sensitiua.*
14 *Anima & nosci se, & angelos, & vtriusque actus.*
15 *Anima & angelus non cognoscunt per suas essentias, & Deus per suam.*
16 *Homo imago Dei est quo ad mentem, non quo ad corpus.*
17 *Imago Dei est mulier sicut & vir.*
18 *Homo imago Dei quoad naturam, potentias, & actus.*

Homo

19 *Homo qua via Deum unum & trinũ melius cognoscit.*

20 *Generatio, & processio in diuinis spiritualissimæ.*

DE potentijs animæ, quatenus est rationalis, siue intellectiua dicimus sequentia. Primo, quod Deus Opt. Max. donauit animam rationalem humanam non solum præfatis potentijs, quibus decorauit animam vegetatiuã, & sensitiuam: sed etiam alijs duabus lõge nobilioribus, videlicet potentia intelligendi, quam scholæ intellectum appellant, & potentia appetitiua, siue appetendi, quam eædem voluntatem nominant.

2 Secundo dicimus, quod S. Thom. cum suis asseclis [a] ait illas non esse animam: sed ab ea, & inter se reipsa differẽtes, ita vt anima sit substantia: intellectus vero & voluntas duo accidentia diuersa inseparabiliter ab ea emanantia. Scotus autem contra tenet, [b] cum suis sequacibus, & omnibus Parisiensibus, exceptis Dominicanis, vt testatur ibidem Ioan. Maior. [c] qui eam per multas propositiones dilucidius, quam alij omnes ibi explicat: sicut econtrario Gabriel diffusius alijs obumbrasse videri potest. Equidem Scoto magis accedo, tum ob eius rationes, tum quia eum parũ, imo nihil referat quoad salutem animæ, de qua tractamus, vtram harũ teneamus, per hanc vitamus multas difficultates, quæ multum laboris, & parum vtilitatis ingerunt, tum quia ipsemet S. Th. [d] 3 ait memoriã nõ esse potentiam separatam ab intellectu, & ante [e] affirmat, intellectum possibilem non separari ab intellectu agente, nec speculatiuũ a practico [f] nec rationem ab intellectu: nec rationem superiorem ab inferiori. [g] Ad quæ omnia dicenda vir sanctissimus, iti demique doctissimus eo mouetur, quod absque necessitate non sunt res multiplicandæ, iuxta illud Aristot. [h] *Frustra fit per plura, quod fieri potest per pauciora.* Id quod non latuit glossam [i] & æque sere facile sustineri potest, quod hæ duæ potentiæ, intellectus scilicet, & volũtas sint vna & eadem res inter se, & cũ anima ipsa, & quod memoria & intellectus sint vna, & eadem potentia: tum denique, quod clarissimus ille iuxta ac sanctissimus rerum vtilium doctor Isidorus, quem nemo corũ citat, in hac fuit opinione [k] eamque declarauit quã breuissime per hæc verba. *Hæ* (videlicet potentiæ) *ita adiunctæ sunt animæ, vt una res sit, pro efficientis enim causarum diuersa nomina sortita est anima, nam & memoria mens est, vnde & immemores dicuntur amentes, dum ergo viuificat corpus anima est, dum vult, animus est, dum scit, mens est, dum recolit, memoria est, dum rectum iudicat, ratio est, dum spirat spiritus est.* Quæ quidem verba aperte sonant, animam pro varietate officiorum varijs appellari nominibus, nõ quidem eo, quod illæ vires & potentiæ sint ab ea, vel inter se re distinctæ, sed eo quod diuersos, & distinctos effectus operatur per illas, quemadmodum Deus ipse, cum sit vna res simplicissima, tamen quia infinitas vires habet, & infinita operatur, infinita sortitur nomina: cum tamen nihil sit in eo, quod non sit ipsiusmet substantia [l] & sicut vnus, & idẽ homo propter varia officia, varia sortitur nomina, dicitur etenim pater, quia filium habet, rex, quia regnũ, & comes, qa comitatũ.

4 Tertio dicimus, quod anima humana, quatenus habet vim intelligendi, varie appellatur. Nam appellatur intellectus, qua ratione intelligere potest: & intellectus agens, qua ratione agnoscit & agit cognitiones & notitias: intellectus vero possibilis, quatenus recipit eas, memoria vero, quatenus eas recolit, secundum Arist. [m] ratio autem dicitur secundum Aug. [n] quatenus aliud ex alio deducit, quod pulchre declarat S. Tho. [o] pars vero superior rationis secundũ eũdem Augustinum [p] eo quod intẽdit æternis concupiscendis, & considerandis, pars vero inferior rationis, quatenus intendit temporalibus gubernandis, quod latius declarat idem Tho. [q] & Magister, & alij. [r] intellectus vero speculatiuus, quatenus id quod intelligit, non ordinat ad opus: practicus autem, quatenus id, quod intelligit, ordinat ad opus, vt idem declarat [s] iuxta illud Arist. [t] *Intellectus speculatiuus per extensionem fit practicus.*

5 Quarto dicimus, quod eadem anima varie appellatur, quatenus habet vim

[a] 1.p.q. 77. art & lib 1 sent.d. 3.q. 4.art. 2. & de anima art. 12. & alibi sæpe.
[b] In 2. libro sent. d. 16. q quæst. 1.
[d] In d. 1. p. q. 79. art. 7.
[e] In eadem q. art. 1. 3. & 4.
[f] Ibidem art. 11.
[g] Artic. 8. & 9.
[h] 1. Physic. cap. 5.
[i] In princ. et in fine. cl. 1. de sum. Trinit. & fid. Cathol.
[k] 11. lib. originum siue etymologiarum, cap. 1.
[l] Iuxt. c. firmiter, de su. Trin. & fid. Cath. adũcta glos. in verbo. simplex omnino, et tradit Aquinas, 1. p. q. 3. & q. 9. art. 2.
[m] Lib. 3. de anima.
[n] Lib. 3. super Genes. ad literam, cap. 20.
[o] In 1. p. q. 79. art. 8.
[p] Ibidem cap. 13.
[q] In dict. q. 79. art. 9.
[r] In 2. libr. sent. d. 24.
[s] In præcita q. 79. artic. 11.
[t] 3. lib. de anima, text. 49.

vim

vim volẽdi,vel nolendi rationalem, appellatur enim proprie animus, vt Iſidorus ait, [a] appellatur item a vulgo volũtas, quamuis a nullo auctore linguæ Latinæ idoneo,quem legerim,ſic appelletur.Nam ille actus volendi,vel nolendi, qui barbare dicitur,volitio,vel nolitio, eſt Latine volũtas vt docet Marcus Tullius, [b] ibi: *Appetitionem quã Græci βούλησιν appellant, nos voluntatẽ vocamus.* Quod ipſum ſentit Aug.c.ibi. *Voluntas eſt animi motus ad aliquid imitãdum, vel non imitandum.* Appellatur etiam ſpiritus a Paulo, [d] ibi:*caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus autem aduerſus carnem.* vbi ſpiritus ſignificat concupiſcentiam ſpiritualiũ,vt colligitur ex S.Th. [e] Appellatur itẽ appetitus intellectiuus vulgariter. Verumtamen quia loquendum eſt vt plures,vim,ſeu potentiã intelligendi appellabimus intellectũ,vim vero,ſeu potentiam volendi,aut nolendi voluntatem,vt vterque,tam Scotus, quam S.Thom.appellant.

6 Quinto dicimus, quod ex ijs infertur, quod voluntas, quæ eſt vis, & potentia volendi, & appetendi intellectiua longe differt a vi, ſeu potentia volẽdi,ſeu appetendi ſenſitiua, tum quod illa [f] ad plura extenditur, tum quod hæc appellatur ſenſualitas, vt in proxime præcedenti præludio diximus, iuxta illa,quæ tradit Ariſt. [g] quæ ſubtiliter tractat vterque Tho. [h] illa vero a vulgo appellatur voluntas, ſeu potentia vel vis appetitiua,ſiue rationalis, tum ob illud Pauli, [i] ſupra relatum. *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum:ſpiritus autem aduerſus carnem,* vbi per *carnem*, ſignificatur ſenſualitas, per *ſpiritum* autem voluntas ſuperior, tum quia experimur, nos velle aliqua per ſenſualitatem, a quibus abhorremus per vim appetitiuam intellectiuam,iuxta illud eiuſdem Pauli. [k] *Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.* tum quia potẽtia appetitiua ſenſitiua,ſiue ſenſualitas, non eſt ipſa anima ſed pars quædam hominis compoſita ex anima, & materia,ſiue corpore,in qua eſt vis appetitiua ſenſitiua.Voluntas autem eſt ſecundum opinionem quam ſequimur, ipſa anima pura: ſecundum vero ſanctum Thomam eſt accidens quoddam inſeparabiliter ab eſſentia animæ fluens, vt dictum eſt.

7 Quibus quidem omnibus addo aſſeri ab omnibus, quod alia ratione voluntas,ſiue anima velle potens mouet intellectum, ſiue ſeipſam intelligere potentem:& alia anima,quatenus eſt intellectus,voluntatem.Voluntas enim mouet intellectum veluti volendo, & imperando,vt agat illud,aut illud:intellectus autem mouet voluntatem præſentando ei obiectum & rationem, qua illud velle, aut nolle debeat,vt declarat S.Tho. [l] 8 Sexto dicimus, quod ſicut ſenſualitas,& potentia appetitiua animæ humanæ ſenſitiuæ comprehendit vim iraſcibilem,& concupiſcibilem, quæ non re, ſed tantum ratione differunt,ſic potentia,& vis appetitiua animæ intellectiuę continet ſub ſe iraſcibilem, & concupiſcibilem eiuſdem partis intellectiuæ, per quas non ſolum poteſt facere id, quod faciunt concupiſcibilis, & iraſcibilis ſenſualitas circa ſenſilia:ſed etiam circa ea, quæ tantum ſunt intelligibilia,& poteſt cõcupiſcere ea omnia,quæ cognouit per ſenſum,vel rationem conuenire, & renuere contraria: quod eſt officium partis concupiſcibilis. Poteſt item renuendo reſiſtere omnibus impugnantibus,vel conuenientia impedientibus,quæ cognoſcit eſſe talia, ſiue per ſenſum, ſiue per intellectum: quod eſt officium iraſcibilis, vt colligitur ex Sancto Thoma. [m] 9 Septimo dicimus,quod licet anima humana ea ratione, qua eſt ſenſitiua nõ habeat liberum arbitrium: habet tamẽ illud qua ratione eſt intellectiua,tũ per illud. [n] *Deus ab initio conſtituit hominem & reliquit eum in manu conſilij ſui,* ideſt, libertate arbitrij ſui,ſecundum gloſſam eiuſdem,& Sanctum Thomam [o] tũ quia libere eligit, & refutat per potentiam, ſiue vim appetendi ea quæ ſibi repræſentantur a potentia,ſiue vi intelligendi & iudicandi,ratiocinãdo,quod fuſiſſime docet Magiſter [p] cum aliis in eũ commentantibus, & Sanctũ Thomas [q] tum quia hoc diſtat inter inanima, & animata ſola anima vegetatiua tantum ex vna parte, & animalia bruta ex altera, & hominem ex tertia, quod prima agunt ſine iudicio proprio alia cum iudicio

a Vbi ſupra

b 4.libr. Tuſcula.

c Lib.1. Retract. c. 15. & c.1. §.1.

15.quæſt.5.

d Ad Galat.5.

e Ibidẽ lect. 4.& 1.2.q. 70.art 4.in corpor.q.

f Vt infra in 8.diſt.13.dicetur.

g 3. de anima.

h in 1.p.q. 80.art.2.

i Ad Galat.5.

k Ad Roman.7.

l 1.2.q.8. art.1.

m In dicta q.82. art.5.

n Eccleſ.15

o 1 p.q. 21. art.2.& 3. 2.q.140.art.1.

p 2 lib.ſent. d.24.

q In dicta 1.p.q. 81. perquatuor articulos.

iudicio proprio ſed naturali, non libero: homo vero ex iudicio proprio libero, poterat diuerſa eligere. Nec ideo putet quis liberum arbitrium eſſe actũ, vel habitum naturalem inſuſum, vel ac quiſitum alicuius potẽtiæ: quia imo eſt ipſa potentia animi, vt cõcludit S. Thomas [a] poſt Magiſtrum, [b] vbi idem San. Thomas & alij idem affirmant: & cum per ſupra dicta, [c] non diſtinguantur re ab anima, ſecundum eos, quos in hoc ſequimur, ſed ſolum ratione, conſequitur liberum arbitrium eſſe ipſammet animam ea ratione, quod cognoſcendo aliquid per vim intelligendi poteſt libere illud velle, vel nolle per vim appetẽdi: & ideo non abs re definitur a prædictis eſſe facultas voluntatis & rationis: quia in eius exercitio oportet interuenire actum cognoſcendi, & ratiocinandi, ſeu conſultandi, qui pertinet ad intellectũ, ſeu vim intelligendi, & actum eligendi, qui pertinet ad voluntatem, ſeu vim appetendi. Itaque anima eſt, & dicitur liberum arbitrium ratione præfata.

a 1.p.q 83. art. 2.
b In 2. libr. ſent. d. 24.
c Num. 8.

10 Cæterum circa liberum hominis arbitrium duæ ſunt hæreſes. Altera eſt Lutheranorum, vel potius antiqua Albanenſium per impium Lutherum renouata, quæ omnino negat ineſſe homini liberum arbitrium. Altera eſt Pelagianorum quæ habet (vt teſtatur B. Auguſt.) [d] tantum eſſe illi liberi arbitrij, vt per illud ſolum ſine ſpeciali gratia poſſit iuſtificationem mereri. Quarũ prior reprobatur non ſolum a S. Thoma vbi ſupra, & latiſſime a Caſtrenſi, [e] & a quã plurimis alijs alibi: ſed etiam a ſacroſancto Concil. Trid. [f] in canonibus de iuſtificatione, quorum quartus ſic habet, *Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium a Deo motum, & excitatum nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quo ad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat, ac præparet, neque poſſit diſſentire, ſi velit, ſed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, mereque paſſiue ſe habere, anathema ſit.* Quintus vero ſic inquit, *Si quis liberum hominis arbitriũ poſt Adæ peccatum amiſſum, & extinctũ eſſe dixerit, aut rem eſſe de ſolo titulo, imo titulum ſine re, figmentum denique a Sathana inuectum in Eccleſiam: anathema ſit.* Sextus demum ſic: *Si quis dixerit, non eſſe in poteſtate hominis, vias ſuas malas facere, ſed mala opera, ita vt bona Deũ operari, non permiſſiue ſolum, ſed etiam proprie, & per ſe, adeo, vt ſit proprium eius opus non minus proditio Iudæ, quã vocatio Pauli, anathema ſit.*

d In lib. de hæreſi ad quod vult Deũ c. 88.
e In lib. 9. aduerſus omnes hæreſes, verbo libertas, in princ.
f Seſſ. 6. de iuſtificat. canon. 4. 5. &c.

11 Cuius rei conſideratio valde nobis profuerit: multum etenim nos ad eius gratiam petendam & flagitandam ſubmittet, reputare nobiſcum, poſſe quidẽ nos mala facere per ſolum noſtrum liberum arbitrium: bona vero, quæ ſufficiant ad vitam æternam conſequendã nequaquam. Poſterior vero hæreſis prædicta Pelagianorum, damnata olim in Concil. Mileuitano, [g] nuper iterum damnata fuit a ſacro Concil. Trid. [h] Primus ſic habet: *Si quis dixerit, hominem ſuis operibus quæ per humanæ naturæ, vel per legis doctrinam fiũt, abſque diuina per Ieſum Chriſtum gratia poſſe iuſtificari coram Deo: anathema ſit.* Secundus vero ſic: *Si quis dixerit, ad hoc ſolum diuinam gratiã per Chriſtum Ieſum dari, vt facilius homo iuſte viuere, ac vitam æternam promereri poſſit: quaſi per liberum arbitrium ſine gratia vtrumque, ſed ægre tamen, & difficulter poſſit, anathema ſit.* Canon vero tertius ſic ait: *Si quis dixerit, ſine præueniente ſpiritus ſancti inſpiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, ſperare, diligere, aut pœnitere poſſe, ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia cõferatur: anathema ſit.*

g Can. 3. & c 4. & 5. relatis in trib. c. vlt. de conſecr. diſt. 4.
h Præcitata ſeſſ. 6. de iuſtificat. per tres canon. 1. 2. & 3.

12 Quibus addẽdum, quod etiam ad perſiſtendum in gratia iam quæſita, & perſeuerandum in ea ad finem vſque, egemus auxilio Dei ſpeciali, vt probat Aquinas communiter receptus. [i] Imo & Concil. Trident. declarauit [k] contrarium eſſe hæreſim. Quare ſummo ſtudio nitamur eam quærere, & quæſitam conſeruare, ne Deus noſter non minus iuſtus, quam miſericors, vidẽs noſtram in ea quærenda oſcitantiam, & in eadẽ conſeruanda negligentiam obijciat nobis illud. [l] *Abſcondam faciem meam a vobis, generatio enim peruerſa eſtis, & infideles filij*, a qua nos indignatione miſericordia eius infinita liberet, Amen.

i 1. 2. q 109. art. 10. et q. 114. art. 2. & in 2. lib. ſen. q. 38. art. 4.
k in dicta ſeſſ. 4. c. 13. & c. 22.
l Deut. 32.

Quæ autem gratia requiratur ad merendum de condigno, & ſi qua, & quæ etiam quoad bene operandum moraliter, tantum dicemus infra. [m]

m Cap. 27. num. 290.

13 Octauo quod lõge plura poteſt ani-

ma

ma nostra cognoscere, & appetere, quatenus est rationalis, quam quatenus est sensitiua. Nam quatenus est sensitiua nihil aliud cognoscere, vel appetere potest (vt prædiximus) quam corporea, & sensilia: quatenus vero est rationalis potest cognoscere, ac appetere primũ omnia sensilia, etenim ad ea omnia quamlibet materialia, corporalia, & singularia prædictę illius potentię se extendũt per notitias, & appetitus immateriales, secundum omnes: licet de modo, qui parum facit ad conscientias, inter eos omnes non conueniat, vt videre est per vtrumque Thomam. [a]

a 1. *p. q.* 86. *art.* 2.

14 Deinde potest etiam cognoscere & appetere omnia vniuersalia insensilia, incorporalia, & spiritualia: puta se ipsam, & suos actus interiores: angelos item: & eorum actus, imo & Deum ipsum aliquo modo, & in eius simplicissima, indiuiduaque substantia Sanctissimam Trinitatem personarum (licet nó naturali lumine) iuxta illud collectæ eius diei festi. *Qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatem.* Non tamen dicimus, Deum esse primũ, quod cognoscimus, cum cómuniter per cognitionem creaturarum (quæ sunt eius vestigia) in illius, qui est causa earum, agnitionem veniamus, iuxta illud Pauli. [b] *Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur*, vel per doctrinam, seu prædicationem magistrorum, [c] quæ omnia latius fundari possunt per ea, quæ tradit Angelicus doctor. [d]

b *Ad Ro.* 1.
c *Ad Rom.* 10. *& cap. cũ ex iniuncto. de her.*
d 1. *Part q.* 88. *art.* 1. 2. *& 3.*

Nono dicimus, quod anima nostra cognoscit se per intellectus sui actum, suá naturam considerando: quæ consideratio tam vtilis erit ea vtentibus, quam eius negligentia nocens ea non vtentibus, iuxta S. Thomam [e] qui [f] concludit, animam nostrã per vim intellectus cognoscere proprium actum intelligendi iuxta illud B. Augustini [g] *intelligo me intelligere.* Imo & proprium actum volendi, iuxta illud eiusdem ibidem, *intelligo me velle*, per quem modum, etiam in statu præsenti possumus intelligere Angelos, saltem imperfecte, & per similitudinem, etiam affirmatiue aliquid cognoscere de illis, vt declarat D. Thom. [h]

e *In dict.* 1. *p. q.* 87. *ar.* 1
f *In art.* 3. *& 4.*
g 9. *de Trinit. c.* 3.
h 1. *p. q.* 88. *art.* 1.

15 Decimo dicimus, quod inter cognitionem Dei, & cognitionem Angeli, & animæ nostræ plurimum interest. Deus enim sua simplicissima essentia, sine vlla alia qualitate, vel accidente, & sine vllo discursu se cunctaque alia simul intelligit: Angelus vero, & anima nostra nihil cognoscunt, per suas ipsorum essentias: sed per qualitates sibi inhærentes. Siquidem omnis tam Angeli, quam animę nostræ intelligentia, notitia, & cognitio est quædam qualitas, & accidens reale distinctum ab eis, & eorum potentijs, inhęrens illis: quæ colliguntur ex S. Thom. [i] Inter Angelum autem, & animam nostram hoc interest, quod hęc intelligit componendo & diuidendo ea, quæ actu simplici apprehendit, & ratiocinando, seu aliud ex alio ex eis deducẽdo: Angelus vero sine vllo discursu simulac quidditatem rei cognoscit, omnia, quæ illam consequuntur, apprehendit.

i *Vbi supra art.* 2. *&* 4. *et de anima art.* 16.

16 Vndecimo dicimus, debere nos quã maximas gratias Deo agere, eo quod non solũ dederit nobis esse, vt alijs creaturis suis inanimis: & viuere, vt plantis: & sentire, vt bestijs: sed etiam sapere & intelligere, vt Angelis: & ita effecerit nos imagines sui ipsius, iuxta illud: [k] *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*, quæ imago Dei non consistit in corporali figura, neq; in esse, vel sentire: sed in esse intellectuali, quo præstat cæteris animantibus, secundum D. Augustl. [l] & in sapere, & intelligere, & aptitudine ad cognoscendum & amãdum eum, vt inquit S. Thom. [m] quod quidem beneficium nullis alijs creaturis concessit, præterquam Angelis: qui eo maiorem eius imaginem, quam homo gerunt, quo magis intellectualẽ naturam habẽt. Vnde neque homo quoad alias partes, quam quoad mentem gerit prędictam Dei imaginem: sed solũ vestigium, sicut & aliæ creaturę, vt declarat idem S. Thom. [n]

k *Gen.* 2.
l *In libro octuaginta trium quæstionũ q.* 51.
m 1 *p. q.* 93. *art.* 2. *&* 4.
n *Vbi supra.*

Nec obstat [o] lex si quis, quatenus habet, faciem hominis non esse maculandam aliqua nota pœnæ, eo quod ad imaginem pulchritudinis cœlestis est figurata. Quia nó significat, vt aliqui putãt, imaginem Dei, quæ est in homine, esse secundum faciem corporalem, & ideo non esse maculandam: sed solũ insinuat,

o *l. si quis in metallum, c. de pœn.*

corpus

corpus hominis erecta facie lõge aptius eſſe ad contemplandum cælum, & ad ſignificandum imaginem Dei, eius in mẽte reconditam, quam cæterorum animalium: & propterea maius veſtigium relucere in eius corpore (præſertim facie) quam in alijs, vt ait Auguſtinus [a] & declarat S. Thomas [b] & ideo non eſſe maculandam.

17 Duodecimo dicimus, qđ hæc imago Dei ita eſt in muliere, ac in viro, vt poſt, & ante alios concludit S. Thom. [c] quia vterq; habet animam rationalem, & intellectualem naturam. Nec obſtat illud, [d] *Vir eſt imago Dei, mulier vero imago* (alias gloria) *Viri*. Nec illud Auguſt. [e] *Mulier ad imaginem Dei non eſt facta*. Non, inquã, hęc obſtant, quia non agunt de imagine Dei principali, quæ conſiſtit in eſſentia hominis: ſed de alia minus principali, quæ conſiſtit in productione, & proceſſione. Nam quoad hanc vir dicitur ſimilis Deo: eo quod ſicut ille a nullo alio eſt, ita vir ex nullo alio homine proceſſit: mulier autem proceſſit à Deo aſſumente illam ex homine, vt ſentit ſanctus Thomas. [f]

Anima noſtra quomodo ſit imago Dei ſecũdum ſuas potentias.

18 Decimotertio dicimus, quod anima noſtra non ſolum eſt imago Dei, ſecundum ſuam naturam intellectualem: ſed etiam ſecundum ſuas potentias, & actus: quia non ſolum, quatenus eſt apta ad cognoſcendum, & amandum Deum, eſt illi ſimilis: ſed etiam quatenus habet vim memorandi, intelligendi, & volendi. Primo, quia ſicut Deus ille ſummus habens in ſe ſimpliciſſimam ſubſtantiã poteſt meminiſſe, intelligere, ac velle ſine vlla immateriali qualitate: ita & anima noſtra habens immortalem ſubſtantiam poteſt meminiſſe, intelligere, ac velle ſine aliqua materiali qualitate: licet non ſine immateriali, vti Deus. Secundo, quod ſicut in illa ſumma vna, diuina, & indiuidua eſſentia ſunt tres perſonæ, Pater, & Filius, & Spiritusſanctus: ita & in anima noſtra vna, & indiuidua ſunt tres potentiæ, memoria, intellectus & voluntas. Tertio, quod ſicut in illa ſumma, & indiuidua ſubſtantia eſt Pater, qui cognoſcendo ſe generat notitiã & imaginem ſui, quæ eſt Verbum, & Filius eius, ei cõſubſtantialis & rurſus Pater, & notitia illa, & Verbum ſupremũ, quod eſt Filius, amando ſeſe producunt ſummum illũ mutuum amorẽ ſui conſubſtantialem, qui eſt Spiritusſanctus: ita in eſſentia animæ noſtræ ipſa ſeſe intelligendo per ſuum intellectum generat notitiam ſui, quæ eſt eius imago, & per illam notitiam, quæ eius eſt imago, & voluntatem generat ſui amorẽ. Quarto, quod ſicut Filius genitus à Patre, nõ eſt Pater, neq; Spiritusſanctus nec Spiritusſanctus productus a Patre, & Filio, eſt Pater, aut Filius, aut vterque: ita neque imago illa, quæ eſt filia quędam animæ, eſt ipſa anima, ſiue intellectus, nec amor ſui productus ab ea, & a notitia ſui, qui eſt quidam filius eius, eſt ipſa, nec intellectus, nec voluntas. Eſt tamen immenſa differentia: quia notitia illa, imago, & Verbum a Patre productum eſt ſubſtantia, & conſubſtantialis eius imago coæterna: amor item ille ſummus a Patre, & Filio productus eſt ſubſtantia, & conſubſtantialis coęterna vtrique: at verbum, & imago, & notitia noſtræ animæ, intelligendo ſe genitam eſt accidens & accidentaria forma: ſimiliter & amor a notitia & voluntate productus eſt accidens, & non ſubſtantia, & recentior ea: quæ omnia ſunt ex mente omnium. [g]

19 Decimoquarto dicimus ſemper, memorandum eſſe id, quod ſentiunt B. Auguſt. [h] & Bernardus [i] optimam nempe viam perueniendi in Dei cognitionem eſſe per cognitionem exteriorem vagam introire in cognitionem noſtrę animæ ſtabilem, & per eam ſatis ruminatam aſcendere ad cognitionem eius diuinæ maieſtatis. Quibus addo, quod omnium excellentiſſima via perueniendi ad qualem qualem illius ſummi ſummæ Trinitatis myſterij, & perſonarum diuinarum emanationis cognitionẽ eſt conſideratio eorum, quæ proxime ſupériori Corollario continentur, per quam ſtolida illa, & pudenda imaginatio eorum, qui generationem Filij Dei, & proceſſionem Spiritusſancti, imaginantur veluti corporalem, exploditur, & longe abigitur, qua in re, multos multum errare, nouimus, & in ijs quemdã gente Iudæum, & profeſſione Chriſtianum, qui ab hinc triginta plus minus annis plurimũ in alma vrbe valuit, & maximis largitioni-

Miſterium S. Trinitatis per noſtrã aiam adũbratur.

a In præcitato libro octuaginta trium. quæſtionũ. q. 51
b In d. q. 93. art. 6. ad 3.
c Vbi ſupra art. 4.
d 1. Cor. 11.
e Lib. q. uete ris teſta. q. 45. relatã. inc. hęc imago. 33. q. 5.
f Vbi ſupra
g In 1. libr. ſent. diſt. 2. & S. Thom. 1. par. q. 93. artic. 7. & eiuſdẽ in 1. lib. ſent. diſ. 3. q. 4. ar. 1. & q. 5.
h In ca. 31. Soliloq.
i In cap. 1. Meditat.

gitionibus, & aſtutijs officio ſanctæ Inquiſitionis in Luſitaniæ regna introducendo fruſtra obſtitit. Is enim omnes leges, & ſectas expertus ad ſpurciſſimam Mahometis ſectam tandem transfugit, eam,quæ Iudęorum eſt,eo exoſus,quod diceret,nullum Iudæum, qui ſibi vir bonus videretur,vnquam inueniſſe. Chriſtianam vero,quam dicebat ſibi ex omni alia parte placere,eo reſpuens, quod firmiter doceret, & crederet, Deum habere filium, quod ei videbatur impoſſibile,quale profecto,imò impoſſibilium impoſſibiliſſimum videri debet, ſtolide,nefande,ac hæretice imaginanti (vt ille imaginabatur) generationem filij Dei eſſe corporalem, poſſibile vero,imo & infinita Dei omnipotẽtia digniſſimum contemplanti,generationem illam eſſe ter ſpiritualiſſimam, vt ſancta mater Catholica Eccleſia Romana ſancte contemplatur:contemplanti,inquã, & quam ſubmiſſiſſime ſuſpiciẽti,& adoranti.Scio item,multos multũ ſibi profuturos: ſi ſæpe memoria voluerint generationem illam Filij Dei, qua Pater æternus, vti memoria fœcunda, generat Filiũ,qui eſt ſumma notitia,& imago eius, & productionem illam, qua Pater & Filius producunt Spiritumſanctũ, ſummum vtriuſque amorem eſſe ſpirituales, & quadam tenus ſimiles generationi ſpirituali, qua in eſſentia animæ noſtræ memoria fœcunda generat ipſius notitiam,& imaginem,& rurſus illa, & uoluntas eiuſdem amorem producunt.

Generatio in Deo eſt ſpiritualiſſima & poſſibiliſſima.

Contra dicta erat. Primo qui credit non eſſe homini liberum arbitrium. [a]

a Num.10.

Secundo,qui credit liberum arbitriũ ſufficere ad benemerendam gratiam de condigno. [b]

b Num.11.

Tertio, qui credit Angelos, vel animas ſe ſolis ſine accidẽtib.cognoſcere. [c]

c Num.15.

Quarto,qui credit,hominẽ eſſe imaginem Dei quoad corpus. [d]

d Num.16.

Quinto, qui credit generationem in diuinis eſſe corporalem. [e]

e Num.19.

Quis autem horum peccet mortaliter,& ſit hęreticus,& excommunicatus & quis tantum peccet mortaliter, & nõ ſit hæreticus:& quis non peccet ſaltem mortaliter, colligitur ex prælud.1. [f]

f Num.16. et 17.

DE SVMMA BEATITVDINE, & ſumma miſeria.

PRAELVD. IV.

1 *Beatitudinis & miſeriæ æternę notio magnum ad pœnitentię calcar.*
2 *Finis quid:duplex,vltimus,et medius, & quid vterque.*
3 *Finis multiplex,verus,falſus, cuius,et quo,& quid ſint.*
4 *Finis vltimus & beatitudo idem.*
5 *Beatitudo eſſentialis eſt actus intellectus S.Thomæ:voluntatis Scoto.*
6 *Beatitudo quid ſit,et quotuplex.*
7 *Deus eſt quidquid in eo eſt.*
8 *Beatitudo eſt actus,et non habitus, neque potentia.*
9 *Beatitudo ſine cognitione, & amore Dei eſſe non poteſt.*
10 *Beatitudo vera duplex,perfecta et imperfecta.*
11 *Beatos non videre Dei eſſentiam aſſerere hæreticum.*
11 *Beatitudinem perfectam non facit cognitio Dei confuſa, neque demonſtrata,neque fidei,ſed intuitiua.*
12 *Beatitudo perfecta vt ſecura: et quid imperfecta.*
12 *Paulum et Moyſem non fecit beatos viſio Dei tranſitoria.*
13 *Dei viſio intuitiua inſeparabilis a gaudio,et delectatione.*
14 *Beatitudo ab omnibus intenta, paucis eſt nota.*
15 *Beatitudo creaturæ obiectiua increata, ſed formalis creata.*
16 *Beatitudinem perfectam viribus naturalibus quæri,aſſerere hæreticum.*
17 *Beatitudo humana duplex, perfecta et imperfecta.*
18 *Beatitudo imperfecta, quæ magis ad perfectam accedat.*
19 *Beatitudo perfecta ſatiat animum cunctis cupitis,quæ ſunt hæc.*
20 *Miſeria quid,et quotuplex,et eius partium definitio.nu.21.*
22 *Miſeriam inferni eſſe interminabilem, eſt de fide.*
23 *Miſeriæ ſummæ quatuor gradus.*
24 *Pœna ſumme miſerorum ſupremi gradus ſeptuplex.*
25 *Beatitudo ſumma, et miſeria ei contraria ſunt explicite tradendę.*

Peccata

26 *Peccata ad plangenda hæc præcipue mouent.*

1 DE ſumma beatitudine, & ſumma miſeria dicimus ſequẽtia. Primo, quod quia vix aliquid aliud magis nos ad vere pœnitendum mouere poteſt, quam earum frequens cõſideratio, ideo expedit eas ob oculos hoc in loco proponere, preſertim cum etiam ethnicus Perſius carpſerit illum, qui vltimum finem, in quem eſt creatus, non ſibi proponit, vti ſcopum, in quẽ ſuas actiones dirigat, per illa verba. [a]

a Satyr. 3.

Eſt ne aliquid quo tendis, et in quod dirigis arcum?
An paßim ſequeris coruos, teſtaque lutoque.
Securus quo pes ferat, atque ex tempore viuis?

b In libr. 1. et 10. Ethicorum.

Cuius quidem finis, & ſcopi definitio, & inquiſitio quamplurimorum Philoſophorum ingenia fruſtra exercuit. Nec enim plene ſatis fecit operoſa illa hac de re Ariſtotelis inquiſitio, [b] & lõge minus verboſa illa Marci Tullij, [c] quæ profecto non ſunt tanti facienda, quanti ego ea olim adoleſcens faciebã: imitatus gloripetas illos, qui malunt veritatem diſcere per ambages, ex ethnicorum Philoſophia obſcura & nubila, quam recta ex Euangelio claro & ſereno, a ſacris doctoribus expoſito.

c In quinq; lib. de finib. bono. et malor. Finis quid et eius diuiſio.

2 Secũdo, quod nuper [d] deminuimus ex mente Ariſtotel. [e] *finem eße bonum, verum vel apparens, quod propter ſe appetitum facit, vt aliud propter ipſum appetatur.* Cuius definitionis declaratione breuitatis ſtudio hic non repetita, ad memoriam reuocamus, quod ibi, [f] diuiſimus finem in vltimum & medium. Vltimus eſt, qui propter ſeipſum ſolum amatur, & hic eſt duplex. Alter eſt vere vltimus, & omnium creatorum ſcopus, qui propter ſe tantum, & nõ prop er aliud eſt amabilis: qualis eſt ſolus Deus, vt probat S. Tho. [g] quippe qui ſuper omnia eſt diligendus. [h] Alter eſt falſus, quem falſi homines pro ſua falſa imaginatione impudentiſſime, ſtolidiſſimeq; tacite vel expreſſe fingunt, & adorant, iuxta illud Apoſtoli. [i] *Quorum Deus uẽter eſt*, qualis erat voluptas Epicuro, in quem Marcus Tullius duos libros [k] ſere prodegit. Finis medius eſt, qui propter ſe, & propter aliud amatur, qui ẽt eſt duplex. Alter vere medius: ille ſcilicet, qui vere eſt propter ſe, ac propter aliud amabilis, quales ſunt virtutes, & honeſta omnia, ſecundum Ambroſiũ. [l] Alter falſe medius, ille ſcilicet, qui non poteſt eſſe amabilis propter ſe: qualis eſt pecunia, vel non eſt amabilis propter aliud: qualis eſt Deus.

d In Commentar. de finib. humanorũ actuũ ſuper c. cũ miniſter. 23. q. 5.
e 2. Phyſic. cap. 3. et S. Tho. et aliorum in 2. libro ſenten. diſt. 8.
f Num. 4.
g 1. 2. q. 1. art. 2. et qu. 27. art. 1.
h Deuter. 6. Matt. 28. Mar. 12. et Luc. 10.
i Ad Phil. 3

3 Tertio dicimus, quod etiam [m] diuiſimus finem, in finem cuius, & in finem quo (licet hęc nomina Ciceronianis parum probentur.) Finis cuius eſt id, in quo eſt ratio boni: finis autem quo adeptio & poſſeſſio, ſiue vſus, vel fruitio eius: vt auari finis cuius eſt pecunia, in qua eſt ratio boni: finis vero quo eſt adeptio, poſſeſſio, & vſus eius, vt declarat S. Thomas [n] & ita finis, & ſcopus cuius totius humanæ vitæ eſt ipſe Deus optimus maximus, ſemperque benedictus, in quo, eſt ſumma & infinita ratio boni: finis vero quo eius adeptio, & poſſeſſio, ſiue fruitio.

m Ibidem num. 6.
n 1. 2. q. 1. art. 8. et q. 2. art. 7.

4 Et conſequenter alius eſt finis vltimus noſter cuius, & alius finis vltimus noſter quo, & quia vltimus finis noſter cuius, & obiectũ beatitudinis noſtrę, ſiue beatitudo obiectiua, idẽ ſunt: & finis vltimus noſter quo, & adeptio finis cuius, ſiue beatitudo eſſentialis noſtra, ẽt idem ſunt: conſequitur aliud eſſe beatitudinem noſtram eſſentialem, & aliud eiuſdem obiectum, ſecundum omnes Catholicos in locis prædictis, preſertim Sanctum Thomam [o] vbi definit beatitudinem eſſentialem eſſe rem creatam, & factam, obiectum autem eius eſſe Deũ ipſum, increatum, & rerum omnium creatorem.

o In d. 1. 2. q. 3. art. 1.

5 Quarto dicimus, quod (vt aliorum opiniones prætermittam) ſanctus Thomas cum ſuis aſſeclis, & Scotus cũ ſuis diuerſimode definiunt beatitudinem, ſiue finem vltimum verum quo noſtrũ, quoniam S. Thomas cenſet eam eſſentialiter eſſe actum intellectus ſpeculatiui: Scotus autem eſſe actum voluntatis. Vterque namq; ait, eam eſſe actum potentiæ maximæ intellectiuarum, & S. Thomas eam putat eſſe intellectũ: Scotus autem voluntatem, de qua tamen differentia, quæ ſolam theoriam reſpicit,

Beatitudo noſtra quo ſita ſit.
Vt prælud. 3. nu. 7. dixímus.

cit, & non praxim, quo nos animum in hoc opere intendimus, cuiuſque nihil refert, an hoc, vel illud tenemus, parum curandum cenſentes, ſequimur in definienda beatitudine opinionem S. Thomæ, quæ receptior videtur. Quibus addimus, quod beatitudo, & beatitas tempore Marci Tulli Ciceronis videbantur nomina duriuſcula, ſed ea vſus emolliuit, & generaliter ſumpta videntur ſignificare omnẽ rei volitæ poſſeſſionem, iuxta illud vulgo iactatum, *Beatus qui poſſidet.*

Beatitudo diuiditur.

6 Et quia non ſolũ res vere bonas, ſed etiam malas, quæ aliqua ratione apparent bonæ, velle ſolemus, beatitudo diuidi poteſt in ueram, quæ definiri poteſt eſſe poſſeſſio veri boni, & in falſam, quę cõiter definitur eſſe poſſeſſio boni tm̃ apparentis, iuxta illud Regij Prophetę: [a] *Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt: Beatus populus cuius Dominus Deus eius:* quorum quidem prius ad. falſam, poſterius vero ad veram pertinere ait S. Antoninus. [b]

[a] *Pſal.* 143.

[b] *In 4. p. tit. 7. c. 4. §. 1.*

7 Quinto dicimus, ꝙ beatitudo vera diuidi poteſt in ſummam, quę eſt ſummum bonũ, ſiue ultimus finis verus, vel poſſeſſio eius, & in nõ ſummam, quę eſt poſſeſſio boni nõ ſummi. Beatitudo rurſum ſumma in increatam, & creatã. Beatitudo increata eſt ipſemet Deus opt. max. qua ratione eſt infinita ſuiipſius cognitio & fruitio. Cum oĩs operatio Dei & quicquid eſt in Deo, ſit ipſemet Deus qui ſe ipſo ſolo ſimpliciſſimo cognoſcit & amat ſe, & oĩa alia, vt probat S. Tho. cõiter recept. [c] Beatitudo vero ſumma creata generaliter ſumpta, definiri põt iuxta mentem prędicti S. Tho. *eſſe cognitio intellectiua Dei cum fruitione eiuſdem.*

[c] *1. p. q. 3. per totã, et de ſimplicitate Dei ar. 5. et 6. et in q. 14. de ſcię tia Dei art. 4. et qu. 20. de amore Dei art. 1. d 1. 2. q. 8. art. 2. e 1. et 7. Ethico.*

8 Dixi, *Cognitio*, pro genere ad inſinuãdum, quod beatitudo eſſentialis creata eſt operatio, ſiue actio, vel actus, & non potentia non habitus, neq; alia vlla virtus animę partis intellectiuę, vel ſenſitiuę, vt probat S. Tho. [d] aſſerente Philoſopho [e] felicitatem, ſiue beatitudinẽ eſſe operationem ſm virtutem perfectam.

Dixi, *Intellectiua*, ad inſinuandum, ꝙ beatitudo eſt operatio pręſtantiſſimę potentiarum animę, quę eſt intellectus ſecundum S. Tho. quem ſequimur, & ad ſignificandum quod beatitudo non poteſt eſſe in parte ſenſitiua, vt luculenter demonſtrat idem. [f] Contrarium. n. eſt hęreſis, de qna Alphonſus Caſtrenſis. [g]

[f] *Lib. 3. contra gent. ca. 33.*

[g] *Lib. 3. ad uerſus omnes hæreſes verbo beatitudo.*

9 Dixi, *Dei*, ad excludendas omnes cognitiones aliarum rerum, etiam eas, qui bus diriguntur actus omnium virtutum moralium: actus itẽ, & cognitiones pertinentes ad prudentiam, & ad cognitionem omnium aliarum artiũ, in quibus non conſiſtere beatitudinem non ſolũ probat, ſed etiam demonſtrat Angelicus Doctor. [h] Immo neque in vlla cognitione, quamlibet ampla, omnium ſubſtantiarum ſeparatarum, ſeu Angelorum, ſiue quia illa non poteſt haberi ſine Dei cognitione, vt idem Angelicus Doctor [i] demonſtrat, ſiue quia etiamſi abſq; illa haberi poſſet, tamen ſine illa non ſufficeret ad hoc, vt eſſet beatitudo, per ea, quę idem auctor [k] adducit.

[h] *Vbi ſupra c. 33. 35. et 36.*

[i] *Vbi ſupra et mirabiliter in lib. 4. cap. 41. 42. et 43.*

Dixi, *Cum fruitione eiuſdem*, quia cognitio, quę Dei fruitione caret, non poteſt eſſe beatitudo, quæ vtramque comprehendit, vt infra patebit, quare cognitiones illę, quas multi theorice (ſine vllo amoris affectu) differentes, concipiũt de Deo, non ſunt beatitudo, quippe quibus non ineſt fruitio, quę eſt inhęſio rei per amorem propter ipſam ſolam conceptam, vt tradit S. Thomas communiter receptus. [l]

[k] *Ibid. c. 44*

[l] *1. 2. q. 11. art. 1. et 3. et q. 12. art. 2.*

Sexto dicimus, quod beatitudo ſumma creata eſt duplex, altera pfecta, imperfecta altera. Perfecta eſt *cognitio Dei intellectiua, intuitiua, perpetua cum fruitione eiuſdem, producente ſummum gaudiũ ac delectationem, et ſatietatem omnium deſiderabilium.*

Dixi, *Cognitio Dei intellectiua*, eadem ratione, qua in definitione beatitudinis in genere.

Dixi, *Intuitiua, ſiue viſiua*, tum ad confutandum errorem Armeniorum, aſſerẽtium beatos non intueri Dei eſſentiam quod hęreticum eſt per ea, quę tradit Alphonſus Caſtrenſis. [m] Tum ad confutandum errorem Beguinorum, dicentiũ poſſe quem in hac vita eſſe perfecte beatũ, & ab exercitio virtutum abſolutum, qui damnatur in Cle. [n] tum quia nulla cognitio citerior illa poteſt dici beatitudo perfecta eſſentialis. Non quidem illa confuſa, & communis, quę fere communiter omnibus hominibus ineſt: ſiue quia

[m] *Lib. 3. ad uerſus omnes hæreſes verbo beatitudo ĩ prin. n Ad noſtrũ dc hæret. Deus quo in hac vita cognoſci poſſit.*

quia Deum eſſe ſit per ſe notum, ſicut alia demõſtrationis principia: ſiue, quod verius exiſtimat S. Tho. [a] quia euidenti ratione demõſtratur: præſertim illa, qua homo videns res naturales certum ordinem ſeruare (cuiu ordo abſque ordinatore non cõſiſtat) percipit aliquem eſſe ordinatorem earum, vt pulchre deducit S. Tho. [b] Non etiam illa quæ per demonſtrationem habetur, licet altior ſit prædicta communi: tum quia licet per eam oſtendatur Deus eſſe immortalis, æternus, incorporeus, omnino ſimplex, vnicus, & alia hmõi, vt præfatus auctor [c] dilucide oſtendit: per eam tamen nõ peruenitur ad cognoſcendum, Deum eſſe commune bonum, poſſibile, communicatum omnibus hominibus, quibus inſitum eſt beatitudinis deſiderium: neque ad cognoſcendum multa alia prædicata de Deo: tũ quia perfecta beatitudo omnem miſeriã excludit: & cognitioni prædictę multiplex miſeria, & horror adiũgi poteſt, vt palam eſt: tum per alia, quæ profunde tradit S. Tho. [d] Non item ſufficit illa cognitio, quæ per fidem habetur, licet ſit longe certior, purior, & amplior, quam prædicta, quæ per demonſtrationem contingit: tum quia beatitudo eſt perfecta humani intellectus cognitio: & cognitio fidei ex parte intellectus eſt imperfecta: quia per eam non capit perfecte id, cui credẽdo aſſentitur: tum quia beatitudo (cum ſit vltimus finis) tranquillat, ſiue quietat naturale deſiderium: & cognitio fidei non tranquillat, imo accendit, & inflammat eam habentem ad videndum illud, quod credit, & amat: cum quiſq; quod credit, & optat, deſideret videre: tum per alia, quibus idem auctor id concludit. [e]

12 Dixi, *Perp tua*: quia tranſitoria, de qua qui eam habet, nõ eſt certus perpetuo eſſe duraturam, non ſufficit: qualis fuit illa Pauli, qua in raptu vidit Deũ, [f] vbi hoc [g] declarat S. Tho. & qua etiam Moyſes vidit eum, ſecundum Aug. [h] quæ non fecerunt eos beatos: imo remanſerunt viatores, vt Ioan. Maior poſt alios dixit: [i] Eſt enim de neceſſitate beatitudinis certitudo perpetuitatis eius, vt late probat S. Tho. [k]

13 Dixi, *producente ſummum gaudiũ, & delectationem*, ad ſignificandum, hoc eſſe, inſeparabile ab illa cognitione, ſine intuitione Dei beatifica. Nemo enim poteſt habere ſummum bonum, quod eſt intuitio Dei, abſque ſumma delectatione, vt tradit idem S. Tho. [l] ex viſione n. Dei cauſatur tanta delectatio, vt qui Deum videt, nulla delectatione indigere poſſit, vt ipſe ait. [m]

Dixi, *Satietatem omnium deſiderabilium*, ad maiorem declarationem præfati gaudij, & delectationis: & ad ſignificandum, quod nulli beatorum deeſt aliquod bonum deſiderandum: cum habeat ipſum bonum infinitum, quod eſt bonum omnis boni, ſecundum Augu. [n] relatum [o] a S. Tho. [p]

Beatitudo vero imperfecta eſt *cognitie Dei intellectiua, nõ intuitiua perpetua, cum fruitione eiuſdem*.

Dixi, *Non intuitiua perpetua*, ad differentiam perfectæ beatitudinis, quæ requirit, vt proxime dictum fuit illud vtrunque: & quia donec ad illam perueniat ſemper creſcere poteſt, contra aliũ errorem, damnatum in Clemen. [q]

14 Septimo dicimus, quod iure quis mirari põt, vt inquit B. Aug. [r] quod cum oẽs homes naturaliter deſideremus conſequi beatitudinem illam & felicitatem æternam: cumq; oẽs ob oculos eã habere debeamus, vti ſcopum, in quem noſtras actiones tanquã ſagittantes ſagittas in metam dirigamus, [s] pauci tamen collatione aliorum ſatis, eam explicite nouerunt, & noſcunt. Siquidem cum illa (præſertim perfecta) nequeat ſatis cognoſci, nec percipi abſque Catholicæ fidei lumine, pauciſſimi gẽtilium, etiam Philoſophorum, ad iuſtam & perfectam cognitionẽ peruenerunt: & peruenium: pauci quoque Chriſtianorum collatione aliorum eam ſaltẽ ſatis explicite noſcunt: & pauciores iuſtam nauant operam ad eam cognoſcendum, & ob oculos habendam perfectam, & exercendã imperfectam: per quam tandem peruenianus ad perfectam illam omnibus votis ſemper deſiderandam.

15 Octauo dicimus, quod licet obiectum beatitudinis, ſiue beatitudo obiectiua, & vltimus finis cuius beatitudinis, qui ipſemet Deus eſt, ſit res increata, iuxta illud, [t] *Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus ſanctus*: beatitudo

[a] 1. p. q. 2. art. 1. & 2. et 1. lib. ſen. diſt. 3. q. 1. art 2.
[b] Vbi ſupra. & lib. 1. con tra gent. ca. 12. 13. & 14.
[c] In prædicto lib. contra gẽ. multis cap.
[d] Vbi ſupra cap. 17.
[e] Vbi ſupra cap. 45.
[f] 2. Cor. int. cap. 12.
[g] Lectio. 2.
[h] Cap. 12. Super Gen. ad literam.
[i] In proœm. 1. lib. ſent. q. 1.
[k] 1. 2. q. 5. artic. 4. & lib. 3. cõtra Gentil. c. 6. & 62. & 4. cont. gen. cap. 92.
[l] 1. 2. q. 4. art. 1. & 2.
[m] Vbi ſup. art. 1.
[n] Epiſt. 56. & 13. de Trin c. 7.
[o] Vbi ſupr. p q. 5 art. 2.
[p] Ad noſtrũ de hæretic.
[q] In lib. 13. de Tri. c. 4. Beatitudinem quam pauci norint & pauciores aſſequantur.
[r] Vt ait Philoſophus a Catholitis receptus, in 1. Ethicor. cap. 1.
[s] Symbolũ Athanaſij.

do tamen ipſa, qua quis formaliter eſt beatus, res creata eſt, vt poſt, & aute alios concludit S. Tho. [a]

a 1. 2. *q.* 3. *art.* 1. & *q.* 26. *art.* 1. *Beatitudo quid creatum eſt.*

Eſt enim *qualitas quædam creata in potentia intellectiua, qua Deus clare, & a facie ad faciem cognoſcitur* ſi eſt perfecta, per ſpeculum vero in ænigmate, ſi eſt imperfecta, vt ait Paulus. [b]

b 1. *ad Corinth.* 13.

Nono dicimus, quod neque beatitudo formalis perfecta, neque imperfecta eſt ipſa anima beata: neque vlla eius potentia: neque vllus habitus: vel virtus eius, etiam charitas, etiam conſummata in patria: ſed neq; eſt gratia ipſa gratum faciens (ſiue teneamus cum S. Tho. eſſe aliâ a charitate, quod ſignificat clement. [c] ſiue cum Scoto eſſe eandem) ſed neque eſt aliquod aliud bonũ, vel opus operatum, manens extra operantẽ: ſed eſt operatio, non quidẽ tranſiens in exteriorem materiam qualis eſt ſectio, & vſtio, quæ non perficit agentem, vt ait Philoſophus; [d] ſed manens intra ipſum: qualis eſt intellectio, & (vt ita dicam) volitio, ſeu voluntas quæ perficit agentem ſecundum eundem.

c 1. §. *ſem. de ſum. Trin. & fid. cath.*

d 9. *Metaphyſicor.*

16 Decimo dicimus, quod inter productionem beatitudinis perfectæ & imperfectæ plurimum intereſt. Perfecta. n. nullatenus poteſt produci ab intellectu creato viribus eius naturalibus, neque gratuitis, quâlibet magnis, ſine illo admirabili gloriæ lumine, iuxta illud. *In lumine tuo videbimus lumen,* quod Deus ipſe ſua infinita bonitate indit intellectui beati, quo eleuatur, & augetur virtute ad illam admirandam operationem clare videndi Deum, immenſo lumine reſplendentem, vt probat S. Tho, [e] quin & in dicta Clemen. [f] declaratum eſt, hæreticum eſſe dicere contrarium, vbi gl. [g] aſſignat rationem deſumptam ad literam ex S. Tho. [h] imperfecta vero poteſt produci abſque illo gloriæ lumine: in gradu quidem infimo viribus naturalibus animæ, quibus peruenit ad cognitionem, & fruitionem Dei cõſuſam, vel claram per demonſtrationem eius exiſtentiæ & bonitatis, in altiore vero gradu addito dono fidei, & ſpei informis: in maximo autẽ addito dono mirabilis charitatis & gratiæ ſuperna bonitate infuſæ, qua anima fit Deo grata & ad perfectam beatitudinem accepta: & de hac quidẽ imperfecta beatitudine, quæ eſt principium, vel via, vel participatio aliqua beatitudinis perfectæ, intelligendæ ſunt omnes ſcripturæ vtriuſque teſtamenti, appellantes aliquos viatores beatos, ſecundum mentem omnium Catholicorum. [i] Cuiuſmodi ſunt. [k] *Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum.* [l] *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.* [m] *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem.* [n] *Beati immaculati in via qui ambulat in lege Domini.* [o] *Beati oẽs qui timẽt Dominũ, qui ambulant in viis eius:* & octo beatitudines euangelicæ, [p] & aliæ innumeræ.

e Vbi ſupra ca. 55. *cum magiſtro & omnib. aliis in* 4. *li. ſent. diſt.* 47.

f Ad noſtrũ de hæretic.

g In verbo nõ indiget.

h Vbi ſup.

Vndecimo dicimus, quod Euãgelia, & Epiſtolæ Catholicæ, & Symbola appellantia beatitudinem vitam æternã, non ſignificant, illam eſſe ſubſtantiã, & eſſe viuentis: ſed prædictam beatificam, & æternam operationem viuentis. ſola enim beatitudo Dei eſt ipſius eſſe. Boetius item dicens, [q] *quod beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus*; non definit beatitudinem pergenus: ſed per effectum, ſcilicet, quod beatitudo perfecta cauſat ſtatum nullis bonis egentem vt ſentit S. Tho. [r]

i In locis præcitatis.

k. Pſal. 1.

l 31.

m 40.

n 118.

o & 127.

p Matth. 5. *Luc.* 6.

q Lib. 3. *de conſolat. Philoſoph. proſa* 2. *in pr. n.*

r 1. *par. q.* 26. *ar.* 1. & 1. 2. *q.* 3. *ar.* 2. & 3. *in d. diſt.* 29. *quæſt.* 2.

17 Duodecimo, quod licet beatitudo Dei ſit ipſemet Deus, quia eius eſſe, vt prædictum eſt, ſua eſt operatio: beatitudo tamen perfecta creata, ſiue angelorum, ſiue hominum, eſt operatio ab eorum ſubſtantia, & eſſe diſtincta, contra hæreſim Armenorum, de qua Alfonſus Caſtren. [s] non tamen eſt interrupta ſed ſempiterna, qua ſemper, & æternũ vnientur ei, vt ſupra [t] eſt declaratũ, quo confutatur hæreſis Origeniana, de qua Alfonſus [u] poſt Auguſt. [x]

s Vbi ſupra verbo. beatitudo. i prin. t Num. 11. *v Vt ſupra. x In l. b. de hæreſi ad Quod vult Deus c.* 41. & 43. & 21. *de ciuit. Dei ca.* 20. *y Eod. nu.* 11.

18 Decimotertio, quod humana beatitudo eſt duplex, perfecta, & imperfecta. Perfecta eſt, quæ ſupra [y] definitur: quæque nulli poteſt contingere in hac vita, vt declaratum eſt per Concilium Viennenſe, [z] quoniam, vt ait Ariſt. [a] nõ poteſt eſſe perpetua, & ſine interruptione, tum eſus & potus, tum ſomni, & aliarum actionum neceſſariarum. Imperfecta vero eſt, qua homo in hac vita per cognitionem, & cõtemplationem Dei, adiuncto amore, cõiungitur eidem: quæ tanto magis ad perfectam accedit, quãto minus interrumpitur: quo nomine vita contemplatiua plurimũ ſuperat actiuam,

z Clem. ad noſtrũ verſ. quarto de hæretic.

a 10. *Ethic. cor. & vltimo Metaphyſic.*

Luc.10. uam, quæ multo magis interrumpitur, iuxta illud teſtimonium Chriſti. *Maria optimam partem elegit*, nulla tamen cognitio Dei, quantūlibet intenſa, & quātalibet fide, ſpe, & charitate comitata, & cōtinuata, in hac vita poteſt dici perfecta, vt prædictum eſt. Cui conſonat illud Parthenices Marianæ.

Felices quicunq; iſtis a Syrtibus altam
Viſuri pacem ſunt in loca tuta recepti.
Nam neque mens ullam ſecus eſt habitura quietem,
Nec latos ſenſura dies, nec dulcia ſecla.

a Cap. 11. Beat. tudo quæ & quā ta bona conferat. Et illud Iob.[a] *Homo natus de muliere, breui uiuens tempore repletur multis miſerijs*: at nemo poteſt eſſe ſimul miſer, & beatus, vt ſupra dictum eſt.

19 Decimoquarto, quod hæc beatitudo ſumma & perfecta, quæ eſt intuitio, & viſio Dei, implet cumulatiſsime etiā ante iudicium finale, vt definit Concil. Floren.[b] oē deſiderium cuiuslibet generis omnium bonorum homini a natura

b Sub Eugenio IV. de quo per Alfonſum ubi ſupra. inſitum, iuxta illud.[c] *Qui replet in bonis deſiderium tuum.* Et illud.[d] *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Omnia enim, quæ homo naturaliter deſiderat, reducūtur ad ſcientiam, aut ad uitæ rectitudinē, aut ad honoris ſublimitatē, aut ad famæ

c Pſal. 102. celebritatem, aut ad ſui conſeruationē: at oia prædicta cumulatiſsime affluentiſsimeq; confert prædicta, quam credimus & ſperamus, viſio beatifica. Siquidem, vt egregie deducit ſanctiſsimus,

d Pſal. 16. qui ea nunc fruitur, Aquinas[e] confert primo omnium generum, & ſpecierum & virtutum, & totius ordinis vniuerſi, & omnium, quæ ſunt in rerū natura ſcientiam. Secundo: vt in omnibus, & per omnia uoluntas ſit recta, & per omnia pars hominis inferior, parti ſuperiori ſubijciatur & omnia ratio gubernet. Tertio, honoris ſublimitatem, quatenus beatus Deo, ſæculorum ſummo regi vnitus, ipſe quoq; merito rex dicitur, iuxta illud,[f]

e In præallegato li. 3. contra Gentiles. c. 28.

f Apoc. 20. *Regnabunt cum Chriſto*. Quarto nominis & famæ celebritatem non ſolū apud homines, quorū opinio falli poteſt: ſed etiam apud ipſummet Deum, angelos, & ſanctos eius, ita vt in ſacra ſcriptura merito dicatur gloria, iuxta illud.[g] *Gratiam & gloriam dabit Dominus*. Quinto,

g Pſal. 83. *h Pſal. 118.* dimitias, iuxta illud.[h] *Gloria & diuitiæ in domo eius.* Sexto ſummam voluptatem, iuxta illud. [i] *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos.* Sexto ſui cōſeruationē, iuxta illud [k] *Non eſurient, neq; ſitient, & non percutiet eos æſtus, nec ſol.* & illud. [l] *Abſtergit Deus oēm lachrymam ab oculis eorum: & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt.*

i Pſal. 35. *k Eſa. 25.* *l Apoc. 21.*

Quæ quidem oia cōfirmantur, eo quod (vt Iſaias[m] & Paulus[n] inquiunt) *Nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis adſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.* Quod paulo magis explicans B. Aug.[o] relatus a S. Anto.[p] ſic ait. *Quāta illa felicitas, ub̄ nullum erit malum, nullū latebit bonum, uacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus.* & paulo poſt. *Quid eſt enim aliud quod per prophetā dixit: Ego ero illorum Deus & ipſi erunt mihi plebs: niſi ego ero, unde ſatientur, ego ero quæcunque ab omnibus honeſte deſiderātur, & uita, & ſalus, & uictus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona,* & paulo inferius in fine. *Ibi uocabimus, & uidebimus, uidebimus & amabimus: amabimus, & laudabimus.* Iuxta illud (addit B. Anto.[q]

m Cap. 64. *n 1. Corint. cap. 2.* *o In ult. lib. de ciu. Dei cap. ult. in princ.* *p In 4. par. ſum. tit. ca. 7. §. 10.* *q Pſal. 83.* *r Ioan. 14. 1. Cor. 15.*

Beati qui habitant in domo tua in ſæcula ſæculorum laudabunt te. Et quāquā non oēs erunt pares in gloria, ſicut nec fuerunt pares in merito: quia alius alio clarius Deū videbit, & Deo copioſius fruetur, iuxta illud. [r] *In domo patris mei mānſiones multæ ſunt.* & illud Pauli, *Sicut ſtel la a ſtella in claritate differt:* quo confuta tur error Iouiniani contrarius, vt tradit Alfonſus Caſtr.[s] poſt concil. Flor.[t] ante quod clarius S. Th. receptus[u] oēs tn̄ omnino omnibus concupitis replebuntur, ſatiabuntur & tranquillabuntur.

s Præcitato lib. 3. aduerſus oēs hæreſes, uerbo Beatitudo, hæreſi 7. *t Supra citatum.* *u 1. 2. q. 5. art. 2.*

20 Decimoquinto dicimus, quod ſicut malum eſt duplex, uerum, & apparens: ita miſeria eſt duplex, vera, & apparēs. Vera eſt paſsio ueri mali: apparens vero paſsio mali apparentis tātum, qualis eſt paſsio vinculorum phrenetico, & fames eſurienti, otioſo, quæ ipſum ad bene operandum incitat.[x]

Miſeria duplex & qd illa ſit. *x Cap. non oīs. 5. q. 5.*

21 Decimoſexto dicimus, quod miſeria uera diuiditur in ſummam, & non in ſummā. Summa miſeria eſt *paſsio carentiæ viſionis, & fruitionis Dei*, quæ diuiditur in perfectæ ſummam, & imperfectæ ſummā: ſicut & beatitudo ſumma,[y] Miſeria perfectæ ſumma eſt *miſeria caren-*

y Vt ſupra diximus.

tiæ viſionis, & fruitionis diuinæ, comitata æterno ſenſus cruciata, & omnium malorum genere.

22 Dixi, *Miſeriæ* pro genere. Dixi, *Carentiæ uiſionis ac fruitionis*, ad differentiã aliarum mille miſeriarum, quas in hac miſera vita patimur. Dixi, *Cum cruciatu*, ad excludendam carentiam viſionis Dei, quam ſæpe patimur in hac vita ſine cruciatu, imo aliquando cum voluptate, iuxta illud. [a] *Lætantur cum maleſecerint: & exultant in rebus peßimis*, relatum a Gratiano. [b]

Dixi, *Æterno*, ad excludendã miſeriã exiſtentium in Purgatorio, quorum cruciatus eſt temporarius, [c] & ad damnandum errorem Origenianorum, & aliorum aſſerentium, præfatam miſeriã aliquando terminandam, de quo poſt Auguſt. [d] Alfonſus Caſtren. [e]

Dixi, *ſenſus*, ad excludendam miſeriam decedentium cũ ſolo peccato originali, qui pœnam quidem patiuntur damni, hoc eſt carentiæ viſionis Dei, ſine tamen aliquo cruciatu. [f]

23 Dixi, *Omni omnium malorum*, ad explicandum illam ter horrendam pœnam, quã patiuntur decedentes in peccato mortali, qui perfecte ſummam miſeriam patiuntur: & ad confutandũ hæreſim, quæ habet, verum infernum eſſe in hac vita, & nó in alia, de qua per Alfonſum [g] nullus enim cruciatus in hac vita eſt eiuſmodi, vt palam eſt.

Miſeria imperfecte ſumma, eſt *miſeria carentiæ uiſionis, & fruitionis Dei, ſine cruciatu*, ſaltẽ ſenſus, qualis eſt miſeria decedentium cum ſolo peccato originali: qualis eſt item exiſtentium in Purgatorio: imo & illa viuentium, qui nullam cognitionem Dei coniunctam cum fruitione eiuſdem habent, qui ore, vel opere ſunt de numero inſipientium, qui dicunt in corde ſuo (vt inquit Regius Propheta. [h]) *Non eſt Deus*.

24 Decimoquinto dicimus, quod ex prædictis infertur, eos ſolos, qui locati ſunt in inferno illo loco in quo, teſtante Iob. 1. *nulla eſt redẽptio*, eſſe in ſupremo gradu miſeriæ: qui vero in loco, quem Limbum puerorum vocãt, in gradu eis proximo: qui autem in Purgatorio, in tertio: quia autem adhuc viuentes nullam Dei optimi maximi cognitionem, & fruitionem habent, in quarto. Porro miſer & infœlix quiuis ſupremi gradus iure dicere potuit, cum infectus mortifero peccato decederet, illud. [k] *Vadam (& non reuertar) ad terram tenebroſam. & opertam mortis caligine, terram miſeriæ, & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo: ſed ſempiternus horror inhabitat*.

Ex quo elogio prolixe colligit B. Antonicus [l] ſeptuplicem pœnam, quarum ſumma, paucis additis, & multis detractis eſt, quod prima eſt carcer æternus, ſitus in loco infimo, turpiſſimo & obſcuriſſimo, in quem omnis fæx elementorum effundetur, quem non poteſt non ſumme horrere anima nobiliſſima, ad altiſsimum idemque nitidiſsimum, & ſplendidiſsimum cœli empyrei palatiũ creata, vt rex delicatiſsimus carcerem ſqualore & pædore ſordentem non poteſt non maxime horrere.

Secunda eſt priuatio viſionis intuitiuæ Dei parientis omnigenam miſeriam, quam Sanctus Chryſoſtomus tanti faciebat, vt diceret, *malle ſe mille alias pœnas infernales pati, quam ea æternum priuari*.

Tertia ignis ille ardentiſsimus, quo adeo infelices ardebunt, vt illi ſoli pœnæ nulla martyrũ tormenta æquari poſſint, teſte Auguſtino. [m]

Quarta deſperatio nulla vnquã, dum Deus erit Deus, cõſolatione, refrigerio, nec redemptione leuanda. Sicut enim ſumme perfecta beatitudo omnem excludit miſeriam, ſic ſumme perfecta miſeria nullam conſolationem admittit. Quia *quod operatur oppoſitum in oppoſito, operatur propoſitum in propoſito*, vt ius dicit, [n] & tradit S. Tho. [o]

Quinta tenebræ tum exteriores denſiſsimæ, quæ nullo ſolis radio, nulloque ſplendore ignis, qui licet ibi plurimus ſit, eſt tamen obſcuriſsimus, attenuantur, tum interiores, quibus adeo cæcantur, vt Deum putent iniuſtum, & ſcientia hic quæſita, & per mortem plurimũ auctã, quæ beatis eſt ſolatio, eis ſit maiori ſupplicio, dum per eam clarius cognoſcunt, quantæ beatitudinis damnũ ſua culpa patiantur. Vnde vermis ille ſæue corda eorum corrodens & lanians, nunquam intermoriturus oritur. *Iſaiæ 66.*

Sexta,

a Prouer. 2.
b In c. quã ſit graue. de exceſſib. prælator.
c Cap. cum Matthæ. §. tertio, loco de cele. miſſ. et cap. anima. & c. pro obeuntib. 13. q 1.
d In l. b. de hæreſib. ad Quod ult Deũ, c. 43.
e Lib. 3. aduerſus omnes hereſes. uerbo Beatitudo hæreſi. 3. & lib. 8. uerbo, In fernus, hæreſi. 2.
f Cap. maiores. §. uerum quidẽ. de baptiſmo & cap. firmiſſime. de conſecr. diſt. 4. & tradit S. Thom. in 3. lib. ſentẽ. diſt. 23. q. 2. art. 1. quæſtiun. 2. & in 4. di. 45. q. 1. art. 3.
g Vbi ſupra. uerbo inferus.
h Pſal. 51.
i Cap. 10.
k Iob 10.
l In 2. par. tit. 5. ca. 3. infernorum pœnæ deſcriptio.
m In lib. de uera & falſa pœn. cap. 17. & habetur in §. ſi. de pœniten. diſt. 7.
n Ca. ſciendum 8. q. 1. & ſi contra tabulas ff. de uulgari & pupil.
o De malo. q. 6. art. 6. & quæ. 13. art. 4.

Sexta, ſocietas cacodæmonum, & continua cũ eis cõuerſatio, quorũ aſpectus adeo eſt terribilis, vt quidam vir ſanctus,[a] vnius ſolius aſpectu fere examinatus, poſtea in ſe reuerſus teſtaretur, malle ſe fornacem ignis ardentem ingredi, quam iterum eum videre.

a Teſtante B. Antonino, vbi ſup.

Septima, confuſio, vt enim habet prę dictum elogium, *ibi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat*, horror, inquã, clamorum, blaſphemiarum, lamentorũ, eiulatuum Deo, ſibiipſis, & ſocijs, tam cacodæmonibus, quam alijs infelicibus maledicentium, maleque precantium, quibus confunditur illud innumeris nominibus lamentabile regnum.

25 Decimoſexto dicimus, quod omnes Orthodoxi debemus ſub pœna peccati mortiferi credere non ſolum implicite, ſed etiam explicite vitam æternã, & mortem æternam. Quoniam omnes ſub prædicta pœna tenemur explicite credere articulos fidei, vt ait S Thom.[b] vt minimum eos, quos ſancta Catholica Romana Eccleſia ſolemniter celebrat, ſecundum eundem [c] & hunc articulum de vita æterna, & morte æterna illi contraria, non ſolũ celebrat per finem ſimboli Apoſtolorum, quo illa vtitur, & Nicæni & Athanaſij, ſed etiam per feſtum particulare omnium defunctorum, poſtridie feſti omnium ſanctorum, & per miſſas defunctorum, & alia multa diuina officia.

b 2.2.q̃.2. art.5. & 6. quem omnes probãt.

c Vbi ſupra art.7.

26 Decimoſeptimo dicimus, expertos aſſerere, nihil fere magis mouere homines ad peccata præterita plangenda, & alia in poſterum non committenda, quam frequens, & intenſa beatitudinis, & miſeriæ prædictarum, earumq; æternitatis meditatio, quod ſatis probat illud.[d] *Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.* Duę enim illę ſunt bona pars illorum nouiſſimorum, & earundem eiuſmodi meditatio pars non minima exercitij cuiuſdam illuſtriſſimæ Religionis, quo breui eius nouitij perducũtur ad iuſtum voluptatum, vanitatum & cupiditatum contemptum, & ad pium amorem & cultum Dei, angelorum, ſanctorum, & ſanctarum, præſertim principis omnium glorioſiſſimæ virginis matris Mariæ, quæ nobis ea impetret, ſemperque conſeruet, Amen.

d Eccleſ.7.

Opera Nauar. To.I.

DE PASSIONIBVS, habitibus, virtutibus & vitijs animæ rationalis.

PRAELVD. V.

1 *Paſſio animæ quid, & nulla propria in appetitu intellectiuo.*
2 *Paſſiones principales quatuor, & aliæ quot, & quæ.*
3 *Paſſiones ſex in appetitu concupiſcibili ſenſitiuo.*
3 *Et quinque in iraſcibili, & earum ſubordinatio. nu. 4.*
4 *Bonum abſolute conſideratum obiectũ potentiæ concupiſcibilis, & conſideratum vt arduum potentiæ iraſcibilis.*
5 *Paſſionum aliæ bonæ, aliæ malæ ſuapte natura.*
6 *& quæ bonæ & quæ malæ in ſe & ſuo genere. & 7.*
7 *Paſſiones aĩæ oẽs eſſe morbos, falſum.*
8 *Auctorum dicta de paſſionibus animæ vt interpretanda.*
9 *Dubijs, et nõ i claris eẽ locũ cõiecturis.*
10 *Paſſionũ ſacra cõfeſſio qualis eſſe dẽat.*
11 *Cõfeſſarius cõfitẽtẽ paſſiões qd moneb.t.*
12 *Habitus quid & quotuplex. nu.13.*
14 *Virtus quid, et vt nõ repugnat peccato.*
14 *Vitiũ qđ & vt non repugnat merito.*
15 *Peccatum mortale, vt ſolum charitati repugnat.*

DE paſſionibus, habitibus, virtutibus, & vitijs aiæ rõnalis dicimus ſequentia. Primo, quod *paſſio animæ eſt motus appetitiuæ virtutis, ſenſibilis, in imaginatione boni, vel mali*, ſm Damaſc.[e] relatum & declaratũ a S.Th.[f] Ex quo infertur, quod paſſiones proprie non ſunt in appetitu intellectiuo & uoluntate ſuperiori, quatenus diſtinguitur ab appetitu ſenſitiuo, & inferiori eiuſdẽ, licet inueniant in eo motus ſuenientes delib rationem conformes motib. appetitiuæ virtutis ſenſibilis, iuxta mentẽ S. Tho.[g]

e Lib.1. ca. 21. circa principiũ.

f 1.2.q.22. art.3.

g In d.1.2. q.17. art.7.

2 Secundo dicimus, quod paſsiones principales ſunt quatuor duæ potentiæ concupiſcibilis, ſ. gaudium, & triſtitia, & duæ potentiæ iraſcibilis, ſpes ſcilicet & timor iuxta illud Seuerini Boetij.[h]

Gaudia pelle.
Pelle timorem.
Spemque fugato.
Nec dolor adſit.

h 1 de conſolat. Philoſophi, metro vltimo.

Passionum genera.

Nabla mens est,
Vinctaq; si exis,
Hęc vb. regnant.

Lib. 4. Et iuxta illud Parthenices Marianę.

Quattuor aduersis miscentur ut æquora uentis,
Eoo, Zephyro, Libyco, gelidoq; Aquilone.
Sic totidē nostras ingent. turbine mētes
Subuerti furijs, pectusq; in prelia mitti.
Spes leuat erectos, metus alto vert. ce fluctus
Deijcit: hinc animam pulsat furibunda voluptas:
Inde dolor fluctº ceu fracti fluctib. altũ
Clamore ingeminat, piceis abscondita nimbis
Nec radios fundit rõ, nec vela gubernat.

3 Tertio dicimus, quod gaudiũ est de bono præsenti, tristitia de malo præsenti: spes de bono futuro arduo. timor de futuro malo arduo, vt exprimit S Tho.[a] Est autē vna passio, quę non habet contrariam, nisi priuatiue, vel per cessationem ab ea, puta ira: irasci enim non est aliud contrarium proprie, quam mitescere, & ab ira cessare, secundum philosophum,[b] declaratum a S. Tho.[c]

a 1.2.*q*.35. *art*.4.

b 2. *Rhetoric.cap*.3

c Vbi supra q 23.*art*.4. *in cor. quæstio.*

Dixi autem, quatuor esse principales passiones, significando esse alias minus principales: sunt enim omnes vndecim, vt tradit S. Antoninus,[d] sex quidē in potentia concupiscibili, amor. s. odiũ, desideriũ, seu concupiscentia, & fuga, siue rectius renutus, aut refutatio, & gaudiũ, siue delectatio, & tristitia, siue dolor. In irascibili aūt quinque, spes. s & desperatio: timor, & audacia, & ira, cui, vt paulo superius diximus, nulla alia passio opponitur. Illę vero supra dictę quatuor ea ratione dicunt principales, quia sunt fines & scopi aliarū passionum, quod cū ordine, & sufficientia illarū colligitur, præsuppositio quod obiectū potētię appetitiuę concupiscibilis est bonum, vel malum absolute consideratum: obiectū vero irascibilis bonum, vel malum arduum, siue difficile, consideratū sub ratione arduitatis, vel difficultatis, vt tradit S. Tho.[e] quem subtiliter defendit ibi Caietanus contra subtilem Scotū: quāuis quoad animę salutem parum referat, vtrum illorum sequamur.

d 2 *p. tit*.6. *c*. 2. *in pr.mo.*

e 2.2.*q*.11. *art*.1.

Quarto dicimus, quod ex prędictis, colligitur prefatarū vndecim passionū ordo: & quod quatuor prędictę sunt principaliores, sic, bonum absolute consideratū causat in potentia appetitiua quandam cōplacentiam ob cōformitatem & aptitudinem, quam habet ad illam, quę est amor, siue prima passio amoris: bonū aūt amatum, & nondum habitū causat desiderium adipiscendi illud, quod est secunda passio desiderij, seu concupiscentię: bonū vero desideratum iā adeptū, siue obtentū parit in appetitu quiete quandā ex ipso bono adepto: quę est tertia passio, videlicet delectatio. E contrario aūt malum cognitū causat displicentiam ob ineptitudinē, vel contrarietatem, quam habet ad appetitū, quę est passio quarta odij contraria passioni amoris: malum vero cognitū, & exosum, nondum acceptum, vel (vt ita dicā) nondum ventum generat fugam, vel (vt clarius loquar) resuitionē, vel latinius renutū, ne eueniat, quę est quinta passio, contraria desiderio: malum aūt iam acceptum, siue ventum causat tristitiā, uel doloreē, quę est sexta passio, cōtraria gaudio, & lętitię: quę sunt sex passiones potentię appetitiuę concupiscibilis. In potentia uero irascibili sunt quinque: nam bonum apprehensum, ut arduum & difficile propter bonitatē, quę habet aptitudinem, & conformitatem ad appetitū generat spem, quę est prima passio irascibilis. Idem aūt speratum ut quę sibile nondum adeptū generat fiduciā, uel audaciam, quę est secunda passio irascibilis: & e contrario malum apprehensum, ut ineuitabile generat desperationem, quę est tertia passio potētię irascibilis, contraria spei, ɛm S. Tho.[f] Malum autē futurum apprehensum, ut euitatu difficile generat timorem, quartā irascibilis potentię passionem, contrariam fiducię & audacię, ɛm eundem S Tho.[g] Quinta uero passio potentię irascibilis est ira, quę generatur frequenter ex malo iam accepto, quę non habet contrarium, ɛm Aquinatem,[h] quia bonum arduum iam adeptum non parit passionem ullam in irascibili, sed gaudium in potentia concupiscibili: quia desinit habere rationē ardui. Dixi autem, frequenter iram nasci ex malo accepto: quoniam frequēter nascitur ex tristitia sola, quę pertinet ad potentiam concupiscibilem.

f 1.2.*q*.23. *artic*.2. *in cor. q. et q*. 40. *artic*.4.

g Dicta q. 35. *art*.1.

h Prędicta 1.2.*q*.23. *art*.3.

Quinto

5 Quarto dicimus, quod præfatarum passionũ aliquot ẽt per se in genere consideratæ dicũtur bonæ,& aliquot malæ. Bonæ quidẽ,quia ut B.Aug.[a] ait, miseri cordia ad uirtutẽ pertinet, & misericordia, quatenus est dolor, siue tristitia de aliena miseria est passio, ut declarat S. Th.[b] Arist.itẽ [c] ait, uerecundiã esse passionẽ laudabilẽ,quæ spẽs quædã timoris est, ut belle declarat Angel. doctor.[d]

6 Et quia sicut quidã actus exteriores considerati in suo genere,siue ex obiecto suo dicuntur boni,ut dare eleemosynã, & subuenire proximo vt habetur in iure.[e] & tradit late idẽ Angel. doct.[f] ita passiones quædam, quæ sunt de obiecto suo genere bono,quales sunt misericordia,quæ est quædã tristitia de malo proximi,& uerecundia, quæ retrahit à turpitudine,merito ĩ se,& suo genere sunt bonæ.Malæ aũt sunt in se, & suo genere quædã passiones,illæ.s.quæ sunt de obiecto suo genere malo cuiusmodi est gaudium de malo alieno, & tristitia de bono alieno. Sicut ẽt quidam actus exteriores in se,& suo obiecto sunt mali, ut capere alienum & percutere proximum, iuxta doctrinam S.Tho.[g] quæ aũt sint bonæ,& quæ mox dicetur.Neq; obstat opinio Stoicorum, quæ habet, omnes passiones esse malas, & animæ morbos, & perturbationes:qm̃ illa opinio est falsa, aut certe intelligenda,de passionibus rectæ rationi dissonantibus,aut eam prævenientibus,ut declarat S.Tho.[h]

7 Quinto dicimus, quod ex ijs infertur.Primo nõ oẽs passiones esse bonas, neq; oẽs malas,ut Stoici docuerunt: sed alias esse bonas,illas.s.quæ rectæ rationi consonant: & alias malas, illas.s. quæ illi dissonant. De amore bono est illud.[i] *Qui amat sapientiam lætificat patrem suũ.* De malo aũt illud.[k] *Nihil est iniquius,quã amare pecuniam.* De desiderio bono est illud:[l] *Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tẽpore.* De malo aũt illud.[m] *Desiderium peccatorum perbit.* De bono gaudio,siue lętitia illud.[n] *Intra in gaudium domini Dei tui.* De malo aũt illud.[o] *Gaudium hypocritæ est instar puncti.* De bono odio est illud.[p] *Iniquos odio habui.* De malo illud.[q] *Odium pro dilectione mea.* De desperatione bona est illud.[r] *Desperauit Dauid se posse euadere.* De mala autem illud.[s] *Denudare amici mysteria desperatio est animæ infidelis.* De tristitia bona est illud.[t] *Tristis est anima mea vsq; ad mortem.* De mala autem illud.[u] *Felix ẽr qui non habuit animi tristitiam.* De bona spe, siue fiducia est illud.[x] *Quoniã Dominus spes eius est.* Et illud.[y] *Habe fiduciam in Domino.* De mala autẽ illud.[z] *Spes impiorum peribit.* Et illud.[a] *Fiduciam habuisti in malitia.* De timore bono est illud.[b] *Initium sapientiæ timor Domini.* De malo illud.[c] *Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* De ira bona illud[d] *Irascimini,& nolite peccare.* De mala autem illud.[e] *Desine ab ira & derelinque furorem.* Quibus addo, quod malarum aliæ sunt mortaliter malæ,illæ scilicet, quibus frangitur lex,cuius fractio est mortalis, & aliæ uenialiter tantum, illæ.s. quibus frangitur lex,cuius fractio est uenialis tantum.

8 Secũdo infertur,omnes textus, tam Bibliorum, quam canonum, & legum, omnia item dicta sacrorum doctorum, & etiam Ethnicorum generatim significantium, non esse amanda, neque desideranda temporaria, neque de illis adeptis gaudendum,intelligi debere de amore,desiderio,& gaudio inordinatis, seu rectæ rationi dissonis. Illa autem, quæ habent non esse odio habendum, proximum, nec fugiendum, nec de morte alijsve malis acceptis cõtristandum, nunquam irascendum, intelligẽda sunt de odio, fuga,tristitia inordinatis, seu rectæ rationi dissonis.

9 Ex quo subinfertur,proculdubio excusari posse anota hæreseos eos,qui generaliter asserunt, non esse timendum, aut non esse sperandum in homine:siue timore seruiendũ domino Deo nostro: non esse timendum Diabolum: procurandam esse mentis securitatẽ, & id genus alia, quoniam hæc omnia possunt esse aliquo respectu ordinata,siue rectæ rationi consona,& consequenter bona, & Catholica, & in dubio generale uerbum,quod ad bonum sensum,& malum trahi potest, interpretandum est in bonum.[f] Dixi supra,generaliter, nullatenus declarando se loqui de inordinato: nam si id faciat, in illo sensu malo sunt accipienda quia in claris non est locus coniecturis.[§]

a *In lib.9. de ciu.Dei, cap.5.*
b *1.1.q.30. art.3.*
c *In 4.Eth. cap.9.*
d *1.2.q.42. art.4.*
e *Cap.vene rabilib.§.fi. de sent.exc.*
f *In præcita 1.2.qõ. 18.art.2.*
g *In d.q.18 art.8.*
h *In d.qõ. 24.artic.2.*
i *Prouerb.*
k *Eccl.10.*
l *Psal.118.*
m *Ps.111.*
n *Matt.23.*
o *Ioan.20.*
p *Psal.118.*
q *Psal.108.*
r *1.Reg.13.*
s *Eccl.27.*
t *Marc.14.*
u *Eccl.14.*
x *Psal.23.*
y *Prouer.1.*
z *Prou.15.*
a *47.*
b *Eccl.1.*
c *Psal.13.*
d *Psal.4.*
e *Psal.36.*
fl.in ambigus.ff.de legib.c.2.de reg.iur.c.1. de iureiur. lib.6.l.ameri.ff.p socio. & l.si procurator.ff. de condict. indeb.
g.l.cõtinuę §.cũ ita.ff. de uer.obl.

10 Tertio infertur quiddam confeſſarijs quotidianum, uidelicet, quod pœnitentes multi cõfitentur, ſe habuiſſe præfatas paſſiones, amoris, odij, ſpei, deſperationis, gaudij, triſtitiæ, timoris, & iræ, &c & non declarant ſatis, an habuerint eas bene, uel male ordinatas: neque qui declarant habuiſſe illas inordinatas, ſatis declarant, quanta fuerit earũ inordinatio, ut iudicari poſſit, an peruenerint ad culpam mortiferã, & conſequenter admoneri poſſint, & debeant, ut de illis tanquam de mortalibus doleant, ideſt, ut ita doleant, quod proponant firmiter nunquam ſe admiſſuros ſimiles, iuxta ea quæ infra [a] notantur.

a Capit. 1. nume. 1. & c. 2. nu. 5.

11 Quare pœnitens, qui ſic generatim & cõfuſe confitetur huiuſmodi paſſiones, interrogandus eſt, num oẽs illæ, uel quæ illarum fuerint tantæ, ut nociuiſſent eum, ad uolendum potius tranſgredi legem ad peccati mortiferi pœnã obligantem, quam deſiſtere proſecutionem huiuſmodi paſsionis, amoris, odij, gaudij, lætitiæ, triſtitiæ, uel ſpei, & fiduciæ, timoris, & iræ: niſi confeſſarius ex qualitate perſonæ uel modo confitendi tacite conijciat paruitatem, uel magnitudinem malitiæ, uel uanitatis earum, ut frequenter conijciunt.

Habitus quid.

12 Sexto dicimus, quod habitus animæ eſt *qualitas ſtabilis, inhærens eſſentiæ ipſius, uel alicui potentiæ eius, inclinans eam ad aliquid agendum* Dixi, *qualitas*, pro genere: quia omnis habitus eſt qualitas: non tamen econtrario omnis qualitas eſt habitus, ut docet Ariſt. [b]

b In prædicamẽ. qualit. c Prælu. 6. nu. 1.

Dixi, *Stabilis*, ad differentiam actus, qui eſt trãſitorius, ut infra dicetur. [c] Dixi, *Inhærens*, ad ſignificandum, quod nõ eſt anima, neque aliqua ſubſtantia per ſe ſubſiſtens: ſed quoddam accidẽs quod poteſt ſubiecto adeſſe, & abeſſe, & ſine illius corruptione, ſecundum Porphyrium. [d] Per quod reprobatur opinio Magiſtri, dicentis [e] gratiam eſſe ipſummet Spiritumſanctum, & hæreſis Lutherana quæ habet, gratiam non eſſe inhærentẽ contra clemen. [f] & tradita per Sanctum Thomam, communiter receptum [g] & eundem & Scotum, & alios omnes: [h] & contra Concil. Trident. [i]

d In prædicabilibus. e In 1. libr. ſent. diſtin. 17. & lib. 3. diſt. 26. f 1. §. fi. de ſum. tri. & fide cath. g In 1. 2. q. 110. ar. 15. h In d. diſt. 17. & 26. i Seſſ. 6. canon. 11. 1. Pet. 1.

Dixi, *Eſſentiæ ipſius* ad includendum gratiam gratum facientem, quæ ſecundum opinionem S. Thomæ inhæret eſſentiæ animæ, qua regeneratur, & fit conſors diuinæ naturæ iuxta illud, *vt ſimus conſortes naturæ diuinæ*, declaratum per eundem S. Thomam [k]

k 1. 2. q. 50. art. 2.

Dixi, *Vel alicui potentiæ, inclinans eam ad aliquid agendum*, ad includendum omnes habitus alios a prædicta gratia, qui ſecundum eundem non inhærẽt eſſentiæ animæ: ſed potentijs eius, quas diſponunt, inclinant, & impellunt ad aliquid bene, uel male agendum: quod colligitur ex eodem S Tho. [l] & ex Ariſt. [m]

l In 1. 2. q. 49 aut. 2. m 2. Ethic.

An autem habitus gratiæ, & habitus charitatis diſtinguantur re ut ait S. Thomas cum ſuis aſſeclis [n] an uero ratione tantum, ut ſentit Magiſter, & affirmat Scotus cum ſuis: [o] an charitas inhæreat plus animæ potẽtiæ differenti re ab ea, ſed inſeparabili, ut ait S. Thomas, an ipſi animæ, ut alij, de quibus eſt Ioannes Maior. [p] non tracto: quoniam quoad animæ ſalutem nihil refert, an hoc, uel illud teneamus.

n In d. 1. 2. q. 110. ar. 3 & in 3. p. q. 7. art. 1. o In 2. libro ſent. d. 26. p 3. lib. ſen. d. diſ. 26. q. q In d. clẽ.

13 Septimo dicimus, quod habitus eſt duplex, infuſus, & adquiſitus. Infuſus eſt, quem beniguiſſimus Deus ſolus infundit, ut probatur, [q] & tradit S. Thom. communiter receptus. [r] Adquiſitus autem eſt, qui producitur ab actibus frequentatis: ita quod actus eſt cauſa partialis habitus acquiſiti, uel aucti: & econtrario, habitus eſt cauſa partialis producendi bonos actus ſimiles illis, per quos eſt genitus, uel auctus, ut colligitur ex Sancti Thoma [s] qui [t] probat neceſsitatem habituum.

1. §. fi. de ſacr. in ca. maiores i fi. de bap. r 1. 2. q. 51. arr. 4.

Octauo, quod duplex eſt habitus adquiſitus, bonus, & malus. Bonus eſt qui producitur ab actibus bonis: malus autem, qui ab actibus malis.

s In 1. 2. q. fi. art. 4. & q. 49. art. 2. & 3. t In art. 4.

14 Nono dicimus, quod uirtus eſt habitus animæ bonus: uitium autem habitus animæ malus: tum per illud Augu. [u] *Virtus eſt qualitas, quæ facit bonum habentem: uitium autem qualitas, ſecundũ quã malus eſt animus*: tum quia uitium eſt contra naturã hominis, quatenus homo eſt, ut probat Angelicus doctor [x] qui [y] concludit, actum malum peiorem eſſe ſimpliciter habitu malo, quamuis ſecundum quid (eo quod uitium eſt diuturnius) ſit peius actu malo, & uitioſo & [z] concludit, actum malum, qui eſt peccatum

u Libro de perfect. iuſt. circa finem 4. rat. ocinat. onis, relatũ a S. Tho. 1. 2. q. 71. artic. 1. x In præcitata q. 71. art. 2. y In art. 3. z In art. 4.

tum compati sibi virtute, sicut & actus bonus compatitur sibi vitium: quamquam peccatum mortale non potest esse simul cum caritate regina virtutum, quæ est gratia gratum faciens, vel ab ea inseparabilis: quæq; est habitus omnium longe nobilissimus à Deo supernaturaliter infusus, licet posset esse cũ fide, & spe informibus.[a]

a Vt ibid. S. Tho. tradit, et Cõc. Trid. nuper definiuit, sess. c. 14. & can. 18.

DE ACTV HVMANO SIVE morali animæ humanæ.

PRAELVD. VI.

1 *Actus humani & moralis idem: & quid sint.*
2 *Voluntariũ simpliciter, et secũdũ quid.*
3 *Omissio pura quid.*
3 *Violẽtũ quid, et in quo a metu differat.*
4 *Metu facta regulariter valere, sed rescindi posse: nisi, &c. nu. 5.*
5 *Sacramenta quæ metu facta valent.*
6 *Violentus nullus est actus elicitus, siue interior.*
6 *Voluntas etiam a Deo, non cogitur uiolenter.*
7 *Metu factum rescinditur, non autem blanditijs extortum.*
8 *Ignorantia, quæ facit actum non esse humanum.*

Actus humanus qd.

DE actu humano, siue morali dicimus sequẽtia. Primo ꝙ ea, quibus in beatam vitam, uel morte æternã ab adultis mẽtis cõpotibus itur, sunt actus humani, siue mor. ẽm S. Tho. recept.[b] Definitur aũt actus humanus, siue moralis esse *actus hoĩs trãsitorius, et uolũtarius perfecte ac simpliciter, uel omissio eius.*

b In 1. 2. q. 6. art. 1. & alios in 2. lib. sent. 24. & 25.

Dixi, *Transitorius*, ad differentiam habituum, qui sunt qualitates stabiles, & permanentes.[c]

c Iux. Arist. in prædicamento qua lit.

2 Dixi, *Voluntarius*, ad excludendum actus hominis oĩno uiolentos: qui sunt illi, quorum principium est ab extrinseco passo non conferente uim, idest, eo qui patitur, non opitulante, neq; iuuãte qualis est is, quo homo per uim absolutã facit, ut oblatio thuris quæ per manũ uioléter ab alio ad id adactã idolo fit.[d]

d Cap presbyteros. 50. dist.

Dixi, *Perfecte*, ad excludendum actus puerorum, amentium, & subito ex sola imaginatione absq; deliberatione more brutorum agentium, quorum actus, & si ea parte sint uoluntarij, quia propter finem (saltem imperfecte cognitũ) aguntur, non tamen sunt perfecte nolũtarij; quia non aguntur propter finem satis perfecte cognitum, eo quod non agẽtur ob finem cognitum propter rationẽ & proportionẽ, quem habet finis ad id, quod propter illum agitur: quod solius iudicio, & ratione utẽtis est, ut pulchre docet Angelicus doctor.[e]

e In 1 2. q 6. art. 2.

3 Dixi, *Simpliciter*, ad excludendos actus factos metu, qui licet non sint secundum quid uoluntarij, sunt tamẽ simpliciter tales,[f] & probatur per cap. sacris.[g] quatenus ponit differentiam inter communicationem uiolenter incussam, & metu, siue ui conditionali factã. Dixi, *Vel omissio*, ad comprehendendam omissionem, per quam id, quod quis potest, & debet agere, non agit, iuxta eundem[h] ex quo, & altero Tho.[i] colligas, tria requiri ad hoc, ut omissio cuiuspiã sit pure uoluntaria; uidelicet, ꝙ possit & debeat facere, & nõ uelit, negatiue tantum, idest, quod neq; uelit, neq; nolit: nam si nollet agere, idest, haberet nolitionem, siue uoluntatem non agendi, non esset tam actus omissionis, quam commissionis.

f Secundũ eundẽs. Th. eadem q. 6. art. 6.
g De his quæ ui.
h Ibid.
i Vbi supra articul. 3. Omissio ut sit pure uoluntaria quid requirat.

Secundo dicimus, quod ex ijs infertur. Primo ratio decidẽdi principij causæ[k] quatenus habet, nihil peccare illã, cuius oĩno renitentis uirginitas uiolatur, quia imò, ut B. Lucia, relata ibi a Gratiano dixit, *ea duplicatur ad coronã.*

k 32. q. 5. Vide exemplar.

4 Infertur secundo, quod actus (etia metu factus) est actus humanus, quia est uoluntarius simpliciter, licet sit inuoluntarius, secundũ quid, ut ait Aquinas[l] & probatur in cap. merito.[m] quatenus habet, eum, qui metu alicuius mali facit aliquid, uelle illud, licet non propter se, sed propter aliud. In qua re insignis quidam Theologus[n] & insignissimus Decius[o] lapsi fuerũt, quatenus dixerunt, metu facta non esse simpliciter uoluntaria, sed secundum quid tantum. Ratio siquidem diuersitatis inter uiolẽter, & metu factum illa est, ꝙ uiolenter dĩ, cuius principium est ab extrinseco, passo non conferẽte uim, siue non aduante, iuxta legem,[p] quę habet, *vim esse rei maioris impetum: cui resisti non potest, metus causs.*

l In 1. 2. q. 6. art. 6.
m 15 q. 1.
n In quadã epistola ad me scripta.
o In l. uelle. ff. de reg. iu.
p l. 1. ff. qã metus causs.

ut

a 2.3.quæs. 175. art.1. ad 1.

vt Iradit Angelicus doctor[a] qualis est thurificatio supra dicta. quod autē metu fit, licet ab extrinseco impulsionem habeat, passum tamen, idest, cui compellitur, confert vim, & adiuuat, quia consentit.[b]

b Dict. cap. merito, et l. 2.ff.qd̄ metus causa.

5 Et ita factum per vim purā, nec meritum, nec peccatum est, neque prodest neq; nocet quoad vllum forum, quia nō est actus humanus, factum autem metu, quia est actus humanus, potest aliquando esse meritum, & (ut plurimum) prodest & nocet quoad vtrunque forum, quamuis regulariter rescindi possit,[c] nisi quoad sacramēta characterē imprimentia, quoad quæ nō potest rescindi,[d] & nisi quo ad ea, quæ liberam & sponteam uoluntatem requirunt, vt matrimonium,[e] quia illa metu facta nihil valent, & sine vlla rescissione sunt inualida, siue nulla.

cVt resoluit glos. recepta in c. abbas, de his quæ vt met.

d Ca. maiores. §. item quæritur, de bapt. et eius eff.

e C. cū loeū de spōs. & uotum, c. de in, quæ ut met.

6 Infertur tertio, quod nullus actus volūtarius elicitus, siue interior potest esse violentus nam nullus talis fit, passo non conferente vim. Voluntas enim, siue anima velle potens, non potest absolute cogi, siue per vim præcisam ad actum a se ipsa eliciendum, idest, ad volēdum, aut nolēdum, vt pulchre probat S. Tho.[f] Nam, vt ipse ait, etiamsi moueatur, & cogatur a Deo ad uolendum, nō patitur violentiam: quia ipsa cōfert vim & adiuuat, dum vult, & ita non fit passo non conferente vim, & consequenter non est violentum per supra dicta.

f 1.2.q.6. art.4.

g Ibi ad 4.

7 Infertur quarto, quod nullus actus, neque interior neque exterior desinit esse voluntarius, eo quod producatur per concupiscentiam plurimum impellentem animum ad volendum, imo est magis uoluntarius.[h] Quæ potest esse recta & noua ratio, quare blanditiæ faciunt, vt actus per eas factus rescindi nō possit, sicut metus, & q̄ licet testamentum metu factum non valeat,[i] testamētum tamen vxoris blando sermone mariti procuratum valet.[k]

h Secundū S. Tho. in d. q.9. art.

i l. fin. ff si quis aliquē test. prohib.

k l. fi C. eod. et dicta l. fi. ff si quis aliquem.

8 Infertur quinto, quod actus factus per ignorātiam aliquando est actus humanus, aliquando non, & quidem est actus humanus, regulariter: non est autē humanus, quando tria concurrūt. Quorum primum est ignorantia illius rei, quam quis nō tenetur scire. Secundum, quod non sit affectata, seu desiderata vel procurata. Tertium, quod sit talis, sine qua nō fieret actus, quia hæc tria efficiunt inuolūtarium. Quę pulchre determinat Angelicus Doctor,[l] & probatur in c.2. de constit.[m]

l In d.q.6. art.1.

m Et c. ignorantia. de reg. iur. li. 6. et c. fi. 37. d. etmelius §. notandū. q. 4 sub c. tur bat cum eis adnotatis per gl. & doctores.

Infertur denique sexto, actum humanum non esse habitum: quia hic est stabilis, ille autem vt dictum est, transitorius, hic impellit eū, cui hæret ad actus sibi conuenientes: ille vero non: vt satis colligitur ex clem.[n]

n §. fin. de sum. Trinit. et fid. Cath. & Cardin. Imolē. ibid.

DE ACTV HVMANO, SIVE morali bono, qui est meritum, & malo, qui est peccatum.

Praelvd. vII.

1 *Meritum quid & quotuplex.*
2 *Gratia gratum faciens quid, & quanti ualoris. nu. 3.*
3 *Bona in peccato mortali facta quantum prosint.*
4 *Actus humanus malus, & peccatum morale idem.*
5 *Peccatum mortale quid, late.*
6 *Lex eterna quid, & quid et contrariū.*
6 *Omissio pura cur dicitur factum negatiue.*
7 *Verba illa, dictum factum, & concupitum quomodo accipiantur.*
8 *Definitio hæc peccati cur eligitur.*
9 *Peccatum & delictum in proposito idē.*
10 *Peccatum originale quomodo uoluntarium.*
11 *Peccatum ueniale qua ratione uere peccatum.*
12 *Peccata omnia esse mala quia prohibita, ut defendatur.*
13 *Peccatum non est uitium, & quibus cōstat. nu. 14.*
15 *Peccatum ut aliud est in genere entis, & aliud in genere moris.*
16 *Actus manens idem in genere entis nunc bonus nunc malus.*
17 *Actus nullus simul bonus, & malus, etiam diuersa ratione.*
18 *Bonis in angendis ne sint mala, magna cura adhibenda.*
19 *Peccatum cordis, oris, & facti in genere moris unum tantum esse.*
20 *Confiteri peccatum mentis sine operibus non sufficit: sed contra sic.*

Pec-

21 *Peccatum non esse reatum, licet aliquando sic uocetur*
21 *Reatus, quid proprie, & ad quid transfertur.*
22 *Reatum pro obligatione ad pœnam esse filium peccati: triplicem. nu. 23.*
23 *Actionis mater obligatio.*
24 *Otiosum omne malum.*
24 *Circunstantię cuius defectu oīs actus fit malus.*
25 *Peccatur quibus modis circa peccati cognitionem.*

1 DE præfatis membris actus moralis dicimus multa. Primo, quod actus humanus, siue moralis diuiditur in bonum & malum: & quod bonus est, *qui nulla lege ob se, neq; ob suas circunstantias prohibetur*, & appellatur meritum, secundum mentem S. Thomæ communiter recepti. [a]

2 Secundo, quod meritū est duplex. Alterum simpliciter seu de condigno. Alterum secundum quid, seu de congruo. Meritum simplex, siue de condigno est, *quod meretur gratiam, et gloriam æternam.* Quod definiri potest esse *actus humanus bonus, factus ab eo, qui habet gratiam Dei gratum facientem.* Cuius meminit gloss. [b] Quæ gratia gratum faciens definiri potest, esse *donum Dei supernaturale, infusum à Deo creaturæ rationali, quo est illi ad uitam æternam accepta* ex mente S. Tho. [c] Quæ gratia est tanti valoris, quod etiam illa, quam habet vnus particularis est maius bonū, quā aliud bonum naturale totius vniuersi, secundum Thomam. [d]

3 Meritum de congruo, vt S. Thom. [e] & alij multi loquuntur, siue meritum secundum quid, vt ipsemet S. Tho. ibidē nominat, *est actus humanus bonus, factus ab aliquo extra gratiam Dei existente*, cui de quadam congruitate, & secundum quid debetur aliqua merces spiritualis, vel temporalis, vt sentit glossa, [f] quæ ponit illos duos senarios.

Quæ cum mortali bona fiunt, dant bona terræ.
Cor faciunt humile, minuunt tormenta gehennæ.

Cui est alia similis in alio loco, [g] vbi nuper [h] addidimus aliquos fructus ultra eos, quos scripsimus infra: [i] qui fructus licet magnæ sint in se vtilitatis, collati tamen cum gratia gratum faciente, & gloria æterna, ei respondente, adeo parui sunt, vt [k] dicantur, nihil prodesse: cum tamen de fide sit prodesse ad multa, vt dictum est, & satis definit Cōcil. Trident. [l]

4 Tertio dicimus, quod licet verbū, peccatum, generaliter acceptum, [m] significet omnem deuiationem, vel declinationem a rectitudine operi debita in naturalibus, siue moralibus: [n] in proposito tamen solum accipitur pro deuiatione in moralibus, qualis est omnis actus moralis malus, siue peccatum morale. Definitur autem peccatū morale aliter a varijs, ex omnibus aut definitionibus, quas post veteres auctores tradit Magister cum S. Thoma, & alijs recentioribus [o] & alij alibi, illā eligimus, quam magnus ille Aug. tradit [p] quæ nō latuit gloss. [q]

5 Videlicet *peccatum est dictum, factum, aut concupitum contra legem Dei ęternam.* tū quia clarior, & vsitatior est: tum quia conuertitur cū suo definito. Nam cuicunque conuenit definitum, idest, peccatum, conuenit etiam definitio, & econtrario, vt per infra dicenda patebit. Nam lex æterna, vt idem Aug. ait [r] & post eum Angelicus Doctor. [s] *est summa ratio Dei, quę iam inde ab ęterno cuncta ordinauit, & post mundum creatū omnia gubernat*, iuxta illud Poetæ.

Quidquid habet Phlegethon, quidquid caua uiscera terræ,
Quidquid habet pelagus, quidquid secat aera pennis,
Fecisti solus, totūq; opus ipse gubernas.

Et ita quidquid est contra legem, & rationem naturalem, est contra legem æternam, licet nō econtrario, quidquid est contra legem æternam, sit contra legem & rationem naturalē, qualia sunt quæ supernaturalibus obuiant, & fere omnis hæresis, blasphemia, & similia, quod docet Angelicus Doctor. [t]

6 Non obstat primo, quod prædicta peccati definitio non videtur conuenire puræ omissioni, quæ, [u] saltem tribus concurrentibus est actus humanus malus, & peccatum, & tamen non est dictū factum, aut concupitum, nam licet illa omissio non sit dictum, factum, aut concupitum,

a 1.2.q.114 art.6.
b in § si clement. 2 de sum. Trinit. et fid. Cath. uerbo. omnibus.
c 1 2. quæs. 110. et 111. & Scoti & aliorum in 2. lib. sen. d. 26. & 27.
d 1. sec. quæ. 113. art. 9. ad 2.
e In dict. q. 114. art. 6
f Cap. quod quidem de pœniten. & remiss.
g In c. quærat. § ꝙ aūt de pęn. d. 3.
h Nu. 2.
i In ca. 27. nu. 267.
k Ca. nihil de consecr. dist. 5.
l Sess. 6. c. 7. & can. 7.
m Vt docet S. Tho. in 1. part. q. 63. art. 1.
n Iux. Aris. Physico. ubi monstra naturæ uocat peccata.
o In 2. libro sent. d. 25. et in 1. 2. q. 75. art. 6.
p In 2. li. cōtra Faustū, cap. 27.
q In ca. ille rex. de pęn. d. 3.
r In lib. 1. de liber. arbit. car. 6.
s 2. 2. q. 91. art. 1.
t In dict. q. 91. art. fin. & late iuxta ac subtiliter enucleat alter Tho. ibid.
u Vt prædictum est supra prælud. 6. num. 3.

cupitum affirmatiuum, est tamen negatiuum, est namque non dictum, quod debebat dici, non factũ, quod debebat fieri, vel non concupitum, quod debebat concupisci, quoniam affirmatio, & negatio reducuntur ad idem genus, vt in hac specie tradit Aquinas [a] & probatur per l. si mora. [b] quæ non factum, quod debebat fieri, vocat factũ. [c] Ibi enim Iurisconsultus appellat factum omissionẽ traditionis dotis faciendæ mulieri. Et glossa [d] ait, diuisionem illam Iurisconsulti, qua diuidit stipulationem in stipulationem de faciendo, & dãdo, comprehendere etiam stipulationem de nõ faciendo, & non dando.

7 Non item obstat secundo, quod res dictæ, factæ, aut concupitæ nõ sunt pec cata, quia ista verba definitionis, dictũ, factum, & concupitum, non accipiuntur pro illis rebus, sed pro ipsis actibus dicendi, faciendi, & concupiscendi, seu volendi eas, hoc est, pro ipsa dictione, factione, & vt ita dixerim, concupitione, seu volitione, vel latinius uoluntate: quod post alios Gabriel recte intellexit. [e]

8 Non obstat tertio, quod illa definitio Augustini [f] videlicet, *Peccatum est uoluntas retinendi, uel consequendi quod iustitia vetat.* nullam facit mentionem de dicto, vel facto, cum enim mentionem fecerit de concupito & voluntate, quæ radix est malitiæ dicti, seu dictionis, facti, seu factionis vel actionis, adeo quidem vt vnum tantum peccatum constituatur ex illis, [g] faciendo mentionem de voluntate, satis videri potest fecisse mentionem de illis, quorum malitia pendet ab ea.

9 Non obstat quarto, quod secũdum hanc definitionem delictum esset peccatum, & tamen Augustinus [h] significat, quod peccatum est perpetratio mali, & ita cõmissio, delictum autem desertio boni, & ita omissio, quod adnotauit gloss. [i] & ante illam Magister, [k] quia ibidem ipse met magister, dixit, indifferenter apud auctores, omne peccatum nomine delicti intelligi, & econtrario omne delictũ omine peccati. [l]

10 Non obstat quinto, quod peccatũ originale infantis, imò & nondum nati est peccatum, & tamen non videtur esse dictum, factum, aut concupitum: quia licet non sit factum, aut concupitum personale ipsius actuale; est tamen suæ naturæ humanæ. [m]

11 Quarto dicimus, q̃ ex prędictis infertur primo, omne veniale peccatum, esse peccatum: quia ei præfata definitio conuenit: tum quia illud appellat peccatum Augustinus, [n] tum quia S. Thom. [o] omnem actum inordinatũ & vitiosum appellat peccatum, at inter omnes conuenit, omne peccatum veniale esse actũ inordinatum: tum quia Magister, [p] præsupponit veniale peccatum comprehendi sub verbo, peccatum, quod ab Augustino [q] definitur esse dictum, factũ, &c. Contrarium vero ait S. Bonauentura cum aliquot aljis [r] videlicet peccatum, veniale non esse contra legem, sed præter legem. Cui consonat etiam Angelicus doctor. [s] dicens, quod diuisio peccati in mortale, & veniale non est diuisio generis in species, quæ æqualiter participant rationem generis: sed est diuisio analogi in ea, de quibus prædicatur secundum prius, & posteriu, *non enim*, inquit: *est contra legem, sed præter legem.* vbi Caietanus nihil non facit, quo illum a telis Durandi [t] vbi nostram illationem tuetur, defendat. Quin & ipse Caiet. [u] carpit Scotum, eo quod [x] dixisset peccatum veniale non esse legem: quia negari non potest esse contra legem æternã & uirtutis. Quæ quidem contentio diri mi posse videtur, dicendo, quod altera opinio procedit de contrarietate legis sufficienti, ad assequutionem æternę vitæ impediendam: altera vero de contrarietate secundum quid, quæ solum sufficit ad eam differendam.

12 Infertur secũdo illud celebre elogium, quod *non omne peccatum ideo est malum, quia prohibitum,* [y] intelligẽdum esse de prohibitione humana: non aũt de prohibitione lege æternæ, per quam omne peccatũ prohibetur, vt ex hac definitione colligitur, & adnotauit S. Th. [z] 13 Infertur tertio, peccatũ nõ esse vitium: quoniam peccatum est dictum, factum, aut concupitum, & ita actus, vt supra dictum est, vitium autem est habitus, secundum Marcum Tullium, [a] quod etiam colligitur ex Ambrosio. [b]

14 Infertur quarto, peccatum cõstare ex

a In 1.2.q. 71.art.6.
b ff. solut. matrimonio cVt ibi adnctuit gl.
d Recepta ibi per Bar. Altxan. & alios in l.2. de verb obligationib.
e In dicta q. 35.q 1.
f In libr.1. Retract. ca. 15.relata a Gratiano in c.1. §.1.15. q.1.
g Vt in prælud.seq.dicemus.
h In quæstionibus Leus.
i In regul. peccatum. & reg deli ctũ. de reg. iur.lib.6.
k In 4.libr. sent. d. 22.
l Per cap. ille rex.de pœnit.d.3.etc. si peccatũ. de pœn.d.1.
m Iux. dicẽda in prin. prælud.seq.
n In cap.5. nu.§. fin.d. 2.a. & Ioan. Chrysostomus in c.de quotidianis de pœn.d.3. o 1. 2. qua. 62.art.1.
p Cum eed. S.Thom. & alij in 2.lib. sen.dist.35. & 42.
q Vbi supr.
r In dict.d. 42.
s Ibid.q.1. art.4. & 1. 2.q. 88.art. 1. & contra gent.c.139.
t Lib.sen. d. 43.
u 1.2 q.72. art.5.
x In d. 22. eiusdẽ 2. li. sent.
y Iux gloss. celebrem c. ex par.1.de effic. deleg. z In d.art. 5.ad.4.
a In 4. lib. Tusculana relatũ a S. Tho. in 12, 2.q.71 art. 1.ad 3.
b In cap.ille rex de pœn. d.3.vbi glo. Ioann.sing. Peccatũ ex duobus constat. Genes. 1. Super Ioan. 1.

ex duobus, videlicet ex ipso actu, qui est quædam res naturalis, & ex tortuositate, (vt ita dixerim) & defectu rectitudinis, qua caret, ex eo, quod deuiat, & est contrà legem, & regulam æternam: quæ carentia appellatur priuatio, inordinatio, tortuositas, & deformitas & ꝙ quatenus est actus, & res, merito dicitur quoddam bonum naturale: quia omnis res, quatenus est aliquid, est bonum naturale: iuxta illud, *Omnia quæ fecerat erant valde bona.* Sed quatenus est defectus, & priuatio boni dicitur malum, & nihil ab Augustino, qui uerbum, *nihil*, positum in illo celebri dicto: *Sine ipsum factum est nihil*, exponit de peccato, quod non est intelligendum de peccato quoad ipsum actum, quatenus est quædam res: sed de peccato, quatenus est inordinatio, & deest ei rectitudo, vt post, & ante illos declarat S. Tho.[a] vbi concludit, non debere dici peccatum esse a Deo, nisi cum illa additione, in quantum est actus, & in quantum est quædam res.

a In 2. libr. sen. d. 37. q. 1. art. 1. Peccatũ a Deo nõ est.

15 Infertur quinto aliud esse peccatũ in genere naturæ, & prout est quoddam ens naturale: & aliud in genere moris, & prout est quoddam ens morale. Nã, vt in illatione præcedẽti est dictum, peccatum est aliquid, & bonum prout est ens naturale, & prout est ens morale dicitur nihil, & malum. Ex quo subinfertur fieri posse, quod actus, qui sit vnus & idem numero in genere entis, vel naturæ, nunc sit bonus, & paulo post malus in genere moris. i. quatenus est ens morale. Nam ambulatio, qua quis vadit ad ecclesiam est vna, & eadem res in genere naturæ, at si eam cupit facere ob inanem gloriam, erit mala toto tempore, quo ob eam ambulauerit, & si mutata voluntate continuat eam ad Dei obsequium, erit bona, dum ei de alijs requisitis nihil desit, vt tradit Aquinas.[b]

b 1. 2. q. 20 art. 6.

16 Ex quo subinfertur, ꝙ vnus actus, qui est simplex, & idem numero secundum genus entis, & naturæ, potest esse duplex, & diuersus in genere moris, puta bonus, & malus peccatum & meritũ, id ꝙ idem Aquinas probat.[c] Et quãuis ille de actu solo exteriori formet & prosequatur quæstionem, non tamen ob id intelligas, contrarium sensisse de actu interiori, quod ibidẽ adnotauit Caiet. cuius quotidianum exemplum accipe in actu volendi comedere carnes, continuato ab hora, qua licet eas comedere vsque ad horam, qua non licet: ꝙ nõ raro contigit apud infimates in carnis priuio, & apud summates passim in noctibus, quæ præcedunt dies, quibus esus carnium vetatur, qualis est dies Iouis, & quicunque præcedit quatuor tempora, & festorum uigilias.

c Vbi sup.

17 Animaduertendum tamen est, ꝙ nullus actus pro eodem tẽpore adequato potest esse bonus simul & malus, peccatum & meritum, etiam diuersa ratione, quia implicat contradictionem: nam si est malus, aliqua rectitudo ad bonitatem necessaria ei deest: & si est bonus, nulla: quia bonũ cõstat ex integra causa, secundum Dyonisium,[d] id quod affirmat S. Tho.[e]

Nullus actus peccatum & meritum esse potest.

d Cap. 4. de dicimus nominibus. e 1. 2. q. 2. a. 6. et clarius in 2. li. sent. d. 40. q. 1. ar. 4. & Io. Maior ibid. q. 7. & Cajet. super Matth. c. 6.

18 Quibus (proh dolor) consequens est, bonã operum aliquorum nostrorũ partem esse malã: minor enim pars est eorum, quibus nulla deest rectitudo, vel obiecti, vel finis, vel alicuius circunstantiæ. Quamobrem magna cura & studio est opus, vt quæcunque agimus, circunspecte agamus: ne bona, quæ labore magno ad bene merendum perficimus, parua incuria perdamus: vel (quod peius est) fiant nobis mala, ob quæ puniamur.

19 Infertur sexto, quod peccatum interius, quo quis peccat, volẽdo aliquid facere, aut dicere, & dictum, & factum ipsum exterius sunt quidem plura entia, & plures res, quoad essentiã rei naturalis: Siquidem alia res est exterior actus, & alia interior: sunt tñ unũ peccatum in genere moris: quidquid voluat, & reuoluat satis leuiter & inutiliter Io. Maior:[f] qm̃, vt eleganter de more ait Aquinas,[g] actus interior, & exterior ei rndens, licet sint duo in genere, & esse naturæ: in genere tñ & esse morali sunt vnus. Neq; tamen ex hoc inferas, sufficere pœnitenti confiteri omne peccatum interius solum sine exteriori: quoniam oportet confiteri omnia peccata mortifera,[h] & constat, peccatum exterius esse peccatum mortiferum, quando interius est huiusmodi, & licet peccatum interius, & exterius sint vnum peccatum in genere moris, sunt tamen duo in genere naturæ, vt prædictum est.

f In dict. d. 42. q. 2. g 1. 2. q. 20. art. 3. h Ca. oĩs de pœ. & re. & clariu: in c. 5. et can. 6. sess. 14. Concil. Trid.

Neque

20 Neque obſtat, quod ſufficit confiteri exterius, quia qui confitetur exterius, implicite confitetur interius, [a] cũ ſine illo non eſſet peccatum: Non autẽ contra, qui confitetur interius, videtur confiteri exterius: cum interius paſſim inueniatur ſine exteriori: & non concludit hoc adeſſe quod contingit abeſſe. [b]

21 Infertur ſexto, peccatũ eſſe aliud a reatu peccati: tum quia peccatum per prædicta eſt dictum, factum, &c. reatus autem peccati eſt obligatio nata ex peccato ad pœnam ſubeundam: tum quia Magiſter, [c] ait: quod licet aliquando in ſcripturis auctorum verbum reatus, ſignificet culpam, & aliquando pœnam id tamen non cõtigit ex originaria verbi ſignificatione: ſed quia, cum reatus ſit quoddam medium inter illa, nomen eius transfertur ad ſignificandum extrema: tum quod verbum reatus, eſt verbũ nouum, & incognitum Marci Tullij ętati, & a Meſſala ſub Auguſto Cæſare [d] vſurpatum. [d] Vſurpatum inquam, pro ſtatu rei criminis, quod colligitur ex l. ſi quis diutino, [e] quidquid ibi reuoluat Accurſius. Vbi adnotauit Budæus, errore nimio apud Iuriſconſultos ætatis noſtræ pro crimine reatum accipi.

22 Et quamuis iuxta ſenſum Budæi, etiam obligatio ad pœnam, non dicatur proprie reatus, ſed ipſe ſtatus rei, qui accuſatus eſt, & inter reos recept. Gregorius tamen & Magiſter cũ Aquinate & alijs [f] pro illa obligatione accipiunt. At quia duplex eſt peccatum: alterum morale, alterum veniale, [g] ſic duplex eſt reatus. Alter, quo quis obligatur ad pœnã æternã. Alter, quo quis obligatur ad pœnam temporalem ſm omnes.

23 Itaq; peccatum eſt mater reatus reatus vero filius peccati, ſicut obligatio eſt mater actionis, [h] & actio filia eius. [i] Reatus autem ſiue obligatio ad pœnam eſt triplex, quia peccatum eo quod triplicem ordinẽ offendat, ad triplicem pœnam obligat. Quatenus enim offendit ordinem propriæ rationis, obligat ad pœnam remorſus conſcientiæ, iuxta illud Aug. [k] *Omnis inordinatus animus ſibi ipſi eſt pœna*: quam conſcientiæ remorſum dixit S. Tho. [l] Quatenus autem offendit ordinem Dei, obligat ad pœnam æternam, vel temporariam ab eo infligendam. Quatenus vero offendit legem humanam, obligat ad pœnam illius legis per hominem ſtatutã. Quo fit, vt qui peccamus, conſiderare deberemus, quod licet poſſimus effugere frequenter hominis legiſlatoris pœnam, errata noſtra ignorantis, nequaquam tamen poſſumus vitare pœnam Dei, omnia cernentis: nec conſcientiæ noſtræ, omnia noſtra uidentis: niſi per pœnitentiam legitimam, & peccato accõmodã.

24 Infertur ſeptimo, quod actus deliberatus, qui non eſt bonus, eſt peccatũ, quoniam multi ſunt actus, qui iuxta ſuum genus, vel ſuam ſpeciem, ideſt, ex obiecto ſuo neq; boni ſunt, neque mali, qualis eſt deambulatio in campum, & leuatio feſtucæ, vt S. Tho. communiter receptus habet: [m] nullus tamen inuenitur in indiuiduo, qui nõ ſit malus, ſi non eſt bonus: quoniam nullus talis inuenitur, cui non deſit bonitas vel obiecti, vel finis, vel alicuius circunſtantiæ: & quamuis olim contrarium viſum fuerit mihi verius ſequuto Scot. [n] eo quod videbatur dari poſſe actus, indifferens ſine vlla circunſtantia in nullum finem bonum, vel malum ordinatus: poſtquã tamen legi Caietanum [o] ſequutus ſum hoc, quia omnis actus deliberatus otioſus eſt malus, iuxta illud: *De omni uerbo otioſo &c.* Sed redij poſtea ad eam illa firma ratione, quod oĩs actio, quæ non fit ad aliquem finem eſt otioſa, & ita deeſt ei circunſtantia finis, ſiue ordinatio ad bonum finem: & conſequenter eſt contra legem æternã, quæ ad bonitatẽ actus exigit omniũ circunſtantiarũ cõcurſum rationabilem, quęq; habet hominem agere propter finẽ: iuxta Ariſt. [p]

24 Infertur octauo, quã uane, & ſtulte erranerint, multi ſuper peccato actuali. Alij quidem, vt Valentius, quod peccatum non eſt a libero arbitrio, ſed a dæmone tantum. Alij, vt Lutherus quod omne opus, quamlibet recte factum, eſt peccatum, Alij, vt Actius, & Armenij, quod aliqua ſunt peccata omnino irremiſſibilia. Alij, vt Valdenſis, quod nullum peccatum mortale eſt tolerandum, etiam ad uitandum maius malum. Alij, vt Iouinianus, quod ſemel iuſtificatus non poteſt amplius peccare: de quibus late Caſtren. [q] Alij,

vt

a Argum. l. Labeo. §. Tubero. ff. de ſupellec. leg. arg. itẽ c. præterea de offic. deleg.

b l. neq; natales. C. de probationibus &c. in præſentia eod. t. t.

c In 2. l. br. ſententiarũ diſt. 42.

d Vt docet Quintilia. l. 8. inſtit. cap. 3.

e ff. de pœn.

f In c. ſi peccatũ, de pœ. d. c. vbi ſup. g Ca. Sunum §. criminis. 25 diſt.

h l. licet §. ca. obligat. o ff. de procuratoribus. i Gl. in rub. de actionib. inſtit.

k Lib. 1. Cõf. ff. c. vlt.

l 1. 2. q. 87. art. 2.

m 1. 2. q. 18 art. 8.

n In 2. libr. ſent. d. 7. & 41. & quod lib. 18.

o Super S. Thom. in d. art. 8.

Matth. 12.

p In 2. Phyſ. ca. 3 relatũ a S. Th. 1. 2. q. 1. artic. 1. & 2.

q Li. 11. ad uerſus omnes hæreſes uerb. peccatum hæreſi. 3. & ſeq.

vt Valden. quod per peccatum mortale perditur omnis poteſtas, tã laica, quam eccleſiaſtica, vt per eundem Alphonſum conſtat. [a]

a Vbi ſupra verb. poteſtas. hæreſi. 1.

DE PECCATI VNA ſpecie, quæ eſt peccatum originale.

PRAELVD. VIII.

1 *Peccatum duplex, originale, & actuale, & quid originale.*
2 *Peccatum aptius genus ad originale, quam carentia iuſtit. originalis.*
3 *Peccatum originale tollitur per baptiſmum, ſed non carentia.*
4 *Peccatum quod primi parentis, & vt transfertur in deſcendentes.*
5 *Iuſtitiam originalem ſibi, & omnibus perdidit Adam.*
6 *Peccatum originale non eſt reatus, & cum eo omnes naſcimur.*
7 *Peccatum originale non eſt ea multa, quorum nomine appellatur.*
8 *Peccatum originale excludit omnes a vita æterna.*
9 *Peccato originali & earuit Chriſtus, & mater eius.*
10 *Peccatum circa originale qui ſic, & ſic errant hæretici.*

b De concept. virginali, c. 2. & 3. c In 2 lib. ſent d. 30. & S. Th. 1. 2. q. 81. & 82. & 3. p. q. 27. art. 1. & melius ad Rom 5. lec. 2. col. 2. & 3. et alio rum catholi corum alibi præcipue de triũ §§. 1. 2. & 3. Decreti de pec cato origin. ſeſſ. 5. Conc. Trid. d Vbi ſupra e Ad. Rom. 5. lec. 3. col. 2. Peccatũ originale & eri his peccatum eſt.

DE præfata peccati originalis ſpecie dicimus prim., quod peccatũ diuiditur in peccatum originale, & peccatum actuale, & quod peccatum originale, attenta magis mente, quam verbis Anſelmi [b] & Magiſtri, & aliorum [c] poteſt definiri eſſe, *peccatum primi parentis, quatenus fuit naturæ transfuſum per virtutem ſeminalem in omnes, immediate vel mediate ab eo genitos, quos ſibi, & illis perdidit iuſtitiam originalem quoad hoc ſeculum, & beatitudinem æternam quoad alterum.*

2 Dixi, *Peccatum*, pro genere, quia licet Anſelmus frequentius receptus ponat [d] pro eo, carentia iuſtitiæ originalis, & alij concupiſcentia, vel habitus improprius, vel fomes, vel lex membrorum, vel tyrannus, & alij reatus, vel pœna: aptius tamen ponitur peccatum. Tũ per hæc verba circunſpectiſſima S. Thomæ. [e] *Sicut peccatum actuale eſt peccatum perſonæ, quia per voluntatem perſonæ peccantis committitur: ita peccatum originale eſt peccatum naturæ, eo quod per voluntatem principij humanæ naturæ commiſſum eſt, et ſicut peccatum actuale, quod eſt peccatum perſonæ, trahitur ad ſingula membra per aliquem actum perſonalem: ita peccatum originale trahitur ad ſingulos homines per actum naturæ, qui eſt generatio.* Tum per præfatum Concil. Trid. quatenus [f] declarat hæreticum eũ, qui dixerit, Adamum inquinatũ per inobedientiæ peccatum, mortem, & pœnas corporis tantum in omne genus humanũ trasſudidiſſe: non autem & peccatũ, quod mors eſt animæ. Et quatenus [g] definit, hæreticum eſſe negare, quod per baptiſmũ remittatur omnis reatus originalis peccati: aut aſſerere, non tolli totum id quod ueram & propriam peccati rationem habet.

d Vbi ſupra §. 2.

e §. 5.

3 At per baptiſmum non tollitur carentia originalis iuſtitiæ, nec concupiſcẽtia, nec habitus ille improprius, neque fomes, neque lex membrorum, neque tyrannus, licet aliquantum refrænetur, ſecundum omnes. Ergo nullum illorum eſt de vera, & propria ratione peccati originalis: ac conſequenter neque uerum genus definiti, quod eſt de quidditate & ratione ſpeciei, [h] Et quãuis reatus omnis tollatur per baptiſmũ tamen ſecundum Magiſt. ſent. cõiter recept. peccatum originale, nõ eſt reatus neq; pœna, ſed culpa, vt infra dicemus. Ergo aptius genus eſt peccatum, quam aliquod illorum.

h Iuxt Porphyrium in Prædicabilibus.

4 Dixi, *Primum primi parentis*: quoniã alia peccata, quæ ipſe fecit, vel poſteri eius faciunt, non ſunt peccata originalia, neque tranſierunt, neque tranſeunt in poſteros. [i]

i Vt probat S. Th. recep. in hoc ab aliis 1. 2. q. art 2. & melius in præallegrata lect. 3. ca. 5. ad Rom.

Dixi, *Quatenus ſunt naturæ* quia quatenus perſonale, ac ſola perſonali uolũtate commiſſum fuit, non fuit, neque eſt originale, neq; tranſfutium ſed quatenus fuit peccatum naturæ & voluntate poſterorum eius commiſſum, ea ratione, & modo, qui ex prædictis verbis S. Tho. cõlligitur.

Dixi, *Per virtutem ſeminalem*, ad ſignificandum quomodo & a quo, & in quos deriuatur. Nã homo, qui i puris naturalibus crearetur miraculoſe, alia de materia,

teria,quam humana carne , non haberet hoc peccatum originale : quia ille non eſſet ex Adami poſteris. Immo nec ſi crearetur de carne humana ratione alia,quam per virtutem ſeminalem,[a] & tamen careret iuſtitia originali,& fomitem ac concupiſcentiam,quam baptizati habent,haberet.[b]

5 Dixi,*Quod ſibi & pnſteris,perdidit iuſtitiam originalem,quoad hoc ſeculum*, ad inſinuandum illud grande, irreparabile que damnum,quod ſibi,& nobis intulit protoplaſtus . Illa.n iuſtitia erat quoddam donum ſupernaturale , inditum a Deo Adamo pro ipſo , & pro poſteris eius,quo vires inferiores ſubijciebat ſuperioribus, & ſuperiores Deo , harmoniam quandam miram conſtituens , cui per peccatum amiſſæ ſucceſſit diſcordia,& rebello deploranda , & potentia concupiſcendi tam ſenſualitatis, quam voluntatis ſuperioris effrænata , ſecundum omnes. De qua Poeta quidam celebris , poſtquam graphice conſcripſit mortem,& alia , quæ perditio hæc iuſtitiæ attulit,concludit .

Hæc fuga iuſtitia noſtris mala cuncta diebus.
Intulit,&c.

Dixi,*Et beatitudinem, quo ad alterum ſeculum*, ad oſtendendum terribilē eſſe ctum , quem hoc peccatum operatur.ſ. q facit æternum uita carere beata. [c]

6 Secundo dicimus , quod ex prefata definitione infertur primo , peccatum originale non eſſe reatum, [d] quia , [e] vt diximus,peccatum non eſt reatus .

Infertur ſecundo,hæreticos eſſe, qui dicunt , non naſci homines cū vero peccato:quia eſt contra prædicta , fundata in illo Apoſtoli : *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors , & ita in omnes homines mors pertranſiit , in quo omnes peccauerunt* : & in illo eiuſdem . *Eramus natura ſicut & cæteri filij iræ*. Et in definitione c.firmiſſime crede,[f] & Conc.Trid.[g]

7 Tertio dicimus.quod peccatum originale non eſt actus perſonalis , neque potentia,vt palam eſt, neq; habitus , vt diſtinguitur ab actu:quia eſt peccatum: & nulla peccata ſunt habitus,vt dictum eſt ſupra [h] quamuis late accepto vocabulo metaphoricos dici queat habitus, eo quod , vt ille inclinat ad ſuos actus, ita originalis peccati fomes inclinat ad ſuos. [i] Neq; eſt uere concupiſcentia , ſeu,[k] concupiſcibilitas,neq; fomes peccati,licet materia eius aliquo modo dici queat [l] & licet quandoque uocetur peccatum , nominādo effectum per cauſam iuxta illud Apoſt. * *Non regnet peccatum in ueſtro mortali corpore*, adiuncta expoſitione S.Tho. [m] dum ait,*non iubere Apoſtolum , ne peccatum , hoc eſt fomes peccati,ſit in nobis:ſed quod non regnet in nobis,qui debemus , & poſſumus cum gratia Chriſti ei reſiſtere* . Quoniam [n] vt dictum eſt , per baptiſmum tollitur totū id,quod eſt de vera ratione peccati originalis,vt determinat Concil. Triden.[o] & tamen experimur baptizati poſt baptiſmum motus iræ,amoris, & uoluptatis,præuenientes rationem,qui ex fomite illo manant . Et idem eſt dicendū de carentia iuſtitiæ originalis,quæ per baptiſmum non reſtituitur .

8 Quarto , quod peccatum originale proprie eſt peccatum,ſeu culpa, ſeu deformitas, & defectus rectitudinis , qua caruit ille actus primi peccati primi parentis , quatenus fuit actus voluntarius totius naturæ, omniumque ab illo deriuandorum per virtutem ſeminalem, eo modo, quo initio huius præludij monſtratum eſt .

Quinto,quod in uno homine nō eſt, niſi vnum peccatum originale, vt idem S.Thom.receptus, [p] docet.qui [q] concludit ineſſe id oibus hominibus,& æqualiter.Cui conſequens eſt,omnes homines mundi,natos iam,& nondum natos mares , & fœminas, adultos,& paruos, diſcretos,& fatuos,qui manentes in originali peccato moriūtur & moriētur dānari,ſaltem pœna damni,per q̄ excludūtur a uita æterna,beata in æternum . [r]

9 Sexto , quod hoc peccato originali caruerunt Dominus noſter Ieſus Chriſtus , [s] quia non deſcendit ab Adamo per uirtutem ſeminalem, & glorioſiſſima Virgo eius mater,ſecundū pleroſq; Catholicos,eo quod fuit prēſeruata priuilegio particulari , quamuis plerique grauiſſimi & ſanctiſſimi uiri contra ſentiant.Vnde neutra opinio eſt damnanda,iuxta iuſſa Papæ Sixti IV. [t] renouata nuper,nime per Conc. Trid.[u]

Septimo,

a Iuxt.ſent. eiſdē S.Th. 1. 2. q.81. art.4. & 2. li.ſen.d.31. q.1.art.2. & alior.præſertim Daran di in dict.d. 30.q.2.

b Vt ſatis colligitur ex eodem.S.Tho. q.12 art.4.

Iuſtitia originalis quid

c ta.firmiſſime de conſecr.d.4.

d Vt probat Magiſter 2, li.ſen.d.30.

e Supra in præl. præcedenti,num. 22.

Rom.5.

Ad Eph.2.

f & c. de cō ſec.d.4.

g Vbi ſupra §.1.

h Prel.prece dēti nu.14.

i Iux.S.Th. 1. 2. q.82. art.1. ad 1. & Dorandū & alios in 2.li.ſent. d.30.q.2.

k Vt Mag. in dtc.d. 30 declarando ait.

l Iux.S.Th. in d. q.82. art.3.

** Rom.6.*

m Ibid.lect. 3.

n Sup.nu.2.

o Vbi ſupra Peccatū originale quid proprie .

p In 1.2.q. 82.art.2.

q In 3.et 4. r Per finem prædicta definitionis,et c.firmiſſime de cōſecr.d. 4. & Gratianus attribuit Aug.licet bonam eius partem tribuat Mag. ſent.in 2.li. d.in libr.de Dogmaticis eccleſ. ſ Secūdum Aquinatē 1. 2. q.81. art.3. & 3. p.q.23. art. 2.

t In extrau. 1.de reliq. & venerat. ſanctorum . u Vbi ſupra § Vlt.

10 Septimo, quod cõtra prædicta erat,& eſt hæreticus,qui non confitetur. Adamum ſtatim ac peccauit, ſanctitatem, & iuſtitiam,in qua conſtitutus fuerat,amiſiſſe,incurriſſeque iram,& indignationem Dei,atque mortem ſibi cõminatam, totumque Adamum per illã offenſam ſecundum corpus, & animam in deterius commutatum fuiſſe. [a]

[a] *Vt habet Conc. Trid. ſeſſ. 5. ca. 1.*

DE PECCATI ALTERA ſpecie, quæ eſt peccatum actuale, & de ſpeciebus eius, preſertim mortali.

PRAELVD. IX.

1 *Peccatum actuale quid, & quæ eius ſpecies noſcenda confeſſario.*
2 *Peccatum diuiditur ſeptem modis, in cordis, oris, & operis. num. 2.*
3 *Et in facti, cordis, & conſuetudinis.*
4 *Et in ſeptem capitalia.*
5 *Et in Deum proximum, & ſeipſum.*
6 *Et in peccatũ per exceſſum, & defectũ.*
7 *Et in peccatum mortale, & veniale.*
2 *Peccati diuiſiones in quod proſunt confeſſariis.*
2 *Mors animæ triplex, ſignata per tres ſuſcitatos.*
7 *Peccatum mortale & veniale ſpecie differunt.*
8 *Peccatum ad mortale poſſunt obligare leges humanæ.*
9 *Conſcientia contra legem quis dicitur peccare.*
10 *Ignorantia quæ excuſat.*
11 *Subreptio quæ excuſat.*
12 *Paruitas rei vt excuſat: & quid ſit illa remiſſiue.*
13 *Diſpenſatio quæ excuſat a mortali.*
14 *Diſpenſatio alia iuſta, alia iniuſta, nulla.*
14 *Diſpenſatio ſine cauſa q. nõ mortalis.*
15 *Diſpenſatio inferioris circa legem ſuperioris quæ valet.*
16 *Cauſa quæ iuſta excuſat circa legem humanam.*
17 *Peccatum mortale eſt contemtus conſilij diuini & ſalutis proximi 18.*
19 *Finem vltimum non potuit in creatura quisquis mortaliter peccat.*
20 *Peccatum quoddam duplex, quoddam ſimplex, quoddam multiplex.*

1 DE hac re dicimus primo, quod peccatum actuale definiri poteſt, *eſſe peccatum, quod non eſt originale.* Dixi, *Peccatum*, pro genere, & reliquum pro differentia.

2 Secundo, quod quia erroneum, & hæreticum eſt illud paradoxum Marci Tullij. *Omnia peccata ſunt æqualia.* [b] & non ſufficit pœnitenti confiteri peccata ſua in genere, neque confeſſario ea ſic audire: ſed oportet confiteri, & audire illa in ſpecie; [c] ideo peccati actualis diuiſiones ſunt conſiderandæ.

Prima eſt Anſelmi [d] in peccatũ cordis, oris, & operis: quæ per tria verba prædictæ definitionis clare probantur. Quæ tamen diuiſio non eſt generis in ſuas ſpecies, ſed eiuſdem peccati in diuerſos gradus vt ſupra [e] diximus, admonẽdo confeſſarium quoddã quotidianũ.

3 Secunda diuiſio eſt Auguſtini, [f] in peccatum cordis, facti, & cõſuetudinis: quæ etiam non eſt diuiſio peccati in membra diuerſæ ſpeciei: ſed in tria mẽbra diuerſorum graduum eiuſdem peccati Quod elegãter de more ait ibi Auguſtinus, ſignificari per tria genera mortuorum, quos Dñs reſuſcitaſſe ait Euãgeliũ, [g] cui gloſſa, [h] attexuit illa carmina, magna pietate pariq; arte cõpoſita.

Mens mala, mors intus. malus actus, mors foris, vſus
Tũba, puella, puer, Lazarus iſta notant.
Hanc verbo, hunc motu, lacrymando ſuſcitat illum (mo.
Chriſtus, & in modico naſcitur æger ho-

4 Tertia diuiſio eſt S. Gregorij [i] in ſeptẽ capitalia. Et rurſus ſeptem capitalia in quinq; ſpiritualia, videlicet Inanẽ gloriã, Iram, Inuidiã, Auaritiam, & Accidiam: & in duo carnalia Luxuriam ſcilicet, & Gulam. Quæ eſt diuiſio peccati in membra ſpecierum diuerſarum, ſeu diuerſorum generum ſubalternorum: quia ſingula illorũ ſeptẽ a ſe inuicẽ differunt ſpecie, cũ eorũ oĩa obiecta ſpecie differant. [k] Id autẽ, quod in alia edi tione hoc in loco ſubiecimus de differẽtia cõfitẽdi aliquã circũſtãtiã neceſſã rio cõfitendã nõ eo feſto ipſo peccato, omittimus, quia ſatis exprimit infra. [l]

5 Quarta diuiſio eſt Iſidori [m] in peccatũ in Deũ, & pximũ, & ſe ipſũ, [n] quæ tũ diuiſio parũ eſt confeſſarijs neceſſaria.

[b] *Vt tradit. S. Thom. receptus ab omnibus Catholicis 1.2 q. 72. art. 2. & q. 2. art. 9. de Malo.*
[c] *Vt infra ca. 2. latius tradetur.*
[d] *In lib. de ſimilit. cap. 24. relati ab eo. S. Th. 2.2. q. 162. artic. 4. & in ca. ſicut tribus. de pœn. d. 2.*
[e] *Prælud. 7. num. 11.*
[f] *In libr. de ſermone. Domini in mõte relat. in cap. ſicut tribus de pœnit. d. 2.*
[g] *Matth. 9. Lucæ 7. Ioann. 11.*
[h] *Dict. c. ſicut tribus.*
[i] *In lib. 33. Moraliam. c. 31. relata a Magiſtro in 2. li. ſen. diſt. 42.*
[k] *Vt erudite declarat. S. Thom. in dicta q. 72. art. 2.*
[l] *In cap. 6. ſub finem infra eod.*
[m] *In lib. de ſum. bono.*
[n] *Quam refert S. Tho. vbi ſuper art. 4.*

6 Quinta diuisio [a] in peccatum per excessum, & in peccatum per defectum: de qua idem dicendũ est, quod de duabus proximè præcedentibus.

7 Sexta diuisio peccati est in peccatũ lethale, seu mortale, siue mortiferum, & in peccatum veniale: quæ diuisio an sit generis in suas species, nec ne, satis colligitur ex his quæ supra diximus. [b]

Tertio dicimus, quod longe vtilissimum fuerit penitenti, confessarioque nosse notas, quibus veniale mortali discernatur: quod non satis discernitur dicendo: quod mortale sit contra legem: veniale vero præter eam. Quia supra [c] probatum est, etiam peccatum veniale esse cõtra legem: & per infra scripta patebit: non omnia contra legem facta esse mortalia. Notæ autem præfatæ satis colliguntur ex definitione infra scripta peccati mortalis; & sua declaratione.

8 Quarto, quod peccatum mortale [d] *est peccatum contra præceptum diuinum, uel humanum, promulgatum, receptũ, & non derogatum, aterna pœna munitum, uel contra aliquid pro tali habitum, uel an tale sit dubitatum, quod ignorantia, subreptio, uel paruitas rei, aut dispensatio iustæ uel causa iusta, quo ad legem humanam ab ea non excusat, uel contra diuinum cõsilium contemptum, uel contra salutem animæ proximi spretam, uel ob finem malum, uel in quo finis ultimus ponitur.*

Dixi, *Peccatum* pro genere: quia oẽ peccatum mortale est peccatum: nõ tamen contra omne peccatũ est mortale: qñquidem innumera sunt venialia. [d]

Dixi, *Contra præceptum*: quia factũ cõtra consilium, ẽt diuinũ, regulariter nõ est peccatum, etiam veniale. [e]

Dixi, *Contra præceptum diuinum uel humanum*, vt comprehenderem præcepta naturalia diuina, diuina positiua, & humana, quæ tria possunt obligare ad mortale. Diuina quidẽ, siue naturalia, siue positiua, iuxta illud. [f] *Maledicti qui declinant a mandatis tuis.* Et illud. [g] *Si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint.*

Lex vero humana [h] si modo sit & promulgata, recepta, & nõ derogata in totũ, vel pro parte, contra quã agitur. [i]

Dixi, *Aeterna pœna munitum*, ad excludendum peccata, quæ fiunt contra præcepta legum, quæ non infligunt penam æternam. Qualia sunt ẽt aliquot diuina, puta de non iocose, nec officiose mentiendo. [k] Qualia sunt ẽt illa, quorum auctor non habuit animũ obligandi ad illam pœnam, vt sunt statuta Dominicanorum. [l] Qualia item sunt statuta cõplurium aliorũ ordinũ, & collegiorum, facta instar Dominicanorũ. Qualia item sunt, quæ non continent verba præcipientia, sed tũ ordinatia, vel statuetia, vt sunt multæ leges seculares. [m]

9 Dixi, *Vel contra aliquid pro tali habitum*, ad comprehendendũ peccata facta contra conscientias dictantes, vel dubitantes esse mortalia, quamuis non vere sint talia. [n] Quibus addo, quod ad hoc, vt peccatum sit mortale non sufficit, q̃ fiat contra conscientiam, quæ dictat, id esse peccatum simpliciter, sed oportet, vt dictet esse peccatum mortale. Vnde peccata, quæ fiunt contra conscientiam dictantem illa esse venialia, vel esse simpliciter peccata, solum erunt venialia, si ex se alioq nõ sunt mortalia. Quia, [o] in causato non potest esse plus virtutis, quã in id potentia causæ infundat. Pro quo facit cap. licet ex quadam. [p] Et conscientia, quod aliquid sit veniale, vel simpliciter peccatũ, non infundit in id grauitatem lethalem, quam nõ habet. Addo item, quod non sufficit, nec requiritur ad hoc conscientia, vel dubietas generalis, sed requirirur & sufficit specialis, vt post Thomam a Vio [q] tradidimus in cap. si quis autem. [r] verbi gratia. Si iurisperitus dubitaret ĩ genere, an iurisconsultis liceat die festo consulere, nulla tamẽ eum teneret dubitatio, an hoc die festo hoc consilium huic a se dari liceat, nullum admitteret ex parte dubitationis conscientiæ peccatum, econtrario autem, si quis arbitretur licere generaliter iurisperitis, diebus festis consulere, dubitet autem, an nunc, & huic & hoc consilium sibi liceat dare, peccatum esset ex capite dubitationis. Addo denique, q̃ non sufficit ad hoc scrupulus in genere, nec in particulari: nam si quis facit opus licitum, quod credit ei licere, nõ peccat, licet angatur scrupulo generali, vel particulari in contrariũ. [s]

10 Dixi, *Quod ignorantia non excusat*: quoniã illa quando est facti, imo & frequenter,

a Colligitur ex S. Thom. vbi supra art. 8.

b Prælu. 7. nu. 11.

c Prælu. 7. nu. 11.

d c. de quotidianis de pœn. dist. 3. e §. fi. 4. d. & ca. pœn. 14. q. 1.

f Psal. 118. octonario 2. uersic. 5.

g Psal. 88. uersic. 31.

h Iuxta c. 2. de maio. & obed. i §. leges 4. dist. ut late trademus ĩ Commẽtario prædict. c. fraternitas 12. q. 2.

k Cap. primũ. 22. q. 2. & latius tradimus, infra c. 23. nu. 47. post Caietanũ, to. 1. Opusc. Opuscu. 25. q. 1. & 22. q. 72. ar. 3.

l Secundũ S. Tho. 1. 2. q. 106. art. 9. ad 1. quẽ sequuntur Io. And. et alij ĩ c. relatũ, ne cler. uel mona. mVt latius traditur in fia d. c. 23. nu. 43. & seqq. & in præallegato Cõmentario c. fraternitas. 12. q. 2.

m Per c. per tuas 2. de simon. oVt ait Bal. l. j ff. de sẽ. p De testibus & cap. 1. §. hoc notãdum, qui feu. da. pos. q d. 1. tom. Opusculor. Opusc. 31. respons. 13. uersf. septimũ dubiũ. r Nu. 61. et seq. de pœn. dist. 7.

s Vt latẽ phamus in præcitato c. si qs ãt. 63.

quenter, quãdo eſt iuris, excuſat eo modo, quo reddit actum inuoluntarium, vt ſupra Prælud. 6. nu 8. declaratũ fuit.

11 Dixi, *Subreptio non excuſat*: ea em in omni materia excuſat a peccato mortali. [a] Qualis frequenter inuenitur in Accidiæ materia, dũ quis habet diſplicentias quaſdam bonorum diuinorum non ſatis deliberatas. Cui addi pót paritas iudicij, qualem habent ſemidormiẽtes, vel ſemiebrij, vel adeo non turbati, quod licet ſufficiat ad veniale nõ tamen ad mortale. [b]

12 Dixi, *Vel paruitas rei*: quia ẽt hæc in omni materia excuſat. [c] Quæ aũt quãtitas dicat magna & notabilis ad efficiẽdũ furtũ mortale, latius, quã alij, tracta uimus in Comm. cap. fin. [d] cuius ſumma inſeritur infra. cap. 17. poſt principium.

13 Dixi, *Vel diſpenſatio iuſta*: quia hæc quoq; ſemper excuſat. Per iuſtã aũt intelligo eã, q̃ valet ipſo iure, licet nõ fuerit iuſte facta, quales multæ fiunt circa leges humanas, q̃uis nulla earũ, q̃ circa legẽ diuinã & naturalẽ ſine iuſta cã fiũt inuenit talis, nulla. n. earũ valet ipſo iure, quia nullus Princeps id faciẽdi facultatẽ hẽt. [e] Arbitror aũt, q̃ licet diſpẽſator peccet: tñ diſpenſatus, ſi bona fide, nixus ſuperioris auctoritate putat, eam ſibi iuſta de cauſa eſſe datã, excuſatur, donec ſatis nouerit, eãm non fuiſſe ſic datam. Arg. cap. quod culpatur. 13. q. 1.

14 Tales ẽt ſunt, quæ fiunt circa legẽ diuinã & naturalẽ iuſta de cauſa ab eis, qui poteſtatem habent. [f] Tales itẽ ſunt, quæ fiunt a Principibus, qui non recognoſcunt ſuperiores, circa ſuas leges, ẽt ſine iuſta cauſa, modo ſine ſubreptione fiunt: nam iuſtæ dicentur quoad hoc ẽt ſi diſpenſans, & diſpenſatus ambo ſciãt, nõ ineſſe iuſtam cauſam, quia licet princeps diſpenſans, circa ſuam legem ſine cauſa peccet, [g] & licet diſpenſatus peccet, nolendo ſine cauſa ſe conformare moribus honeſtis illorũ, quibus conuiuit, [h] non tñ peccat ob tranſgreſſionẽ legis per diſpẽſationem ei relaxatæ: quia illa diſpenſatio, & relaxatio (licet iniuſta) valida eſt ipſo iure, vt abſolutio excõicationis iniuſta. [i] Aduertendum aũt, quod peccatũ, quod admittit ſuperior in relaxando ſine iuſta cauſa ſuã legem erga aliquem, [k] & peccatũ quod diſpẽſatus committit, petendo eã ſine dicta iuſta cauſa, ſolum ſunt venialia, ſi ſcandalum & damnũ notabile alterius ceſſant. Secundum Caiet. 1. 2. q. 96. art. 5.

15 Magna tñ quæſtio eſt, an diſpenſatio inferioris circa legẽ ſuperioris, ẽt in quo ei cõceditur poteſtas diſpenſandi, ſine iuſta cauſa facta valeat? Et verius puto non ualere: tum quia diſpenſatio definitur eſſe *relaxatio legis, cauſa cognita*, [l] qa ſic ſe habet inferior ad legẽ ſuperioris principis: ſicut ille ad legẽ Dei: [m] Et diſpenſatio principis ſuperioris circa legẽ Dei ſine iuſta cauſa nihil valet, nec excuſat, vt prædictũ eſt: tum quod Innoc. ſingulariter dicit, [n] quod diſpẽſatio a Legato facta, ẽt auctoritate Papæ ſibi commiſſa, ſine iuſta cauſa nõ valet.

Quibus omnibus addo primo, inferiorem non cenſeri diſpenſare circa legem ſuperioris, niſi id exprimat, ẽt ſi iubeat, aut pmittat fieri aliquid, q̃ ſine ip ſius diſpenſatione iuſte fieri nequiret. [o]

Addo ſecũdo, q̃ non creditur ei dicẽti, ſe facere illam aliqua iuſta cã, niſi illa probẽt, ſi nõ eſt facta cũ cauſæ cognitione, per ea, q̃ latius adduximus in Cõm. cap. non liceat. [p] Imo neq; ſi fiat cũ illa, ſi ſciretur, cauſam eſſe falſam quoad ſorum conſcientiæ: q̃q̃ diſpenſatus credens bona fide ſecum diſpenſatum, excuſari poſſet ob ſuperioris auctoritatẽ.

Addo tertio, q̃ diſpẽſatio ab inferiore circa ſuã, vel pdeceſſoris, vel inferioris ſui legẽ facta valet in utroq; foro, ẽt ſi pro ſolo uoluntatis libito eã fecerit. Imo ẽt arbitror, eũ tacite diſpẽſare circa illã quoties prudẽs & ſciẽs iubet, aut concedit fieri aliquid cõtra eã nulla de diſpẽſatione mẽtione acta, q̃ breuitatis cauſa latius in præſentia nõ confirmo.

16 Dixi, *Vel iuſta cauſa*: quia [q] cã rationabilis ſemper excuſat, ſaltẽ a mortali tranſgreſſorẽ legis humanæ. [r] Eam uero cauſam equidẽ dixerim iuſtã, ob quã legislator, ſi adeſſet, eũ pro excuſato haberet. [s] Quin & cauſa, quã quis bona fide putat iuſtam, etiã ſi omnino iuſta non ſit, excuſat a mortali, licet non a ueniali ut eleganter dicit Caiet. In 2. 2. q. 143. art. 3. poſt alios non citatos ab eo, quos ibidem citauimus.

17 Dixi, *Aut contra diuinum conſilium conceptum*: nam licet conſilia diuina

[a] *Vt dicemus infra c. 11. nu. 4. & tradidimus ĩ cap. interverbis 11. q. 3. poſt alios ibi citatos, p̃ſertim S. Tho. q. 18. ar. 5. & 2. 2. q̃. 33. c. 5. & q. 58. ar. 3.*

[b] *Vt pulcre determinat Ioã. Maior. ĩ 3. lib. ſen. d. 73. q. 14.*

[c] *Secundũ S. Th. in locis proxime citatis.*

[d] *14. q. 6.*

[e] *Iuxta gl. ſolemnẽ. c. non eſt de uoto quę agit, de diſpẽſat one ſuper voto: et gl. c. quarto. de iureiur. quæ agit de diſpẽſatione ſuperiuramẽto.*

[f] *Secundũ p̃dictas gl.*

[g] *Iuxta mẽtẽ utriuſq; Tho. 1. 2. q. 96. art. c. 5. quã toties explicauimus in præd icto cap. ſi quando de reſc. excep. 8. nu. 12.*

[h] *Cõtra c. cõtra. d. 8.*

[i] *Cap. ſcne rabilib. §. ſane. de ſenten. excõm. lib. 6.*

[k] *Per cap. iuſtum eſt. 9. diſt.*

[l] *Iux. gl. ſolemnem. §. niſi rigor. 1. q. 7.*

[m] *Cap. cũ inferior. de maiorit. & obed. et ca. inferior. 21 diſt.*

[n] *In c. dudum. 2. de elect.*

[o] *Iuxt. duo dicta Innocentij relata, & concordata ab Hoſt. & Panor. in c. diuerſis fal laciis de clericoniug.*

[p] *§. 4. 12. q. 2.*

[q] *Vt dicemus in ca. 23. infra nu. 42.*

[r] *Secundũ mentem S. Thom. 1. 2. q. 96. ar. 6. & aliorum in d. n. 42.*

[s] *Argu. gl. ſingularis, & communiter recepta in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact.*

non obligent, etiam ad veniale, vt prædictum est, tamen qui ea per contemptum transgrediuntur, vel non implẽt, mortaliter peccant iuxta gloſſam ſingularem receptam. [a]

18 Dixi, *Vel contra ſalutem animæ proximi ſpretam*, nã qui facit aliquid, quod ex ſe non eſt mortale, nec forte illicitum, qualis eſt exornatio mulieris, vel viri per contẽptum ſalutis animæ proximi, quem credit ſpiritualiter per eã periturum, mortaliter peccat, quamuis non ita peccaret, ſi huiuſmodi contemptus adeſſet. [b]

Dixi, *Vel ob finem mortalem*: quia oĩs actus in finẽ mortalẽ relatus eſt mortalis, ẽt ſi ſuo genere mortalis non ſit. [c]

19 Dixi, *Vel in quo finis vltimus conſtituitur*: quia per hoc efficitur mortale. [d] Conſtituere aũt videri põt quis alicui vltimũ finem in aliquo, qñ ſic afficitur ei, vt malit auerti a Deo ſiue mortaliter peccare, quod continet auerſionem ab eo, quam omittere illud. [e] Sed contrarium eſſe verius diximus [f] tum quia hoc non exprimitur a præfatis, tũ quia alioqui bis peccarẽt oẽs, qui ſemel ſciẽter peccarent mortaliter: quia tranſgrederentur legem, quod eſt vnum peccatum: & ponerent finem vltimum in eo, quod eſt alterum: tum quod multi peccant mortaliter, cognoſcentes ſe minime in eo finem vltimum conſtituere.

Quinto dicimus, quod peccatum veniale poteſt definiri eſſe *peccatum actuale, quod non eſt mortale*.

20 Sexto, quod poteſt addi alia diuiſio peccati in ſimplex & multiplex: peccatum ſimplex eſt, *quod vna ſola ratione eſt peccatum*, vt furari & fornicari ſine alio malo fine, vel alia mala circunſtantia. Multiplex autem eſt, *quod multiplici ratione eſt tale*: vt furari ad mœchandum, & percutere religioſum. Vnde oportet confeſſarium & pœnitentem circunſpicere non ſolum, an actus ſit peccatum ratione ſui obiecti tantum: ſed etiã, an ſit tale ratione alterius mali finis, vel malæ circũſtantiæ. Totuplex eſt enim peccatũ, & totuplicis ſpeciei, quotuplici ratione diuerſa eſt tale. Furtum enim factum ad mœchandum eſt peccatũ iniuſtitiæ ratione obiecti, quatenus eſt cõtrectatio rei alienæ: & peccatum luxuriæ ratione finis, quatenus ſit ad mœchandũ: & ſi fieret in loco ſacro, eſſet ſacrilegium: & ſi ad emendum gladium ad occidendum hominem, diceretur homicidium. Dixi, *Mali finis, & malæ circunſtantiæ*: quia non omnes circunſtantiæ multiplicant peccatum, vel ſpeciem peccati. [g]

Septimo dicimus, quod hæc diuiſio confirmatur eo, quod etiã bonus actus, qui eſt contrarius peccato eſt ſimplex, & aliqñ multiplex. Simplex, *qui vna ſola ratione eſt bonus*. Multiplex aũt, *qui multiplici ratione eſt talis*. V. g. ieiunium, paſſum ea ſola ratione, quod eſt præceptum, eſt actus bonus ſimplex, & aptus ad ſolam virtutem obedientiæ, & eius præmium quærendum: paſſum aũt ad caſtigandum corpus eſt duplex, & aptũ ad quærendum etiam virtutem caſtitatis, & præmiũ eius: paſſum vero ad placendum Deo eſt triplex, & aptum etiã ad quærendum charitatem, & eius præmium: paſſum autem ad ſacrificãdũ carnem ſuam Deo quadruplex, & aptum etiam ad quærendum latriæ, ſiue religionis virtutem, & præmium eius, & ſic de ſingulis. Quod maxime olim [h] commendauimus pro via compendiaria ad virtutes, & earum præmia cumulanda.

DE POENITENTIA, & eius partibus.

PRAELVD. X.

1 *Pœnitentia quid generaliter, & aliqua ſine dolore, & aliqua cũ dolore.*
2 *Pœnitentiæ verbum latinum quid proprie, & quid improprie ſignificat.*
3 *Pœnitentia alia bona, & alia mala.*
4 *Pœnitentiæ Sacramenti a Chriſto inſtituti tres actus, de fide eſt.*

1 DE pœnitẽtia, & eius partibus dicimus pauca. Primo, quod pœnitere dicitur generaliter, qui nollet feciſſe aliquid iam a ſe factum. Quod dupliciter contingit. Vel ſine dolore, vt in beatis, quos ſine dolore ſuorum errorum pœnitet, [i] vel cum dolore, vt in viatoribus, qui non ſolum nolunt, ſed etiã dolent peccaſſe iuxta illud Aug. [k] *Pœnitere eſt pœnam tenere.*

Secundo,

[a] *In c. quis autẽ 10. d.*
[b] *Vt late dicetur infra c. 13. n. 23.*
[c] *Cap. cum miniſt. 23. q. 5. vbi poſt S. Thom. 1. 2. quæſt. 18. art. 4. id late tractauimus, n. 23.*
[d] *Vt tradit vterq; Thomas in dicta 1. 2. qſt. 88. art. 4.*
[e] *Per dicta vtriuſque Thom. in d. art. 4. & ar. ſequen.*
[f] *In commẽtario præd. cap. cũ miniſter. nu. 21.*
[g] *Vt dicitur in cap. 1. in prin. nu. 48 de pœnit. 5.*
[h] *In capit. fratres de pœnit. d. 5.*
[i] *Vt tradit Angelicus doctor in 4. lib. sẽt. diſt. 14. q. 1. art. 3. quæſtiuncula 3. et 4.*
[k] *In c. pœnitẽt. 2. de pœnit. diſt. 5.*

2 Secundo, quod verbum, pœnitentia minime latinũ eſſe, & vtendũ eſſe loco eius verbo Græco μετάνοια pleriſque viſum eſt: ſed eo vtitur Plinius iunior in illo. [a] *Superest vt agat pœnitentiam pœnitentiæ ſuæ* Et ſenior. [b] *Nihil eſt fœdius agricolis, quam geſtæ rei pœnitentia.* Et quod verbo pœnitendo, vtitur ſacra Scriptura [c] in eadem ſignificatione, & vtrũque proprie ſignificat actum pœnitẽdi, hoc eſt nolẽdi feciſſe aliquid a ſe factũ. Transfertur tamen ad ſignificandum ſacramentum pœnitentiæ, [d] & etiam ad ſignificandum pœnã a ſacerdote in ſatisfactionem impoſitam [e] & proprius ad ſignificandum habitũ, qui eſt uirtus inclinans ad prædictum pœnitendi actum immediate, vel mediate, iuxta S. Tho. & præfatos, diuidentes pœnitentiam virtutem, & pœnitentiam ſacramẽtum. In hoc autem libro, vt plurimum, vtemur eo ad ſignificandum habitum pœnitendi, quæ eſt pœnitentia virtus, vel eius actum, vel ſacramentum pœnitentiæ, vel pœnam, quæ a confeſſario iniungitur confeſſo.

3 Tertio dicimus, quod verbum pœnitentia generaliter acceptũ includit malam, qualis eſt, quæ de opere bono habetur, & bonam, qualis eſt quæ de opere malo concipitur, de qua in propoſito agendũ eſt. Porro pœnitentia bona prius modo accepta, videlicet pro actu, ſiue habitu bene dolendi, tã inde ab Adamo protoplaſto incepit: fuitque ſemper ad ſalutem neceſſaria ijs, qui peccatum mortale incurrerunt. [f] Pœnitentia vero, prout eſt ſacramentum, cœpit a paſſo Chriſto, [g] qui omnia ſacramenta, nouæ legis, & in ijs pœnitẽtiæ inſtituit, vt nouiſſime clarius, quam vnquam declarauit prædictum Conc. [h] quod [i] ait, quod licet vis præcipua ſacramenti pœnitentiæ ſit forma, & illa ponatur in illis miniſtri uerbis. *Ego te abſoluo*, &c. tamen materia eius ſunt illi tres pœnitentis actos Contritio, & Confeſſio, & Satisfactio. Et adeo quidem quod [i] declarauit hæreticum, qui contradixerit per iſta uerba: *Si quis negauerit, ad integram, & perfectam peccatorum remiſſionem requirit tres actus in pœnitente, quaſi materiam ſacramenti pœnitent. a videlicet Contritionem, Confeſſionem, & Satisfactionem, quæ tres pœnitentiæ partes dicuntur, anathema ſit.* Et quia in ijs tribus actibus recte proponẽdis iuſtificatio eius, qui gratiã baptiſmalẽ perdidit, præcipue cõſiſtit [k] ideo ab illis incipimus, fauore diuino tamẽ itetum prius implorato, ſumitendo quæcunq; dixero ſanctiſs. D. noſtri, eiuſq; Sacroſanctæ, & Catholicæ Eccleſiæ Romanæ iudicio (exoptata cuiuſuis alterius melius me ſentientis cenſura.)

a *Epiſt.* 130
b *Lib.* 17. *cap.* 12.
c *Deut.* 30. & 1. *Reg.* 15.
d *Vt i cap. quod in te, de pœn. & remiſſ.*
e *Cap. falſas de pœn. diſt.* 5.
f *Vt declarauit ſacroſanctũ Concil. Trid. ſeſſ.* 6. *ca.* 14. *c.* 1.
g *Seſſ.* 7. *can.* 1.
h *In d. ſeſſ.* 14. *ca.* 3.
i *In can.* 4. *eiuſdẽ ſeſſ.*
k *Vt declarauit idem Cõci. Trid. ſeſſ.* 6. *c.* 14.

ENCHIRIDION,
SIVE MANVALE
CONFESSARIORVM
ET POENITENTIVM:

Complectens resolutionem omnium penè dubiorum, quæ in sacris confessionibus occurrere solent circa peccata, absolutiones, restitutiones, censuras, & irregularitates.

DE CONTRITIONE prima parte Sacramenti Pœnitentiæ. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Contritio quid & vt non est essentialiter dolor. nu.3. & nu.4.*
2 *Pœnitudo peccati est nolle illud admisisse.*
2 *Amor Dei debet esse firmissimus, & ut non intensissimus. nu.4.*
5 *Amor Dei super omnia, & obedientialis est virtualis contritio.*
6 *Contritio quem, de quo, & quantum dolorem requirat & nu.7. & 8.*
7 *Contritio non necessaria de futuris, sed propositum ea cauendi.*
9 *Pœnitens non tenetur credere, se mortaliter non peccaturum.*
10 *Peccatum licet contritum, est tamen confitendum.*
11 *Cõtritus virtute vt teneatur cõteri actu.*
12 *Propositum virtuale vitandi futura quando sat pœnitenti.*
13 *Et quod satis est oranti, sacrificanti, & bona in Deum referenti.*
14 *Contritionem esse dolorem, & detestationem vt intelligitur.*
15 *Contritio in finem vitæ dilata quo ad quæ dubia.*
16 *Contritus non est qui non odit peccatum plus quam alia mala nu.17.*
18 *Contritus vt est, qui conatur esse contritus, & non est.*
19 *Pœnitens volens peccare data certa occasione non absoluendus.*
20 *Dolor pœnitentis vt non debet esse nimius, & nu.21.*
22 *Contritio quæ singularis requiritur de singulis peccatis. & nu.23.*
24 *Contritio singularis non necessaria de venialibus.*

ANtiquorum & recentiorum [a] secuti sententiam, definimus, quod, Contritio est *pœnitudo voluntaria, cum dolore maximo actuali, vel virtuali, peccati proprij iam commissi, quatenus est offensa Dei, super omnia dilecti, cum spe veniæ, & proposito non peccandi amplius (saltẽ mortaliter) & confitendi, & satisfaciendi, vt minimum virtuali.*

2 Dixi, *Pœnitudo*: tum pro genere, quia omnis contritio est pœnitudo, sumpto verbo, pœnitudo, pro actu pœnitẽdi, [b] nõ tamen

[a] *Quos in cap. perfecta de pœn. dist.1. citauimus.*

Contritio quid sit.

[b] *Vbi supra prælud. 10. nu.2. & 3. diximus.*

tamen contra, omnis pœnitudo, eſt contritio: tum quia licet alij aſſerant, cõtritionem eſſe dolorem, alij pudorem, alij aliud: ipſa tamen quo ad ſuam eſſentiã propria eſt pœnitentia, ſeu pœnitudo, & actus pœnitendi, ſeu nolendi peccaſſe, vt clarius alijs exprimit Cardinalis ille doctiſſimus Caiet.[a] quod antea ſenſerat Palud.[b] & ſubtilis doctor, quem ipſi tacent[c] qui admodũ ſubtiliter ait, quod hæc quatuor inter ſe diſtinguuntur. Pœnitẽtia virtus, quæ eſt habitus inclinans nos ad volendum vltionem noſtri peccati. Voluntas puniendi, ſeu velle punire, quod ex ea oritur. Pœnitudo peccati, ſeu non velle peccaſſe: quæ eſt pars punitionis. Et ſuſceptio ac toleratio punitionis, quæ eſt ſatisfactio, vel pars eius. Quorum diſcrimen ex eo conſtat, quod ſingula illorũ ſine tribus reperiuntur; quãuis tertiũ ſub quarto quadantenus contineatur: quæ breuitatis gratia, quia parum praxi ſunt vtilia, non explicamus: quod tñ ipſe Scotus facit vbi ſupra. Tertium aũt ſcilicet nolle peccaſſe, eſt eſſentialiter, vt ita dixerim, contritio.

3 Dixi, *Voluntaria*, tum quia pœnitentia violenta, qualis eſt damnatorum[d] non ſufficit, neque illa, quæ repente, ac naturaliter ſine vlla deliberatione prouenit, quia non eſt voluntaria, per ea, quæ ſupra[e] poſuimus.

Dixi, *Cum dolore*, ad differentiã pœnitentiæ dolore carentis, qualis eſt illa beatorum, qui ſine vllo dolore meminerunt peccatorum olim admiſſorum, & nollent illa admiſiſſe,[f] q alis itẽ reperitur in eo viatore, qui nollet peccaſſe, ſine actuali cõſideratione, quod ipſe id appetrauit, ſine qua nõ naſcitur dolor.[g] Non curo hic tractare illam opinionẽ ſubtilem doctoris ſubtilis[h] quẽ late ſequit̃ Andreas a Vega:[i] videlicet, quod pœnitentia ornata ijs, quæ in poſita noſtra definitione continentur, ſufficit ad delenda peccata, etiamſi abſque dolore contingat, vt hic dicitur contingere poſſe: quia id de rariſſime contingentibus eſt, de quibus lex parum curat.[k]

4 Dixi, *Maximo*, non quidem ideo, quod dolor ille debeat eſſe ſumme intenſus: rarus enim, aut nullus dolor eſt, qui non poſſit magis intendi, vt oẽs ſentiunt, & experiẽtia (quæ rerum eſt magiſtra)[l] docet. Neq; ideo, quod omnes alios dolores ſuperare debeat: non enim opus eſt, vt damnatorum dolorem excedat, qui omnes huius ſæculi dolores facile vincit.[m] Neq; quod æquari debeat illi acerbiſſimo, quem ſaluator noſter Ieſus Chriſtus pro nobis miſeris patiẽs ſuſtinuit, qui fuit maior omni alio huius ſæculi dolore.[n] Imo nec debet eſſe intenſior quolibet alio dolore cuiuſuis mali: ſed dẽt eſſe maximus quoad eſtimationẽ, ideſt, quod malit perpeti, perpeſſumq; fuiſſe omnia mala, quã mortiſere peccaſſe.[o] Sicut etiam dicimus, amorem Dei maximum eſſe debere, non quidem neceſſario quoad intenſionem, ſed quoad firmitatem, hoc eſt, quod dilectio eius præferenda eſt omni dilectioni cuiuſcunque creaturæ, nec propter vllam aliam deſerenda: non tamen eſt neceſſium, vt intenſior ſit ea, qua parentes noſtros, vel filios diligimus, vt diximus ſequuti S. Tho.[p]

5 Dixi, *Actuali, vel virtuali*: quia ſufficit actus, qui licet non ſit pœnitentialis formaliter, eſt tñ virtualiter ſm Scotum communiter receptũ.[q] Qualis eſt actus peccatoris, qui amore Dei vult ſubire martyrium ſibi oblatum repente, ſine peccatorum memoria. Imo quilibet amor Dei, quo plus, quã omnia alia diligitur, videtur virtualis peccatorum pœnitentia, ſm communem,[r] quam ſequitur ille doctiſſimus, & ſpicacis ingenij vir Io. Medina.[s] Et merito, cũ ille hoc intelligendũ eſſe exiſtimet de amore, quem obedientialẽ vocauit, qui virtualiter continet voluntatem efficacẽ adimplendi, quidquid Deus præcipit. Veruntamẽ eruditiſſimus iuxta ac pius frater Dominicus Sotus, ſoli martyrio hoc tribuendum eſſe exiſtimauit.[t] Sed prior ſententia confirmatur primo eo, quod in hoc plus operatur amor, quo quis martyrium patitur, quã pœna eius ſubita.[u] Secundo, quod fieri poteſt, vt quis plus amet, deſideretve martyriũ, non patiendo illud, quam alius patiendo, præſertim momentanee. Poſſet itẽ contingere, vt ex duobus, qui ſeſe martyrio obtulerunt, alter, qui plus diligit, & deſiderat, nõ patiatur, alter vero ſic. Tertio, quod eiuſmodi amor extendit̃ ad recipiendum martyrium debitum:

a In 1. To. Opuſculor. Opuſcul. 4. q. 1.
b In 4. lib. ſent. d. 19. q. 1.
c In eod. 4. lib. ſen. diſ. 14 in fin.
d Secũdum Scotũ in 4. lib. ſen. diſ. 17. art. 3.
e Prælu. 6. num. 2. & ſeq. 3. poſt S. Tho. 1. 2. q. 6. art. 1.
f Vt tradit S. Thom. 4. lib. ſen. diſ. 14. q. 1. ar. 3. queſtiũcula 3.
g Secundũ Scotũ in 4. lib. ſen. diſ. 14. ar. 3. q. et ã Adrianus 4. de pœnit. q. 1. col. 4. affirmat.
h In prædicta diſ. 14. art. 3.
i In lib. 14. c. 5. & cap. 18. de iuſtificat.
k l. nãad ca. ff. de legibus.
l Cap. quã ſit de elect. lib. 6.
m Ca. ſi. de pœn. diſt. 7.
n Secundũ S. Tho 3. p. q. 46. ar. 6. ad 4. & q. 48. art. 1. in cor. q.
o Secundũ eundem S. Thom. in 4. lib. ſen. diſ. 15. q. 2. ar. 3. quæſtiuncula 3. & quolib. 1. q. 5. art. 9.
p 1. 2. q. 109 art. 3. i addit. c. quando, de conſecra. diſt. 1. nu. 19.
q In 4. lib. ſent. di. 14. q. 1. ar. 1. & 2.
r Cui aſſentit Gabr. in præcita. 4. lib. ſen. diſ. 14. q. 1. concl. 12. & 13. & in 3. diſ. 17. q. 1.
s In cod. de pœn. q. 2.
t Lib. 1. ca. 18. de nat. & grat.
u Ar gu. 1. ad Corint. cap. 13.

imo & ad uolendam concipiendamq; formalem contritionem tẽpore & loco debito, ſicuti recte probat Medina. Quamobrem aperte conſtat, quantum hæc ſententia a Lutherana diſſideat: eſt eñ limitanda procedere tantum,qñ defectus temporis,aut inculpata inconſideratio peccatorũ fuit in cauſa, quominus formaliter pœniteret, cum tñ Lutherus,nec actuale nec virtuale propoſitum huiuſmodi requirat,dicens ſufficere reſipiſcẽtiam,& nouam vitã, quod damnatum eſt ſacro Concil.Trid. [b]

6 Interrogatus aũt, An id, quod fertur dixiſſe quidam inſignis doctor Academiæ Complutenſis aſſumptus poſtea in Epm Legionenſem meritiſſimũ, uideatur tenendum, nempe cõtritionem ſuapte natura requirere formale propoſitum de non vlterius peccãdo, ſed per accidens, temporis vel conſiderationis defectu,ſufficere virtualem? reſpõdi affirmatiue:modo ita eum peccatorũ pœniteat,quod ſi aduerteret ad futura, ꝓponeret de nunquam iterando ea, nec admittendo futura Et ad hunc modum intelligenda uidentur ea, quæ de ſufficiẽtia propoſiti uirtualis erudite ac magnifice nuper ſcripſit ꝓdictus Andreas a Vega. [c] Et hinc confirmari videtur illud Silueſtri, [d] *Qui mauult mori, quam peccare contritus eſt.* Et illud Paludani. [e] *Cui diſplicet quod huiuſmodi formalem cõtritionem ſibi comparare non poteſt, contritus eſt*, de quo mox plura.

7 Dixi, *proprij iam commiſſi*, ad dr iam de pœnitente de peccato alieno, & ad ſignificandum,quod non eſt opus, vt ſit de peccato futuro:licet,vt ſtatim ſubijciam,intentio,ſeu propoſitum non peccandi amplius, vtrunq; debeat cõplecti. Præteritũ quidem ad hoc, quod nõ repetat illud denuo. Futurum vero ad hoc,vt illud non admittat.

Dixi, *Quatenus eſt offenſa Dei*, quia ob id principaliter debet pœnitere, nã quem alio reſpectu (puta metu pœnæ, infamiæ, aut alio ſimili) principaliter pœnitet, ut proditorem Iudam, & Antiochum pœnituit, non concipit eã, de qua loquimur, pœnitudinem & contritionem. [f] Plus enim pœnitere ac dolere oportet de peccato,eo quod ſit offenſa Dei,quam quod incommodet ſibi. [g]

8 Addo,quod ex ijs,quæ [h] diximus & dicemus,infertur,non eſſe ueram illam opinionẽ, quam nuper vidimus defendi in ſelectis quibuſdam comitijs. Videlicet, ſufficere ad condonationẽ peccati per ſacrm pœnitentiæ attritionem, qua pœnitens dolet de peccato,etiamſi ſciat,eam non eſſe contritionẽ, nec doleat propter Deum, vel quia eũ offendit:ſed propter infamiam,vel alia mala temporalia. Oportet enim in primis,vt pœniteat ob amorem Dei, vel eo quod eſt eius offenſa,ſaltem virtualiter, & ꝙ videatur ei ſufficere illa pœnitentia:aut ſaltem quod non videatur ei non ſufficere ad petendum abſolutionẽ. [k] Quamquam pœnitere minus principaliter de peccato ob prædictos reſpectus nõ obuiat contritioni, modo principalius id fiat,eo quod eſt Dei offenſa: ſicut & amare Deũ minus principaliter ob eius in nos collata, vel cõferenda beneficia, non obuiat merito diligendi eũ principaliter ob ſemetipſum, iuxta illud. [l] *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionẽ*, i. propter repoſitam mercedem, quã promiſiſti his, qui tibi placuerunt. Quinimo minime malum eſt pœnitere ſolũ metu pœnæ,infamiæ, vel alterius mali, modo voluntatem peccandi excludat, vt luculenter declarat Conc. Trid. [m] Cuius illa verba, *Si ſolum item peccãdi excludat*, perinde ſignificant.ac illa:Modo non ea mente pœniteat, & eis reſpectibus,quod ſi illi non intercederent, non pœniteret,imo peccare pergeret.

Dixi, *ſuper omnia dilecti*: qñ amor Dei,niſi maior ſit, quam quiuis alius cuiuſcunque rei (ſaltem quoad firmitatẽ) non ſufficit: imo eſt peccatum,ſi magis aliud,quam Deus,vel æque ac ille diligitur. [n] Quod intelligendũ eſt de amore, quo diligitur Deus cõparatiue, minus quã aliud,vel æque ac ille: non aũt de amore, quo ſimpliciter diligit Deus ſine comparatione ad illud minus,licet amor ille vere non ſit amor ſuper omnia, vt facile colligat quis ex dicto Concilio Tridentino. [o] Dixi, *Cum ſpe veniæ*: quia ſine illa ſaltem virtuali nõ contingit venia. [p]

9 Dixi, *Cum propoſito non peccandi amplius (ſaltem mortaliter)* quia ſine eo nõ ſufficit.

[a] *Vbi ſupr.*

[b] *Seſſ. 14. c. 4. & can. 5.*

[c] *Lib. 13. cap. 21. de iuſtificat. verb. Contrito q 1.*

[d] *In 4. lib. ſent. di. 17. q. 1. cõcl. 5.*

[e] *Sca. Iudas ca. ſceleratior. de pen. diſtim. 3. & tradit San. Thom. in 3. part, q. 86. art. 1. & alij in 4. lib. ſent. di. 14. & 16. & Adr. de pe. q. 1. col. 4.*

[f] *Vt aperuit Angelicus doct. in d. 4. lib. ſent di. 17. q. 2. art. 3. q. 1. ad 4.*

[g] *Vt poſt Ang. doct. 1. 2 q. 109. art. 3. damdudum in additione c. quando, de conſecr. diſt 1. dicebamus.*

[h] *In hoc nume. 7.*

[i] *Infra nume. 33.*

[k] *Arg. cap. firmiſſime, 15. q. 1. & eorum quæ ſupra allata ſunt.*

[l] *Pſ. 118.*

[m] *Seſſ. 14. ca. 4. §. illa vero.*

[n] *Vt poſt Ang. doct. 1. 2 q. 109. art. 3. damdudum in additione c. quando, de conſecr. diſt 1. dicebamus.*

[o] *Præcitato c. 4. ſeſſ 14*

[p] *cap. ſceleratio. de pœnit. diſt. 3.*

fufficit.[a] Licet.n. pœnitudō non ſe extēdat ad peccata nondum perpetrata: non tamen fiet contritio, niſi eā comitetur propoſitum uitandi in poſterum omnia & ſingula peccata mortifera, tam præterita, & præſentia quoad effectum nō cō mittendi ea denuo, quam futura.[b] Non tamen eſt neceſſariū, vt credat pœnitens ſe amplius non peccaturum mortiſere: quinimo id quandam ſuperbiam ſaperet, vt oppoſitum humanitatem.[c] quia ſatis eſt, vt nolit amplius peccare, & proponat id efficere ope diuina.

10 Dixi, *Cum propoſito confitendi:* quia licet contritio dimittat peccata, quoad culpā, non tamen tollit obligationē confitendi ea proprio ſacerdoti, iuxta illud ſaluatoris N. Ieſu Chriſti.[d] *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt:* hoc eſt, non ſunt remiſſa quoad obligationem confitendi ea Eccleſiæ.[e] Neque cum ratione pugnat, eum, qui reſtituit in Dei gratiā per contritionem, teneri ad confitendū offēſam: cum & is, cui crimen in foro laico ea lege condonatur, vt vnum annum in bello militet, a die quidem condonationis in gratiam Regis redit: tenetur tamen militare illum annum. Dixi, *Saltem mortaliter:* quia non eſt neceſſum habere propoſitum nunquam peccandi venialiter.[f]

11 Dixi, *Et ſatisfaciendi*, propter ea, quæ inferius[g] dicentur. Et adieci *Vt minimum uirtualiter:* eo quod ſicut actus, qui eſt pœnitentia virtualis ſufficit, ita eadem ratione ſufficere uidetur, q eā comitetur id, quod eſt propoſitum uirtua le confitendi, ſatisfaciendi, & amplius non peccandi.[h] Et licet Caie[i] ſentiat talē propoſitū debere eſſe expreſſum, in ſumma tū[k] idem ſentit, & merito, cum nihil referat, quid ex æquipollentibus fiat[l] & tacitū & expreſſum, ſiue virtuale, & formale exæquantur,[m] quod tamē intelligo procedere, quando defectus tēporis, vel quædam inculpabilis inconſideratio pœnitentis fuit in cauſa, quominus haberet formale propoſitum.

12 Neque obſtat, quod quidam dicitur tenuiſſe mordicus contrarium, ſcilicet ſemper requiri propoſitum formale mutandæ vitæ, & non peccandi de cætero. Tum per rationes hic a nobis inſinuatas, quæ ſi ſatis explicentur probant ſufficere propoſitum uirtuale, qñ (vt limitauimus) defectus temporis, vel inculpabilis conſideratio pœnitentis eſt cauſa non habendi formale. Tum, quod etiam contritio virtualis ſufficit, quod eſt plus.[n] Tum q Conc. Trid.[o] requirit quidem propoſitum, nō peccandi de cætero in genere, & nō in ſpecie formale & ita ſatis fit ei per uirtuale, q eſt vna ſpecies propoſiti generaliter concepti.[p]

13 Tum, quod etiam ad horas canonicas recte pronunciandas requiritur propoſitum intendendi, & attēdendi, at ſufficit virtuale.[q] Tum quod ad conficiendā ſacramenta, præſertim Euchariſtiæ, maximum propoſitum & maxima intētio, & attētio, cōficiendi ea requirūtur: at ſufficiunt propoſitum, intentio & attentio uirtualis. Ita quod licet qui confirmat: vngit, abſoluit, & conſecrat nullū propoſitum actuale ſiue formale, neque vllam intentionem, neque attentionem actualem, ſiue formalem habeat quādo id facit, confecit uerum ſacramentum, modo ea uirtualiter habeat, ſecundum omnes. Tum deniq; quod, vt opera ſint bona, debent in aliquem bonum finem referri: attamen ſufficit vt virtualiter referātur. Quin, & vt ſint meritoria, oportet ea referri in Deum: ac ſufficit relatio virtualis, etiam illa, quæ fit tacite per gratiam habitualem.[r]

COROLLARIA.

14 EX hac definitione ſic explicata multa inferuntur. Primo, q communis modus loquendi probatur a Cōcil. Florent. & Trid.[s] per quem contritio definitur eſſe animi dolor, ac deteſtatio de peccato commiſſo, intelligendus eſt cauſatiue, hoc eſt, quod eſt cauſa doloris & deteſtationis: cum per ſupradicta * conſtet, non eſſe dolorem eſſentialiter, ſed cauſam, ex qua, & alijs ad id neceſſarijs naſcitur dolor, ſi aliunde non impedeatur.[t]

15 Secundo infertur, quod plurimum decipiuntur quidam putantes, quemlibet dolorem, & quamlibet pectoris tunſionem, & quamlibet prolationē Miſerere mei, eſſe cōtritionem, & ſufficere ad lethalium peccatorum condonationem impetrandam: cum ad id ſit neceſſaria talis

a Vt ſentit Ambroſius in c. pœn. 1. de pœn. d. ſt. 3. & Conc. Florentinū conſtum ſub Eugen. o IV. exponit.

b Teſte Adriano de pœnit. q 1. col. 3. poſt Palud. in 4. li. ſen. d. 17. q. 1. col. 5.

c Quod teſtatur Inn. recept. in c. oīs de pœn. & remiſſ.

d Ioan. 20.

e Vt innuit Adr. in 4. de conf. q. 1. & tradit S. Tho. in 4. li. ſent. d. 17. q. 2. art. 1 que ſtiūcula 1. in cor. q. & innuit Cōc. Trid. ſeſſ. 14 cap. 1.

f Arg. c. ſepties, de pœniſt. 3.

g C ap. 2.

h Quod Io. Maior in 4. lib. ſent. diſt. 16. q. 1. affirmat.

i Li. 1. Opuſc. 4. q. 1.

k Verbo confeſſ. conditio 12. & Verbo conf. intentio.

l l. ſi ff. mā. et c licet ex quadam de teſtibus.

m l. cū quid. ff. de rebus cred.

n Vbi ſupr. nu. 5. diximus.

o ſeſſ. 14. c. 2.

p Vt nuper ſcripſimus, in gloſ. ſum. nu. 6. & ca. ecce. nu. 3. de pœn. d. 1. q Vt probauimus i En ch. de orat. et horū eam. c. 13. nu. 17

r Vt poſt S. Thom. 2. lib. ſent. d. 4. q. 1. ar. 4. et 5. & alios alibi diximus in c. cartas. 2. de pœn. d. 2. nu. 22.

s ſeſſ. 14. c. 4.

* *Hoc eod. c. nu. 2.*

t Secundum Sco. ix 4. li. ſen. diſt. 14. & 16.

talis pœnitentia, qualem ſuperius depinximus, nobili ac generoſo animo digna. Neque obſtat quod quilibet peccator quamlibet magnus, præſumitur mori contritus, ſiqua contritionis ſigna oſtenderit, [a] puta ſi petierit confeſſionem, ſi iurauerit parere mandatis Eccleſiæ: ſi cum loqui non poſſit, ſubleuat oculos, aut palmas in cœlum, aut tundit pectus. [b] Non, inquam, hoc obſtat quoniam id ſolum procedit quoad effectũ, vt Eccleſia præſumat, eum habere pœnitentiam, prædictis qualitatibus, ornatam ad effectum non denegandi ei eccleſiaſticam ſepulturã, non autem ad effectum adſtruendi, quod per id impetret à Deo ueniam peccatorum mortiferorum: niſi veram concipiat pœnitentiam, quam concepiſſe præſumitur.

Tertio infertur, quod merito B. Auguſtinus dubitabat [c] de ſalute illorum, quos non ante, ſed poſt ægritudinẽ pœnitebat peccaſſe. Nam, vt eius dictum ibi declarantes diximus, æger preſſus ægritudine, metu mortis, & alijs curis, vix erigit animum ad deſcriptam contritionem concipiendam, & ibi ita Auguſtinus dubitabat de vera ſalute, non autem de præſumpta ad concedendam abſolutionem, & eccleſiaſticam ſepulturam, q̃ oẽs debemus animaduertere, & concionatores frequenter prædicare.

16 Quarto infertur, quòd ut pœnitudo peccati perueniat ad gradum contritionis neceſſarium, oportet, pœnitentem plus odiſſe peccatum, quam quoduis S. Thom. [d] & recte declarauit Thomas à Vio. [e]

17 Quinto infertur, non eſſe contritum eum, qui actu, aut uirtute non eſt eo animo, vt malit generatim pati quãlibet pœnam, quam mortiſere peccare aut peccaſſe, quidquid Innocent. [f] ſenſerit. Quoniam vt S. Tho. ſenrit, [g] omnis, qui eſt contritus, habet charitatem: & omnis, qui charitatem habet, Deum pluſquam ſe amat: & omnis, qui Deum ita amat: mauult perdere ſe, & ſuam uitam, quam Deum: & cum per peccatũ mortiferum perdatur ſibi Deus conſequens eſt, vt malit (ſaltem generatim) omnia mala pati, quam ſic peccare. Dixi autem, *generatim* quia nemo ut idem S. Tho. ait, [h] & ante illum Innocentius cenſuit [i] tenetur ad conterendum ſpeciatim, reputando ſecum, quod malit illud & illud mortis genus & pœnarum pati, quam peccare, peccaſſeue. Imò id eſſet imprudentiæ: ſicut & imprudens foret confeſſarius, qui interrogaret pœnitentem, malle ne potius filios ſuos, vel ſe mortem obiiſſe, quam peccaſſe: aut ſit ne paratus potius mori, perdereve filios, quam mortiferum peccatum admittere? Quoniam nimia eſt huiuſmodi tentatio, & [k] ſicut delectabilia plus mouent animum ad delectandum, ſi ſpeciatim recogitentur, quam ſi generatim: ita terribilia multo plus terrent, ſi ſpeciatim cogitentur, quam ſi generatim, & fieri poteſt, vt qui generaliter malit omnia mala pati, quam mortifere peccare, nolit hoc, aut illud malum ſpeciatim conſideratum. quocirca ſatis eſt confeſſario, vt videatur ei pœnitens ſufficientem peccatorum pœnitudinem, habere.

18 Si uero intellexerit, eum minime eam habere, laboret quantum poterit addere ei animum ad eam habendam, & ad mallẽdum perdere in genere alia omnia ſita bona, quam Deum, qui eſt ſummum bonum eius, & omnium, ſine quo nihil eſt bonum. Quod ſi forte non poſſit eius animum, ad tam excelſum contritionis gradum attollere, contendat eum eleuare ſaltem ad hoc, quod vere ipſum pœniteat, quod talem non habeat per ea quæ breuiter [l] tanguntur, & hoc ſufficit, vt ſit contritus, vel ſaltem ita attritus: ut poſſit abſolui. [m] Quæ concluſio non parum conſolationis ſecum adfert, & eſt communis apud S. Thom. & S. Bonauenturam, & omnes Theologos. Diximus, *& alteram ita attritus, vt poſſit abſolui*, quo tollamus ſcrupulum, quem vir quidam valde doctus, & pius ſanctiſſimæ ſocietatis Ieſu nobis contra hoc inſinuat. Eo quod pœnitere, ac dolere quod aliquid non habeam, non eſt illud habere ſicut nec dolere eo, quod non cõmunicauerim, eſt communicare, neque perinde valet. [n] Neque animo diſcruciari eo quod non ſim confeſſus, eſt confiteri: ſicut nec vel le arborem conſcendere, eſt ipſam conſcendere. [o] Dicimus itaque re uera pœnitere quem, eo quod non habet cõtritionem,

a Cap. a nobis de ſent. excomm.

b Vt exprimit Hoſt. cõmuniter recept. in d.c. a nobis.

c In lib. 10. hom. homil. 41. et in lib. de pœn. 1. c. 17. & habetur in ca. ſi quis poſitus & in capit. ſi quis autẽ & cap. ſi. de pœn. diſt. 2.

d Quolibet. 1. art. 9. & omnes in l. 4. ſen. 17. q. 2. art. 4. q. 1. & ſiũcula 1. ad 4. & in d. 11. et 17. & To. 1. Opuſc. 4. q. 1. & Opuſcul. 17. q. unic.

e In c. oĩs, de pœ. & rem.

f Dict. quod lib. 1. art. 9

g In dicto quolibet. 1. art. 9.

i In præcita to ca. oĩs de pœ. & rem.

k Vt peritè adidẽ Angelicus doctor d. ar. 9.

l Infra c. 9. nu. 4.

m Iuxta Pa ludanũ in libr. 4. ſent. diſt. 7. q. 1. art. 5.

n Vt probamus in c. ut quod paras. de conſecr. diſt. 2. poſt Ioan. Turrecrem contra gloſſ. ibid.

o Vt ait gl. in l. in uendentu. C. de contrahen. emption.

tionem, non esse illam habere (saltem formaliter) neque pœnitere me, quod non valeo pœnitere, quantum mihi expedit ad contritionem habendam, sufficit ad ipsam habēdam: nisi alias iam ipsam habeam: sufficere tñ ad credendū me habere iustam attritionem quo possim a confessario absolui, & a Deo veniam obtinere, media sacramentali absolutione, Quin & dici posset, esto, talis dolor non sit contritio formalis: desiderium tamen habendi eam, adiuncto iusto dolore, quo dolet se non posse peruenire ad contritionis perfectionem (saltem virtualiter) esse ipsum contritionē in voluntate partis intellectiuæ sitam, fomento Dei auxilij bona desideria fouētis, etiam si pars sensitiua recalcitret. Vtilis, & desiderata breuitas, quam liber expostulat, negat locum alijs replicationibus & triplicationibus, potius subtilibus, quam fructuosis. quod autem hucusque dictum est, nobis videtur sufficere ad scopum, quem proposuimus:

19 Porro bonum signum est, quod pœnitens sua spōte affirmet se malle mortuum esse, aut quid aliud simile pati, q̄ peccasse, iuxta sententiam doctissimi Card. Ioan. a Turrecremata,[a] qui secutus S. Bonauenturam tenet, peccatorē qui secum statuit, potius peccare mortaliter, quam mori, non esse absoluendum, illi vero, qui nihil circa hoc secū deliberauit, etiam si dubitet, quid faceret, dum se in tali articulo constitutum adspiceret, non esse denegandam absolutionem: dum modo habeat propositū non peccandi, & nollet offendere Deū, etiam si talis illis occurreret occasio. Quocirca valde deplorandi sunt, qui ad confessionem, & communionem accedunt cum proposito vindicandi se auctoritate sua propria de illis, qui eos alapis, aut plagis cēderēt, aut fustibus percuterent, vel proditores, latrones, meretrices, Iudæos, Saracenos, hæreticos, vel alijs huiusmodi nominibus compellarent, aliaue simili iniuria afficerent. Eodem item modo deplorandi sunt illi, qui ad prædicta sacramenta accedunt, antequam exuant suam depraua tā voluntatem vtendi hac, vel illa illicita voluptate, si ea, vel illa occasio eam percipiendi cum aliqua muliere, vel uiro eis occurreret. Illi etiam, qui antequam ab animo depellant propositum perpetrandi quidquid Rex, pater, Dominus, amicus, aut socius ipsis præciperet, aut rogaret etiam si lethale crimen illud esset, præfata sacramenta sumunt. Horum profecto misereri debemus, ipsosque cum lacrymis compassionis rogare, vt attendant, se in quodam diabolico statu, quæ damnatio æterna est, delitescere, qui tali confessione, & communione magis excrescit.[b]

20 Sexto infertur, dolorem sensus, singultus, planctus, lacrymas, & id genus alia non esse ad contritionem necessaria: quoniam sufficit dolor voluntatis rationalis ex pœnitudine manas, tum per supra dicta: tum quia, hic dolor non est in manu nostra, licet utile sit illum habere & desiderare, flereque largius eo, quod peccauerit, quam quod alia damna ei acciderint.[d] Cui consequens est illud Paludani,[e] scilicet pœnitentem debere hoc desiderare, non esse intelligendum de debito obligationis, sed decentiæ tantum & utilitatis. Parique ratione non inconueniens fuerit, vt pœnitēs maiore dolore sensus afficiatur ob mortem patris, aut alterius cognati, vel plagam propriam, quam ob peccatum admissum: quod passim contingit. Imo neque oportet, vt is dolor uoluntatis rationalis sit intensior alio quouis dolore rationalis voluntatis ob alia multa conceptō.[f] Sufficit enim, vt pluris faciat malum peccati & ob id perdere, vel perdidisse Deum, quam quoduis aliud malū generatim ad finem euitandi illud; dolendique non euitasse.[g] Quinimō satis est, vt velit, coneturque ita dolere, & si non possit: doleatque ex animo se non posse id facere,[h] & subinde quamuis intensius persentiat, & defleat mortem patris, quam peccatum admissum satisfacit tamen, si non modo malit Deum nō offendere, vel offendisse, quam patrem suum uiuere.

21 Septimō infertur, quod dolor sensilis ex pœnitentia nascens, & alia corpus affligentia, qualia sunt ieiunare, cilicia vestire, humi accubare, & alię similes austeritates non debent adeo modū excedere, vt humani corporis habitudinem corrumpant, efficiantque pœnitentem

a *In sum. de pœn. d. 3.*

b *Arg. ca. si propterea et c. sicut de pœn. d. 1.*

c *Vt S. Tho. in 4. lib. sen. dist. 17 q. 2. art. 1. q. 1. et art. 2. q. 1. & 2. art. 2. Secundā omnium mentem.*

d *In dict. 4. lib. sent. dist. 7. q. 1. ar. 5. approbatē a recentioribus.*

e *Per d. sup. hoc c. uu. 4.*

f *Iuxta Ma ior. in 4 lib. sen. dist. 14. q. 2.*

g *Per d. sup. num. 18. & num. 19.*

h

tentem inhabilem ad faciẽdum ea, quæ ſecundum ſuum ſtatum facere tenetur. Dolor enim ille nititur amore Dei, ſuper omnia dilecti, qui huiuſmodi nimietatem reijcit.[a]

22 Octauo, quod licet aliqui ſentire videri poſſint,[b] de ſingulis peccatis mortalibus ſingulas pœnitudines eſſe habẽdas, contrarium tamen eſt tenendum, cum Ioanne Maiore[c] & Cardinale S. Sixti eruditiſſimo, ſcilicet ſufficere, q̃ peccatorum pœnitudo adeo ſit extenſa, vt ſaltem uirtualiter protendatur ad vniuerſa mortifera, tam ea quæ meminit, quam quæ non meminit. Non enim eſt neceſſe, vt pœnitens recogitans, confitensve ſua peccata de vnoquoque peccato mortifero ſpecialem, & ſingularem eius pœnitudinem concipiat: ſed ſatis eſt, vt cõcipiat generalem eiuſmodi pœnitudinem, quæ virtute ſe extendat ad omnia mortifera: ſiue id faciat ab initio cum incipit reuocare in memoriã peccata confitenda, ſiue inter reuocandum ſiue quouis alio tempore, vel temporis momento, qualis eſt pœnitudo, qua hominem pœnitet Deum tam mortifere offendiſſe quouis modo cum propoſito, ſaltem uirtuali, confitendi, & ſatisfaciẽdi quando, & vt neceſſum fuerit, & nunquam amplius ſic offendendi, eo quod eum ſuper omnia diligit, capitalemque eiuſdem offenſam plus, quam quiduis aliud odio dignum odit.[e]

23 De hoc intelligitur illud[f] *In quacunque horæ conuerſus fuerit, & ingemuerit peccator, &c.* Nam vt alia omittam, ſi de ſingulis peccatis ſingulæ pœnitudines concipiendæ eſſent, contingeret caſus, in quo quis adhuc viuens priuaretur potentia conſequendi ſalutem æternam, contra expreſſa canonum ſacrorũ teſtimonia,[g] & contra prædictum Ezechielis locum. Nam qui mille peccata lethalia commiſiſſet, & ſolam quartam horæ partem victurus ægrotaret, aut ad ſuſpendiũ duceretur, non poſſet viuens concipere de illis mille peccatis mille pœnitudines ad id neceſſarias, quo ſaluaretur. Nolumus tamen dicere, quod ſicut eiuſmodi pœnitẽtia generalis ſufficit ad remiſſionem omnium peccatorum obtinendam: ita etiam ſufficiat ad eximendum pœnitentem ab obligatione reuocandi in memoriam, & deteſtandi tempore debito omnia genera & ſpecies illorum, quæ peccauit, enumerãdo illa numero certo, vel veriſimili confeſſario.

Dixi, *Genera & ſpecies:* quia non tenetur ſingulorum criminum cuiuſcunque ſpeciei in particulari reminiſci, neque etiam in indiuiduo ſingula deteſtari: id quod etiam ſentit Medina.[h]

24 Nono, non eſſe neceſſariam pœnitudinem ſupra definitam ad condonationem uenialium conſequendam, neq; cõſequenter oportet, vt pœnitudo vnius venialis ad aliud extendatur, tum quia ſufficit ad remiſſionem uenialis quicunque dolor, ſiue actualis, ſiue virtualis, quamuis non ſit tam magnus, quam exigitur ad delenda peccata mortalia, iuxta S. Tho. receptum,[i] tum quia, vnum veniale poteſt remitti ſine alio.[k] Quia illa venialia tantummodo remittuntur, ad quæ dolor ille, ſiue actualis extenditur, iuxta eundem S. Tho.[l] Cæterum qui dubitat, an peccatum ſit mortale, vel veniale, debet ita illius pœnitere, ac ſi eſſet mortale, vel ſaltem cum conditione ſi, & Quatenus eſſet mortale, ſecundum illud Auguſtini:[m] *Tene certum, & relinque incertum.*

a Cap. non medi criter de conſecr. d. 5 l. & tradit S. Tho in 4. li ſen. d. 17. q. 2. artic. 1. & Opuſc. 1. artic. 9.

b Videlicet Raym ſumma, & Angel. ver. contritio. §. 3. Ludolph. 1. par. Vitæ Chriſti, ca. 20.

c In 4 libr. ſent. d. 17. q. 5.

d Tomo 1. Opuſ. Opuſ. 4. q. 2. et ſuper 3. p. S. Tho. q 87. art. 1.

e Vt ſup. hoc eod. ca. nn. 19. tradidimus.

f Ezech. c. 33. Relatũ in cap. ponderet 50. d.

g In c. 3. de pœ. d. 7. & d. c. ponderet 50. d.

h Vbi ſupr.

i In 3. p. q. 87. ar. 1. ad 1. & in 4. lib. ſent. d. 18. q. 2.

k Vt idem vbi ſup. tradit.

l In d. 3. p. q. 87. ar. 4.

m Cap. ſi quis aut. de pœn. d. 7.

24 *Contritio delet omne peccatum, etiam ante confeſſionem.*

25 *Qua ſemper fuit neceſſaria, ſed non ſtatim poſt peccatum. nu. 26.*

26 *Pœnitudo quæ ſufficiat ad condonanda peccata.*

27 *Contritio quando, & in quibus neceſſario habenda & nu. 28.*

29 *Contritio vt habetur ſine memoria peccati nondum remiſſi: & nu. 30.*

31 *Pœnitudo maior de maiori peccato bona, ſed non neceſſaria.*

32 *Contritio carens debitis circunſtantijs non eſt contritio.*

33 *Attritio duplex, & quæ nõ ſufficit ad abſoluendum confitentem. & nume. 34. & 35.*

36 *Pœnitentia minor ſufficit baptizando, quam abſoluendo.*

37 *Attritio quæ cognoſcitur non eſſe contritio, non ſufficit baptizando.*

38 *Attritus ut ſit contritus, & non attritio contritio.*

39 *Contritio perficitur gratia, & ad eam mouent ſex.*

40 *Contritionis effectus qui ſint.*

41 *Contritio quod non ſit pars pœnitentiæ, & attritio ſit mala hæreſis.*

42 *Contritio quæ ſufficit, & quæ non ad abſoluendum. & nu. 45.*

43 *Sacramentum baptiſmi per ſe tendit in peccatum, Euchariſtiæ per accidens.*

44 *Attritio quæ ſufficit ad Euchariſtiam non valenti confiteri, & quæ abſoluēdum valenti confiteri.*

24 DECIMO infertur, verum eſſe, id quod fere omnes aſſerūt, nempe frequenter per ſolam contritionem, etiam ante confeſſionem, & pœnitentiæ ſacramentum actu ſuſceptū condonari mortifera peccata iuxta iura[a] & [b] S. Thomam, a Paludano & alijs receptum, & Panormitano etiam [c] quod & nos,[d] nuper latius tradidimus: licet Magiſter Gratianus, [e] cum aliquot antiquioribus dubitaſſet, de quo tamen hodie non licet dubitare poſt declarationem Conc. Trid. [f] quod tamē addit, huiuſmodi condonationem, & reconciliationem non eſſe adſcribendam Contritioni ſine ſacramento, ideſt, confeſſionis voto, quod in illa concluditur, qa talis condonatio non eſt credenda fieri per ſolam pœnitudinem, & dolorem inde natum. ſed potius per gratiam, quā ita pœnitenti donat Deus, quaq; illa pœnitudo ſit contritio, iuxta gloſſam receptam. [g] Gratia enim cauſa eſt formalis condonationis peccatorum, ſecundum S. Thomam. [h]

25 Vndecimo infertur, quod ſicut nūc in lege gratiæ contingit, ſola pœnitētia peccata dimitti, ſic etiā ante eā in lege naturali & ſcripta, vera pœntiētia remittebātur, id, quod euidentiore rōne dicē dum eſt, certum etenim eſt, quod tunc nōdū erat ſacramētū pœnitētiæ inſtitutū, nec ſacramētalis cōfeſſio. Certū itē, quod etiā tunc erat remiſſio peccatorū, etiā mortaliū: & ita niſi p pœnitētiā virtutis actū, & cōtritionē illa contigiſſet, nullatenus alias cōtingere poterat. Facit, q̄ licet, vt p̄dictū eſt, ſine ſacramēto pœnitētię actu ſuſcepto, cōtingat aliquā do remiſſio peccatorū: nūquam tamen cōtingit ſine pœnitētia. Hæc n. pœnitētia ſēp fuit, eſt & erit iure naturæ ad ſalutē neceſſaria, [i] nullaq; neceſſitas excuſat ab ea. Etenim, q poſt lethale crimē admiſsū ante mortē, nō eſt vere cōtritus, licet nō deſ ei ſpatiū ad recolendū & deteſtandū peccata ſua, ob id potiſſimū, q̄ in ipſa peccati ꝓpetratione moriē, vel ſubitanea morte corripiē, abſque dubio dānabitur: licet ille, q cōfiteri ea nō potuit, ſi cōtritionē habuit, excuſaē ab obligatione cōfitēdi, vt poſt & ante alios ex primit D. Antonin. [k] Dixi, pœnitētia vera: nō aūt pœnitētia qualificata, mō ſupra dicto: nā hæc eſt vna ex trib⁹ ſacrāmēti, pœnitētiæ, partib⁹, & ſcludit i ſe p poſitū cōfitēdi, vt inq̄t D. Tho. [l] q̄ā nūquā fuit neceſſariū ante legē gratię, nec lege naturali præcipitur plus quam ipſa confeſſio, ſicut poſt ea dicem⁹, [m] neque pluſquā ſacramētu pœnitentiæ, quod eſt legis nouæ tantum, ſecundum omnes. 26 Duodecimo infertur, queſtionis nō mediocris eſſe. An poſſit inueniri pœnitudo, cui tota hæc noſtra definitio cōueniat, per quā peccata mortalia nō cōdonentur? Scotus enim, [n] & Cardinalis S. Sixiti, Caietanus, [o] aiunt poſſe. Tū quia iuxta eos pœnitudo prædicta diuidit in eā, quæ appellatur formata, hoc eſt, quā gratia Dei iuſtificans, & cōdonās pecca ta format & ornat; & in eā, quæ informis dī, hoc eſt, quā prædicta gratia nō ornat. Tū qa peccator nō pōt ſibi ſuo ſolo libero arbitrio, ſine gratia gratū faciente quærere veniā, [p] & ſecundū p̄dictos pōt p̄fatā pœnitudinē cōcipere viri b⁹ ſuis naturalib⁹, q̄b. Deū ſuper omnia diligere poſſum⁹, iuxta Scotū. [q] Tū qa eiuſmodi pœnitudo nō eſt vltima, & immediata diſpoſitio ad gratiam: quoniam alioquin ſcire poſſet quis, ſe eſſe in ſtatu gratię ſine vlla reuelatione, quippe q̄ ſcire poſſet, ſe habere eiuſmodi pœnitudinem: quod eſt contra expreſſa ſacræ Scripturæ & iuris teſtimonia. [r]

Contrariū tamen nobis videtur verius, quod etiam concedit eruditiſſimus Catharinus, [u] quia eiuſmodi pœnitudo nō pōt haberi ſine amore Dei ſuper omnia, qui ſolis viribus naturalibus ſine grātia haberi neq̄t poſt Adami peccatū, vt docet D. Thomas declaratus ibidē a Caietano: [x] tum quia licet Scotus. & Gabriel, q eū ſeq̄t, teneat, poſſe nos poſt

Adæ

a Cap. dixi & cap. magna de pœnit. diſt. 1.

b 3. part. q. 86. art 2. et in 2. li. ſent. diſt. 17. ar. 5. quæſtiuncula 2.

c In c. Deus qui de pœn. & remiſſ.

d In glo. sū. & in ca. ecce de pœn. diſt. 1.

e In ca. pē. §. quib. præfatæ diſtin. f Seſſ. 4. c. 4.

g In c. conuertimini. de pœn. di. 2

h 1. 2. q. 113 arti. 8. & in 3. tent. diſt. 1. art. 9. queſtiuncula 1. & tradidimus latius in cap. conuertimini. nu. 5. & in d. to cap. ecce. nume. 4. & 5. de pœnit. diſt. 1.

i Sicuti late in gloſſ Summæ de pœni diſt. 1. & d. 5. probauimus.

k In 3. par. tit. 14. cap. 18. §. 2.

l In 4. libr. ſent. diſ. 17. qu. 1. art. 1.

m In c. ſeq. num. 2.

n In 4. lib. ſent. diſt. 14 q. 2. art. 2.

o Tomo 1. Opuſculor. Opuſcul. 5. quæſt. 2. & quæſt. 4.

p Iuxta tria poſtrema cap. de conſecrat. diſt. 4. & Cōcil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 1. & ca non. 2. & glo. in cap. mag. & ca. conuertimini de pœnitent. diſt. 1.

q In 2. lib. ſent. diſ. 28. & in 3. diſ. 37. q. 1.

r Videlicet Eccle. 3. & cap. fin. de purgat. cā. & Cō. Trid. ſeſſ. 6. ca. 9. contra inanem hæretcorum fiduciam, & can. 12.

ſ Lib. 5. ad notationū in Caiet. ad notat. de ſacramento paniieut.

t 1 2. q. 109 a. 1. 3.

u Vbi ſup.

x In dicto 3 lib. ſen. diſt. 17. q. 1.

Adæ peccatum noſtris proprijs viribus diligere Deum ſuper omnia: addunt tamen neminem ad eum gradum peruenire, qui gratiam Dei non aſſequatur. Quinimo ſubijciunt, non ſolum prædictam actualem pœnitudinem, ſed etiam virtualem, quæ ex amore Dei ſuper omnia reſultat, ſufficere, eſſeque vltimam, & immediatam diſpoſitionem ad gratiam Dei gratum facientem quærendã ita vt nemo ad eã peruenia t, quẽ miſeri cordiſſimus Deus ſua gratia nõ donet.

Neque obſtat fundamẽtum alterius opinionis videlicet, quod hanc opinionem ſequitur, poſſe nos ſcire Deo eſſe gratos, ſine reuelatione ſpeciali: quia negamus, nos poſſe ſcire, quod pœnitudinem omnibus prædictis qualitatibus ornatam habeamus: tametſi frequenter iuſte id credere poſſimus.

27 Decimotertio infertur, quod licet ſic toto tẽpore, quo quis ſe agnoſcit lethale peccato mortuum de bono conſilio debeat curare, vt a tam graui morbo reſurgat periculumque mortis ſubitæ, ac æternę effugiat, iuxta illud, *Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem*, & iuxta S. Thmam & communem [a] non tamen ad id tenetur præcepto, ad nouum peccatum mortiferũ obligante: niſi ea temporis parte, qua memoriæ occurrit quoad vſum, ideſt, cupiendum, vel renuendum, committẽdum, vel omittendum, ſecundum communem opinionem. Immo neque tunc ob ea, per quę id affirmauit Adrianus, [b] & ob ea quæ nos addimus, [c] quidquid Catharinus [d] dicat de Caietano, qui ſe cum pugnat in eo, q facile potuit eum excuſare, ſi voluiſſet. Et hoc eſt tenendũ quoniam ſicut alia præcepta affirmatiua de baptiſmo ſuſcipiendo, & confeſſione facienda non obligant ſub pœna noui peccati, niſi pro tempore neceſſitatis, ita per conſequutionem præceptũ affirmatiuũ de ſe conuertendo non obligat ſub pœna noui peccati lethalis. niſi in articulo neceſſitatis, in illo vero ſic. Quamobrem ad prædictam pœnitudinem concipiendam tenebimur imminẽte articulo mortis naturalis, vel violentæ, vel adminiſtrandi, ſuſcipiendive aliquod ſacramentum. [e] Imo etiam inſtante populi neceſſitate aliqua grandi, cui abſq; orationis feruore prouideri non poſſet. [f]

28 Decimoquarto infertur, q licet ſalutare ac frugiferum conſilium ſit, vt toties concipiamus pœnitudinem omniũ peccatorum mortalium, tam iam alias contritorum, quam aliorum, quoties ea nobis memoriæ occurrerint, non tamẽ eſt præceptum, quod nos obliget ad eã habendam bis ſpeciatim de eodẽ, quia Deus non iudicat bis in idipſum, [g] tametſi teneamur, ne vnquam illud nobis placeat actu, vel uirtute, quoniam licet illa noua (vt ita dicam) complacentia non ſuſcitet illam priorem culpam, quæ iam exſtincta fuit, producit tamen nouã ei ſimilem. [h] Vnde licet illud aliquorũ conſilium, vt peccata præterita, etiam bene confeſſa, frequenter ad memoriã reuocemus, quo melius illa iterum atque iterum deteſtemur, & veluti quendam myrrhæ manipulum, ideſt, ſanctæ triſtitiæ de illis faciamus, uehementer probem, quo ad peccata, quæ ſuapte natura triſtitiam, metum, aut terrorem incutiunt, non tamen crediderim, eos intellexiſſe de illis, quorum refricata memoria ad illicitam delectationem inſtigat. Cuiuſmodi ſunt peccata carnis, magni cuiuſdam honoris, & lucri tempora lis: quinimo conſultius exiſtimarem, eorum nunquam amplius in particulari meminiſſe: niſi quando opus eſt ſemel illa confiteri cum debita contritione, vt recte inſinuat Frater Ludouicus Granata Dominicanus, vir uita & doctrina cõcionator omnibus numeris abſolutus, in eo libro admodum ſancto & celebri, quem de oratione compoſuit: vel quando appetitus carnis ſunt probe mortificati per uehementem aliquam contemplationem, aut orationem, ſiue per eximiam quandam abſtinantiam, ſiue per morbos: aut dolores. Quoniã omne delectabile in particulari conſideratũ ad ſui deſiderium allicit, iuxta Ariſtotelẽ [i] & S. Thomam. [k]

29 Decimoquinto infertur, magnę prudentiæ, ſanctique conſilij eſſe curare, vt poſt peccatum admiſſum, quam citiſſime nos eius pœniteat: cum per id etiã ante confeſſionem in Dei gratiam redeamus: adeo quidem vt fieri poſſit, vt qui centies mortaliter peccauit per totum

Eccl. 5.

a In 4. libr. ſen. diſt. 17. & Caieta Quol. b. 7.

b In 4. de Conſeſ. q. 3. & Card. S. Sixti Quolib. 7.

c In 3. p. gl. Summa de pæ. d. 5. nu. 10 ſeq.

d Vbi ſupr.

e Secũdum omnes.

f Secundum Adrianum vbi ſupra.

g Naum. 1. & c. etſi clerici §. de adulteriis verbo de iudic.

h Arg. c. notum 2. q. 1. & ca. 1. de off. deleg. c. ſicut tribus. de pœn. d. 1. & c. ſed pẽſandũ. 6. d.

i 3. Ethic.

k Quolib. 1. q. 5, art. 9. et de cemus in fra ca. 9. & hoc in ſpecie ſenſitidẽ S. Th. in Opuſcul. 6.

tum anni ab vltima confessione spaciũ, non manserit quattuor horis sine Dei gratia: eo quod statim ac peccauit, singulorum peccatorum legitime penituerit. Quocirca multi simplices sunt merito instituendi, existimãtes eos, qui mortaliter deliquerunt, semper esse in crimine quousque confiteantur. Nã ut supra declarauimus, ad hoc, vt a peccatis resiliant, satis est eis habere excellentẽ illum dolorem, supra definitum: quamuis remaneant obligati adhuc ad cõfessionem cæterorũ, cum huiusmodi homines raro, vt pote rudiores doleãt, vt dolere conuenit, nisi quando confessarium adeunt, vti nos diximus,[a] ideo consiliũ optimum & sanctissimum esset eos inducere ad frequenter confitẽdum, & saltem in tribus festis Paschalibus, & in festo Assumptionis Deiparæ virginis. Eo item respectu conducit, maxime subito post peccatum contritionem habere, ne videlicet bonorum operum, quæ ante confessionem fiunt, iacturam faciamus, quæ quidem perirent, nisi adesset confessio. Nam opera quantumcunq; mortaliter bona, si sunt extra charitatem in statu peccati mortiferi, absq; dubio pereunt, & mortua reputantur, quantum attinet ad gratiam & gloriã promerendam,[b] licet quoad alia profint, iuxta gl.[c] in quibus tribus locis alias late id traditum in additione.[d] Tradit etiam post alios Ioann. Maior.[e] vt inferius explicatur.[f]

30 Decimosexto infertur, quo (quidquid dicat B. Antoninus[g]) tenendum est quod peccator, licet neq; speciatim, neque particulatim meminisset alicuius peccati mortalis nondum condonati, posset tamen de illo contritionem habere, concipiendo pœnitudinem modo supra dicto qualificatam. Aliter enim sequeretur, eum qui alicuius peccati mortalis nondum remissi recordari nõ posset, esse extra statum salutis,[h] & quamuis responderi possit in tali casu, amorẽ quo diligitur Deus super omnia, sufficere, vt Gabriel insinuauit[i] replicari tamen posset,[k] eiusmodi amorem esse cõtritionem virtualem.

31 Decimoseptimo infertur, quod licet de grauiori peccato, grauior requiratur pœnitentia, siue pœnitudo, hoc tamen est intelligendum de consilio, & honestate[l] non autem de necessitate,[m] quoniam definitio supra tradita nihil tale requirit. Et quia secundum mentem communem doctorum, quam explicat Ioannes Maior,[n] pœnitudo circumamicta debitis circunstantijs, & supradictis, quantumcunq; sit remissa, & breuissimo tempore, etiam in instanti concepta, satis est ad crimina diluenda, quantum ad culpam, & ad cõmutandum pœnam æternam inferni in xemporalem purgatorij, contra sententiam Scoti,[o] quæ hodie communiter non probatur.

32 Dixi, *Debitis circunstantijs*: quoniã si ego alienum retineo, & potens restituere non restituo: vel habeo odiũ mortale, quod ab animo non expello: vel nõ relinquo sodalitia, & occasiones ualde proprinquas peccandi mortaliter, vel non peruenio ad concipiendum propositum actuale, quo mallem potius mori, quam mortifere peccare, non habeo ueram talem pœnitentiam, neque proinde consequor remissionem.

33 Decimooctauo infertur, quod pœnitentia de peccatis imperfecta, quam neque debitæ circunstantiæ, neque qualitates prædictæ ornant, poterit nuncupari attritio: non autem contritio, quæ secundum Caietanum[p] est duplex. Altera eorũ, quos pœnitet mortaliter peccasse, vellentque non peccasse, sed non omnino statuunt a peccatis suis abstinere. Altera eorum, quos pœnitet quidem peccasse, & statuunt amplius non peccare, non concipiendo peccatum, vt rem supra omnia detestabilia detestandam, neque reputando ipsum vitandum supra omne vitabile. Quinimo, etiam pœnitudo illa, a nobis supra definita, quã habent illi, qui detestãtur peccatum supra omne detestabile, ipsumque uitare proponunt supra omne aliud merito uitãdum, est attritio, vt ipse arbitror, quo aduque Deus propter suam misericordiam, gratiam suam impartitus fuerit: sed est alterius speciei, secundum enndem, appellaturq; contritio informis. At secundum opinionem communem, quam supra secuti sumus, cuicunq; habenti eiusmodi pœnitentiam Deus pro sua misericordia statim elargit gratiã & subinde non inuenitur sine gratia.

Prima

a In repet. §. in Leuit. de pœn. d. 1. nat. 18. n. 5.
b 1. ad Cor. 13. & enihil. de conse cr. d. 5.
c Cap. quod quidam de pœnitent. & remiss.
d Et in Repet c. quando de cõsec. d. 1. cum in multis locis tum in additione.
e In 4. libr. senten. dist. 14. q. 2. 1.
f Capit. 27. nu. 269.
g In 2. p. tit. 14. c. 18. in principio.
h Contra c. 1. de pœ. d. 7 & c. pende re. 50. d.
i In 3. li. sen. d. 27. q. 5.
k Quod iã sub. num. 5. dictum est.
l Argum. c. tempora. 26. q. 2. secundum S. Thom. in 4. li. sen. d. 17. q. 1. artic. 1. & 2.
m Arg. ca. talis de pœ. dist. 3.
n In præcita to 4. lib. sen. d. 14. q. 1. et d. 17. q. 1.
o In dict. d. 14. q. 2. ar. 1
Attritio dulplex.
p To. 1. opus sc. Opusc. 4. quæst. 1. & Opusc. 5. q. 5.

34 Prima ſpecies prædictarum attritionum non ſufficit, vt per eam ſolum remittatur peecatum, imo neque per eam, & abſolutionem ſacramentalem ſi mul: quinimo peccat, qui cum ea petit, aut accipit abſolutionem. Id quod etiã eſt dicendum de illa pœnitudine, quam quis cõcipit ob id ſolum, aut ſaltẽ principaliter propter detrimentum honoris, quietis, aut vtilitatis temporalis, aut propter metum infamiæ, laborum, aut pœnæ temporalis, vel æternæ: quamuis talis pœnitudo nõ ſit peccatum, neq; malum opus (vti quidam dixerunt) imo potius eſt laudanda: niſi quando eo animo concipitur, quod peccaret, vel a peccato non ceſſaret, niſi eiuſmodi malum vel metus intercederet. Quoniam hoc iam eſſet nouum peccatum, adiũgere,[a] vt ſupra diximus.

a Cap ſi præterea & c. ſicut de pœnit. diſt. 1.

Secunda item ſpecies attritionis nõ ſufficit, ſecundum eundem, vt propter illam remittantur peccata, etiam abſolutione ſacramentali adiũcta, licet ſuffi ciat ad ipſam abſolutionem licite petẽdam, ad recipiendam abſque ulla culpa: & ad hoc, vt illa ita ſit valida, vt non teneatur reiterare confeſſionem: immo etiam ad obtinendum effectum ſacramenti, quando pœnitens prædictam pœnitudinem fuerit conſecutus.

35 Ab hac opinione propter ſummã eius auctoritatem, & quia ei a nemine contradicitur, hucuſque nunquam fui auſus diſcedere, ſed nunc ſub debita cẽſura, videtur, eum, quem iure, & ex animo pœnitet mortaliter peccaſſe, & ſtatuit in poſterum nũquam amplius peccare, ob id principaliter, quod peccatũ eſt offenſa Dei, & credẽs ſine cauſa ignorantiæ, ſuum dolorem eſſe in id ſufficiẽtem, confitetur ſacerdoti, recepitque ſacramentalem abſolutionem, nõ ſolum ſatisfacere præcepto confeſſionis, ſicut ille dicit: ſed etiam conſequi gratiam, & miſericordiam a Patre gratiarum. & miſericordiarũ: quoniam nulla Scripturæ ſacræ loca habent expreſſe neceſſarium eſſe concipere peccatum tanquam quid maxime omnium uitabile, Solum enim habent, *Pœnitentiam*[b] *agite. Pœnitemini*[c] *Fucite fructus dignos pœnitẽtiæ.*[d] *In quacũque hora conuerſus fuerit peccator, iniquitatum ſuarum amplius non recordabor.*[e] *Conuertimini ad me.*[f] *Scindite corda veſtra.*[g] *Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Nullum preterea cõcilium, neque ſummus Pontifex, neque quiſquam ex tot ſacris doctorib in Decreto citatis, eo modo interpretat° eſt, quod iamdiu Concil. Florentin.[h] & denuo Tridentinum[i] clarius, & explicati° dixerunt, nempe, neceſſarium eſſe dolere de peccatis cum firmo propoſito non peccandi de cætero, & cum ſpe veniæ: neque requirũt huiuſmodi reflexiones, comparationeſq; difficiles, pauciſſimis cognitas, & paucioribus vſitatas. Quinimo B. Auguſtinus[k] conſtituens differẽtiam inter conuerſum & verſum, dicit, verſum eſſe, qui timore pœnæ compulſus abſtinet a peccato: conuerſum vero, qui ſolummodo, vel ſaltẽ principaliter, propter Dei amorem a peccato ſuperſedet, & quia ipſũ pœnitet offendiſſe Deũ. Et accedit ad hoc, quod pauci (collatione aliorum) confitentes ab inſtitutione confeſſionis in noſtra tempora fecerũt, & faciunt hoc, quod ille requirit: & pauciores confeſſarij id ſuaſerunt & ſuadẽt. Imo noſtro iudicio Concilium Tridẽt.[l] ſatis aperte hoc quod dicimus, intelligit. Quocirca recreat nos audiuiſſe fratrem Franciſcum a Victoria, virum profectò pijſſimum, clariſſimumque doctorẽ, qui Hiſpanias rara illa ſua Theologica eruditione (ſacramentali præſertim, & morali) præ ſuis anteceſſoribus illuſtrauit, idipſum aſſeruiſſe: quin etiã quantum intelligo, idem ſenſit Dominicus Sotus[m] afferens illud, quod in ſequẽti corollario continetur, quod hoc confirmat. Ex quibus omnibus conſtat, quã vtilis, & ſecura ſit homini pœnitenti confeſſio.

b Matth. 3. & Luc. 3. c Marci 1. & Actor. 3 d Luc. 3. & e Cap. conſidere. §. fin. de pœnitent. diſt. 5. f Ioel 2. & cap. conuertimini de pœn. diſt. 1. g Ioel. 2. & ca. ſcindite. de pœnit. diſt. 1. h Pſalmo 31. & ca. 1. de pœn. diſt. 1. i Sub Eugenio IV. in decreto de ſacramẽtis. k In ſeſſ. 14 cap. 5. l In ca. nullius §. quod quamuis, & pœn. diſt. 7. m Præcepta ſeſſ. 14. cap. 4. n Lib. 2. de nat. & gra. o Seſſ. 6. c. 6.

36 Decimonono infertur, ad illam differentiam, quam idem Magiſter Sotus ponit inter pœnitentiam peccatorum ad ſuſcipiendum Baptiſmum neceſſariã & inter eam, quæ neceſſaria eſt ad ſacramentum pœnitentiæ: videlicet quod ad ſuſcipiendum baptiſmum ſufficit quæcunque pœnitudo, & deteſtatio peccati cum ceſſatione a peccando ita, quod ſit extra propoſitum peccandi, & quod nõ placeat ei peccaſſe. id, quod ait ſentire Concil. Triden.° quinimo addit, vbi ſupra

prā, volenti baptizari ſufficere quātulamcunque attritionem, vt Baptiſmi ſacramentum illi poſsit conferri: quamuis manifeſtum ſit, illam non eſſe contritionem: ad ſacramentum tamen pœnitentiæ requiri pœnitentiam de peccatis propter amorem Dei, & eo quod peccatum eſt eius offenſa: & quod a pœnitente putetur eſſe contritio, vel ſaltē non credatur non eſſe contritio, aitque ſibi videri Concil. Trident.[a] id ſenſiſſe: per quod plurimum præcedens corollarium corroboratur.

a Seſſ. 14 c. 4. & ſeſ. 6. c. 14.

Pœnitentia in Baptiſmo quæ requiratur.

Hæc tamen doctrina, licet ſatis bona videatur, quantum pertinet ad ſacramentum pœnitentiæ: quantum tamen pertinet ad ſacramentum Baptiſmi admodum noua mihi viſa eſt, quatenus habet, qualemcunque pœnitudinem, etiamſi agnoſcatur nō eſſe contritio, adiuncta ceſſatione a peccatis, ſatis eſſe ad Baptiſmi ſacramentum ſuſcipiendum: quoniam B. Auguſt. relatus in aliquot decretis expreſſe ait, hominem peccati mortalis reatu implicitum numquam Dei gratiam aſſecuturum, niſi cum veteris vitæ pœniteat. Nam[b] ait, nullum hominem vitam æternam accepturum, qui non fuerit hic a malo per pœnitentiam, fidemq; conuerſus & per ſacramētum fidei, & pœnitentiæ, ideſt, per Baptiſmū liberatus: & paulo inferius, *Maioribus opus eſt*, inquit, *de malis ſuis pœnitētiam agere*, & loquitur de pœnitentia ante Baptiſmū. & [c] *Niſi eum pœniteat veteris vitæ, noxiam nō poterit inchoare, ab hac pœnitentia, cum baptizatur, ſoli paruuli immunes ſunt*, & [d] *Agant homines ante Baptiſmū pœnitentiam, &c.* Idipſum eiſdem pene verbis affirmat Ambroſius.[e] Quin & alij omnes in alijs locis aſſerere ſolēt, his, qui poſt Baptiſmum in peccatū prolapſi ſunt, neceſſariam eſſe pœnitentiā. Diuinus etiam Petrus Apoſtolus,[f] ſic ait, *Agite pœnitentiam, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum.* Vbi non videtur de quacūq; pœnitudine intellexiſſe: ſed de illa, q̄ concipitur propter Dei amorē, & eo quod peccatum eſt eius offenſa: & quamuis almum Conc. Trid.[g] dicat ſufficere aliquod odium, & deteſtationē: addit tamen eſſe neceſſarium, vt talis ſit pœnitentia, qualis ante Baptiſmum exigitur, non tamen explicat qualis illa ſit, & conſequenter id reliquit antiquæ interpretationi.

b In cap. firmiſſime 15 qu. 1. & in lib. de fid. ad pet. cap. 30.

c Ca. omnis de conſecr. diſt. 4. & in lib. de pœn. medio c. 2.

d In capit. ſequ. ibi & in epiſt. 108.

e In cap. 1. & 2. de pœn. d. 3.

f Act. 21.

g Præcitata ſeſſ. 6. & c. 6 & c. 14.

37 Quapropter equidē ſub debita correctione ſemper conſulerem illis, qui in fideles adultos aliquos baptizant, ſiue apud nos, ſiue apud Indos, vt prius illos inducant ad pœnitudinem peccatorum mortiferorum, eo quod illis offēderint Deum, quem ſuper omnia amare, & honorare debuiſſent. Nec auderem aſſerere, eis licere baptizare illos, quamuis videant, pœnitere eos non ob amorē Dei, ſed ob alias cauſas. Quin affirmo, perperam agere illos, qui, vt fama eſt, baptizant Indos ante q̄, uideāt eos hēre pœnitudinem, quæ videatur contritio: eo qđ petunt Baptiſmum eo reſpectu principaliter, quod pileus, vel alia ludicra illis donantur: licet aliquam pœnitudinem ſuæ malæ vitæ leuem, & imbecillem cō ceperint ob aliquas cauſas, quæ amore Dei nequaquam nituntur. Videtur tamen nobis poſſe aliam aſſignari differētiam inter pœnitentiam ad Baptiſmum ſuſcipiendū neceſſariam, & illam, quæ ad ſacramentum pœnitentiæ neceſſario requiritur: videlicet quod ad Baptiſmum ſufficit pœnitentia, ſeu pœnitudo generalis omnium peccatorum mortalium, totiuſque vitæ malæ tranſactæ adducendo ad ſummum aliqua in memoriam, non deſcendendo particulariter ad omnes eorum ſpecies: qua praxi videtur vſus fuiſſe diuinus Petrus in baptizando eos, quos primos in feſto ſancto Pentecoſtes,[h] Legimus baptizaſſe ad recipiendum uero ſacramentalem abſolutionem vltra hoc etiam opus eſt recolere omnes ſpecies peccatorum, & de illis omnibus ſpeciatim pœnitere: licet in indiuiduo nō teneatur ſigillatim, ſiue particulatim de ſingulis cuiuslibet ſpeciei pœnitere, dolereque, vt ſupra[i] dictum eſt.

Inter pœnitentiā ante Baptiſmū et poſt illum diſcrimen.

h Act. 2.

i Num. 22.

k In 4. lib. ſen. diſt. 17 q. 2. art. 2.

l In cod. 4. q. 2. art. 1.

m Tomo 1. Opuſculor. Opuſcul. 4. quæſt. 1.

38 Vigeſimo infertur, quod quāuis vir tute ſac amenti attritus fiat contritus: ipſa tamen attritio non efficitur contritio, ſm S. Thom.[k] licet iuxta Scotum[l] quē ex parte ſequitur Caietanus,[m] ſuperueniente Dei gratia, fiat contritio. Poſſunt tn cōciliari, intelligendo S. Thomā de attritione, quæ non eſt contritio

pp defectum intrinſecũ ex parte ſubiecti,& ſcopi,qui eſſe debet Deus ipſe,uel amor eiuſdem, quia videlicet ille dolor non cõcipitur ſolũ,nec principaliter ,pter amorẽ Dei, vel eo quod peccatum eſt eius offenſa,vel iniuria: ſed ſolũ, uel tm̃,aut principalius pp damnum, quod ipſi ex eo contigit, uel timet ſibi hac in uita,uel in futura euenturum: huiuſmo di enim attritio numquã efficitur contritio,licet ad eam ducat,Scotum uero, eiusque ſequaces, qui contrarium opinantur, de illa pẽnitudine,quæ eſt attritio, & non contritio, non ob defectum iſtũ intrinſecum ex parte obiecti,ſed ob aliam cauſam extrinſecã, qualis eſt defectus gratiæ, vel ,ppoſiti de abſtinẽdo.

a In præfa. 4. lib. ſent. diſt. 17. q. 3.

Vigeſimoprimo infertur,non eſſe nimis firmum illud Ioan. Maioris,[a] videlicet neminem eſſe adeo imprudentem, qui tẽpore,quo peccata ſua confeſſario confitetur, non illa deteſtetur formaliter,aut uirtualiter. Non eſſe,inquã,nimis firmum,quia inde ſequeretur,quẽlibet confitentẽ habere iuſtam contritionem,quod eſt contra duo præcedentia corollaria, & dicta in principio huius capitis. Scotus autẽ [b] non ita laxe loquitur circa hoc, ac quidam aiunt, imo ſecundũ eũ nulla pœnitudo momentanea ſufficit ad remiſſionẽ peccati, quãuis iuxta communem, quam ſecuti ſumus ſupra, ſufficiat.

b In dic. 4. lib. ſent. diſ. 14. q. 2. artic. 2.

39 Vigeſimoſecũdo infertur, quod cauſa contritionis ex parte Dei eſt eius gratia,& miſericordia,ex parte uero noſtra ſunt ſex,quæ ſm Raymundum,relatum a S. Antonino, [c] diſponunt ad gratiam obtinendam. Memoria,ſcilicet,peccati, Pudor ex peccato proueniens. Vtilitas eius, Timor iudicij diuini, Meditari qđ per illud cœleſtem gloriam amittimus, noſtrumque creatorẽ offendimus, Spes ueniam conſequendi,& gratiã amiſſam recuperandi,perueniendiq; ad felicitatem æternam. Conducit etiam maxime ad hoc conſiderare, [d] quod qui mortaliter delinquit, in effectu Deum a ſe ,pijcit,ſicque illum tractat, ac ſi non eſſet ultimus finis, & ſubinde ac ſi non eſſet ſummus Deus,reputareq́ue ſecum,& ruminare, quidnam faceret, ut a rege ueniam impetraret,ſi eum negaſſet eſſe ſuum Regem, & quod, ſi ſemel Rex illi ueniam concederet, quantum ſibi caueret in poſterum, ne itetum in eandẽ rebellionem prolaberetur, certo ſciens a Regis uoluntate & nutu pendere uitam ſuam, ſicuti noſtra pendet a Deo.

c In 3. par. tit. 14. c. 18 §. 5.

d Vt i c. fratres, de pœ. diſt. nu. 96. diximus.

40 Vigeſimotertio infertur, quod effectus contritionis eſt, non ſolum delere peccatum quantum,ad totam culpã, ut ex ſupradictis [e] conſtat, [f] verum etiam extendit ad remittendam aliquã pœnæ temporalis portionẽ,in quã æterna cõmutatur, ſecundum S. Thomam, [g] non tamen abolet,ut plurimum, totam pœnam, quod nos in extrauagante unigenitus [h] abunde ſatis ſuperq; colligimus, ubi de culpa & pœna diſputauimus.

e Nu. 24. & nu. 51. f Per c. dixi & ca. magna de pœ. diſt. 1. g In 3. par. q. 86. ar. 4. & in 4. ſẽt. diſ. 17. q. 3. cap. 1. h De pœni. & remiſſ. in tractat. de indulgẽtijs ſuper, §. in Leuitico. de pœnit. diſt. 1. notab. 12.

Dixi. *Vt plurimum:* quia nonnunquam tanta eſt contritio, ut deleat omnẽ culpam,& remittat omnem pœnam,[i] nunquam tamen ob id tollitur obligatio cõfitendi peccatum ſecundum omnium ſententiam.

i Iux. glo. c. menſurã, de pœn. diſ. 1. & glo. in c. Deꝰ qui. de pœnit. & remiſ. et gl. extrauagã. 1. de pœnit. & remiſ. et tradi S. Th. in 1. lib ſen. diſt. 19. ar. 3. q. 2. & in 4. diſt. 15. q. 2. arti. 2. q. 3. & diſ. 17. q. 2. art. 1. q. 1.

41 Vigeſimoquarto infertur quod ſanctiſſime a ſacroſancto Trideut. Concil. definitum eſt [k] hæreſim eſſe dicere,pẽnitudinem,ſiue pœnitentiam,non fuiſſe quouis tempore neceſſariam ad impetrandam culpæ mortalis condonationẽ. Dicere itẽ contritionẽ non eſſe unã ex tribus partibus, quas ſibi tanquã materiã ſubſtituit pœnitentiæ ſacramentum. Dicere itẽ eſſe malum examinare conſcientiam ad faciendum peccatorum memoriam cum ipſorum deteſtatione,& emendationis propoſito quam uis ad gradum integræ contritionis nõ perueniat. Dicere item,nõ eſſe de fide, contritionem non ſolum includere in ſe ceſſationem a peccato, & uitæ nouæ propoſitum & inchoationẽ, ſed ueteris etiam odium continere, & propoſitum illud confitendi tẽpore debito cum ſpe obtinendi ueniam,& miſericordiam: licet, ut ſupra diximus,[l] ſufficiat propoſitum uirtuale, quando defectus temporis, uel inculpata conſideratio pœnitentis fuit in cauſa,ut nõ habeatur formale. Dicere item, contritionem uſtã non eſſe neceſſariam nunc in lege gratiæ ad culpæ mortalis poſt Baptiſmum admiſſæ deletionem.

k Seſſ. 14. c. 3. & 4. l Num. 11. & 12.

42 Vigeſimoquinto infertur, quod cui dam

dam erudito uiſum eſt, dixiſſe nos ſupra [a] attritionem cognitam, ideſt, quæ cognoſcitur non eſſe contritio, non ſufficere ad abſolutionem. Contra quod opponit multa, quæ alias hic ſcripſimus: cui nunc breuius reſpondemus. Primo, nos id non dixiſſe ibi: licet ex eo tacite colligatur, multas eſſe attritiones, quæ non ſufficiunt ad iuſtam abſolutionem. Qualis eſt pœnitudo præteriti ſine propoſito actuali, uel uirtuali uitādi futura, uel reſtituēdi male parta, [b] Fateor tñ, me ſecutum fuiſſe Sotum, quatenus ait, [c] qđ ad ſuſcipiendum ſacramentum pœnitētiæ requiritur attritio, quam putet pœnitens eſſe contritionem: uel non putet non eſſe contritionem.

Secundo, quod licet ex præfato Soti dicto uideatur inferri, non ſufficere ad abſolutionem attritionē illam, quę cognoſcitur non eſſe contritio: intelligendum tñ eſt illud neceſſario de attritione, quæ putatur non eſſe contritio, nec futura talis, etiam munita calore abſolutionis ſacramentalis. Cum Sotus ſequatur opinionem S. Thomæ communiter receptam, aientis, ſufficere ad deletionem peccati attritionem illam, quæ accedente ſacramento fit contritio.

Tertio, quod eius tria priora argumēta vrgent quidē contra ſententiam Gratiani [d] quæ habet, per ſacramentum pœnitentiæ non remitti culpam culpam, qa remittit per contritionem præcedētem, a qua quidem ſentētia nos ſemper diſceſſimus ſecuti Sanctum Thomam communiter receptum, [e] ut eſt videre ſupra, [f] & in Summa de pœnit. [g] & latius & neruoſius in cap. conuertimini. [h] Vrgent, inquam eius argumenta contra præfatam opinionem: nihil tamen faciunt contra Sotum, neque contra nos, qui fatemur, quamplurimos confiteri cum attritione quę ſola nō facit eos cōtritos, ſed acceſſione ſacramenti fiunt contriti, quorum de numero maiorem partem plebis eſſe putauimus. [i]

43 Quarto, quod differentia inter ſacramentum pœnitentiæ, & Euchariſtiæ quoad hoc propoſitum non conſiſtit in hoc, quod illud (ut ipſe ait) ſolis infirmis, & mortuis datur, hoc autem ſolis ſanis, ſed quod illud per ſe ordinatur ad ſanandum, & per accidens ad ſanitatem conſeruandam & augendam, & contra hoc principaliter ad ſanitatem conſeruandam & augendam, & per accidens ad ſanandum. Siquidem ſacramentum pœnitentiæ iuſte datur ſecundum omnes eis, qui ſola peccata uenialia, uel ſola mortalia iampridem confeſſa, & remiſſa confitentur, qui creduntur eſſe ſani: cum neq; uenialia, neque mortalia iam confeſſa, & condonata repugnent caritati, ut tradit S. Thomas [k] & frequētiſſima praxis ſelectorum presbyterorum, præſertim monachorum, habet cō fiteri, quoties celebrant, quos tamē cer tum eſt non ſemper confiteri mortalia noua, ſed uenialia, uel mortalia antiqua iam confeſſa.

44 Cuius rei ratio eſt, quia omnia ſacramenta noue legis cōferunt gratiam, ut poſt receptam ſententiam [l] definit a Concilio Tridentino, [m] ita ſacramentum Euchariſtiæ frequenter auget caritatem, & non ſanat, & contra ſacramentum pœnitentię frequenter per accidēs ſanat, cum ſcilicet aliquis credens probabiliter, ſe eſſe in ſtatu gratiæ, in quo tamen non eſt, ſumit illud, ut docet D. Thomas communiter receptus. [n]

Quinto negamus, ex prędicto Soti dicto ſequi, quod tanta diſpoſitio requiratur ad ſuſcipiendum ſacramentum pœnitentię quanta requiritur ad ſacramētum Euchariſtiæ. Tum quia ad ſacramentum Euchariſtiæ non ſolum requiritur contritio, ſed etiam confeſſio, ſecundum gloſſam receptam, [o] approbatam a Concilio Tridentino. [p] Tum quia ad Euchariſtiam oportet, putare ſe eſſe in ſtatu gratiæ, ad abſolutionem autem ſufficit putare, ſe ita eſſe attritum, quod mediante illa, fiet contritus.

45 Sexto, negamus, ſufficere ad abſolutionem ſacramentalem attritionem, ſiue pœnitudinem, qua peccator ceſſat a peccato propter ſolam pœnam inferni, quatenus pœna eſt, ſi nullus actualis, vel uirtualis Dei amor, vel odiū peccati, quatenus eſt ipſius offenſa cum comitetur, per dicta ſupra. [q]

a Num. 36

b Per cap. pœniten. de pœn. diſt. 3. & c. falſas de pœn. diſ. 5. cum multis, quæ ibi adduxim⁹.

c In lib. 2. de nat. & grat.

d In capit. conuertimini. Verſ. leprſi, & ca. omnis. de pœn. diſt. 1. & Ioann. Maioris, & eorū, quos ipſe ſequitur in 4. li. ſent. di. 14. quæſt. 2.

e In eod. 4. lib. ſentent. diſt. 17. q. 2. art. 1.

f Eod. cap. nu. 36.

g diſt. n. 1. nu. 4. & 5.

h Num. 5. ead. diſt.

i In cap. cōuertimini. num. 5.

k In 4. lib. ſen. diſ. 22. q. 1. arti. 3. q. 1. ad 1.

l Diſtin. 1. libr. 4. ſent.

m Seſſ. 7. de ſacramātis i genere ca non. 6. & 8.

n In 3. par. q. 79. ar. 3.

o in cap. de homine de celebr. miſ.

p Seſſ. 13. can. ult.

q Præſertim, n. 34. & 35.

DE CONFESSIONE sacramentali, secunda parte sacramenti pœnitentiæ. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Confessio sacramentalis quid.*
2 *Confessio nõ fuit inducta iure naturæ.*
3 *Sed diuino Iesu Christi Domini nostri.*
4 *Confessio facta laico non est sacramentalis.*
5 *Confessio sacramentalis exigit multa & 6.7.8.*
6 *In quibus multi errant.*
9 *Confessio, quo tempore facienda, lege diuina.*
9 *Quo humana: et quo extra illa, et n. 10.*
10 *Confessio sacramentalis fuit instituta a Christo.*
11 *De omni mortali & eius circũstantijs.*

Cõfessio peccatorũ qd.

SEcunda pars sacramenti pœnitentiæ est Confessio sacramentalis (quam vocalẽ, & auricularem appellamus, eo quod voce, & in aurẽ secreto fiat) quam addentes aliquid recẽtiorum definitioni, præsertim Gabrielis, [a] in hunc modum ponimus definire. Confessio sacramentalis est *peccatoris accusatio secreta, de suis peccatis, coram proprio sacerdote, vt ab illis sacramentaliter absoluatur.*

a In 4. lib. sen. dist. 17. quæst. 1.

Dixi, *Accusatio*, pro genere, ex quo, & differentia debet constare omnis definitio, vt dictum est supra, [b] & ad differẽtiam accusationum, & confessionum iudicialium, vel quæ accidunt extra iudiciũ, quæ quidẽ non gratia seipsos accusandi, sed pp alios fines fieri solent. [c]

b Prælud. 1. num. 2.

Dixi, *Secreta*, tum ad excludendum generaliem illam, publicamque confessionẽ, quæ fit in principio, aut medio Missæ vel alias sæpissime, tũ ad insinuãdũ non esse necessarium, vt fiat publice, vel aliquo tertio audiente, quamuis etiam aliis audientibus facta ualere possit, [d] ut infra trademus.

c Vt tot. t. t. de confessis ff. Cod. Decretalibus, & lib. 6.

Dixi, *De suis peccatis*, ad reijciendum illam, qua quidam se de uirtutibus, quidam vero de peccatis alienis accusant. [e]

d Eod. 7 n. 6. & 7.

Dixi, *Coram sacerdote*, ad excludendã illam quæ fit alij, quoniam illa non est sacramentalis. [f]

e Ca. omnis de pœni. & remiss. ibi. peccata, & ibi, Sua.

Dixi, *Proprio*. ideſt, habenti iurisdictionem in foro conscientiæ supra illum, qui seipsum accusat. [g] Nam illa, quæ fit alij, quam proprio sacerdoti non est sacramentalis: siquidẽ absolutio facta ab illo. qui non est sacerdos, uel a sacerdote, qui non est proprius, non est sacramentalis. [h] ut infra trademus.

f Dic. cap. ois, ibi Sacerdoti, & clarius in Conc. Trid. sess. 14. c. 6.

Dixi, *Vt ab illis absoluatur*, quoniam q̃ fit propter alium finem, non est sacramentalis: cum essentia sacramenti pœnitentiæ in absolutione consistat vt diximus. [i]

g Dict. cap. omnis, ibi, proprio.

2 Ex qua definitione infert primo, illã confessionẽ Dñi nostri Iesu Christi. [k] *Confiteor tibi, Pater cæli, & terræ*, & alias multas huiusmodi cõfessiones, quarum in multis Psalmis fit mentio, non fuisse sacramentales, sed potius Dei laudes.

h Cap. 22. num. 11.

Infertur secundo, hanc confessionem sacramentalẽ non fuisse iure naturali inductam, cum post aduentum Redẽptoris nostri oĩa sacramenta nouæ legis initium habuerint iuxta sentẽtiam oĩum [l] quam nuper expressit Cõcil. Trident. [m] & ita consequenter post Christi Domini aduentum incepit sacramentalis cõfessio, quæ est una pars sacramenti pœnitentiæ, ut prædictum est. [n]

i In ca. sacrificiũ, de consec. di. 2.

3 Infertur tertio, quod sacramentalis confessio, [o] non fuit inuenta, neque instituta in paradiso terrestri, [p] neq; a Iosue, [q] neq; a Iacobo Apostolo, [r] neq; ab Ecclesiæ consuetudine, [s] sed immediate a Christo Dño nostro, ut tradit Aquinas: [t] etenim ex præfata definitione colligitur, hanc confessionẽ sacramentalẽ esse partem substantialem eius iuxta S. Thomam [u] & communem opinionẽ, [x] ut latius diximus. [y] Id quod etiam explicauit Conc. Trid. [z] declarans id fundari irrefragabiliter in illo. [a] *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.*

k Mat. 11.

4 Infertur quarto confessionem factã homini laico non esse sacramentalem, ob idque suo loco & tempore repetendam esse, secundum omnes. [b]

l In 4. libr. sent. dist. 3.

5 Infertur quinto, huiusmodi confessionem sacramentalem, & auricularem, ut legitima sit, requirere sexdecim cõditiones, quæ ijs uersibus continentur.

Sit simplex, humilis cõfessio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, & discreta, libens, verecunda.

m Sess. 7. ca non. 1. de sacramentis in genere.

n Supra ca. 1. nu. 35. & præl. 10. num. 4.

o Vt in glo. summæ de pœn. dist. 5. nu 2. diximus.

p Vt quidã relati ab ea. gl. dixerũt.

q Vt alij quos eadẽ glos. refert asseruerũt.

r Et alij ibi, relati affirmarunt.

s Vt ipsamet glos. a Canoni. ibi & in capi, ois de pœn. & remiss. cõmuniter recepta videtur inuenire.

t In 4. lib. sen. dist. 16 & dist. 17.

u In 3. par. q. 6. artt. 2. & in dis. 4. lib sent. dis. 2. q. 1. ar. 2. & dist. 5. q. 1. art. 1.

x In eod. 4. lib. sent. dis. 17.

y In 1. par. glo. summa de pœn. dis. 5. num. 14.

z Vbi sup. & in sess. 14. ca. 5. & canon 3.

a Ioann. 1.

b In 4. lib. sen. dis. 17. & c. quem pœn. dist. 1.

Vbi nuperime multa de confess. scripsimus.

Inte-

Integra, ſecreta, & lacrymabilis, accelerata.

Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.

Quæ quidem ſexdecim conditiones explicantur a S. Thoma [a] & a S. Antonino [b] nosque etiam [c] copioſius & vtilius explicauimus, dicentes in ſumma, quod *Simplex*, inſinuat, quod ſit ſine plica generalitatis, vel diſiunctionis verborũ, ſic vt confeſſarius peccatum ita intelligat, vt poſſit diſcernere, an ſit mortale, vel veniale.

a *In 4. libr. ſent. diſt. 17. q. 3. art. 3.*

b *In 3. par. tit. 14. & c. 1. & 2.*

c *In c. fratres, de pen. diſt. 5. n. 2. & ſeqq.*

6 Circa quod multi grauiter errant, q mortaliter peccarunt nimis comedẽdo, nimis bibendo, loquendo, ridendo, murmurando, irridendo, iocando, & alia ſimilia faciẽdo: quę cum poſſint eſſe, imo frequenter ſint venialia, confeſſarius intelliget, illa eſſe venialia. Quare oportet diligenter explicare circunſtantias, p quas facta fuerũt mortalia: puta quod fuerunt facta cum notabili Dei vel ſanctorũ, vel Eccleſiæ, vel ſacramẽtorũ, aut religionũ irreuerentia: aut cũ notabili aliquo nocumẽto ſalutis ſpiritualis, aut corporalis, honoris, famæ, vel alterius rei, ſiue ad ſe, ſiue ad proximũ pertinẽtis: vt ita conſtet, an grauitas culpę peruenerit ad mortalẽ, necne, niſi ex qualitate perſonæ, vel modo confitendi confeſſarius talẽ conijciat paruitatẽ vel grauitatẽ malitiæ, [d] per ea, quæ infra ſuper vnoquoque præcepto, [e] tradentur.

d *Vt diximus ſupra prælud. 5. num. 11.*

e *Ab 11. c. vſq; ad 31. & ſuper utroque & tio cap. 23.*

7 *Humilis*, id eſt, cum ſignis animi ſubmiſſi, modeſtique. *Pura*, id eſt, ſine miſtione rerũ impertinentiũ. *Fidelis*, ideſt, ſine mendacio: maxime in his quorũ veritatẽ confeſſio neceſſario requirit. *Frequens*, ideſt, quod fiat ſæpe: quæ conditio apponitur pp illum, qui ſæpe cadit: quæ quidẽ eſt ẽm conſilium: præterquã in illis tm̃ caſibus & temporibus, quibus ea præcipitur fieri a iure, vel ſtatuto.

Nuda, quod locis, aut alia re peccati grauitas non occultetur. *Diſcreta*, quod fiat verbis honeſtis, ſitque debitis circumſtantijs explicata, *Libens*, hoc eſt, voluntaria: nempe ſi fiat (ſaltem principaliter) pp Deũ: licet alioquin minus principaliter ex verecundia, vel quacunque alia humana cauſa is, qui confitetur, moueatur. *Verecunda*, videlicet, ne ſicuti fabula, vel hiſtoria impudenter narretur: ſed cum pudore cordis, quẽ facies ipſa præ ſe ferat. *Integra*, quod nullũ crimen (ſaltẽ lethale) cuius adhibita debita diligentia recordatur, taceat. *Secreta*, quo ſignificatur primo quod ab eodem pœnitente, non autẽ per alium faciẽda ſit: deinde, quod nullus teneatur confiteri, tertio alio audiente, imo neq; licet regulariter, ſaltem de peccatis occultis.

Cæterũ, quia ex p̃dicto verbo, *Regulariter*, intulerunt aliqui viri pij, me ſenſiſſe hoc loco, licere aliqñ publice cõfiteri, quod videbatur eſſe contra hanc conditionẽ ſecreti oĩbus probatã: & quod ipſe poſt ſanctũ Antoninũ, [f] & poſt Caietanũ. [g] dixit eſſe peccatũ infamare ſeipſum, cõſtituendũ eſt, qđ cõfiteri publice nõ eſt illicitũ, eo quod ſpeciatim id prohibuerit Dñs noſter Ieſus Chriſtus, ſed quia regulariter non licet publicare propria peccata: verumtñ quia nonnũq̃ licet publicare illa in aliquẽ fin̄ẽ bonũ, prout rationibus & exemplis Sanctorũ Ambroſij, & Anſelmi ꝓbauimus: [h] ideo etiam licet aliqn facere dictam confeſſionem, audientibus alijs, vt ſcite declarauit ſanctum Concil. Trid. [i] ſubdens, quod Chriſtus non præcepit, quod peccator confiteatur publice: ſed quod non vetuit, quin aliquis in vindictam ſuorũ ſcelerũ, & ſui humilitatem, cum ob alio rum exẽplum, tum ob Eccleſiæ offenſæ ædificationem delicta ſua publice confiteri poſſit. Propter quod tollitur ſcrupulus de valore, ac iuſtitia illarum confeſſionum, quæ fiunt in mari a periclitantibus, & a peſte infectis, remotis a confeſſario, & a vulneratis in prælijs inter me dendum, audientibus chirurgis, & alijs opitulantibus. Illarũ itẽ, quæ fiunt p interpretẽ ab ignorante idioma confeſſarij, quia non deſinunt valere, & eſſe legitimæ, eo quod alij eas audiant.

f *2. par. t. t. 3. c. 4. §. 1.*

g *1. 2. q. 73 art. 3. in ca. inter verba 11. q. 3.*

h *In d. cap. inter verba.*

i *Seſſ. 14. cap. 5.*

Lacrymabilis, ideſt, quæ ſecũ gerat cõtritionem, ſupra [k] definitam: vel ſaltem attritionẽ illã ſecundã, quam [l] memorauimus *Accelerata*, id eſt, vt ſimulatque peccatum commiſſum eſt, fiat, quod quidem eſt conſilium, ut dicetur infra [m] *Fortis*, ut præ timore, aut pudore, uel verecundia, nihil ex neceſſario dicendis omittatur. *Accuſans*, ſe ſeipſum: non autem carnem, mundum, aut dæmonem, vel ſaltem non æque, aut ita principaliter, ſicut ſeipſum, *Parere*, demum *para-*

k *Cap. 1. n. 1. & ſeqq.*

l *Supra ca. 1. num. 44. & ſeqq.*

m *Nu. 11.*

ta, nempe, confeſſario, ita vt pœnitens habeat in animo exequi, quod confeſſarius ei præceperit: quod quidē partim eſt de conſilio, partim vero de pcepto.[a]

9 Infertur ſexto, per ſolam legem diuinam nō eſſe definitum tēpus, quo homo confiteri teneatur, eſſe autem definitum iure canonico humano, omnes peccatores ſemel in anno obligari ad confitendum. [b] Religioſus autem S. Benedicti, & alij ſaltem de honeſtate duo decies in anno, ſemel ſcilicet ſingulis menſibus, ad confeſſionem adſtringuntur. [c] oēs item ſanctimoniales. [d] Vnde, ſm communem opinionem, non tenetur peccator ſimul ac mortifere peccat ſtatim cōfiteri: etiamſi fuerit ſacerdos, aut monachus, vel peccatum ſit notorium, ſecundum Panormitanum, [e] Sanctum Thomam communiter receptum, [f] id quod nos etiam [g] copioſius diſputauimus: quicquid dicat Innocen. [h] præterquam quando vult ſacram communionem accipere, aut ſacrum facere, & habet copiā cōfeſſarij iuxta gloſſam ſingularē otium calculis approbatā [i] & nūc denuo a ſancto Concilio Tridentino [k] confirmatum contra nouā Caietani opinionem. [l] Quocirca qui accedit ad quemcunque ordinem ſacrum recipiēdum, quoniam ſacram Euchariſtiam accipere debet, vti communi opinione receptum eſt, debet confeſſus accedere ſecundum B. Thomam, [m] vel etiam quando inſtat veriſimilis mortis articulus, quem definit eſſe Panormitanus, [n] illū quo homines communiter moriuntur, qualem facit probabile naufragium, imminens prælium, & grauis, & acuta febris, [o] tempus item pariendi, [p] vt poſt Hoſt Panormitanus [q] concludit, ſaltem quo ad mulierem, quæ numquam peperit, vel experta eſt partus difficiles.

10 Debet item cum probabiliter credit, ſe per totum annum non habiturū opportunitatem confitendi: vel etium quando conſcientia dictat, illum ād cōfeſſionem teneri, [r] quamuis ad hoc ſatis eſſet, illam deponere, ſi fuerit erronea, [s] vel quando vouiſſet pluries confiteri [t] vel etiam, ſecundum aliquos, quando ſtatim confeſſionem & communionem in Paſchate recordaretur, ſe fuiſſe oblitum alicuius culpæ mortiferæ in confeſſione: quod tū nullus tenet, nec ratio concludit neceſſario faciendum, & ita non eſt aſſerendum, [u] niſi forte in illo, qui iam ad ſacrę Euchariſtiæ perceptionem accinctus, antequam eam ſumat recordatur alicuius mortalis culpæ nōdū confeſſæ, & ne alijs ſit ſcandalo, aut impedimento, aut quia eius confeſſarius non eſt præſens, communicat, proponēs eam ſtatim a communione confiteri, nolens in ſequentem annum confeſſionem illius peccati differre: quod licet ſecundum rigorem iuris antiqui nō poſſit probari eſſe neceſſarium, ſi propoſitum illud nō peruenit ad votum, ſi quidem cum eo nō peruenerit non habuit vim obligandi, ſm Archidia. [x] & ea, quę alibi nos tradimus, [y] videtur tamen ꝓbari de iure nouo Concil. Trid. [z] quatenus præcipit, vt qui neceſſitate vrgente abſq; præuia confeſſione celebrauerit, quā citiſſime poſtea confiteatur, & vī, quod ſi concilium interrogatum fuiſſet de laicis, qui licite interdum communicant abſque præuia confeſſione, veluti in prædicto caſu, vel alijs huiuſmodi, in quibus deeſt copia confeſſarij, idē, & de illis definiſſet, & ita vī definiſſe iuxta gloſſam ſingularem. [a] An aūt pp obligationis periculum quis ante tempus ſtatutū cōfiteri teneatur, dicemus infra. [b]

11 Sexto, dicimus, quod poſt primam huius libri editionē ſanctū Conc. Trid. [c] excommunicauit eū, qui dixerit, confeſſionem ſacramentalem non eſſe vel inſtitutam, vel ad ſalutem neceſſariam iure diuino ei, qui poſt baptiſmū in culpam lethalem inciderit, aut non fuiſſe a Chriſto Domino inſtitutam & præceptā. Eum itē, qui dixerit nos non obligari iure diuino ad cōfitendum omnia, & ſingula peccata mortalia, quorum memoriam cum debita, & diligenti præmeditatione habemus, etiam occulta, & interna, ſolo voluntatis conſenſu abſque verbis & operibus conſummata, & circunſtantias, quæ ſpeciem peccati ex una ſpecie in aliam mutant. [d] Eum itē, qui aſſeruerit, hanc confeſſionem omnium peccatorum, quā Eccleſia ſeruat, eſſe impoſſibilem; vel illā habuiſſe originem a conſuetudine, vel ordinatione Eccleſiaſtica, vel ad eā nō teneri oēs, & ſingulos vtriuſq ue ſexus Chriſti fideles,

&

a Vt inferius, cap. ſequenti explicabitur.
b Ca. omnis de pœn. & remiſſ.
c Clemē. in agro §. ſāc. iuncta gloſ. de ſtat. mo.
d Cap. 10. ſeſſ. 25. de reg. & monial, Conc. Trident.
e In præcita to, c. omnis, de pœn. & remiſſ. n. 20
f In 4. libr. ſent. diſt. 17. q. 3. art. 1.
g In ca. fratres, de pœ. diſt. 5. a n. 9
h In d. cap. omnis, et gl. in ſumma, de pœn. eo. diſt. 5. in cuius tertia parte, n. 27. & ſeqq. id diximus.
i In cap. de homine, de celeb. miſſ. ꝓ arg. a contrario ſenſu
k In ſeſſ. 13. cap. 7.
l In 3. par. q. 50. art. 9. & in c. 11. diſt. 1. ad Corin. & in ſum. verbo. commun. et inferius ca. 21. nu. 49. dicemus.
m Quod li. 1 art. 11.
n In ca. pa ſtoralis, §. 1 n. 5, de offi. ord.
o Cap. cum infirmitas de pœni & remiſſ.
p Arg. l. 2. § ſi non ꝓpter, ff ſi quis caut. o n. bus.
q Vbi ſupr.
r Argum. ca. final. de præſcript.
ſ Argu. ca. iquiſitioni. de ſent. excomm.
t Arg. cap. magna de voto.
u Arg. c. le gatur 24. q. 2.
x In cap. 1. 17. quæſt. 1.
y In c. fratres. nu. 19. de pœn. diſtin. 5.
z Seſſ. 13. cap. 7.
a In l. tale. pactum. §. fi. ff. de pac.
b Cap. 21. num. 35.
c Seſſ. 14. c. 5. & cano. 6.
d Cap. 5. et canon. 7.

& ob id ſuadendum eſſe eis, vt non confi-
a Ca.5 & 6. cano. 8. & ſeſſ.3.ca no.9.de ſacroſ. Euch. teantur tempore Quadrageſimæ. [a] Vel quod non eſt bonum confiteri peccata venialia. [b] Quo fit, vt temerarium ſit aliquorum laicorũ iudiciũ, qui iudicãt clericos, [c] & religioſos toties peccaſſe
b Eod. c.5, & cano.7. mortaliter, quoties vident, eos confiteri, quod ſæpe prædicari deberet ad ſeruandã famã illorũ, qui frequentant cõfeſſionẽ, etiã cũ eis non eſt neceſſaria, ad eos in id animandũ, ne tam pium, & ſalutare opus omittãt, quod vidi omitti ab aliquibus, ne dicerentur, vel crederẽ tur ab eis, qui viderent eos tam frequẽter confiteri, peccata mortalia confeſſos fuiſſe, & conſequenter tã frequenter peccaſſe mortaliter. Quãdo autem, aut in quibus caſibus confeſſio, quæ nulla
c Cap.9.n. 3. & ſeq. eſt, debeat iterari, dicetur infra. [c]

DE SATISFACTIONE, tertia parte ſacramenti pœnitentiæ. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Satisfactio quid. Et eſt neceſſaria etiam poſt reſtitutionem.* 2.
3 *Satisfactio triplex non eſt neceſſaria ab triplex genus peccati.*
4 *Satisfactio fit opere alias debito. Et cur melior impoſita* 5.
6 *Satisfactio ſacramentalis in mortali facta quid prodeſt.*
7 *Pœna peccati temporaria, in quã æterna mutatur, an per bona opera in malo ſtatu facta tollatur.*
8 *Bona in malo ſtatu facta proſunt etiã ad præuia gratiæ.*
9 *Satisfactio vna penſat offenſam factã, altera cauet futuram.*
10 *Occaſio peccandi propinqua cauenda, non remota.*
11 *Miles & mercator non tenetur neceſſario abſtinere ab arte ſua.*
12 *Occaſio, quæ eſt propinqua peccandi vni, non ſemper eſt alteri.*
13 *Pœnitens non tenetur credere, ſe non peccaturum in arte ſua.*
14 *Occaſio propinqua ſtudioſe definita.*
15 *Occaſione, de qua credendum, quod raro inducet ad mortale.*
16 *Matrimonio inualido coniuncti ut poſſunt licite cohabitare.*
17 *Abſoluendus quando quis, licet peccãdi occaſionem non vitet.*
18 *Miles volens redire ad bellum, quod credit iniuſtum, non abſoluendus.*
19 *Concubinarij qui non poſſint abſolui, & qui poſſint.*
20 *Hoſpita ſolita pollui cum hoſpite quomodo poteſt abſolui.*
21 *Abſoluenda quæ familiares peccantes cum cognatis, & heris, & num.* 22
23 *Abſoluendi, qui aulici non ſunt regina rum menſis præſentes: & num.* 24.
24 *Abſoluendus non eſt miſcens ſe catui la ſciuo: & num.* 26.
25 *Abſoluendus non eſt qui comedit ad mortale incitant.a.*
26 *Clyſtera quis fundẽs nõ abſoluendus.*
27 *Fæminam quis manuducens non abſoluendus.*

DE ſatisfactione dicimus multa. Primo, quod ſatisfactio ſecundũ Scotum [d] bifariam ſumitur, large videlicet, ſiue in genere, [e] & ſtricte, ſiue in ſpecie. [f] Et large quidem accepta comprehendit reſtitutionem, quippe quæ eſt genus ad illã, vt innuit gloſſa [g] & diximus. [h] Accepta vero ſtricte differt ab illa, qm reſtitutio eſt redditio rei acceptæ, vel damni illati compenſatio, ſm oẽs, [i] vel repoſitio rei in eũ ſtatum, quẽ habuit. [k] Neque enim eſt ſolutio ratione culpæ contra Deum commiſſæ, imo poti° eſt à peccato ceſſatio, iuxta cõmunem ſententiã. [l] Satisfactio vero in ſpecie accepta, nempe pro tertia parte ſacramenti pœnitentiæ definiri poteſt, vt nuperrime definiuimus, [m] *Paſſio voluntaria pœnæ pro peccato, ad placandũ Deum, cum propoſito nõ offendendi eum amplius.*

Dixi, *Paſſio* pro genere, & non, vt in alia editione, Compenſatio, quia compẽſatio proprie non eſt ſimplex ſolutio, ſed debiti, & crediti inuicem inter ſe contributio, [n] qualis non videtur proprie oĩs, de qua loquimur, ſatisfactio.

Dixi, *Voluntaria:* quia debet eſſe act° virtutis, vt probat S. Thomas communiter receptus, [o] & omnis actus virtutis debet eſſe voluntarius, iuxta illud. [p] *Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine.*

3 Ex qua definitione confertur id, qđ Catholica doctrina contra execrandam Lutheranorũ temeritatẽ nos docet: vi-

d *In 4.lib. ſen. diſt.*15. *q.*1.*art.*1.
e *Vt in l.*1. *ff. quæ ſat. ſol. cogan. & in l.ſi re miſſ. §. omnis. ff. de pignor. act.*
f *Vt in cap. perfecta, de pœn. diſt.*1. *& in c. ſatisfacti. de pœ. diſtin.* 3.
g *Cap. peccati venia. de reg. iur. lib.*6.
h *In rubri. de reſt. ſpol.*
i *In 4 libr. ſen. diſt.*15. *& toto tit. de reſt. ſpol.*
k *l. reſtituere, ff. d. Scrbor. ſign. & ca. ſi quem, §. fi.* 2.*q.*3. *& diximus latius in dicta rubr.*
l *In dict. d.* 15. *quã probat ca ſæpe de reſt. ſpol.*
m *In ca. ſatisfacti, pœnit. diſt.* 3. *num.*2.
n *l.*1. *ff. de compenſ.*
o *In 4. libr. ſen. diſt.*15. *q.*1. *art.*1.
p *Pſal.*118

delicet eum, qui peccauit, non ſolum teneri ad reſtituendum damnum illatum alteri, ſi quod intulit,[a] verum etiam ad ſatisfaciendum Deo pro offenſa, & iniuria ei per rebellem tranſgreſſionē eius præceptorum facta, ſiue alteri noceat, ſiue non, ſicut reſolute diximus,[b] nempe fore neceſſarium pœnitēti propoſitū ſatisfaciendi Deo in hac vita per pœnitētiā, aut indulgētiā, vel in purgatorio p pœnā. An vero teneatur ſub pœna peccati acceptare pœnitentiam a ſacerdote iniunctam, & ad habendum propoſitū ſatisfaciendi in hac vita dicemus infra,[c] vbi cōtrarias opiniones referemus

3 Secundo dicimus, ſatisfactionem tripliciter fieri: videlicet ieiunijs, orationibus, & eleemoſynis ſecundum omnes,[d] ad quas, omnes aliæ ſatisfactiones reducuntur, quoniam vigiliæ, peregrinationes, & aliæ huiuſmodi, quæ carnem affligunt, ieiunio adnumerantur: opera vero miſericordiæ corporalia eleemoſinis, ſpīalia vero orationi, ſm Scotū.[e]

Tertio dicimus, non eſſe ſatis limitatum illud, quod multi dicunt ſ. quod ſicut tribus modis contingit peccare, corde videlicet, ore, & opere, ita tribus modis oportet ſatisfacere: nempe corde p contritionem, ore per confeſſionem, & opere per ſatisfactionem, qm̄ hic non agimus de contritione, & confeſſione, q̄ ſunt aliæ partes ſacramenti pœnitētiæ, ſed ſolum de ſatisfactione, quæ eſt tertia pars ab illis diſtincta. Et ſi reſponderis, contritionem, & confeſſionem, quatenus ſunt duo opera pœnalia, poſſe nū cupari ſpecies huius tertiæ partis, licet alioqui ſunt duæ pārtes eiuſdem ſacramēti pp diuerſas rōnes, replicabo, eſſe multa peccata, quæ non perueniunt ad os, & plurima, quæ non perueniunt ad opus, pro quibus tamen omnibus eſt ſatisfaciendum.

4 Quarto dicimus, quod hæc ſatisfactio fieri poteſt per bona opera alias debita, vt copioſe deducit Caietanus,[f] dū tamen illa fiant non ſolum ad debitum perſoluendum, verum etiam ad ſatisfaciēdum pro peccato: quin etiam poteſt fieri per ærumnas, tribulationes, & flagella a Deo nobis inflicta, & patienter tolerata, offerendo ea in recompenſatiōē noſtrarum offenſarum, iuxta S. Thomam,[g] quod poſtea Conc. Trid. redegit in articulum fidei.[h]

5 Quinto dicimus, quod ſatisfactio a confeſſario iniuncta, & a pœnitente acceptata duplici ex cauſa eſt præſtantior illa, quam quiſque ſponte ſua ſuſcipit. Primo, quia eſt illa magis ſatisfactoria, nam ex definitione colligitur eſſe quid ſacramentale, quod cæteris paribus ob ſacramenti fomentum maiorem habet effectum, iuxta ea quæ diximus.[i]

6 Deinde quia ſecundum omnes, ſatisfactoria eſt, licet fiat in peccato mortali, ſaltem pro tempore, quo peccator ab eo ſurrexerit, altera vero minime, iuxta S. Thomam & alios,[k] licet nos[l] opinionem magis communem Scoti, & Io. Maioris,[m] tenuerimus, dicentes, eā non ſolum valere quoad militantem Eccleſiam, ſed etiam quoad triumphātem cōtra diſtinctionē Cardinalis Caietani.[n]

7 Neque obſtat, quod quidam dicitur opponere, quod ſecundum S. Thomam, & quoſdam alios, nullum opus in ſtatu peccati mortalis factū eſt ſatisfactoriū pro pœna peccato debita, ea ratione, quod opera noſtra bona non ſunt ſatisfactoria, niſi virtute paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & q̄ illa non cōmunicatur, niſi eius amicis, ſibique gratis: non inquam, hoc obſtat. Tum quia etiā ipſe affirmo,[o] id tenere S. Thomam,[p] Bonauēturam, Ricardum, & Durādū,[q] Caietanum[r] quorum ſententiam appello communem ibi.[s] Tum quod non eſt pro communi opinione auctoritas aliqua, cui neceſſario ſit ſtādum, nec ratio, quæ neceſſario eam euincat. Tum quod omnes ſentiūt, pœnitentiam a ſacerdote iniunctam, & in peccato mortali adimpletam prodeſſe pro tempore, quo peccator ad gratiam ſurrexerit. Tum quod ēt idem S. Thomas poſt Magiſtrū[t] tenet[u] ſuffragia facta pro defunctis ab exiſtente in peccato mortali prodeſſe illis, qui ſunt in purgatorio, quod etiam Auguſtinus triumphus Anconitanus aſſeruit[x] quem retulimus.[y] Tum quod multi tenent, peccatum veniale poſſe remitti abſque mortali, quorum ſententiam validis argumentis muniuimus.[z] Tum quod ipſemet Chriſtus, & Apoſtoli eius ad preces aliquorum peccatorū ſanarunt multos ægrotos, etiam antequam

a Ca. ſi res 14. q. 6. & reg. peccatā de reg. iur. lib. 6.

b In cap. 1. §. ponat ſe. de pœn. diſt. 5. & in d. cap. ſatisfact. de pœn. d. 3. & dicemus inf. ca. 26.

c In d. c. 26 nu. 1. & 10

d In 4. lib. ſent. diſt. 16 & facit ca. anima 13. quæſt. 2.

e In præctato 4. libr. ſent. diſ. 15. q. 1.

f Tomo 1. Opuſculor. Opuſc. 6. q. 1.

g In 4. libr. ſent. diſ. 15. q. 1. art. 4.

h Seſſ. 14. c. 8 & 9. can. 17.

i In ca. 1 in princ. de pœ. d. 6. nu. 36.

k In 4. lib. ſent. diſ. 16. q. 1. art. 2.

l In præcitato cap. 1. in prin. n. 46.

m In dict. 4 lib. ſent. diſ. 15. q. 1.

n In dicto tomo 1. Opuſculo. Opuſc. 6. q. 1.

o In ca. 1 in prin. n. 46. de pœn. d. 6.

p In 4. lib. ſent. diſ. 15. q. 1. art. 3.

q In ea diſ. 15.

r In præcitato tomo 1. Opuſculo. Opuſc. 6. q. 1. ſ Et in eod. c. 1. §. ſacerdos, nu. 27. & ſeq.

t In 4. li. ſē. d. 45.

u In 2. lib. ſen. diſt. 41. q. 1. ar. 4. q. 1. ad 5.

x In ſūmæ de poteſt. atepapæ, 1. pa. q. 32. ar. 2.

y In tracta. de Iobel. no tab. 22. nu. 3. & in ca. fin. nu. 5. de pœn. d. 4.

z In præcitato, § ſacerdos, nu. 25.

quã iustificarentur. 8 Tũ quod rationi eorum noue responderi potest, concedendo quidem, opera nostra non esse satisfactoria pro pęna peccato debita, nisi per virtutem, quam accipiũt ex passione Christi, vt declarat sacrum Concilium Tridentinum.[a] & quod illa non cõmunicatur, nisi suis amicis, sibique gratis, quoad gratiam, & gloriam æternã, nec consequenter quoad remissionem æternæ pœnæ, vt sentit idem Conc. Triden.[b] negando tamen, quod non communicetur bene operantibus quoad pęnam temporalem, in quam, remissa culpa, commutatur æterna, vt satis sentit idem Conc. quatenus habet, eam communicari, quoad præparationem necessariam ad consequendam gratiam iustificantem, quod est maius, quam remissio pœnæ temporalis, in quam iam commutata est per remissionem culpæ. Tũ quod bona in statu peccati mortiferi facta prosunt ad multa iuxta glossam,[c] & nos quoque post alios vtrobique tradidimus,[d] etiam tangentia iustificationẽ, qualis est præparatio ad gratiam: auxilium item speciale ad illam faciendam, vt prædictum Conc. satis probat.[e] Tum quod maior ratio suadet, vt communicetur quoad pœnam temporariam, quã quoad pœnam æternam, quæ commutata est in temporalem: & communicato principali videtur communicatum accessorium.[f] Tum denique quod cõmunis opinio non facit ius, imo vnius sentẽtia meliore ratione fundata debet ei pręferri. 8 Quare non damnantes communem credimus, hanc esse veriorem, & eam cupimus esse omnibus persuasã ad effectum implendi pœnitentiam, & faciendi multa bona opera in malo statu peccati. Cupimus autem alteram credi ad effectum magis abominandi peccata mortifera, & horrenda monstra, eo quod secundum illam, non solum auferunt gratiam, sed ẽt facultatem satisfaciendi pro pœna temporaria peccatis iam condonatis, & venialibus debita, quod etiam insinuauimus alibi.[h]

Sexto dicimus, quod post primam editionem huius libri Concil. Trident.[i] excommunicauit eum, qui dixerit totã pœnam simul cum culpa remitti semper a Deo, ita vt non sit opus amplius quã credere, Christum Dominum pro omnibus satisfecisse. Excommunicat item affirmantem, non satisfacere nos Deo pro peccatis per pœnam temporalem, in quam commutatur æterna: nec per veniam culpæ, mediantibus meritis Domini nostri Iesu Christi: nec sufferendo mala pęnę nobis a Deo inflicta, vel a confessario iniuncta, vel a nobis spõte suscepta.[k] Excommunicauit item asserentem, satisfactiones, quibus pęnitentes per Christum Iesum peccata redimunt, non esse veros Dei cultus, sed traditiones hominũ, & doctrinã humanitus adinuentam, gratisq; confictam.[l] Est tamen notandum, quod vt dictum Concil.[m] definit, nostræ satisfactiones non habent vim, neque efficaciam, nisi nitantur meritis Domini nostri Iesu Chtisti, qui eam eis tribuit.

9 Septimo dicimus, quod cum in exordio huius capitis dr̃, quod satisfactio hæc, quæ est tertia pars sacramenti pœnitẽtiæ, habet duas partes quarum vna est passio voluntaria pęnę pro peccato, seu offensa facta: & altera abstinentia a facienda: & quod hæc, secunda pars requirit, vt B. August. ait,[n] vt excindantur caussæ peccandi, quærunt nonnulli grauissimi & peritissimi cõfessarij grauissimas, & quotidianas quæstiones, quarũ decisio pendet ex duabus generalibus. Altera est. An ad absoluendum pœnitẽtem sit necessarium, vt ille statuat, se nõ vsurum amplius occasione aliqua, quæ illum ad peccandum impulit? Altera, An sit opus ut statuat, nũquam se præbiturum alteri occasionem peccandi, quã antea præbuerit.

10 Ad quarum priorem respõdebimus in hac additione: ad posteriorem vero in ea, quam faciemus infra.[o] Respondemus itaque primo, non teneri statuere numquam se vsurum occasionib. remotis. Nam alioquin, sicut ad aliud propositũ inquit Paulus, esset necesse migrare ab hoc mundo: si quidem quidquid fere in eo est, potest esse occasio peccandi, quia potest esse talis occasio bona valetudo, & morbus, diuitiæ, & paupertas: habere, & non habere vxorẽ, parẽtes, liberos, consanguineos, amicos: pax item, & bellum, prospera, & aduersa: & quid non? P Nec etiam tenetur statuere,

& c. de quotidia. nu. 11 de pœn. d. 3.

a Sess. 14. c. 1. & 9. & can. 13. & 14.

b Sess. 6. c. 8.

c Ca. quod quidam de pœn. remiss. & c. quærat. §. quod autem, de pœ. dist. 3.

d Et in hoc Enchirid. supra præl. 7. nu. 3. & latius inf. ca. 27. n. 279.

e In dicta ses. 6. c. 7.

f Argum l. cum principalis, & l. nihil. §. cũ principalis, ff. de regul. iur. & cap. accessorum de reg. iur. lib. 6.

g el. 2. § sed nec. C. de veter. iur. nuclean. vnde hoc Panor. receptus colligit.

h Sub finem præcitati. §. sacerdos.

i Sess. 14. c. 8. & 9. & can. 12.

k Cano. 13.

l Cano. 14.

m In præd. cap. 8.

n In cap. satisfactio de pęnit. dist. 33. & in li. de dogmat. Eccles. cap. 54.

o Ad cap. 14. nu. 32.

p 1. Ad Corinth. 5.

q Iuxta ca. de occidendis, sub fin. 21. qu. 5. & ea, quæ ne[illegible] tantur Thom. [illegible] q. 43. ar.

re, ſe perpetuo abſtenturum ab occaſionibus propinquis peccati venialis, quia cum ad ſui abſolutionem non ſit neceſſarium propoſitum nunquam venialiter peccãdi: ita neque erit neceſſarium propoſitum nunquam vtendi occaſionibus ſic peccandi. [a]

Reſpondemus ſecundo, neceſſarium eſſe abſtinere a propinquis: ſed quales dicuntur huiuſmodi? Reſpondeo, quod mallem audire alium optime reſpondẽtem, quam reſpondere: quia nemo, quẽ viderim, id pro dignitate definit, & ſufficiens eius determinatio eſt difficilis.

11 Primo quidem, quia non videtur ſatisfacere illa Gregorij: [b] licet ſit omniũ optima, ſcilicet: quod eſt illa, qua non poſſumus: aut non ſine magna difficultate vti ſine peccato: quoniam Sanct. Leo [c] dicit difficile eſſe, militi & negotiatori abſtinere ſe a peccato, ſuam artem exercendo, & certum eſt, quod licet ſit bonum conſilium pœnitenti militi, aut negotiatori, ne ad artem ſuam reuertatur, [d] non tamen eſt neceſſe, vt probauimus, [e] qđ illius dicta cõtinẽt.

12 Deinde, quia id, quod vni eſt occaſio propinqua huiuſmodi non eſt alteri nam adoleſcenti & puellæ eſt occaſio propinqua huiuſmodi degere ſolos in eadem domo, [f] qualis tamen non eſt ſeni, & puellæ, neque vetulæ & adoleſcẽti: Præterea non eſt, vt plurimum, talis occaſio cohabitatio cũ matre ſua, filia, nepte aut ſorore, [g] quandoque tamen fic. [h] Adire item conſpectum tyranni principis Turcarum, eſt occaſio propinqua huiuſmodi deficiendi a fide homini puſillanimo, & inconſtanti: non tamẽ forti & conſtanti, imo eſt occaſio martyrij. [i] Denique nulla occaſio eſt, quæ nos poſſit cogere ad peccandum: quia, vt inquit Auguſt. [k] *Peccatum adeo eſt voluntarium, vt nullo modo peccatum ſit, ſi non ſit voluntarium*, [l] & tradit Aquinas [m] & nulla occaſio eſt, quæ aliquando non faciat peccare aliquem: & quod peius eſt, nullum eſt officiũ in quo qui in eo verſantur, interdum non peccent, iuxta illud [n]: *Quid eſt in hominum vſu bono ac licito, vnde non poſſit pernicies irrogari?*

13 Reſpondemus tertio, quod, vt aliqua occaſio ſit huiuſmodi, non ſatis eſt, vt pœnitens, & confeſſarius credant, quod niſi pœnitens ſe abſtineat ab ea, nonnunquam ob eam peccaturus eſt, etiam mortifere in ſuis officijs, neque oportet id credere, vt pœnitens abſoluatur, iuxta Innoc. receptum: [o] quamquam teneatur proponere, nunquam ſe amplius ope diuina mortaliter peccaturum, & paucorum militum, & negotiatorum confeſſarij credunt, illos in poſterum non peccaturos mortaliter in illis ſuæ vitæ artibus, attamen, vt dictum eſt, non debet eis præcipere, ne ad eas redeant, cum neque B. Ioannes Baptiſta præceperit, [p] militibus ab eo quærẽtibus, quid facto opus eſſet, vt ſalui fierent, deſerere militiam. neque Eccleſia præcipit militi aut negotiatori, ne perſeuerent in ſuis officijs: quamuis id conſulat, [q] imo numerat illa inter licita, tametſi periculoſa [r]

14 Quarto reſpondemus, quod occaſio propinqua huiuſmodi, a qua pœnitens neceſſario debet abſtinere, atque ſtatuere, ſe nunquam ea vſurum, vt a confeſſario abſolui poſſit, eſt omnis illa, & ſola, *quæ eſt peccatum mortale, aut talis occaſio peculiaris, qua credit, vel debet credere confeſſarius, vel pœnitens, numquam, vel raro, ſe vſurum ea ſine peccato mortali, bene perpenſis eius circũſtantijs.* Dixi, *Quod in ſe eſt peccatum mortale*, vt includerem officiũ, & artem Necromantiæ, & fœnerandi, & alias artes & officia, quæ nõ poſſunt exerceri ſine peccato mortali. Dixi, *peculiaris*, ad excludendam occaſionem generalem, quam præbet officium, ars, aut exercitium, quo poſſumus vti licite; credimus tamen nos aliquando in eo peccaturos mortaliter, hæc etenim non eſt talis occaſio, ſiquidem illũ, qui dixerit, eam eſſe talem, oportet dicere deferenda eſſe a pœnitente omnia officia, & omnes artes, in quibus aliquãdo peccauit, vt poſſit abſolui, quia omnia prebent occaſionem generalem peccandi, de qua credendum eſt, quod non nunquam in peccatum mortale nos inducet, per proximum ſuperius dictum, cuius contrarium ibi probatum eſt. Dixi, *Confeſſarius aut pœnitens*, quia ſatis eſt, vt alter eorum credat, aut debeat credere. Dixi, *Numquam, aut raro*, vt excluderem eas, quibus frequẽter vtimur ſine peccato mortali, & includerẽ eas, qui-

a Argum. a maiori, iux ta Clem. 1. de reliq. & vene. ſanct. & c. cũ in cunctis de elect.
b In cap. negotium de pœn. diſt. 5. & in hom. 34. in Euang.
c In c. qualitas. & in cap. contrarium de pe. diſ. 5. & in epiſt. 90. ad Ruſticum,
d Vt c. conſideret 1. §. in hu. oĩb. de pœn. d. 5.
e In præcitatis capit. qualitas & cap. contrarium de pœnit. diſt. 5.
f Arg. gloſſ. c. abſit. 11. qu. 3.
g C. volum & ca. cum omnib. 81. diſtinct.
h Cap. 1. de cohabi. cler. & mulier.
i Ca. pro. b. 30. diſt.
k In §. 1. 15. q. 1. & in 1. Retra. cap. 15.
l Faciũt c. to[illegible] habil. et [illegible] ne. 32.
[illegible] 2. q. 7 [illegible] 7. & q. [illegible] ar. 6. &
alibi ſæpe.
n Ca. de occidendis q. 5.
o In ca. omnis de pœn. & remiſſ.
p Luc. 3.
q Iuxta c. conſideret.
§. in ijs de pœn. diſt. 5.
r Cap. noli. c. militare. 23. q. 1. ca. quopiã. 88. diſt. & tradit S. Tho. in 4. lib. ſentent. diſt. 16 q. 4. ar. 2. q. 3.
Occaſio peccati quæ ſit vitanda.

quibus rarissime vtimur sine illo. Dixi, *Perpensis circunstantijs*, vt significarem, quod hæ possunt esse causa, vt eadem occasio sit talis vni pœnitenti, & non alteri: quia possunt facere, vt confessarius, vel pœnitẽs credat, quod numquam, aut raro per eam est peccaturus. Huius autem definitionis probatio nititur eo, quod nemo potest absolui, nisi statuat (saltem virtualiter) numquam se in posterum mortaliter peccaturum. & consequenter euitaturum occasionem, quę ex se sit mortifera, aut peculiaris huiusmodi quã probabiliter credit peccati mortalis causam sibi fore, iuxta illud. [a] *Qui amat periculum, peribit in illo.* [b] quippe nõ vitare huiusmodi occasionem est peccatum mortale: at talis est occasio, qua credit, se fere semper ad sic peccandum impulsum iri,

a Eccles. 3.
b De quolate diximus in c. si quis autem n. 4. & 5. de pœnit. dist. 7.

Ex qua definitione colligitur peculiaris responsio ad grauissimas, & quotidianas quæstiones nobis propositas. Prima est, quod confessarius non debet regulariter absoluere pœnitentem qui nõ vult relinquere occasionem, quæ fere omnes qui sunt ei similes, facit quasi semper mortaliter peccare. Quoniam confessarius & pœnitens debent credere, quod id, quod efficit aliqua causa in vno subiecto, efficiet alia ei similis in alio subiecto simili: a pari enim causa in pari subiecto par producitur effectus. secundum doctrinam Aristotelicam. [c]

c Libro 3. Physicor.

15 Dixi, *Regulariter*: quia bene poterit quando tales occurrunt circunstantiæ, quæ persuadent, quod nunquam, aut raro peccabit propter eam: quamuis non se abstineat ab ea: & re multum ruminata, Spirituique sancto commendata, videtur, quod tunc possunt hoc credere confessarius, & pœnitens, quando quattuor concurrunt. Primum, vera pœnitudo præteritorum. Secundum, verum propositum non peccandi, cum se inuenerit in ea. Tertium, credulitas, quod, Deo iuuante, non peccabit, cum in ea se inuenerit. Quartum, quod subsit aliqua rationabilis causa non se separandi ab ea.

16 Ad quod me mouet. Primo, quod occurrit mihi casus, in quo duo, quorum matrimonium ob certum occultũ impedimentum erat inualidum, post susceptos liberos quatuor annis cohabitarunt in eadem domo expectantes dispẽsationem, separati tantum a toro, continentes se a venereis, non secus ac frater, & soror. Deinde, quod Papa Lucius tertius, [d] definit, posse duos matrimonio iunctos viuere coniunctim, vt frater & soror: licet non valeat eorum matrimonium ob coeundi impotentiam. Cuius argumenti vim non tollet, qui respondebit, quod ea impotentia eos a peccato præseruabat, tum quia poterat alter esse potens, tum quod experientia constat, multa eaque turpissima esse peccata inter multos, qui tametsi non sint ad copulam apti: sunt tamen ad se polluendum, & sordidæ ac fœdæ delectationi indulgendum: & de ijs quidem loquitur prædictus Papa, si satis eius verba expendantur. Tertio, quod non expedit nimis adstringere pœnitentem: *quia qui nimis emungit, elicet sanguinem*. [e] Quarto, quod multũ interest inter peccatum. & occasionem peccandi, quippe non licet vmquam ad peccatum redire: ad occasionem autem licet ob multas causas, quatuor prædictis concurrentibus. Quinto, quod non est opus credere, numquam in posterum se mortaliter peccaturos, per dictum Innocentij approbatum, & superius adductum. [f]

d In c. cõsul lationi de frigid. & male.

e Prouer. c. 30. & c. denique. 4. dist.

f In c. omnis de pœni. & remiss.

17 Secunda responsio, quæ ex prædicta definitione colligitur, est, quod recte faciunt confessarij, absoluendo multos adolescentes, qui versantur inter mulieres, emendo, vendendo, laborando, & conuersando absque cohabitatione illarum in eadem domo: licet non proponant, perpetuo abstinere ab occasione peccandi, quam id illis præbet, quamuis sæpius peccent voluntate, verbis, aut tactibus impudicis, & etiam copula, quia occasio, quæ ex hoc præbetur ad peccãdum, non est ex se peccatum mortiferũ; neque huiusmodi, vt fere semper faciat mortaliter peccare eos, qui ea vtuntur: & consequenter proposita definitio occasionis propinquæ non conuenit illi.

18 Tertia, quod non potest absolui miles, qui vult redire ad bellum, quod credit esse iniustum: neque qui vult redire ad suam Necromantiam, vel Superstitionem, aut exercitium vsurarum, aut cambiorum vsurariorum, aut contractuum

ctuum iniustorum, & alia similia: quæ exerceri sine peccato mortali non possunt, iuxta mentem S. Thomæ. [a]

a 2.2.q.165 art.2.ar.4. & 4.li.sēt. dist.16.q.3. in corpore quæst.

19 Quarta responsio, quod non possunt absolui concubinarij publici, iuxta Angelum, [b] neque etiam hi, de quibus id scitur ab aliquibus, iuxta Siluestrum, [c] quia est occasio, quæ in se est peccatum mortale ob scandalum quod scientibus præbet. vnde conuenit ei prima pars propositæ definitionis.

b In verb. cōcubinat.

c Eodem verbo.

Quinta, quod regulariter nō possunt absolui concubinarij, quamuis occulti, vt dicemus infra, [d] quia confessarius, vel pœnitens debet credere, quod nunquam, aut raro, si simul viuant, omittēt peccare mortaliter voluntate, verbis, vel opere. Dixi, *Regulariter*: quia recte poterunt absolui concurrentibus quatuor prædictis, quæ sufficiunt, & sunt necessaria, vt confessarius & pœnitens credant numquam aut raro futurum relapsum per rationes in secunda responsione adductas.

d Cap.18. num.20, et seq.

Sexta quod non potuit absolui quædam concubina, nolens omittere occasionem & voluntatem vitandi suum cō cubinum ægrotantem, & tenendi, aut porrigendi illi candelam in agone mortis, si sciebatur eius esse concubina: quia est occasio, quæ in se est peccatum ob scandalum, quod datur. imo neq; si nesciebatur, nisi concurrerent illa quatuor, quæ diximus debere concurrere, [e] quem concursum equidem non credere interuenire: nisi illa conciperet, propositum adhortandi eum, saltem generatim, & syncere ad pœnitentiam peccatorum præteritorum, vt eorum memoria per præsentiam renouata sit potius theriaca quam aconitum. Nam tunc, qa cessaret ratio prohibitionis, cessaret quoque prohibitio. [f]

e Sup.n.15

f Cap.cum ecclesiæ, de appellat.

20 Septima, quod confessarius potest iuste absoluere illam hospitam, quæ hospites excipiens, quoties quemdā certū excipit, habet rem occulte cum illo: modo statuat, & polliceatur numquam in posterum se recepturam eum, etiam nō data alia cautione, quia nullus est textus, neque ratio, quæ probet, aliam cautionem esse præstandam. Imo, concurrentibus prædictis quatuor, posset eam absoluere sine huiusmodi proposito & promissione, quando absq; magno detrimento & scandalo non posset eum ab hospitio suo prohibere: modo proponeret, ac promitteret, numquam se solam cum eo solo in aliquo cubiculo separato versaturam, & dicturam, se præteriti ex animo pœnitere, & iam confessam fuisse, propositumque, numquam se amplius cum eo peccaturam.

21 Octaua responsio, quod possunt absolui, sine separatione, cognatæ, ancillę, ac famulæ, quę rem habuerunt cum suis consanguineis, dominis, vel his, in quorum domo degunt, concurrentibus quatuor prędictis: quorum quartum, scilicet causa notabilis, est, quod non possunt sine magno incommodo, & detrimento separari.

Est tamen qnæstio notabilis, An possint absolui prædictæ iterum absq; separatione si reciderint? & videtur nobis posse concurrentibus prędictis quatuor. Et idem dicendum arbitror de tertia, & quarta vice quia nō solum semel aut bis, vel septies: sed etiam septuagies est parcendum, [g] & quia quotidie absoluimus multos, qui quotannis recidunt: & quia recidere non est necessarium argumentum ad indicandum pœnitentiam præsentem, vel præteritam non fuisse, aut non esse veram. [h] Verumtamen ipse, si essem confessarius, non absoluerem eas, si viderem, quod vicibus præteritis nulla emendatio, neque inchoatio eius extitisset: neque si circumstantiæ infirmitatis, pusillanimitatis, & magna propensio earum ad peccandum, & diffidētia, quam habent illæ de pœnitudine alterius partis mihi persuaderent, quod nisi separarentur, nulla consequeretur emendatio. Et facilius negarem absolutionem famulæ, quam cognatæ, & cognatæ, quæ non esset in primo gradu, quam ancillæ, quia facilius possunt separari aliæ, quam aliæ. Et ante absolutionem præciperem eis, vt forti & Christiano animo dicerent personis, quibus cum degunt & peccant, negari sibi absolutionem, nisi separentur, obsecrareque vehementer per Deum, vt ineant rationem, qua honeste ab illis separent, alioqui se confessario obedituras, quo pacto absoluerem eas: quia mihi viderentur satis quatuor prædicta concurrere, &

g Matt.18. Luc.17. & cap. septies pœn.dist.3.

h Quod probat Gratianus dist.9. de pœn.per totam.

postea

poſtea quamuis non ſequeretur ſeparatio: ſi tamen conſequeretur notabilis emendatio, eas iterum abſoluerem ſpe maioris correctionis futuræ, commendata re Ieſu Chriſto Domino noſtro, & vtendo prudentia, & varia circumſpectione, q̃ ob varietatē circumſtantiarum adhiberi deberet, propoſito ante oculos primum remedio ſpirituali animarum: deinde etiam honoris, & bonorum temporalium, quantum fieri poſſet & nonnumquam vterer erga ancillā eo remedio nouo, quod ponimus infra. [a]

[a] *Cap. 16. num. 22.*

22 Nona reſponſio, quod idem dicendum eſt de illo, qui occulte rem, aut impudicos tactus habet cum aliqua cōſanguinea, aut alia ſibi amica in alia domo degente, ſcilicet eum abſolui poſſe ſine propoſito numquam ingrediendi eam, quamuis ego adigerem eum, vt proponeret, ſe numquam ſolum cū illa ſola ſine maxima cauſa in eadē camera verſaturū: & ut admoneret eam, ſe pœnitere peccati cū ea cōmiſſi, & cōfeſſum eſſe, rogaretq; eam, vt idem faceret, pſuasūque ſibi haberet; fruſtra eam cogitaturā, ſe amplius rediturū ad illud peccatū vel ſe ſolū cū ea in aliqua ſecretiore parte conuerſaturum.

23 Decima, iuſte fuiſſe reſponsū cuidam aulico, qui adſiſtens de more curiæ Reginæ menſæ, adeo blande cum quēdam nobili eidem menſæ adſiſtenti, colloquebatur, vt non ſolum ſe oblectaret ſermone & cogitatione ſordidis, ſed etiam turpi ſe pollutione interdum fœdaret. Fuit enim reſponſum, ipſum nō poſſe abſolui: niſi ſtatueret, numquam ſe in poſterum ſic conuerſaturum cum ea, etiam ſi verſaretur animo ducendi eam in vxorem, & pares ad id eſſent: quoniā illa occaſio eſt in ſe peccatū mortale, & cōſequenter propinqua, quæ neceſſario euitari dēt p primā definitionis partē.

24 Quinimo addo, non ſatis eſſe, vt p ponat ſe cum illa in poſterū non ſic verſaturum: quia neceſſe eſt, vt proponat, ſe non verſaturum, etiam alio modo ex ſe licito: de quo tamen crederet, ſuam imbecillitatem & amorem erga illam eiuſmodi eſſe, qui quaſi ſemper eum induceret ad peccandum, quoties cum ea ſic verſaretur. Id quod etiam eſt dicendū de puellis nobilibus adſtantibus Reginarum menſis, & de adoleſcentibus, & adoleſcentulis nobilium, & ruſticorum, qui in aliquibus partibus conueniunt, & mutuo ſeſe miſcent, & contingunt: & dum choreæ ducuntur, & alia ſpectacula fiunt, illi in illarum gremijs recumbunt, fingentes id facere, quo illæ capita eorum vermiculis purgent: interdū impudice ſeſe tāgentes, & amplectentes, & facientes id genus alia, digniſſima, quæ a concionatoribus publice reprehenderentur.

Vndecima, quod poſſunt abſolui, cō currentibus prædictis quatuor, qui ſunt in facie Eccleſiæ coniugati, & propter legitimum aliquod occultum impedimentum non valet eorum matrimoniū, expectantque diſpenſationem, vt denue contrahant, & ex ſeparatione ſequeretur notabile incommodum. [b]

[b] *Per ſupra dictam. 16.*

25 Duodecima, quod etiam abſolui poteſt ille, qui ob eſum rerum calidarū incidit in adeo graues carnis tentationes, vt eum aliqn impulerint ad conſentiendum pollutioni vel fornicationi, ſine propoſito numquā in poſterū ſic edēdi, concurrentibus quatuor prædictis. Imo credo, quod in hoc caſu ſufficeret concurſus trium priorum, quia occaſio non eſt propinqua: quippe q̃ non eſt in ſe peccatum mortale: neq; facit, quaſi ſemper mortaliter peccare illos, qui ea vtuntur, quod tamen intelligendum eſt de illo, qui non comedit ſic in hunc malum finem, nam ſi comederet in eum, illud eſſet in peccatum mortale: & conſequenter eſſet neceſſe, ſtatuere, numquam ſe iſta vſurum.

26 Decimatertia, quod etiam poteſt abſolui, concurrentibus prædictis quatuor, qui ob ſermonē, vel confabulationē, choreā, vel amplexum alterius iuxta honeſtam patriæ conſuetudinem, ſæpe p delectationē moroſam, & deprauatā voluntatem peccauit, abſque propoſito numquam ea occaſione vtendi, quo etiam in caſu credo ſufficere concurſum trium priorum, quoniam hæc occaſio nō eſt ex ijs, quę ſunt in ſe mortiferę: neque ex ijs, quæ fere ſemper ad mortifere peccandum nos inducunt.

Decimaquarta reſponſio, quod idem eſt dicēdum de viro fundente clyſteres mulieribus, & de fœmina eoſdem fundē-

te viris, & de chirurgo, & medico, qui medendis pulchris fœminis in locis ſecretioribus ſæpe peccarunt, ſaltem moroſis delectationibus, & libidinoſis ac de prauatis voluptatibus.

Decimaquinta, quod idem item eſt dicendum de confeſſario, qui, quoties audit confeſſionem certæ cuiuſdam perſonæ, peccat, & de pęnitente, qui idem facit, quoties confitetur certo cuidam confeſſario conſueto, & non poſſunt cõmutare ſine aliqua magna nota, poterũt etenim abſolui ſine mutatione, concurrentibus quatuor prædictis.

27 Decimaſexta reſponſio, quod idẽ eſt dicendum de perſona, quæ ex eo, ꝙ ducat aliam manu, aut ducatur ab alia: vel quia videt lauantes fœminas in flumine, aut viros natantes, aut ex aſpectu pedum, crurium, pectorum, cinctuum, bracharum, perizomatum, aut aliorum eiuſdem generis ſæpe peccauit. Quamquam optimum eſſet cauere ab ijs omnibus, quando ex eo non ſequeretur notabile damnum.

DE POTESTATE, ſcientia, & bonitate confeſſarij. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſarius debet habere poteſtatem, ſcientiam, & bonitatem.*
2 *Sacerdos non omnis poteſt audire confeſſiones.*
3 *Sacerdos non omnis habet iuriſdictionem actualem.*
4 *Sacerdos in articulo mortis quoslibet abſoluit.*
5 *Et quem extra illum num. 6. & 7.*
8 *Confeſſarius quis perfectus, & quis ſufficiens.*
9 *Confeſſarius audiens ex præcepto minori ſcientia indiget, quam audiens ſponte. & num. 10.*
11 *Confeſſarius poteſt eſſe quis idoneus vni loco, & non alij.*
12 *Confeſſarius non eſt ſufficiens abſq; iuſta ſcientia, & ſoluendi poteſtate.*
13 *Confeſſarius imperitus qui excuſetur a culpa.*
14 *Prælato præcipienti audire confeſſiones quis ſubditus non paret.*
15 *Confeſſarius abſoluens in peccato peccat, ſed valet abſolutio.*
16 *Abſolutio Sacramẽtalis quod ſit actus iudicialis & de fide.*

CIrca hoc caput de poteſtate, ſcientia, & bonitate confeſſarij dicimus primo, confeſſarium debere pollere poteſtate [a] item ſcientia, [b] item bonitate, vt recte ſuo munere perfungatur. [c]

2 Et poteſtas quidem conſiſtit in hoc quod ſit presbyter habens iuriſdictionẽ actualem, ordinariam, vel delegatam, quæ ad peccata ſibi confeſſa extendatur iuxta id, quod habetur in iure [d] & in Concil. Trid. [e] & tradit S. Thom. [f]

3 Ex quo efficitur, vt non omnis ſacerdos eo ipſo, quod ſacerdos eſt, ad id idoneus ſit: quia licet per ſacerdotalem characterem accipiat poteſtatem: & iuriſdictionem habitualem ad abſoluendum (quicquid aliqui Neoterici contra prædicta iura perperam dixerint:) actualẽ tamen, quæ ad id neceſſaria eſt, non recipit, puta ordinariam, vel delegatam a ſummo Pontifice, ſeu Vicario, vel a Parocho: vel ſaltem vt ratione bullarum, vel propter alias conceſſiones poſſit a pœnitente eligi tamquam proprius ſacerdos.

4 Nam aliter neque in Quadrageſima, neque alio tempore poteſt valide, & efficaciter abſoluere, iuxta Panormitanũ communiter receptum [g] & Adrianum [h] & nos latius tradidimus: [i] (circa quod aliqui, etiam docti, decipiuntur:) præterquam in mortis articulo, in quo quilibet ſimplex ſacerdos poteſt audire confeſſiones, & a quacunque cenſura, & quibuſcunque caſibus abſoluere [k] & ea quæ latius ſcripſimus, [l] & tradit S. Thomas [m] & nuper declaratum eſt & optime a Concil. Trid. [n] adiecta tamen modificatione inferius appoſita. [o]

5 Ab hac etiam regula excipiuntur illi, qui non habent, niſi venialia aut mortalia alias rite ac legitime cõfeſſa, quos quilibet ſacerdos audire poteſt ſecundũ Caietanum: [p] quod quidem non ea de cauſa licet, quod ad id non opus ſit iuriſdictione ordinaria, vel delegata, [q] ſed propter aliam rationem, quam nos, illius confutata, dedimus in c. placuit. [r]

6 Porro in primo horum duorum caſuum,

a Cap. 1. in prin. de pœnit. diſt. 6. & quæ ibi diximus
b Dicto ca. 1. §. eauea. & quæ ibi tradidimus
c Dicto ca. 1. §. labor. & §. ſacerdos & quæ ibi ſcripſimus.
d Cap. adijcimus. §. ecce. & capit. generaliter. §. ecce. 15. q. 1.
e Seſſ. 4. ca. 6. & 7.
f In 4. libr. ſent. diſ. 17. q. 3. art. 3 q. 4, & Quolibet. 12. & 31. Opuſcu. 19. cap. 4.
g In ca. omnis. de pæn. & remiſſ. num. 7.
h De cõfeſ. dub. 1.
i In ca. placuit num. 8 de pæ. diſ. 6
k Arg. c. ꝙ de iu. de sẽ. excom. ca. paſtoralis. §. præterea. de offi. ordi. & c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.
l In cap. 1. nume. q. de pæn. diſt. 6.
m Vbi ſup.
n Seſſ. 14 c. 7
o In prin. c. 26. num. 4.
p In ſumma verbo abſol.
q Vt ille ait.
r Nu. 22. ꝺ pæn. diſt. 5.

ſuum,quos excipimus, puta in articulo mortis,poterit etiam religioſus ſine licẽtia ſuperioris valide & licite abſoluere: quoniam tunc ab ipſo Papa habet eam, ſaltem tacitam. At in ſecundo caſu nempe quando non ſunt,niſi venialia , aut mortalia iam rite & legitime confeſſa non poteſt licite abſoluere,quamuis valeat abſolutio, ſecundum doctrinam Paludani [a] a S. Antonino,[b] Angelo [c] & aliſs receptam , nempe religioſum non poſſe audire confeſſionem aliquam,niſi ad hoc a prælato ſuo fuerit tanquã idoneus expoſitus:etiamſi pœnitens alias ex priuilegio Summi Pontificis poſſit quẽcumq; ſacerdotem,ſiue ſecularem, ſiue regularem , eligere:eo quod religioſus non habet velle,neque nolle. [d] Quod ſane, iudicio meo,debet intelligi de illo religioſo,cui aliquo ſtatuto ſuæ religionis,vel mandato ſui ſuperioris eſt negata facultas audiendi confeſſiones : non tamen de alijs.Tum quia nullus textus, neque ratio efficax reperitur, quæ opinionem Paludani contra illos fundare valeat . Tum quia religioſus in multis habet velle & nolle,iuxta,S.Thomã cõmuniter receptum [e] & Dominic.[f] Tum etiam, quia audire confeſſiones eſt op9 charitatis & quemadmodum religioſus abſque alia ſuperioris ſui licentia,dummodo ſibi præceptis non deſit, neq; prohibita tranſgrediatur,poteſt pacem cõponere inter duos inimicos , & bonum conſilium dare conſulẽti ipſum: ita etiã poterit, & fortiori ratione, componere pacem inter Deum.& proximum, vt ſaluetur. Tum denique quia hoc obſeruãt communiter regulares, alijque plurimi religioſi quibus nullum eſt ſtatutũ aut præceptum contrarium .

7 Secundo dicimus quod quamuis clerici ſeculares non poſſint alij aliorum audire confeſſiones poſt Concil. Tridẽ. [g] ſicut poterant antea:poſſunt tamẽ alij religioſi, qui ante illum poterant virtute ſuarum bullarum confiteri clericis ſecularibus idoneis. De quo tamen dubitat quidam vir doctiſſimus. Cuius dubium auferri poteſt ea conſideratione , quod per dictum Concilium, vt ex eius contextu facile apparet , nihil mutatur quo ad illos . Sic enim habet, *quamuis presbyteri in ſua ordinatione a peccatis ab ſoluendi poteſtatem accipiant, decernit tamen ſancta Synodus,nullum etiam regularem,poſſe confeſſiones ſecularium,etiam ſacerdotum,audire nec ad id idoneum reputari , niſi aut parœchiale beneficium , ab epiſcopis per examen , ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus iudicetur , & approbationem , quæ gratis detur , obtineat,priuilegijs,& conſuetudine quacumq; etiam immemorabili, non obſtantibus* . Per quæ verba non prohibentur regulares audire confeſſiones : & a iure antiquo non eſt recedendum,niſi quatenus inuenitur expreſſum , [h] illa item conſideratione,quod ratio, quæ mouit mutare il lud in ſecularibus, qui regulariter ſunt in hoc diſtractiores & negligentiores , non habet locum in religioſis,qui regulariter ſunt in eo circunſpectiores & diligentiores: & ita ceſſant verba,& ratio qua ſola ceſſante , lex quoque ceſſat , [i] etiam ſi verba non ceſſarent : quæ tamẽ in hoc caſu ceſſant .

8 Tertio dicimus, quod confeſſarius , vt ſit perfectus,& ut ſolus poſſit de omnibus diſcernere, debet probe tenere , atque callere ſacramentalem & moralẽ Theologiam, vtriuſque iuris peritiam , & conſtitutiones Synodales illius regionis, in qua audit confeſſiones:vti nos bauimus , [k] veruntamen,vt ſit ſufficiẽs muneri ſuo obeundo ſatis, & neceſſariũ eſt,vt libros,ſiue Græcos,ſiue Latinos , ſiue vulgares relegens diligenterque ſecum conſiderans intelligat, quæ peccata ex ijs,quæ illi,quos audit,communiter perpetrant,ſint mortalia,quæve venialia, & quæ circumſtantiæ ſint neceſſario confitendæ,quibuſque criminibus annexa ſit excommunicatio , quæ ſint peccata referuata, quæque reſtitutionẽ expoſtulant : vt ſaltem ſciat dubitare in ijs,quæ alij mediocriter eruditi intelligunt , vt nouerit conſulere peritiores quo modo,& quando agendum ſit id,de quo dubitat. Quod ſi auditurus ſit clericos , debet etiam ſcire illos caſus , in quibus irregularitas incurritur: aut ſaltem noſſe dubitare circa illos,vt nos bauimus . [l] Quæ quidem reſolutio fundatur,partim in dictis S. Tho. [m] & in c. omnis , [n] & Caietani, [o] & aliorum doctorum . Partim in eo, quòd vnuſquiſq; noſſe debet id,quod illi neceſſarium eſt ad

a In 4.libr. ſentent.diſ. 17.q.3.
b 3.par.tit. 17.cap.7.
c In verbo confeſſ.§.4.
d Cap.nullus.ca.quorundam.de elect.lib.6.
e 2.2.quæſt. 104.arti.5.
f In prædicto cap.quorundam .
g Seſſ.19. cap.15.
h l.Præcipimus.C.de appellat.& c.2.de trãſlat.præl.
i l.adigere. §.quamuis. ff.de iurepatrona. & c. cum ceſſante de appellat.
k In dicto §.caueat. nu.27.
l In dicto §.caueat. nu.27.
m Li.4.ſen. diſtin.17. ẽ expoſitione textus, ſiue literæ.
n Verſi.ſacerdos de pœn. & remiſſ.
o In ſũma. verbo cõfeſſoris neceſſaria.

ad ſuum munus,& officiū recte exercē-
dū,[a] etiā lege naturali.iux. illud Perſij.

Publica lex hominum:naturaq; continet
hoc fas,
Vt teneat vetitos inſcitia debilis actus.

Partim,eo quod ſcientia eminens nō eſt neceſſaria:quoniam ſatis eſt illa,quę dicitur ſufficiens,iuxta Innocen.receptum. [b] Partim quod eccleſiæ primitiuę presbyteri nihil amplius,quam quod dictum eſt ſciebant.Partim,quod ſatis eſt in iudicio exteriori mediocrem quandam cauſarum peritiam habere,vel ſaltem aliquem adſeſſorem, vt ſit iudex. [c] Partim,quod mille ab hinc annis in tota Eccleſia Chriſtiana ita communiter obſeruatum eſſe videtur.

9 Ex qua reſolutione ſequitur primū nō eſſe valde iuri cōſonā illā differētiā Durādi,receptā a S.Ant.[d] alijſq; doctorib.& a nobis ēt,[e] q̄ cōſtituit inter cōfeſſarios,q ex obediētia,& caritate on⁹ cō fitēdi aſſumūt,& inter eos,q ſua ſponte ad id faciēdū ſeſe offerunt.Videlicet, q̄ ij,iuxta illos, tenētur de omnibus ſibi a pœnitēte ,ppoſitis iudicare, An illud ſit mortale,nec ne:An habeat reſtitutio nē aut excōmunicationē annexā:An cōtractus ſit licitus, vel illicitus? An impediat communionem necne? Ille autem, qui ex obedientia, & caritate id oneris ſuis humeris imponit,non obligatur ad amplius,quam ad id, quod dictum eſt: quoniam hæc differentia nullo canone comprobat:&quoniam ſi vera eſſet,pauci aut nulli ex confeſſarijs ſecularibus ſalui fierent: & quia obedientia nō liberat a peccato illū confeſſariū,qui cognoſcens ſe non intelligere, quod opus eſt ad audiendum confeſſiones, eas audit, ſicut aſſerit idem D.Antonius.[f] Solum enim excuſat illum,qui dubitat,an ipſe ſciat,quod ſufficit, an non. [g] Tum qa §. ſæpe,[h] ad hanc ſentētiam allegatus a remotis agit,& nihil concludit. Primum quia agit de illo, qui ſe gratis offert ad depoſitum cuſtodiendum.

10 Deinde quia,quamuis dicat,huiuſmodi depoſitarium teneri ad reſarciendum damnū, quod ſua culpa contigit, ad quod alias nullatenus teneretur, [i] nō tn̄ dicit(vt quidā illi falſo imponūt) teneri ad illud damnū, quod culpa ſua leuiſſima acciderit:& conſequenter dēt intelligi de leui culpa, vt recte annotauit Decius. [k] Quibus accedit,quod qui gratis ſe offert ad cuſtodiam depoſiti,non debet ad amplius obligari quam ille,qui propter ſtipendium idem facit, vt ſentit Gregorius. [l] Eum autem, qui ratione ſtipendij aliquid cuſtodiendum recipit,non obligat culpa leuiſſima, licet obliget leuis,[m] & qui tunc huic oneri ſponte ſua ſe offert(vt plurimum)propter aliquod ſtipendium,quo vitam ſuā ſuſtentare valeat,facit. Denique,quod Panormitanus & Imolenſis, qui tenent cum communi ſententia, depoſitarium ſponte ſe offerentem obligari ad culpā leuiſſimam, fundantur in eo, quod huiuſmodi depoſitarius præſumitur accipere depoſitum propriæ tantum vtilitatis intuitu: & conſequenter videntur ſentire, quod ſi cōſtaret illum ſeſe huic labori obtuliſſe intuitu illius,qui deponit,non eſſet tunc obligatus, niſi ex dolo,vel lata culpa,quod ſi intuitu vtriuſque id fecerit,tūc teneretur ex lata culpa & leui.Manifeſtum eſt autem,cōfeſſariū onus audiendæ confeſſionis aſſumere principalius,aut æque principaliter pp̄ pœnitentem, & in eius gratiam, quam propter ſe:& conſequenter nō tenetur, eo quod ſe obtulit, ad amplius, quam ad vitandum culpam latā,aut leuem: & id,quod communiter eidem officio operam nauantes euitare ſolent,& ſibi cauere ab eo, ad quod iuxta talis muneris naturam videntur obligari. Et hoc in toto orbe videmus communiter obſeruari.

Secundo ſequitur, quod non quicunque eſt idoneus ad audiendam cōfeſſionem alicuius certæ perſonæ, vel in aliquo certo loco,eſt idoneus ad audiendā confeſſionem quorumuis aliorum,& in quocūque loco.Pro quo facit illud Pragmaticæ ſanctionis Gallicanæ, [n] quatenus ſentit,in oppidis muro cinctis habiliores rectores ſeu parochos poni dēre: id quod multis errandi occaſionē tollit.

11 Tertio ſeq̄t, q̄ qui audit cōfeſſionē in aliquo vico,aut pago ruſticorū & ſimpliciū hominū nō tāta eget ſciētia,quāta ille,q audit in ciuitate: neq; q audit in ciuitate mediterranea,tanta, quāta, q in ciuitate maritima:nec q in maritima,tāta,quanta, q in vniuerſo quodam Regno,

a Cap. non eſt ſine culpa de regu. iur.lib.6. et l.illicitas. § penul.ff. de offic.præſ. cum eis ad notatis.
b In c. cum in cūctis.de elect.
c l. cert. C. de iudic.& ca.ſtatutū. §.adſeſſorē. de reſc.li.6
d In 3.par. tit.17.c.16
e In pręcita to.§.cauea.
f Vbi ſup.
g Arg. cap. quid culpa tur.23.q 1
h L.1.ff. de poſiti.
i Cap.1.de poſiti.
k In l. contractus.col. 1.ff.de reg. iur.
l In præcitato c.1. de depoſit.
m Dict.c.1.
n Ritul. de collatione.§ in eccleſijs adiuncta gloſſ.in verbo mutatis.

Regno,vel India:nec qui audit vbi sunt multi viri literati, quos possit consulere,quam vbi nullus est talis.

12 Quarto sequitur,quod confessari[e], qui nescit discernere, in quibus casibus possit,aut non possit absoluere:neq; differentiam inter maiorem & minorē excommunicationem:vel ignorat peccata mortalia communia,aut simplicē fornicationem, aut voluntatem deliberatam ad peccandum mortaliter esse peccatū mortale:vel quamcumq; superbiam,irā, inuidiam,aut gulam existimat esse mortalem:vel circa dubios contractus, saltē dubitare minime nouit,non excusatur a culpa,quantalibet bona vita,conscientia subtilitate & ingenio naturali præfulgeat ad alia munera obeunda.[a] Et quod ille,qui eiusmodi confessarios ad audiēdum cōfessiones præfecit, vel prefectos tolerat,multo grauius peccat.[b]

13 Quinto dicimus, veram esse illam sententiam S. Antonini [c] videlicet, huiusmodi confessarium imperitum trib⁹ casibus excusari posse. Primus est,qñ is,qui confitetur,est valde sibi ipsi sufficiens ad suorum peccatorum grauitatē confessario exponendam, & reputatur habere rectam conscientiam. Secundus casus est,quando confitentes sunt p sonæ spirituales solitæ sæpe confiteri:& perinde communiter non alijs.quā peccatis venialibus tenentur. Tertius est, quando pœnitens est in articulo mortis & non adest alius,qui possit eum audire præter illum. Qua eadem ratione idem videtur dicendum de confessario, qui est apud infideles,Saracenos,vel Gentiles, penes quos sunt Christiani liberi, vel serui catenis vincti,vel soluti, quib⁹ non est copia confessarij peritioris.[d]

14 Sexto dicimus,quod etiam,qui obedientiæ præcepto confessiones audit, iudicando se ad id non esse idoneū,peccat:nam neque prælatus id ei debet precipere,[e] neque subditus, si non est idoneus,debet id acceptare.[f] At si dubitat de sua sufficientia, poterit prælati sese præcepto conformare,[g] saltem si nouerit, platum id muneris ei non iniunxisse,ira,odio,amore,vel cupiditate pmotum.Superior aūt cum secura conscientia poterit hoc illi pcipere, si iudicat illum idoneum audiendis confessionibus, quibus eum præficit,iuxta id, quod dictum est.[h]

15 Septimo dicimus,quod bonitas cō fessarij ad minus debet esse tanta,vt sit, vel probabiliter credat,se esse extra statum letiferæ culpæ,[i] nam si in eo statu audiret confessiones,& absolueret, mortalis culpæ reatum incurreret:quia omnis,qui recipit, vel administrat sacramētum in peccato mortali, mortaliter peccat,iuxta iura,[k] & tradidimus nos post S Tho.[l] licet eius absolutio communiter valeat.[m]

16 Octauo dicimus, quod postquam hæc fuerūt typis excusa, declarauit[n] S. Conc.Trid.hæreticum eum,qui dixerit absolutionem sacramentalem sacerdotis non esse actum iudicialem, sed nudū ministerium pronunciandi,& declarandi,remissa esse peccata confitenti, modo tm credat, se esse absolutum, aut sacerdos non serio,sed ioco absoluat. Eū item,qui dixerit,non requiri confessionē pœnitentis,vt sacerdos eum absoluere possit.Eū item,q dixerit, sacerdotē, qui in peccato mortali est,potestatem ligandi,& soluendi non habere,& ita absolutionem ab eo impertitam non esse validam:vel eum, qui non est presbyter posse sacramentū absolutionis cōferre.

a Arg.c.nō est putāda. 1.q.1.
b Arg.notatorū iun.gl. c.1.de offic. del.& affirmat Albertus Magister S. Tho. Bonauē.& alij.4. libr. sent.dist.7. & distinct. B.Anto. 3. part.tit.17. c.6.§.1.
c Vbi supra.
d Arg. c.1. §.final.ne sed vacan. lib.6.& l.generalite.§. spurios.ff.ad Decurionibus.
e Arg.1.ad Timoth.ca. 1.& ca.nihil. de elec. & c.fi. eod. tit.lib.6.
f Cap.non est putāda. 1.q.1.
g Arg. c.qđ culpatur 23.q.1. & eorum, quæ tradit diuinus Tho. 2. 2.q.104.arti.5. & 1.li. sent.dist.29. art.5.lt.ad 3.
h Arg. c.apostolica,de cler.excom. minist.& c. innotuit.de elect.
i Cap.1. §. caueat.& §.laboret. de pæ.dist.6
k Ca. illud 95.dist.& c. per Isaiā.1. quæst.1.
l 3.part. q. 64.art.6.et 4.lib.sent. dist.5. q.2. ar.2. q.1.in ca. quando de conf.dist. 1.c.6.n.43 & seq.
m Arg. ca. maledicam & d.ca.per Isaiā.1.q.1
n Sess.14. canon.9. et 10.

DE HIS, QVAE CONFESSARIVS debet pœnitentem interrogare,& qua prudentia id facere debet. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Confessarius quæ debet interrogare sub pœna culpæ mortalis.nu.2.*
3 *Confessarius interrogando seruet hæc tria.Et circa peccata carnis hoc. 4.*

DIcturi de his,quæ confessarius tenetur pœnitentem interrogare,&qua prudentia id agere debet, præsupponimus primo, quod is, cui iniunctum est aliquod onus,debet illud recte subire.

Secundo præsupponimus,hoc esse pcipuum confessarij munus,ideoque prudenter exercendum, ac subinde interrogandum pœnitentem id,quod expedit, & non amplius, iuxta illud [o] Augustini relatum a Gratiano [p] & a Magistro [q] *Diligens confessarius sapienter interroget*

o C. Non est putanda.1. q.1.& c. iu dicante.30. q 5.
p In lib. de vera & fal sa pœnit.
q In c.1. de pœn.dist. 6. §.diligens.

peccatorem,quod forſitan ignorat,vel verecundia vult occultare : quibus verbis addit B.Thomas [a] cõfeſſarium teneri ſcrutari conſcientiam peccatoris,ſicut ſolet medicus ægritudinem ægroti , & iudex cauſam litigantis .

2 Ex quibus infertur Primo,verũ eſſe illud Angeli, [b] quod nos latius tractauimus , [c] nempe,confeſſarium teneri ſub pœna peccati mortiefri ad interrogandum omnia,quæ ipſe videt, animaduertit,& credit eſſe neceſſaria ad hoc vt cõfeſſio ſit integra,& fructuoſa , cuiuſmodi eſt quod ipſe exiſtimat pœnitentem velle ſilere ob ignorantiam ,ſinconſiderationem , aut obliuionem, [d] nam hoc ad ſuum munus pertinet , [e] ſed ſi nõ eſt ciuſmodi q̃ (ſuo iudicio)pœnitens, aut intelligit,aut aduertit,neq; præ obliuione,verecundiave p̃termittit:tũc em̃ põt ſibi perſuadere,pœnitentem id non petraſſe,vel iam alias fuiſſe confeſſum : quamuis omittere aliq̃ interrogationẽ per inaduertentiam , aut obliuionẽ,non videatur eſſe mortiferum . [f] Equidem ex cõfeſſionib⁹, quas audiui,intelligo , duas interrogationes eſſe maxime neceſſarias. Alteram de numero peccatorũ , cuius expreſſio eſt neceſſaria,vt dicetur infra [g] quia video paucos exprimere , Toties peccaui in hoc,& toties in illo : imo ſibi ſatisfeciſſe videntur, dicendo , Sæpeſæpius,aut Infinitis vicibus : quod non ſufficit. Alteram de ſpecie particulari eius, quod generaliter confitentur : q̃m adeo generaliter confitenẽ nõnulli , vt nequeat ſatis intelligere confeſſari⁹ , an ſit peccatum veniale,an mortale , vt declaratur ſupra. [h]

3 Infertur ſecundo,quod confeſſarius debet obſeruare illa tria,quæ nos [i] cõprobauimus. Primũ eſt,vt non interroget omnia,quæ pœnitens poterat commiſiſſe:ſed tantũ illa,quæ homines eiuſdem qualitatis efficere ſolent . [k] Vnde nec nobilem laicum debet interrogare illa , quæ communiter ſoli eccleſiaſtici ſolent facere.Secundũ eſt,vt ſolũ interroget conſueta peccata,quę fere omnes nouerunt : qualia ſunt transgreſſiones vſitatiores p̃ceptorũ Decalogi , & ſeptẽ crimina capitalia , & omiſsiones circa quatuordecim articulos fidei,& circa ſeptẽ Eccleſiæ ſacramenta,& opera miſeri cordię, & circa cuſtodiam quinque ſenſuum & alia huiuſmodi. Non autem interroget peccata occultiora , quæ perditiſsimi homines inuenerunt : vel ſi forſitan de his verbum fecerit,ita cauteute & diſsimulanter faciat , talibuſque circumloquijs vtatur, vt ſi pœnitens illa cõmiſerit, pferat:ſin minus,ea nõ ediſcat.

4 Tertium , vt in peccatis carnalibus non deſcendat nimiũ ad peculiares circumſtantias,ſingulas quaſq; minutatim interrogando,ne ſeipſum,aut pœnitentem ad aliquam delectationem alliciat: etenim quemadmodũ docet Philoſoph. [l] & S. Thomas [m] delectabilia tanto magis mouent,quanto particularius conſiderãtur. Quocirca cũ de pollutione voluntaria,& extraordinaria,vel de fornicatione interrogat,nihil de modo ppetrandi diſquirat: ſatis eſt enim dicere , quoties id cõmiſerit:modo id explicet , quod neceſſarium eſt ad ipſius peccati naturam & ſpeciem dignoscendã , citra deſcenſum ad aliquas turpes circũſtantias peccati. Quod adeo verum eſt , vt nullatenus pœnitenti p̃mittere debeat, nimis diſtincte illas exprimere, [n] & cõſequenter ſummatim tm̃ dẽt interrogare de oſculis,amplexibus,alijſq; tactibus impudicis eos,qui non ſunt obſtricti matrimonio:illos autem, q̃ obſtricti ſunt, magis perfunctorie , vel nihil prorſus vel ſolum ad intelligendum , an aliqua extraordinaria pollutio fuerit ſubſequuta: vel an illi tactus fuerint cũ probabilis pollutionis periculo,q̃m alia,aut non ſunt peccata,aut non ſunt niſi venialia , vti recte Caietanus [o] explicuit, & inferius dicetur.Imo &cum circa hoc aliqd confeſſarius interrogauerit,honeſtis vocabulis vti debet,neque turpiter nominet:quod eſt turpe auditu. [p]

a In 4. diſt. 19.in expoſitione lite.
b In ſũma. verbo interrogationes in princ.
c In d.§. diligent.
d Arg.cap. ſit rect. 43. diſt.
e C. omnis de pœni. & remiſſ.
f Arg. dicti c.ſit rector, & eorum, quæ in prælud.7.& in Repet c.inter verb.11 q.3.dixim⁹
g In cap.6.
h Ca.2.n.6
i In d.§.diligens n.2. & ſeq.
k Arg.1.de teſtibus, cũ his , q̃ in d. §. diligens citamus .
l 3. Ethico. m Quo lib. 1.q.3.ar.9.
n Vti poſt alios in d. §.diligenst diximus
o 2.2.q.154 art.1.
p Arg.prin. proœmij de crctalium .

DE CIRCVNSTANTIIS peccati . Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Circumſtantia quid : & quæ ſint eius ſpecies num.2.*
3 *Circumſtantia mutans ſpeciem neceſſario confitenda .*
4 *Circumſtantia prohibita alia lege,quã ipſum peccatum, vt confitenda.*

5 *Cir-*

5 *Circumſtantia extenuans peccatum quando confitenda.*
6 *Circumſtantiæ, quæ neceſſario confitendæ.nu.7.8.& ſeq,*
13 *Circumſtantiæ perſonæ, & religionis quando confitendæ.*
14 *Circumſtantia conſcientiæ contraria quando confitenda.*
15 *Circumſtantia numeri non eſt proprie circumſtantia.*
16 *Peccati numerus vt augetur iterando, cõtinuãdo,& interrũpẽdo.n.17.&18*
19 *Pœnitens poteſt vno verbo mille peccata confiteri.*
20 *Circumſtantiæ oblitæ poteſt confiteri, peccato non confeſſo.*

1 DE peccati circũſtantijs dicimus primo, quod peccati circũſtãtia iuxta mentem iuris [a] Panor. & aliorum interpretum [b] ſancti Thomæ [c] & oĩum aliorum [d] & Antonini [e] quos retulim⁹, [f] & alibi, *eſt quoddam accidens actus humani, qui peccatum eſt.*

Dixi, *Accidens:* quoniam nulla circũſtantia actus eſt eiuſdem ſubſtantia. Dixi, *Actus humani, qui peccatum eſt:* quoniam ſæpe fit, vt actus, qui ſecundum ſe non eſt peccatum, ſit tale, ob adiunctam circumſtantiam. Cũ enim tunc ipſamet circumſtantia ſit illud, in quo peccatũ conſiſtit, non eſt accidens peccati: ſed illius rei, quæ peccatum eſt, ſicut nos [g] elucidauimus ſequuti Alex. Halenſe. [h]

2 Secundo dicimus, quod circumſtantiæ actus moralis ſunt ſeptem, quæ cõtinentur in illo verſiculo, *Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando* (relato a S. Thoma.[i]) qui magis nobis placet, quam ille Palud.[k] vti nos diximꝰ,[l] quoniam in illo Palud. ponitur verbũ *Quoties,* quod numerum denotat, loco, *Quibus auxilijs:* & numerus non eſt circũſtãtia: ſed potius peccati multiplicatio, vt ibidem tradidimus.

3 Tertio dicimus, quod harum circũſtantiarum omnes illæ, & ſolæ in ſacramentali confeſsione neceſſario exponi dẽnt, quæ efficiunt opera, quorum ſunt circumſtantiæ, peccata mortalia: vel ꝙ illa, que ſunt mortalia vnius ſpeciei, fiãt etiam, vt ſint alterius: vel quod eſt mortale ob vnam cauſam, ſit etiam propter aliam: ſiue mutent opera ipſa ex vna in alteram ſpeciem ſiue ſecus: iuxta communem opinionem, quam copioſe [m] pertractauimus: & ſolæ illæ, & omnes ſunt huius generis, quæ ſecundum S. Tho. [n] vltra malitiam eiuſdem operis habent ſpecialem repugnantiam cum rõne. Secundum Scotum vero illæ ſunt in confeſsione aperiendæ, quæ diuerſis, ſpecialibus q; præceptis prohibentur.

Diximus *Specialibus:* quoniam nõ ſufficit eſſe talia, quod vnum in altero includatur: qualia ſunt lex prohibens omne malum, & prohibens homicidium ꝙ etiam in dicto principio [o] probauimus, & in corollarijs ſequentibus ſpeciatim explicabimus. Ante quorum explicationem admonemus, ꝙ poſtquam hæc fuerunt Hiſpane excuſa, Conc. Trid. [p] definiuit, hæreticum eſſe, qui dixerit, nos non teneri ad confitendũ circumſtãtias, quæ peccati ſpeciem mutant, ꝙ quidem eſt intelligendum de circumſtantia, quę ſpeciem peccati venialis mutat in mortale, vel ſpeciem vnius mortalis in aliud mortale: non aũt de illa, q̃ mutat ſpeciẽ vnius venialis in aliud veniale, quod nõ eſt neceſſario ꝯfitendum, iuxta gloſſam. [q] Et quamuis prædictum Conc. nõ loquatur expreſſe niſi de illa circumſtãtia, quæ mutat ſpeciem peccati: intelligendum tamen eſt etiam de illa, quæ opus alioquin ex ſe bonum, vel ſaltẽ nõ malum facit mortiferum: imo etiam de illa, quæ facit, vt opꝰ, quod ob vnum reſpectum eſt mortiferum, ſit tale ob alterum: quamuis ſpecies operis quantum ad ſuam eſſentiam, minime mutetur: qm̃ circũſtãtia, quę facit de bono malũ, vel de veniali mortale, vel de mortali vno reſpectu, vt ſit tale altero, dici poteſt mutare ſpeciem, vt multo poſt dicetur infra. [r] Ratio enim, quæ ad hoc deſiniendum Concilium mouit, eſt, quod confeſſarius eſt iudex, qui in cauſa pœnitentis non poſſet æquam ferre ſententiã abſque manifeſtatione circumſtantiæ, quæ mutat ſpeciem peccati: quæ quidẽ ratio militat etiam in tribus prædictis circumſtantijs: quare idem iuris debet eſſe de omnibus. [s]

Ex prædictis infertur primo, non eſſe confitendas illas circumſtantias, ſcilicet eſſe peccatum commiſſum in ſecunda, vel tertia fẽria, aut in prato, vel vinea,

a *Ca. conſideret. de pœnit. diſ. 5. l. aut facta. ff. de pœn. ca. ſicut dignũ de homicid.*
b *Ibidem.*
c *1.2. q. 7. & in 4. li. ſent. diſ. 16*
d *Ibidem.*
e *3. par. t.t. 27. c. 17. §. 4. Gerſ. 2. par. fo. 170*
f *In princ. d. cap. conſideret.*
g *In d. cap. conſideret. num. 3.*
h *In 4. par. q. 77. ar. 2. col. 1*
i *In d. q 7. ar. 3 . in corpore quæſt.*
k *In . diſ. 16 q. 3. ar. 1.*
l *In princ. d. c. conſideret. num. 4.*
Circumſtãtiæ quæ confitendæ.
m *Ibidem. nu. 5.*
n *In d. diſt. 16. q. 6. ar. q. 3.*
o *Nu. 74.*
p *Seſſ. 14. c. 5. & can. 7*
q *Ca. omnis de pœni. & remiſſ. rece. ibi. & in 4. lib. ſent. diſ. 17.*
r *In illat 4 n. 5. & ſeqq.*
s *L. illud. ff. ad l. Aqui.*

manu dextra, vel sinistra: quoniam per has nullum prędictorum trium fit: siquidem non fit mortale, quod sine illis non esset tale, neque etiam fit lethale alterius spei, neque alio respectu.

Infertur secundo, quod peccans ob fiduciam, quod postea per confessionē veniam obtinebit, non tenetur de necessitate id confiteri: quia non est circumstātia adeo peccatum aggrauans: imo potiꝰ minuit, vt inquit Caietanus,[a] quidquid Bonauent.[b] insinuauerit.

4 Infertur tertio, quod is qui furatus est aliquid sacrum, vel ex loco sacro, nō satisfacit dicendo, se id furtum fecisse: sed oportet exprimere, esse rem sacrā, vel de loco sacro surreptam: nā hęc circumstantia efficit, vt quod est mortale vnius speciei, aut vno respectu, fiat etiā alterius, vel altero respectu: eo quod specialiter prohibetur lege particulari alia distincta ab illa, quæ furtum prohibet, quæ qdem præcipit, ne quid sacrum, aut de loco sacro surripiatur.[c] Id quod etiā est dicendum de homicidio, & fornicatione in loco sacro perpetratis: per hāc enim circumstantiam fiunt mortalia alterius speciei, eo quod ob alium respectum, quam legis diuinę: lege scilicet humana speciali prohibentur.[d]

Infertur quarto, eum qui cum coniugata, vel religiosa, vel cognata rem habuit, non satisfacere confitendo, se cum fœmina concubuisse. qm̄ debet exprimere, fuisse coniugatam, religiosam, vel cōsanguineam: nam in primo casu est proprie adulterium: in secundo vero sacrilegium: in tertio autem incestus: & consequenter, quod erat mortale vnius generis, efficitur alterius. Is item, qui deliberauerit furari, vt possit rem habere cum religiosa & coniugata, tenebit̄ confiteri furtum, sacrilegium, & adulteriū: nam & si tria hæc sint vnus interior actꝰ voluntatis: ille tamen ex triplici causa, eaque diuersa est crimen mortale. Siquidem trifariam rationi pugnat, & tribus etiam distinctis, & specialibus legibus prohibetur.

Ex quibus facile colligas responsum ad quæstionem, nuper nobis propositā: An scilicet coniugatus: qui rem habuit cum vxore aliena, teneat̄ declarare non solū se esse coniugatum: sed etiam illā, cum qua rem habuit? Resoluenda est enim affirmatiue: quia est circumstantia, quæ per se sola mutat speciem peccati, & ita est confitenda per prædicta.

Infertur quinto, quod omnis circumstantia finis, prohibita ꝑ aliam legē specialem & diuersam ab illa, qua principalis actus prohibetur, debet in confessione explicari: cuiusmodi est circumstantia furantis ad fornicandum, occidendū vel percutiendum alterum.

Infertur sexto, eum, qui mentitur, vt alios delectet sine alterius detrimento (quod est mēdacium iocosum, & veniale tantum) hac intentione, vt etiam si intelligeret esse mortale, nihilominus mētiretur, teneri illam circumstantiam cōfiteri: quoniam per illam efficitur mortale, quod sine illa non esset tale.

5 Septimo, quod non tenetur illas circumstantias confiteri, quæ peccatū extenuant. Vnde qui peccauit cum muliere quadam ab ea prouocatus, non tenetur confiteri se esse prouocatum ab illa: siquidem id peccatum extenuat, per c. significauit,[e] quod in hoc dixit singulare Fely.[f] & per l. si adulterium cum incestu[g] quam ad hoc aiebat singularem Iason[h] aptissimus tamen ad hoc propositum iuris textus:[i] imo opinio communis, q̄ sequebamur:[k] videlicet, quod pœnitēs illam circumstantiam subticere debet: quia in confessione seipsum excusare non debet, nunc displicet, tum quia nulla lege, aut ratione fulcitur, qua id possit efficaciter cōprobari. tum quia, quocumque modo illam exprimat, se ipsum sufficienter accusat, imputando sibi culpam, quam habet nihil illi detrahens, neque adijciens. Tum quia secundum Bonauenturam,[l] & communem, quam[m] secuti fuimus, tenet̄ manifestare illas circumstantias extenuantes, quæ ita extenuant, vt efficiant non esse peccatū, vel ad summum veniale tantum, quod alias fuerat mortale: qualis est circumstantia grauis morbi, quæ nullum, vel veniale tantum peccatum facit esum carnium in Quadragesima: & etiam qn̄ eas cōfessarius pœnitētē interrogat: vel qn̄ ex earum occultatione occasionē alicuius mali idem confessarius apprehenderet.[n]

6 Infertur octauo, quod quamuis sit laudabile confiteri circumstantias, q̄ ita pecca-

a 2.2. quæs. 13. art. 2.
b In Apol.
c Cap. quisquis. 17. q. 4
d Ca. proposuisti, de cōsecr. eccles. vel altar. et cap. eccles. de consecr. dist. 1.
e De pœni. & remiss.
f In c. dilec. de except.
g §. Imperatores. ff. ad l. Iuliā, de adulter.
h In l. vt vim. ff. de iusti. & iur.
i In d. c. consideret, versi. tentatione. de pœni. dist. 1.
k In d. c. cōsideret. n. 5.
l In 4. libro sent. dis. 10.
m Vbi sup.
n Arg. c. nihil, de p̄scri.

peccatum adaugent, vt illud ex paruo magnum, vel ex magno maius efficiant: opinio tamen communior & probabilior habet, hoc non eſſe neceſſarium, quando augmentū illud non eſt in cauſſa, vt veniale mortale fiat, vel alterius ſpeciei mortalis, vel alio reſpectu: quod nos vbi ſupra copioſe confirmauimus, & ſatis declaratum eſt nunc per Concil. Triden.[a] licet Marſilius[b] communem iſtam ſententiam reſtringat, ne ſit ei locus in circūſtantia, q̄ clare & manifeſte peccatū adauget: a quo ibi diſceſſim⁹ ob multas variaſq; conſiderationes.

a Seſſ. 14. c. 4. & 5. & can. 7. a cōtrario ſēſu.

b In libr. 4. ſen. q. 12. art. 1.

Et quamuis poſt hæc Dominicus Sotus aſſeruerit idem, quod Marſilius contra communem: non tamen debemus ab ea diſcedere.

Tum quia confeſſarij tam magnam inueniunt difficultatem in perquirēdis omnibus circumſtantijs mutantibus ſpeciem, etiam ſine perquiſitione non mutantium, ſed notabiliter aggrauantium, vt putent quaſi impoſſibile perquirere has, & illas: & Deus non obligat ad impoſſibile, neque ad nimis difficile, iuxta mentem S. Thomæ. [c]

c In 4. lib. ſen. diſt. 15. q. 1. ar. 2 et Cōcil. Trid. ſeſſ. 6. c. 11 & can. 18

Tum quia multi pœnitentes remanent cum magnis ſcrupulis, an confeſſi fuerint, bene, aut male, videntes pauca peccata eſſe vnius ſpeciei, quæ non ſint maiora, vel minora notabiliter, quam alia eiuſdem, ratione perſonæ, loci, moræ, modi, præludiorum, aut conſequentium: & ita fiunt importuniſſimi confeſſarijs, redeuntes ad ſe reconciliandum, & dicentes, confeſſi ſumus, peieraui-mus, percuſſimus, fornicati ſumus: ſed non diximus tempus, quod in eo cōſumpſimus: neque quod paulo ante, aut poſt diximus, aut fecimus hoc, vel illud, quod augebat peccatum.

7 Et vix eſt vlla via alia ſedandi, & tranquillandi eos, quam docendo, illas circumſtantias non eſſe neceſſario cōfitendas: quia non mutant ſpeciem ſaltem in genere moris.

Item quia peccator non tenetur, vt aſſerit communis, & idem Sotus [d] confiteri mala verba, ſigna, & geſtus, quæ antecedunt homicidium, aut percuſſionē: ſufficit enim dicere, interfeci, percuſſi, neque oſcula, & alia multa turpia, quæ præcedunt fornicationem: ſufficit enim dicere, Fornicatus ſum.

d In 4. diſt. 18. q. 2. art. 4.

Neque cogitationes & voluntates apparatuum ad furandum, vel committendum alia delicta: imo ſatisfacit vltimum actum confitendo, vt dixit Sotus poſt alios, [e] dicēdo: Percuſſi, interfeci, Decies fornicatus, Furatus ſui toties. &c. Tum quia ſanctum Concil. Trid. [f] cui interfuerunt viri doctiſſimi, & ſanctiſſimi, q̄ de his opinionibus in ſcholis diſſeruerunt, declarauit circūſtantias, q̄ mutant ſpeciem, eſſe confitendas. [g] Tum deniq; quod intereſt plurimum ad ſalutem animarum, vt amemus, & non horreamus confeſſionem: in quod iuuabit alleuiatio eius ab oībus illis oneribus & difficultatibus, a q̄bus pōt leuari iuxta eius inſtitutionem diuinā: & declarationem ſanctæ matris Eccleſiæ: *Iugum enim Domini ſuaue eſt, & onus eius leue.* [h]

e In d. ar. 2

f Præcitata ſeſſ. 14. c. 5. & can. 7.

g Arg. l. 1. ff. de offi. eius cui & cap. cū Apoſtolic. de his, quæ ſiūt a prælat.

h Matt. 11.

Neque obſtat, quod quidam dicitur dubitare de hac noſtra ſententia, quam nobiſcum fatetur eſſe communem, allegans pro ea multos, quos nos non citamus, eo quod legit aliquos graues auctores contrarium tenere, quos nos etiā legimus: ſed intrepide hanc partem elegimus. Tum per fundamenta, quæ hic, & in alijs locis a nobis citatis traduntur. Tum, quia, puto eos, qui dubitant cauere ſibi debere, ne fere ſemper eos poſt auditas, vel factas confeſſiones conſcientia mordeat, dictans, ſe non ſatis inquiſiſſe, vel expreſſiſſe grauitatem peccatorum, quam circumſtantia intenſionis, & extenſionis actus, aut irreuerentiæ, contemptus, temporis, loci, perſonæ, & aliæ inducunt.

8 Quibus addo, quod quamuis hæc noſtra, quæ, vt diximus, communis eſt opinio, videatur facere pro alia concluſione p̄dicti Soti, [i] de qua nuper interrogati fuimus non tū videtur nobis vera. Illa enim concluſio habet, non eſſe neceſſe conſteri virginitatis circūſtantiā, ideſt, quod is, qui confitetur eſt virgo, ſi voluntas fornicandi non peruenit ad actum, quamuis ſecus ſit, quando peruenit. Non inquam, videtur vera. Tū quia peccata voluntatis, oris, & operis ſunt eiuſdē ſpeciei, & non differunt, niſi quod alia ſunt magis perfecta quā alia, vt dicemus infra [k] & conſequenter ſtuprū mentale, quod eſt voluntas habendi copulam

i In d. diſt. 18. q. 2. art. 4.

k In ca. 16. nu. 9. poſt S. Tho. 1. 2. q. 52. art. 7.

copulã cũ virgine,aut cũ ſit virgo, erit eiuſdem ſpeciei, cuius ſtuprũ reale, q̃ eſt ipſa copula:& ſi qs eã habuit,dẽt cõfiteri illam circumſtantiam, vt ipſemet ait,etiam debet confiteri, qui eam voluit hẽre,licet non habuerit:cũ alia ſpecies luxuriæ ſit velle fornicari cum virgine,vel cum ſit corrupt⁹,vel corrupta, tum quia Concil. Trident. [a] declarauit circumſtantiam,quæ mutat peccati ſpeciem ex vna in aliam neceſſario eſſe cõfitendam:qualis eſt hęc,de qua loq̃mur: vt prædictum eſt. Tum denique,quia nõ facit pro eo prædicta opinio communis quia loquitur de circumſtantia non mutante ſpeciem peccati: concluſio vero eius de circumſtantia illam mutante. Videtur tamen nobis hæc communis opinio reſtringenda.

a Seſſ.14.c. 5.can.7.

b Ca.perue nit de ſent. excom. vbi textus ſingularis.

Primo,ne procedat in circumſtantia, quæ ſic auget peccatũ vt ratione ipſius fiat reſeruatum, ſaltẽ ex vi conſtitutionũ ſynodalium, quæ ſolent aliq̃n furta aliqua, & dãna certæ cuiuſdã quantitatis Epiſcopo reſeruare,vel addere quod abſolutio,ſiue reſtitutio fiat certo quodammodo.

c C.ſi quis ſuadẽt. ca. 17.q.4.

d In ſũma. verbo.cõfeſſio. 1.q.9.

e Lib.5.tit. 33.q.11.

9 Secundo poſſet etiam reſtringi, ne procedat in ea circumſtantia, quæ hẽt annexam excommunicationem, vel efficit, vt ea ſit Papalis, quemadmodum leuis percuſſio clerici eſt epiſcopalis, [b] grauis vero eſt Papalis. [c]

f Lib. 3.tit. 34.q.21.

g In 3.libr. ſen.diſt.37. art.5.qu.2

Tertio limitatur in ea circumſtantia, quam confeſſarius interrogat,& non poteſt fieri abſque periculo alicuius ſpiritualis incommodi,vt recte aſſeruit Sylueſt[d] quamuis Ioannes de Friburgo, qui fuit auctor ſummæ confeſſorum, id non dicat in loco citato ab eo, [e] neque etiam vbi de hac materia tractat. [f]

h In d. c.cõſiderat. nu. 17. & ſeq.

i 1.2.q.7. & 2.2. qu. 122.art.4. & in quoli bet.10. & in ſumma verbo dies feſtus.

10 Quarto dicimus,q̃ circũſtãtia diei feſti nõ eſt neceſſario cõfitenda: qm̃ nõ facit eſſe lethale, q̃ ſine illa non eſſet tale:neq; alterius ſpeciei talis,neq; alio reſpectu: niſi eſſet opus ſeruile in feſtis, p hibitũ,quale non eſt peccatum iuxta S. Tho.[g] Quã aſſertionẽ confirmauimus [h] multis fundamẽtis,rñdendo totidẽ alijs oppoſitis,ſecuti in eo Cardinalem Caietanum, [i] reſolutũq; Sylueſtrũ, [k] vbi teſtatur, doctiſſimos quoſq; ordinis Dñi canj conueniſſe,& hanc opinionem ſuſcepiſſe:& Iacobũ Almaynũ. [l] Quamuis cõis opinio poſſet in duobus caſibus obſeruari,ſicut diximus:[m] nẽpe qñ eo fine peccatũ cõmittitur, vt i eo fiat aliquod opus manuale prohibitũ in illo die, & quando intentione,& propoſito violandi feſtum lethale crimen admittitur.

k Verb. circũſtãtia. q. 3.& verb. dies Dominica.q.ſi.et in aurea ro ſa a ſu. 63.

l In 4. libr. ſent.diſt.17 col.24.

m Ibidem nu.24.

11 Quinto dicimus,quod circumſtantia diei feiunio,vel orationi conſecrati, licet videatur aliquantulum augere peccatum:non eſt de neceſſitate confitẽda, niſi peccatum perpetretur cum propoſito violandi per illud huiuſmodi diem. Quoniam non efficit mortale, q̃ alias non eſſet tale,nec mutat in ſpeciẽ mortalis,nec facit,vt nouo reſpectu ſit tale: quorum aliquod requiritur ad hoc vt circumſtantiæ confeſſio ſit neceſſaria, [n] vt ſupra dictum eſt,& probauimus.

n In princ. d.c.conſideret.nu. 32.

Sexto dicimus,quod quamuis circũſtantia loci ſacri omne peccatum graui[o] reddat ſecundum accidens: tamen non eſt neceſſario confitenda,niſi quando ipſum opus peccati ſanctitati,vel immunitati eiuſdem loci directe contrariat, qualis eſt humani ſanguinis,vel ſeminis effuſio, vel violenta abſtractio eorum, qui ad loca ſacra confugiunt. Quoniam in his,quod erat mortale propter vnam cauſam, fit etiam mortale propter alteram,[o] vel quod peccatum non erat, aut aut ſolum veniale ex genere ſuo ratione talis circumſtantiæ fit mortale,vt eſt actus coniugalis inter virum, & vxorem ibidem ſine cauſa iuſta exercitus: q̃ qui dem in alijs locis peccatum non eſſet.

verſ ad primum.

o Arg.c.eccle de conſecrat.diſt.1. & ca.propoſuiſti de cõſecr. eccleſ.

12 Septimo,quod q̃ in Eccleſia cõmittit peccatum aliquod ſuperbię,per urij, aut gulæ,&c.non tenetur neceſſario cõfiteri circumſtantiam loci ſacri: neque qui exiſtens in eodem loco deſiderat occidere,ferire,vel fornicari extra illum, dummodo non cupiat id committere in eodem.Nam qui tale deſideriũ concipiret,etiam ſi extra locum ſacrum exiſteret, circumſtantiam ſacrilegij, quod in eo admittit,confiteri teneretur. [p]

& c. 1. eo. tit. lib.6.

p Vt in principio dicti c. cõſideret n. 22.dixim⁹.

13 Octauo dicimus, quod quamuis circumſtantia propriæ perſonæ aliquando peccatũ augeat,quia cæteris parib⁹, plus peccat dignitate aliqua præditus, quam priuatus,[q] & prælatus plus quam ſubditus,[r] & ſapiens plus, quam ignorans,[s] & multo plus ille,q̃ affectat ignorãtiam,vt liberius peccet, quã peccaret ſciens,

q Ca. homo 40.

r Ca.præcipue 11.q.3

ſ C.ſicut dignum. de homic.

sciens, [a] & bonus plus, quam malus: & melior, quam minus bonus: & licet propterea vtile ſit, huiuſmodi circumſtantiam confiteri: non tamen communiter neceſſarium eſt: quoniam illa, vt plurimum, neq; ex veniali facit mortale: neque ex mortali vnius ſpeciei mortale alterius: neque ex mortali vno reſpectu, mortale alio propter alium finem. At vero qñ hoc fieret, puta cum agitur contra votum, vel cõtra ſtatum voto firmatum, vt cum religioſus fornicatur, circunſtantia perſonæ confitenda eſt: qñ tunc aliquod ex illis tribus prædictis efficitur. Quod quidem non ita fit, qñ religioſus blaſphemat, vel quoduis aliud crimen, quod non eſt contra ſua vota, vel regulã, q̃ eſt profeſſus, admittit, vt poſt Caietanũ [b] diximus. [c] Circumſtãtia n. religionis communiter non facit eſſe mortale, quod ſuapte natura non erat tale: neque ẽt facit eſſe alterius ſpeciei, quod ex ſe erat alterius. Et ita patet reſponſio ad id, quod nuper quæſitã fuit, An ſ. religioſus, qui fornicatus eſt, teneatur cõfiteri, ſe eſſe religioſũ, nam per prędicta eſt palã, eum ad id teneri.

14 Nono dicimus, quod tunc de mum, & nõ alias eſt neceſſariũ confiteri circũſtantiam, quod peccauerit contra conſcientiam, qñ opus effectum ob nullam aliam legem, ſed ſolum pp conſcientiã erroneam tantum fit peccatum, tunc. n. ſolummodo vnum ex tribus illis prædictis, & non alia efficere manifeſtum eſt, ſicut nos [d] noue declarauimus.

De numero peccatorum confitendo.

Decimo, quod numerus peccatorum non eſt circumſtantia, ſed additio peccati ad peccatum. Qñ frequẽtatio peccati non circunſtat prius peccatum, ſed conſtituit nouum & ſeparatum a priori. Circa quod quattuor diximus. [e] Quorum primum eſt, non eſſe ſatis dicere, Peccaui ſæpe in hoc genere peccati, qñ verbum illud, Sæpe, ita verificatur in numero denario, imo & in binario, ſicut in centenario, [f] quamuis Archidiaconus [g] partem affirmatiuam defendat, quem licet Angelus [h] noluerit probare, merito tamen eum reprobauit Cardinalis Alexandrinus. [i]

15 Secundum, peccatorem teneri ad dicendũ certũ numerũ peccatorũ, ſi eũ nouerit exprimere, dicendo: Hoc peccatum commiſi toties, quod ſi certum numerũ minime nouit, debet ſecum rationem ponere, quoties in die, vel hebdomada, aut mẽſe, plus minuſve illud peccatum admiſerit, & exponere numerũ veriſimiliorem. Peccaret. n. mortaliter qui p̃ pudore vel hypocriſi aliquid ex numero, cuius meminit, ſubticeret, imo etiamſi per cnlpã ſuã latam fiat, quo minus recordetur, eo quod ea de re nihil antea ſecũ prẽcogitarat, cũ tñ id facere potuiſſet, & proinde cõfeſſio nihil valet

Tertium ſatis eſſe abſque aliquo numero ſuũ ſtatum ſufficienter manifeſta re, veluti ſi qua publica meretrix per decenniũ parata & expoſita ad fornicandũ, tã cum clericis, & religioſis, & virginitate prædictis, quam laicis & coniugatis, aut ſolutis, & poſt conuerſionem cõfiteretur, exprimeretq; ſe toto illo temporis ſpatio in eo ſtatu fuiſſe, hoc inquã, ſatis eſſet, vt poſt Cardinalem Caietanum [k] concluſimus, [l] ponderantes illa verba. *Quantum perſeuerauerit, & defleat quod* perſeueranter peccauit. Per quæ prædictam ſententiam ſingulariter probauimus, [m] & addidimus, eum qui annum integrum oniiſit dicere horas canonicas, ſatisfacere, dicendo, Anno integro omiſi diuinum officium.

16 Quartũ, quod toties numerus peccatorum augetur, quoties peccatum ipſum, vel voluntas peccandi, quæ fuerat interciſa, renouatur ſm Ioannem Andream, [n] quod plane verum eſt in peccatis internis, quæ ſolo animo conſummãtur, vt odium, & hæreſis: non autem idẽ eſt in illis, quæ opere exteriori conſummãtur: nam illa voluntas non dicitur iterari, donec opere exteriori pficiatur, vel interrumpatur: vt euenire ſolet, qñ quis vadit in longinquum ad homicidium perpetrandum, & in ipſo itinere, quod vno die conficit, nunc de illo, nũc de alijs meditatur, hic. n. non peccat in hoc amplius, quam vnum peccatum, licet multo grauius iuxta Caietanum, [o] quem in dicto principio [p] ſequimur, põderantes textum ad hoc ſingularem. [q]

Ex quo inferimus primo, peccatum non iterari, aut multiplicari, etiamſi durante opere exteriore multoties voluntas interior interrumpatur, & renouetur: neq; etiam econtrario, ſi manẽte

a C. penul. 37. diſt.

b I. 2. *qu.* 7. *art.* 1.

c In dicto princ. cap. conſideret. num. 50.

d Vbi ſup. nu. 58. & 65.

e In d. cap. conſideret, num 41.

f Iuxt. gloſ. 1. *c. monaſteria d. vit. & honeſta. cler. Greg. in princip. Clem. ſæpe de verb. ſignif.*

g In c. mitare 6. *q.* 1. & *in prin. d. c. conſideret.*

h Verb. confeſ. 1. §. 23.

i In d. cap. imitare.

k Tom. 1. *Opuſculor. Opuſc.* 18. *q.* 3.

l In d. c. conſideret.

m Vt ibi diximus.

n In reg. de lictum. col. pen. de reg. iur. lib. 6. *in Mercur.*

o In d. 1. 20. *Opuſculorũ Opuſ.* 17. *q.* 1.

p Num. 48.

q In c. cum pro cauſa de ſen. exc.

eadem voluntate opus multiplicetur exterius, antea quam delictum finiatur, vti copioſius [a] comprobauimus.

a In dicto prin. n. 48.

Infertur ſecundo, quod omnes actus interiores & exteriores, qui tantummodo ſunt veluti quædam via ad vnicum peccatum perpetrandum, vnicum tantum efficiunt peccatum, etiamſi illi actus fuerint interrupti: quales ſunt paſſus itineris, præparatio equi, lanceæ, aliorumque armorum una cum deſiderijs, variis vicibus interruptis, verbo, eſu & ſomno renouatis, eius, qui uadit ad occidendū aliū triginta, uel quadraginta miliaribus diſtantē: nam licet illi actus in genere entis cōſiderati ſingulatim ſint multę & variæ res: tñ cōſiderati tanquā via & partes ipſius peccati, quibus totū peccatū eſt conſummandū, nō amplius, quam unū peccatum efficiunt: ſicut lapides, columnæ, ligna, reliquaque materia unius domus multa ſunt ſecundum ſe ſumpta: cæterum omnia ſimul conſiderata tanquam partes unius domus, non amplius, quam unicam domum conficiunt. [b]

b l. eū qui, ff. de ſuc. et l. qui. §ni uerſa. ff. de adq. poſſeſſ.

17 Nunc autem ad ſoluendas ſex quæſtiones ab hinc aliquibus menſibus nobis propoſitas addimus primo, quod non ſolum plures actus exteriores, tendentes in vnum peccatum principale, qui diuerſi ſunt in genere entis, cenſentur conſtituere unum peccatum in genere moris, ſaltem quoad effectum confitendi numerum peccatorum, quando vnus eſt in alium uia: ſed etiam quando quis uno impetu fertur in illos omnes. Tum argumentum præfati capit. cum pro cauſa [c] quatenus probat, eum, qui vno impetu pluries percutit clericum, ſemel tantum excommunicari. Tum argumento aliorum iurium, per quæ Ioann. Andr. [d] concludit, quendam Anglicum, qui tres ictus uno impetu intulit clerico, ſemel tantum excommunicatum fuiſſe. Tum quod ille vnicus impetus uidetur includere quandā vnitatem in genere moris, & efficere, ut quadam tenus unus eorum ſit ad alium via, vel conſequens: licet ſnapte natura in genere entis per ſe ſubſiſtat. Tum, quod qui vnico impetu bis, vel ter appellat, ſemel tantum appellaſſe dicitur, [e] & qui bis, uel ter eandem rem in teſtamento, vel codicillis legauit, videtur ſemel legaſſe. [f]

c De ſent. excomm.

d In dicto Mercur. ca. delictum. de reg. iur. lib. 6.

e Ca. Lotharius adiun cta gl. verbo appellauit 31. q. 2.

f l. cū quæſtio Cod. de legat.

Addimus ſecundo, quod ſicut actus præambuli ad actum principalem peccati non augent numerum peccatorum, neceſſario confitendum: ita eadem ratione nec conſequentes, nec ſubſequentes actum principalem peccati: quales uidentur eſſe actus, quibus quis fecit ali quod peccatum principale: & poſtea, inordinate gaudet, lætatur, triſtatur, dolet, uel loquitur de illo, uel acceſſorijs eius. Tum quod eadem ratio uidetur, & ſic idem eſt de utriuſq; iudicandū. [g] Tum quod qui futatus eſt infantem, q apud eum adoleuit, vnum furtum feciſſe dicitur. [h] Tum quod pauci, collatione aliorum, inueniuntur, qui poſt uindicatam iniuriam: poſt fornicationem in domo ſua ſecure habitam: poſt furtum & dolum admiſſum, non uelint, dicant, uel faciant aliqua inordinata gaudendo comedendo, bibendo, & rideudo, iuxta illud, [i] *Lætatur cum male fecerint.* attamen nemo dicet, eorum omnium numerum nominatim eſſe confitēdum. Tum quia totus Eccleſiæ Chriſtianæ uſus uī habere, quod ſicut ſufficit homicidæ confiteri, ſe occidiſſe talem hominem, non confitendo numerum uoluntatum, & aliorum actuum inordinatorum præambulorum illius homicidij, ita ſufficit confiteri illud, non confitendo numerum actuum conſequentium, quibus id ei placuit, & monſtrauit alijs, uerbis, uel factis placuiſſe ſibi.

g l. illud ff. ad l. Aqui. ca. dudum. 2. de elect. h l. inficiando. §. ifans. ff. de furtis.

i Prouer. 2.

Et quod ſicut fornicanti ſufficit confiteri principalem actum non confitendo numerum voluntatum, dictorum, & factorum præambulorum inordinatorum: ita ſufficit cōfiteri principalem actum, non confitendo numerum uoluntatum dictorum & factorum inordinatorum conſequentium. Tum quia, licet ſinguli præfatorū actuum ſint per ſe ipſos peccata mortifera quoad iudicium Dei exactum: & licet oporteat ut cōtritio, per quam ſunt remittenda, formaliter, uel uirtualiter perueniat ad oia illa, quoad tamen iudicium ſalutare pœnitenti, & huius uitæ, quod facere debet confeſſarius, ſatis eſt, vt numerus eorū ſic pateſiat ei, vt ſtat⁹ pœnitētis ſatis pateat cōfeſſario ad iudicādū, qualē ei dēat exhibere

bere medicinam, vt pulchre declarauit Caietanus. [a] Cum ergo communiter poſt, & ante actum principalem multa cogitata, dicta, & facta inordinata ſoleant haberi, ſatis conſtat confeſſario quoad iudicium ſuum ſalutare ferendũ ſtatus pœnitentis, quoad illam ſpeciem peccati. Arbitramur autem, quod licet, qui rem habuit cum aliqua, non teneatur confiteri colloquia, oſcula, & alios huiuſmodi actus antecedentes, & conſequentes propinquos ad coitum: tenetur tñ qui bis coiuit, etiamſi vnus actus ſit propinquus alteri, dicere ſe bis coiuiſſe illa rõne diuerſitatis, quod unus coitus iſtorum non eſt communiter uia, neque præambulũ ordinatũ ad alterum, neque conſequens illum, neq; quis uno impetu fertur in vtrunque: colloquia vero, oſcula, & amplexus ſunt cõmuniter præambula, & conſequentia coitũ, quę præcedunt, uel cõſequuntur. Non aũt ſine cauſa adiecimus ſupra, *Tendentes ad vnum peccatum principale* qm̃ ſi actus illi ſunt peccata ſeparata ſm̃ ſe, vel ordinãtur ad alia peccata, tot peccata committuntur, quot ſunt illi ex natura ſua, vel quot ſunt fines depranati, ad quos diriguntur: nam qui pergit ad homicidium perpetrandum, & in via ſuratur, rapit, peierat, blaſphemat, vel ſuum eſum, potum, iter, & colloquia non ſolum dirigit in homicidium conceptum, verum etiam in adulterium, infamiam, & ſacrilegia, tot peccata diuerſa committit, quot ſunt ibi actus in ſe mali, & quot fines diuerſi mali, in quos diriguntur, qđ ipſum eſt dicendum de actibus conſequentibus, & de illis, in quos uno impetu fertur.

a Tomo 1. Opuſculor. Opuſcul. 5. quæſt.

Ex quibus infertur primo, quod licet, quando inter præambula, & conſequentia, & actum principalem ſit aliqua notabilis interruptio, illa ſint peccata diuerſa, etiã in genere moris: etiam ad effectum, vt contritio formaliter, uel uirtualiter debeat peruenire ad illa, non tñ uidentur diuerſa quoad effectum neceſſario cõfitendi numerum eorum, eo quod ſine illa ſpecificatione ſatis videtur conſtare ſtatus confitentis, quoad iudicium ſalutare ſacerdotis.

18 Infertur ſecundo deciſio primæ prędictarum ſex quæſtionũ, ſcilicet, quod qui eodem impetu dicit alteri quatuor, vel quinque iniurioſa verba ſignificantia diuerſas iniurias, puta quod ſit fur, falſarius, hæreticus, cenſendus eſt peccare diuerſa peccata. Tum quia non ſunt antecedentia, neque conſequentia ad vnum principale peccatum: neq; ſunt vnum, neque vnius ſpeciei. Tum quia, licet qui uno impetu infert clerico tres ictus, non ſit niſi ſemel excommunicatus: ſi autem uno impetu, etiam vnico ictu tres ferierit clericos, ter eſt excommunicatus, ſecundum Ioan. Andream. [b] Tum quia eadem ratione qui ferit, & blaſphemat, & hæreſim aſſerit, tria peccata committit, cum numero neceſſario confitenda, [c] qui vero dicit totidem uerba iniurioſa, ſignificantia tantum vnam iniuriam, ut quia appellat aliquem quater, uel quinquies furem, hæreticum, vel latronem, unum tantum peccatum admittit, quoad neceſſitatem confitendi numerum inſtar bis, uel ter unico contextu appellãtis. [d]

b In dicto Mercur. ca. dilectũ, de reg. iur. li. 5

c Arg. l. prętor. §. fin. ff. de iniur.

d Dict. c. Lotharius ad iunct. gloſſ. Ver. appellauit. 31 quæſt. 2.

Infertur tertio deciſio ſecundę quæſtionis: ſcilicet quod qui dicit alicui vnum verbum iniurioſum: & ille reſpondet, vnde prouocator replicat, eidem dicens tria verba iniurioſa, peccat tria peccata, ſi tres diuerſas iniurias ſignificant: vnum autem ſolum, ſi tm̃ vnam.

Infertur quarto deciſio tertiæ quæſtionis: ſcilicet, quod qui imprecatur mortem alicui, & toti familiæ eius, duo tantum peccata committit: nõ tot, quot ſunt perſonæ familiæ. Tum quod tota familia pro una perſona ficta accipiẽ. [e] Tum, quod familia, licet ſignificet multos: eos tñ collectiue tamquam unum corpus fictum ſignificat: Tum quod qui vnam domum vult inflammare, vel exurere, non videtur peccare tot peccata, quot partes habet, ſed unum: quia unũ corpus cõpoſitum ex multis vult inflãmare, vel exurere. [f] Et qui vult furari unam myriadem ducatorum, vel vnum aceruum tritici, unum ſolum peccatum videtur peccare. [g]

e l. 1. ff. ſi fam. furtũ feciſſe dicatur.

f Arg. l. eũ qui, ff. de ſ. ſucap.

g Ar. l. vulgaris, ff. de furtis. & c. vulgar. de pœn. diſt. 1.

Infertur quinto deciſio quartę quæſtionis: ſcilicet, qđ qui blaſphemãdo maledicit diuo Petro, & vndecim Apoſtolis, duo tñ peccata videtur admittere eiſdem rationibus.

Inferẽ ſexto deciſio quintæ q̃ſtionis: ſcili-

ſcilicet, quod ſex peccata peccat, qui peccans mollitiei peccatum inducit ſibi ſucceſſiue in memoriam, vt magis delectetur, virginem, viduam, nuptam, cognatam, & monialem, quia ſunt quinq; peccata diuerſarum ſpecierum: cum virtualiter prædictis quinque commiſceatur, vel eis mortifere delectetur, & nulla illorum ſint antecedentia vel conſequentia alterius.

Infertur ſeptimo deciſio ſextæ quæſtionis: ſcilicet, quod ſemel tantum videtur peccare quoad neceſſitatem confitendi numerum, qui poſt vnam fornicationem cum amica habitam, eam uigeſies oſculatur, non ad iterandam fornicationem, ſed ad maiorem delectationem: quia illa oīa oſcula videntur conſequentia fornicationis, & rei iā habitæ.

Infertur octauo ſolutio illius quæſtionis: quot nempe peccata committeret ille, qui longo tempore illicitis amoribus irretitus, mulierē perſequitur, ſed non potitur ea? dicimus enim, ut minimum toties illum peccare, quoties interrumpit malam illā voluntatem peccandi conceptam ceſſando ab impendēda opera exteriore pro illo tempore, & iterum poſtea illam cōtinuat. Ita quod ſi diem integrum, uel noctem aut partem eorum inſumpſit muſicis cantilenis, quo mulierem alliceret, uel opportunitati captandæ, qua ipſam alloquere tur, uel alijs oſficijs, quibus in illum finē peſſimum eam flecteret, quamdiu talis voluntas, & opera exterior non interrumpitur, unum tantum peccatum erit, licet tanto grauius, quanto diuturnius. At uero ſi opera illa exteriore, quam tunc adhibet, finita, vacat alijs negotijs, quæ non ſunt uia, neque præludia ad prædictum opus, & iterum redit ad eandem illam malam uoluntatem ſolam, uel ad aliam faciendi aliud opus exterius ſimile uel diſſimile præcedentibus ad prauum illum finem conſequendū, peccatum illud committet, & tot ſubin de peccata tenebitur confiteri, quot interruptiones, aut renouationes huiuſmodi interuenerint, preter multas alias volūtates, ſeu uolitiones abſolutas, quas habuit abſque operis conſummatione: & confitendo numerum verisimilem, eorum ſatisfaciet.

19 Decimo dicimus, quod pœnitens poteſt vnico verbo mille peccata mortalia cōfiteri: veluti dicendo, Millies blaſphemaui: Millies peieraui: Millies fornicatus ſum. Millies occidere ſtatui: Millies feci contra meum uotum, uel iuramentum. Decies conſului alicui, ut in peccato mortali perſeueraret: illud, aut illud toties feci ad finē fornicandi: quoniam huiuſmodi confeſſioni nihil deeſt ad ipſius integritatem, etiam ſi tot peccata paucis, ſed claris uerbis expreſſerit, ut nos [a] poſt Caietanum diximus.

Vndecimo, quod circumſtantia ſcandali in duobus caſibus eſt neceſſario cōfitenda, ſecundum omnes, uti nos [b] diximus. Quoniā in his unum ex tribus illis ſupradictis efficitur. Prior caſus eſt, qñ ſcandalum eſt formale, hoc eſt, quando aliquid dictum, aut factum fuit, animo prouocandi alium ad peccatum mortale, & non ſolum tenetur confiteri id, qđ prædicto animo dixit, aut fecit: ſed etiā tenetur explicare illam peccati ſpeciē, ad quam prouocare intendebat. [c] Poſterior caſus eſt, cum per opus ſuo genere bonum aut indifferens, ſecundum ſpeciem tamen & apparentiam malum, pbetur occaſio peccandi mortifere. Super alio uero tertio caſu diuerſa eſt auctorū ſententia: videlicet cum quis mortifere coram alijs peccat abſque propoſito prouocandi eos ad mortifere peccandum: nam Adrian. [d] Ioan Maior. [e] & Silueſt. [f] ſentiunt partem affirmatiuam: beatus autem Thomas [g] negatiuam, quatenus ait, quod licet grauius peccet, qui peccat publice, quam qui peccat occulte; non tamen ob hoc dicitur communiter peccatum ſcandali ſpeciale, quod ipſum affirmat Caietanus. [h] Nobis idem nunc uidetur, quod ubi ſupra [i] uiſum fuit nempe quod priori opinioni ſit locus, qñ eiuſmodi peccatū per eiuſmodi perſonā, uel in conſpectu eiuſmodi hominū admittitur, quod uerisimiliter id uidentes, peccati occaſionem accipient: opinioni uero poſteriori S. Thomæ ſit locus, quando non ſit per talem perſonam, nec coram talibus, ut ibidem latius extendimus.

20 Duodecimo dicimus notandum eſſe, eum, qui obliuiſcitur confiteri circūſtantiam neceſſario confitendam, non obli-

a In princ. d. c. conſidere t. nu. 110

b In ca. 1. §. animaduertere n. 5. de ſent. diſt. 5.

c Per dicta ſup. in cap. præced. n. 2

d In 4. de ſacram. cōfeſſ. q. 4.

e In 4. diſ. 38. q. 3.

f In ſūma uerbo ſcandalum. q. 3

g 2. 2. q. 43 art. 3.

h In ſūma uerbo ſcandalum.

i §. animad uertere.

obligari ad iterum confitendum peccatum, quod iam eſt confeſſus: ſed ſatis eſt ei, ut ſolam circumſtantiam confiteatur: verbi gratia. Iurauit quis, ſe non iecturum manus uiolentas in clericum, non furaturum, non blaſphematurum: deinde percuſſit clericum, furatus eſt, blaſphemauit: poſt quod cõfeſſus eſt, ſe illa feciſſe, oblitus dicere, quod antea iurauerat, ſe illa non commiſſurum, non tenetur ad iterum confitendum illa: ſed ſatis eſt confiteri, qđ ſemel, bis, ter, uel toties, licita iuramenta fuit transgreſſus: uel confiteri ſe feciſſe aliqua opera in ſe mala, quæ ſe nõ facturum antea iurauerat: quod [a] latius alibi tradidimus.

Neque obſtat, quod, ut quidam opponit, ſi ut nos approbamus, non eſt neceſſe confiteri illas circumſtantias, quæ notabiliter aggrauant non mutãdo ſpeciem, ſequeretur, quod ſufficeret fornicanti corde & opere confiteri peccaſſe corde, non exprimendo: quod opere compleuerit. Et quod qui ter ſola mente peccauit, & bis mente & opere, ſatisfaceret confitendo ſe quinquies de creuiſſe fornicari. Sequeretur item poſſe confitentem reſpondere confeſſario interroganti, an opere peccauerit, quõd non: quia poteſt negare illa, quæ non tenetur neceſſario confiteri, qualia ſunt uenialia, & etiam mortalia iam legitime confeſſa. Ad quæ reſpondetur negando eiuſmodi conſequentias: quia concluſio noſtra, quam ipſe quoque probat, loquitur de circunſtantia peccati, & non de peccato, neque de ipſius perfectione, ad quæ fiunt conſequentiæ, nam peccatum operis non eſt circumſtantia peccati mentis, ſed peccatum & perfectio peccati cordis: & a diuerſis nõ fit illatio, [b] & peccata operis oportet confiteri: quia tenemur confiteri omnia peccata, [c] ut ſupra [d] poſt Sanctum Thomam, [e] de clarauimus addentes rationem, quare ſufficiat confiteri peccatum operis ſine confeſsione peccati cordis, & non econtrario, peccatum cordis ſine peccato operis.

a *In d.ca. conſideret, num.20.*

b *l.papinianus.ff. de minor & c. ad audientiam, de decim.*

c *Cap.omnis, de pœn. & remiſſ.*

d *In prælu. 7.num.19. & 20.*

e *Ibi citatũ.*

QVOD POENITENS debeat famam proximi conſeruare, non manifeſtando complices delicti. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Manifeſtare aliena peccata qua lege prohibitum.*
1 *Confeſsio ſacramentalis qua lege debet eſſe integra.*
1 *Legum duarum contrariarum ſtra potior.*
2 *Pœnitens non debet nominare perſonam, cum qua peccauit.*
3 *Circunſtantia alioqui neceſſario confitenda, quo caſu tacenda.*
4 *Confeſſor vt ſcandalizari poteſt ratione circumſtantiæ.*
5 *Pœnitens quis debet petere facultatem confitendi alteri.*
5 *Pœnitens quando mutato habitu confitebitur.*
6 *Communicari poteſt abſque confeſsione inopia confeſsarij.*
7 *Confeſſarius quis prodeſſe poſsit, & obeſſe.*
8 *Verecundia non eſt iuſta cauſa adeundi extraneum confeſſarium.*

1 PRo fundamento dicendorum in hoc cap. præſupponimũs primo, infamare alterũ iniuſte, & reuelare aliena peccata ea ignorãti, eſſe peccatum, lege diuina naturali prohibitum, vt diximus in cap. inter verba [f] in cuius repetitione id pro ſexta cõcluſione collegimus, eamque 71. corollarijs ornauimus, & infra [g] in breue compendium contraximus.

Secundo præſupponimus, quod lex præcipiens, ut confeſsio ſacramentalis ſit ĩtegra, eſt lex diuina poſitiua a Chriſto Domino noſtro inſtituta, ut docuimus [h] alibi.

Tertio præſupponimus, quod quando duæ leges contrariæ in aliquo caſu concurrunt, in quo alterius obſeruatio eſt omittenda, tunc temporis illa quæ maior eſt, minori debet anteferri, & hæc illi cedere. [i]

2 Ex quibus infertur primo, pœnitẽtem non debere nominare perſonam, cum

f *11.qu.3.*
g *Cap 1.8.*
h *In gloſſa ſummæ de pœn. diſt.4. & ſup.c.2.*
i *Arg.cap. Iulianus, & capit. ſi Dominus 11.q.3. & c.ſicut. ad tuncta glo. uerb. neceſſitas.de cõſecr.diſt.1. ubi late diximus, & aliquid in c.ſacerdos. nu.25. de pœn. diſt.6.*

cum qua peccauit: quoniam ſupradicta lex naturalis diuina hoc prohibet.

Secundo infertur, quòd confeſſarius præuidens pœnitentem velle nominare perſonas delicti conſortes, vel per quas ipſe induxit, vel a quibus fuit ad peccãdum inductus, debet ſtatim ei occurrere, ipſumque admonere, ne illas nominet, ne ipſe confeſſarius pariter peccet infamiæ peccato conſentiendo vt ait B. Bonauentura. [a]

3 Tertio infertur, quod quamuis opinio communior [b] affirmet, quod quando circumſtantia neceſſario confitenda non poteſt manifeſtari abſque reuelatione tertiæ perſonæ, tunc poteſt licite illa reuelari: oppoſita nihilominus eſt verior, quam tenent Innoc. [c] & Oſtié. [d] & nos latius aſſernimus, [e] nempe quod potius debet circumſtantiam tacere, quam proximum diffamare, quando alterum de duobus neceſſario fieri oportet. Exemplum de pœnitente, qui commiſit inceſtum cum propria matre, vel filia, vel exſtitit mediator, vt ab alio cõmitteretur: ſed quia pœnitens, vel mater, vel filia confeſſario ſunt noti, non poteſt cognationis gradum exprimere abſque mulieris infamia: in hoc enim caſu tenetur circumſtantiam tacere, & eã non infamare.

Primum, quia lex de non infamando proximo: diuina naturalis eſt: Lex autẽ, quæ iubet confeſſionis integritatem, eſt diuina poſitiua, & ita hæc debet illi cedere, [f] cum non ſit locus vtrique. Deinde, quia ſecundum opinionem communem, pœnitens debet tacere peccatum quod in confeſſione detectum ſibi vel confeſſario, probabile damnum animæ, vel corporis, vel famæ afferret. Veluti, ſi pœnitens confeſſarij fratrem occidiſſet, & ſi confiteretur ſe aliquem occidiſſe, ſtatim ſacerdos putaret ſuum fratrem ab illo occiſum: aut ſi cognatam ſuam, quæ filia eſſet confeſſarij, carnaliter cognouiſſet, & circumſtantiam cognationis exprimeret, confeſſarius ſuam eſſe filiam ſuſpicaretur: quibus caſibus pœnitens debet curare concedi ſibi facultatẽ confitendi alteri: quam ſi impetrare nõ poteſt, tunc omnia alia peccata debet exponere, & vnum illud tacere, cũ propoſitõ illud eidem confitendi, quando prædictum ceſſauerit impedimentum, ſecundum S. Tho. [g] & Altiſiod. probatum a Ian. Maiore. [h]

4 Denique, quia communis habet opinio, quod ſi pœnitens ob id quod fœmina eſt, vel ob peccati enormitatem, vel propter alias cauſas probabiliter credit, ſi ſuum peccatum, vel eius circumſtantiam proderet in confeſſione, ſcandalum magnum, vel grande occaſionem peccandi mortaliter confeſſario præberet, tunc nullo modo debet illam confeſſario detegere ſecundum Adrianũ, [i] eo quod lex quæ ſcandalum prohibet, eſt diuina & naturalis. [k] Quæ autem obligat ad confitendum omnia peccata, & omnes eorum circumſtantias eſt quidẽ diuina, ſed poſitiua, [l] & conſequenter patet, illam eſſe fortiorem iſta: & quando concurrunt ſimul, hæc illi cedere debet. [m] Quod quidem eſt verum, ſaltem quando ſcandalum illud paſſiuũ, quod ex tali confeſſione inferretur, ex ignorantia, vel infirmitate, non autem ex malitia proueniret, vt ſentit Ioan. Maior. [n]

Neque obſtat, quod quidam contrariam teneant ſententiam, [o] tum quia fundamenta noſtra longe fortiora ſunt, quã fundamenta contrariæ. Tum, quia fundamentum principale contrariæ eſt, quod communis tenet oppoſitum, quod ipſum etiam nos aſſerimus. Sed nõ obſtat, quia a communi recedendum eſt, quando pro contraria eſt textus, vel ratio, cui non poteſt ſatis bene reſponderi, vt diximus [p] & rationib. prædictis nõ poteſt bene reſponderi a communi, neque ille ibi eis reſpondet. Tum quia præſupponunt, me eſſe auctorem huius opinionis, quod demiratus ſum, cum citauerim duos grauiſſimos auctores illius, ſcilicet, Innocentium, & Oſtienſem. Tum quia prædictum dictum S. Thomę quod in hoc allegaui, eſt communiter receptum, nec ille illud negabit, cũ ſit eiuſdem ordinis, & ex eo efficaciter infertur opinio noſtra, a qua non eſt diſcedẽdum: quamuis etiam Sotus immemor noſtrarum rationum, ſequatur communem. [q] Tum denique quia omnium fere ſententia, vt [q] dicemus habet quod confeſſarius, qui non poteſt confiteri peccatum aliquod ſine reuelatione confeſſionis, debet tacere illud, & reliqua confiteri.

a In 4. lib. ſenten. diſt. 21. ar. 1. q. 3. & faeit. cap. notum. 2. q. 1. & c. 1. de offic. deleg.

b In 4. libr. ſent. diſ. 16

c In ea. omnis, de pœ. & remiſſ.

d Ibidem.

e In d. c. ſacerdos, nu. 95. & 96.

f Per dicta in §. fin. 6. diſtinc.

g In 4. diſt. 17. q. 3. art. 4.

h In 4. lib. ſent. diſ. 17. quæſt. 5.

i In 4. de confeſſ. q. 4. verſ. ad argumenta quæ contra hoc.

k Mat. 18. & Marc. 9. & ca. 2. de oper. nou. nuntia.

l V t ſupra diximus.

m Per prædicta nu. 1.

n In 4. lib. sẽt. diſt. 17. q. 5.

o Inf. c. 27. n. 208. per textum cũ gloſ. & communi in c. capellanus. de feriis. & leg. 1. §. ſed neque. C. de ſet. iu. enu.

p In 4. libr. ſent. diſt. 8. q. 2. art. 5. q In ea. ſeq. num. 5.

teri. Quæsitum est autẽ nuper a nobis, An qui commisit incestum, teneatur cõ fiteri circũstantiam graduum cognationis & affinitatis. Cui respondimus teneri, quoniam aggrauat peccatum, mutando speciem. Alia enim species incestus est copula cum cognata in primo gradu, & alia cum cognata in secundo, & alia cum cognata in tertio, & alia cũ cognata in quarto, & circunstantia, quæ mutat speciem, confitenda est per Concil. Trident. [a]

a Sess. 14. c. 1. & can. 7

5 Quarto infertur, quod pœnitens in casibus, in quibus non potest confiteri circunstantiam necessario confitendam sine alterius infamia, debet secundum omnes doctores, [b] procurare facultatẽ confitendi alteri, qui eum minime noscat: & si talem non inueniat, debet mutato habitu confiteri illi, qui alias ipsũ agnoscebat, ita ut neq; ex voce, aut alio signo deprehendatur, & nomen propriũ patriam, & professionem taceat, quod licite facere potest: quia hæc non tenẽt manifestare nisi quando ex illis oritur aliqua circunstantia necessario confitẽda: qualis est esse coniugatum, quoad illam culpã, qua matrimoniũ lædit: vel esse religiosum quoad culpam, qua uotum religionis infringit. Cõfessario aũt satis est, vt pœnitens eum certiorem faciat, se posse ab illo audiri, & absolui. Nolumus tñ dicere, hanc solam causam sufficere, vt pœnitens possit extraneo confessario, non habenti in hoc priuilegiũ confiteri absque sui parochi, vel alterius licentia: hoc enim nõ est verum, secundum Paludanum receptum, [c] qđ & nos [d] tradidimus.

b In 4. libr. sent. distin. 17. q. 3.

c In 4. libr. senten. dist. 19. quæst. 3

d In cap. sacerdos, et in ca. fi. de pœ. distin. 6.

6 Quinto infertur, quod quamuis aliqui sentire videantur, quod quando nullum ex prædictis remedium inuenitur, huiusmodi pœnitentem uideri non habere copiam confessarij, subinde posse sine præuia confessione communicare, [e] nihilominus tamẽ uerius arbitramur in tali casu debere reliqua omnia peccata confiteri omisso illo, aut eius circũstantia, quæ non potest absque dicto periculo exprimi, cum proposito tamen id confitendi, cum primum occurrerit confessarius, cui absque tali periculo possit illud manifestare per prædicta, [f] ut Maior sentit. [g]

e Arg. glos. fin. recepta. ca. de homine. de celeb. miss.

f Sup. eod. num. 3.

g In 4. dist. 17. q. 5.

7 Sexto infertur, quod quando proprius confessarius huiusmodi est, probabile sit, confessionem talis peccati, & circunstantię illi factam profuturam, & nullatenus obfuturam, potest & debet pœnitens illam ei confiteri, [h] hoc enim non est infamare: quia nihil contra ius reuelatur. Nam iure fieri potest reuelatio criminis alterius, ei, quem scit profuturum, & nõ obfuturum, iuxta S. Augst. [i] dummodo prius eum per se corripiat, vel nulla sit ei spes correctionis, per suam correctionem, per ea, quæ in repe. cap. inter uerba. [k] dicebamus.

h Arg. cap. hoc videtur 22. q. 5.

i In dicto capit. hoc videtur. & in quæst. in Leui. in c. 5.

8 Septimo infertur, non esse iustã causam adeundi extraneum confessarium, non habita facultate proprij, timorem, quod post confessionem parochus magis solicite, & accurate illius curam sit habiturus, nec adeo bene, vt primum de ipso opinaturus, secundum Syuestrum: [l] tum quia nulla est lex, neque ratio, quæ id contineat: tum quia pudor solus ad hoc non est legitima causa, nisi quando adeo magnus foret, vt pœnitentem constitueret in periculo tacendi aliquod peccatum, vel circunstantiam necessario confitendam, ut [m] diximus.

k 11. q. 3. conclus. 6.

l Verb. confessio. 1. q. 6.

m In c. placuit. n. 150. de pœniten. dist. 6.

DE SIGILLO CONfessionis. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Sigillum confessionis quid, & quare sic vocetur.*

2 *Sigillum secreti duobus modis sumitur, & quid sit.*

3 *Sigillum confessionis quæ includat, & quos obliget. 4. & 7.*

5 *Sigillum confessionis est sigillum secreti, non econtrario.*

6 *Confessor non potens confiteri suũ peccatum, nisi reuelando confessum, taceat illud.*

7 *Sigillum confessionis etiam post mortẽ durat.*

8 *Confessarius vt sæpe confessionem detegit. 9. & 10.*

11 *Sigillum confessionis quando non uiolatur. nu. 12. & 14.*

13 *Confessor audiens multos pueros vt peccat.*

15 *Confessor deponens de sibi cõfessis quis frangit sigillum.*
16 *Confessor dicens in tali loco admittuntur grauia peccata, malefecit.*
17 *Confessor quas pœnitentias imponit prudenter.*
18 *Confessio similitudinaria inducit sigillum.*
19 *Confessor vt iuste negat, adulteram nõ esse sibi confessam adulterium.*

1 PRo fundamento dicendorum de curtantes ea: quæ tradidimus in cap. sacerdos, [a] post S. Thom. [b] & & cõmunem opinionem, dicimus primo, sigillum nihil aliud esse, *quam obligationem, vel debitum occultandi aliquid*: dicique sigillum per metaphoram: nam sicut sigillum continet occultam rem obsignatam in charta vel tabula, [c] ita obligatio seruandi aliquod secretum efficit, ne illud fiat manifestum.

2 Secundo dicimus, quod sigillum secreti, diuiditur in sigillum legis diuinæ naturalis, quod est obligatio iure ipso naturali inducta ad occultandum aliquid, & in sigillum confessionis, quod nihil aliud est, quam obligatio a lege diuina positiua per Redemptorem nostrum inducta, ad occultandum, quod in sacramentali confessione reuelatur, qui quidem propter multas causas, quas [d] adduximus, voluit, ut quamuis alia secreta regulariter obseruanda, capit. qui ambulat, [e] quod cum alijs citauimus [f] sæpe possint, & debeant reuelari, videlicet quando iubet superior, [g] vel quando occultatio talis secreti nocet animę, corpori, honori, aut rei familiari alterius, vt diximus, [h] tamen confessionis sigillum numquam est reserandum, præterquam in vno casu: nempe quando qui confessus est, ad id facultatem dederit quibusdam cõditionibus affectam [i] quinimo confessarius, qui directe vel indirecte confessionem detegit, siue absoluat pœnitentem, siue non, semper peccat mortaliter, siue id faciat præ timore, etiam ipsius mortis, siue gratia vitandi scandalum, aut commodum aliquod reportandi, vel propter quemcumque alium finem rectum, aut prauum. [k]

3 Tertio dicimus, quod idem Redẽptor noster Iesus Christus voluit, vt sub ista obligatione non solum includerentur peccata mortalia & venialia, verum etiam eorum circunstantiæ necessario, vel voluntarie confessæ, & quæcumque alia, quæ licet peccata non sint: sunt tamen talia, per quæ detecta, detegi potest, directe vel indirecte, in genere, uel in specie eum qui confessus est, confessum fuisse, se admisisse aliquod mortale, vel aliquod particulare veniale, etiam si leuissimum foret, vt diximus cap. sacerdos, [l] per dictum cap. omnis, [m] in illis verbis, *caueat sacerdos, ne uerbo, uel signo, uel alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem*.

4 Quarto dicimus, quod hoc sigillo & obligatione secreti confessionis non solum ipse confessarius remanet obligatus, verum etiam, [n] omnes illi, qui confessionem sacramentalem audierunt, vel intellexerunt licite, mediate, vel immediate, siue sunt clerici siue laici, siue viri, siue fœminæ. [o]

5 Ex quibus infertur primo, quod omne sigillum confessionis est etiam secreti naturalis, non autem e contrario omne sigillum secreti naturalis est sigillũ confessionis.

Secundo infertur, quod sigillum confessionis est fortius altero, quoniam alterum solum introductum est a lege diuina naturali, hoc autem, de quo in præsenti agimus, a lege diuina, naturali, & positiua.

Tertio infertur, quod quãuis qui aliquod horum sigillorum infregerit, peccet mortaliter: grauius tamen peccat, qui frangit confessionis sigillum, quam qui alterius secreti naturalis, quoniam ille peccat contra duas diuinas leges, hic autem contra legem naturæ tãtum. Sicut etiã grauius offendit, qui refert secretum, quod iurauit seruare, quam ille qui solum idem promisit, [p] uti copiosius in d. cap. sacerdos, [q] diximus.

6 Quarto infertur, quod confessarius, qui commisit aliquod mortale, quod nõ potest confiteri absque confessionis sibi facte reuelatione, tenetur illud tacere, & reliqua confiteri cum proposito illud etiam confitendi, quando absque præiudicio sigilli præiudicio facere poterit, [r] secundum omnes, quatenus tenent, quod, ut dictum est, non est nisi vnus casus,

a De pœn. dist. 6. n. 35
b In 4. libr. sent. dist. 21 q. 3. art. 1. q. 3. ad 3.
c l. 1. §. fin. & l. cũ ab initio & l. si quis signatoribus, ff. quemadm. testã. aper. d In dict. c. sacerdos, n. 83.
e 5. quæs. 5.
f In dict. c. sacerdos, in prin. nu. 3. cum seq.
g Cap. intimauit, de testib: cum eis annotatis per Pan. & Feli. & per Inno. et Panor. in c. omnis. de pœni. & remiss. & Panor. in cap. qualiter, 1. §. si uero, sub finẽ de accusat.
h In repet. capit. inter verb. 11. q. 3. conclu. 6.
i Vt infra 10. & seqq. dicetur.
k Capit. sacerdos, de pœn. dist. 6.
l Num. 68.
m De pœn. & remiss.
n Vt diximus in ca. 1. in princ. nu. 77. de pœn. dist. 6,
o Iuxta S. Tho. Palu. & omnes alios in 4. dist. 21.
p Ca. 1. 12. quæst. 1. & glos. in ca. iuramenti. eod. caus. quæst. 5. q Num. 36. & seqq.
r In 4. sen. dist. 21.

casus, in quo illud liceat reuelare, qui quidem non est hic.

a In d.cap. sacerdos. 7 Quinto infertur, quod sicut,[a] diximus, non solum sacerdos, & laicus, cui propter aliquam necessitatem fit confessio, [b] & etiam interpres qui partes pœnitentis, qui linguam ignorat, agit: hoc secretum obseruare tenentur, verũ etiã qui casu vel dolo, licite vel illicite alicuius confessionem audit: imo & is, cui causa consilij petendi ab eo, vel detrahendi reuelatur. quoniam res cum onere suo transeunt, vt iura habent,[c] & tradit Sanctus Thomas receptus a Panormitano, & alijs[d] & confessio simul ac fit in forma sacramentali, annexam habet obligationem secreti, adeo quidem, qđ iudex nihil deberet agere, aut aggredi ob famam, vel indicium, quod inde oriretur.

b Iuxta ca. 1. in princ. de pœnitẽ. dist. 6.

c Cap. ex litteris. de pig. ca. pastoralis, de deci. l. 2. & 3. C. quib. caus. pigno. vel hypo. tacit. contr. d in 4. libr. senten. dist. 21. q. 3. ar. 1. & 2.

Sexto infertur, quod hoc sigillum & obligatio durat etiam post mortem, qm̃ nascitur ex præcepto negatiuo, cuius vis quoad semper, & pro semper obligat, vt ait Sactus Thomas[e] & Panormitanus, & alij. [f]

e 2. 2. q. 33 ar. 2. in corpore quæst.

f In ca. vouit de iudi. Archi. in prin. de pœ. dist. 5. & in ca. si peccauerit. 2. q. 1.

8 Septimo infertur, quod hoc sigillum violauit, veluti diximus, [g] quidam parochus, qui suo parochiano publice conquerenti, quod sibi Eucharistiæ sacramentum denegabat, publice etiam in hunc modum respondit. Ne queraris, amice, quod tibi denegem sacramentũ, quia habes casum reseruatũ, a quo ego non possum te absoluere. Nam perinde est, ac si diceret, ille cõfessus est mihi aliquod mortale, siquidem venialia reseruari non solent. [h]

& c. præcepta. de consecr. dist. 1.

g In d.c. sacerdos. nu. 53.

9 Octauo infertur, quod confessarius in hunc modum loquens, ille mihi confessus est multa, & valde grauia peccata, confessionem detegit, vt nos post Paludanum [i] diximus, & etiã ille, qui duarum aut trium personarum confessioni bus auditis, de vna illarum sic loquitur. Hic nullum peccatum mortale habuit, quoniam indirecte videtur significare, alios duos mortalia fuisse confessos, sicut [k] diximus, adijcientes idem facere illum qui confessione pœnitentis audita, statim consulit virum doctum præsentem, a quo quid agendum sit in aliquo casu confessionis quærit, & accepto consilio ilico redit, vt eum absoluat.

h Arg. glos. c. 2. de pœn. & remiss. lib. 6.

i In 4. libr. sent. dist. 21 q. 3. in d.c. sacerdos n. 54.

k In d.c. sacerdos. nu. 57. & 59.

Nono infertur, quod hoc etiam sigillum infringit sacerdos, qui cum ipse alteri confitetur, accusat se absoluisse aliquem a peccato simoniæ, eo modo vt alter sciens a quo fuisset in confessarium electus, facile poterat conijcere, quisnã fuisset absolutus vt [l] diximus.

l In d.c. sacerdos. nu. 58.

10 Decimo infertur, quod grauiter errabant quidam confessarij, quos Ostiensis [m] narrat, se vidisse ridentes & iocantes, qui sibi inuicem confessiones auditas referebant dicentes [in hunc modũ: Quidam miles, vel quædam mulier venit ad me hodie, & illud, aut illud mihi confessi sunt, qui quidem quamuis illorum nomina non exprimerent, per coniecturas tamen facile fuerat deprehendere, quo in loco etiam reprehendit eos, qui dicunt, ille confessus est admodum bene. Confessio illius non mihi satisfecit. [n]

m In sũma de pœn. & remiss. §. in quo tenẽt.

n Vt in ca. sacerdos. de pœn. dist. 6. nu. 57. dixi mus.

Neque obstat, quod Conc. Trident. [o] iusserit, ut confessarij imponant pœnitentias publicas ijs, qui publice peccarunt cum scandalo aliorũ manifesto, ut quos ad malum inuitarunt, eosdem ad bonũ incitent: tum quia noluit statuere, vt cõfessarij hoc facerent eo modo quo sciatur eas ab illis fuisse impositas, tum qa non loquitur de confessarijs, tum quia illud esset rumpere indirecte sigillum illud, tum quia etiam erat sancitum antea [p] ut peccatis publicis imponatur publica pœnitentia: sed illud ut [q] probaui mus, intelligitur in foro mixto exteriori in quo posset intelligi hoc dictum Cõcilij, & non in mero interiori, quod significat dictum Concilium in tribuendo potestatem episcopis mutandi pœnitentiam publicam, de qua loquitur, tum quia non est recedendum ab antiquo iure, quãdo nouum ad id nos non compellit. Itaque credo, confessarium non debere palam facere indirecte, quod pœnitens sibi confessus fuit aliquod peccatum publicum scandalosum, imponendo ei pœnitentiam publicam sic, vt credatur ab illo fuisse data, quam bene potest imponere ita, vt crederetur, pœnitentem a se illud facere ad ædificationẽ eorum, quos scandalizauit, & etiam posset ei suadere, vt hoc significaret illis, quos scandalizauit, dicendo se id facere, quo sciant se ex animo pœnitere, per-

o Sess. 24. c. 8. de refor.

p In c. 1. de pœn. & remiss.

q In ca. sacerdos. de pœn. dist. 6. nu. 87. & seqq.

percupereque, ne quis eius exemplo peccet.

Vndecimo infertur, quod contra hoc sigillum etiam facit, qui de concubinarijs, vel alijs publicis peccatoribus asseuerat, illos peccata illa publica fuisse sibi confessos, quamuis enim non reuelet peccata, siquidem iam publica erãt, ea tamen ratione visus est reuelare, qa dicit illos talia peccata in confessione explicuisse, vt comprobauimus. [a] Ille item reuelat confessionem, qui dicit ille confessus est mihi, sed ego eum non absolui, constat enim eum, qui huiusmodi verba audierit coniecturum, pœnitentem confessum esse aliquod peccatũ mortale, quamuis Caietanus, cuius argumentis [b] respondimus, oppositum teneat. Præterea secundum omnes ille etiam infringit sigillum, qui dicit. Ego illum non absolui, quia nõ vult restituere, vel relinquere concubinam, aut alia peccata.

11 Duodecimo infertur, quod non frãgit hoc sigillum parochus ille, qui accersitus ad sacram Eucharistiam ministrandam publicis vsurarijs, vel alijs similibus peccatoribus, quorum confessionẽ vel ipse, vel alius audierat, cum illis ita se gerit, ac si nihil per confessionem accepisset, & in hunc modum loquitur. Hi homines quantum apparet hucusque in peccato publico permanserunt, & permanent, & publico peccatori, quousque etiam publice constet quod desijt esse talis, non debet Eucharistiæ sacramentum publice ministrari. Nam istiusmodi verbis non reuelatur confessio, neq; quidquam falsè dicitur, [c] sicuti post Paludanum diximus. [d] At vero si diceret, Ego non possum, vel non potui illos absoluere, quia publicam illorum pœnitẽtiam non video, iam tunc violat sigillũ, quod nos multis rationibus [e] contra Caietanum confirmauimus. Ille autem qui dicit. Ego audiui confessionem Petri, vel, Audiui peccata Petri, vel, Petrũ a suis peccatis absolui, nó est sigilli violator, tum quia per hoc non asserit aliqua mortalia peccata generatim vel speciatim sibi fuisse confessa, nec aliqua venialia in specie, tum quia in summa nihil amplius dicit quam si dixisset, Confessus est mihi, & ego ipsum absolui, qbus verbis nullus confessionem reuelare videtur, vt [f] diximus, nisi quando aliquis adeo clam est confessus, vt nolit alium scire se tali sacerdoti fuisse confessum, quod quidem contingit, quando vxor fratris ipsius confessarij contra maritum peccauit, confiteturque alteri omnia sua peccata, ut postea reliqua preter illud unum, mariti fratri uel consanguinei cõfiteatur, qui quidem si nosset, illam alteri fuisse confessam, aliquid mali suspicaretur.

12 Decimotertio infertur, quod non rumpit sigillum, qui dicit. Eo ad audiẽdam reconciliationem Petri, qui suis minutissimis peccatis, ut solet, caput mihi obtundit. nam hic solum in genere peccata venialia alterius manifestat. Non est item violator sigilli, qui sine expressione causæ denegat alicui suffragium in electione prælati, eo quod eius peccata per confessionem cognouerat. Neque ille, qui dicit, Tale pẽccatũ mortale in confessione audiui, dummodo adeo circumspecte & caute hoc dixerit, vt nullo modo possit cognosci persona, quæ tale peccatum fuerat confessa, secundum Paludanum & communem opinionem [g] & Adrianum [h] quamuis Panormita. [i] oppositum sentiat, cuius argumenta satis aperte & sufficienter, [k] dissoluimus, ibi tamen, [l] adiecimus, satius esse talia verba nunquam proferre, nisi propter magnam proximi vtilitatẽ, & qd viri grauissimi raro ita loqui deberent, & rarius minus graues, & rarissime leues, quoniam hi facilius, quam illi incidunt in suspitionem criminis de violato sigillo confessionis.

13 Decimoquarto infertur, quod sacrilega est illa parochorum quorundam consuetudo audiendi simul multos pueros in vnum congregatos, iam rationis vsum habentes sine ulla necessitate. tũ quia pœnitentiæ sacramento iniuriam faciunt, ipso ad risum & iocum abutentes. [m] Tum etiam, quia ipsi pueri postea suorum sodalium confessiones alijs pueris manifestant, in quo contra multa pcepta delinquitur, quæ in cap. omnis, [n] & in 4. [o] habentur vt [p] diximus.

14 Decimoquinto infertur: quod cõfessarius interrogatus, quid egerit circa pœnitentem, quem non absoluit, respõdere

[a] *In dic.c. sacerdos, num.63.*
[b] *Ibidem. num.64.*
[c] *In 4.dist. 9.q.4.col 2*
[d] *In princ. c.1.nu.29. & 22. & i c. sacerdos, num. 6. de pœn.dist.6.*
[e] *In princ. dicti capit. sacerdos, num.6.*
[f] *In dicto.c. sacerdos, num.68.*
[g] *In 4.lib. sen.dist. 21*
[h] *In d.dub. 10.*
[i] *In ca. omnis nu.8.de pœnit. & remiss.*
[k] *In dict.c. sacerdos, n. 78.*
[l] *Nu. 81.*
[m] *Arg.l. Mimæ C.de epis.aud. et §.fin.auth. de sanct. epis.c. & gl. ca. cum de corẽ.de vita & hon. cleric.*
[n] *De pœn. & remiss. o Dist.21.*
[p] *in dicto c. sacerdos, num. 119.*

dere debet ſe ſuo munere fuiſſe perfunctum, at vero ſi diceret, ſe non abſoluiſſe, iam ſigillum perfringeret: nam tunc probabilem ingerit ſuſpicionem, aliquod peccatum graue cõfeſſum eſſe pœnitentem, vel aliquam excommunicationem incurriſſe, vel nolle emendari, quantumuis Caietanus hoc defendere contendat, vt [a] diximus.

a In præallegato c. ſacerdos, nu. 93.

Decimo ſexto infertur, quod non rũpit ſigillum iſtud confeſſarius, qui circa peccatum, quod audiuit in confeſſione, conſilio alterius indigens, eo modo poſtulat illud ſibi dari, vt ex eius uerbis nullo modo poſſit intelligi quis fuerit auctor ſceleris. [b]

b Ca. officij de pœnit. & remiſſ. & diximus ſup. eod. cap. illat. 11.

15 Decimo ſeptimo infertur, quod confeſſarius, qui vocatus in teſtem ante iudicem exponit, quod in confeſſione acceperat, quia alio modo idipſum intellexerat, non dicitur ſigillum confeſſionis diſſoluere dummodo ita prudenter deponat, ac ſi numquam quidpiam tale in confeſſione percepiſſet, ſecundũ S. Thomam [c] ab omnibus receptum, vt nos id etiam [d] diximus. Nam ſi aliquid aliud adderet, ex his, quæ nouit in confeſſione ſupra id, quod ante cognouerat, ſiue rem ipſam, ſiue re certitudinẽ augendo, iam fit ſigilli violator ſecundũ mentem omnium doctorum, quam Syluester [e] expreſſit.

c In 4. lib. ſen. diſt. 21 q. 3. art. 2.

d In dict. c. ſacerdos, n. 61.

e Verb. con feſſ. 3. q. 2.

Decimo octãuo infertur, quod nec ille infringit hoc ſigillum, qui ex licentia pœnitentis libere, & ſponte, & ex iuſta cauſſa ſibi conceſſa confeſſionem detegit ſecundum S. Thomam [f] & multos alios quorum opinionem multis textibus, & rationibus comprobauimus, [g] nouam aliam rationem antiquæ definitioni reddentes.

f In 4. lib. ſen. diſt. 21. q. 4. art. 2.

g In dic. c. ſacerdos, n. 151. et ſeq.

16 Decimonono infertur, quod male fecit confeſſarius, licet non dicatur cõfeſſionis reuelator, ita loquendo, in tali loco (expreſſo nomine loci, in quo audit confeſſiones) grauia crimina perpetrantur. Nam ſimplices ſcandalizantur, exiſtimantes his, & alijs ſimilibus uerbis confeſſiones reuelari, atque ſubinde ſpeciem mali præ ſe ferunt: & idcirco ab illis abſtinere debemus, ſicut diximus, [h] iuxta illud Apoſtoli. [i] *Ab omni ſpecie mali abſtinete §95.*

h In dict. c. ſacerdos, n. 54.

i 1. ad The. 5. relatã in cap. cum ab omni de §t ta. & honeſta. cleric.

17 Vigeſimo infertur, quod non eſt prudentis confeſſarij iniungere pœnitẽti multa ieiunia, & graues alias pœnitẽtias, quas ille teneatur ſtatim a confeſſione uel paulo poſt eam perficere, qñ pœnitentiæ fuerint huiuſmodi, ut commode & ſecreto fieri non poſſint, abſq; eo quod ab aliquibus videantur, qui ſub inde ſuſpicentur propter grauia aliqua crimina illas fuiſſe iniunctas a confeſſario, ſicut [k] diximus: quamuis aliqui affirmẽt propter grauia peccata graues quoque imponi poſſe pœnitentias, dummodo ex eo nulla ſpecialis ſuſpicio exoriri poſſit, propter iſta, uel alia crimina confeſſa fuiſſe impoſitas. cæterum quia cõfeſſarius nullo modo, nec in genere, nec in ſpecie poteſt reuelare aliqua peccata mortalia ſibi eſſe confeſſa, hoc non eſſe ſecurum arbitramur, niſi conſenſus pœnitentis iuſta de cauſa datus id iuſtificet.

k In præcitato ca. ſacerdos, nu. 103.

Vigeſimo primo infertur, quod non facit contra ſigillum confeſſarius, qui ex Petri confeſſione intelligens, Ioannẽ fuiſſe illius complicem in delicto, poſtea Ioannem de illo crimine interrogat: dummodo non exprimat quod rem a Petro acceperit, ſecundum Sylueſtrũ. [l] imo nec in particulari interrogando ſigillum aperit, quando Ioannes veriſimiliter ſuſpicari non poteſt illud expreſſiſſe Petrum in confeſſione: quia nimirũ peccatum eiuſmodi erat, ut circa illud confeſſarij ſoleant interrogare. Caueat tamen, ne tunc quidquam de Petro ſciſcitetur, iuxta Sylueſtrum. [m]

l Verb. confeſſ. 3. q. 16

m Dicta q. 26.

18 Vigeſimoſecundo infertur, quod q reuelat ſecretum reuelatum ſibi ſub ſigillo confeſſionis, vt vulgo fit, ſine ſacramentali peccatorum ſuorum confeſſione, non frangit ſigillum confeſsionis ſecundum Innocentium, Panormitanum & communem [n] quos retulimus, [o] etiã ſi genu flexo, & præuio ſigno crucis in fronte reuelauit, ut diximus [p] citantes in hoc Sotum, & Caietanum, quem ille non citat.

n In ca. oĩs de pœni. & remiſſ.

o In ca. ſacerdos. nu. 19. de pœn. diſt. 6.

19 Ad illud vero dubium, quid faciet confeſſarius alicuius mulieris ductus in aliquod deſertum a marito eius nobili, vel a tyranno, & interrogante an ſua uxor confeſſa fuerit ei, ſe adultera tam eſſe, intentando ei mortem, ſi veritatem non dixerit: reſpondeo, quod po

p In rep. ca. inter uerb. 11. q. 8.

test absolute dicere, & si opus est, iurare, eam sibi non esse confessam vllum adulterium, adijciendo mente, eo modo quo dicere obligetur.

IN QVIBVS CASIBVS confessio debeat iterari. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum recte confessum semel non est necesse iterum confiteri.*
2 *Absolutio etiam iniustæ valet, nisi adsit defectus substantialis.*
3 *Sacramenta collata excommucicato regulariter ualent.*
4 *Absolutio a peccatis etiam iniusta excommunicati communiter valet, n. 5.*
6 *Absolutio carentis iurisdictione non valet, num. 7.*
8 *Confessio facta excommunicato, suspenso, vel interdicto quæ valet, n. 9. et 10.*
11 *Confessio facta curato carenti omni titulo valida.*
12 *Confessio facta nescienti, aut nolenti absoluere, ut conuenit nulla.*
13 *Confessio sine proposito uitandi futura, uel non integra nulla.*
14 *Confessio omittentis aliquid confiteri iusta causa ualet. num. 15.*
16 *Confessio sine debita cura reminiscendi quæ non ualet*
17 *Confessio non iteranda ob pœnitentiam non impletam, neque &c. num. 18.*
19 *Confitens ei, cui male confessus est, ut non tenetur confessa confiteri.*

a *In 4. dist. 7*
b *Quolib. 1. art. 12.*
c *In lect. 2. super Mar.*
d *In 4. lib. sent. 17. q. 3*
e *Ibi.*
f *In 4. desacra. confes. q. 5.*
g *In capit. fratres, nu. 30. de pœn. dist. 5. & in c. fi. n. 112. & seqq. de pœn. dist. 6.*
h *Ca. 1. 11. q. c. cum inter. de re iudic.*
i *Cap. 1. co. et l. 1. et tot. tit. C. quãdo prouoc. non est necesse.*
k *In dic. 4. lib. sen. dist. 17. arg. d. l. lud. ff. ad l. Aquil. & c.*

CIrca hoc dicimus primo, conclusionẽ esse ab omnibus Catholicis receptam, [a] peccatum semel rite ac legitime confessum non esse necessario iterũ confitendum, attenta sola lege diuina & canonica. Imo neque lex vlla humana sanciri potest, quæ ad id faciendum obliget absq; pœnitentis consensu, iuxta veriorem sententiam S. Thomæ, [b] & aliorum complurium, [c] scilicet Gersoni, [c] Paludani, [d] & Iacobi Almaini, [e] & Dionysij, quem Ioannes Maior & Iacobus sequuntur & Adrianus [f] quos [g] sequuti fuimus.

2 Secundo dicimus, quod sicut aliæ iudicũ sententiæ cõmuniter valent, etiam si sint iniustæ, [h] nisi qũ defectus est substantialis, [i] ita eadem omnino ratione absolutio sacerdotis regulariter ualet, etiam si fuerit iniusta, quando nihil ex substantialibus deest, secundum mentem omnium. [k]

3 Tertio dicimus, quod quamuis peccatum sit excommunicato ministrare sacramenta, si tñ illi cõferantur, uera sunt & valida, ut [l] affirmauimus: siquidem professio facta ab excõmunicato valet. [m] Matrimonium itẽ ab illo contractũ. [n] Sacramenta itẽ Eucharistiæ, Confirmationis, & Ordinis ab eo administrata, vel suscepta valent propter rationes [o] adductas.

4 Quarto dicimus, quod ex præmissis deducitur, primo absolutionẽ a peccatis, quæ confertur maiore aut minore excommunicatione ligato cõmuniter, valere: quia exoommunicatio non induit defectum substantialem absolutionis a peccatis, quamuis excommunicatus, qui dat & accipit eam scienter, sacrilegium committat, [p] ut contra Angelum, [q] probauimus, qui quidem incaute pro se adduxit Ricard. [r] quem constat nobiscum sentire, & cõsequenter illum ad iterandam confessionem nõ teneri, vt [s] probauimus, post Caietanum [t] & maxime prædicta absolutio valet, quando excommunicatus nesciebat, uel non aduertebat, se esse excommunicatum, siue ignorantia, aut inconsideratio fuerit iusta, siue secus: dummodo quando absoluebatur, neque crederet, neque aduerteret, se peccare recipiendo absolutionem: vt cum aliquis est excommunicatus, & nesciens id, uel non aduertens, se excommunicatum esse, bona fide peccata sua confitetur, & petit absolutionem, sicut solent multi facere, qui ignorant se propter percussionem clerici in minoribus constituti, uel prima tõsura initiati excommunicationem incurrere: aut etiam ignorant, uel non aduertunt sententiam excommunicationis generalem esse promulgatam contra eos, qui fructus arborum, vel quid aliud surripuerint: hi enim quamuis remaneant obligati ad impetrandam absolutionem ab excommunicatione, non tamẽ tenentur iterare confessionẽ.

2. *de trãslatio prælato. l In c. 1. §. cautus, nu. 25. & seq. de pœ. dis. 5 m Ca. cum illorum, de sen. excõm. n Ca. significasti, & eo. qui dux. in matri.*
o *Vbi supr.*
p *Arg. cap. si celebr. de eler. excõ. ministr. & c. sacris, de his quæ vi met. cauf. fin ut in c. fratres, nu. 40. de pœn. dist. 1.*
q *In verb. confes. 1. §. 4. & verb. confes. 5. §. 10.*
r *In 4. lib. sen. dist. 28. art. 9. q. 4.*
s *In præcitato cap. fratres, n. 45.*
t *Verb. absolutionis impedimenta, & verb. cõfessionis iteratio, & Tomo 1. Opusc. Opusc. 5. q. 2. & facit c. Apostolicæ, de cleri excõ. minist. & ea, quæ ait Cardin. conf. 40. & Felt. in c. sicut tuis, colu. 1. de sim.*

Et

Et si excommunicatio esset iniusta, multo potiori iure valeret absolutio. Quemadmodum enim qui excommunicatur excommunicatione inualida, siue nulla, potest iuste absolui, secundum omnes,[a] sic etiam excommunicatus per excommunicationem validam, sed iniustam in foro conscientiæ, & coram Deo potest a suis peccatis absolui, quoniam in illo foro non est excommunicatus, ut sentit Richardus [b] & Adrianus [c] expressit, & ex Felino, & alijs ab eodem citatis [d] colligitur. Non obstat, quod Sylvest. [e] sequutus Paludanum tenuit contra prædicta, scilicet absolutionem impensam excommunicato non ualere, quia in ca. fratres, [f] admonui tenendum esse circa hoc in multis contra Paludanum ibi relatum per multas rationes efficaces Cajetani, quem in ca. fratres, [g] contra Paludanum cito & sequor. Et sic quod Manuale alicuius Episcopatus generaliter habet, confessionem excommunicati maiori excommunicatione reiterandā esse, limitandum est ad casus ibi expressos, & infra insinuatos. Neque etiam obstat, collationem beneficij excommunicato factam nihil ualere, [h] quia ius humanum circa ea, quæ sunt iuris humani sancire potuit: quod non fecit, nec potuit facere circa substantialia sacramentorum, quæ sunt iuris diuini ab ipso Iesu Christo Dño nostro instituta, vt apertius quam umquam Conc. Trid. [i] dixit.

5 Secundo deducitur, inanem esse absolutionem concessam illi excommunicato, qui nō solum intelligit se esse excommunicatum: sed etiam nouit esse lethalem culpam recipere, uel procurare sibi dari absolutionem a peccatis, antequam ab excommunicatione absoluat: quoniam huiusmodi defectus est substātialis, non quia absolutio excommunicato impēditur scienti se talem esse: sed potius quia integram confessionem nō facit, siquidem non cōfitetur peccatum illud, quod perpetrat petendo sibi absolutionem conferri, sciens se peccare petendo & accipiendo eam, & sacerdotē impendendo. Et quamuis integra fuisset confessio, puta si ipse confiteretur illud peccatum, quod in expetenda absolutione committit, tamen adhuc nihil valeret, quia deficit contritio uel attritio debita, quæ confessionem comitari debuisset, ut constat ex supradictis. [k]

6 Tertio deducitur, quod absolutio confessarij non habentis iurisdictionem ordinariam, uel delegatam, nulla est, & debet iterari, quoniam defectus potestatis est essentialis non solū quoad hoc, sed etiam quoad alia omnia, secundum omnes, [l] & tactum fuit supra, [m] est expressum in Conc. Triden. [n] Nec sufficit ratificatio facta a proprio ordinario cōfessario, quamuis pœnitens hac fiducia fretus confiteretur, quod id gratum, & ratum ille habiturus esset. Quoniam nulla ratificatio efficere potest, ut sit sacramentum, quod ab initio non fuit tale, secundum Paludanum. [o]

Nec hoc est contrarium sentētiæ Ostiensis, [p] dicentis sufficere ratificationem, non enim dicere voluit, confessionem extraneo confessario factam cum spe futuræ ratificationis a proprio faciē dæ per eam fieri validam, sed quod cōfessio facta extraneo credenti probabiliter, quod id est gratum de præsenti, prio, ualet, vt recte docuit Sylvest. [q] Cuius rei exemplum, ut [r] diximus inuenit in parochianis duorū parochorum, seu curatorum, qui adeo sunt familiares & amici, quod uterque illorum tam vult, ut alteri confiteantur ac sibi, nam eo casu confessio, & absolutio impensæ parochianis unius qui alteri parocho confitentur, absque alia licentia ualidæ reputantur, non quidem ui ratificationis futuræ, sed cuiusdam præsentis ratificationis, & licentiæ tacitæ.

7 Quarto deducitur, quod sicut absolutio confessarij potestate carentis ad absoluendum pœnitentem nihil ualet, ita absolutio illius, qui eam habet ad absoluendū de aliquibus peccatis, & non de alijs, eo quod alia sunt reseruata, alia vero non, vel ob aliam rationem, ualet quo ad illa, quo ad quæ non est defectus potestatis, qui est substantialis, quo ad alia uero, quoad quæ est talis defectus, minime. Quamobrem pœnitens, cum id ei constiterit, non tenebitur omnia peccata iterum confiteri: sed solum illa, a quibus eum confessarius non valuit absoluere, secundum omnes. [s]

8 Quinto deducitur, quod confessio eius, qui confitetur excommunicato,

[a] *Arg. c. solet de sent. excō. lib. 6. & per multa a nobis citata, in prælec. ca. cum cōtingat, de rescript.*
[b] *In 4. dist. 18. artic. 3. q. 4.*
[c] *In 4. de confess. q. 4. col. 10.*
[d] *In c. fi. de testib. cog.*
[e] *In uerbo. cōfess. 1. q. 5*
[f] *De pœnit. dist. 5. nu. 5.*
[g] *D. pœnit. dist. 5. n. 50.*
[h] *Ca. postulastis. de cleri. excomm. ministran.*
[i] *Sess. 7. canon. 1.*
[k] *In cap. 1 nu. 37. & seq.*
[l] *In 4. libr. seu. dist. 17*
[m] *In ca 4. facit. l. fi. ff. & iurisd. omn. iud. & c. 2. de consti. libro 6.*
[n] *Sess. 14. c. 6. & 7.*
[o] *In 5. libr. sent. distinct. 17. q. 3.*
[p] *In summa de pœnit. & remiss. § cui confitēd. in n. 14. uers. 8.*
[q] *In uerbo. confessor. 1. § 6. uers. 8 si sacerdos.*
[r] *In c. placuit. de pœnit. dist. 6. n. 108*
[s] *In 4. libr. sen. dist. 15.*

ſuſpenſo, vel interdicto, publiceque denuntiato, & declarato nihil valet, & eſt iteranda: quoniam eiuſmodi excommunicatus non habet poteſtatem ſufficientem ad ſententiam validam proferendam, [a] id quod item eſt aſſerendum de illo, qui ita publice manus violentas in clericum iniecit, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari, etiam ſi denunciatus non fuerit, vt patet ex fine extranagan. *ad euitanda ſcandala.* Martini V. cuius verum tenorem tranſcribimus infra, [b] decerptum ex ſtatutis Eccleſiæ Gallicanæ, quem Sanctus Antoninus [c] & aliquot alij non fuerunt aſſequuti, quæque innouata fuit per Cócil. Lateranenſe ſub Leone X.[d] Quamuis maius dubium ſit de illo, qui eſt notorie ſuſpenſus, vel interdictus, vel excommunicatus propter aliam cauſam, quam propter notoriam clerici percuſſionem, ſed idem omnino iudicandum eſſe de illo, ſicut de notorie excommunicato propter clerici percuſsionem, iam, [e] multis fundamentis, & contrariorum argumentorum aptis ſolutionibus aſſeruimus, quamuis contrarium paſsim ſeruari audiamus in Germania, Gallia, & aliquot alijs Regnis, vbi Catholici non vitant eos, qui notorie ſunt hæretici, ac conſequenter excommunicati, [f] & conſuetudo dicitur optima legum interpres, [g] quæ conſuetudo quoniam ſcitur, & toleratur a ſummis Pontificibus, qui eam nequeũt de facto extirpare, ſatis poteſt dici excuſare catholicos ea vtentes, quod etiam tangitur infra, [h] & poſt illa latius reſoluimus, [i] quod hæretico notorio, ſi non eſt denuntiatus excommunicatus, licite communicatur: & ita recedimus a pari ficatione denuntiati, & notorie excommunicati, ſuſpenſi, vel interdicti, quam hic antea fecimus per illa multa, quibus idem fecimus. [k]

9 Sexto deducitur, quod ualida eſt confeſsio, & abſolutio illi pœnitenti cõceſſa, qui præ ignorantia confeſſus eſt ſacerdoti, vinculo excommunicationis, vel interdicti, vel ſuſpenſionis irretito, qui quidem non eſt publice denuntiatus, ſed ſolum eſt excommunicatus, uel ſuſpenſus per ſententiam a iure, ab homine, uel ſtatuto latam, [l] quoniam cenſuræ occultæ in præterito tempore, & etiã aliæ in præſenti, niſi fuerint in publico denuntiatæ, nõ impediũt valore actus, qui rõne publici officij exercetur. [m]

10 Eſt tamen dubium, an idem ſit dicendum de confeſsione facta alicui ex communicato, qui quamuis non ſit notorie talis, neque denuntiatus ut talis, tamen hoc ipſe pœnitens non ignorat. Et quamuis aliqui partem negatiuam amplecterentur, quia Calderinus affirmat, [n] receptus per Panormitanum, & communem, & alios quos [o] Felinus refert, omnes actus excommunicato, etiam occulto, ratione publici officij exercitos in fauorem illius, qui eiusdem excommunicati operam expoſcit, eſſe inanes, & nullius effectus: verum tamen oppoſita eſt tenenda ſententia, quoniam licet opinio Calderini eius ætate, ante dictam extrauagan. Martini V. tamquam uera defenderetur, erat enim talis, poſt tamen amplius non eſt tenenda, ut [p] diximus antequam legeremus Felin. [q] qui & ſi ſubdubitans tenet illam definitionem non habere locum poſt illius extrauag. editionem: quoniam fundatur in eo, quod qui nouit aliquem miniſtrum publicũ eſſe excommunicatum, peccat participando cum eo: & poſt illam extrauagã. non peccat, niſi denuntiatus, vel ſit notorie excommunicatus, quamuis excõmunicatio ſit ſpecialis, ſicut nos poſt Coſmam [r] defendimus. [s] Verumtamen eſt, quod ſi confitens peccaret mortaliter inducendo hunc confeſſarium excõmunicatum ad audiendam ſuam confeſſionem, ſciens illum tali vinculo detineri, & ſe non poſſe illi confiteri abſque reatu lethalis culpæ, idque aduertens tale peccatum non confiteretur, huiuſmodi confeſsio & abſolutio nullius eſſent momenti: non eo quod confeſsio fieret excommunicato, vel quia abſolutio impenderetur tali: ſed quia confeſsio non eſſet integra, quippe quod in ea non exprimeretur peccatum in confitendo ei, & ab eo ſacramentalem abſolutionẽ accipiendo admiſſum. Vnde infertur, idem omnino dicendum eſſe de illo, qui cõfitetur ſacerdoti mortali peccato irretito etiam non excommunicato, quando id, quod illum ad ſe audiendum

a Capit. ad probãdum de re iudi. & c. veritus, de dolo & contum

b Cap. 27. num. 35 & prius in c. 1 §. labor. n. 10. de pœn. diſt. 6.

c 2. par. tit. 9 c. 10. §. 1. verſic. 6. & Fel. in c. Rodulphus, de reſcript.

d Vt infra dicetur.

e In d. §. labor. n. 14.

f Cap. excõmunic. de hæreſ. & per bullam Cœna Domini quæ quotãnis in urbe fertur.

g cap. cum dilectus, de conſuet. & l. minime, ff. de leg.

h capit. 27. num. 35.

i In Miſcel. de ora. Miſcel. 47.

k In præcit. §. laboret.

l Vt patet. ex d. extrauag. Martini V.

m capit. ad probãdum, de re iud. vbi Panor. & Fel. cum com. ſic reſoluunt. Fa cit. l. Barbatius ff. de of fic. præt. & c. 1. 3. q 7. §. uerum.

n In d. c. ad probãdum, de re iud.

o Ibid. col. penul.

p In c. dilectus. 2. de præb.

q In d. c. ad probãdum.

r In gl. ſtatutor i eccl. Galli canæ. tit. de excõ. c. nõ uitan. uerb. generaliter.

ſ In §. laboret n. 25. de pœn. diſt. 6.

diendum & absoluendum inducit, peccat mortaliter,& aduertés se in hoc peccare,illud tñ peccatum non confitetur.

11 Huiusmodi aũt inductio siue persuasio tunc est peccatum mortale,qñ absq; vlla necessitate , vel debito quo alius tenetur , illum induxit ad faciendum sacrum, vel ministrandum aliquod sacramentum,quem scit mortali crimine infectum, quia non solum qui faciunt,sed etiam qui consentiunt faciẽtibus, &c.[a]

11 Septimo deducitur,quod confessio facta parocho , qui nullum titulum bonum , aut malum habuit a superiori, & absolutio ab eodem impensa nil valẽt , & ideo sunt reiterandæ,[b] propter potestatis defectum, qui est essentialis. Non diximus frustra,*Titulum bonum aut malum*, qñ absolutio data ab eo, qui titulum habet, licet malum , a superiori, & virtute eius possessioné accepit,non est irrita secundum Innocentium[c] quem Panormitanus & communis ibi sequuntur , & idem dico de absolutione data ab eo , qui aliqua de causa bonum titulum, quo fruebatur, amisit : dummodo amissio illa non esset notoria. Cui quidem casui quadrare potest quoddam dictum Gregorij I X.[d] Imo & ille , qui bona fide confitetur ei, qui nullum titulum, neque bonum , neque malum habuit,vel illi,qui notorie amisit eũ, quãdiu in sua bona fide perseuerat , saluabitur . Si tñ postea eam amiserit,confessio iteranda erit , ẽm Panormitanum.[e]

12 Octauo deducitur,quod confessio facta sacerdoti,qui vel nesciuit,vel noluit vti circa absolutionem forma eius substantiali ad id necessaria,nihil prorsus valet , quoniam habet defectum essentialẽ,[f] quãuis crediderim , raro aut nunquam hac sola de causa confessioné inanem fieri , quoniam fere omnes nouerunt formam substantialem absoluẽdi, de qua cum suis antecedentibus , & consequentibus postea summatim,[g]agemus,& expressimus copiosius[h] & communiter loquendo nemini deest intentio & animus absoluendi . Illud etiam addiderim,duobus modis posse prudentem confessarium dignoscere , quando penitentis confessio, ob id quod imperito confessario facta fuerit,debeat iterari, videlicet, quando ipsum ipsiusque omnimodam ignorãtiam nouit,& quãdo ex discursu confessionis sibi factæ,id colligit,eo quod in reb⁹ grauibus , quas minime ignorare debuisset,nullum remorsum cõscientiæ , aut scrupulum iniecit ipsi pœnitenti.Veluti si simplicem fornicationem , vel omissionem sacræ communionis in Paschate, vel semel in anno , esse peccata mortalia diiudicare non nouit, ex supradictis.[i]

13 Nono,vt attingamus defectus, qui ex parte contritionis contingunt,deducitur, quod confessio sine proposito vitandi peccata mortalia in posterũ,quãuis secum gerat quale quale desiderium vitandi,nihil valet,& iteranda est, qualis est cõfessio illius,quem pœnitet alienum vsurpasse,& non habet restituendi animum, qualis item est confessio eius, qui dolet se fornicatum fuisse , sed non statuit relinquere concubinam , nam pœnitens , qui non confitetur propositum non vitandi illud , quo mortaliter offendit,non integre confitetur, & si illud simul cum alijs peccatis confiteatur , se ipsum inhabilem , & incapacem absolutionis efficit.[k] At uero si de peccatis præteritis dolet,proponitque futura vitare,quamuis non adeo doleat,neque ita perfecte illa vitare proponat,ut perueniat ad sufficientem contritionẽ , neque ad eam attritionem, quæ adiuncta sacramento in contritionem transeat , non tamen tenebitur iterare confessionem,vt in cap. fratres ,[l] probauimus : nam alioqui nemo sciret se recte fuisse confessum, siquidem nulli constare potest,an sit in statu gratiæ, iuxta illud.[m] *Nemo scit, an sit odio,vel amore dignus.*[n] & ex consequenti nemo scit, an fuerit contritus:nam si hoc scire posset, posset etiam illud ,[o] & quia confessio iterari non debet eo solo,quod sit infor mis,qualis est illa per quam gratia & caritas non obtinentur , secundum sanctũ Thomam[p] & late tradit alter Thomas,[q] quamuis Gratianus ,[r] cum suo magno interprete ,[s] & alijs auctoribus oppositam sententiam tueantur . Sed, quod prædiximus, haud dubie tenendũ est,vt[t] tradidimus .

14 Decimo deducitur,quod quoad effectũ ex parte confessionis nihil ualet confessio, quæ non est integra,eo quod pœ-

a Ad Rom. 1. & capit. notum.2.et quæst.1.
b Secundũ Panorm. in ca. nihil de elect.col.6. & in ca.dudum.2. eo. tit. & summa Rosella, verbo, confes.1.§.41. & Syluest. eod. qu.19. vers.ex his eõcluditur, et Cai.ver. absolutionis impedimenta.ver. & propterea.et verb. confessionis iterat.o ver. memẽto tamen.
c In d.cap. dudum.2. argum. ca. nõne,8 q.4
d In dict.c. dudum ad iuncta glos. verb. deceptæ secũdũ Panor.ibid. col.7.
e In d.c.nihil & d.ca. dudũ 2.& sup. dictos.
f Arg.c.de homine. de celeb. miss.
g Inf.c.26.
h In prin.c. 1. de pœni. dist.6. a nu. 7.& seqq.
i In cap.5. num.2.
k Arg.c.peccati venia. de reg. iur. lib.6.c.legatur.24.q.2 & ca. illud 95. dist.& c.per Esaiã. 1. quæst. 1.
l Num.33. de pœn.dist. 5.
m Eccle.9.
n Cap.fi.de purg. cano.
o Arg.cap. dixi.c. magna de pœnit. dist. 1.
p In 4.dist. 17.q.3.ar. 4.
q Quæst.5. in materia cõfessionis.
r In c.fi.de pœn. dist.3.
s In glo.fi.
t In d.c.fratres nu.30.

pœnitens prudens, & sciẽs præ pudore, aut hypocrisi, vel alia iniusta causa omi serit confiteri aliquod peccatum morta le, vel quod ꝓbabiliter ipse dubitabat, an esset tale, vel aliquam circumstantiã necessario confitendam, vel etiam eo quod data opera, & studiose confessus est lethalem culpam alicui sacerdoti, a quo non bene intelligebatur: vel confessio non fuit aperta, & clara ob verba obscura: vel quia confessarius dormitabat, vel quia confessionem diuisit, dum vni sacerdoti partẽ vna peccatorum suo rum, alteri vero partem alteram confitetur: cum omnia peccata siue cordis, si ue linguæ, siue operis, siue occulta, siue manifesta, vni eidemque sacerdoti dicenda, & confitenda sint: quamuis ille non possit ab omnibus absoluere: & ꝓpterea necessarium sit ad superiorem recurrere, secundum S. Thomam [a] quẽ Scotus, & communis sequitur, & est textus [b] & in Concil. Florent. [c]

15 Vndecimo, quod non tenetur pœnitens iterare confessionem, in qua aliqd ex his omiserit confiteri propter aliquã causam, quæ iusta sit, qualis est verisimiliter credere, quod confessio peccati ip sum confessarium ad peccandum allice ret, vel induceret in notitiam alicuius peccati, & peccantis, quorum notitiam ipse habuit per confessionem propter illa, quæ supra [d] diximus. Neque etiam tenebitur confessionem iterare, si omi tit aliquid confiteri, nesciens illud esse lethale. Nam quamuis ignorantia legis diuinæ aliquando non excuset a peccato, excusat tamen, ne peccet id non cõfitendo, sicut post Ioan. Gersonum, Adrianum, & Sylvest. definiuimus [e] nouã huius rei rationem afferentes. Et conse quenter pueri, vel puellæ, qui grandiores facti noue agnoscunt esse peccatum mortale, quod alias omiserunt confiteri, ignorantes illud esse tale, non tenentur iterare confessionem eorum, quæ confessi fuerunt, vt etiã tenet Sylvest. [f]

16 Duodecimo deducitur, quod qui confessus est non adhibita debita diligentia, qua peccata commissa in memoriam reuocaret, & ob id aliquod peccatum omisit, debet confessionem repetere: quoniam patitur defectum essentialem ex parte confessionis, siquidem cul pa sua non extitit integra. Quanta vero debeat esse huiusmodi diligentia nos [g] radicitus pertractauimus, vbi in summa diximus, tantam debere esse ac sufficere, quanta viro prudenti, & æstimatori humano videbitur necessaria hominib. eiusdem qualitatis, & conditionis, cuius est pœnitens ille, attenta saltem ipsius voluntate, qua cupit interrogari a confessario & de interrogatis respondere, quæ sicut [h] diximus, magnam partem di ligentiæ requisitæ supplet. Confessarius autem, qui defectum notabilem circa hanc debitam diligentiam agnoscit in pœnitente, debet illi imperare, ut eam adhibeat, & postea redeat: nisi articulus mortis, vel belli, vel scandali, vel alia similis causa persuaserit contrarium, ut etiam ait Adrianus. [i]

17 Decimotertio deducitur, confessio nem quoad defectum ex parte satisfactionis non esse necessario iterandã, ob id quod pœnitens pœnitentiam sibi iniunctam adimpleuerit extra statum gratiæ: imo neq; ob id, quod eã nullatenus impleuerit, neq; in bono, neq; in malo statu, siue id per obliuionẽ, siue per negligentiã, vel contemtum contigerit, ut [k] absq; scrupulo asseuerauimus post S. Thom. qui hoc sentit, [l] de quo nihil dubitat Caiet. [m] neq; Ioan. Maior, [n] neq; etiam Palud. [o] oppositum dicit, si satis eius verba expẽdantur: quamuis aliquã errandi ansam B. Antonino præbuerit, qui Angelum & Sylvestr. labi fecit. Cumq; id sæpe consuluissemus, & affirmaremus nunquã Palud. id tenuisse, val de gratũ fuit postea vidisse Adrianum, [p] de conclusione nostra, & de mente Palud. idẽ quod nos sensisse: quæ quidẽ sententia proculdubio tenẽda est, quidqd aliquot confessionalia contineant, nisi qñ pœnitenti ante absolutionẽ iniungit pœnitentia: & ille cum imponitur ipsi contemnit, aut iustã curã non adhibet, quo postea iniunctæ pœnitentiæ recordetur, vt eam possit adimplere: quod optime tetigit Caiet. [q] tunc enim nihil valeret, etiam si postea eam iniunctam exequeretur, non quia illam non adimplet, sed quia quando illa iniungebatur, peccauit, & de illo peccato nõ se accusa uit, atq; ideo non fuit integra cõfessio.

18 Decimoquarto deducit, q cõfessio illius,

[a] *In 4. lib. sent. dist. 17. q. 3. art. 4.*
[b] *In c. omnis de pœn. & remiss. in ca. 1. §. cautus, de pœn. dist. 5.*
[c] *In decret. Euge. §. 4.*
[d] *In cap. 8. num. 6.*
[e] *In c. fratres, de pœn. dist. 5. n. 82.*
[f] *Verb. confes. 1. q. uer. qui ex nescientia.*
[g] *In dict. c. fratres nu. 66. & seq.*
[h] *Ibidem. num. 10.*
[i] *In 4. de sacrament. confess.*
[k] *In ca. cõtrarium n. 20. & seq. de pœniten. dist. 5.*
[l] *Quo lib. 1. art. 12.*
[m] *In sum. uerb. cõfes. iteratio uer sic. ex satisfactionis autem.*
[n] *In 4. libr. sent. dist. 17. quæst. 6.*
[o] *In eadem dist. 17. q. 5*
[p] *In 4. de confess. col. penul. in fi.*
[q] *Vbi sup.*

illius, qui credit, se non habere tantam virtutem, qua de cætero a peccatis abstineat, valida est, imo etiam, si credat se ante mortem peccaturum mortaliter: quoniam hic defectus non est essentialis, neque accidentarius, vt supra[a] post Innocentium[b] communiter receptum affirmamus. Non valeret tamen confessio illius, qui crederet se non posse a Deo sufficiens auxilium ad non peccandum mortaliter impetrare. Siquidem hic non solum, non doleret de omnibus peccatis præteritis: verum etiam peccatum infidelitatis committeret, non credens, Deum cuicunque facienti, quod in se est, gratiam concedere, vt recte dixit Adrianus.[c]

19 Decimoquinto deducitur, quod quando pœnitens propter iterandam confessionem adit eũdem sacerdotem, qui meminit peccatorum, vel saltem pœnitentiæ, quam iniunxerat, non tenetur iterum confiteri in particulari peccata iam semel confessa: sed satis erit illi dicere in genere in hunc modum. De omnibus peccatis, quæ tibi pater alias fui confessus dico Deo meã culpam, & tibi, &c. & deinde declarare peccatum, quod scienter omisit, cum simulatione, fictione, & mala intentione, qua id fecit. Si vero eidem sacerdoti non confitetur, vel confessarius, neque peccatorum, neque pœnitentiæ, quam ratione eorum iniunxerat, recordatur, debet tunc pœnitens repetere confessionem, perinde ac si antea non fuisset confessus iuxta opinionem communem S. Antonini,[d] & Syluestr.[e] qui alios citant.

Diximus, *Neque recordatur pœnitentiæ*: nam si memoriam illius haberet, satis esset, imo etiam meo iudicio, si recordaretur status, quem habebat pœnitens, saltem in confuso, quo casu opinio Medinæ[f] obseruari posset, qui quidem aliorum vestigijs adhærens absolute tenet, prædictam memoriam necessariam non esse. At vero quando nihil exhisce tribus concurreret, esset confessio noua, & subinde oporteret eam esse integram.

[a] *In cap. 1. nu. 9.*
[b] *In c. omnis de pœ. & remiss.*
[c] *In 4. de sacram. confess. q. 4. col. penul.*
[d] *3. par. tit. 14. ca. 19. §. 4.*
[e] *Ver. conf. 1. q. 3. uer. si tamen cõfiteretur.*
[f] *In cap. de confess. folio 25.*

DE MODO, QVO CONfessarius erga pœnitentem se gerere debet. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Confessarius sic recipiat pœnitentem. Et hæc interroget. 2.*
2 *Confessor quæ dicet in principio, medio, & fine. 3.*
4 *Confessor quid monebit confessum non satis contritum.*
5 *Pœnitens quomodo confessionem inchoabit.*
6 *Confessor non ostendat pauorem, nec sinat nominare complices. 6.*
7 *Confessor pœnitentem volentem palliare peccata quid monebit.*
8 *Confessor interrogando pœnitentem unde incipit.*

1 CIrca hoc dicimus primo, quod cõfessarius rogatus audire confessionem, primum (saltem de consilio) quatenus vacauerit, debet mẽtem suam ad Deum eleuare, & formaliter vel virtualiter, saltem corde, dicere illud. [g] *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis:* id est, infunde mihi mentem puram, & intentionem rectam, vt ad hoc tam sanctum negotium non me moueat saltem principaliter, cupiditas gloriæ, vel lucri, aut voluptatis, vel studium placendi hominibus, aut res nouas discendi, & pro tua infinita bonitate fac, vt vterque nostrũ, ego quidem audiendo, hic vero dicendo tuæ Maiestati placeamus, Amen. [g] *Psal. 50.*

Secundo debet pœnitentem suscipiẽdo, exhibere se talem qualem eum esse debere significant illi versus, quos retulimus[h] relatos a S. Thoma.[i]

Confessor dulcis, affabilis, atque suauis. Prudẽs, discretus, mitis, piꝰ, atq; benignꝰ.

Ipsumq; animare ad sua vulnera detegenda, & ad spem de ipsorum vulnerum sanitate concipiendam.

Tertio debet inducere pœnitentem, si nouit, ad faciendum actus exteriores confessioni conuenientes, qui sunt genua flectere, signo crucis se præmunire, &c. & si ignorat, eũ eos doceat, admonẽdo ipsum, vt intelligat se potius Deo, q̃

[h] *In c. 1. §. quibus cognitis, nu. 1 de pœ. d. 6.*
[i] *In 4. libr. sent. d. 17. in exposit. tex. in fine.*

homini cõfiteri: ideoq; cum maxima re uerentia id facere debere: iubeatque ei vtrũq; genu in terrã deflectere, & faciẽ ad vnum latus inclinare. Quod si eũ nõ satis agnouit, de eius statu, & conditione interroget, vt quod expedit possit il lũ rectius interrogare. Si aũt ipsum satis nouit, ab his supersedeat, vt diximus.[a]

2 Quarto interroget eũ, an aliquo detineatur impedimento, ob quod non debeat eum absoluere: quale est habere cõ cubinã, quam nolit domo eijcere: quale est esse vsurariũ, & nolit desistere: quale odiũ capitale contra aliquem concepti, quod nolit ab animo expellere: ne postea de illo queratur dicendo, Voluisti primum mea audire peccata, & postea mihi absolutionẽ denegas? Eodem item modo se gerat erga Ecclesiasticũ multis incõpatibilib beneficijs sine iusta dispensatione oneratum: ipsumq; admoneat, vt ante omnia sibi cõsulat, quo pacto habeat securam conscientiam, & deinde eius audiet confessionem.[b] Qđ quidem consiliũ licet hucusq; nobis placuerit, nunc tñ valde damnosum videtur. Tum quia hoc est pertrahere pœnitentem ad suos defectus manifestandos extra confessionem, tũ quia fieri põt, vt postquam fuerit confessus, pariterq; admonitus a confessario nouũ animum induat exeundi a peccato, in quo prius residere destinabat. Non est ẽt necessariũ interrogare, an sit excommunicatus in hunc finem, vt confessarius vitet excommunicationem, quã incurrunt, qui excõmunicato communicant, quia nõ incurrunt illã communicando in his, quæ ad eius animæ salutem conducunt,[c] talis autem est confessarij cũ pœnitente collocutio, & cõicatio circa peccatorũ confessionem. Neq; Clem. 1.[d] neq; Innocẽtius postquam facta fuit illa, citatus male a summa Rosella[e] aliud senserũt: quoniam satis est, vt absoluta iam confessione prius pœnitens ab excommunicatione, quam a peccatis absoluatur.[f]

3 Quinto, consideret attente a principio vsq; ad medium, & a medio vsq; ad finem cõfessionis, an pp aliquam causam ex supradictis[g] teneatur pœnitens iterare confessionem, vel confessiones alias præcedentes, & si inuenerit ipsum teneri ad eas repetendas, & id pœnitens non aduerterat, debet ipsum admonere, vt iterum conscientiam examinet, si per tẽpus licuerit, maxime si multorum retro annorũ confessiones repetere debeat. Si aũt nulla adsit causa iterandi cõfessionem, roget, an debitã adhibuerit diligentiam ad recolenda sua peccata, per quam excusatur a confessione oblitorum: quo casu satisfacit confitendo ea, quæ occurrerint, cũ proposito confitẽdi alia, cum ea in memoriã venerint. Vtileque fuerit accusare se ad cautelam de negligentia, si, & quatenus eam admiserit.

4 Sexto prudenter ẽt consideret, an pœnitens debitam contritionem gerat, ca ueat tñ ne ipsum in tentationes damnosas, & superuacaneas conijciat, vt[h] dictũ est: & si videtur ei non habere sufficientem contritionẽ, cohortetur eũ ad maiorem cõcipiendã illis considerationibus,[i] quæ sunt priuatio gratiæ, mors animæ, amissio felicitatis æternæ, recessus a patrocinio diuino, & accessus ad subiectionem diaboli. Deinde inducat illũ ad Dei amorem, pp quem dolorem, & detestationem de peccatis præteritis, & propositũ firmum cauendi sibi in futurũ concipere debet. Quod si adhuc his omnibus ad dolorẽ non sufficienter eũ moueri consideret, interroget, an doleat, quod non doleat tñ, quantũ deberet, & an vellet huiusmodi dolorem sufficientẽ concipere. Quod si annuat, satis erit.[k] At vero si eius dolor non eo vsq; perueniat, vel quia non proponit in posterum se a peccatis abstinere, licet id quadamtenus desideret, vel nolit restituere, vel concubinã relinquere, vel odium a se repellere, vel dicit, se non posse, vel nolle caste viuere, uel officio, qđ sine peccato mortali exercere non potest, renuntiare, uel alia huiusmodi, nullo modo eum debet absoluere.[l] Poterit tñ sacerdos aliquam iniungere pœnitentiam,[m] eum tñ admonendo, non remanere absolutum, neque satisfeciſſe præcepto Ecclesiæ de confessione semel in anno ad minus peragenda, quidquid dicat Sylueſter,[n] vt sensit Adrianus,[o] & late probat Medina.[p] Nihil. n. ualet talis confessio, tum propter essentialem defectum ex parte contritionis,[q] vt supra dictum est, tum quia concilium gene-

[a] *In c. consideret in pr. num. 60. de pœn. d. 5. arg. l. 1. ff. de act. empt. c. eũ qui de reg. iur. lib. 6.*

[b] *Caiet. in sum. uerb. interrogat. confessio. §. scio secũdo uer. secũda si est impeditus arg. ca. nihil de præsc. & c. 2. de oper. no. nun.*

[c] *Cap. cum uoluntate de sen. exc.*

[d] *De priu. e Ver. confessus, 1. §. 20.*

[e] *Vt in ca. præced. nu. 4. dictũ est.*

[f] *In c. præceden. n. 4.*

[g] *In cap. 5. num. 17.*

[h] *In eod. c. 1. nu. 39. ta stis.*

[i] *Per supra dicta in d. c. 1. nu. 18.*

[k] *Per capit. quod quidã de pœnit. & remiss.*

[l] *Iuxt. idẽ cap. Ver. confes. 4. qu. 2. uers. & hoc quidem.*

[m] *In 4. de confes. q. 4. §. sed quid si crassa ignorantia.*

[n] *In C. de confess. sine pœnit.*

[o] *In c. præced. nu. 13.*

nerale Romanũ [a] & Florentinũ [b] aperte oppoſitam ſententiam expreſſerunt. Præterea debet illũ admonere, vt quæcunq; bona opera poſſit facere, nõ omittat, quo Deus cor eius illuminare, & emollire ad agendã pœnitentiã dignet, [c] ſed non debet illi abſolutionem impendere, etiam ſi eam importune ſatagat extorquere, aliquod ſcandalum aut deſperationẽ præ ſe ferens. Quoniã abſq; dubio ſacrilegij peccatum committeret abſoluendo: neque talis ſcandali aliquã rationem habere debet, qm̃ ipſe ſibi illud accipit, nemine ei dante, ideoq; ſcãdalum Phariſaicum eſt, & ſubinde negligendum, [d] iuxta S. Thom. [e] & omnes alios. [f] An vero qui tacet aliquod peccatum in confeſſione incurrat excommunicationem ſynodalium conſtitutio num, inferius [g] dicetur.

5 Septimo, vtile eſt, quamuis non neceſſariũ, vt pœnitens iubeatur a cõfeſſario hoc modo ſuam confeſſionẽ exordiri, *Cõfiteor Deo omnipotenti, B. Mariæ ſemper Virgini, & sãctis Apoſtolis Petro & Paulo, & omnibus ſanctis cæleſtis curiæ, & tibi pater, quia peccaui nimis cogitatione, uerbo, opere, &c.* Deinde vero, ſi pœnitens nõ ſtatim id facere inceperit, ipſum admoneat, vt omnia peccata, quorum memoriam habet, & de quibus conſciẽtia magis ſtimulatur, ſtatim exponat, imputãdo culpam ſibi ſoli, vel potius principalius, quam cœlo, dæmoni, mundo, carni, ſodalibus, vel corporis conſtitutioni, ſiue complexioni, & circumſtantias neceſſarias declarando.

6 Dum vero aliquod graue, vel turpe peccatum ab ipſo audierit, nulla ſigna admirationis, abominationis, aut pauoris oſtendat, veluti ſpuendo, vel ſe cruce ſignando, vel ſeipſum commouendo, qñ potius ac ſi nihil audiret, vſque ad finẽ confeſſionis diſſimulet, & tũc cum iam velit pœnitentiam imponere, peccatorum grauitatem & deformitatem exponat, ſecundum omnes. [h] Porro ſi viderit pœnitentem velle aliquam perſonã nominare, etiam propter aliquam circũſtãtiam neceſſario explicandam, nullatenus id patiatur, iuxta ſupradicta. [i] Et ſi viderit ſeipſum excuſantem in hunc modum, Ego non occido, Alienum non rapio, Nulli male volo, manſuete & benigne reprehendat, inſinuans locum illum non eſſe excuſationis, ſed accuſationis potius, ſubindeque verbis ſuauibus eum animet ad accuſandum ſe, timore prorſus relegato. Et ſi pœnitens per ſeipſum peccata recenſeat, patiatur pro libito ſuo ipſum dicere, quantumcunque rudi, & craſſa, vt dicunt, Minerua, & ſine ordine rem exponat, ſic agnoſcet quibus peccatis magis implicatus extiterit & de quibus debeat eum amplius interrogare, vt diximus. [k] At qui, ſi maluerit de illis interrogari, quam ſolus eadem referre, dummodo propoſitum habeat ad omnia mortalia! crimina referandum (etiam ſi de illis non interroga retur) nõ eſſet ea de cauſa cõdẽnandus, ſed potius adiuuandus. Si tamen deliberaret aliquod mortale non confiteri, niſi de illo confeſſarius interrogaret, peccaret mortaliter, & tunc confeſſari [o], ſi forſan hoc intelligeret ad deteſtandum hoc peccatum ipſum inſtigare deberet.

7 Octauo, ſi confeſſarius viderit pœnitentem peccata ſua occultare velle, vel probabiliter credit ea obliuiſci, vel putare non eſſe peccata mortalia, debet caute & prudenter illum pertrahere ad dicendum ea, ipſumq; docere illa eſſe lethifera, perſuadendo vt ea de quibus dubitat, an commiſerit nec ne, confitea tur tamquam dubia, & non tamquã certa, & indubitanter commiſſa referãtur, neque etiã tamquam non admiſſa relinquantur, & denique talem ſe ore & lingua manifeſtet exterius, qualẽ ſe in corde agnoſcit interius, in hũc modum ſeipſum incuſans. Videor mihi in hoc, vel illud peccatum conſenſiſſe, atqui non ſum omnino certus. Id quod etiã facere debet, ſi dubitat circa aliquod peccatũ, an ſit mortale, vt veniale. Cæterũ ſi ambo dubitauerint, tunc pœnitens ſub conditione, peccatũ in hunc modũ deteſtetur. Si hoc eſt mortale, me pœnitet de illo tãquã de mortali. Similiter ſi de aliquo actu dubitaret, an bon° eſſet aut malus, ſub eadẽ cõditione ipſum deteſtetur, ſcilicet. Si & quatenus eſt malus, qm̃ ſi bonus eſt, nullo pacto eum deteſtari debet. [l] Si vero recordat ſe lethale crimen admiſiſſe, non tñ occurrit in ſpecie, quod fuerit, tunc fateatur ſe deliquiſſe

a In c. omnis Striuſq; de pœnit. & remiſſ.
b In decreto Eugen. iiij.
c Iuxta dictum capit. quod quidã & c. falſas. de pœ. diſ. 1
d Argum. Matth. 15.
e 2. 2. q. 43. art. 7. ad 2. & in 3. par. q. 42. ar. 2. in cor. q. & eundem in 4. lib. ſentẽ. diſt. 38. q. 2 arti. 3. q. 2. ad 1.
f Dict. diſtin. 38.
g In ca. 17. num. 269.
h Arg. c. 1. §. cauẽ°, §. diligen. & §. quibus de pœn. diſt. 6.
i In cap. 7. num. 2.
k In dic. §. diligens, n. 6.
l Ioan. Maior in 4. lib. ſen. diſt. 17 quæſt. 3.

quisse mortaliter,etiam si de eo in specie memoriam non habet. [a]

a Idē Maior vbi sup.

8 Nono,postquam pœnitens explicauit quidquid circa sua peccata dicendū recordatur,si sacerdoti visum fuerit, illum non absolute & perfecte illa manifestasse,vt non raro contingit,debet tūc sacerdos ipsum interrogare circa id qđ sibi necessarium videbitur a decem præceptis Decalogi initium faciendo.

Circa quod raro,vt puto, mortaliter peccat confessarius,nisi cum principaliter acceptat officium audiendi confessiones ob lucrum,fauorem,curiositatē, vel carnalem voluptatem.

Dixi, *Principaliter*: quia qui minus principaliter tria prædicta horum quæ reret, non peccaret, etiam si non acceptaret illud officium, nisi aliquod eorū respiceret tanquam causam,sine qua id non faceret. [b]

b Per ea q̄ latius tradidimus in cō mē.c.cū minister.23. q.5.

DE PRIMO PRAECEPTO Decalogi, nempe de colendo Deo, & alijs duob. præceptis, scilicet de diligendo Deum, & credendo in eum. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Symbolum Apostolorum est summa Christianis credendorum.*

1 *Oratio Dominica continet summam a Deo petendorum.*

2 *Decalogus etiam nunc durat, & est speculum baptizatis.*

3 *Decalogus continet summam eorum, quæ agere & vitare tenemur.*

4 *Præcepti transgressio omnis mortalis nisi &c.*

4 *Præceptorum multorū transgressio quæ vnicum peccatum.*

5 *Præceptum de diligendo Deum super omnia,et proximum sicut seipsum cur non sit de decem Decalogi.*

CIrca hoc dicimus primo cū S. Thoma [c] & Concilio Colonien si [d] qđ quemadmodum summa omnium, quæ quilibet Christianus tenetur credere, in symbolo Apostolorum comprehendi tur,& in oratione Dominica omnium, quæ a Deo petenda sunt,ita in Decalogo, quem Deus per manus magni illius serui sui Moysis electæ plebi suæ tradidit [e] summa omnium,quæ facienda sūt, exprimitur Noluerunt tamen hi patres innuere nihil, quod non contineatur in symbolo,esse necessario credendum:neque quidquam,quod non comprehenda tur in Decalogo,esse faciendum:siquidē omnes tenemur credere mysterium sānctissimæ Eucharistiæ, [f] quod tamen nō continetur in symbolo. Omnes item obligamur Deum diligere super omne aliud, quod tamen in Decalogo non habetur,vt dicitur infra. [g]

c In princ. Opusc.4.& 2.2.qu.83. art.9.

d In Enchi. Christianæ ātitutionis in prin.

e Exod.20.

f Ca.1.§.fi de sum.Trinit. & fide Cath.& cl. si dominum de reliq. & vener.san.

2 Secundo dicimus,quod Decalogus, siue decem præcepta legis antiquæ adhuc in noua & Euangelica perseuerant: quoniam licet vetus illa lex quātum ad ceremonialia & iudicialia, expirauerit, [h] non tamen quoad moralia,quæ pertinent ad legem naturæ, cuiusmodi sunt decem præcepta,excepto tertio,quantū ad Sabbati obseruationem, secundum Gratianum [i] & S. Thomam. [k]

g Eod. cap. num.6.

h § final.6. dist.& c.1 de purific. post part.

i In d. §. fi.

k 1.2.quæs. 100.arti. 4. & omnes alios in 3. lib. sentent. dist.17.

3 Tertio dicimus,quod hæc decē præcepta. vt recte dicitur in dicto Coloniēsi Concilio,sunt veluti quoddam speculum,quod traditur baptizato, vt intuea tur, quātum per fidem acceptam vitam suam renouauerit, & ordinauerit: vel quantum a via illa declinauerit, p quā Spiritus sanctus in Baptismo acceptus ipsum deducebat:& qua in re,vel quantum candidam illam vestem, quam ibi induerat,transgrediendo,quod ibi promiserat,maculauerit:& vt postquam maculas & vulnera probe conspexerit,de illis doleat,& cum integra fiducia redeat ad medicum,qui nullum ægrotum(etiā in eundem morbum sepissime relapsū) a se repellit,& reijcit. [l]

l Matth. 9. & 11. m 1.2.q.87 art.5. & 6. & 2.2. qāst. 66.artic.4. & q.59.artic.4.

4 Quarto dicimus,quod quidquid est contra aliquod ex decem præceptis,regulariter est mortale, nisi vna ex tribus causis ipsum excusauerit. Prima est defectus deliberationis, vt contingit in accidia, siue tædio circa spiritualia, subito nos surripiente. Secunda est paruitas, siue exiguitas rei in his, quæ sunt contra ipsa præcepta:cuiusmodi est parum,& exiguum furtum,iuxta S.Thomam, [m] & nos latius tradidimus post S. Antoninum, [n] & vt colligitur ex quadam * Augustini sententia a Gratiano relata, [o] ibi: *Ebrietas si assidua sit, & ibi, Si plus proximum exasperauerit.*

n In repe.c. inter verba. 11.q.3.

o 2.par.tit. 4.c.5 §.78 & 3.& Adri. quolib. 8. cōmuniter recept.

**Augustin. serm.45.de sanctis siue 4.in die anima rum.*

p In §.fi.c. vnū. 25.d.

Tertia

Tertia eſt defectus iudicij ſufficientis, qui contingit in ſemidormientibus, aut ſemiebrijs, vel adeo perturbatis, quod quamuis tale iudicium ad peccatum venialeſufficiat, tamen ad completam rationem mortalis non ſufficit, iuxta Ioannem Maiorem. [a]

a In 4. lib. ſent. diſt. 37. q. 14.

Quinto dicimus, quod peccatum cõmiſſum contra plura præcepta, quorum vnum eſt generale, alterum ſpeciale in generali comprehenſum, non eſt niſi vnum: exempli cauſa, Homicidium eſt cõtra præceptum ſpeciale de non occidendo, & contra generale de obſequendo, & obediendo Deo in omnibus quæ præcepit, & contra præceptum de gratia & amore diuino conſeruandis: non eſt tamen niſi vnicum peccatum, ſicut tactum eſt, [b] cum de circumſtantijs neceſſario confitendis ageremus.

b In cap. 6. nu. 3.

Ex quo colligitur reſponſio illius quæſtionis, nuper nobis propoſitæ. An q nõ ieiunat vigiliam S. Matthæi, quando in quatuor tempora incidit, aut Miſſam in die Dominico, cum quo concurrit aliud feſtum obſeruandum, non audit, aut monachus Franciſcanus, qui non ieiunat die Veneris, in quo aliqua vigilia incidit, ſatisfaciat confitendo, ſe nõ ieiunaſſe, aut non audiſſe Miſſam in vno die, in quo ad id præcepto tenebatur? Reſpondendum enim eſt, quod non: quia dicere debet, ſe eo die ad id duobus diuerſis præceptis ſpecialibus obligatũ fuiſſe, per dicta ſupra. [c] Quamquam q vnũ peccatum, ex quo alia ſequuntur, committit, vt qui aliquem indignum eligit, ex quo malæ gubernationes oriuntur, non niſi vnum peccat, ſecundum Alexãdrum Alenſem [d] & ſentit S. Bonauentura. [e] Quod autem non ſolũ peccat mortaliter qui facit opus: ſed etiam qui vult deliberate id facere, aut delectatur in eo & qui conſentit aliquo nouem modo rum, qui explicantur infra [f] traditur infra. [g]

e In prælu. 9. num. 20.

d 2. part. de accept. perſon.

e In 4. libr. ſent. diſt. 38 ſuper litera Magiſtri.

q. 2.

5 Sexto dicimus, quod præcepta de diligendo Deum ſuper omnia, & proximũ ſicut ſeipſum nõ numerantur inter iſta decem: quod docuit S. Thomas, [h] quo niã in Decalogo non fuerunt hominib° tradita prima principia, quæ vnuſquiſque per ſeipſum, natura magiſtra, vel per fidem intelligit: qualia ſunt hæc, quę fons & origo Decalogi, & decem præceptorum in eo contentorum exiſtunt: neque etiam in eodem Decalogo traduntur ea præcepta, quæ difficile, vel per maximã induſtriam ingenij ex his decerpuntur: ſed tantum illa, quæ ab omnibus poſſũt facile deduci. Vnde infertur, præcepta de fide, & caritate non contineri in Decalogo: ſed præſupponi ad illum: quod multi graues doctores adnotarunt: & præſertim S Thomas, [i] & Caietanus, [k] & S. Antoninus. [l] Et conſequenter errãt, qui dicunt primum Decalogi præceptũ eſſe de diligendo Deo: eſt enim contra prædicta, & contra textum ipſius Decalogi. [m] Cuius primum præceptum eſt illud, *Non habebis Deos alienos coram me*, quibus verbis ſolum peccatum ſuperſtitionis & idololatriæ, quæ ſunt contraria virtuti religionis, & latriæ, prohibentur. Quæ quidem virtus non eſt theologica, ſed moralis ſecundum S. Thomam receptum, [n] & nulla ibi fit mentio de dilectione Dei & proximi, quæ pertinet ad virtutem caritatis, [o] quæ theologica eſt. [p] Errant etiam, qui putant præceptum de credendo in Deum eſſe primũ Decalogi eadem ratione: cum fides ſit virtus theologica, & non moralis.

h 1. 2. quæ. 100.

i 1. 2. q. 100. art. 4. & 2. 2. q. 44. ar. 4. & quæſt. 79. art. 2.

k 2. 2. q. 64 art. 8.

l 4 par. tit. 4. c. 1. §. 1.

m Exod. 20

n 2. 2. q. 81 art. 5.

o 2. 2. q. 27. art. 1.

p 1. 2. q. 62. & 2. 2. quę. 23. art. 6.

DE PRAECEPTO DE diligendo Deum, quod non eſt Decalogi.

6 *Præcepta de diligendo Deum & proximum maiora omnibus præceptis Decalogi, & quando adimplenda. nu. 7. 8. 9. & 10.*

11 *Præcepti tranſgreſsio, etiam mentalis tantum, quæ mortalis, & nu. 12.*

13 *Delectatio quę moroſa, & concurrentibus quatuor mortalis.*

14 *Delectationi malæ reſiſtere uirtus, conſentire peccatum.*

15 *Cenſuræ non incurruntur per ſolum conſenſum.*

16 *Reſtituendi obligatio non contrahitur ſolo conſenſu.*

17 *Præcepta Dei non impleri poſſe in ſtatu malo in quo ſenſu eſt de fide.*

SEptimo, quod neceſſarium videtur hic tractare de præcepto amãdi Deũ & credendi in eum, quæ duo, hoc præceptum

ceptum primum,& omnia alia Decalogi præſupponunt,vt ſatisfiat his, q peccata, quæ fiunt contra hæc duo præcepta, reducunt ad primum Decalogi. Et ita primo ponemus ea, quæ pertinent ad præceptum de amando Deum. Secundo, ea quæ pertinent ad præceptum de colendo illum, quod vere & proprie eſt primum præceptum Decalogi.

Circa quod dicimus primo,quod hoc præceptum de amando Deum non eſt quidem primum Decalogi,ſed maximũ omnium præceptorum tam Decalogi, quam aliorum,iuxta Domini noſtri Ieſu Chriſti doctrinam [a] quæ diuerſis uer bis habetur in Scriptura. Nam in Deuteronomio [b] ſic habetur. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota fortitudine tua.* Et in Euang.Matth. [c] ſic. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,& in tota anima tua: & in tota mente tua.* Et apud Marc.[d] ſic, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,& ex tota mente tua, & ex tota virtute tua.* Apud Lucã vero [e] *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis,& ex omni mẽte tua.* Omnes tamen in ſenſu conueniunt, & in ſumma hoc ſibi volunt, Deum præcipere,vt eum plene & integre diligam[f], non quidem quoad hanc vitam,eo modo,vt omnibus horis,& momentis id actu faciamus: hoc enim fieri non poteſt in ea,in qua cibo,ſomno,labore,& negotijs neceſſarijs id interrumpitur: ſed vt [f] explicat S.Thomas, [f] vt ſcilicet in omnibus totam intentionem noſtram,quæ per cor exprimitur, in eius amorem, & obſequium dirigamus, totumque noſtrum intellectum(qui *per mentem* ſignificatur)illi ſubijciamus:omneſque appetitus(qui *per animam* notantur) ad normam ſuæ ſanctiſſimæ legis componamus:& denique omnia noſtra opera exteriora,quæ nomine *fortitudinis,& virtutis,& virium* ſignificantur,eidem conformemus.In ſumma vero hoc totum nihil aliud ſignificat, quam Deum nobis præcipere,vt ſe propter ſeipſum,& magis, quam cætera omnia diligamus, eidemque inſeruiamus tam interiori,quã exteriori obſequio,magis, inquam,non quoad intentionem, & feruorem: ſed quoad æſtimationem,& appretiationẽ, vt explicauimus [g] poſt S.Thomam [h] & alios Neotericos, inter quos eſt Ioan. Maior. [i] Hoc eſt,vt Deum,eiuſque amorem pluris, quam aliquam creaturam, imo & quam vniuerſas æſtimemus, & faciamus: & propter amorem eius potius eligamus mortem oppetere, quam ipſum vel corde, vel verbo, vel opere mortaliter peccando, negare.

7 Secundo dicimus, quod hoc magnũ præceptum de diligendo Deo ſuper alia omnia poſt peccatum Adæ non poteſt, niſi in ſtatu gratiæ adiimpleri ſecundũ aliquos, inter quos videtur eſſe S.Thomas. [k] Contra quod tamen facit, quod homo ſola virtute naturali, etiam exiſtens in peccato mortali, poteſt concipere,imo concipit partim Deum eſſe ſu per omnia diligibilem: & finem omniũ vltimum,& conſequenter eum vt talem diligere poteſt. Deinde,quod datur dilectio Dei ſuper omnia ſine gratia, vt probat Caietanus. [l] Præterea,quod ipſemet S.Thomas [m] affirmat,poſſe quem ſine gratia implere præceptum diligendi Deum,quoad ſubſtantiam actus,licet non quoad meritum beatitudinis, quoad quod poteſt intelligi prædicta prior eius opinio,quod ſatis ſentit concordia S.Thomæ [n] quæ diſtinctio fit etiam in alijs præceptis infra. [o]

Tertio dicimus, quod eſt quæſtio difficilis,non tam bene tractata, quam neceſſaria,& quotidie occurrẽs, videlicet, quando teneamur ad hoc præceptum actu adimplendum ſub pœna noui peccati mortalis,eo modo,quo in hac miſera vita expleri poteſt:nam perfecte,non niſi in alia adimpletur,ſecundum Auguſtinum,[p] & S.Thomam.[q] Difficultatem enim ingerit,primum,quod ſit affirmatiuum præceptum,& conſequenter non obligat pro quocumque tempore, [r] & non videtur præfinitum tempus, quo id fieri debeat. Deinde, quod dura videtur Scoti ſentẽtia,[s] a quo recedit Adrianus, [t] nempe, nos omnibus feſtiuis diebus teneri ad illud,qu ia nullus eſt text[u] nec vlla ratio, quæ id neceſſario concludat,& ita non videtur aſſerendum, [u] nã miſſa, quam illis diebus præcipimur audire,[x] recte audiri poteſt ſine tali amore actu concepto:vnde rari,vel nulli ſe huius

a Matt.12. *b Cap.6.* *c Cap.22.* *d Cap.12.* *e Cap.10.* *f 2.2.q.44. art.1.* *g In addi. c.quando. de conſec.di ſtinct.1. & ſap.c.1.n.2* *h 1.2.q.100 art.3.& 2. 2.q.148. art.3.* *i In 1.diſt. 1.q.2.& in 4.diſtin.14. q.2.Caieta.* *k 2.2.quæ. 100.art.10 et 2.2.q.40 art.1.& 6. & melius. q.109.ar.3 l 1. Tomo Opuſculor. Opuſcul.4. q.1.* *m In 2.lib. ſent.diſ.28. q.1.art.3. n 1548.* *o Hoc eod. ca.nu.17.* *p In lib. de perfect. inſtit.in reſponſiones tiocina.16. q 2.2.q.44 art.6. & in 3.lib.ſent. diſ.27.q.3. art.4.* *r S. Tho.2. 2.q.33.art. 2.& Archidia.in ca.ſi peccauerit. 2.q.1.& in ſumma de pœn.diſt.5. ab omnibus recepta. ſ Dicto libr. 3.ſent. diſt. 17.q.3.* *t Quæſt. 4. de conſeſſ. u Cap.conſuluiſti. 2. q.5.§.conſideremus. Authen.de trient.& ſe miſſ.collat. 3.* *x Per cap. miſſas, de cõſec.diſ.1.*

ius omiſſionis accuſant. Præterea, quod nimis laxa videtur opinio dicentium, non obligari nos ad implendum illud p̃ceptum amplius, quam ſemel in vita: quod meo iudicio Sotus, [a] recte confutat. Denique quod dicta Soti non videntur ſatisfacere: tum quia, dicit aliquando non obligari nos amplius, quam ad opus exterius in quocumque ſtatu exhibitum: puta ad increpandum blaſphemum, & S. Thomas [b] dicit hoc præceptum non impleri, niſi in ſtatu gratiæ: tum quod idem Sotus [c] tenet obligare pro tempore baptiſmi, & idem [d] docuit ad recipiẽdum Baptiſmum non eſſe neceſſarium tantum efficere, quantum requiritur ad recipiendum pœnitentiæ ſacramentum, q̃n ad hoc non ſufficit attritio, quæ noſcitur non eſſe contritio: ad Baptiſmum autem ſic, ſecundum ipſum: tum etiam, quia idem affirmat, vnũ quemq; quoties inſigne aliquod beneficium a Deo conſequitur, teneri ad illud explendum. q̃ tamen nulla lege, neq; ratione efficaci euinci poſſe videtur, & ita non eſt aſſerendum. [e]

8 Quarto dicimus (ſaluo tamen meliori iudicio) ſanctiſſimum quidem cõſilium eſſe, vt non ſolum diebus feſtiuis: verumetiam quotiescumque commode poterimus, nitamur implere prædictũ mandatum; præmiſſa (ſi opus fuerit) debita noſtrorum criminum deteſtatione: ſed non præceptum, quod nos ſub reatu nouæ culpæ mortalis obliget, niſi primo, cum ad vſum rõnis peruenimus, & iam habemus vel habere debemus cognitionem, referendi, & dirigendi nos ipſos, noſtraq; omnia opera in Deũ ipſum tamq̃ in noſtrum vltimum finẽ ſaltem in cõfuſo, & eo modo, quo id pueri præſtare poſſunt, vt ſenſit ſubtiliter S. Tho. [f] quem (licet in alium finem) retuiimus in Euchirid. de Oratione. [g]

Secundo, cum tenemur ad habendã contritionem de peccatis mortalibus, [h] vt explicuit Caietanus, [i] q̃n contritio ſine hoc amore haberi non poteſt. [k] Non tamen ad id tenemur, quoties miniſtramus, vel accipimus ſacramenta, q̃n ſufficit nobis habere tunc gratiam, vel caritatem habitualem, quamuis non habeamus amorem præfatum actualem, quia non tenemur tunc habere contritionẽ: nam ſufficit habuiſſe antea, & non perdidiſſe gratiam habitualem. Ex quo ſequitur, non eſſe neceſſarium hunc amorem actualem, q̃n Baptiſmus eſt ab adulto recipiendus, licet illud dicat Sotus. [l]

9 Contra quem facit, quod ipſemet [m] aſſeruit, ad Baptiſmũ non eſſe neceſſariam cõtritionem ſed ſatis eſſe attritionẽ, etiam illam, quæ ſcitur non eſſe contritio, licet id nobis non videatur verũ, per ea quæ [n] diximus. Facit etiam contra eundem, quod eadem rõne teneremur implere hoc mandatũ, quotieſcũq; aliquod ſacramentũ recipimus, & cõſequenter cum contrahimus matrimoniũ quod falſum eſt. Satis enim eſt, vt non ſimus in peccato mortali, aut probabiliter credamus, quamuis huiuſmodi adeo excelſum amorem actualem animo non concipiamus. Facit item, quod nullus peccati mortalis reum diceret eſſe illũ, qui octo dies ante Baptiſmum rectam contritionem de peccatis concipiens, & ſeipſum probabiliter conſtituens in ſtatu gratiæ, poſtea ante noui peccati mortalis admiſſionem ſine hoc amore actuali Baptimũ ſuſciperet, quare hic tertius caſus eſt reſtringẽdus ad eos, q̃ ante Baptiſmum non habuerunt contritionem.

Tertio quotieſcumque tenemur proximum ex caritate diligere, nam tũc pariter eodem amore Deũ diligere tenemur, ſiquidem hi duo amores ſunt eiuſdem generis, & naturæ, & in amore proximi amor Dei tamquam finis includitur, vt colligitur ex vtroque Thoma, [o] vt infra [p] dicemus.

10 Quibus addo primo, eum, qui diligit Deum, probabiliter credens ſe eſſe in ſtatu gratiæ, ſubindeq; ſuum amorẽ eſſe amorem Dei ſuper omne aliud, q̃uis ĩ rei veritate nõ ſit huiuſmodi, neq; ſit in eodem ſtatu, nihilominus tñ adimplere hoc p̃ceptum, quoad effectum eui tandi nouum peccatum, q̃ admitteret ob omiſſionem implementi eius, q̃n ſine ſpeciali reuelatione ſcire non poteſt quis, quando eſt in ſtatu gratiæ, [q] vt definit Conc. Trid. [r] Et ita niſi hoc teneamus, nequiremus ſcire, quando hoc præceptum impleremus.

Addo ſecundo, quod poſſet (noſtro iudicio) affirmari, qđ hoc ſupremum mãdatum, licet p̃cipue & principaliter excelſum

[a] *Lib. 2. de iuſt. & iure quæſt. 3. ar. 10. & libr. de natur. et gra. c. 19.*
[b] *V bi ſup.*
[c] *V bi ſup.*
[d] *Lib. 2. de nat. & gra. n. 15.*
[e] *Iuxta dictum capit. cõſuluiſti.*
[f] *1. 2. q. 89. art. 6.*
[g] *Cap. 2. nu. 15.*
[h] *Iuxta d. ĩ c. 1. n. 31.*
[i] *In dicto artic. 6.*
[k] *V t ibi dictum eſt.*
[l] *Precitato lib. 1. de natu. & gra. cap. 12.*
[m] *Dict. lib. 2. de natũ. & grat. ca. 15.*
[n] *In d. c. 1. nu. 37.*
[o] *2. 2. q. 44. ar. 2 et 2. 2. q. 25. art. 1.*
[p] *Cap. 14. nu. 4.*
[q] *Eccl. 9. & Iob 9. relati in c. fi. de purg. ca. nõ. & tradit S. Tho. 1. 2. q. 112. art. 5.*
[r] *Seſſ. 6. c. 9 & can. 12. 23. & 14.*

celsum illum amorem a caritate profectum nobis præcipiat, minus principaliter tamen etiam obligat aliquando ad diligendum Deum hoc eodem amore, vel alio bono & naturali, non obligãdo nos ad præfatum sublimem caritatis, vel saltem, quamuis hoc præceptum ad id non obliget: obligat tamen nos lex naturæ, quæ habetur [a] ibi, *Vt patriæ, parentibusq; pareamus*, [b] quæ satis iubet amare patriam, reges, parentes, & dominos, qn etiam omnes proximos, in quibusdam casibus, etiam Deum ipsum, tamquam Regem, parentem, dominum, gubernatorem, & protectorem, saltem aliquo bono amore naturali, & propterea, vt docuit bene prædictus Sotus, [c] quando Deum audimus blasphemari, aut inhonorari, tunc tenemur ad actum diuini amoris, saltem vt naturalis boni, quo impulsi, eum, qui in Deum blasphemus, vel contumeliosus extiterit, increpemus. Quod quidem ita faciendum esse Concil. Lateranen. [d] in specie præcepit. Nec obstat his dicere, quod amor Dei debet esse talis, quo ille super omnia diligat, & quod nisi talis sit, non est bonus, vt videtur sentire S. Thomas: [e] respondetur etenim, quod licet diligere Deum comparatiue minus quam illum, vel æque ac illum sit malum: diligere tamen eum absolute æque, vel minus absque vlla comparatione, non est malum, vt alij dicũt, quæ quidem omnia tamquam quotidiana, & parum specificata debitæ correctioni subijcimus.

11 Quinto dicimus, quod non solum est peccatum mortale transgressio præcepti sub eius pœna obligantis: sed etiã propositum transgrediendi, imo & desiderium deliberatum id faciendi, imo & (quod maius est) ipse consensus, ipsa volitio, seu voluntas vera, & expressa delectandi se illa transgressione cogitata, licet nec faciat, nec proponat, nec desideret facere. Qualis est consensus illius, qui de antiquo peccato mortali cogitat absque proposito, & desiderio id faciendi, eo tamen animo, vt ex eo nascatur, & crescat ei aliqua delectatio, qua fruat. Quinimo (quod maius est) consensus, & voluntas interpretatiua, vel tacita illius est culpa lethalis. Quæ plane omnia cõsonant communi opinioni, quæ colligitur ex beato Augustino, [f] & Magistro sẽtentiarum [g] & ex S. Thoma, [h] & B. Antonino [i] & Ioanne Maiore [k] & Caietano [l] & ex eis, quæ nos clarius, & copiosius, quam alij resoluimus, [m] vbi in summa diximus, consensum verum & expressum, quem Caietanus positiuum vocat, ipsius delectationis esse illum, quem supra docuimus.

12 At vero tacitus consensus, quem alij interpretatiuum, alij morosam delectationem dixere, Caietanus autem negatiuum non positiuum appellauit, tũc demum est peccatum mortale, quando quatuor concurrunt. Primum vt id, de quo sumitur delectatio sit lethalis culpa vt ait S. Thomas. [n]

Secundum, vt qui delectatur aduertat se delectari, nam si circa id non aduerteret, quamuis diem integrum delectatio perduraret, non peccaret mortaliter, iuxta textum mihi singularem, [o] ibi: *Ex deliberatione consentit.* Neque satis est aduertere, nisi integre aduertat secundum [p] Caiet.

Tertium, vt nõ obsistat delectationi, eam a se depellere contendendo, quoniam si id conaretur, iam potius virtuti, quam vitio esset tribuendum, quamuis eam a se non omnino repelleret. [q]

Quartum, vt absque rationabili causa omitteret eam a se reijcere: etenim si omitteret eam depellere, quia nouit se ea vi, & virtute animi pollere, certus sit se non ita victum, vel flexum iri ab ea, vt actum, de quo est, velit, neque ita vt voluntas eius superior, seu rationalis, velit ea sensuali delectatione frui, nõ esset culpa, saltem lethalis, dummodo expresse non consentiret in illam. Id quod idẽ dicendum est, si ideo delectationi non resisteret, eamque a se non repelleret, eo quod crederet quo magis velit tentationi obsistere, & contra ipsam pugnare, eo illa magis augeretur, quam minuetur, sicut erga carnis illecebras contingere solet, quæ quidem fugiendo potius, quam resistendo superantur, secundum sanctum Thomam [r] & Ioann. Gersonum, [s] & alios alibi. Idem esset, si delectationẽ illam omisisset expellere, ne suam occupationem honestam, & necessariam, aut vtilem, derelinqueret, quale est studium, & lectio rerum impudicarum,

a In l. uelut.
b ff. de iust. & iur.
c Vbi sup.
d Sess. 9. §. ad abolẽdã
e 1.2.q.109 art. 3.
f Lib. 10. de Trinit.
g In 2. dist. 24. cũ suis commentatoribus.
h 1.2 q. 74 & 3. p. tit. 5. c. 1. §. 1.
i In 2. dist. 24. q. 18.
k In summa verb. delectatio morosa in princ. & tomo 1. Opusc. Cpusc. 14. q. 1.
l In cap. cogitationis, de pœn. dist. 1. & in ca. sed pensandum, dist. 6. n 2.2.q.74 art. 8.
m In ca. sed pensandũ. dist. 6.
n Vbi sup.
o Dicto ca. sed pensandum.
p 2.2.q.15. art. 1.
q De pollut. not. 7.
r
s

rum, ad huiusmodi delectationes prouocantium, necessaria ad prælegendū scholasticis, vel concionādum populo. Quale item adire confessiones de rebus impudicis, & alia huiusmodi, argumento eorum, quæ singulariter scripsit Caietanus [a] & consequenter, vt hoc sit mortale, oportet illum, cui eiusmodi delectatio oritur, esse talem, vt suæ imbecillitatis, & consuetudinis præteritæ ratione habita merito credere teneatur, nisi illam reprimeret, in ipsum opus malum, vnde nascitur delectatio, vel saltem in delectationem eiusdem operis, vere, & realiter consensurum.

Ex qua quidem resolutione intulim⁹ [b] decisionem multorū casuum, qui quotidie contingunt, quos hic breuitatis gratia tacemus.

13 Infertur item ex eadem resolutione, delectationem, quæ morosa nuncupatur (a mora videlicet deducto vocabulo) non esse ita nominatam ratione tēporaneæ durationis, sed propter morā, quam facit ipsa ratio in ea non expellenda, quia nimirum eam non repellit quā citissime potest, & debet: vel (quod deterius est) quia eam deliberate acceptat: quod quidem vel in instanti fieri potest secundum omnes. In his autem duobus casibus peccatum mortale committitur licet opus exterius numquam fiat, neq; adsit propositum faciendi. Quod quidē verissimum est, non solum in peccatis carnalibus, verum etiam in reliquis, iuxta mentem omnium, quod expresse S. Bonauentura [c] adnotauit.

14 Itaque resistere delectationi, quæ nascitur excogitatione alicuius peccati mortalis virtus est: adsistere autem & assentiri expresse lethalis est culpa: non resistere vero neque adsistere aliqū est peccatum veniale, & aliquando mortale, scilicet quando quatuor illa supradicta concurrunt: quoniam omnis volūtas deliberata de peccato mortali, vel (proprius loquendo) omnis voluntas deliberata se delectandi de actu, qui est peccatum mortale, est mortifera. [d]

At quoniam in huiusmodi delectatio nibus, maxime si carnales sunt, semper inest aliquid periculi ratione naturę humanæ corruptæ, expedit vt qui huiusmodi delectationes habuit, & non est certus, an ipsis consenserit, neque an sufficienter resistiterit, de illis in confessione se ipsum incusęt, dicens se dubitare, an quantum debuit illis resistere contenderit. Nam si credit sē consensisse, vel non resistisse, vt eis frueretur, vel ad modum negligenter se gessit in eis depellendis, cum probabili consentiendi periculo in easdem delectationes, vel in opera, ex quorum cogitatione illæ nascuntur, tunc necessarium esset confiteri, quod circa hoc credit & sentit.

15 Sexto dicimus, quod non solū peccat, qui aliquod peccatum committit, & in eo perpetrando est præcipuus exequutor, verumetiam omnes alij, qui eidem culpæ consentiunt, iuxta illud. [e] *Non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus,* [f] consentiunt, inquam, aliquo nouem modorum contentorum in duobus senarijs quos posuit S. Tho. [g] scilicet.

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

16 Quibus significatur illum consentire delicto, qui iubet, consulit, consentit, laudat, recipit principalem delinquentem, vel adiuuat, vel non impedit verbo, aut opere, vel non manifestat, cum teneatur, & possit: quorum modorū interpretatio, & dilatatio, inferius [h] fiet. Interim autem dicimus, peccare mortaliter eum, qui aliquo istorum nouē modorum, principali auctori delicti cōsentit: quamuis non semper incurrat eadem censuras & irregularitatem, neque eamdem restituendi obligationem, quas ille. [i]

Diximus autem in tribus vltimis modis, *Cum teneretur & posset*: non enim potestas sine obligatione satis est, secūdum S. Tho. [k] & vtrobique Caiet. & melius [l] vt nos diximus supra. [m]

Vnde infertur, quod cuilibet modorum peccandi, faciendo vel volendo facere aliquod peccatum possunt adiungi alij nouem, iuxta nouem modos illi consentiendi, quos & si non semper infra expressérimus, aliquando tamen insinuabimus. Illud tamen nunc admonentes, tunc aliquem consilio suo, verbis, aut operibus teneri impedire, quando ex officio,

[a] *In dict. Opuscu. 14. q. 12. & 3.*
[b] *In c. cogitationis, de pœn. dist. 1.*
[c] *In 2. libe. sent. dis. 24 in expositione literæ.*
[d] *Cap. 1. §. ponderosus 49. d. & S. Tho. 1. 2. q. 74. art. 8.*
[e] *Ad Rom. 1.*
[f] *Cap. 1. de offic. delega. vbi. gl. et omnes c. notū. 2. q. 1 c. sicut dignū per totam. de homic.*
[g] *2. 2 q. 62. art 7. incor por q. & in 4. lib. sentē. dist. 15. qu. 1. art 5. q. 3*
[h] *C. 17. nu. 17. & n. 19 & seqq.*
[i] *Cap. cum quis. de sēt. excommu. lib. 6. & ca. felicis. §. illud de pœ. eo. lib. Osti. in summa de pœn. §. quibus, & Caiet. in sūma verbo restitutio. §. consensus, & Felin. i tract. Quādo conatus et alij alibi.*
[k] *2. 2. q. 44 art. 4. et q. 72. art. 6. et 1. 2. q. 6. ar. 3.*
[l] *In 2. 2. q. 64. art. 7.*
[m] *Prælu. 6. num 3.*

ficio,quod habet,vel alio titulo ad id faciendum obligatur. Tunc etiam,quando proximus circa extremam patitur, indigentiam, & ipse potest id ipsum p̃stare, non se in consimilem necessitatē conijciendo, etiam si ob id rei familiaris,aut honoris iacturā aliquam faciat: imo etiam cum proximus re illa maxime indiget,& ipse sine vitæ suæ,salutis honoris,& rei familiaris detrimento potest commode id facere: per id quod [a] alias diximus.

17 Septimo dicimus, quod vniuersa ista decem præcepta,& alia omnia possunt impleri ab illo, qui est in peccato mortali,quoad substantiam actus, & p̃cepti,& effectum euitandi nouum peccatum,quod incurreret, si non adimpleret illud iuxta definitionem Aquinatis [b] communiter recepti.quod Cóc. Trid. [c] sensit:declarans hæreticum esse illū,q̃ dixerit, opera nostra ob id solum quod fiant extra statum gratiæ, esse peccata, q̃dq̃ dixerit Dion. Carthusianus [d] quē aliquot alij sequuti fuerūt. Est enim hoc vnum inter alia commoda, q̃ opera facta etiā in peccato mortali secū afferūt (de quibus glossa [e] licet ad promerendā gratiam in hac vita, & gloriam in futura nihil valeant) implementum p̃cepti in illo statu, [f] vbi latius diximus [g] sub regula includitur etiam præceptum de diligendo Deo iuxta declarationem nunc additam. [h] Per q̃ tollitur rō, qua insan[a] Lutherus insane docuit, Deum dedisse nobis duo præcepta,quæ in hac vita nō possumus implere, nēpe p̃ceptum de diligendo Deo,& de nō concupiscēdo, q̃ efficacissime post alios confutat Castrē sis [i] & damnauit Concil. Trid. [k]

a *In c.1.de rest.spol.& c.24.&25. infra & c. inter verba 11.qu 5.& profundius in Cōm.ca. nō in inferēda,4.q.1 dixi mus.*
b *In 1.2.q. 100.ar.10. et2.2.q.44 art.1.& 6.*
c *Sess.6.c.6*
d *Li.2 sen. dist 17.*
e *In c quoniam,de pæn. & remiss.*
f *C.nihil de cons.dist.5.*
g *Etin § fi. de pæn.distin.4.*
h *Supra nume.6.*
i *In lib. aduersus omnes hæreses verb.p̃cept. in principio*
k *Sess. 9.c. 11. & canon. 18.*

CONTRA PRAECEPTVM de diligendo Deum, quod non est Decalogi,vt peccatur.

18 *Odium Dei vt genere suo maximum peccatum.*
18 *Præceptum diligendi Deū quis frāgit.*
19 *Amat qui firmius aliquid quam Deū peccat,non qui feruentius.*
20 *Amat quisnam Deum ob alia, quam ob ipsum,& quando amandus.*
20 *Viuere qui vult semper hanc vitam peccat.*

18 CONtra hoc præceptum de bene diligendo Deo peccat mortaliter primo,qui deliberate odit Deum,q̃ q̃dē ex genere suo est maximū omnium peccatorum,vt probat S. Thomas. [l] Tum quia actus,qui opponitur actui summe bono summe malus est,secundum Aristote. [m] actus autem maxime bonus est Dei amor, [n] cui odium Dei est contrarium. Tum quia maximo præcepto omnium contrarium est [o] Tum quia directe separat a Deo,q uod alia peccata communiter non faciunt,sicut explicuit S. Tho. P. Dixi, *Deliberate*: quoniam subreptio iudicium præueniens in quacumq; materia excusat a mortali, vt diximus supra. [q]

Secundo peccat mortaliter,qui omittit amare Deum super omne aliud amabile,quo tempore id tenetur facere, de quo supra. [r]

Tertio peccat mortaliter, qui omittit referre,ac diligere se,suaq; omnia in Deum tamquam in primum principium,& vltimum finem suum,tempore quo ad id tenetur. Quando autem ad id teneatur,etiam [s] dictum est.

Quarto peccat mortaliter, qui amat Deum,sed minus, vel non plus quā alia comparatiue,hoc est actu, vel virtute, expresse, aut tacite gerens in animo, quod tantum, vel æque æstimat, vel amat alium ac ipsum Deum: secus autem si absolutè sine comparatione id faceret, iuxta declarationem superius positam.

19 Quinto peccat, qui seipsum, vel suam vxorem, filium, aut Regem suū, & dominum, vel quamcūq; aliam creaturam firmius diligit,q̃ ipsum Deū. Dixi, *Firmius*: quia non debet peccato imputari diligere seipsum,vel alium intēsius,aut feruentius,quam Deum, dūmodo Deus firmius,& fortius diligatur, vt in additione capit.quando [t] enucleauimus,& supra [u] etiam tetigimus.

Admonemus item,indirecte diligere creaturam amplius,quam Deum,nō esse contra hoc præceptum quoniam qui cumque peccat mortaliter, indirecte plus diligit aliud,quam Deum,in quantum aliquid vult contra eius præcepta: atramen huiusmodi delinquens non ideo peccat contra istud præceptum, qm̃ directe

l *2.2.q.34. art.2.& q. 39.ar.2.& 1.2.qu.37. art.4.*
m *Ethic.8.*
n *Cap. caritas 2. de pœnit.d.2.*
o *Matt.24.*
p *1.2.q.34 art.2.*
q *Prælud.9*
r *n.11.& eodem c.n. 4. Num.6. & seqq.*
s *Ibidem.*
t *De consecrat.dist.1.*
u *Eod. c.n. 6. & seqq.*

directe non facit contra ipsum, neque aliquid operatur, quod secundum se, & suam naturam separat a Deo, sed secundum accidens, iuxta S. Thomam, [a] & Scotum. [b]

20 Sexto peccat mortaliter, qui diligit Deum eo solo, vel præcipue, & principaliter, quod ab eo accipit, aut sperat accipere spiritualia, vel temporalia bona, iuxta Frãciscum Mayronem [c] & Syluestrum [d] vti in dicta additione post S. Tho. [e] sub finem diximus. Vnde infert, Conc. Trid. [f] quatenus declarat esse hæreticum asserentem, esse peccatum operari bene ob remunerationem obtinendam, esse intelligendum de eo, qui tacite uel expresse minoris æstimat p̃miũ, quod sperat, quam ipsum largitorẽ, vel saltem absque consideratione aliqua vnius, vel alterius, & absq; eo, quod finẽ vltimum, & principalem constituat, recte operatur.

Septimo peccat mortaliter, qui eo tẽpore Deũ amare negligit, quo sub peccati mortalis reatu tenetur, ueluti quãdo mortis periculum, vel necessitas recipiendi, vel administrandi aliquod sacramentum sese obtulit, [g] nisi probabiliter crederet se gratiam, vel caritatem habere.

Octauo peccat mortaliter, qui deliberate vult in hoc misero seculo perpetuo viuere, quia bonis eiusdem, nempe diuitijs, gaudijs etiam licitis, sciẽtia, & alijs huiusmodi delectatur, vel propter alias causas secundum Adrianum, [h] quamuis peccatum non sit longam vitam exoptare, etiam aduertẽdo, quod ob id ęterna gaudia differuntur secundum eundem.

Nono peccat qui festiuis diebus omisit producere actum de diligendo Deo super omnia alia, secundum Ioan. Tabiẽsem, [i] sed oppositum cum Adriano [k] verius supra [l] existimauimus.

a 2.2 q.34 art.2.
b In 3. libr. sent. dist. 1. q.5. sub fi.
c In 1. libr. sent. dist 1.
d Verba caritas. q.7.
e 1.2. q.199 art.3.
f Sess.6. canõ.26. et 31
g Ioann. Tabien. verb. caritas. §.3 & senserat antea Maior. in 3. lib. q.13.
h In 3. de confess. q.4. sub fin.
i Verb. caritas. §.20.
k In 4. de confes. q.3. co.2. sub fi.
l Num.7.

DE PRAECEPTO de credendo in Deum, quod non est Decalogi.

21 *Præceptum credendi. & præceptum diligendi differunt vt fides, & caritas.*

21 *Infidelis duplex, positiue, & negatiue hic non peccat ille vero sic.*

21 Circa hoc pręsupponimus primo, quod præceptum de recte credẽdo in Deum, quod pertinet ad virtutẽ fidei, tam differt a p̃cepto de diligẽdo, quod pertinet ad uirtutem caritatis, q̃ virtus fidei, quæ inclinat ad credẽdum, a uirtute caritatis, quæ inclinat ad diligendum, quę longe alia, & maior est, quam illa, [m] & monstrat S. Thomas. [n]

Secundo præsupponimus, quod licet S. Tho. [o] a Caietano declaratus dicat, quod licet in multis locis ueteris & noui testamenti, [p] fuerint data præcepta de diligendo Deo in ueteri tamen non fuerunt data de fide: q̃q̃ certum est, neminem umquam saluum factum esse, neque placuisse Deo sine fide teste Apostolo, [q] cui consonat principium symboli Athanasij. *Quicumq; vult saluus esse, ante omnia opus est, vt teneat catholicã fidẽ, nisi quisq; integram inuiolatamq; seruauerit, absq; dubio in æternum peribit,* [r] nã infidelis positiue, qui est omnis, qui non vult credere post fidem sibi satis notificatam, peccat peccatum infidelitatis, p quod damnatur: & infidelis negatiue, qualis est omnis, qui nõ credit eo ꝙ nõ est sibi satis notificata fides, licet nõ peccet non credendo, nec ob hoc dãnetur, damnabitur tamen propter alia peccata, ut eleganter declarat vterq; Thom. [s]

m 1. Cor. 13. & c. caritas. num. 2. de pæn. dist. 2.
n 1.2. q.23. art.6.
o 2.2. q.16.
p Supr. nu. 6. citatis.
q Heb. 12.
r Et c. firmiter. de sum. Trin. & fide Cathol.
s 2.2. q.1. art.1.

CONTRA PRAECEPTVM de recte credendo in Deum quod non est Decalogi, vt peccatur.

22 *Præceptum credendi frangit, qui credit non esse catholicum, quod tenetur credere esse tale.*

22 *Excommunicatus qui dicto, vel scripto affirmat contrarium fidei.*

22 *Hæresis & hereticus quid, & vt excommunicatus.*

22 *Pertinax quis nam sit.*

22 *Dubium de fide non facit scrupulus, neque subreptio.*

22 *Credens quemlibet saluari in sua lege vt peccat.*

22 *Fidei articulos expresse, & in particulari non credens quando peccat.*

22 *Articuli fidei qui sint explicite credendi.*

22 *Credens patrem in diuinis maiorem esse Filio vt peccat.*

22 CONtra hoc præceptum peccãt mortaliter. Primo omnes infideles, quibus satis notificatum est Christi Euangelium, & non credũt ei: & oẽs fideles, qui credunt quidem ei, sed puer se intelligunt illud, vel alia loca sacræ scripturæ contra sensum ab Ecclesia ea tholica definitum, vel ignorant aliquid tale, quod explicite scire tenentur.

Secundo, qui pertinaciter credit aliquam hæresim, qualis est, qdqd sanctæ fidei Catholicæ contrarium est, [a] & est hæreticus, si est baptizatus secundum cõem [b] & tradit Alphonsus Castrensis [c] & subinde est excommunicatus [d] per bullam Cœnæ Domini, vt in ea videre est, [e] dummodo errorem illum, verbo, vel scripto, vel opere (etiam sibi soli) expresserit: alioquin vere non est excõmunicatus, quoniam ob solum actum interiorem non incurritur excõmunicatio, vt post Caietanum [f] diximus [g] & nuper latius in c. cogitationis. [h] Addimus aũt, *pertinaciter*: quoniam si præ simplicitate, vel ignorantia id credit, quia sibi videtur Ecclesia ita tenere, & est paratus errorem deponere, quandocunque veritatem fuerit edoctus, ille non est hæreticus, neq; excommunicatus, vt etiã post Innoc. [i] communiter receptum, nos k diximus, addẽdo, quod nec peccat mortaliter regulariter. Ille autem dicit pertinax, qui credit animo non discedendi a sua persuasione, etiam monitus, contrarium ab ecclesia teneri. [l] Imo & qui credit aliquid, quod scit esse contra fidẽ vel contra Catholicæ Ecclesiæ definitionem: licet affirmet, se esse paratum ad corrigendum seipsum, vti post Caietanum [m] diximus. [n] Porro verum est, quod quamuis Ecclesia iudicaret esse hæreticum illum, qui aliquid credit, q̃ manifeste fidei Catholicæ, & articulis eiusdem est contrarium (esto quod affereret se esse paratum ad correctionem suscipiendam) coram Deo tamen, neque hæreticus, neque excommunicatus est, si vere ignoranter id facit, & quidquid sancta Mater Ecclesia docet, vere, & implicite credit, iuxta tradita. [o]

Tertio peccat mortaliter, qui de rebus fidei pertinaciter dubitat. [p] At vero surreptitia dubietas, & non deliberata, maxime illa, quæ renitente volũtate euenire solet, & contra voluntatem habentis illam perdurat, vel non est peccatum, aut solum veniale, [q] & multo minus scrupuli, qui contra fidem exoriri solent, & contra voluntatem habiti molestę perdurant. [r]

Quarto peccat mortaliter, qui deliberate credit, quemcunque infidelem, si bene moraliter vixerit, posse in sua secta saluari. [s]

Quinto peccat mortaliter, qui iã discretione pollens negligit scire explicite, & in particulari esse vnum Deũ solum, qui mundum vniuersum creauit, & iustissime regit, ipsumq; esse vnicum & solum in essentia, trinum in personis, sci licet Patrem, & Filium, & sanctũ Spũm, in quo ineffabile sanctissimæ & adoran dissimę Trinitatis mysterium continet, iuxta mentem S. Thomæ: [t] nam licet ante aduentum Christi Redemptoris nostri satis esset credere vnum Deum, qui remunerat bonos, & malos punit, iuxta Apost. [u] post sancti tamen sui euangelij promulgationem, non satis est illud credere: quamuis in genere, vel implicite credat quidquid sancta mater Ecclesia tenet, & credit. [x]

Sexto peccat mortaliter, qui prædictam discretionem habens, negligit scire explicite, & in particulari secundam personam sanctissimæ [y] Trinitatis scilicet Filium Dei patris, qui est idẽ Deus, qui Pater, propter nostram salutẽ factũ esse hominem, natum, & mortuum, iuxta mentem eiusdem, [z] quidquid Rosella dicat, quem iuste Sylvester confutat. Imo & qui ignorat illos articulos prędicti Symboli, saltem quos Ecclesia solenizat, vt prædictos secundum eundem S. Thom. [a] & diximus supra. [b] Quocirca omnes parochos, patrinos, parentes, & confessarios (præsertim plebeiorum, & etiã concionatores obsecramus, vt fidẽ istam articulorum explicitam, & in particulari, cæterorumque, qui in Symbolo Apostolorum, quo sancta Romana Ecclesia vtitur, continentur, sæpissime commendare, & inculcare non desinant, quoniã in vniuersa Christiana republica circa hæc tanta est socordia, vt multos passim inuenias nihil magis in particulari, & explicite de hisce rebus credere, quã ethnicum quemdam philosophum, sola

vnius

a Cap. a recta et c, hę c est fides, i 4 q. 1.
b In rub. de hæret.
c Lib. 1. ad uersus oẽs hæreses, c. 9
d & nos in c. nouit. de iudic. notab. 3 num. 4.
e Ca. excoĩ camus. de hæret. & c. audiuimus 24. q. 1.
f Anton. 3. par. ti. 33. c. 73. et lati⁹. infra. c. 27. nu. 56.
g In summa uerb. hæres.
h In c. inter uerba. 11. q. 3.
i De pœnit. dist. 11.
k In cap. firmiter. de sũma Trin. et fide Catho.
l In addit. c. quãdo, de consec. d. 1. n. 72. & supra. l. n. 15. et seq.
m Arg. glos. fin clem. 1. §. porro. de sũma Trin. & fid. cath.
n 2. 2. q. 11 art. 4.
o In rep. c. nouit de iudic. not. 3. n. 41. & in d. prælud. 1 nu. 15. repetimus.
p In prædic. prælud. 1. d. n. 15. et seq. p C. duhi⁹. de hæret.
q Io Andr. receptus in d. c. dubius,
r Vt post Io annem Maiorem in 3. lib. sent. di. 25. q. 4. nos in repet. ca. inter uerba 11. q. 3. cõclus. 3. diximus.
s Ca. 1. §. fi. de summa Trin. & fide catbol et princip et fi. Symbo. Athanasij.
t 2. 2. q. 2. ar. 8. cõiter recept.
u Heb. 11.
x S. Trinitatis mysteriũ explicite credere tenemur.
y Secundũ eundem, et communẽ.
z Ibid. ar. 7 ubidem.
a Prælud. 4 nu. 25.

vnius veri Dei naturali cognitione ꝑditum:quamuis modo non auderem cæterorum articulorum, quos non adeo ſolennizat Eccleſia,ignorantiam,tãquam lethalem & mortiferam condemnare, dummodo ſaltem implicite,& in genere credatur,quidquid ſancta Mater Eccleſia Romana credendum præcipit

Septimo peccat, qui non ediſcit, & memoriæ mandat Symbolum Apoſtoli cum, & orationem dominicam, latina, vel alia lingua, quod ſaltem eſt veniale graue, [a] vt etiam inferius [b] dicemus.

Octauo peccat,qui circa ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium credit,Patrem Filio,aut Filium Spiritu ſancto antiquiorẽ,vel Patrem, aut Spiritum ſanctũ humanã,uel aliam corpoream formã hẽre ut Filius in quantum eſt homo habet: vel diuinam generationem, aut proceſſionem Spũs ſancti eſſe inſtar generationis humanæ,vel alterius corporeæ, vt diximus ſupra [c] niſi ignorantia, aut rudis ſimplicitas ipſum excuſent: q̃ quidẽ ipſum excuſare poſſunt:imo & quaſi ſẽper excuſant ad hoc,vt non ſit hæretic⁹ nec excommunicatus,licet non ſemper excuſent a peccato, vt ſupra [d] tradim⁹. Et [e] explicauimus, generationem Filij in diuinis eſſe inſtar productionis notiæ ab intellectu, emanationem autem Spũs ſancti eſſe ſimilem proceſſioni amoris ab intellectu,& uoluntate: nullo autem modo per modum corporeæ generationis. id q̃ aliqui temere ac ſtulte comminiſcuntur, vt [f] admonuimus.

Nono peccat mortaliter, qui contra ſacrum Conc. Trid.ũ aſſerit veterem & vulgatam editionem ſacræ ſcripturę nõ eſſe pro authentica habendam: vel qui eam contra vniuerſalis Eccleſiæ Dei declarationem, & contra concordem ſanctorum patrum ſenſum interpretatur: quamuis eius interpretatio numquam ſit edenda.

a Per capi. vos, de conſec.di.4.& diximuo in rep.c.quando de cõſec. d.1.c.20. n.20.poſt Palud.ĩ 4. lib.ſent. d. 15.q.5. colu.2.
b In ca.13.
c Prælud.3 nu:19.
d Prælud.1 nu.17.poſt Inn.et alios ibi citatos.
e In d.præ lud.3.n.18
f Ibi.
g Seſſ. 4. in decreto de editione. et vſu ſacrorũ librorũ.

DE PRAECEPTO DE colendo, ſiue honorando Deum, quod eſt primum Decalogi.

23 *Præceptum colendi Deum,ut differt a præcepto diligendi, & credendi.*
23 *Superſtitio eſt maximum vitiorum moralium.*
24 *Superſtitio quadruplex,& quælibet præter primam lethalis.*
25 *Dæmones bifariam inuocantur,expreſſe & tacite.*
25 *Inuocatio Dæmonum tacita fit quinq; modis.*

DE præcepto de colendo,ſiue honorando Deum,quod eſt primum Decalogi,dicimus primo,quod hoc præceptum tam differt a prædictis duobus præceptis de diligendo Deum & credendo in eum, quam differt virtus religionis, quæ eſt moralis, licet omnium ſuprema, ſecundum S. Thomam receptum [h] a virtutibus fidei & caritatis, quæ ſunt theologicæ,& longe omnibus moralibus maiores, ſecundum eundem receptum.[i] *Religio oĩum virtutũ moralium maxima.*

h 2.2.q.81 art.2.& 6.
i 1.2.q.62.

Secundo dicimus, quod nemini debet videri præceptum hoc non fuiſſe conuenienter datum.Exod.20.eo quod datum fuit negatiue, & non affirmatiue,ſicut præceptum quartum de honorando parentes. Tum quia id factum fuit ea ratione,quam alte declarat Sanctus Thomas.[k] Tum quia, dum vbi vetatur cultus falſorum deorum, præcipitur cultus veri Dei, argumento a contrario ſenſu, quod eſt fortiſſimũ [l] præterquam quod in tertio præcepto directe iubentur ſabbatha ſanctificari.

k 2,2.quæ. 122.art.2.
l L.1. ff.de offi.eius.cui mand. eſt iur. et c.cũ apoſtolic.de his,quæ fiũt a præl. ſine conſen.ca.

Tertio dicimus, quod ſicut virtus latriæ,ſeu veræ religionis,ad quam pertinet hoc præceptum, eſt maxima inter omnes morales virtutes, vt probat S. Thomas,[m] ita vitium ſuperſtitionis, & falſæ religionis, quod quidem hoc primo mandato prohibetur,ex genere ſuo eſt maximum omnium peccatorũ, quæ actibus virtutum moralium opponuntur.Quod S.Thom.[n] ſenſit,& nititur ea ratione,quod contraria de contrarijs dicuntur.[o] Vnde quemadmodum virtus religionis & latriæ inclinat, & ordinat nos ad Deum ipſum debito modo colendum,& honorandum,tamquam primum principium, ſupremumq; gubernatorem noſtrum,qui nos creauit,& regit.[p] Sic etiam econtrario vitium hoc ſuperſtitionis & falſæ religionis inclinat ad reddendum Deo cultum pernitioſe aut ſuperflue, vel etiam ipſi

m 2.2.q.81 art.2.recepti.
n 2.2.q.92 art.1. adiũctis quæ ait q.94.art.3.
o Cap.ſcien dũ 8.q.1.et l.& ſi cõtra tabulas. ff. de zulg.& pupill.
p 2.2.q.81 ca.2.& 3.

creaturæ tacitæ, vel expresse.[a]

24 Quarto dicimus, quod quatuor sunt fallæ religionis, uel superstitionis species, ut ex B. August.[b] & ab utroque Thoma[c] colligitur. Prima est, qua pernicios⁹ vel superfluus cultus exhibetur Deo. Est aũt pernicios⁹ cultus, qui cæremonijs mendacibus, falsitatem aliquã præ se ferendis, redditur: quales sunt Iudaicæ cæremoniæ: significant em̃ Messiam esse uenturum secundum S. Tho.[d] Superfluus vero cultus est, qui illis cæremonus exhibetur, q̃ neq; ad Dei gloriam, neq; ad subijciendum carnem spiritui, & spiritum Deo ipsi, quidquã conferunt, iuxta S. Thomam.[e] qualis est cæremonia quædam orandi ante solis ortum, vel audiendi sacrũ a sacerdote, qui vocetur Ioannes, uel dicendi bis Alleluia, uel Pater noster &c. q̃n semel tm̃ est dicendum. Secunda species est, qua cultus diuinus alicui creaturæ reddit, gratia ipsam honorandi: & hæc dicitur Idolatria. Tertia species est, qua cultus diuinus reddit creaturæ ad assequendam aliquam scientiam uel instructionẽ: & hæc dicitur Diuinatio. Quarta species est, qua idem cultus tribuitur creaturæ, ut ab ipsa opera nostra dirigantur.

Quinto dicimus, omnes istas superstitiones ex genere suo esse lethalia crimina ualde grauia, excepta prima specie, qua parte continet cultum superfluum, sed non contrarium diuinæ, aut humanæ legi: sicut ieiunare in die Dominica, vel dicere Pater noster adeo priuate, & sibi soli, ac si non esset pars, & membrum Ecclesiæ, secundum Caietanum.[f] Quarta etiam species non est peccatum mortale, quando bona fide, uel præ ignorantia ea aliquis utitur, an tequam ueritatem edoceatur, vt ex mẽte S. Thomæ,[g] & S. Antonini,[h] & Caietani[i] colligitur, secundum quos in istis duobus casibus non est communiter amplius, quam ueniale peccatum, ut inferius explicabimus.

25 Sexto dicimus, quod duplex est modus inuocandi dæmonem. Vnus est expressus: alter uero tacitus. Expressus est, quo aperte uocatur, uel inuocatur dæmon, uel fit aliquid, quod creditur opera ipsius dæmonis fore perficiendum, secundum mentem S. Thomæ, quam Caietanus[k] expressit: nam priore modo, nerbo: posteriore autem opere auxilium dæmonis imploratur. Tacita autem inuocatio dæmonis toties fit, quoties aliquis enititur efficere aliquid per causas, quæ nec uirtute sua naturali, neque ex diuina, aut ecclesiastica dispositione possiunt illud efficere, uel quando huiusmodi causæ tamquam necessariæ adiunguntur alijs, quæ possunt talem effectum producere, iuxta mentem sancti Thomæ[l] cuius definitionis exẽpla possiunt esse quidam rami ab ista radice procedentes, quos posuit Caietanus.[m] Quorũ primus est uti uerbis sacris hac conditione, ut sint scripta in illa, uel illa materia: vel tali tpe, aut hora: & alijs huiusmodi: q̃ neq; ad diuinum cultum, neq; eius honorem, neq; ad rectam rõnem pertinent. Secundus est, adiungere causis naturalibus aliquos characteres, uim significandi habentes, qui quidem ad dæmones illos probe intelligentes, referuntur, uel sunt omnia ignota, quæ ipso quod sunt talia tacite ad eos referuntur. Tertius est, uti causis naturalib⁹ ad effectum supernaturalem, ueluti ad agnoscendas hominum arcanas cogitationes: uel ad subito medendũ. Quartus uti uerbis sacris ad inanem effectum, sicut ad mouendum annulum supra filũ, uel ad uoluẽdum cribrum, q̃ quidem non uerba sacra, sed ipse diabolus mouet, ut illis uerbis honorẽ sibi faciat exhiberi. Quintus est, miscere falsa, ueluti dicendo Christum habuisse febres. Qua q̃dẽ in re iure quis miretur illorum hominum impudentiam, q̃ his & alijs similibus superstitionibus credunt, q̃ Deus tam frequenter impartitus fuerit uetulis q̃busdam deliris, & hominibus ignorãtibus, & (ut plurimum) corruptis moribus, uitaq; reprehensibili ea, q̃ non est elargitus sanctis, quibus in gradu adeo alto profunda suæ diuinæ sapientiæ arcana, uirtutemque suæ infinitæ potentiæ, qua tot miracula fecerunt, communicauit: quamuis malis interdum concedat, quod aliquot bonis non concedit, ut infra[n] tangitur.

Septimo dicimus, quod Conc. Tridẽ. [o] declarat hæreticum eum, qui dixerit a nobis sanctos inuocandos non esse: aut eorum preces nobis apud Deum non

[a] 2.2.q.92 art.1.& 2.
[b] In lib. 2. de doctrina Christiana. cap.19.20. & 21. relato in ca. illud 26.q.2
[c] 2.2.q.92. art.2.
[d] Superstitionis quatuor species.
[e] 2.2.q.93 art.1.
[e] Dicta q. 92. art.2. et facit c. quisquis. 41. dist.
[f] 2.2.c.92. art.1.
[g] Vbi supr.
[h] 2.par.tit. 12.c.1.§.12
[i] 2.2.q.95. art.2.
[k] 2.2.q.85. art.3.
[l] 2.2.q.96. art.1.& in multis art. q.95. eiusdem 2.2. in summæ verbo incãtatio.
[m] In summæ verbo incãtatio.
[n] Num.36
[o] Sess.23. in decre. de invocation. sanctorum.

non prodeſſe: aut eorum reliquias & imagines non eſſe nobis uenerandas, ſimul declarando, quod ut ſanctiſſimum eſt, imagines honeſtas ſanctorum, maxime domini noſtri Ieſu Chriſti, & eius matris habere, & colere, ſic peccatū eſt imagines ornare, & habere, quæ ſua uenuſtate, nuditate, forma, aut habitu, ad libidinem, & alia uitia alliciant. In quo multos (ēt religioſos) errare uideo, neſtientes dominam noſtram, & B Mariā Magdalenam, & alias ſanctas ornamentis profanis, & uanis, quibus etiam honeſtæ fœminę ſeſe ueſtire uererentur. Item declarauit [a] eſſe idololatriam credere illis aliquam diuinitatem, aut uirtutem ineſſe, præterquam ad ea, quarum ſunt imagines repræſentanda. Itē declarauit ibidem, neminem debere in eccleſia collocare, nec domi habere imagines inſolitas, & inuſitatas ſine approbatione epiſcopi.

a Vbi ſup.

CIRCA PRAECEPTVM maximum de colendo Deum, quod eſt Decalogi, ut peccatur.

26 *Præceptum de colendo Deum frangitur triginta octo modis præter participantes, uſque in finem cap.*
27 *Excommunicatus an ſit exterius faciens opus infidelitatis.*
27 *Diſputare de fide laico illicitum.*
28 *Ars Magica vetita.*
29 *Maleficium an maleficio tolli poſſit.*
30 *Sortes quæ prohibitæ, & quæ licitæ.*
31 *Incantatio prohibita, & fide indigna.*
32 *Philtra quæ illicita.*
32 *Adoratio imaginum quæ illicita.*
33 *Somnijs quibus non credendum.*
34 *Reliquias, nomina, & breuia & geſtanda. & nu. 35. & 36.*
37 *Augurijs non credendum.*
38 *Dæmoni herbam & muſicam nihil reſiſtere.*
38 *Ars notoria illicita, & quæ ſit illa.*
38 *Striges & Sagas reprobatas.*
39 *Duella illicita, exceptis duobus, & quæ prohibita per Conc. Trid.*
40 *Tentare Deum illicitum, etiam per Martyrium. & 41.*
40 *Martyrium pati, quando crimen mortale.*
41 *Dijs, Deabuſq; gentilium, aut planetis aliquid diuinitatis tribuere impium.*
41 *Magiſter poetas gentiles prælegens ve peccat.*

CONtra hoc præceptum de colendo Deum peccat mortaliter primo q ſeipſum, uel alium circumcidit, uel utitur aliqua cæremonia Iudaica, uel Mahometica, quæ aliquam falſitatem noſtræ ſanctæ Catholicæq; fidei contrariam ſignificat, etiam ſi minime ueram eſſe credat. [b]

b Per ſupra dicta, n. 22 & ſeqq.

26 Secundo peccat mortaliter, qui expreſſe dæmonem, Solem, Lunā, Idolum, uel creaturam aliquam, tanq̄ Deū adorat, etiam ſolo cultu exteriori. [c] Vel habuit dæmonem, ſeu ſpiritum, quem uocant familiarem, ut ipſum admoneret, uel ei oſtenderet, renunciaretue, q̄ in locis remotis, aut ſecretis geruntur.

c Supr. nu. 19.

[d] Circa quod nullatenus excuſamus Reges, qui non puniunt eos, qui huiuſmodi dæmonibus familiaribus utūtur, ſed potius expetunt ab eis certiores fieri, de his, quæ in hoſtium caſtris geruntur, aut quæ aduerſarij moliuntur.

d Sicuti coprobauimus in c. nouit. de iudic. not. 1.

27 Tertio peccat mortaliter qui ex metu, uel aliam ab cauſam dicit ex animo aliquid contra fidem, uel conſenſit in aliquod opus infidelitatis exterius, etiā ſi intra ſe, & in corde ſuo oppoſitum crederet: ſicut Marcellino Papæ Icgimꝰ contigiſſe [e] qui non ſolum eſt excōmunicatus in foro exteriori: ſed etiam in conſcientiæ, ſecundam Caietanum. [f] Sed huius oppoſitam ſententiam olim pro reſponſo dedimꝰ interrogati de certis caſibus, qui cuidam religioſo Societatis IESV apud Sarracenos agenti occurrerunt erga Chriſtianos quoſdā, q timore pculſi, & propter alias cauſas, ſe eſſe Sarracenos finxerunt, & ſequuti ſumus eum, qui Repertorium Inquiſitorum compoſuit, [g] quod nunc quoq; uerius arbitramur, q̄ q̄ Caiet. aſſeruit. ſic em Sylueſt. [h] & Ioā. Tabienſi [i] uisū eſt. & pfecto ēt ſi hoc nullus aſſereret, nos eandem ſententiā teneremus: qm huiuſmodi non eſt uere hæreticus: q̄uis grauiſſime peccet, ſm Alex. Halenſem. [k] id quod ex hæretici, hæreſiſq; definitione quam [l] adduximus, comprobatur. Et ex cōmunicatio illa iuris, quæ cōtinetur i bulla

e Ca. nuncautē. 21. d. f 22. q. 94. art. 2.
g In verb. hæreticus. h Verb. hæreſis q. 9. i Verb. hæreticus. nu. 2. & Verb. Apoſtaſi. n. 3 k 2. par. tit. 53. mēbr. 3. l In repetc. nouit. de iudic. not. 3. nu. 42.

bulla Cœnæ Domini, ſolum fertur contra hæreticos credentes, vel contra fautores, & receptatores hæreticorũ, quorum de numero non eſt cenſendus is, de quo modo loquimur: niſi quando aliquod opus exterius hæreticum commiſiſſet, alicui hæreſi, vel hæretico auxilium præſtando: in quo caſu excommunicatus remaneret, non quia hæreticus, ſed quia fautor hæreticorum eſt.

Quarto peccat mortaliter, qui aliquẽ habitum, vel ſignum Iudæi, vel Sarraceni defert in loco, vbi in veſte, vel quouis alio charactere vnuſquiſque ſuæ legis profeſſionem indicat. [a] Id enim facere perinde eſt, ac præ timore ſe Iudæum eſſe, aut Sarracenum confiteri. non autem peccaret propter ſolã omiſſionem ſigni vel habitus Chriſtianiſmi: dummodo ſigna Iudæorum, aut Sarracenorum non acciperet, ſicut recte docuit idem Caiet. [b]

Quinto peccat mortaliter, qui diſputat de fide, cum ſit laicus, ſciens laicis eſſe prohibitum ſub excommunicationis pœna de illa diſputare ſecundũ iura [c] & Caietanum [d] qui [e] limitat hoc in diſputante gratia exercitij: licet dici poſſit talem nõ includi hic: quia neſcit, neque debet ſcire, id eſſe ſibi tali pœna prohibitum.

Sexto peccat mortaliter, qui aliquas reliquias falſas, tamquam ſi vere ſanctorum eſſent, adorãdas proponit, vel votiuas imagines quo miraculis falſis obtulit imagini Crucifixi, vel beatiſſimæ Virginis, aut aliorum Sanctorum: vt alij ſimili exemplo prouocati aliquid templo offerant, vel alia ſimilia ad offerendum comparent, vt inde aliquid accedat lucri: quoniã magna diuino cultui infertur irreuerentia, mendacia circa res ſacras perſuadẽdo, [f] & qa eſt primæ ſpeciei ſuperſtitionis per dicta ſupra. [g]

28 Septimo peccat mortaliter, qui dæmonem expreſſe, corde, vel verbo inuocat, quo ſibi ſit auxilio, cõſilio, vel fauori: quia eſt tertia ſpecies ſuperſtitionis, de qua ſupra. [h]

Octauo peccat mortaliter, qui dæmonẽ per modum obſecrationis adiurat, vt ab eo aliquid diſcat, vel vt auxilium ab eo accipiat. [i] Quamquã licitũ ſit dæmones adiurare per modũ coactionis, obſtringendo eos eccleſiaſticis exorciſmis, vel quando ſine inuocatione ipſi adſunt, vt ſolent in arreptitijs adeſſe: nam licet tunc eos interrogare, ſine prece tamen, & ſine aliquo ſocietatis pacto ad aliquorum vtilitatem, ſecundum B. Antoninum. [k] Quin etiam colloqui cũ ipſis dæmonibus corpora hominum obſidentibus, ob curioſitatem, uel uanitatem tantum non eſt pluſquam ueniale: quoniam nullo pacto illis colloqui licet, niſi tamquam inimicis. [l]

Nono peccat mortaliter qui Necromantiam, uel aliquam aliam magicam artem diſcit, uel ea utitur, uel deliberato animo eam vult ediſcere, uel ea uti: quoniam iuxta Richardum [m] non eſt ſcientia: ſed potius ſuperſtitio. [n] Quod ſi libros huiuſce facultatis habet, & nolit eos comburere, nõ eſt abſoluendus, ſecundum Angel. [o] nam tertia ſpecies eſt ſuperſtitionis, de qua ſupra. [p]

Decimo peccat mortaliter, qui uult dæmonis opera uel alijs illicitis modis theſaurum inueſtigare, [q] uel ſi cõſulit, aut conſuli ſuadet maleficos, aut eos in domum ſuam accerſit cauſa percontandi aliquid, contra illud, [r] *Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, &c.* [s] Vel veneficia aliqua compoſuit, vt incantationibus, aut inuocationibus dæmonum tacitis vel expreſſis noceret alicui. [t] *Maleficos non patieris viuere.* [u]

29 Vndecimo peccat mortaliter, qui aliquod maleficium, aut inuocationem alio maleficio, aut incantatione diſſoluit, aut precatur aliũ, vt diſſoluat: quãuis ille eſſet ad id agendũ paratus, ſecũdum S. Thomam [x] & Ioan. Maiorẽ [y] cõmuniter receptos. Id quod etiã Sylueſter [z] comprobat: quidquid dicat Angelus: [a] nunquã enim eſt licitũ alium ad peccandũ inducere, quãuis ille ſit ad id paratus: quia non licet conſentire peccãti, [b] quãuis liceat alieno peccato vti, dummodo res ipſa, quæ petitur, non ſit peccatum. [c] Quod latius tradidimus in Repet. cap. inter verba, [d] Atqui fas eſt maleficiũ licitis modis diſſoluere: puta exorciſmis approbatis, aqua benedicta, ſanctorum precibus, vera pœnitentia, deuota Euchariſtiæ perceptione, ſecundum omnium doctorũ ſententiã præcipue Ioan. Maioris, [e] & etiã ſine vlla inuoca-

a Ita Ang. verb. infidelitas. §. 9. Syl. eod. verbo & Caie. in ſumma verb habito emiſſio.
b 2.2. q. 3. art. 2.
c Cap. quicũq; de hæret. li. 6. & l. penu l. C. de ſum. trid
In ſumma verb. diſputatio.
e In 2.2. q. 18. art. 7.
f Caie. vbi ſupra i verbo, ſuperſtitio.
g Num. 23
h Dict. nu. 23.
i Cap. illud 26. q. 2. & ſupra eodem dicto nu. 23.
k 2. par. tit. 12. c. 1. §. 5
l Caiet. Verbo interrogatio primi præcepti.
m In 2. li. ſen. diſ. 17.
n l. culpa. C. de malef. & mat.
o Verb. curioſitas. §. 10.
p Eod. nu. 23. & 24.
q Arg. c. illi libros huiuſce facultatis habet. & nolit eos comburere, nõ eſt abſoluendus, ſecundum Angel. nam tertia ſpecies eſt ſuperſtitionis, de qua ſupra. P
r Leui 20.
ſ Et l. nemo C. de male. & mat.
t Exod. 22.
u l. multi. C. de malef. & mat.
x In 4. diſ. 34. q. 1. art. 3.
y Ibidẽ q. 2
z Verb. maleficium q. 8. arg. l. nullus & l. nemo. C. de maleſi. & mat. & c. non obſeruetur 26. q. 7.
a Verb. ſuperſtitio. §. 3.
b Arg. c. 1. ad Ro. & c. notũ. 2. q. 1.
c Cap. monuet. 22. q. 1
d 11. q. 3.
e In 4. lib. ſent. diſ. 35 quæſt. 2.

uocatione ſoluendo vinculũ capillorũ, vel aliarum rerum, quibus incantatio continetur.

30 Duodecimo peccat mortaliter, qui interrogat, vel vult interrogare diuinos ſiue diuinatores circa aliquod furtũ, vel quidpiam aliud ſecretum, vel id ipſum ſortib°, aleis, chartis, libris, cribro, aſtrolabio tẽtat cognoſcere,[a] aduerſus illud. *Non inueniatur in te qui Pythones, ao diuinos conſulat.*[b]

a Deut. ca. 17.

q Dict. l. ne mo. C. de maleſi. & mat.

Decimotertio peccat mortaliter, qui adhibuit incantationes ad animalia ſeruanda, vel inuenienda, &c. vtẽdo verbis ſacris, aut profanis, vel aliqua alia vana obſeruatione.[c]

a S. Tho. 2. 2. q. 96. ar. 4. ad 2.

31 Decimoquarto, qui credit effectũ illum, qui ex operibus magorum, diuinantium, & incantatorum procedit, etiã ſi ad ſanitatem perueniatur, virtute verborum, vel rerum, quas applicant effici, cum huiuſmodi res iuxta naturam ſuã ad ſimilem effectum producendum tali virtute careant: qm̃ talem effectum dæmon efficit per alias cauſas naturales, quas ad id ob pactum expreſſe, vel tacite cum incantatore conuentum applicat, ſecundum S. Tho.[d] & S. Antoninum[e] & reliquos omnes.[f]

d Dicta q. 96. art. 2.

e 2. par. tit. 12. cap. 1.

f In lib. 2. ſent. diſt. 7.

Decimoquinto, qui aliquem peregrinum, quem Hiſpani Gittanum, Itali vero Cingarum, & Galli Aegyptium vulgo vocant, de fortuna ſua percontatur animo credendi id quod ille reſponderit: quamuis ſi excurioſitate, vel ridendi gratia id faceret, non eſſet lethalis culpa, niſi perſona talis eſſet conditionis, vt ex illa interrogatione alij grauiter offenderentur: tunc enim ratione ſcandali grauius peccatum eſſet.[g]

g Ca. 2. de no. op. nun.

32 Decimoſexto peccat mortaliter, qui alicui philtrum, ſiue poculum amatorium propinat, vt ab ipſo ametur.[h]

h Aug. verbo interrogatio primi præcepti.

Decimoſeptimo, qui rebus ſacris & eccleſiaſticis aliquam incantationem, aut maleficium facit, aut fieri procurat: veluti aqua baptiſmali, oleo ſancto, ara conſecrata, verbis conſecrationis, &c. vel aliquid horum ſecum ob malum finem geſtat.[i] Cui caſui in plurimis diœceſibus excommunicatio ſynodalis, annexa eſſe ſolet.

i Antonn. par 2. ti. 22 ca. §. 12.

Decimooctauo, qui ob ſanitatem alicui reſtituendam aliquid applicat, quod nulla virtute pollebat ad ſanandum: veluti cingulo metiri, vimen findere, aperire arborem, vrinam ſupra certam herbam emittere, lienis morbos ſecare, niſi propter ignorantiam excuſetur.

Decimonono peccat mortaliter, qui Sanctorum imagines ſolum propter ipſasmet adorat, ſine vlla in ipſos Sanctos tacita, vel expreſſa relatione, & ſine reſpectu, quod repræſentent ipſos Sanctos in cœlo degentes, aut ipſum Deum.[k]

Item qui fingit, parat, aut habet fictas aliquas imagines ſanctorum, vel alias ita nudas, laſciuas, & inhoneſtas, vt probabiliter credi poſſit, motum iri aliquos per eas ad concipiendum, & volendum turpia, vt ſupra[l] diximus.

k De conſecra. d. 3. ca. perlatũ. & c. Venerabiles.

l Num. 13.

Item qui fingit, parat, aut habet imagines aliquas probroſas virgini matri, Sanctis, ſummo Pontifici, Cardinalibus, Epiſcopis, alijsve Prælatis Eccleſiaſticis, aut iniurias Orthodoxæ, Catholicæ que fidei.

33 Vigeſimo peccat mortaliter, qui aliquid futurum, vel arcanum credit ob id maxime, quia aliquid ſomniauit propter expreſſam, aut tacitam dæmonis inuocationem, videlicet, quia propter inſomnium credidit illud, ad quod vis ſomnij extendi non poteſt: veluti ſe nũquam fore interficiendum, vel quod the ſaurum inueniet, uel ſcire quam ſit vxorem ducturus, ſecundum S. Thomam.[m] Quamuis credere aliquid, quod in ſomnijs accepit, dum exiſtimat eſſe reuelationem diuinam vel cauſam, aut ſignum naturale ſufficiens ad ſignificandum quod protendit, non eſt peccatum iuxta eundem Sanct. Thomam[n] & Caietanum.[o]

m 2. 2. q. 82 art. 6. Deuter. 18. cap. ſciendum. 26. q. 4.

n In d. ar. 6

o In ſũma verbo ſomniorum obſeruatio.

Vigeſimoprimo peccat mortaliter, qui propter ea, quæ ſomniauit, omittit facere aliquid ad ſalutem animæ neceſſarium, vel operatur aliquid eiuſdem ſaluti contrarium: licet ſi non eſt tale, ſolum venialiter peccet.[p]

p Vt Caiet. ibidem tradit.

34 Vigeſimoſecundo peccat mortaliter, qui certam ſpem conſtituit in deferendis aliquot nominibus ſcriptis, firmiter credens propterea fore, vt numquam in bello vulneraretur, feriretur,

vel repentina morte raperetur, aut quod neque aqua, neque igne periret, vel quod erga principes omnia sint illi prospere cessura: quoniam huiusmodi nomina neque virtute naturali, neque ordinatione diuina, vel ecclesiastica vllam vim habent ad tales effectus producendos, & consequenter vana est eorum obseruatio. [a] Quocirca talia breuia, vel nomina sunt reprobata, & peccant mortaliter, qui ea confingunt, vel qui illis vtuntur, vel qui consulunt, vt alij eisdem vtantur iuxta B. Antoninum [b] nisi adeo ignorantes, & rudes fuerint, vt eos ignorantia excuset.

35 Vigesimo tertio peccat, qui breuia aliqua (vt vulgo vocant) vel coniurationes, vel nomina, collo appensa gestant nisi hæc quatuor conditiones concurrant. Prima est, quod sint nomina cognita, & intellecta, & sancta: veluti ex euangelio & Scriptura sacra, aut aliquo viro sancto desumpta. Secunda, quod in eis nullus alius character, aut signũ, præter Christi crucem, aut aliud sacrũ contineatur. Tertia, quod in eis nihil sit falsi, aut vani, aut ad inuocationem dæmonum pertinens. Quarta, quod nullam constituat spem in modo scribendi, vel ligandi, neque in eo, quod in membrana, vt vocant virgine, aũt cum sol oritur, vel quando legitur Euangelium, conscribantur, vel quod debeant tot sigillis ligari, & a puella virgine, aut quod a nemine videatur, & alia similia, quæ neque ad laudem Dei, neque ad alium effectum naturalem, vel institutum deseruiunt, secundum S. Antoninum [c] & Martinum ab Arles, conterraneum nostrum, [d] & satis colligitur ex S. Thoma. [e]

Vigesimoquarto, qui facit, aut defert aliquos versus scriptos in die Ascensionis, credens minorem virtutem habituros, si ante Euangelium decantatum, ũel post sacra peracta, vel in alio die, in quo talia verba Euangelij in eius modi schedulis contenta decantari non solent, fuissent descripti. [f]

Vigesimoquinto, qui defert aliquas reliquias, superstitiosa quadam, & vana obseruatione ductus: veluti si vas, vbi sunt gestandæ, sint trigonum, vel rotundum, &c. quæ nimirum, & alia huiusmodi ad diuinum cultũ nihil attinent, [g] neque ad alium effectum naturalẽ, uel aliud institutum deseruiunt. Veruntamen religiosum est cum decenti veneratione reliquias portare, absq; aliarum vanitatum interpositione, iuxta eũdem S. Thomam. [h]

36 Vigesimosexto, qui in die B. Ioannis Baptistæ herbas colligit, credens in tali die collectas maiori virtute pollere, q̃ si in alio die, vel post ortum solis colligerentur, uel in die S. Petri, uel alterius Sancti iumentis uenam pertũdit id utilius fore credens: nam id illicitum est, iuxta Martinum de Arles, [i] qm̃ quãuis peccatum non sit herbam medicinam colligere simul cum oratione dominica, uel symbolo, si ex deuotione fiat, & absque superstitione, uel etiam eadẽ herba uti, [k] attamen si aliqua uanitatis species inseritur, peccati rationem hẽt, licet aliquando propter ignorantiam aut simplicitatem, lethale non sit. [l]

Quibus addo, quod mulieres quibusdam signis, & benedictionibus sine superstitione, & uanitate, licitis orationibus, & exorcismis utentes uerbi gratia, obtestantes per passionem Christi, & alia huiusmodi, non peccant mortaliter. Verũtamen, horum usus debet illis merito interdici: quoniam sæpissime multa uana, & superstitiosa intermiscent, nisi alias sint personæ honestæ, & prudentes, de quarum uita bona habeatur in populo existimatio, nisi ex hoc aliæ simplices p̃sonæ ansam arriperent ad quippiam simile faciendum: si enim ea illis p̃beretur occasio, deberent huiusmodi p̃sonæ honestæ ab his protinus abstinere, iuxta uerbum Apostoli. [m] *Ab omni specie mali* (alias mala) *abstinete vos*. [n] Porro, illi, qui uulgo salutatores uocantur (quantumcumque alias sint perditissimi homines) licite possunt suo munere perfungi: quoniam gratia illa gratis data, huiusmodi hominibus a Deo solo conceditur in utilitatem aliorum. [o]

37 Vigesimoseptimo peccat mortaliter, qui eo, quod audit aues garrire, ululare lupos, mugire boues, & rugire leones, & alia animalia, &c. uel quia obuiauit lepori, aut mulieri grauidæ, certo credit sibi mali quidquam imminere. [p]

Vigesimo octauo, qui certo credit aliquem,

[a] *Per dicta supra, n. 22*

[b] *2. par. tit. 12. ca. 1. §. 13.*

[c] *2. par. tit. 12. ca. 1. §. 13. arg. ca. nõ licet 20 q. 6.*

[d] *De superstitionibus, nu. 4. volu. decim Tractatuum.*

[e] *2. 2. q. 96 art. 4.*

[f] *Rossel. verb. sortilegiũ §. 2.*

[g] *S. Tho. 2. 2. q. 96. art. 4.*

[h] *V bi sup.*

[i] *In d. trac. de superstitionibus, nu. 8.*

[k] *Arg. cap. non licet, 26. q. 5.*

[l] *Per dicta supra nu. 22. & seq.*

[m] *1. ad Thes. sal. 5.*

[n] *Ia. cum ab omni de vit. & honest. cleric. vt sentit B. Antoni. 2. par. tit. 12. cap. 1. §. 12.*

[o] *Margarita confess.*

[p] *Cap. illos. 26. q. 2. & seq.*

quem, quia ſub tali ſydere vel conſtellatione natus fuerit, vel propter complexionem, aut phyſionomiam, cogi ad bene vel male operandum. [a]

a cap. illud 26. quæſt. 2

38 Vigeſimonono, qui obſeruat illum diem potius, quam illum ad exeundum domo, uel ad iter agendum, uel quo pede ſtatim a ſommo terram contingat, vel quem pedem primum calceet: vel quod domo egrediens in limine impingat, & ob id retrocedit: vel quia ſimulatque excitatur a ſomno, ſtatim ſternutauit, & ob id in lectum reuertitur: quibus, & ſimiles vanitates obſeruant, ut plurimum venialiter peccant, antequã a ſuis curatis, uel concionatoribus, vel confeſſarijs admoneantur. Poſt admonitionem autem, [b] iam mortalia crimina inducuntur.

b Secũdum B. Anton 2 par. tit. 12. & citata ſup. eod. ca. num. 4.

Trigeſimo, qui diſcit, vel vult diſcere artem, quam notoriam vocant, quæ certis ieiunijs, varijs quibuſdam obſeruationibus, ſapientiam infuſam pollicetur S. Thomas. [c]

c 2.2.q.96. art. 1.

Trigeſimoprimo, qui credit herbas, vel muſicam contra dæmones aliquid poſſe: quamuis uerum ſit contra paſsiones & humores corporeos uim habere, quæ ſi ad quamdã temperiem reducantur, non adeo poteſt vexare dæmon. [d]

d Angel. verb. ſuper ſtitio.

Trigeſimoſecũdo peccat mortaliter, qui credit veneficos, aut veneficas, uel ſtryges corporaliter per aerã vehi ad diuerſa loca (vt illi exiſtimant.) [e] Quamuis credere, quod aliquando, licet raro, dæmon aliquos de loco in locum Deo permittente tranſportet, non eſt peccatum, Caietanus [f] & experientia iudicũ compertum eſt in Germania, uti traditur in Malleo maleficarum, [g] & probatur rationibus late deductis. [h]

e Ca. epiſcopi, 22. q. 5. f 2.2.q.95. art. 3. g 2. par. c. 3 h In 1. par. q. 1. eiuſdẽ libr.

Trigeſimotertio, qui vult ſortes experiri, aut expertus eſt vt p eas dæmõ, vel cœli cõſtellatio ipſum admoneret, quid facto opus eſſet, vel aliquid arcani, aut futuri reuelaret, vel ſortes iacit ad electionẽ eccleſiaſtici beneficij, nullo prius facto bonorum, & idoneorum delectu S. Thomas, [i] quamuis ſortes mittere ad rei alicuius partitionem, vel ad capiendum conſilium ingruente neceſſitate, ſubmittendo ſe fortunæ, quatenus diuina prouidentia eſt, non eſt illicitũ. Verbi gratia tempore peſtis, aut belli, quinã clerici, aut monachi, etiam cum periculo vitæ remanſuri ſint ad miniſteriũ Eccleſiæ, & quinam diſcriburi, ne omnes periclitentur, neque Eccleſia deſerta relinquatur, ſecũdum eundem auctorem.

i 2.2.q. 95. art. 8. ca. 1. 2. & 3. de ſortileg.

39 Trigeſimoquarto peccat mortaliter, qui alium prouocat ad duellum, vel prouocatus acceptat: quod inter ſortiũ ſpecies poteſt numerari ſm vtrumq; Thomam, [k] duobus dumtaxat caſibus exceptis. Primus eſt qñ Rex quiſpiam iniuſte impugnatus videt ſe viribus inferiorẽ alio ad deſcendendũ in prælium. Secũdus eſt qñ aliquis falſo accuſatus, ſe interimendum præuidet, vel iniuſte ſibi membrũ aliquod amputandũ, niſi duellũ acceptauerit, [l] quamuis Lyranus [m] latius de hoc loquatur: quod idẽ eſt dicẽdũ de eo, qui vult, conſulit, delectatur, copiãue ad id peragendũ alijs cõcedit. [n] Et quamuis ex vrgente aliqua cauſa rex ipſe tolerare poſsit: nullatenus tñ id cõcedere ualet. [o] Nunc autẽ ſacroſanctum Concil. Trid. [p] excommunicat eos, qui in terris ſuis permittunt duellum, ſiue ſingulare certamẽ aliquod, quamuis ſit Imperator, & priuat iuriſdictione territorij, in quo id permittit, ſi illud obtinet ab eccleſia, & etiã dominio directo, ſi eſt feudũ: & facientes, & eos, quos vocant patrinos, excommunicat, notat infamia, bonis priuat, & reputat homicidas, & morientẽ in eo priuat ſacra ſepultura, & eum qui conſuluerit, aut ſpectauerit illud, excommunicat.

k 2.2.q.95 art. fin. cap. 2. de purg. vulg. capit. monomachiã 2. q. 5. l Secũdum Caiet. ibid. m 1. Reg. 17. n Vt in add. d. t. c. quando. de cõſecrat. diſt. 1. diximus. o Secũdum eũdem Caietan. vbi ſupra. p Seſſ. 25. c. 19.

Trigeſimoquinto peccat mortaliter, qui ſumit, uel cogit aut vult ſumere, vel cogere ad ſumendũ feruentẽ aquã, ferrum candens, vel prunas ignitas, vel in fornacem ardẽtẽ ingredi, vel quid aliud ſimile tentat, vt a ſuſpicione criminis, qđ ſibi imponitur, ſeipſum expurget. [q]

q capi. fin. de purgat. vulg. & ca. conſuluiſti.

40 Trigeſimoſexto peccat mortaliter, qui Deum tentat, ſe martyrio temere offerens, ipſosque infideles irritans, & occaſionem illis ſuggerens ad eum occidendum ſine aliqua cauſa, quæ ui præcepti, aut conſilij ad ipſum obliget, & dirigat. [r] Eſt autem martyrium in præcepto primo, quantum ad animi præparationem: tenemur enim potius uelle mori, quam fidem deſerere, aut peccare mortaliter, ſecundum S. Thomam cõmuniter receptum. [s] Deinde quantũ

2.2.q.12. artic. 1. ad 3. r Arg. cap. fi. de iniur. S. Thom. 2. 2. q. 12. artic. 1. ad 3. s In quolib. art. 4. 20.

ad

ad effectum, ideſt ad ipſum actualiter perferendum, quando ſubire ipſum eſt neceſſarium ad finem, aut bonitatem multorum conſeruandam, vel ad vitandas blaſphemias. Eſt autem ſolum in conſilio, quando ex eo nihil amplius, quam Dei gloria, vel fidei exaltatio cõſequitur, ſecundum mentem eiuſdem doctoris. [a] Neque ad perferendum martyrium eſt neceſſaria perfecta caritas, quamuis huiuſmodi caritas exigatur, quo cũ voluptate, & gaudio toleretur, ſecundum eundem Sanctum Thomam [b] quoniam etiam in ſtatu peccati mortalis poteſt ſubiri, iuxta Apoſt. [c]

Trigeſimoſeptimo peccat mortaliter, qui Deum tentat dicendo aliquid, aut faciendo intentione expreſſa experiendi diuinam potentiam, ſapientiam uel pietatem, uel tacite faciendo aliquid, quod tantum ad hanc experientiam faciendum conducit. Verbi gratia, concionari nulla præuia meditatione (cum eam poſſet adhibere) ſecum reputans per interiorem inſpirationem a Deo ſibi neceſſaria ſubſidia præſtitum iri, ſecundum Landolphum. [d]

41 Trigeſimo octauo peccat mortaliter, q ſe probabili periculo mortis, aut mutilationis obiecit ſine neceſſitate, aut vtilitate, veluti ęgrotus, qui reſpuẽs humanum remedium, quod facile haberi poteſt, ſoli ſe diuinę prouidentiæ cõmittit. [e] Quamuis nolle uti medicina tempore martyrij, vel alio propter cõmodum ſpirituale, puta propter carnẽ domandam, paſſionesque efferueſcentes comprimendas, vel vt melius Chriſti paſſionem ſentiret, perferendo vulnera, vel cauteria, morbum iliacum, aliaſque huiuſmodi corporum ægritudines, quæ mortis periculum ſecum nõ afferunt, nullum eſſet peccatum, ſed potius meritum, vt recte docuit Caietan. [f]

42 Trigeſimonono peccat mortaliter, qui credit habere aliquid diuinitatis cœli planetas, Saturnum, Iouem, Martem, Solem, Mercurium, Venerem, & Lunam. Qui item credit, cœlicolas homines illos idololatras, & facinoroſos. Herculem, Bacchum, Iouem, & id genus alios, vel fœminas inhoneſtas, vt Venerem, Iunonem, & id genus alias, quos, & quas Gentiles ſuis in libris celebrant, & ſtolidiſsime extollunt.

Quadrageſimo peccant magiſtri, qui prælegentes libros & fabulas gentilium poetarum, & aduertentes vel aduertere debentes, quod diſcipuli incipiunt credere, illos, vel illas habuiſſe, habereve aliquam diuinitatem, non monent eos veritatem Catholicam, vt ſcilicet firmiter ſibi perſuadeant, illos fuiſſe homines puros, & vitijs magis, quam virtutibus deditos, cruciarique in inferno, cruciatumque iri ęternum, quia niſi hoc fecerint, videntur eorum errori conſentire, & quos poſſunt ab eo nõ reuocare. [g] In quo, ut ſcio, magiſtros meos olim peccaſſe, ita credo, plurimos nunc quoque peccare, quos a concionatoribus frequenter moneri e re Chriſtiana arbitror.

Quadrageſimoprimo peccat mortaliter, qui conſentit ſupradictis aliquo ex illis nouem modis, [h] relatis.

DE SECVNDO PRAECEPTO Decalogi, de non aſſumendo nomen Dei in vanum. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum ſecundum Decalogi quid per nomen Dei comprehendat.*
1 *Iurare quid ſit. Et eſt actus latriæ, & religionis, num. 2.*
3 *Iuramentum ſine tribus comitibus peccatum, & eſt duplex.*
4 *Iurare numquam licere dicens eſt hæreticus.*
5 *Iurare per creaturas quando blaſphemia.*
8 *Iurans falſa ut peccat, & ſeq.*
8 *Iurare ſecundum ſuam intentionem, & non illius, cui iuratur, & peccatũ, num. 9.*
10 *Iuramentum rei paruæ an obliget ad mortale.*
11 *Iuramentum conditionale quod ligat. num. 10. & quod factum ſine animo adimplendi, num. 13. & quod factum contra conſilia, nu. 15. & 16. & quod doloſum, nu. 13. 14. & quod factum de re vana, num. 17.*
18 *Iuramentum de redeundo in carcerem quod ligat. & quando factum ſecun-*

[a] 2.2. quæ. 125. art. 3. ad 1.
[b] In d. quolib. 4. ar. 19
[c] 1. Cor. 13
[d] & S. Thom. ſententiam, in d. quolib.
[d] 1. par. Vitæ Chriſti cap. 32.
[e] S. Thom. 2.2. q. 97. art. 1.
[f] In dicto art. 1.
[g] Contra c. 1. Pauli ad Romanos. & ca. 1. de offic. delegat. & cap. notum. 2. q. 1. & ca. qui poteſt. & multa alia.
[h] Eod. cap. num. 16.

secundum intentionem remotã eius, cui iuratur. num. 19.

20 *Peccat, qui talem ad iurandum inducit, & qui sic famulos. nu. 21.*

22 *Iuramentum de secreto seruando quãdo ligat & nu 23.*

1 PRo fundamento dicendorũ, præsupponimus primo, non solum illum assumere nomen Dei in vanum, qui per eum male iurat, vel bene iuratum male adimplet,[a] sed etiam eũ, male uouet, vel male adimplet, quod bene vouit: vel qui effutit blasphemias, aut iniurioſa verba contra Deum & Sãctos: quod recte sensit Conc. Colonien.[b] & alij in quibus est Angelus.[c] Dicemus autem primo de hoc præcepto, quatenus agit de iuramento: & mox de eodẽ, quatenus comprehendit votum. Demũ de eodem, quatenus vetat blasphemiã.

Secundo præsupponimus, quod *Iurare est affirmare, vel negare aliquid adducendo expresse vel tacite Deum in testem tamquam infallibilem veritatem*, iuxta ea, quæ[d] diximus sequẽtes sensum glossæ,[e] & mentem S Thomæ,[f] & aliorum ibidem, & Goffredi, & aliorum[g] & Sancti Antonini.[h]

Dixi, *Expresse*, ad includendum iuramenta, quæ fiunt huiusmodi uerbis, Allego, uel facio Deum testẽ huiusce rei, *tacite*, autem cum dicimus. Viuit Deus, per Deum, &c. Vel nominando aliquã creaturam, in quantum in ea resplendet diuina veritas: ut quando quis iurat per euangelia, per sanctos, per cælum, uel p salutem domini sui: quod perinde est, ac si iuraret per Deum, cuius veritas est in Euangelio, vel per veritatem, quam Sancti crediderunt, vel per Deum, a quo pẽdet salus domini sui.[i] Idem facit, qui nominat creaturam aliquam a se dilectã, vt in ea diuina exerceatur iustitia, si verum non sit, quod iurat. Vt qui iurat per vitam suam, aut patris, aut filiorum, vel iurat adiuncta execratione, nisi quod iurauerit verum fuerit: quod appellatur iuramentum per execrationẽ, vt sentit Thomas[k] & Caietanus declarauit, singulariter interim adnotans, nó committere duplex peccatum, nempe execrationis, & periurij, qui asserens ali quid falsi, insuper adiungit, Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, nisi verũ sit, quod affirmo. Cum enim ea execratio prolata sit sola causa aduocandi Deum in testem, non erit amplius quam periurium: nam actus agentium non extenduntur vltra intentionem eorum.[l]

2 Ex quibus infertur primo, iurare esse actum suapte natura bonum: quia est actus latriæ, siue religionis, quo diuinum honorem illi, per quem iuratur, exhibemus: allegatur enim tamquam infallibilis testis, & prima ueritas, quæ Deus est.[m]

Infertur secundo eum, qui aliquid affirmat, vel negat, dicendo Per fidem meam, vel, In fide mea, vel, in veritate, nihil inrare, si nomine fidei, aut veritatis nihil amplius, quam fidem, & humanam ueritatem intelligat, iux a illam loquendi normam, qua principes & nobiles communiter vti solent dicentes. Per fidem meam regalem, vel per fidem gentilis, siue nobilis hominis. Neque etiam iurat, qui dicit, Deus scit, an ego verum dicam. Neque qui dicit, Hoc dixerim coram Domino, si careat intentione iurandi: nó enim inuocat Deum, tamquam testem eorum, quę dicit: sed tanquam spectatorem, secundum Caietanum[n] quem tamen non sequimur in eo, quod asserit, nõ iurare illum, qui dixerit, Deus scit me verum dicere: qui enim huiusmodi verbis vtitur, Deum vt testem adducit, secundum sanum, & communem intellectum.

3 Infertur tertio, quod omne iuramẽtũ, ad hoc vt licitum sit, requirit tres comites: nempe veritatem, iudicium, & iustitiam: hoc est, quod verum sit quod iuratur: & quod sit iustum: & quod cum reuerẽtia debita Deo fiat. Et si aliquod ex his tribus ei desit, peccatum est, per illud.[o] *Et iurabunt in veritate, & iudicio, & iustitia.*[p] & S. Thomam.[q] Peccatum inquam, mortale regulariter, cum ei ueritas deest, uel tanta iustitia, vt sit mortale, id quod iuramento confirmatur. Veniale vero, cum non deest nisi iudicium, siue reuerentia, vel iustitiæ leuis, vt cum iurat quis, se facturum aliquid, quod solum est illicitum veniali-ter: nõ enim erit tunc amplius, quã veniale sm communẽ sententiã, a Caiet.[r] optime, & a nobis[s] explicitam

In-

a Exod. 20 iuxta gloss. & opin. cõmunem.
b In explicatione secundi præcepti.
c In verbo interrogatio secundi præcepti. iurare quid.
d In rub. de iureiuran.
e In sũma 21. q. 1.
f 2. 2. q. 79. art. 2. & in 3. d. 49. q. 1
g In rub. de iureiuran.
h 2 par tit. 10. cap. 3.
i Arg. Iacob. ca. 5. & capit. & si Christus de iureiuran. & gl. sing. ca quoties. 1. q. 7. & c.
k In dict. q. 89. art. 1.
l l. non oĩs. ff. de rebus. cred. & ca. ad audientiam, de decim.
m Ca. a no bis 2. de sen. excommu. secundũ S. Thom. 2. 2. q. 89. art. 4. & probat dict. c. & si Christus.
n 2. 2. q. 89 art. 2.
o Ierem. 4.
p Relatum in ca. & iurabunt. 22. q. 1. & dic. capit. & si Christus.
q 2. 2. q. 89 art. 2. & 3.
r Ibidem.
s In dic. c. & si Christus.

Infertur quarto, quod duo ſunt genera iuramenti. Alterum aſſertorium, quo vel præterita, vel præſentia aſſeruntur. Alterum vero promiſſorium, quo futura promittuntur, [a] & ideo duobus etiã modis peccari poteſt ratione iuramenti, ſcilicet, aut perperam iurando, vel male adimplẽdo, quod recte iuratũ eſt.

4 Infertur quinto, quod peccat mortaliter contra hoc præceptum, quatenus agit de iuramento. Primo, qui credit iurare ſuapte natura eſſe malum, & numquam licitum, & non ſolum morta liter peccat, ſed etiam eſt hæreticus, ſi pertinaciter id facit: quia id eſt contrarium contextui [b] Deut. [c] Eſt enim ex ſe, ut ſupra dictum eſt, [d] actus latriæ & religionis, quæ inter virtutes morales ſupremum obtinet principatum, ſecundum eundem S. Thomam. [e]

Secundo, qui iurat per dæmonem, vel Mahometum, vel per Idolum aliquod, aut Deum falſum, [f] ſimulque blaſphemat, quoniam id, quod Dei proprium eſt, ſcilicet, eſſe infallibilem veritatem, tribuit creaturæ: quod eſt blaſphemia, iuxta notata a S. Thoma. [g]

Tertio, qui iurat per aliquam creaturam, nulla habita Dei ratione, aut reſpectu tacito, vel expreſſo, eam adducens tamquam teſtem infallibilem ſuæ ſententiæ, ſubindeque diuinum honorem, & reuerentiam ei tribuens, ſecundum omnium mentem, & ea quæ diximus ſupra. [h]

5 Diximus, *Eam adducens veluti teſtem, &c.* quoniam iurare per creaturã abſque reſpectu tacito, vel expreſſo bonitatis diuinæ in ea reſplendentis, & ſine tacita, vel expreſſa intentione adducendi eam in teſtem infallibilem, ſed in talem, qualis ipſa eſt in ſe, & non deſignando ipſam tamquam obiectum, in quo diuina iuſtitia exerceatur, nõ eſſet meo quidem iudicio iuramentum: non enim tunc adducitur Deus tamquam teſtis, neque etiam eſſe peccatum exiſtimarem: quoniam non adhibetur diuinus honor creaturæ coram Deo. [i] Verum eſt tamen quod Chriſtiani, quando iurant per creaturam aliquam ſacrã, vel in qua valde notabiliter relucet bonitas diuina, qualia ſunt, Cœlum, Sol, Luna, Stellæ, Lumen, & alia id genus, per Deum ipſum, qui eorum eſt Dominus, communiter iurare videntur, & ſaltem in foro exteriori excuſabuntur a peccato grauiſſimo deferendi honorẽ diuinum creaturæ, ſed iudicabuntur obſtricti vinculo iuramenti: in foro autem interiori, & coram Deo peccatum grauiſſimæ ſuperſtitionis admittunt, ſi prædictas creaturas tamquam teſtes infallibilis veritatis allegarent, etiam ſi per Deiparam Virginem iurarent: attamen nullo iuramenti uinculo obligarẽtur, ſi neque actu, ſiue actualiter, neque virtute, ſeu virtualiter Deum in teſtẽ, ſed potius ipſam creaturã, vt talis eſt, aduocare uellent, [k] quod quidẽ facere videntur, qui iurant per ſuam ueritatẽ, aut fidem: uel per fidem, quam ſuo generi, uel dignitati debent, per has barbas, per has ueſtes, per hos capillos, per has paleas, & per alia uilia, in quibus nihil diuinæ bonitatis ſpeciatim relucet, quos arbitror non iurare, bene neque male, neq; intentionem id faciendi habere, per ſupra dicta. [l]

6 Quarto peccat mortaliter, qui iurat falſum, ſciens aut exiſtimans eſſe falſũ, & aduertens ſe iurare, quod quidam docti appellare ſolent, aduertere de dicto, & iuramẽto, [l] ſiue fuerit maior natu, ſiue puer: dũmodo annos diſcretionis attigerit, [m] ſiue ob vtilitatem ſuam, ſiue alienam, ſiue ex leuitate, ſiue iocandi, uel excuſandi, & ſe purgandi gratia, ſiue ob timorẽ mortis, ſiue ob alias quaſcumque cauſas iurauerit: quamuis id iræ furore percitus faceret, iurando nõ ſolum per Deum, per ſacroſancta euangelia, per beatam Virginem, per ſanctos: ſed etiam per uitam propriam, & per cõſcientiam: uel dicendo, Ita Deus me adiuuet. [n] Neque obſtat ſolennis gloſſ. [o] quæ dixit non eſſe amplius quã ueniale iurare falſum iocandi gratia. nã communiter & merito reprobatur, ut & nos eam prælegentes reprobauimus.

Quinto peccat mortaliter, qui iurat falſum, non aduertens eſſe tale: ueruntamen ita diſpoſitus iurat, ut etiam ſi aduerteret eſſe falſum, nihilominus iuraret propter peruerſam conſuetudinem, qua tertio quoque uerbo tam falſa, quam uera iuramento confirmat, quod etiam tenuit Caietanus [p] quoniã incon-

a Secundũ Goffred. in ſumma de iureiuran. ab omnibus receptum.
b Cap. 6.
c Et cap. & ſi Chriſtus, de iureiur. S. Thom. 2. 2. q. 89. art. 2. & in 3. lib. ſent. diſt. 39. artic. 1. Caſtr. lib. 2 contra oẽs hæreſes ver bo. iuramẽtum.
d Num. 2.
e 2. 2. q. 89 ar. 4. aduerſus quæ ait q. 81. art. 2.
f Cap. moũet. 22. q. 1
g 2. 2. q. 13. art. 1. & 3. lib. ſent. diſt. 14. in expo. literæ.
h Eod. nu. 2. & per c. clericũ. 22. q. 1. & S. Tho. 2. 2. q. 89. ar. 6. & dict. 3. lib. ſent. diſt. 39. in expoſ. literæ.
i Vt patet ex ſupradictis, nu. 1. & 2. & ex mẽte S. Th. dict. diſt. 39. q. 1. artic. 1. ad 4. & ad vlt. cõmuniter receptũ.
k Arg. c. et ſi Chriſtus in principio de iureiur. ca. conſideret, c. clericum c. ſi qs per cap. 22. q. 1. & S. T. ubi ſupra.
l Cap. animaduertẽdũ 22. q. 2.
m Ca. 1. de delict. puerorũ.
n S. Bonau. in 3. li. ſen. diſt. 39. q. 3. & Gab. eadem diſt.
o Cap. Veniens de iureiur.
p 2. 2. q. 89. art. 3.

inconſideratio illa non fuit cauſa, ſed potius comes iuramenti. Quamquam communiter iurare falſum, non conſiderando, an illud ſit falſum, vel an iuret, non eſt amplius quam veniale ſecundum Sanctum Thomam [a] & communem opinionem.

7 Sexto, qui per ignorantiam, quam craſſam, vel ſupinã vocant, iurat falſum, credens ſe iurare verum [b], quãuis ſi debitam adhibet diligentiã, nihil peccet [c], ſi tamen aliquam adhibet, ſed non quantam debet, non amplius quam venialiter delinquit, ſecundum eoſdem.

Septimo peccat, qui iurat veritatem, credens eſſe falſum, quod iurat, & conſiderans id quod iuramento firmat, & aduertens ſe iurare, quamuis iocandi gratia id faciat [d]. Cæterum ſi quod iurat, aduertit, non aduertẽdo ſe iurare illud, vel contra aduertit, ſe iurare, non aduertendo quid iurat, nõ peccat mortaliter, licet graue veniale peccet. Si autem neque hoc, neq; illud aduertit, imo vtrũq; ſine deliberatione, & conſideratione facit, peccat quidem, ſed tantum veniale leue [e], niſi forſan ipſa inconſideratio ex voluntate deliberata, & ex contemptu oriretur: tunc enim eſſet mortale ratione contemptus [f].

Octauo peccat, qui iurat aliquid, affirmans illud eſſe verum neſciens an ita ſit [g], niſi affirmet eo ſolum modo, quo illud nouit, ad normam videlicet illam, qua Archidiaconus reſpondet Epiſcopo ſuper eo qui ſacros ordines ſuſcipit: reſpondet enim, eum eſſe bonum & dignum, cum tamen id non recte percalleat: quoniam id non ſimpliciter aſſeuerat, ſed hoc interim adijciens. *Quantum humana fragilitas noſſe permittit* [h].

8 Nono, qui iurat id, quod eſt verum ſecundum mentem ſuam, non autem ſecundum intentionem illius, cui iurat, cum eſſet iuſſus iurare à iudice competente, ſeruato ordine iuris, vel ſe offerẽdo ſponte ad iurandum [i]. Dixi, *Iudice competente, &c.* quoniam ſi iudex iuramẽtũ exigens talis non fuerit, vel eſto quod ſit competens, interrogat tamen contra iuris ordinem, vel eſt alius homo priuatus, qui per metum aut importunitatem iuramentum extorquet, tunc iurare potest id, quod ſecundum ſuam mentem eſt verum: falſum autem ſecundum mentem alterius, cui exhibet iuramentum [k]. Sicuti Beatum Franciſcum feciſſe ferunt, qui rogatus, qua perrexiſſet quidam homicida, qui iuxta eum tranſierat, manus per manicas immittens reſpondit, non tranſiſſe illac, intelligens non tranſiſſe per illas manicas, vt referunt Angelus de Peruſio [l] & Ioannes de Anania [m] quamuis idem Angelus dicat [n] eum manu aurem tetigiſſe, de quo nos [o] mentionem fecimus, addentes illud cum Adriano; [p] quod qui ſic inique interrogatur, poteſt optime reſpondere, quod neſcit, intelligendo, non eo modo ſe ſcire, quo illud dicere teneatur.

9 Vnde infertur, quod quando iudex interrogat de aliquo delicto, quod notorium non eſt, neque de eo habetur ſemiplena probatio, neque eius infamia præceſſit, neque iudicia approbata intercedunt, neque ex eius occultatione alteri euenit notabile præiudicium, quamuis indirecte in damnum accuſatoris redundet, non tenetur ille iudici reſpondere ſecundum eius intẽtionem, rei veritatem manifeſtando, ſatis enim eſt eum, qui iurat dicere veritatem iuxta intentionem ſuam, uti diximus [q] poſt Sanctum Thomam [r] & Maiorem. [s] Et conſequenter mulier, quæ ſecretum habet impedimentum, ratione cuius neque uelit, neque poſſit habitare cum uiro, & propterea excommunicationis ſententiam patiatur, cum poſtea eam in articulo mortis conſtitutam oporteat iurare, ſe cum marito uitam acturam, ut poſſit abſolui, tunc temporis poteſt & debet iurare, ſe id facturam, concipiendo intra ſe conditionem illam, ſi id ſine peccato fieri poſſit: & ob hoc ſi poſtea conualuerit ex infirmitate, & ad maritum nequaquam redierit, periurij rea nullatenus erit. [t]

10 Decimo peccat, qui iurat ſe aliquid licitum effecturum, quod poſtea non facit, [u] quamuis ira percitus iuret, modo non eſſet tanta, quæ iuranti iudicium ad mortalem culpam ſufficiens adimeret, [x] de quo infra. [y] An autem idem ſit de illo, qui iurat rem leuem licitam, eſt dubium, nam Caietanus [z] tenet quod ſic. Cuius ſentẽtia alias magis placuit,

a Dicto ar. 3.

b Ioan. Andræ, in cap. tua, de iure iur. Ang. et Sylueſ. ver. periurium.

c Cap. homines 22. q. 1.

d Dicto ca. homines ſecundũ oẽs.

e S. Bonauentu. in 3. diſ. 39. q. 3. art. 1.

f Ang. verbo, periuriũ ante §. 1.

g Aureol. in 3. diſ. 39. Ange. verb. periurium, §. 4.

h Cap. 1. de ſcrut. in ordin. faci. & oẽs ibi, & Ange. verb. periurium, §. 3.

i Cap. quacumq; arte 22 qu. 5. S. Tho. 2. 2. q. 89. ar. 7. ad 4.

k Cap. humanæ aures. 2. q. 5. i cuius Commẽt. late de hoc diſſerui mus.

l In l. ideo §. ſi tibi. ff. de cond. ob turpẽ cauſam.

m In c. qui cũ fure col. fi. de furt.

n In l. quibus §. qui ex voluntate. ff. de fur.

o In c. inter verba 11. q. 3. conclu. 6.

p In 4. de confeſſ. dub. 10. col. 3. et in quolibe. 11. litera C

q In d. c. inter verba. 11. q. 3. con cluſ. 6.

r 2. 2. q. 70. artic. 1. vbi Caiet.

s In 4. diſt. 15 q. 18.

t Arg. eorũ quæ notat. Panor. poſt Oſtienſ. & cõem in c. literas, nu. 20. de reſti. ſpoli. iuncto dicto c. humanæ aures.

u Secundũ oẽs in 3. lib. ſen. diſt. 39. & c. ſi vero de iureiur.

x iuxta no. in ſimili de voto per Io. And. & cõmunẽ in c. dudum de conuerſ. coniug.

y Eo. n. 24.

z 2. 2. q. 89 art. 7.

placuit, quam contaria, quam tenuerunt B. Antoninus [a] & Sylvest. [b] & post eos Sotus. [c] Nunc autem magis placet prædicta opinio S. Antonini. Tum quia videtur esse receptior, a qua non soleo recedere sine textu, vel efficaci ratione ad id cogente. [d] Tum quia paruitas rei in omnium præceptorum materia excusat a culpa mortali, [e] ergo etiam in materia præcepti de implendo iuramentũ paruitas & leuitas rei excusabit a culpa mortali. Tum quia lex Dei de non iurando, vel non iniuriando non minus ligat, quam lex iuramenti: at paruitas furti, & iniuriæ excusat a mortali secundum omnes, vt [f] diximus. Tum quia, qui præcepto ecclesiæ vel iuramento tenetur recitare diuinum officium, & qui sine contemptu vnum, vel alterum versiculum omittit, non peccat mortaliter, secundum omnes. Tum quia, non obstat consideratio illa Caietani, quæ me alias in eius opinionem flexit, videlicet, quod versiculus unius psalmi relatus ad totum officium, quod est quid magnum, quia est pars eius exigua reputatur pro modico, & nihil, idem tamen versiculus per se ab aliquo omissus, non est pars alterius magni, sed est quoddam totum per se. Non, inquam, obstat illa consideratio, eo quod non omne totũ est qd magnum, imo paruum, & cuius furtum non inducit culpã mortalem, nec actionem de dolo, secũdum eundem & alios omnes, quamuis ad actionem furti pro eo dandam de rigore iuris sufficiat. [g] Tum quia ipsemet fatetur, iuramenta matrum de dando filijs plorantibus pomo, vel castigando eos, non impleta non facere eas reas culpæ mortalis, secundũ communem, & difficile est excusare illas alia ratione, quam paruitatis: quamuis alias fategimus eas fortiore ratione excusare, quam ipse Caietanus. Tum quia iuramentum de faciendo peccato veniali non est plusquam peccatum veniale, ut supra dictum est, & fractio iuramenti de facienda re leui, & parua, non videtur esse peior fractione iuramenti de faciendo aliquid, quod est peccatum veniale. Tum denique, quod par est credere Christum misericordissimum non condemnaturum morte æterna illum, qui iurauit uni, vel alteri se salutaturũ salute parui momenti nomine illius vnum vel alterum, vel dicturum aliquid minimi momenti. Quare tenendum videtur cum communi, peccare quidem venialiter, qui iuramentum de re parua & leui non implet, non autem mortaliter, quod ipsum de voto rei leuis dicemus. [h]

11 Ex quibus infertur responsio ad illã quæstionem, nuper nobis propositam, An qui dixit, Deus male mihi vertat, & me non adiuuet, si amplius lusero, ab hoc iuramento absolui possit nulla alia de causa, quam quod ipse magnum ludendi desiderium, & tentationem patiatur? Responderi enim debet, quod nõ quia est uerum iuramentum per id qđ supra [i] dicitur, & de re graui factum: & sine iusta causa a iuramento iusto de re graui absolui nemo potest, [k] quamuis in rem meliorem, aut æque bonam, ut alia iuramenta commutari posset, quod tamen interroganti, ne faceret consului & persuasi, quia illud iuramentum de ludo illicito in magna quantitate intelligebatur, quod e republica est etiam e castris militum exulare, & non de ludo licito in parua quãtitate, qui animi causa etiam togatis licet, & ita nuper sanctissimus D. N. Pius V. renuit in simili casu dispensare.

Vndecimo, qui iurat aliquid facere, & postea id non facit, eo quod aliquid euenit, quod si euenisset a principio nul latenus se id facturum iurasset, aliquando peccat mortaliter, aliquando uero minime, sicut inferius [l] dicemus.

12 Duodecimo, qui iurat se non iturum, aut non transiturum per illum, aut illum locum, ne libidinis, aut illiciti ludi occasione tentetur, & post eadem occasione permanente, pertransit: quamuis qui hoc iuraret absq; alicuius finis boni & honesti, aut utilis intuitu, non peccaret mortaliter contrafaciendo: qa iuramentum esset vanum, iuxta Caietanum [m] & mentem S. Antonini. [n]

13 Decimotertio, qui iurat deliberate se aliquid facturum sine animo adimplendi, [o] quoniam qui iurat aliquid, tenetur habere animum id adimplendi sub pena lethalis culpæ. Vnde qui iurat aliquid illicitum facere cum animo faciendi, bis peccat, scilicet uolendo illicitum

[a] 2. par. tit. 10. c. 4. §. 1 col. 4.
[b] Verbo iuramẽtum.
[c] Lib. 7. q. 2. ar. 1. & lib. 8. q. 1. ar. 7. & q. 2. ar. 3 de iust. & iur.
[d] Per capi. de quibus. 20. dist. & doctrinam Ioan. And. receptũ in cap. 1. de cõsuet.
[e] Per §. nunc autẽ sub fin. 25. d. & aliala te citata supra ca. 11. num. 4.
[f] In dicto num. 4.
[g] Iuxt glos. receptam in §. gallinarũ Inst. de rerũ diuis. per. animo.
[h] Inf. n. 401
[i] No. 1. & 4.
[k] Gloss. solenn. & recepta c. quã do. de iure iurand.
[l] Cap. 18. nu. 19.
[m] In summa verb. iurium.
[n] Vbi supr.
[o] Cap. 1. & 2. 22. q. 2.

citum admittere: deinde iurando se id facturum, quoniam contra iustitiam iurauit. Qui vero iurat se aliquid illicitum perpetraturum sine animo adimplendi, vno tantum modo peccat, secũdum mentem Caietani, [a] iuxta quem etiam rationabilis timor mortis in casu simili nullatenus excusat.

a 2.2.q.89 art.7.

b Cap. quæ cunq; ar.2. q.5. & oẽs ibidẽ. Inno. & cõmunis in c. Veniẽs de iureiur. c Ca. humanæ aures, 22.q.5. Innoc. cũ cõmuni in di. c. ueniẽs S. Tho.2.2.q. 19.artic.7. ad 4. d Ca. Quinta vallis. c. veniens, de iureiur. e Dic. cap. humanæ aures.22.q.5. f S.Tho.2. 2.q.89. ar. 7. ad 3. & Antoni. 2. par. tit. 10. c.6.§. quintus casus. gl.nec timorem. §. fi.l. isti qdẽ. ff. quod met. caus. & ca. dilectus. 1. de simon. h Ca. si uero de iureiur. & cap. quamuis spactũ. de pac. lib.6. i In ca. Verũ, de iureiurãn.

Decimoquarto peccat, qui sophistice, & dolose aliquid iurat aliter intelligẽs, quam ille cui iurat intelligit, nulla intercedente causa, aut iusta ratione vtẽdi tali duplicitate, nõ solum peccat mortaliter (vt dictum est) verum etiam postea non adimplens illud, secundum sanum & communem intellectum illius, cui præstitit iuramentum, quoniam qñ iurans vtitur dolo, alter vero minime, iuramentum adimpleri debet, secundũ sanam, & communẽ intentionem illius, cui iuratum est, [b] quamuis quando qui iurat est in bona fide, alter uero vtitur dolo, debet tunc promissum adimpleri secundum intentionem iurantis. [c] Quare non peccat non adimplendo, quod iurauit, qui dolo aliquo circumuentus iurauit, si dol[o] est eiusmodi, ut si a principio rem præuidisset, nullatenus iurasset: quoniam iuramentum non obligat extra intentionem illius, qui bona fide iurat, siue in genere, siue in particulari iurauerit se hoc, vel illud facturum, qđ sibi ab alio fuerat iniunctum. d Neque Deus tale iuramentum bona fide emissum alio modo acceptat, quam illo secundum quem ex corde processit. [e]

14 Decimoquinto peccat, qui ob metum iurat aliquid licitum facere absq; intentione obligandi se ad implendũ illud, vel cum intentione adimplendi, qđ tamen minime facit, [f] quoniam redimere propriam, vel alienam vexationem virtutis opus est. [g] Et omne opus virtutis iuramento promissum est faciendũ, [h] ut nos [i] respondendo cum communi illi textui, post Caietanum [k] diffuse probauimus. Verum est tamen secundum prædictos, quod si quãdo iurauit ob metum, habuit intentionem perficiendi qđ iurauit in aliquo sensu uero, licet diuerso ab illius mente, qui ipsum iurare cõpulit, tunc neque peccataret iurando, neque etiam non adimplendo amplius quam ipse intellexit, quoniam non tenetur aliquis iurare secundum intentionem illius, qui perperam ipsum ad iurandum cogit, iuxta ea, quæ dicta sunt. [l] Qua propter qui iurat latroni, se contum aureos illi daturum sub conditione intra se concepta, si forsan illi debet, non tenetur illos persoluere, si alias nõ debet. [m] Et quamuis hoc exemplum non placeat Caietano. [n] recte tamen potest defendi: quoniam nihil falsi in eo iurari liquido constat.

k In d.ar.7 l Sup.n.13. m Secundũ Syluest. uerbo iuramẽtum, 4.q.7. uersic.2. n In dicto art.7.ad 3. o Ca.in malis.cap. qui sacramento & c.necesse 22.q.4. p Secundũ S.Anton.2. par. tit.3.c. 4.§.1.col.4 q Verb.iuramentum.4. q.1. r Verb.iumentum.5. §.3.

15 Decimosexto, qui iurat aliquid facere contra diuinum aliquod præceptũ, puta furari aliquid notabile, aut non deponere odium, vel alteri auxilio esse in opere peccati mortalis, veluti si cum alijs coniurauit ad defendendum uel perpetrandum aliquod scelus, vel agendum aliquid contra obedientiam. [o] Diximus. *In opere peccati mortalis*: quoniam qui iurat aliquid facere, quod nõ est amplius quam veniale, solum veniale peccat iurando, & adimplendo, [p] quamuis ea potissimum ratione compleret, quia videlicet iuramentum apposuit, sicut recte insinuauit Syluest. [q] Etiam si oppositum Angelus [r] asseueret, quoniam circunstantia illa committendi veniale ob id, quod iurauerat, potius extenuat, quam exaggerat culpam, quia in eo aliqua reuerentia erga Deum habetur.

16 Decimo septimo peccat, qui iurat se non facturum aliquid, ad quod non tenetur, est tamen secundum se melius id facere, quam nõ facere, si forsan erat aliquid ad consilia euangelica pertinẽs: veluti si iuraret, se non mutuo daturũ, aut non crediturum rem suam, uel non collaturum eleemosynam ei, qui grauem non pateretur indigentiam, vel nõ ingressurum religionem, vel non acceptaturum sacros ordines, vel episcopatũ, & alia similia. [s] Sed nobis oppositum magis placet: quoniam neque S. Thomas [t] neque S. Antoninus [u] dicunt hoc esse mortale, ut aliqui existimarunt. Caietanus etiam [x] & Ioann. Tabien. [y] & gloss. communiter recepta [z] sed a nemine in hoc adducta, tenent non esse letale. Et ratio est, quoniam deterius uidetur iurare se aliquid facturum, uel facere omissurum, quod quidem factũ, vel omissum est veniale, quam iurare se factu-

s Secũdum Angel. uerbo iuramẽtũ, 5.§.3. & Sylues. uer. iuramentũ 2.q.7. t 2.2.q.89. art.7.ad.1. u 2.par.tit. 10.ca.6.§. tertius casus. x In dicto art.7.ad 6. y Verb. iurare. §.10. z In cap.3. 35.dist.

facturum aut omissurum, quod ex genere suo non est peccatum, licet contrariũ eius sit melius eo. Iuramentum autem peccandi venialiter, non est amplius, quam veniale, vt supra dictum est, quod quidem intelligendum est, quando non iurauerit animo non adimplendi, etiam in casu, in quo id nõ faciendo peccaret mortaliter: quoniam hoc perinde iam esset, ac iurare se scelus lethale commissurum, quod quidem semper esset mortale, ut in præcedentibus dictum est. Et quamuis huiusmodi iuramenta sine peccato obseruari possint, tamen ad sui obseruationem non obligant: quoniam ut docuit S. Thomas, [a] huiusmodi iuramẽtis Spirituisancto opponitur obstaculũ, cuius est proprium sancta desideria animis instillare. Quocirca talia iuramenta propria etiã auctoritate iurantis possut infringi, iuxta S Antoninum, [b] quidquid Archidiaconus, [c] Ioan. Andreas, & Panormitanus [d] dixerint.

17 Quin etiam addimus fore melius frangere, quam seruare iuramentum de re, quæ suapte natura sit otiosa, vel ad malum, & bonum pariter indifferens: vt verbi gratia, qui iuraret se non habiturum in suum ministerium illum aut illum, vel se non non alloquuturum aliquem de hac, vel illa re: vel non aditurum alterius domum: vel non missurũ panes coquendos ad furnum illius: vel eius apothecam non adire, vt aliquid emat, &c. nisi huiusmodi iuramẽta proximo fierent ex aliquo pacto, [e] vel soli Deo propter vitandam aliquam occasionem peccandi, quæ inde sibi subministratur. [f]

18 Decimooctauo, qui iurat se in carcerem rediturum, & non reuertitur, quamuis sciat se ob id mortem obiturum, eamque sibi inferendam iniuste secundum Caietanum, [g] licet Ioan. Tab. [h] nitatur Caietano respondere: verum non satis sufficienter id facit. Hoc tamen est intelligendum, dummodo carcer non sit iniuriosus, qualis esset si foret priuatus alicuius latronis, vel tyranni, [i] vel iudicis non competentis, siue etiam competentis, absque tamen iuris ordine procedentis: & quamuis cum iurat se rediturum, non habeat animum reuertendi, secundum Angelum. [k]

Decimonono peccat vxor, quæ marito iurat se adulterij crimine carere, hac ratione persuasa, quia videlicet poterat id iuramento confirmare: quoniam egerat pœnitentiam, fueratque iam adulterium sacerdoti confessa, [l] quãuis si maritus eam circa hoc ad iurandum compellit, tunc quia id iniuste agit, potest illa iurare, quod secundum suam intentionem verum est, falsum autem iuxta mariti mentem, vt constat ex supradictis [m] quod nos latius, & profundius confirmamus. [n]

Ex quo infertur responsio ad interrogationem nuper factam, An qui iurat se non habere rem aliquam ab alio petitam, vt ab ea danda, vel commodanda se excuset, peccet? Responderi enim debet, peccare, si mens eius verbis consonat: sed non, si non tenetur ad dandã, vel commodandam, neque respondendum iuxta mentem petentis, & ea mente iuret, quod non habeat illam, ad eam illi dandam, aut commodandam, per predicta.

19 Vigesimo peccat, qui tempore pestis iurat verum ad portas ciuitatis, sed dolose contra intentionem interrogantium: [o] quoniam ad ingrediendum ciuitatem sua sponte se offert: nisi forte custodes ciuitatis crederent aliquam vrbem esse infectam peste, quæ re vera nõ erat: vel ingressurus rationabiliter credit, neque se, neque aliquid suum esse peste contaminatum, & subinde verum iurat, se non transisse per talem locum secundum præcipuam intentionem, licet remotam ipsorum custodum. Eadẽ est ratio de scholasticis vniuersitatum, qui cathedrarum cãdidatos, siue oppositores (vt vocant) extra scholas alloquũtur de illis rebus, quæ ad subornandum minime faciunt, quod tamen si postea cum suffragaturi sunt confiterẽtur, exinde redderentur inhabiles ad suum suffragium conferendum, & ea de causa iurati respondent, se nulli candidatorum quidquam fuisse loquutos, intra se intelligentes, nihil egisse de illis rebus, quæ contra statutorum mentem fuisse videbantur.

Vigesimo primo: qui iurat se rationem habiturum boni vel vtilitatis, ad aliquam communitatem pertinentis, vel

a Dict. art. 7. ad 3.
b 2 par. tit. 10. c. 6. §. 3. casus, per c. si aliquid, 1. & 2. 22. q. 4.
c In di. c. 6. si aliquid.
d In cap. si vero de iureiur.
e Ang. verbo, iuramẽtum, 4. §. 1.
f Sicut sup. nu. 12. dictum est.
g 2. 2. q. 89. art. 7. ad 4.
h In verbo iurar. §. 10.
i Panor. in d. ca. si vero gl. communiter recepta, cle. pastoralis, de sẽ. & re iudic. verb. ꝑ violentiam & Ioan. And. in specie, in rub. de iure iuran.
k Verb iuramentũ, 1. §. 37.
l Arg. cap. fi. de purg. canon. Syluest. ver. iuramentum. 2. §. 8.
m Num. 8. Ang. verb. iuramentũ. 4. §. 1.
n In Comẽtario prædicti c. humanæ aures, 22. q. 5.
o Syluester. verb. iuramentũ. 3.

vel ad munus, quo fungitur, quam tamen postea non habet. [a]

a Arg.ca.si vero ca.ego & c.Veritatis de iureiuran.

Vigesimosecundo peccat mortaliter, qui inducit ad iurandum eum, quem falso iuraturum arbitratur, [b] nisi cum inducit iuris ordinem sequutus, sicut iudex ad alterius partis instantiam, secundum Richardum [c] quocirca rationi cõsonum uidetur, non esse deferendum iuramẽtum illi de quo magna habetur præsumptio, quod illud non obseruabit: qđ sentit Alexander IIII. [d] quatenus asserit ob hoc non esse recipiendum iuramentum a clericis se non redituros ad suas concubinas, ubi Panormitanus inquit, recte fuisse consultum, ti scholastici uniuersitatum non adstringerentur iuramento se Rectori parituros, esset enim præstantius, ut alijs pœnis ad id agendum stimularẽtur. Vnde infertur, perperam agere confessarios cum pertrahunt pœnitentes ad nouendum, uel ad iurandum se ab aliquo carnali peccato, uel alio, quod perinde ac illud allicit, abstenturos. [e]

b Cap.ille. 22.q.3.

c In 3.dist. 38.

d In c.clericis & cohab. cler.et mul.

e Ang.ver. iuramẽtũ 3.§.11. & Sylvest.eodem verb. q.9. Caiet. 2.2.q.88. ar.2. col.3.

Diximus, *Inducit*: quia textus de tali loquitur. Vnde uidetur inferri, quod si alter sponte se offert ad iurandum, adsitque rationabilis causa ad recipiendũ iuramentum, non peccat ille, qui recipit secundum Sylvest. [f]

f Vbi supr.

21 Vigesimotertio, qui expostulat iuramentum a famulis, uel seruis suis, uel quibuscumque alijs, ut declarent auctorem alicuius furti ei facti, ea intentione, ut furem in omnibus casibus prodat: quoniam id licite fieri nequit, nisi in illis, quibus alij exteri possent furtum re uelare: ipse autem uult obligare suos ad id faciendum in omnibus casibus: qđ minime fas est, ut latius inferius [g] dicemus. Petere tamen ab eis iuramentum, quo adstringerentur uera dicere in illis casibus, in quibus exteri etiam ueritatem detegere licite possent, non esset peccatum iuxta mentem B Antonini, [h] & etiam Angeli, Sylvestri & Tabiens. [i] licet paulo aliter loquantur, & diximus. [k] Neque etiam liceret simpliciter exposcere iuramentum, ut uerum exprimant, etiam si non addatur, ut in quolibet casu id faciant, ut patet ex eis, quæ nos [l] diximus.

g In c.18.

h 2.par.t.t. 10.c.5.§.6.

i Verb.summa.

k In c.iter uerba 11.q. 3.cõclus.6.

l In dicta cancl,6.

22 Vigesimoquarto, qui iurat facere, vel implere aliquid, credens se non posse illud præstare, ueluti si iurat se ad certum tempus persoluturum debita, probabiliter credens non futuram ei facultatem id eo tempore faciendi. [m] Cæterum si iurat credens se posse persoluere, & facit quod in se est ut soluat, quãuis non satisfaciat, non peccat [n] Si tamen transacto tempore ad id definito, quam citissime poterit, non persoluerit, peccabit. [o]

m Sylvest. uerb. iuramentum.3. q.25.

n Ca. querelã de iureiuran.

23 Vigesimoquinto peccat, qui iurat sub sigillo secreti, se aliquid habiturũ, quod in Concilio, Senatuve pertractatum est, uel suæ fidei commissum fuit, & non occultat, & manifestat in casibus, in quibus non debet [p] idem de illo, qui alterum inducit ad uiolandum eius modi secretum, secundum Sanc. Antoninum. [q]

o Arg.c.cũ dilecti de dolo. & cõtu. l.Celsus.ff. de recept. arbit.

p Arg.cap. qui ambulat.5.q.5. q 2.par.tit. 10.c.8.§.3.

DE PRAECEPTO SECVNDO, quatenus continet, non male uouendum, & bene uotum bene adimplendum.

24 *Votum quid. De re mala nõ valet, sed de præcepta sic.& nu.25.*

26 *Votum obligat ad implementum sui sub reatu mortalis culpæ.*

26 *Votum non fit per propositum solum.*

26 *Votum mentale quid sit, & qualem de liberationem requirat.*

27 *Votum absque animo adimplendi, quo modo obligat ad sui complementum.*

28 *Votum de re necessario futura, & de re illicita, & de indifferenti, ut indifferens est, & de eo, quod est contra consilium Christi, non valet. & seq.*

30 *Votum in finem malum non valet, sed sic in bonum ex illo exortum, & num.31.*

32 *Finis malus, & bonum ex malo natum differunt.*

32 *Votum proprie non est malorum renũciatio, quæ fit in baptismo.*

32 *Votum est duplex, nempe solemne, & simplex.*

32 *Votum plus obligat quam iuramentũ, cum concordia contradicentium.*

32 *Voto opus melius, quam uoluntarium, quod sic est limitandum.*

33 *Confessarius sic admoneat penitentem, qui votum uiolauit, &c.*

24 DEclarato iam hoc præcepto, quatenus habet non male iurandũ, declaremus nunc idem, quatenus includit non male uouendum. Pro quo præsupponimus primo, quod secundum mẽtem Magistri, S. Thomæ, & aliorum. [a] Votum est, *Promissio, deliberate Deo facta, de aliquo bono maiori a superiori non irritata*.

Dixi, *Promissio*, pro genere, & ad insinuandum, q̃ nõ sufficit desiderium, neque propositum etiam ualde deliberatum faciendi, nisi simul adsit animus seipsum obligandi, secundum eandem communem. [b]

Dixi, *Promissio*, in genere, ad significandum, quod ut aliqua promissio sit uotum, sufficit, ut solum sit mentalis, etiam si nihil dicatur, aut scribatur, modo fiat animo, vel mente obligandi secundum communem. [c]

Dixi, *Deliberate*, quoniam promissio subita, & absque consideratione facta non sufficeret. Sufficit autem tanta deliberatio, & consideratio, quanta ad peccandum mortaliter, vel merendum sufficeret, secundum Paludanum [d] communiter receptum. Nam, ut ait glossa singularis, [e] iudicium quod sufficit ad obligandum diabolo, sufficit ad obligandũ Deo. Vnde infertur, uotum factum ex iracundia, quæ iudicium, & rationẽ uoentis non absorbet adeo, ut tunc posset mortaliter delinquere, validum esse, ut ex Ioan. Andrea, & ex communi opinione [f] colligitur, etiam si multi graues auctores, [g] oppositum senserint: quod ipsum est dicendum de iuramento. [h]

25 Dixi, *Facta Deo*, quoniam omne uotum tacite, uel expresse, mediate, uel immediate fit Deo, secundum S. Thomam. [i] Ex quo colligitur responsio ad quæstionem nuper nobis propositam, An uoueat, quod dicit alteri: Ego promitto tibi, me cum illo, aut illo amplius non lusurum, responderi enim debet, quod non: quia non est promissio facta Deo, & ita illi definitio uoti supra posita non conuenit.

Dixi, *De aliquo bono*, ad significandum, quod promissio de re illicita, quæ vel veniale, uel mortale peccatum est, non est uotum. [k]

Dixi, *Maiori bono*, non quidem ut Richard Maior, & aliquot alij, [l] dicunt, quia uotũ necessario fieri debeat de his quæ sunt de consilio, nõ autem de præcepto: satis enim est, ut sit maius bonum, siue sit de consilio, siue de præcepto, secundum eundem S. Thom. [m] Quamobrem qui uouit non fornicari, neque adulterari, & non furari, per huiusmodi uotum ita obligatur, ut si fregerit illud, non solum censeatur transgredi præceptum de non fornicando, uel non adulterando, aut non furando: sed etiam præceptum hoc de adimplendo uoto, & subinde non sufficeret tali transgressori culpã siue huiusmodi circũstãtiã confiteri, ut bene adnotauit S. Antoninus, [n] & melius Caiet. [o] licet oppositum, sed male teneat Ioan. Tabien. [p]

Dixi etiam, *De bono maiori*, ad significandum, quod uotum faciendi, uel omittendi aliquid facere, cuius contrarium secundum se melius est, nihil ualet, cuiusmodi esset uotum non ingrediendi religionem, non mutandi pecuniam, & alia huiusmodi, secundum S. Antoninum. [q]

Dixi, *A superiori non irritata*, quoniam uota filiorum familias, religiosorum, & aliorum, qui alterius potestati subduntur, legitime a suis parentibus, prælatis, aliisque superioribus irritata non obligant, [r] secundum S. Thom. [s] & omnes alios.

26 Secundo præsupponimus, quod ex hac definitione infertur primo, omne uotum ad sui obseruantiam obligare sub pœna peccati mortalis. [t]

Secundo infertur, solum propositum faciendi aliquid boni, absque promissione & animo se ipsum obligandi, non obligare communiter sub reatu mortalis culpæ: quia non obligat secundum sanctum Thomam receptum, [u] quem sequitur Archidiaconus, [x] & Panormitanus [y] quidquid videatur asserere glossa celebris [z]

Tertio infertur, uotum fieri posse absque uerbis expressis. [a]

Quarto, q̃d deliberatio, quæ satis est ad obligandum nos diabolo per peccatum mortiferum, eadem sufficit ad obligandum nos Deo per uotum ad uitam æternam conducens, ut supra dictum est per glossam singularem [b] quæ id ante Palu-

[a] *In 4. lib. sent. dist. 38 & S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 1. & 2. & aliorum alibi. B. Anton. 2. part. tit. 11. c. 2. in prin. Archid. in ca. qui bona. 17. q. 1. & Pano. & aliorum inc. literaturã de uoto, & communẽ opinionem.*

[b] *Vbi supr.*

[c] *Vbi supr.*

[d] *In 4. lib. sent. dist. 38 nu. 1. col. 2.*

[e] *In c. mulier. 32. q. 2 quæ habet similem 20. q. 1. in summa.*

[f] *In cap. duum. de cõuers. cõiug. Ludouic. Roma. sing. 408. & Iason in l. si filiam. C. de offi. testam.*

[g] *Vt actum est supra eodem nu. 10*

[h] *In d. q. 88 art. 5. ad 3.*

[i] *Cap. si aliquid. & ca. malis. 22. q. 4.*

[k] *In 4. lib. sent. dist. 38*

[l] *In 2. 2. q. 88. art. 2.*

[m] *In 2. par. tit. 11. c. 2. §. 1.*

[n] *In d. q. 88 art. 1.*

[o] *Verb. uotum 1. et 2.*

[p] *In dicto c. 2. §. 1.*

[q] *Ca. puella, & ca. fi. 20. q. 2.*

[r] *In dict. q. 88. art. 9.*

[s] *Eccles. 5. & ca. licet. ca. magnæ. de Voto. S. Th. 2. 2. q. 88. art. 3. et omnes in dicta dist. nu. 38. lib. 4.*

[t] *2. 2. q. 88 art. 1.*

[u] *In ca. qui bona. 17. q. 1.*

[x] *In c. literaturã, de uoto.*

[y] *Dict. ca. qui bona. 17. q. 1.*

[z] *Arg. c. cũ dud. de spõs.*

[a] *In c. mulier. 32. q. 2.*

[b]

[a] *Vbi supra & alios.*

Paludanum & Caietanum [a] dixit.

Quinto infertur,quod huiuſmodi de liberatio in momento temporis fieri po teſt, & ſatis eſt, quod actu, vel virtute fiat.Quapropter illud Panor.[b] quod de liberatio, & propoſitum debent promiſ ſionem præcedere, intelligendum eſt, de præcedentia, ut philoſophi aiunt,na turæ, ſeu cauſæ, & non temporis,id eſt quod non eſt opus, ut per aliquod ſpa tium temporis deliberatio præcedat vo tum,ſed ut ad merendum, uel peccan dum mortaliter, ſufficit facta in eodem momento temporis, in quo bonũ opus, aut peccatum admittitur, ſic etiam, ut votum ſit validum ſatis eſt, ut in eodẽ momẽto temporis fiat deliberatio, quo fit votum ipſum,nam quamuis vtrumq; ſimul in eodem tempore efficiatur:ſem per tamen deliberatio præcedit uotum naturæ, quemadmodum ſubſtantia ſo lis præcedit ſuam lucem,& ignis caloré ſuum.Eſt tamen valde magna differen tia inter uotum,quod magna præceden te deliberatione fit,& iltud quod ſubita neo,& repentino motu, uel paſſione ali qua intercedente, cuiuſmodi ſunt illa quæ paſſim a quibusdam,& ex quacun que leui cupiditate fiunt:quoniam hu iuſmodi vota facile diſpenſantur, com mutantur,vel redimũtur,[c] alia uero nõ ſic:quod etiam Caietanus [d] probat.

[b] *In d.c.literaturam. de uoto,col. 2.*

[c] *Cap.1.de uoto.*

[d] *Vbi supr. art.1.*

Sexto infertur,quod ſolum propoſitũ ingrediendi religionem ſine promiſſio ne tacita, vel expreſſa, etiam ſi induat quis habitum religionis,non efficit uo tum;quia aliud eſt uouere,& aliud pro ponere uouere,quamuis Paludanus,[e] & Anton.[f] & aliquot alij,per cap.cõſulti,[g] oppoſitum tueantur,quoniam in caſu il lius capitis fuerat promiſſio,ſaltem im plicita, aut uirtualis, ut declarat opti me Panormitanus, [h] & Caietanus [i] & alij etiam alibi.

[e] *In dict. q. 1.art.1.*

[f] *In dict.c. 2.§.1.*

[g] *De regu.*

[h] *In d.c.literaturam.*

[i] *In d.q.88 art.1.*

27 Septimo infertur, q̃ qui Deo aliqd promittit,quamuis ſine animo adimplẽ di promittat, re vera vouet, & tenetur adimplere: ſecus autem eſſet,ſi uerbote nus abſque animo ſe obligandi promit teret, ut eleganter prædictus Cardina lis, [k] confirmat, ubi ſubidit, quod quẽ admodum Eccleſia, ei qui nouit, ſi po ſtea dicat non habuiſſe intentionem ſe ipſum obligandi, non credit, ſic etiam perperam agunt religioſorũ prælati, q̃ ſine alijs coniecturis,ſuis ſubditis iuran tibus,ſe non habuiſſe intentionem pro fitendi, cũ profeſſi ſunt,facile credunt.

[k] *In d.ar.1*

28 Octauo infertur,quod non eſt uotũ promiſſio, quæ de rebus neceſſario eué turis fit, quale eſt votum de moriendo, [l] neque etiam uotum de re, quæ in ſe ſit culpa lethalis,aut uenialis, quoniam illud nõ eſt bonum,& multo minus erit maius bonum. Imo promiſſio facta de faciendo aliquid,quod eſt peccatũ mor tale,eſt mortalis: & promiſſio de faciẽ do veniale,eſt uenialis,ut ſupra,[m] dictũ eſt de iuramento.

[l] *Arg.1. ff.de cõdit. & demõſt.*

[m] *Nu.15.*

Nono infertur,quod promiſſio de re indifferenti, quatenus indifferens eſt, non eſt votum,quoniam res indifferens non eſt quid bonum ſecundum ſe, niſi aliqua circunſtantia apponatur, quæ rẽ alioqui indifferentem bonam efficiat, exempli cauſa. Votum de non nendo, vel non filando die ſabbathi, etiam in honorem beatiſſimæ Virginis matris, vel votum eundi in ciuitatem Genuenſem, uel non adeundi talem domum, abſolute & ſimpliciter emiſſum, nõ eſt dicendum uotũ, qm̃ nihil horum ſecũduni ſe eſt malum,aut bonum. Neque enim in die ſabbathi nere, vel filare ex natura ſua deputari poteſt inter obſequia beatæ virginis,Licet uotum de nõ nendo die ſabbathi, ut aliquoties Virgi nis Roſarium recitetur, uel de ciuitate Genuenſi adeunda ob videndam ado randamque Chriſti imaginem, quam Veronicam appellant,uel non ingrediẽ do talem domum, ne quam perſonam impudicam inſpectet, quæ ſe ad libidi nem, uel ad ludos illicitos prouocaret, ſint valida, quoniam per has circum ſtantias, quæ alioquin erant indifferen tia, fiunt bona. [n] Quamobrem cir cumſtantijs iſtis deficientibus, uoti uin culum ceſſaret, ut Caietanus, [o] ſingu lariter definiuit.

[n] *Arg.c.pa ratus 25.q. 1. c.diſcipli na.& capi. qs emẽdat. 45. 8. diſt.*

[o] *In d.q.88 art.2.*

29 Decimo infertur,quod uota de nõ faciendo aliqua,quę Redemptor noſter conſulit: ut uouere non ſeruare caſtita tem, paupertatem, & alia huiuſmodi, quamuis licite ualeant obſeruari,mini me tamen obligant, [p] quin potius ita uouens peccat, licet ut plurimum non grauius, quã venialiter, quod ſatis dif-

[p] *Cap.fi.§ fin.22.q.4. & Palis cũ communi i 4.libr.ſent. diſt. 38.q.1 col. 4.*

fuse idem Caietanus [a] confirmat, præterquam si huiusmodi vota fierent gratia displicendi talium consiliorum diui no auctori, vel animo non adimplendi talia consilia, quamuis occurreret casus in qno uim præcepti obtinerent.

30 Vndecimo infertur, quod votum maioris boni ob malum finem emissum non obligat, siue finis ille malus, sit finis illius boni, quod vouetur, quale est votum faciendi eleemosynam ob inanem gloriam aucupandam, vel ob aliquam voluptatem illicitam: siue sit finis ipsiusmet voti, quale est votum, quod dux ad bellum iniustum proficiscens, promittit se alicui operi pio mille ducatos oblaturum, vt victoriam, licet iniquã consequatur, ea intentione, ut illud votum sit medium ad talem victoriam assequendam, vel in gratiarum actionẽ victoriæ iniquæ. quoniam omne opus cuius finis est malus, ipsum quoq; malũ est. [b] Et consequenter quamuis id quod vouetur, bonum sit: votum tamen de illo propter malum finem malum est: & ita non est conueniens materia voti.

31 Dixi, *Iniquæ*, quoniam si quis vouet aliquod bonum in gratiarum actionem euentus victoriæ absolute sine iniquitate, & iniustitia consideratæ, quatenus est quoddam donum Dei, valeret votum, sicut valet votum de faciendo aliquid pium in gratiarum actionem pro filio, quem dederit Deus ex concubina, attenta illa datione filij absolute, sine iniustitia fornicationis, tamquam quodam Dei dono, vt mox dicetur. At verò si neque finis boni quod vouet, neque eiusdem voti esset malus, licet causa, quæ impellit ad vouendum, mala esset, non ideo votum desineret esse bonum.

32 Exemplum de eo, qui aliquam religionem profitetur, non collimando, neque dirigendo suam professionem, & sua vota in finem luxuriandi, licet ad id impellatur spe ibi reperiendi occasionem luxuriandi. Idem est omnino dicendum de eo, qui aliquid vouet anrequam in duellum siue singulare certamen descendat, hac intentione, vt a morte, vel vulnere liber a certamine egrediatur. Idem quoque de eo, qui vouet aliquid, si Deus illi concedat filium generare ex muliere, quæ sua non est.

Etenim quamuis velle vincere, vulnerare, occidere in duello iniusto malum sit: velle tamen sine vulnere suum, & incolumem euadere, non est tale. Et quamuis rem habere cum illa, quæ non est propria uxor, scelus sit, suscipere tamen filium ex illa dono Dei, non est tale. Idem dicendum de illo, qui huiusmodi uotum fecerit, Si a Deo, illa, aut illa temporalia bona per fas, aut ne fas consequar, illud, aut illud opus bonum faciam: quoniam huiusmodi uotum nõ adhibetur tamquam medium ad peccatum, neque ut gratiarum actio pro peccato, sed ut gratiarum actio pro re in se bona, & dono Dei data, & a fortiori ualidius erit uotum, quod fit in ultionẽ p prij peccati, uerbi gratia. Aliquis uouet illam, aut illam pœnitentiam uel pœnam subire, uel petere Hierosolymã, uel summam aliquam pecuniæ erogare pijs operibus, si tale, vel tale scelus admiserit, ut subtiliter, & late post alios Cardin Caiet. [c] confirmat.

Duodecimo infertur, quod abrenuntiatio illa malorum, quæ fit in Baptismo, non est proprie uotum, ut dixit Paludanus, [d] & neruose probat Caietanus [e] quamuis Magister, & alij multi oppositum docuerint. quorum opinio uera est intellecta de uoto improprio.

Decimotertio infertur * quod duplex est uoti genus. Alterum solenne. Alterum simplex. Votum solemne est, *quod professione tacita, uel expressa religionis approbatæ, vel ex sacrorum ordinum susceptione celebratur.* [f] Simplex autem est, *quodcunque aliud siue occultum, siue publicum fuerit*, ut ait Paludanus communiter receptus, [g] & beatus Antoninus. [h] Et quamuis mortale peccatum admittat, qui uiolauerit uotum simplex, & nõ numquam etiam scandalum præ se ferat, maius tamen crimen est, grauiusque scandalum communiter sequitur ex uoti solemnis transgressione. [i]

Tertio præsupponimus, uotum maiorem uim obligandi habere, quam iuramentum, secundum S. Thomam [k] quã uis Ioann. Maior, [l] oppositum teneat. Cuiusquidem opinio uera, est quando utrumque principaliter sit in honorem Dei, uel utrumque principaliter in utilitatem proximi. Opinio autem S. Tho-

[a] *In dict. q. 11. art. 2.*

[b] *Ca cũ minist. 23. q. 5. in cuius Commẽta. latius hoc diximus & c. non est putãda, 1. q. 1*

[c] *In d. q. 88 art. 2.*

[d] *In 4. dist. 38. q. 2.*

[e] *In d. q. 88 art. 2.*

* *Duplex uotum.*

[f] *Cap. 1. de uoto & uoti red. li. 6.*

[g] *In dict. 4. lib. dist. 38. q. 2.*

[h] *2. par. tit. 11. c. 2. §. 1.*

[i] *Arg. cap. homo. 40. dist. & cap. præcipue. 11. q. 2.*

[k] *2. 2. q. 89 art. 8.*

[l] *In prædic. 4. libr. dist. 38. q. 5.*

S.Thomæ procedit,cum votum principaliter fit in honorem Dei : iuramentū autem principaliter fit in vtilitatem ,proximi , vt communiter fieri ſolet , quod nos ,[a] vtramque opinionem conciliantes , definimus & poſtea Michael a Medina ,[b] egregie probat, quod obligatio iuramenti eſt firmior, quam uoti , licet hæc ſanctior ſit illa,cum per illam promittamus proximo,& per hanc Deo.

Quarto preſupponimus,bonum opus factum ex voto plus meriti habere, quā aliud non ex ui uoti factum , ſecundum doctrinam S:Thomæ, [c] & Richardum, & alios omnes,[d] & gloſſam ſingularem,[e] qui quidem omnes ſequentes B.Anſelmum in libro de ſimilitud. aſſeuerant eum, qui aliquod bonum facit ex vi voti, ſimilem eſſe illi , qui arborem cum fructu ſuo donat:eum uero, qui facit opus ſine uoto , offerenti fructum ſine arbore : quamuis, opus conſilij plus meriti habeat , cæteris paribus, quam opus præcepti,[f] iuxta communem opinionem,quam declarat præcitatus Medina .[g]

33 Quinto præſupponimus, confeſſarium teneri admonere pœnitentem,qui non adimpleuit uotum tempore , quo debebat,non liberari ab obligatione poſtea adimplendi illud propter pœnitentiam , quam iniungit , eo quod uotum nō adimpleuit tempore debito, niſi aliqua impoſſibilitas iuris ,uel facti ſuperuenerit,vel eiuſmodi erat,quod debito tempore tranſeunte,eiuſdem obligatio tranſibat,iuxta mētem omnium, quam explicat Caietan.[h]

MODI VSITATIORES, quibus peccatur male uouendo, uel male uotum implendo.

34 *Vouens rem mortalem vel venialem ut peccat.*

34 *Vouēs item id quod eſt præceptum,uel contra conſilium,& nu.35.& 36.*

37 *Vouens ſtulta uota, ut non pectendi ſe, non lauandi.*

38 *Vouens illud,quod ſciebat, ſe non poſſe præſtare.*

39 *Votum, vel partem eius quis recte frā git ob cauſam,& 40.*

41 *Vouens quis teneatur ſtatim implere , uel ad certum tempus,&c.*

42 *Vouens ſub conditione , & ſatagens ne ad impleatur illa.*

42 *Vouens ſi perpetrauerit illud, aut illud crimen .*

43 *Vouens ob malum finē, uel ob bonum, qui naſcitur ex malo.*

43 *Vouens virginitatem , & eam poſtquā uiolauit,non obſeruat.*

43 *Vouens ſe uxorem ducturum , & poſtea non ducit.*

44 *Votum religioni impediens, uel ab illa abſtrahens ad quid tenetur n.54.*

46 *Votum religionis ſuadens vel ingreſſum ordinis diſſoluti,&c.*

46 *Vouens religionem , & quia non recipitur ut ipſe uult,&c.*

46 *Vouentem religionem an ſtatim ligent onera eius .*

47 *Vouens ingredi, & profiteri, & poſtea exit .*

48 *Vouens religionem ſtrictiorem,et intrat laxiorem,&c.*

49 *Religionis de ingreſſu an conſulendū.*

50 *Religionem reluxatam ingrediens,uel in eam filios intrudens,nu.51.*

52 *Vouens præ timore mortis ſpiritualis, aut corporalis,uel alterius mali, &c.*

53 *Vouens rem dignam uoto , quæ tamen maius bonum excludit .*

53 *Vouens non bibere unum,& crebro id uiolat, uel facere aliquid in tempore certo , quo tranſacto illud non adimplet.num.54.*

54 *Voti quem pœnitet , uel dubitando de uoto an ualeat, ipſum uiolat.*

55 *Votum qui non adimplet per alium , quod per ipſum non poteſt.*

56 *Vota defuncti qui non adimplet,ædiuctis exemplis.& 57.*

57 *Diſpenſat ſuper uoto per falſam aut iniuſtam cauſam.*

58 *Vouere qui pertinaciter tenet eſſe malum.*

59 *Votum coniugum de abſtinendo,& pactum an pariā.& 60.*

60 *Votum mariti , & uxoris ſine licentia quod ualet, & 61.*

62 *Votum de ingreſſu religionis generale an tollat refutatiō unius ſuperioris.*

34 EX præmiſſis inſertur,multos peccare contra hoc ſecundum præceptum , quatenus præcipit non male

a *In capit. quanto de iureiur.*
b *l.5.c.22. & 23. de cōtinentia ſacerdotum .*
c *2.2.q.88. art.6.& Opuſc.17.c. 12.& Opuſ.28.c.3.*
d *In 4.lib. ſent.diſ.31.*
e *In clem. 1. de relig. & uenerat. ione ſanct.*
f *Cap.cum in officijs de teſtamētis .*
g *In Codice de pœnit.q. 43.*
h *In ſumma de materia uoti.*

Oper.Nauar.Tom.I.

vouendum, & bene votum recte adimplendum. Et primo peccat, qui vouet aliquod peccatum mortale, vt occidere, odiſſe, ſeu odio habere,&c. per ſupradicta. [a]

a Num.28.

Dixi, *Mortale.* quoniam votum de re, quæ in ſe ſolum eſt peccatum veniale, non erit pluſquam veniale, niſi vouens ea mente votum emitteret, etiam ſi eſſet peccatum mortale, nihilominus id ſe facturum voueret.

Secundo, qui vouet ſe facturum id, ad quod ſub pœna mortalis culpæ tenetur, vt non fornicari, vel confiteri in Quadrageſima,& non implet, & peccat non ſolum quia fornicatur, vel non confitetur, ſed etiam quia trāſgreditur votum, quo fit, vt huiuſmodi peccatum cū hac circumſtantia confiteri teneatur, per ſupradicta, [b] quidquid dixerit Ioann. Tabien. [c] cuius opinio non habet locum etiam in illo, qui vouet in genere ſe nō amplius peccaturum, quidquid Ioann. Maior, [d] inſinuauerit.

b Ca.6.nu, 3.& 4.

c In uerbo uotum, §.2

d In 4.lib. ſent.diſ.39. quæſt.1.

25 Tertio peccat, qui id, ad quod ſolum de conſilio tenebatur, vouet ſe non facturum, etiam ſi occurrerent caſus, ad quos ex vi præcepti obligaretur, ut qui vouet non mutuare, aut non facere eleemoſynam, etiam in caſu extremæ neceſſitatis, non ſolum quia huiuſmodi voluntas ſecundum ſe talis erat, verum etiam quia eam voto firmat. Idem dicendum eſt de illo, qui vouet ſe non facturum id, quod eſt de conſilio, eo animo, ut diſpliceat Deo tantum, quantū mortalia crimina ei diſplicere ſolent: ſe cus tamen eſſet, ſi voueret Deo, vt diſpliceret ei eo gradu, quo venialia ipſi diſplicent, tunc enim non amplius quā venialiter, quod ipſum leuius eſſet, quando quis uotum emitteret [non] aduertens ſe in eo diuinæ bonitati rem ingratam admittere, vt Cardinal. Caietanus egregie docet [e] & tactum eſt ſupra. [f]

e 2.2.q.89. art.2.

f Num.3.

36 Quarto, qui vouet aliquid quod ſuapte quidem natura eſt contra conſilium Euangelicum, aut malum, vel nen ita bonum ſicut oppoſitum, vel indifferens, ſed id facit cum aliqua circunſtantia vel reſpectu, quo fit bonum & honeſtum,& poſtea adimplet: vt ſi vouet ingredi aliquod monaſterium quādiu in eo regularis obſeruantia non viget: vel vouet non facere eleemoſynam: vel non fideiubere, aut non mutuare ali quid illi, uel illi extra tempus cuiuſdam eximiæ aut extremæ neceſſitatis, ne ali quam exinde occaſionem peccandi caperet. nam ſicut multa ſunt ex genere ſuo bona, quę ratione circunſtantię mala fiunt, ſic etiam multa ſunt ex genere ſuo mala, uel non adeo bona, ſicut eorum oppoſita, uel indifferentia, quæ ratione alicuius circunſtantiæ reddūtur bona uel meliora, quam eorum oppoſita. [g]

g Arg.text. ſing.ea.ne- nerabilius. §.poteſt de ſent.excom. lib.6. c.ne- quis 22.q. 2.c.noli.23 q.1.& c.cū miniſter. 23.q.5.

37 Quinto, qui emittit aliqua uota ſtulta, uel temeraria, qualia ſunt non pectere capillos in die ſabbathi, non filare, non lauare caput, non edere animalium capita in honorem B. Ioannis Baptiſtæ, non immittere oſſa in ignem in honorem S. Laurentij, & alia huiuſmodi, quæ neque ad honorem Dei aut ſuā, proximive vtilitatem videntur ſpectare, & ea abſque ulla diſpenſatione & licentia ſui confeſſarij tranſgreditur, ſecundum Sylueſtrum. [h] Quod uerum eſt intelligendo de illo uouente, qui credit huiuſmodi uota ualere, vel dubitat de eorum valore, & ante diſpoſitionē conſcientiæ erroneæ illa tranſgreditur, nō autem de eo, qui ſcit, vel credit ea non valere, quamuis poſſent licite obſeruari, vt Gratianus, [i] docuit. [quoniam] propria vouentis auctoritate poſſunt diſſolui: quippe quæ ſecundum S. Thom. [k] ridicula ſunt, & magnam ſuperſtitionis ſpeciem præſeferunt, [l] quod ipſum fere dici poteſt de illo, qui vouet ſe nudum peregrinaturum: quoniam id inhoneſtum eſt, & poſſet ualetudini corporis maxime officere, præſertim in hyeme: quamuis S. Antonino, [m] videatur huiuſmodi votum in aliud fore commutandum.

h Verb.uotum.1.q.3.

i In cap.fi. 22.q 4, k 2.2.q.88. art.2.

l Secūdum Raymūdū in ſumma hui⁹ tituli, & Albertū in 4. d. 38. m 2.par.ſi. 11. c.1.§.3

38 Sexto peccat, qui vouet aliquid ſciens, & animaduertens, ſe non poſſe illud adimplere. [n]

n Ang.uer. uotum. 2. §.9.

Dixi, *Animaduertens,* quia ſecus eſſet, ſi non aduerteret illā impotentiam. *Nā ream linguam non facit, niſi rea mens.* [o]

o Cap.homines.22.q.2

Septimo, qui vouet ſe animo obligādi & non adimplendi, ſecundum Caietanū [p] & recte quidem: quia habet animum non ſoluendi Deo, quod ei debet.

p 2.2.q.88. art.1.

Dixi,

Dixi, *Animo se obligandi*; quia qui vouet animo non se obligandi, non tenetur voto in foro conscientiæ. nam id nō est uere uotum, [a] ita quod ille teneatur uoto, qui vouet animo se obligandi, & adimplendi, uel saltem animo obligandi: non autem qui vouet sine animo saltem se obligandi per prædicta, [b] & quia actus agentium non operantur ultra intentiones eorum. Quare apte respōsum fuit nuper, bis peccasse illum non implendo suum uotum factum animo uouendi, & non implendi, primo uouēdo, secundo non implendo.

39 Octauo peccat, qui uouet uotum licitum, ipsumque postea uiolat: peccat inquam, mortaliter toties, quoties ipsū uiolat, [c] ſm oēs: nisi id fecerit per obliuionē tolerabilē, uel ægritudinē, uel ob aliāiustā impotentiā: ut qui uouet templum aliquod, siue pauperum xenodochium ædificare, uel certam eleemosynā facere, & postea fit inops: aut uouet ieiunare, & postea ęgrotat. [d] Porro si postea redit ad pinguiorem fortunam, uel sanitati restituitur, totum, uel partem, quam possit, tenebitur adimplere: sicut illa, quæ uouet castitatem, & postea nupsit, consummauitq; matrimonium, nō tenetur ad plene perfecteque castitatē seruandam: quoniam debitum coniugale uiro suo tenetur persoluere, cum ille ab ipsa expostularit: tenetur tamen obseruare secundum partem sibi possibilem, scilicet ad non exigendum debitum. Quinimo debet etiam uoluntatē habere seruandi castitatem perfectē, & integre, quando sibi fuerit licitum, & possibile, puta marito uita iam defuncto. [e] Vnde infertur, quod non liberatur quis a uoti obligatione propter omnia illa, quæ uoto iam emisso superueniunt, quæ si a principio acciderent, ille qui uouit, a uouēdo desisteret, ut inferius, [f] apertius dicemus.

40 Nono, qui uouet aliquid etiam minimum: puta dicere vnum tantum Psalterij versiculum, uel Aue Maria: postea uero non dicit: vel dare poculum aquæ frigidæ amore Christi, & non dat, secundum Caietanum. g Cuius opinio licet alias placuerit, nunc tamen contraria, quam tenet Sotus, [h] magis placet, per ea quæ supra, [i] diximus.

41 Decimo peccat, q uouet aliquid se statim facturum, uel intra certum tempus, siue uotum esset tacitum siue expressum, quod tamen non statim, uel intra tempus præfinitum implet, secundum S. Thom. communiter receptum, [k] per textum Deut. [l] Quod si certo nouit, se non uouisse animo statim adimplendi, neque tempori terminum præfinisse tacite, vel expresse, intra quod uotum adimplere tenetur, non peccat mortaliter non adimplendo, quamdiu conscientia non remordet se esse in mora circa eius implementum. Hoc enim est signum, quod non est transactum tēpus, intra quod teneatur implere illud, iuxta mentem prædicti Cardinalis. [m] Et si culpa sua factum esset, vt iam non posset implere, iam peccauit, eo quod ad uoti exequutionem se ipsū reddidit impotentem: ut quæ uouit uirginitatem, si se corrumpi pateretur, non solum teneretur obseruare, quod superat adimplendum, uerum etiam dignā agere pœnitentiam: quia culpa sua effecta sit impotēs ad integre virginitatem obseruandam. [n]

42 Vndecimo, qui facit uotum adicta tamen aliqua conditione, cuius implementum ipse impedit, & postea non implet uotum, secundum Richardum. [o] Vnde infert, non esse liberum ab obligatione uoti, eum, q uouit Deo aliquid cum conditione. Si Deus ipsum ab aliquo peccato præseruaret, postea vero non facit id quod fecisset, aut deliberabat facere ad se præseruandum ab illo peccato, quando promisit, si non promisisset, vel se in illud peccatum precipitem dedit, ne ad implendum remaneret adstrictus· quamuis Angelus, [p] & alij non adeo bene sententiam Richardi refere videantur.

43 Duodecimo peccat mortaliter, qui uouet ingredi religionem, si fornicationem, uel adulterium, aliudve scelus admitteret hæc intentione, ut huiusmodi peccata uitaret, uel gratia imponendi sibi aliquam pœnitentiam, uel absolute se obligat, si hoc uel illud sibi accideret: quod quidem postea etiam completa conditione non implet: quoniam huiusmodi uota cōditionalia sunt, & ideo cōditione adimpleta obligant, [q] quamuis

[a] *Per supradictam. 26.*
[b] *Ibidem.*
[c] *Cap. licet & ca. magnæ, de uoto.*
[d] *Ang. uer. uotum 3. q. 1.*
[e] *Caieta. in Summa, de materia uoti.*
[f] *In cap. 10 num. 9.*
[g] *2.2. q. 89. art. 7.*
[h] *Lib. 7. q. 2 art. 1. de iust. & iur.*
[i] *Nu. 10. de iuramento rei leuis & paruæ.*
[k] *2.2. q. 89. art. 9. ad 3. & in 4. lib. sent. dist. 38. q. 1. art. 1. l Cap. 23.*
[m] *2.2. q. 88 art. 2. & in summa de materia uoti.*
[n] *Arg. l. in toto iure. ff. de reg. iur. & cap. commissa de electio. lib. 6.*
[o] *In 4. libr. sen. dist. 38. art. 3. q. 3.*
[p] *Verb. uotum, 3. §. 10*
[q] *Arg. l. cedere diem. ff. de uerbo. sign. cap. si pro te. de rescript. lib. 6.*

uis si contentum in conditione poneretur pro fine, non valerent, vt dictum
a Sup.n.30 est, [a] nec facta sub conditione obligarent ante impletam conditionem, nisi vouens ipse esset in causa, quo minus adimplerentur: vt mater, quæ vouet ieiunare, si filius recuperet sanitatem,
b Ang.ver. uotũ 3.§.1. non tenebitur ad ieiunium, si filius moriatur. [b]

Præpoposito igitur, quod vota huiusmodi conditionalia, etiam pœnalia, quibus quis vouet ingressum monasterij, vel peregrinationem in terram sanctã, vel Vrbem, &c. si illud, aut illud euenerit, aut illud peccatum admiserit, valeant, quæsitum est nuper, quis in huiusmodi dispenset? Ad quod Sotus re-
c Lib.7.q.4 artic. 3. de iust. & iur. spondet, [c] antequam peccetur, episcopum posse, & postea non nisi Papam. Sed nobis videtur discrimen esse inter casum, quo quis vouet ingredi religionem, vel peregrinari in terram sanctam vel Vrbem, &c. si tale, uel tale peccatum commiserit, & inter casum, quo quis vouet non admittere tale peccatum sub pœna eundi Hierosolymam, aut ingrediendi religionem, &c. quia in priori casu, solum est vnum votum conditionale religionis, in quo neque ante, neque post adimpletam conditionẽ
d Vt dicetur infra, num.75. episcopus dispensare potest, [d] in secundo vero duo vota sunt. Alterum absolutum tale peccatum non committendi: alterum conditionale, & pœnale ingrediendi religionem, &c. si peccauerit, &c. quorum prius est principale, & posterius accessorium, & certum est in priori voto principali episcopum dispẽ-
e Per notata in præfato nu.75. sare posse, [e] cum non sit votum perpetuæ castitatis, neque religionis, neque aliud ex quinque Papæ reseruatis, & ita videtur antequam prius absolutum uioletur, & per illius violationem posterius conditionale purificetur, episcopum in vtroque dispensare posse, tum quia ac-
f Cap. accessorium, de reg. iur. lib. 6. l. cũ principalis. ff eo dem. cessorium sequitur principale, [f] tum quia, sublato priori principali per episcopi dispensationem, tollitur secundum conditionale, quum per violationem prioris, quod non est, non possit purificari.

Ex quibus infertur solutio quæstionis nuper propositæ, An valeat iuramẽtum, aut votum non ludendi, aut nõ ingrediendi talem domum, quæ illi occasionem peccandi præbet, sub pœna eundi genibus Hierosolymam, ore bufonẽ ferendo? Responderi enim debet, valere quidem quoad ipsam profectionem: sed non quoad circumstantiam ferendi bufonem: quia id inhonestũ est, & nullius erga Deum reuerentiæ. Neque quoad circumstantiam eundi genibus: quia est impossibile, saltem moraliter, quod sub votum non cadit. [g] Profectio vero ipsa est honesta, & possibilis: & ita merito quoad ipsam ualet, licet non quoad circumstantias, [h] *quando sunt separabilia*, vt hæc.

Decimotertio peccat mortaliter, qui vouet aliquid propter malum finem, ve luti ieiunare, vel eleemosynam facere, vt consequatur iniustam vindictam, vel voluptatem illicitam, [i] & dictum est supra. [k] Vbi tamen diximus, quod qui cõcubinam habens, promittit Deo aliqua pia, si dederit ipsi filium ex ea, non vouere propter malum finem: & ideo teneri ad implendum illud, adimpleta conditione, per rationem ibidem allatam.

Decimoquarto peccat mortaliter, q vouet virginitatem animo perpetuo eã seruandi, & post votum semel, vel pluries violatum proponit non continuere, secundum S. Thomam, [l] communiter receptum. [m] Secus autem esset, si eo animo eam uoueret, ut ad eam semel amissam seruandam non teneretur: quia actus agentium non operantur vltra fines eorũ. [n] Porro, qui uouet non ducere uxorẽ, non censetur uouere continentiam, & ideo fornicando non peccaret plus, quã si illud non voluisset, [o] licet qui uouet continentiam, ducendo postea vxorem peccet mortaliter secundum omnes. Verum est item, quod uotum absolute ducendi uxorem non ualet: siquidem uxorem ducere est a statu perfectiori ad minus perfectum descendere, scilicet a statu continentium ad statum coniugatorum. [p]

Dixi, *Absolute*: quoniam si voueret ea de causa, quod se imbecillem, & vix sufficientem ad resistendum peccato fornicationis agnosceret, & quod nisi uxorem duceret carni succumberet, obligaretur, ut recte annotauit Caieta. [q] quoniam illa circumstantia de adhibendo

g Arg.l. Nepos Proculo. ff. de verb. signif. & c. faciet, 22.q.3.
h Arg.c. vtile per inutile non vitiatur de regul. iur. libro 6.
i Richar. in 4. dist. 38. q. 1. & latius Caiet. 2. 2. q. 88. art. 2.
k Eod. nu. 30. & seqq.
l 2.2.q.88. art. 3 ad 2.
m In 4. lib. sen. dis. 38.
n l. non oĩs ff si cer. pe. cap. ad audiẽtiam, de decim.
o Rosel. verbo impedimentum, 4 cap. 1.2
p Arg. cap. nuptiæ. 32. q. 1.
q 2.2.q.88 art. 1.

remo-

remedio propriæ carnis imbecillitati facit, vt quod alioquin erat minus bonum, efficiatur maius bonum. Per quod ante tres annos rñdimus teneri ad ducẽdum vxorem quemdam, qui vouit vxorem ducere, dum periculum mortis nauigando incurriset, vt vitio carnis, quo maxime laborabat, cõmodius resisteret.

44 Decimoquinto peccat mortaliter qui aliquem retrahit a proposito religionis, quod nolebat exeq oblata iã opportunitate, & alijs circumstantijs ad id necessarijs, secundum Paludanum, [a] & S. Antoninum. [b] Grauius tñ peccaret, si post ingressum religionis, in qua animo stabili perseuerabat, egressum ei persuasit: grauissime uero, si post professionẽ, sine iusta dispensatione fecit eum apostatare, iuxta mẽtem prædictorũ. Quinimo in tertio casu tenetur eundem ipsum restituere religioni, si pót, vel si nõ potest alium similem, vel se ipsum religioni tradere, secundum Scotum, [c] qđ et in præcedentibus casibus esse faciendum tradunt B. Antoninus, [d] & Adrianus, [e] nobis tamen post Caietanũ videtur sufficere in illis casibus suadere alteri æque bono, vt ingrediatur religionẽ, etiam si hoc illi omnino non psuadeat, quod etiam idem Scotus, vbi supra, videtur sentire, & ex vtroq; Tho. [f] potest facile deduci. Quinimo credimus i nullo casu teneri quempiam seipsum religioni tradere, quod Ioan. Maior [g] non exiguis argumentis persuasus, & horum contraria dissoluens tenet, & Sotus. [h] Illud vere cum opinione communi persuasum habem⁹, illum qui retrahit aliũ ab ingrediendi, uel profitendi religionem proposito aliqua bona intentione, iustisq; ne causis non peccare, neq; incidere in canonem. [i] Conc. Trid. cuius tenor refertur infra, [k] in quibus iustis causis sunt; quod uolens ingredi est coniugatus; & sine consensu coniugis uult id facere: vel quia credit ipsum nullatenus religioni conuenire, ipsiq; fore vtilem, vel propter suum spirituale commodũ, q̃ ex ipsius ingressuri consilijs petpit sibi ad honeste viuendũ conducens. præsertim ea de causa, quod in monasterio in quod ingredi destinat, male cõtra disciplinam regularem viuitur, nam inducere ad talem religionem, & eandem ingredi, & in ea recipi peccatum est, siue sit virorum, siue fœminarum, nõ obstante, quod ab Ecclesia toleretur, secũdum opinionem communem, quam recte explicat Caietanus. [l]

45 Præterea in ea sumus sententia, q̃ etiam si laude dignum sit, aliquem ad religionem inducere, secundum S. Tho. [m] non esse tamen valde laudandum illum, qui persuadet alteri vouere religionis ingressum, quoniam, vt recte tetigit Caietanus, [n] & idem experientia ipsa nos docet, minus alacri animo perferunt onera religionis, minusq; pseuerãt q uotis ipsis quasi coacti ingrediuntur, q̃ qui libera, spontaneaque voluntate id faciunt, etiam si utrumq; ex genere suo rectum, & licitum sit, secundum S. Tho. [o] Præterea hoc etiam addimus, quod si cut, qui inducit alium ad religionem, vbi perfecte regula obseruatur, laudabiliter facit, iuxta eundem S. Thom. [p] sic e contrario qui alteri suadet ingredi religionem adeo laxatam, qualem modo diximus, & vbi regula perperam obseruatur, peccat. Adijcimus etiam, euni, q vouit ingredi religionem, non satisfacere ingrediendo, vbi regula non seruatur, & vbi cum dissolutione viuitur, & si q̃n vouit non intendit ingredi aliam religionẽ præter illam & nulla sit spes breui postmodũ tpe illam suæ pristinæ syncritati restitutum iri, non tenebitur ingredi illam, neque aliam: q̃n eius votũ quodammodo ratione euentus iam factum est illicitum, vt subtiliter adnotauit Ioan. Maior. [q] Quod idem dicimus de illo, qui monasterium reformatum, vbi recipiatur, non inuenit: quamuis inueniat aliquod, quod vocatur reformatum: sed re vera constat non esse tale: quoniam ibi vnusquisq; pro sua voluntate uitam agit, & fere omnes putantur esse malæ conscientiæ: at vero cõtrariũ esset dicendum de illo, qui inueniret monasterium q̃ non diceretur reformatum, [r] nihilominus tñ reuera in timore Domini, & votorum essentialium obseruantia, & sub regimine obedientiaque sui prælati ibi communiter uiuitur, etiam si non adeo stricte sicut regularis disciplina exigit, quoad ea, quæ accidentaria sunt, ibidem viueretur. [r]

Decimosexto peccat, q̃ vouet religionem

a In 4. dist. 15. q. 2. art. 2.
b 1. par. tit. 2. c. 1. §. 1. Ang. Syl. Tabien. & communẽ Ver. restitu.
c In 4. dist. 35. q. 3. in resp. ad 2. quæst.
d Vbi supr.
e In 4. de rest. q. 3.
f 2. 2 q 62. art. 2.
g In 4. dist. 15. q. 17.
h Libr. 4. q. 6. art. 3. de iust. & iur.
i Ca. 18. de reg. sess. 25.
k C. 14. nume. 17.
l 2. 2. q. 198 art. 9.
m Præcitatæ 2. 2. quæ. 189. art. 8.
n Vbi sup. art. 2.
o 2. 2. quæ. 189. art. 9.
p Vbi sup. art. 2.
q In 4. lib. senten. dist. 38 q. 20.
r Caje. 2. 2. q. 89. art. 3.

nem in genere, & absolute, neque saltē animo suo votum restringit ad hanc, vel illam religionem,hoc vel illud monasterium:& quia eum nolunt recipere vbi ipse vellet,non vult intrare aliam, quæ ipsum reciperet.[a]

Dixi, *Non restringit*: quia si restringeret,saltem animo,ad certam aliquam religionem, vel certum monasterium, & ibi nollent ipsum recipere,non teneretur aliam ingredi,etiam si eum ibi libenter reciperent, quia limitata causa limitatum producit effectum,[b] quāuis præfatus Sotus,[c] absque sufficienti fundamento dicat,debere eum prius curare ingressum in illam, & si eum illa, nō receperit, teneri intrare aliam: quod tamen nullo iure,nullaq; efficaci ratione probatur,& ita non est tenendum,[d] sicut statim[e] dicemus.

47 Decimoseptimo peccat,qui vouet ingredi certum aliquod monasterium, vel certam religionem intentione seipsum obligandi ad obseruandam continentiam,etiam si non admittatur, neq; ad habitum,neque ad professionem, & non vult eam,dum vixerit, seruare, eo quod non fuit admissus.

Dixi, *Vouet intentione seipsum obligādi,&c.* quoniam si ea caruit intentione, sed absolute vouet tale monasterium, vel religionem intrare,quin etiam (qđ amplius est) perseuerare, vel professionem emittere, ad nihil eorum erit obligatus,& poterit vxorem ducere, si non admittatur. Imo etiam si fuerit admissus ad habitum, si postea cōtraxerit matrimonium, licet peccet contrahendo, non tamen obligatur ad continentiam obseruandam, & quamdiu matrimonij vinculum durat,poterit coniugale debitum postulare:nam quemadmodum, q promisit Deo intra annum sacros ordines suscipere, si eo tempore non susciat,peccati quidem reus erit, sed non erit districtus ad diuinum officium recitandum ad quod ordo sacer,si ipsum,suscepisset,obligabat,iuxta late tradita p nos cap.quando,[f] neque si in peccatum fornicationis prolabatur faciet contra votum,vel continentiam,quam ordo sacer sibi habet annexam: sic etiam q vouet ingredi religionem, & in ea permanere,si postea duxit vxorem, tenebitur quidem ratione peccati non exiguam agere pœnitentiam, & etiam retinere voluntatem adimplendi votum, si aliquando potuerit: at quamdiu matrimonij vinculum durat, non tenebitur ad continentiam obseruandam,ut copiosē & subtiliter Cardin. Caietanus[g] comprobat.Cæterum ei Sotus,[h] contradicit circa differentiam,quam assignat inter illum, qui voto simplici se obligauit ad religionem,& inter eum, qui vouet ingredi, & profiteri. Sed nobis opinio prædicti Cardinalis magis arridet. Primo quia,sicut longe distant inter se votum de ingrediendo religionem ad eā probandam, & de ingrediendo eam ad eam profitendam, eamque perpetuo retinendam,[i] sic etiam votum obligandi se ad vnum ex his duobus erit valde diuersum a voto, quo se quis obstringit ad alterum.

Secūdo,quia nullus iurisperitus(meo quidem iudicio)inuenietur,qui non iudicaret,dispensationem illam esse subreptitiam, quam qui nouit ingredi simul,& profiteri impetraret,exprimendo tantum, quod vouit ingredi, & tacendo,quod vouit etiam profiteri.[k]

Tertio,quod qui vouet tantum ingredi religionem, eamque ingreditur, & post ingressum vouet profiteri, multo amplius obligatur ad professionem faciendam,quam alter, qui postquam ingreditur non emisit votum de profitendo in ea.[l]

Quarto,quod ius commune non adeo obligat ad perseuerandum eum, qui vouet ingredi ad probandum,sicut obligat votum, quod quis facit perseuerandi,& profitendi,siue id ante ingressum, siue post faciat,quoniam iuri communi satisfacit ingrediendo bona fide,& sine dolo,vt probet,vires; suas experiatur: quamuis si talis vitæ ratio displiceat,poterit,si libeat,exire.[m] At vero si emisit votum profitendi, nihil tale efficere licebit, nisi iusta causa in id eum iuuet.[n] Quocirca mihi persuasum habeo, eū qui prius horum votorum emiserit, post se intra annum probationis religionem quam elegit,relinquere, eo solo, quod modus ille viuendi displiceat: non autē illum,qui posterius emisit, nisi post dispensationem impetratam ex causa,

quæ

a Arg,c.nō est,et c.magna de Voto.
b L.non omnis.ff.si cert.pet. c.sup literis.de re script.
c Lib.8. de iust.& iur. q.2.art.1.
d Cap.consuluisti. 2. q.4.§.eonsideremus. Authen.de triēt.& semiss. coll.3. e Inf.n.48.
f De const. dist.1.ca.7. nu.2.
g 2.2. qua. 189.art.4.
h Lib.8.q.2 art.1.de iust.& iur.
i Ca. ad apostolicam de reg.c.1. & cap non solum.eod. tit.lib.6.
k Arg.cap. postulasti. de rescript.
l Arg.c.1. de treug.et pa.&auth. itaq;.C.cōmunia. de succeff.
m Dic ad Apostolicā, & d.c. non solum. Pro voluntate, & c.1-ibi. libere.
n Arg.c.nō est,& c.magna,de voto.

quæ viro prudenti videatur iusta, [a] qui autem vouit fieri religiosus nihilo alio expresso solum ingressum videtur vouere, secundum vtrumque Tho.[b]

48 Decimooctauo peccat, qui vouet strictiorem ingredi religionem, & postea ingreditur laxiorem, secundum S. Thomam, [c] sed iam non tenebitur illã strictiorem intrare, si professionem emisit in ea, vbi laxius viuitur, [d] alias vero sic, secundum Archidiaconum communiter ibi receptum. Adijcimus etiã eũ, qui vouet religionem, si nulla eum velit admittere, posse in seculo remanere, & vxorem ducere, secundum Angelum [e] & Card. Caietanum [f] quamuis Innocẽ. IIII [g] oppositum sentire videatur. At vero qui vouet aliquam intrare religionem, sine expressa tamen uel tacita limitatione huius, aut illius monasterij, si in finitimis & propinquis cœnobijs nõ admittatur, tenebitur ad remotiora, externaque proficisci, vbi sit aliqua spes, quod eum recipient: at vero si saltem tacite secum intellexit de monasterijs tantum suæ regionis, aut regni, vel linguæ, si in his non inueniat receptores, non tenebitur ad alia monasteria tentanda: quod etiam placuit prædicto Cardinal. [h]

49 Dicimus tamen, quod quamuis S. Thom. [i] affirmet, non esse opus nimio consilio, longaque deliberatione ad statuendum propositum ingrediendi religionem propter rationes, & auctoritates, quas ibidem adducit, & propter alias, quas nos etiam, [k] scripsimus: nihilominus tamen hoc esse intelligendum de illo, cui specialia non obstant impedimenta, puta morbus, debita, cæteraque huiusmodi: sicut in eodem loco exprimit, & de illo, qui adeo bene sit ad ingressum religionis dispositus, ita ut in Deo totam suam collocarit fiduciam, ꝙ eius auxilio quodcunque onus religionis valebit sustinere, secundum prædictum Cardinalem, qui ait hoc adeo esse necessarium, quod qui huiusmodi fiduciam non habet, eam debet procurare multa oratione, sacra confessione, sacrę Eucharistiæ assidua perceptione, & sacræ scripturæ lectione: neque prius ingrediatur, quam saltem speret huiusmodi voluntatem fiduciamque post ingressum sibi a Deo præstitum iri: quæ quidem conclusio singularis, & quotidiana est. Gerson vero, [l] & Ioann. Maior, [m] aliquid amplius videntur exigere: quibus omnibus adde, quæ hac de re diximus, [n] & quod S. Thomas [o] concludit, quod vouens ingredi religionem non tenetur ad perpetuo perseuerandum in ea, nisi specialiter id intenderit, cui addit singulariter Caietanus, quod vouens ingredi, & fieri religiosus sunt paria, si expresse non intendatur fieri religiosus irreuocabiliter, & in esse perfecto.

50 Decimonono, qui ingreditur, & profitetur religionem aliquam, & quia ibi regularis obseruantia nequaquam viget, non obseruat illa religionis præcepta, quæ sub reatu culpæ mortalis obligant: neque excusabitur, eo quod non intendat obligare se ad uiuendum arctius, quam in tali monasterio viuitur eadem ratione, qua non excusatur a cõtinentia obseruanda, qui sacros ordines suscepit, absque intentione obligandi se ad eam seruandam, quocirca qui huiusmodi religionem, vel monasterium ingreditur, & profitetur, si tunc non omnia, quæ ibi sub reatu mortalis delicti obligant, premeditatur, vel si ea præmeditatus non intendit se ad illa obligare, tenetur huiusmodi intentionem mutare in illam, qua intendat talia religionis præcepta in posterum obseruare, vel eam noue profiteri, vt recte adnotauit prædictus Maior, [p] quod quidem verũ est quoad essentialia vota, non autem quoad alias accidentarias obseruationes, quæ sunt iam sublatæ, uel mitigatæ apostolicis priuilegijs veris, uel tempore immemoriali præscriptis: vel ex licentia tacita, uel expressa proprij prælati ad hoc facultatem habentis: uel ex cõsuetudine, quæ licet non sit immemorialis, est tamen adeo rationabilis, & tot annorum, adeoque vetus, & antiqua, quæ ad ita emolliendas prædictas obseruationes sufficeret: quoad quas obseruationes recte poterit defendi opinio Panormitani [q] quem prædictus Ioann Maior licentiosius, liberiusque quã par erat, carpsit: cum constet etiam Cardin. Florentinum [r] & post eum multos alios in quibus sunt Felin. [s] & Aufreri [9], [t] imo & S. Antoninus [u] idem tenuisse.

Cumque

a Arg. d. c. non est. iuncta gloss.
b 2. 2. quæ. 189. arg. 4.
c 2. 2. q. fin. art. penult.
d Cap. qui post votum. de reg. l. 6.
e Verb. votũ, 3. §. 11.
f 2. 2. q. 189 art. 3.
g In ca. porrectum de regul.
h In d. q. 88 art. 3.
i 2. 2. q 189 art. 10.
k In additione capit. quando. de consec. di. 1
l In regul. moral.
m In 4 dis. 38 qu. 16. sub finem.
n In Cõmẽ. cap. non dicatis. 12. q. 1. nu. 2.
o In dicta q. art. 4.
p In 4. dist. 38. q. 20.
q In c. super eo. de regularibus. & c. Deus qui, de vi, & honest. cler.
r in c. cum ad monasterium de statu mon.
s In c. nam concupiscẽ. de constit.
t Decisio Thol. 448.
u 3. par. tit, 16. c. 1. §. 11. & 12.

Cumque constet totius orbis Christiani maximam partem idem obseruare ipso summo Pontifice sciente,& tolerante,& consequenter ipsum aliquatenus dispensante [a] quamuis capitulum illud,cuius est illa glossa, non probat id quod illa dicit,sed aliud singularius, vt [b] diximus.

51 Vigesimo peccat, qui filios, vel filias offert monasterijs religiosis, vbi nimia cum libertate, & licentia viuitur,& promissa secundum regulam suam, & religionem non obseruantur, iuxta mentẽ Card. Caietani, [c] quod tamen limitandum est procedere,quando filiæ,vel filij traduntur monasterijs in eisdem educandi, instituendique, quo in eis fiant monachi,vel monachæ,& ibi tam licentiose viuitur, ac supra [d] dictum est: alias non esset peccatum, saltem mortale, vt patet ex his, quæ ibi, & in præcedenti casu diximus.

52 Vigesimoprimo, qui vouet prætimore mortis animæ,vel corporalis naturalis, vel casualis concepto in periculo infirmitatis,maris,partus,naufragij, belli,hostium, alijsve similibus,& non implet,etiam conditione, sub qua forte vouit,completa: quoniam timor,quo mors animæ timetur,qui à Deo proficiscitur, neque ille, quo timetur mors corporis naturalis,casualis,vel accidentaria,imo neque timor mortis violentæ, qui non infertur ad extorquendum votum,infirmat illud, [e] nisi tantus sit,vt hominem ab vsu rationis alienet [f]. Impediret autem timor mortis violentæ, qui dicitur iustus, vel alterius mali ad id sufficientis ordinati ad extorquẽdum votum secundum ius [g] per quod id tradunt Panormitan.& alij [h] adiunctis quæ aiunt glossis,idem Panorm & communis, [i] & Fortun [k] & nos etiã [l] diximus: quidquid dixerit Syluester [m] post Cardinalem [n] dum loco eius vitio librarij, vel impressoris Panorm. allegat.

53 Vigesimosecũdo peccat, qui vouet aliquid dignum, quod voueatur, sed est huiusmodi naturę,quod de se aliud maius bonum excludit: vt qui vouet perseuerare in religione aliqua de laxioribus, quod de se excludit aliam arctiorem, & neque hoc, neque illud adimplet: quoniam illud votum ad alterum ex duobus supradictis obligat; non autem ad perseuerandum in minus bono, si ad alterum perfectius transire voluerit, iuxta sententiam omnium, quam Ioan. Tabien. [o] explicuit.

Vigesimotertio peccat, qui vouet se nunquam, dum viuet, vinum, vel quid aliud simile bibiturum: postea tamen bibit, quotiescumq; id facit: etiamsi in eadem die multoties biberet. quin etiã quamuis non promittat, se non bibiturum,nisi quodam die certo,puta die Veneris, aut Sabbathi: nam licet Paludanus [p] innuere videatur, quod tunc tantum prima vice est peccatum mortale, non autem secunda,vel vlteriori,nisi id ex contemptu faceret: oppositũ tamen, scilicet quod qualibet uice mortale peccatum admittatur, uerius apparet: in quod etiam tandem ipse Paludanus ibi, & in alio loco magis propẽdet, & Ioan. Maior [q] id asseuerat.

54 Vigesimoquarto,qui vouet aliquid facere aliquo certo tẽpore,uel ieiunare, ieiunare aliquo certo die, & non facit illud præscripto tempore,imo & si post illud non fecerit, quantocius commode poterit: quoniam qui tenetur debitum aliquod persoluere suo creditori ad præstitutum diem, si eo non soluerit, tenetur postea soluere. [r] Quod tamen limitandum est procedere, quando qui uouet,non respexit principaliter diem uel tempus,quo promisit explere uotum, ut communiter non respiciunt confessarij in diebus, quos imponunt ieiunandos pœnitentibus,iubentes, vt diebus Veneris & Sabbathi unius mensis uel anni ieiunent: pœnitens enim,qui aliquo illorum dierum non ieiunaret,teneretur alio postea ieiunare. Quo quidem casu, sententia Sylueſtri [s] poterit defendi: secus esset tamen, quando principaliter respexit tempus, rem autẽ quam uouit, ueluti onus, aut quid adiacens ipsius tẽporis] sibi præfixit: qualis est mens, & intentio sanctę matris Ecclesię circa ieiunia, quæ in honorem huius, uel illius sancti,uel aliis statutis diebus anni fidelibus proponit obseruanda: ex quibus, si aliqua omittimus,quamuis in eo peccemus, & ob id pœnitentiam agere teneamur,nihilominus tamẽ nulla deinde remanet obligatio ad totidem alijs diebus,quot omisimus, ieiunandum, ut luculenter

a Iuxt. glo. singul. cap. q circa de consangu.
b In cap. si quis autem num. 67. de pœn. dist. 7.
c 2.2.q.19. art.5.
d Eod. cap. 46.
e Cap. Gonsaldus. 17. q.2. c. sicut nobis,d reg.
f Cap. sicut tenor, codẽ tit.
g Cap. 1. de his quæ vi. h Ibi,& in d.c. sicut nobis.
i In c. Abbas. de his quæ vi.
k De vlt. fi. illat 31. n. 342.
l In c. verũ de iureiur.
m Verb. me tus q.8.
n In d. cap. Abbas.
o In verb. votũ. 1. §. si.
p In 4. dist. 15. q.4.
q In eadem dist. q.6.
r l. Celsus. ff. de repet. arbit. c. cum dilecti, de dol. & contum.
s In verbo votum, 2. q. 4.

culenter Cardinalis [a] ſub finem explicuit: ſicut neque qui diuinum officium vno die dicere omittit, illud idem alio die tenetur perſoluere, ſed ſolum ad pœnitentiam agẽdum pro delicto tenetur, ſicut diffuſius [b] diximus.

Vigeſimoquinto qui vouet, & pœnitudine ductus, non vult illud adimplere. [c] Non tamen peccaret, ſaltẽm mortaliter, ob hoc tm, quod pœnituerit vouiſſe, modo poſtea adimpleat, & propoſitum non adimplendi non concipiat, [d] licet addi tio ad prædictum Angel. oppoſitum teneat, præſupponens, paria eſſet, quem pœnitere ſe vouiſſe, & nolle adimplere votum, quod falſum eſt.

Vigeſimoſexto, qui vouet aliquã abſtinentiam, aut quid aliud ſimile, & dubitans poſtea, an debeat implere, nec ne abſq; ſuperioris diſpenſatione, quem facile poterat adire, votum violat [e].

55 Vigeſimoſeptimo, qui vouet aliqd, quod per ſeipſum adimplere non valet, nec per alium curat adimpleri, illis caſibus, quibus id agere tenetur, ẽm mẽtem Innocentij [f] Caſus autem, in quibus aliquis tenetur, alium ſibi ſubſtituere ad complendum votum, quando per ſeipsũ id minime valet, ſunt qui ſequuntur. Primus, quãdo votum ipſum, ſaltem tacite, ad id videtur extendi, vt votum opitulãdi his, qui in terra ſancta pugnant, extendatur ad opem per alium ferendam. Secundus, quando aliquis vouet id, quod nullatenus per ſeipſum poterit executio ni mandare, ſecundũ eoſdem auctores. [g] Tertius quando ſua culpa effectus eſt impotens ad votum implendum, ſecũdum maiorem prædictorum doctorum partem: id quod ſine ſolido fundamento dicitur, quocirca oppoſitũ cum Sylueſtro [h] verius arbitramur.

56 Vigeſimooctauo peccat hæres, qui vota realia defuncti non adimplet: ſunt autem illa, quę ad rem familiarem illius pertinere videntur: utpote ſi uouiſſet tẽplum ſtruere, uel pro amore Dei eleemoſynam aliquam elargiri: quoniam ita tenetur eiuſmodi uotis ſatisfacere, ac alia debita perſoluere, [i] ſecus tamen eſt de perſonalibus, cuiuſmodi ſunt uota iejunandi, macerandi corpus, continendi, & alia ſimilia. [k] Quæ procedunt ſiue hæres ſit filius, ſiue extraneus quiſpiam alius, niſi ipſe ſponte ſua ſe ad id uolnit obligare, ſecundum Paludanum communiter receptum, [l] qui addit, quod quando ille, qui defunctus eſt, emiſerat uotũ, partim reale, partim uero perſonale, & expreſſit utrumque: puta uotum pergere ad D. Iacobum, ibiq; calicem aureum offerre, uel monaſterium ædificare, & ipſum ingredi, hæres non tenebitur ad id quatenus eſt perſonale: ſed ſic quatenus eſt reale: & ita in duobus exemplis modo poſitis non tenebitur adire D. Iacobum, neque monaſterium intrare: tenebitur tamen ipſum ædificare, & calicem offerre. At uero, quando expreſſit ſolum uotum perſonale, non autem reale, quod erat acceſſorium, ad nihil tenebitur: uerbi gratia: Hæres illius qui uouit adire Diuum Iacobum, non tenebitur ipſe illuc pergere, neque tenebitur illa perſoluere, quæ defunctus eo accedens expendiſſet. Item hæres illius, qui uouit religionem, non tenetur in demortui locum, ſeipſum religioni dicare, neque monaſterio conferre illa bona, quæ mortuus ſecum aſportaſſet ſi illud ingreſſus fuiſſet. [m]

57 Vigeſimonono peccat, qui ob falſam, uel iniuſtam cauſſam uoti diſpenſationem impetrat, uel diſpẽſat in ipſo: [n] qm diſpenſatio, quæ falſæ cauſſæ innititur, ſubreptitia eſt, & inanis, [o] quæ autem ſine cauſſa iuſta fit, non tollit diuinæ legis obligationem, iuxta gloſſas communiter receptas. [p] Et quamuis Adrianus [q] teneat, quod ille, cui conceditur diſpenſatio ſine cauſa, & contra legẽ penitus humanam, nihil peccet, licet diſpẽſator ſic: oppoſitum tamen, quod tenuit Caietanus [r] nobis uerius eſſe uidetur, uidelicet utrumq; peccare, pp rationes, quas ille ibi affert, & quas nos [s] adiecimus. Occurrit tamen nunc concordia prædictorum auctorum, uidelicet ponendo differentia inter actum diſpenſandi & inter actum utendi diſpenſatione iam impetrata ſine ſubreptione, & dicendo, qđ opinio Caietani procedat in priori: opinio uero Adriani in poſteriori: quo multa dubia quotidiana ſolui poſſunt. Addo tñ, illũ qui diſpenſat grauius peccare, q̃ eum, qui petit & impetrat: nihilominus tñ neutrum eorum mortaliter: niſi qñ ex tali diſpenſatione notabile ali

quod

a Quæſt. 88. art. 12.

b In repet. c. quãdo de cõſecr. diſt. 1. c. 10. n. 53.

c Arg. c. vouẽtibus 17. q. 2.

d Ang. Ver. votum. 3. §. 13. Sylueſt. Ver. votum, 2. q. 20.

e Roſell. Verbo, votum. 5. §. 7.

f In c. ſcripturę, de voto & Panor. mit. in c. licet, eo. tit. S. Anton. 2. p. ti. 11. c. 2. §. 1. Ang. ver. votum. 3. §. 7. et Sylueſ. Verb. votum 2. q. 12.

g Vbi ſupr.

h Vbi ſupr.

i l. 2. ff. de pollic. notãt Pan. & alij in ca. licet, de voto.

k Gloſ. in d. l. 2. ff. de pol licit.

l In 4 lib. ſent. diſt. 38. q. 3. art. 3.

m Arg. l. cũ principalis, ff. de reg. iu. & c. acceſſor, eod. tit. lib. 6.

n Glo ſing. in c. non eſt cõmunit. recepta, de voto & S. Th. 2. 2. qu. 89. art. 13.

o Cap. ſuper literis, & c. ad audientiam, de reſcript. & l. & ſi legib. C. ſi contra ius vel vtilit.

p In c. non eſt de voto, & c. quãdo de iureiur. arg. ca. ſunt quidam 15. q. 1.

q In 4. de reſtit.

r 2. 2. q. 96. art. 5.

s In c. quæ contra mores. 8. diſt,

quod ſcandalum exoritur. Addo item, quod multominor cauſa ſufficit ad diſpenſandum ſine peccato circa legem omnino humanam, quam circa legem naturalem,& diuinam.

58 Trigeſimo peccat,qui credit pertinaciter eſſe malum vouere, etiam cum debitis circumſtantijs,ſicut aliqui hæretici tenent, ſecundum mentem S.Thomæ [a] quod eſſe hæreticum late probat Caſtren. [b]

59 Trigeſimoprimo peccat,qui, vel q̃ ex conſenſu coniugis emittit uotum cõtinentiæ: poſtea vero debitum coniugale poſcit,ſecundum omnes. Id etiam eſt dicendum ſi debitum ſoluit ei, qui de ipſius conſenſu votum emiſit,ſecundum S.Thomam, [c] quoniam conſentit peccato mortali,quod alter admittit cõiugale debitum exigendo, & ſubinde peccat. [d] Attamen non peccaret,ſi peteret,ſecundum Innoc. a Panorm.& alijs, [e] & Sylueſtro [f] receptum.

Trigeſimoſecundo peccat, qui, vel q̃ coniux, poſtquam ambo votum ſimplex continentiæ fecerunt,alter illorum debitum ab altero petit, [g] quamuis alter illorum votum ſuum violauerit fornicando,ſecundum omnes: quoniam non debet frangere ſuum votum ob id,quod alter ſuum violauerit. Verum eſt tamen, quod ſi timeant ſibi incontinentiam, deberent a ſummo Pontifice diſpenſationem obtinere: quoniam epiſcopus id facere nequit,niſi forſan quãdo illud ex aliquo magno timore originem duceret, qui tamen non erat ſatis ad voti obligationem impediendam, ſecũdum communem opinionem, [h] quidquid dixerit Ioan. Maior. [i] Cuius opinio poſſet habere locum,quando ad ſedem Apoſtolicam non pateret recurſus vti Sylueſter [k] inſinuauit.Cuius rei radicem nos [l] expreſſimus, vt inferius [m] dicemus.

Dixi,*Poſtquam votum fecerunt*, quoniam ſi tantummodo pepigerunt inter ſe ad certum vſq; tps abſtinere, veluti vſque ad Paſcha,bene poſſunt ambo poſtea mutare ſententiam. [n] Imo etiam ſi alterum illorum ſolum pœnituit pacti,& alter intelligit, eum quem pœnitet pepigiſſe, propenſum eſſe ad incontinentiam,& facile in eam lapſurum, tunc deberet ei debitum coniugale per ſoluere,ſecundum Hugonem Cardinalem: [o] nam quamuis pactum præceſſerit inter eos, non tamen vouerunt, & ita ſibi inuicem poſſunt remittere pactum.

60 Eſt tamen notandũ, quod votum alterius coniugum ſine alterius conſenſu de non ſoluendo debitum, imo etiã de non petendo,eſt illicitum, ſecundũ S.Thomam [p] & Paludanum, [q] quoniam eſt graue onus alteri, eo quod in eam neceſſitatem adigitur, ut pudorem petendi debitum ſemper ſubire cogatur.

Quocirca non ſolũ epiſcopus huiuſmodi uotum poteſt diſſoluere,imo & alter coniugum poteſt omnino illud irritare:quippe quod in ſuum præiudicium vergat. Neque duo capita, [r] quæ contrarium ſignificare videntur aliquid obſtant:non enim innuunt, eum, qui profeſſus eſt religionem abſq; coniugis cõſenſu,non poſſe petere debitum,ſed potius non poſſe exigere, hoc eſt, ad ipſũ perſoluendum compellere. [s] At uero uotum non habendi copnlam,niſi quando mos gerendus ſit alteri coniugum, licitum eſt,vimque habet obligandi:quoniam qui tale vouet,ſibi ſoli,& non alteri præiudicium facit, [t] & quia qui profitetur religionem,vouet non habere copulam carnalem alter coniugium,qui ſine alterius conſenſu profitetur, non ſolum vouet non exigere debitum, ſed ẽt neq; petere,neq; ſoluere:ideo eius uotum, quamuis nihil ualeat quoad non ſoluendum & non petendum debitum coniugale,quatenus alteri coniugi præiudicat,ualet tamen quoad non exigendum,& non petendum,quatenus ſibi tãtum præiudicat. Quo fit ut altero mortuo, huiuſmodi coniux ad caſtitatem ſeruandam teneatur: quamuis ſi poſtea uxorem duxerit matrimonium fit ualidum,ut probe docuit Sylueſt. [u]

61 Trigeſimotertio peccat, qui, uel q̃ coniux nouet rem, quæ non tendit in præiudicium alterius ueluti ieiunare, uel facere aliquid, ad quod ex ui legis diuinæ,aut humanæ tenebatur, uel dare eleemoſynam ex his, quæ ultra dotẽ poſſidet: poſtea autem illud non adimplet, ſecundum mentem omnium doctorum,

a 2.2.*q*.88 *art*.2. *et li*. 2.*contra Gẽt*.*c*.238.
b Libr.*ad uer*. *oẽs hereſes,uerbo,votum*.
c In 4. *diſt*. 38.
d Ad Rom. 1. *&* 1. *de offic*.*deleg*.
e In cap.1. *de conuerſ coniug*.
f Verbo uotum.3.*q*.2.
g Ca. *quod Deo*.33.*q*.1
h In ca. *veniens, qui cleri*.*uel uouentes*. *ubi text*.*ſing*.
i In 4.*diſt*. 32.*q*.2.
k Ver. *matrimonium* 7.§.5.*& verbodiſpẽ*. §.9.
l In c.*nt ſi cleric*. §.*de adulteriis Vero,de iudic*.
m Nu. 76.
n Arg. *ca*. *præter de ſponſ*.
o 1. *ad Corin*.5.
p In 4.*lib*. *ſen*.*diſt*. 32. *q*.2.
q Ibid.*q*.2.
r Videlicet c.*quidam*. *&c*.*peccet de conuerſ*. *cociug*.
ſl.*exigere*. *ff*.*de iudic*. *l*.*ſi conſtãte*,*ff*.*ſol*.*matrimo*. *cum eis adnot*.
t Sylueſter. *verbo uotũ*. 5.§.2.
u Verb. *uotum*.4.*q*.2

[a] Verb. uotum. §. 8.
[b] Verb. uotum. 3. q. 1.
[c] Ca. manifestū, &c nouit. 33. q. 7.
[d] Richar. in 4. dist. 32. q. 2. art. 2.
[e] Sylvest. vbi supra.
[f] Ca. gaudemus, de diuer. & c. si quis vxorē 32. q. 1.
[g] Ca. manifestum 33. qu. 1. Rosse. uerb. uot. 2. §. 8.
[h] Capit. ex multa de voto.
[i] In 4. libr. sent. dist. 32 q. 2. art. 4.
[k] Iu d. cap. ex multa.
[l] In d. ar. 4
[m] Verb. uotū. 5. q. 1.
[n] Sup. nume. 48.

& orum, quam Angelus [a] & Sylvester [b] expressit.

Dixi, *Quod non cergit in præiudicium alterius*: quoniam si aliquo modo præiudicat, nullam vim habet obligandi. Vnde mulier, quæ vouet abstinentiam, vel peregrinationem sine mariti licentia, non tenetur eas adimplere, [c] si maritus repugnauerit. Imo etiam si, ipso consentiente, talia emiserit vota, & postea ille contradixerit, vxor non adimplens votum non peccauit: maritus vero peccat, quando sine causa, quod primum cō cesserat postea reuocat, [d] quamuis consensum, quem adhibuit in votum continentiæ, reuocare non valeat. [e] Neq; maritus in iniuriam, præiudiciumve vxoris, quantum attinet ad coniugale debitum, quidquam vouere potest: nam quo ad hoc æqualis conditionis esse iudicantur. [f] Mulier vero, quæ antequam nuberet, aliqua vota vouit, & postquam nupsit non potest absque mariti præiudicio ea implere, excusabitur ab eorum exsecutione, si maritus numquam præbeat assensum: quo tamen mortuo tenebitur eadem implere. [g]

62 Trigesimoquarto, qui vouet terræ sanctæ succurrere ex licentia vxoris suę vel etiam absque licentia, & postea non implet, [h] quamuis consultius esset nihil tale vouere, si vxor non potest virum comitari, neque etiam absque periculo incontinentiæ remanere, secundum S. Thomam. [i] Vxor etiam, secundum Hostien. & Panorm & communem [k] potest huiusmodi votum sine licentia mariti facere, & tenebitur illud adimplere, quā do sine periculo incontinentiæ id posset efficere, & haberet talem facultatē, quæ posset milites secum ducere, q auxilio esse possent: quamuis S. Thomas [l] & Sylvester [m] oppositum tueantur. Sed primum verius apparet, etiam si nullus ipsorum absque alterius licentia possit habitum suum in habitum religiosorū, quos tertij ordinis vocant, vel cuiuscūq; alterius religionis mutare: quoniam id præiudicium, ac nonnihil horroris, ac fastidij affert.

Adde hic dictis, [n] quod vouens generaliter ingredi religionem, vel specialiter aliquā religionem, non restringens se, saltem tacite, ad certum monasterium, non censetur satisfacere voto, eo quod refutetur ab vno: vel altero Prælato illius religionis, licet sit Prouincialis vel Generalis: nisi causa cognita iudicaret, illum esse ineptum religioni, vt nuper latius probauimus.

DE IRRITATIONE, commutatione, dispensatione, & ratificatione votorum.

63 *Dispensare, commutare, & irritare votum differunt.*

64 *Dispensant, & commutant soli prælati sed quidam irritant, sed non æque.*

65 *Votum do numquam peccando venialiter non valet.*

65 *Votum de non peccando mortaliter valet, sed facile soluitur.*

65 *Votum de non peccando hoc, vel illud veniale, vt valet.*

65 *Votum religiosi de non peccando irritat superior.*

65 *Vota nouitij non irritat superior: licet ei quo ad iurisdictionem subsit.*

65 *Vota secularis per professionem tolluntur.*

66 *Votum irritatum non resurgit per mortem irritantis.*

67 *Vota religiosorum, quæ valida, & quæ a nutu pendent superioris.*

68 *Vouere potest qui potest peccare, uel mereri.*

69 *Vota religiosorum, & minorum quomodo differant, & conueniant.*

70 *Votum potentium ad matrimoniū quæ irritare possunt.*

71 *Vota inualida ratificantur, nisi &c.*

72 *Dispensans super uoto, uel commutans illud cui peccat.*

72 *Religiosus dispensatus per hanc subreptionem.*

73 *Votum qui superior post approbatum irritat.*

74 *Votum ab alio factum, a se ratum non implet, &c.*

PRo luce dicendorum præsupponimus primo, dispensationem, cōmutationem, & irritationem, inter se differre. Nam irritatio non aliam causam expostulant, quam voluntatem illius,

lius,qui ad irritandum habet facultatē.
[a] Dispensatio vero causam iustam, & rationabilem requirit:quia qui habet auctoritatem dispensandi,poterit omnino votum relaxare absque eo, quod loco voti aliquid iniungat vouenti, & tunc tam vouens, quam qui dispensat manēt in conscientia securi. Commutatio autem, uel redemptio voti exigit,vt in id quod votum est commutandum, redimēdumve æque bonum sit aut melius, quam id quod vouit : tunc autem æque bonum exigitur, quando ex aliqua causa rationabili commutatur : tunc uero melius requiritur, quando sine aliqua causa, sed solum ex mera voluntāte est facienda commutatio,iuxta mentē omnium,quam optime Card. Caietanus [b] explicuit. Vnde infertur id, quod nos eundem Cardinalem [c] secuti [d] diximus: nempe,eum qui habet potestatem ad dispensandum & commutandum, posse partim dispensando, partim vero commutando relaxare uotum sine causa omnino iusta ad uotum ipsum omnino relaxandum, imponendo aliquid loco eiusdem vouēti, licet minus sit eo,quod vouit.

64 Secundo præsupponimus, prælatos tantum ecclesiasticos habere potestatem dispensandi,vel commutandi vota secundum S.Thomam [e] & alios, [f] & omnium sententiam. Multi autem alij habent potestatem irritandi vota : puta pater,& eo deficiente,mater quæ tutelam filiorum suscepit,& ipsi tutores,uel curatores pupillorum,uel minorū. Maritus etiam potest uxoris uota,& dominus uota seruorum, & Abbas uel alius prælatus uota religiosorum irrita facere : [g] nam ut recte definit S. Thomas [h] nullus, qui alterius subditur potestati potest emittere votum, quod ualidum sit in eis,in quibus ille subijcitur, absq; eius consensu.

Tertio præsupponimus, non omnes præfatos æqualem irritandi potestatem sortiri,quoniam patet,& mater,quæ deficiente patre illi succedit,vel tutor possunt omnia vota irritare, tam realia, quæ ad rem familiarem pertinent, quā personalia,quæ fiunt ab illis, qui pro ætatis defectu non possunt matrimonium contrahere:adeo vt,qui vouerunt,numquam amplius illa vota implere teneantur,etiamsi ipsimet, qui ea irritarunt, in ea denuo consentirent : nisi uouens eadem uota iterum ratificaret. Idem omnino dicendum est de prælatis,quoad uota religiosorum:at uero neque pater,neq; mater,neque curator ullo modo possunt irritare uota illius, qui ad iustam peruenit ætatem, in qua matrimonium posset contrahere, si uota sint personalia,& iuri illorum non præiudicāt, qualia sunt,votum religionis, & uotum castitatis. [i] Possent tamen irritare uota realia ad rem familiarem pertinentia, & etiam personalia, quæ illis præiudicant. Neque quidquam ad rem facit, [k] vt uota illa sint pure personalia, uel principaliter personalia, & accessorie realia : quale est uotum ingrediendi religionem, [k] quoniam de his omnibus perinde iudicandum est, ac si pure personalia essent. [l]

Maritus autem nullo modo potest vxoris uota irritare,& nulla facere, neque rursus vxor vota mariti,nisi in quātum alter alteri præiudicium facit, quidquid dicat,& affirmet Panormitanus [m] secundum Angelum & Syluestrum [n] propter rationem S. Thomæ [o] quam adduximus supra,præterquam in casu,quando alter coniugum notoriam fornicationem,siue carnalem, siue spiritualem admitteret, [p] qua de causa alter illorum poterit nullum reddere votum alterius, quo se obstrinxerat ad numquam coniugale debitum exposcendum, vt cōstat ex supradictis.Dominus item potest serui sui vota, quæ in suum præiudicium vergunt,omnino abolere, reliqua vero nequaquam, secundum omnes.

65 Pro solutione autem quæstionum, quæ mihi de hac re proponuntur,dico, quod uotum numquam venialiter peccandi, & nunquam peccandi non valēt: quia sunt de re hominī in hac uita impossibili,iuxta illud. [q] *Si dixerimus,quod peccatum nō habemus,ipsi nos seducimus*. Item votum nunquam mortaliter peccandi, videtur esse de re tam difficili, quamuis non impossibili, vt non obliget, aut certe facile per ordinarium relaxari debeat. Item votum non committendi tale, uel tale peccatum veniale, valet. Credo tamen eius transgressionem

a C puella. 20.q.2. ca. manifestū. 33.q.tradit Palud. ī 4. dis.38.q.4. & S.Anto. 2.par.ti.11 cap.2.§. 6.

b 2.2 q.88. art.12.

c Vbi sup.

d In glos.2. c.quanto. de iureiur.

e 2. 2.q.88 art.12.

f In 4.lib. sen.dist. 38

g Ca.illud. 20.q.1. ca. mulier,32. q.2.& cap. puella, 20. q.2.& cap. manifestæ. & c.noluit. 35.q.5. cū suis glo.

h 2.2.q.88 art.8.

i Arg. ca.si annunc. de iud.lib.6.

k C. in præ sent. depro bat. authen tica ingres si.C. de sa cros.eccl.cū ei adnot.

l Arg. cap. accessorū, de reg. iur. lib.6.cum suis conc.

m In cap. scriptur. de voto.

n Verb. uo tum, 5.q.1.

o 2.2.q.88. art. 8.

p Caput Ga gath.27. q. 2. secundū Panor.in c. fin. de con uers.cōiug.

q Ioā.1.c.1.

sionem non esse, nisi veniale communiter, sicut nec alia transgressio voti de re leui esse videtur: quia votum quod est quædam lex, quam sibi vouens tulit, nó magis eum obligare videtur, quam lex a Deo & Ecclesia ei lata, cuius leuis trãsgressio non est mortifera.[a] Et votũ non committendi tale, vel tale peccatũ mortale, validum est, eiusque transgressio duplex peccatum est, & transgressor circumstantiam voti confiteri tenetur. quoniam pro certo habeo opinionem, quæ asserit materiam esse satis connenientem ad vouendum eam, quæ præcepta est, vt dictum est,[b] quamuis quæ solum consilij est, magis propria sit. Item, quod verior mihi uidetur Soti opinio,[c] quam Caietani[d] scilicet, quod superior religiosi, omnia eius vota, quamuis sint de non peccando tali vel tali veniali peccato, aut tali, vel tali mortali, irritare possit: quia quãuis prælatus tollere nó possit obligationem, qua subditus ad illa peccata non committenda alijs legibus tenetur: nouam tamen obligationé, quam sibi, sufficiẽtem ad id libertatem non habens, imposuit, tollere potest. Itẽ quod superior non potest irritare vota nouitiorum, sicut professorum: quia illorum voluntas adhuc a superioris voluntate non pendet,[e] licet ei subiaceat, quoad iurisdictionem, & superioritatẽ, saltem cõmutabiliter, & reuocabiliter, licet non irreuocabiliter pro tempore, quo sunt nouitij, sicut professi: & ita cognitio, & animaduersio de delicto nouitij ad superiorem Ecclesiasticum pertinebit, per illud iuris[f] quatenus probat nouitiũ religionis approbatæ gaudere priuilegio canonis,[g] & censeri Ecclesiasticam psonam,[h] & quod cognitio de delicto nouitij, pertineat ad Ecclesiasticum iudicem, expresse determinat Ioã. Andr. Domin. & Francus,[i] quod ipsum tenet idem Domin. & cõmunis,[k] & tradit latissime Panorm. post Ioã de lign.[l] Item votum quod religiosus, cum esset secularis fecit, ipso facto commutatur in votum solemne religionis.[m]

Interrogatus autem: An maritus vota, q̃ sua vxor antequam nuberet, fecit, irrita & nulla facere posset? Rñdi posse, si marito præiudicant, prout est text[o] singularis[n] quẽ ad hoc a paucis citari, credo, in quo S.[o] August. ait, *Vt si adhuc innuptæ conceßerat pater vota ꝑ ſoluere, ſi antequã perſoluerit, nupſerit, & vxor eius nõ placuerit, non perſoluat.* Interrogatus item: An maritus omnia vota, quæ vxor sub eius potestate facit, irritare possit: & qualia possit? & qualia non? Respondi non posse, nisi ea quæ sibi præiudicant. [p]

66 Quarto supponimus, fuisse opinionem Innoc.[q] quod vota eius, qui habet ætatẽ nubendi, aut ducendi vxorem, a maritis, vel vxoribus, dominis, parentibus, curatoribus irritata, sicut obligant quoad ea, quæ non sunt in præiudicium irritantium, iuxta cõmunem opinionẽ: ita quoque incipiunt obligare, simulatque ipsi vouentes liberantur a subiectione irritantium. Sed profecto contrariũ verius, & rationi conformius nobis apparet,[r] vt tenent Panorm.[s] Angel. & Syluest. & Caietanus,[t] nisi quando expresse se aliquid facturos vouerunt, posteaquã ab alterius subiectione se liberos inuenirent, secundum omnes.

67 Quinto supponimus, vota religiosorum, quorum materia, neque in genere, neque in specie est eis prohibita, & proinde secundum se sunt valida, non ideo nullius vigoris existimari: quia sunt irritabilia, quinimo ad sui obseruantiã obligant, quousque ab illis, qui id possunt facere, irritentur, etiamsi prius ea numquam approbassent: quoniam sub ea cõditione semper fieri videntur, si superior non contradixerit: quæ quidem conditio semper impleta manet donec, superior contradixerit. At vero vota, quæ fiunt in rebus prohibitis a suo superiori, alioquin tamen licitis, non obligant, donec prælatus ea probauerit: quoniam sub hac conditione semper fieri creduntur, si videlicet superior annuerit, vt Cardin. Caietanus[x] recte definiuit, Et hoc modo debet limitari & interpretari quoddam dictum concilij[y] Agathensis: scilicet, *monacho non esse licitum vouere*.

68 Sexto supponimus, quod licet, qui carent ætate sufficienti ad contrahendũ matrimonium, si eo iudicio polleant, vt possint iam & mereri, & peccare, quæcũque vota, siue personalia, siue realia, regulariter emittere possũt, qb. obligent,

[a] *C. Vnum § fi. 25. dist.* *S. Tho. 2. 2. q. 88. art. 5.* *& alijs locis citatis in c. 11. n. 4. vt ibidem dixi mus.*
[b] *Sup. n. 25*
[c] *In li. 7. q. 3. ar. 8. dein fin. & iur. d 2. 2. q. 88*
[e] *Arg. ca. 1. & c. beneficiũ de reg. lib. 6.*
[f] *Arg. cap. religioso. §. 1. de sen. ex cõm. lib. 6.*
[g] *Si quis ſuadente diabolo.*
[h] *Arg. cap. duo sũt. 12 q. 1.*
[i] *In d. c. beneficiũ, de reg. lib. 6.*
[k] *In dict. c. religios. §. 1*
[l] *In c. cum contingat. de iudic. n. 21. & seq.*
[m] *Cap. scripturæ de voto cum ei ad notat.*
[n] *In cap. noui. 33. q. 5*
[o] *Augu. in qu. n. q. 59.*
[p] *Vt ſup. dictum est.*
[q] *In c. scripta de Voto.*
[r] *Per c. quidam. & ca. placet. de cõuerſ. coniug.*
[s] *In dicto c. script.*
[t] *Verb. votũ 4. q. 2.*
[u] *2. 2. q. 88 art. 8.*
[x] *Vbi sup.*
[y] *Basilio in decretis tribuitur, & colligitur ex ca. 2. de inſtitu. mona. & c. 28. in fi. monaſtic.*
[z] *Cap. monac. 20. q 4*

iuxta gloſſam inſignem, ab omnibus receptam,[a] nihilominus parentes illorum vel tutores omnia illa recte poſſunt irritare.[b]

Dixi, *Regulariter*: quoniam voto ſolemni religionis ſe non poſſunt obſtringere, etiam cum conſenſu patris, aut tutoris,[c] bene tamen voto ſimplici, quidquid aliud inſinuent Angelus, & Roſella, male percipientes, quid ſibi voluerit S. Thomas,[d] vt optime declarat Syluester.[e]

69 Septimo ſupponimus, il ud quod definitum eſt de pueris, qui nondum ætatem nubendi, vel ducendi vxores attigerunt, ſtatuendum eſſe de religioſis, quantum attinet ad votorum irritationem, quam ipſorum ſuperiores facere poſſunt: ſcilicet, eorum vota, quæ de rebus bonis, honeſtiſque fiunt, quæ neque ſuæ regulæ, neque præceptis diuinis, neque ſuperiorum ſtatutis repugnant, valida eſſe quamdiu ſibi a ſuis ſuperioribus non obſiſtitur. Veruntñ illi pro mera volũtate ſua, ſine alia ratione, & cauſa poſſunt illa irritare, & nulla reddere, ſicut notat Innoc. communiter receptꝰ,[f] & S. Tho. iuxta Card. Caietani interpretationem,[g] & Paludanum[h] & ſic venit intelligendum præallegatũ illud Cõcilium Agathenſe.[i] Eſt tamen circa hoc adnotandum, quod licet recte poſſimus affirmare quoad effectum, ne monachꝰ teneatur adimplere votum ſatis eſſe ꝙ ſuperior iubeat ei, ne faciat id, quod vouit, vel nolit ad id agendum facultatem concedere, etſi prius non ſit effectus certior de voto: quoad effectum tamen, vt votum irritum, & inane fiat, nõ ſatis eſt hoc, ſed prꝛterea neceſſarium eſt, vt prꝛlatus de voto ipſo iam præmonitus, voluntate, & auctoritate ſua illud omnino irritet, & nullum faciat, quod optime docuit Caietanus.[k]

70 Octauo dicimus, quod illi, quibus ſatis ætatis eſt, vt poſſint contrahere matrimonium, poſſunt etiam quæcunq; vota perſonalia facere, eademq; adimplere tenentur, etiam renitentibus patribus, aut eorum curam gerentibus: eiuſmodi ſunt vota continentiæ, religionis, dicendi aliquas orationes, & alia ſimilia: dũmodo regimini, & gubernationi domus paternę, aut parentum poteſtati, ſiue rei familiari, nihil nocumenti aut iniuriæ inferant. Talia eñ vota nihil valerẽt, niſi eſſent in ſubſidium terrę ſanctæ, vel fierent ex rebus caſtrenſib⁹, hoc eſt in bello, vel quaſi in bello partis de quibus infra[l] agem⁹, vel cum expreſſo, tacitove cõſenſu parentis, vt optime collegit Sylueſt.[m] At vero vota realia, quæ principaliter ad rem familiarem ꝑtinent, ſi ab illis fiant, qui poſſunt nubere, vel vxorem ducere, licet valida ſint, poſſunt tñ penitus aboleri, aut irritari a parentibus, vel curatoribus, donec ad vigeſimumquintum annum peruenerint: quemadmodum tam perſonalia, quã realia puerorum, qui ad decimumquartum annum, & puellarum quæ ad duodecimum non peruenerunt, ſecundum B. Antoninum.[n]

Dixi, *Principaliter, quæ ad rem familiarem pertinent*: quoniam vota, quæ acceſſorie illam tangunt, non poſſunt irritare, quando adiunguntur perſonalibus, quæ ab eis irritari non poſſunt: cuiuſmodi eſt votum profeſſionis, quod quidem ex conſequenti bona profitentis transfert in monaſterium cum ipſa perſona.[o]

71 Nono ſupponimus, patrem & tutorem poſſe votum ſolemne reuocare, ſi factum fuerit ab eo qui non hẽt ætatẽ, vt poſſit contrahere matrimonium. Irritandum eſt autem antea quam ad prædictam ætatem peruenerit quoniã poſt eam irritari non poteſt.[p] Cuius cõtrarium accidit circa votum ſimplex, quod etiam quamquam ad legitimam ætatẽ peruenerit, poterunt irritare: dum tamẽ filius adhuc in illa ætate ratum non fecerit votum: quod egregie Caietanus.[q] adnotauit.

Decimo ſupponimus, quod ut aliqs votum ſuum inualidum ratificaſſe cenſeatur, non ſatis eſt credere votũ, quod emiſit validum fuiſſe, & ideo proponere illud adimplere, vel ratione illius in monaſterio permanere, putans profeſſionẽ eſſe validam: ſed oportet, vt reſciat illius nullitatem, & velit illud noue validare, vt ſingulariter ttadit Caiet.[r] quẽ ſequimur: tum per rationem eius, tum quia errans non conſentit:[s] tum quia etiam nouo conſenſu opus eſt ad validandum matrimonium nulliter cõtractum,

[a] *In c. mulier. 32. q. 1 Panor. cum communi i c. 2. de uot.*
[b] *C. puella 20. q. 2. & c. mulier. 33. q. 2. de ſumt. ex c. 19. Num.*
[c] *Cap. 1. de reg. lib. 6.*
[d] *2. 2. q. 88 art. 9.*
[e] *Verb. votum. 3. q. 5.*
[f] *In capit. ſcript. de voto.*
[g] *2. 2. q. 88. art. 8.*
[h] *In 4. diſt. 38. q. 2. & S. Anton. 2. part. tit. 11. c. 2. §. 6.*
[i] *In ca. monach. 20. q. 4.*
[l] *In dicto art. 2.*
[l] *Cap. 17. nu. 148.*
[m] *Verb. uotum. 3. q. 6.*
[n] *2. par. tit. 11. c. 2. §. 18.*
[o] *Cap. in ꝑſent. de pro ba.*
[p] *Ca. puellæ & ibi Card. S. Sixtꝰ. 20. q. 5.*
[q] *2. 2. q. 89 art. 5.*
[r] *Vbi ſupr.*
[s] *l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omn. iud.*

ctum, [a] quin potius necessarium est, vt ita gratum habeat, vt velit quod antea factum ab ipsa ratificatione sit validum etiam si prius non valuisset, quod præclare etiam idē Cardinalis [b] explicuit.

72 Vndecimo, quod hoc consequitur, peccare primo. qui carens potestate ad dispensandum, commutandum, redimendum, uel irritandum votum aliquid horum fecit.

Secundo, qui habens tantum potestatem ad redimendum, vel continuādum qualem habent multi confessarij virtute bullarum, aut Iubilæorū electi, dispēsat super voto, vel ipsum irritat, & nullū facit iuxta iura, [c] quatenus habent, male facere eum, qui extra territoriū suū, vel potestatem sibi concessam aliquid facit: imo & actus ab eo factus non valet, vt sentit Caietanus [d] quod etiam [e] diximus, præsertim quod uti iurisdictione, quam quis non habet, peccatum est lethale, secundum S. Thomam receptum. [f]

Tertio peccat qui ex ordine Mendicantium ad Canonicos regulares vult transire ex dispensatione Papæ: & quia intellexit illam se obtinere non posse, nisi prius habitum dimittat, ob id eum dimisit, & aliquando seculari veste indutus incessit, & postea eam dispensationem impetrans huiusmodi diabolicam astutiam subticet, vt [g] comprobauim⁹. Quocirca huiusmodi religioso consulēdum est id, ꝙ sæpe complures admonuimus, vt videlicet ad pristinam illam suā religionem reuertatur, vel iterū supplicet summo Pontifici, vt ea taciturnitate non obstante, dispensationem ratam, & validam esse velit.

73 Quarto, qui cum esset superior, potestatemq; haberet irritandi, uel oblitterandi aliquod votum, in ipsum consensit: postea uero sine rationabili causa, ipsum ex mera malitia, uel proprio impulsus affectu, uel fingens illud uotū in maximū vergere præiudicium, irritat & annullat, cū parum, aut nihil inde emanaret nocumenti, secundum prædictū Cardin. Caiet. [h] Qui tamen adijcit, subditos non peccare, si non adimpleant votum, quod fuit ita perperam irritatum, sicut etiam superiores nihil peccant, dū legitime irritant subditorum uota solum pro libera uoluntate sua, sine causa aliqua, & malitia, antequam illa approbentur, quoniam in hoc suo iure vtuntur. [i]

74 Quinto qui votum aparentibus suis, uel alijs factum, & a se ratificatum non implet: non autem si non ratificauit, nisi animo seipsum obligandi ad nihil aliud amplius, quam ipse voluerit. [k]

QVIS SVPER VOTO dispensare, aut illud commutare ualeat.

75 *Dispensant soli Prælati Ecclesiastici circa vota.*

75 *Papa solus dispensat super uoto solemni, & alijs quinque.*

75 *Episcopalem iurisdictionem habens an in hoc æquetur Episcopo.*

76 *Episcopus ut dispensat in uoto continētiæ perpetuæ.*

76 *Dispensans, & dispensatus super uoto absq; iusta causa ut peccant.*

77 *Dispensandi una causa super uoto est leuitas uouendi, &c.*

78 *Voto res ablata cui debeatur facta dispensatione.*

98 *Votum omne tollit professio religionis, sed non iuramentum quæ parte proximum tangit.*

79 *Votum qui commutare potest an possit dispensare.*

80 *Voti commutatio vi Cruciatæ faciēda est in eius utilitatem.*

80 *Votum castitatis bis frangit, quæ nubit & consummat.*

80 *Vota futura includit potestas dispensandi.*

80 *Peccata futura includit potestas absoluendi.*

75 CIrca hoc dicimus primo, ꝙ soli plati Ecclesiastici habent potestatem dispensandi, & commutandi uota ꝑꝑ rōnem, quam S. Tho. communiter receptus reddit [l] per illud. [m] *Nam & ego quod donaui, &c.* Dixi, *Et commutandi.* quia nō potest quis auctoritate propria cōmutare uotum, etiam in melius, nisi manifestum sit, illud esse gratius Deo, ut pulchre declarat Caiet. [n] neq; consequēter cōfessarius, neq; alius, cui non sit data facultas commutandi uota.

a Vt dicem⁹ infra c. 22. nu. 47. & 86.
b vbi sup.
c Arg ca. 2 de insti. lib. 9. & l. fina. ff. de iuris. omn. iud.
d 2. 2. q. 88 art. 12.
e In c. quando de iur. iur.
f 2. 2. q. 60. art. 6.
g In præl. c. si quando. de rescript. & c. 6. nu. 4.
h 2. 2. q. 88 art. 8.
i Cap. puella. ca. illud. 20. q. 2. ca. noluit. et c. manifestū. 33. q. 5.
k Ca. licet cū ei adnotat. per oratores de uoto.
l 2. 2. q. 88. art. 12.
m 2. ad Corinth. 2.
n In præfa. art. 12.

Secũdo dicimus,quod ſolus Papa,vel qui poteſtatẽ ab ipſo peculiarem habet poteſt ſuper quinq; votis diſpẽſare,ſcili cet ſuper voto perpetuæ continentię,religionis, peregrinationis in Hieruſalẽ, vel Romam,vel ad S.Iacobum Compoſtellæ.Etenim quamuis nullus textus reperiatur, qui omnia iſta vota ſoli Papæ reſeruet,præter votum in Gieruſalẽ, [a] quinimo neque hoc, qñ ex deuotione, & non in ſubſidium terræ ſanctæ fit, [b] iuxta tamen Romanæ curiæ ſtylum,qui ſatis colligitur ex extrauagãti Sixti IV. [c] omnia hæc ſunt ſummo Pontifici reſeruata. Vnde ſm aliquos, quicumque inferior ab aliquo iſtorum quinque tenetur abſoluere,præterquam quod peccaret mortaliter,pœnam etiam excommunicationis incurreret,[d] quod tamen non eſt verum,niſi de illo,qui ex facultate,vel conceſſione eiuſdem Papæ Sixti IIII. abſolueret:qm̃ de tali tantum ipſa loquitur, vti poſt Sylueſtrum [e] & Angelum [f] nos [g] expreſsimus In cæteris autẽ votis alii Prælati inferiores poterũt diſpenſare,vt Epiſcopi,vel qui iuriſdictionem Epiſcopalem ſortiti ſunt,quamuis Panormitanus [h] ſolam commutandi poteſtatem illis concedat: ſed non eſt verum propter ea:quæ ipſe [i] docuit.

Tertio, quod prælati inferiores epiſcopis, non habentes iuriſdictionẽ quaſi epiſcopalem,nihil tale poſſunt,ſecundũ Innoc. [k] niſi ad hoc præſcriptione, vel priuilegio peculiari muniantur.Verum eſt tamen, prælatos regulares poſſe religioſorum ſuorum vota irritare, [l] id qđ etiam Sylueſter [m] aſſeruit:imo & diſpẽſare ſi ſunt exempti: quoniam eorum iuriſdictio quaſi epiſcopalis reputatur, [n] alias vero minime,quidquid aliqui ſenſiſſe videantur.

Quarto dicimus, quod nullus præter ſummum Pontificem poteſt diſpenſare ſuper uoto continentiæ ſoleñiter emiſſo p̃ ſacri ordinis ſuſceptionem, iuxta communem omnium doctorum ſententiam affirmantium,illum poſſe diſpẽſare in uoto ſollemni per profeſſionem facto,ſi grauiſsima aliqua adſit neceſsitas, ſecundum Innoc. & gloſſam communiter receptam, quam [o] nos [p] copioſe roborauimos.

76 Quinto dicimus,q̃ communis doctorum conſenſus hẽt, q̃ q̃uis epiſcopi non poſsint diſpenſſare in uoto etiã ſimplici perpetuæ continentiæ, niſi ſit magnũ periculum incontinentiæ,& nõ poſſit adiri Papa, [q] vti inferius dicemus, poſſent tñ diſpenſare in uoto coutinentiæ,non perpetuo,ſed ad tempus ſeruãdæ:ueluti par annum, ſecundum Paludanum. [r] Imo.& ſecundum Antonin.& alios idem facere poſſẽt circa uotũ de nũquam contrahendo matrimonio. [s] In hoc ultimo tñ contrarium tenet Caiet. [t] cuius opinio licet alias mihi placuerit nunc tamen magis placet opinio Angeli,& Sylueſt.Tum quia illa ſeruatur in ſacro pœnitentiariæ prætorio. Tum quia præſuppoſita opinione communi, quã ipſe quoq; Caietanus tenet:ſcilicet, materiam uoti ſufficientem eſſe opus, qđ non eſt ſupererogationis,ſed præceptũ, non poteſt uere dici æquiualere uotum de non nubendo, & uotum caſtitatis, per quod cornit eius fundamentum, una cum reſponſionibus ad duo argumenta neruoſa, quæ ipſe contra ſe proponit,quæ nimia ſubtilitate potius,quã æquitate niti uidentur.

Sexto,dicimus,neminem ſibi pſuadere dẽre, ſummum Pontificem pro mera uoluntate ſua ſine iuſta cauſa poſſe diſpenſare,aut commutare uota,neq; omnem diſpenſatum ſine iuſta cauſa poſſe eſſe ſecurum. [u] Neq; obſtat c.ueniens [x] quatenus hẽt,in quocunq; iuramẽto eſſe ſuperioris ius exceptũ : q̃ ẽt in uotis aſſerendum eſt:qm̃ illa uerba non ſignificant excipi uoluntatem Papæ,ut recte ponderauit S.Tho. [y] ſed nullo iuramento,aut uoto iuri & auctoritati sũmi Pontificis derogari,aut detrahi poſſe, quominus cum rationabili cauſa in illis poſſit ſancte diſpenſare.Quamuis in religioſorum uotis,& iuramentis intelligendũ ſit(ſalua ſui ſuperioris uoluntate) & ex conſeqnenti,ſalua uoluntate ſummi Pontificis, qui eſt ſupremus omnium Antiſtes. Non em̃ eſt quoad hoc Papæ tanta poteſtas ſuper alios omnes orbis Chriſtianos,quanta eidẽ, & alijs religioſorũ prælatis ſup̃ religioſos,ut explicuit optime doctiſsimus Caiet. [z] Eſt tamen notandum, quod quæuis cauſa reddens cõplementũ ipſius uoti malũ, uel inutile, uel maioris boni impedimentũ,eſt ſatis iuſta,

[a] Per ca.ex multa. de ſo. 10.adiũ cta glo.ſing. verb.incũb.
[b] Secũdum Panorm. in d.c. ex multa quem ibi ſequitur Rauenuas.
[c] Et ſi domini ci, de pœnit. & remiſſ.
[d] Per dictã extrauag.
[e] Verb.excõmunic.7.caſu 32.
[f] Verb.excõmunic.5.§.31.
[g] Super eãdem extrauagant.
[h] Ca. propoſuit.de conceſ.præb.
[i] In cap. de ſoto.
[k] In d. c.1. de voto ab Hoſt.reliquiſq; omnibus cõiter recept. & a Paior. in d. c.1.explicatum.
[l] Sicut d.eſt ſup.nu.63.
[m] Verb.votum.4.q.3.
[n] Iux. gloſ. ſing. & recep.clem.1. de rebus ecclesiaſt.non alien.num.
[o] In c:cũ ad monaſte. de ſtat.monac.
[p] In c. lite-
[q] Iux.Sylu. verbo votũ. 4.quæſt.4.
[r] In 4. diſt. 38.q.4.
[ſ] Angel.verbo votũ.4. §.9.& Sylueſt.q.4.
[t] Tomo.2. Opuſculor. Opuſcu.11. q.1.
[u] Per gloſ. ſingul. cap. non eſt de ſoto.
[x] De iureiur.
[y] 2.2.q.88. art.2.
[z] In dictũ art.12.

iuſta, & rationabilis ad diſpenſandum, ſecundum omnes poſt S.Tho.[a] Imo etiã ad hoc, vt ſine diſpenſatione implementum eius omittatur, ſi manifeſtum ſit vnum ex tribus ſupra explicatis efficere, vt patet ex his, quæ in ſuperioribus[b] diximus.

77 Septimo dicimus, quod vna ex iuſtis cauſis ad diſpenſandum eſt leuitas, vel facilitas in vouendo, ſecundum Panormit.[c] per illum textum, & S. Anton.[d] Imbecillitas itẽ eius, qui vouit ad exſequendum, q̃ vouit, ſcilicet, ad ieiunandum, vel peregrinandum. Habere item numeroſam familiam, quę abſque notabili nocumento, patroni abſentiã tolerare non poteſt: & alia ſimilia, de quibus certa omnino regula afferri non poteſt, & ſubinde arbitrio ſuperioris definiri debent, iuxta Panorm[c] iuxta quẽ ſufficit[f] neceſſitas, vel vtilitas publica, quæ tamen non requiritur, ſicut quidã ſenſerunt: ſatis eſt enim, vt ſit vtilitas priuata.[g]

Octauo, quod ſuperior, qui votum commutat, debet perpendere vouentis qualitatem, & expenſas, quas facturus eſſet in explendo voto peregrinationis, vel aliorum ſimilium vltra illas, quas domi ſuæ facturus eſſet, illaſque omnes in alia pia opera conuertere, laborem autẽ itineris in ieiunia, & orationes mutare ſm Angel[h] iuxta quem votum ieiunandi a paupere emiſſum minoris redimi poteſt, quam votum diuitis. Item ſi impedimentum ſit temporarium, tunc ſolum dilationem aliquam temporis concedere poteſt.

78 Nono, quod quamuis aliqui crediderint, munus voto promiſſum dadum eſſe illi, cui promiſſum eſt, etiam conſecuta voti diſpenſatione, aut commutatione: oppoſitum tamen verius arbitramur, iuxta mentem S. Tho.[i] Angeli,[k] & Sylueſt.[l] Id quod Caiet. efficaciter probat,[m] & nos efficacius,[n] Poteſt enim diſpenſari in tali voto ſine conſenſu eius, cui vouetur, vt ibi efficaciter probamus. Porro quemadmodum vna ex legitimis cauſis ad votum caſtitatis commutandũ eſt magna fragilitas, quam vouens in ſe ipſo experitur ad obſeruandum votum, & ob quam ſe credit non adimpleturũ, quod vouit:[o] ita etiam certiſſimum eſt quodcumque aliud votum poſſe in religionis votum permutari,[p] etiam ſi ſit Hieroſolymitanum.[q]

79 Decimo dicimus, quod licet quilibet ſimplex ſacerdos poſſit a quocumq; peccato, & quacumq; excommunicatione, & fractione voti in articulo mortis abſoluere: non tamen poteſt aut in votis diſpenſare, aut aliquod illorum commutare. Etenim ſola peccatorum abſolutio, non autem votorum diſpenſatio, vel commutatio illis conceditur, ſecundum mentem omnium doctorũ, q̃ etiã explicuit Sylueſter.[r] Quod quidem etiã in multis Iubilæis videmus accidere, noſq; etiam,[s] comprobauimus eum, q̃ non habet ampliorem auctoritatẽ, quã commutandi, non poſſe diſpenſare: & q̃ non habet poteſtatem niſi ad eiſpẽſandum, non poſſe commutare, cum iſta inter ſe ſint valde diuerſa: & poteſtas, & priuilegium diſpenſandi poſſit aliquid operari, abſq; eo quod ad commutationem extendatur.

Illud autem, quod Sotus,[t] aſſeruit, forte rem non adeo perpendẽs ſcilicet, eum qui habet poteſtatem ad diſpẽſandum, quod amplius eſt, habere etiam ad commutandum, quod minus eſt, forſan verum eſt in illis, qui ſunt huiuſmodi auctoritatem ſortiti iure communi, & tamquam ordinarij: non autem in his, qui priuilegiorum vi, & tamquã delegati eandem adepti ſunt,[u] & notatur in c. 1.[x] vbi poſt alios reſoluit Decius, priuilegium ita interpretandum, ut aliquid operetur contra ius: ſed dato aliquo tali, in reliquis eſt reſtringendum: quia priuilegia ſunt reſtringenda.[y]

Vndecimo dicimus quod Papa Innocentius VII. conceſſit confeſſarijs ritę præſentatis ex Ordine fratrum Minorum, ut poſſint in omnibus uotis diſpẽſare, in quibus poſſunt Epiſcopi, præter quam in voto peregrinationis ultra duas diætas, in conceſſione 115. quod etiam commemorat Compendium priuileg. relig. Idem etiam poſſunt confeſſarij Ordinis Dominicani, & aliorũ, qui priuilegiorum Ordinis S. Franciſci ſunt participes.

Duodecimo dicimus quod aliqui ſimplices in eo ſunt errore, ut ſimul atque diploma ſiue bullam acceperunt, in qua

a 2.2.*q*.88 *art*.10.
b Num. 24 *& ſeq. poſt S.Th*.15.2. *q*.88.*ar*.10 *&* 12.
c In cap.1. *de uoto*.
d 2.*par*. *ti*. 11.*cap*.1. *in princ*.
e In cap.1. *de uoto*.
f Per finem c. ex multa de uoto.
g Arg. cap. 1.*&* 2 *de voto*.
h Verb. *uotũ*.4.§.12.
i In 4.*libr*. *ſent diſ*. 38 *q*.1.*arti*.3. *&* 2.2.*qu*. *ult*.*ar*.3..
k verb. *uotũ*.3.§.26.
l Verb.*uotũ* 4.*q*.1.
m Tomo 2. *Opuſcu*. 11. *q*.1. *de uoto nõ nubẽdi*.
n In trac. de reditib. *eccleſiaſticis*.*q*.1. *mo*. 71. *n*.1.
o Angelus verb. *uotũ*. 4.§ 6.
p Caiet. in ſum.*uerbo uoti cõmutatio*.
q C. ſcripturæ, *de uoto*.
r verb. *uotũ*.4.*q*.13.
ſ In §. *in A Leuitico not*.27.*nu*. 1. *& ſeqq*.
t Lib. 7.*qu*. 4.*art*.3. *de iuſt*. *& iur*.
u Arg.*cap*. *priuilegia* 3.*diſt*. *& c. ſane*, *& ca. porro*.*de priuileg*.
x De reſcr.
y Dic.*c*.*porro de priui*.

BIBLIOTECA PROVINCIAL
CAD INTELECTUAL VIAN

Papa concedit, ut confeſſarius poſſit certa illorum uota uel commutare, uel diſpenſare, credant ſe ſtatim a ſuis votis liberari. Etenim aliud eſt committere poteſtatem diſpenſandi, uel commutandi, aliud uero diſpenſare, & commutare [a] quocirca ab ipſo confeſſario petere debent, vt ſua debita in alia opera pietatis commutet, aut diſpenſet. Enim vero niſi confeſſarius fuerit requiſitus, imo etiam ſi fuerit, niſi diſpenſauerit, aut cõmutauerit, licet alias ab omnibus peccatis abſoluat, & plenariam indulgentiam illis concedat, vota adhuc ſicut antea in ſuo vigore perſeuerant.

a Cap. gratum & ca. relatum, de offi. delega. adiũcto. ca. ſicut nulla, de præb. lib. 6. & cap. ſi. ſuper gratiam, de offic. delegat. eodem libr.

Decimotertio, quod etiam ſi votum neminem alium, etiam ſi ſit hæres, quã ipſum uouentem obliget, quoad obligationem perſonalem, ſicut dictum eſt, neque quoad realem ex ui uoti: obligat tamen eum ex ui pacti, contractus, & promiſſionis eo modo, quo obligaret eum iuramentum alterius, [b] quamobrem populus, qui nunc eſt, tenetur ad implenda uota de obſeruatione feſtorum, aut aliarum rerum eiuſdem populi, qui centum ab hinc annis præceſſit: quandoquidem eſt unus idemque populus, [c] aut ex ui uoti, quia eſt idem populus, aut ſaltem ex ui contractus, & promiſſionis, quæ in ſucceſſorem uniuerſalem pertranſit. [d]

b C. ex parte, de conſtitus & notatur in ca. 2. de paſt. lib. 6. & in ca. cum Clarcus de foro compet. & Fel. in c: cũ ſit. num. 9. eod. tit. u.

c C. deniq; 7. q. 1. ubi gl. & l. proponebatur. ff. de iudic. d l. 1. & 2. C. de hæred. action.

Admonemus inſuper confeſſarios, q uota per bullas Cruciatæ commutant, quod commutatio in vtilitatem ipſius Cruciatæ fieri debet: in quo multi errant commutantes ea in ieiunia, orationes, peregrinationes, miſſas, & eleemoſynas pauperum: quia tenor bullæ habet, ut huiuſmodi commutatio fiat in utilitatem Cruciatæ, & idem dicendum eſt de his, qui commutant uirtute Iubileorum, aut aliarum gratiarum, quæ præcipiunt hoc facere in utilitatem aliquorum locorum particulariũ. [e]

e Arg. l. illud ad l. Aquil.

Decimoquarto, quod quæſitum eſt nuper a nobis: An qui contra ſimplex caſtitatis uotum contraxit matrimoniũ teneatur ingredi religionem, antequam illud conſummet: cum illo modo ſuum uotum perſoluere poſſit, & non alio, & Silueſtro [f] uiſum fuit, quod ſic, & Soto quod non, [g] & nobis prima fronte opinio Soti uerior uiſa fuit: quia uotum ingrediendi religionem non fecit, & quia videtur ſufficere, ut ſuum uotum nõ pe tendo debitum impleat, quamuis reddendo petitum, matrimonium conſummat. Sed poſtea, omnibus ſatis perpẽſis, Silueſtri uerior uiſa eſt: tum propter eius rationem. tum quia omne uotum oblata opportunitate perſoluendũ eſt, & opportunitatem in id adeſſe, negari non poteſt, antequam matrimonium cõ ſummetur, [h] tum quia S. Thomas, & Richardus [i] tenent, quod qui contra uotũ caſtitatis matrimonium contraxit, conſummando illud peccat, quod uerum non eſſet, ſi poſt contractum, & non cõſummatum ad ſeruandum uotum caſtitatis non teneretur, quod ſeruari ſine ingreſſu religionis nequit.

f Verb. matrimonium. 7. q. 1.

g In 4. lib. ſent. diſt. 38 q. 2. art. 1.

h Cap. commiſſum. de ſponſalib.

i In 4. diſt. 18.

Neque obſtat, quod ingreſſum religionis formalem non uouit, quia ſufficit aliud illi propinquum feciſſe, ex quo, & eius tranſgreſſione vna virtualis ad illud obligatio naſcitur. Tum quia idem Sotus fatetur, quod uotum religionis poſt contractum, & nondum conſumma tum matrimonium, ad ſui ingreſſum obligat: & non alia ratione, quam quod adhuc perſolui poteſt, & eadem ratio uoto caſtitatis conuenire videtur.

Ex quo ſequitur, quod votum religionis, quoad hoc non eſt firmius, quã ſimplex caſtitatis, & quoad alios effectus in firmius eſt: quia qui religionis ingreſſũ vouit, fornicando nec ante, nec poſt matrimonium contra illud peccat, & qui caſtitatem vouit, ſic quia votum religionis ante profeſſionem non magis ad ſeruandam caſtitatem, quam ad ieiunium, & alias cæremonias, & ſtatuta religionis ſeruanda obligat. Vnde ſequitur, quod qui contraxit matrimonium, & conſummauit contra ſolum ſimplex religionis votum, poſtea reddere, & petere debitum ſine alia diſpenſatione poteſt: quamuis qui contraxit contra votum caſtitatis, iuſta diſpenſatione ad id indiget, quæ eſt quotidiana, & ſingularis concluſio. Quibus omnibus eſt conſequens, quod qui caſtitatem vouit, & matrimonium contraxit, & poſtea conſummauit, duo peccata commiſit. Vnum in contrahendo, alterum in conſummando: quamquam Sotus tenet, non niſi vnum committere, & verum eſſet,

eſſet, ſi vera eſſet eius altera opinio ſuperius refutata.

[a] Lib. 7: q. 4.art.3. de iuſtitia & iur.

Quibus omnibus adde,quod Sotus,[a] tenet quod per Cruciatam poteſt quis abſolui a peccatis poſt eam conceſſam commiſſis,non tamen diſpenſari in voto poſt eam facto , ſed non recte. Tum quia omnes rationes , quæ adducuntur ad probandum Iubilæa , & alia indulta ad abſoluendum a peccatis conceſſa , includere peccata futura, niſi excipiantur,concludunt etiam vota futura,quorum relaxandi poteſtas in eis fit , ut uideri poteſt per rationes,quas nos in tractatu de indulgentijs, [b] aſſeruimus contra gloſſam [c] quæ tenuit includere futura peccata . Tum quia facultas, quam ſancta Sedes Apoſtolica facit ſuis Legatis ad diſpenſandum ſuper votis,extenditur ab eis ad futura . Tum quia commiſſarij Cruciatarum paſſim relaxant , vel commutant vota facta poſt illas conceſſas .

[b] Super. §. in Leuit.de pœn.diſt.1. not 34.n.4

[c] Extraua gã.2.de pę. & remiſſ.

DE PRAECEPTO ſecundo , quo ad blaſphemiam .

81 *Blaſphemia quid? & eſt duplex , mentalis & vocalis .*

82 *Blaſphemia eſt contraria confeſſioni fidei.num . 83. Et ſecundo præcepto. &c*

83 *Blaſphemus quomodo abſoluendus .*

85 *Blaſphemus quis iocando, aut turpiter nominando,uel peccat ,*

86 *Maledicẽs creaturis quis blaſphemus .*

87 *Blaſphemus an ſit,qui cantilenas profanas diuinis admiſcet .*

88 *Interrogatus quod ſcit qui, & vt iuſte negat .*

89 *Iuramentum quod ligat poſt , ad quod non ligat cum ſit .*

81 DE blaſphemia,quæ etiam p hoc ſecundum præceptum vetatur, dicimus primo , quod ſecundum Ambroſium, [d] Alex.Halenſem, [e] & S.Thomam [f] communiter receptos, Blaſphemare eſt,*dicere tacite,vel expreſſe, uerbo, uel ſcripto contra Deum , aut eius ſanctos quidpiam contumelioſum,* & quod quidẽ fit vel tribuendo Deo,quod illi non conuenit,uel auferendo quod conuenit,vel tribuendo creaturæ , quod ſolius Dei proprium eſt:quod ſi ſola mente dicit , eſt blaſphemia mentalis,ſi verbo,vocalis:ſi autem ſcripto ſcripta .

[d] In lib.de paradiſo.

[e] Part. 2. ſummæ. q. 148.

[f] 2.2.q.13. Blaſphemare quid.

82 Secundo dicimus , quod blaſphemia eſt confeſſioni fidei,& charitati diuinæ contraria , & diuino honori uidetur derogare,& propterea peccatum eſt mortale grauiſſimum,ſecundum S.Thomam communiter receptum . [g] Quãuis neque blaſphemia exterior,neq; interior, ſecundum ſe tantum ſit dicenda hæreſis: aliud eſt enim credere,aliud dicere,etiam ſi ſola mente dicatur,& blaſphemia in dicendo , hæreſis autem in credendo conſiſtit ſecundum vtrumque Thomam [h] vbi adiecit Iunior trib⁹ modis contingere aliquid dicere ſcilicetde ſiderando,præcipiendo,affirmando.

[g] 2.2.q.13. ar.1.2.&3

[h] Dicta q. 13.

83 Tertio dicimus quod nullus blaſphemus debet abſolui , etiam in foro conſcientiæ,abſque eo,quod arbitrio ſe ueri cuiuſdam confeſſarij grauiſſima illi pœnitentia imponatur : quod ſtatuit Conc.Lateranenſe vltimum,[i] ſub Leone X quod nos in cap.inter verba [k] trãſtulimus& elucidauimus .

[i] Seſſ.9.§. ad abſoluẽ

Quarto , quod interrogatus : An teneatur quis corrigere alterum : quem blaſphemantem audiuit,quamuis emẽdatio non ſperetur . Reſpondi , quod ſic , & quod id acriter facere tenetur , ſi ſine ſuo periculo facere poteſt , vt ſancitum eſt a præcitato Concilio Lateranenſi .

[k] 11.q.3. concluſ. 6.

84 Quinto , quod contra hoc ſecundum præceptum quatenus blaſphemiã vetat,peccat mortaliter,primo, qui blaſphemat contra Deum,uel Sanctos , his his vtens loquendi modis, Pigeat Deũ , vel,Doleat Deus, Non credo in Deum, uel denego , aut maledico Deum , &c. vel dicens,Deum non eſſe miſericordẽ, non ſeruare iuſtitiam , eſſe acceptorem perſonarum,non videre quæ aguntur in mundo , aut non curare humana,aut illum iniuſte punire , vel hoc , aut illud non poſſe efficere , vel tribuit homini , quod ſoli Deo conuenit,quale eſt,homi nem beatum facere , uel poſſe uentura prænoſcere,ſecundum prædicta:quamuis iocoſe iſta diceret , ſi attendit, quid uerba ſignificant , & cum deliberatione illa protulit. [k] Is enim,ſi tantum irę ſu

[l] Secũdum Bernar. de Buſto. 1. part. ſermone 17.

rore correptus, & paſſione excæcatus in ſimilia verba prorupit, vt quid diceret, quidve verba ſignificarent minime aduerteret, tãtum venialiter peccat, iuxta
a 2.2.q.13 art.2. Sãctũ Thomam. [a] Si vero attendit eſſe verba blaſphemiæ, mortaliter delinquit etiam ſi repentina correptus ira, verba protulerit, ipſumque ſtatim pœnituerit illa dixiſſe, ſecundum eundem. [b]
b Vbi ſupr. Neque quidquam ad rem facit, an ſubitanea illa ira ex iniuſta cauſa originem
c Verb. blaſphemia. §. 6. habeat, vel ex ludo, ebrietate, vel aliqua occupatione circa rem illicitam, ſecundum Angelum, [c] etiam ſi contrarium teneat Panormit. [d] cuius dictum eſt verũ, quantum attinet ad forum exterius. Neque ſatis eſt ad peccandum mottaliter, quod talis inconſideratio ex deprauata quadam conſuetudine cum propriæ ſalutis contemptu coniuncta, vel ex culpa lata procedat, iuxta Sylueſtrum [e] dummodo illa inconſideratio prolationi talis blaſphemiæ cauſam dederit, hoc eſt, quod ſi animaduerteret id quod pronũciat, non pronunciaret illud ſecundum Caietanum. [f]
d In c. Statuimus, de maled.
e Verb. blaſphemia. q. 4
f In sũma verbo blaſphemia.

85 Secundo peccat mortaliter, qui Deum, vel Sanctos iniurioſe nominat, pudenda ipſorum membra proprijs nominibus explicans, & aduertens quod dicit, etiam ſi iocandi gratia id faceret, [g] quamuis yti iſtis modis loquendi, puta, Per corpus Domini, Per ſanguinẽ eius, ſiue iurando, ſiue cum alio contendendo, non eſt blaſphemia, [h] quoniam poſt Chriſti incarnationem Deus dicitur habere corpus, & ſanguinem, in quantum homo, non autem in quantum Deus, de quo in additione, cap. quando [i] copioſius diximus.
g Angel. in interrogatione 1. præcepti.
h Caie. ubi ſupra.
i De conſe. diſt. 1.

86 Tertio, qui maledicit alicui creaturæ ratione carenti, in quantum eſt creatura Dei: eſt enim blaſphemia perinde ac maledicere Deum, ſi tamẽ ſimpliciter maledicit, non intendendo aliquid amplius, tunc ſolum erit verbum otioſum & vanum. ac conſequenter veniale tantum quod etiam placuit Caietano. [k]
k 2.2.q.13 art.1.

87 Quarto, qui diuino cultui cantilenas ſeculares profanas & turpes admiſcet, ſiue illa voce humana, ſiue alio organo proferantur: vel patitur, aut procurat, vt miſceantur, quoniam in hoc culeui eccleſiaſtico, & Deo ipſi irrogatur iniuria, [l] quem nos etiam in Enchirid. de Orat. [m] ſequuti ſumus (quod ipſum decreuit nunc Concil. Trid.) [n] vbi etiam cum eodem Caietano adiecim[o], quod ſi aliqui præ ruſtica ſimplicitate exiſtimarent iſta licere recreandi animi gratia, quoniam vident communiter in his vſum, & conſuetudinem inualuiſſe, ſi tamen intelligerent id eſſe illicitum, & ſcelus eſſe mortale, nullatenus id facerent, excuſarentur quidem a tanto, ſed non a toto. Nunc autem dicim[o] nobis non videri lethale crimen, niſi cũ cantilena eſt tũrpis & laſciua, vana & profana, & cantatur durante diuino officio ab his, qui iam ſunt præmoniti id non licere. Idem aſſerimus de his, qui in nocte Natalis Domini turpes rhythmos, vel ſcommata ſibi inuicem occinunt, vel execrationes quaſdam interſerunt, tempore quo dicturi lectiones petunt benedictiones, vt diximus. [o]
l Iux. Caie. 2.2.q.91. & in ſumma verbo organorum vſus.
m Cap. 16. n. 42. & 48
n Seſſ. 22. ĩ decreto de obſeruãdis, & euitãdis in celebratione Miſſæ.
o In dict. c. 16. nu. 42.

88 Rogatus autem, An ille, qui furatus aliquid interrogatur a iudice incõpetente, vel alio ſine iuris ordine legitimo, vtrum tale quid ſit furatus, poſſit ſe cura conſcientia reſpondere verbo abſolute & ſimpliciter, ſe id non eſſe furatum, intelligendo intra mentem & tacite penes ſe, quod non eſt furatus illo die, menſe, vel anno: puta anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo vel ſecundo &c. reſpondi affirmatiue per fundamenta ſolida, & irrefragabilia, quæ [p] Paludano, Gabriele, & Adriano, & alijs pleriſq; tenentibus, & affirmantibus, præfato modo reſpondẽtem non mentiri, adduximus, infra. [p]
p Cap. 25. nu. 43.

89 Rogatus item, An iuramentum de actu, qui tempore iuramenti eſt illicitus, liget iurantem pro tempore, in quo fuerit licitus: puta iuraui numquam ingredi talem domum odio matris meæ, quæ eam inhabitat, qua mortua, incipit habitari ab alia, quæ poteſt eſſe mihi occaſio peccati? Reſpondi partem affirmantem eſſe veram in iuramento generali, & apto comprehendere eundem actum, tam tempore, quo eſt illicitus, quam quo eſt licitus, partem vero negatiuam in iuramento ſpeciali, vel reſtricto ex natura verborum, vel ex cauſa, ob quam fit, vel alijs circumſtantijs ad

actum

actum illicitum pro tempore, quo est illicitus. Exemplum primi, Iurauit quis generaliter seruare omnia statuta Ecclesiæ N. inter quæ tempore iuramenti inuenitur vnum factum contra canones ab episcopo & capitulo, cuius obseruantia est illicita, [a] postea vero confirmatur illud ex certa scientia a S. Sede Apostolica, quo eius obseruantia fit licita, is tenebitur seruare illud statutum post confirmationem Papæ vi iuramenti, cũ comprehendatur sub illo, & posit seruari sine interitu uel dispendio salutis æternæ. [b] Iurauit quis generaliter, nũquam intrare talem domum nulla adiecta causa speciali, quod per prædicta, [c] temerarium siue vanum est, si tamẽ postea incipit inhabitari ab aliqua, cuius consortium teneatur ille vitare, pro tẽpore inhabitationis illius ligabit eum iuramentum, quia nec ex natura verborum, neque ex causa, vel alia circunstantia restringitur ad solum tempus, quo illicitum, vel temerarium, aut vanum est. Exemplum secundi: iurat quis nũquam intrare talem domum, donec mater eius eam inhabitauerit, uel ob causam finalem euitandi eius bonam conuersationem, quod illicitum est, si postea alio migrauerit mater: & eam inhabitare cęperit alia, cuius conuersatio esset magna peccandi occasio tali iuranti, poterit quidẽ intrare illam sine violatione iuramenti: quamquam alia de causa deberet id euitare: quia iuramentum illud fuit restrictum ex natura verborum vel ex causa finali ad tẽpus, quo erat temerarium, vel illicitum, & actus agentium non operantur vltra intentionem eorum. [d]

a Arg. cap. quod super iis, & ibi citat. Fely. de maiori. & obediene.
b Arg. ca. si vero de iureiur. & c. quãuis. de pact. eo. tit. lib. 6.
c Supr. nu. 17. & seq.
d l. non omnis. ff. si certum pet. & cap. fin. de prab.

DE OBSERVATIONE festorum, quod pertinet ad tertium præceptum Decalogi, Sabbatha sanctifices. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Festi dies omnes Christianorum sunt lege humana inducti.*
2 *Festi obseruatio nunc non tam stricta ac olim.*
2 *Festis diebus præcipimur audire missam, & cetumur opus seruile facere.*
2 *Finis præcepti alius ab eo non est in præcepto.*
3 *Seruilia opera quæ sunt.*
3 *Seruilia septem opera permittuntur.*
4 *Festa ut potius relaxantur ob necessitatem, quam ob pietatem.*
5 *Festis q licet gratis, licet ob mercedẽ.*
5 *Festa, inducunt, tollunt, & moderantur lex & consuetudo.*
5 *Festa sua omnis regio, & morantes in ea debent obseruare.*
5 *Festos dies quos viator seruare tenetur.*

1 CIrca hoc dicimus primo, omnia Christianorũ festa, etiam dies dominicos, solo humano iure, nulla uero iure diuino naturali, aut supernaturali esse in ecclesiã introducta, vt [e] cõprobauimus, id quod ẽt sentit Ioan. Turrecremata, [f] & clarius Archid. [g] & S. Thomas, [h] supra omnes tamen Thom. Valdensis, [i] vbi ad hoc adducit B. Hieron. & Remigium: quamuis Panormitanus [k] cum multis alijs, & Angelus [l] teneant, saltem dies dominicos iure diuino festi nos esse, quam sententiam Sylvest. [m] cõmunem esse asseruit. Verumtamẽ quod modo definiuimus est tenendũ. Etenim quamuis ius naturale, & diuinum præcipiant nobis, Deum ipsum honorare & reuereri, non tñ definiunt tempus, quo in nouo testamẽto id facere teneamur: solum autem ius humanũ decernit, statuitque certos dies, in quibus ab operibus seruilib⁹ cessare, oportet, ut id faciamus. Nec obstat capit. liceti quo ipsi nituntur, quatenus habet, quod tam veteris, quã noui testamenti pagina septimum diẽ humanę quieti deputauerit, quoniam potest noue, & singulari modo responderi, ad summum probare, qđ in vtroq; tam nouo, quam veteri testamento inuenitur, quod vnus de septem diebus debet obseruari: non tamen qđ hoc Deus præceperit in vtroque. nã licea id præceperit in veter[n] testamento præcepto cæremoniali: in nouo tamen Testamento, in quo illud cessauit, a principio Apostoli auctoritate sua, & non lege diuina cœperunt diem Dominicũ obseruare, idemq; facere fidelibus præceperunt Vnde infertur, qua fit consuetudinis vis circa custodiam & obseruationem festorum. [o]

e In c. licet de feriis, & in cap. 1. de consecr. d. 3 f In dic. c. 1 g In c. ieiunia. eadem dist. 3. h 2. 2. quæ. 122. art. 4. & 5. S. Anton. 2. part. tit. 9. cap. 7. §. antep. & Ioã. Maior. in 3. lib. sẽt. dist. 27. q. 23.
i De sacramẽtal. c. 14 k cap. licet. de feriis. l Verb. feriæ. §. 43. m In verbo Dominica. q. 1. uers. 7. n De feriis. o Arg. c. fi. de consuet. & l. 2. Co. quæ sit longa consuetudo.

Festa Christianorum non sunt de iure diuino

Secun-

2 Secundo dicimus, quod ius humanum Chriſtianorum non adeo ſtricte præcipit, ſuos dies feſtos obſeruari, ac ius diuinum antiquum ſuum illud ſabbathũ tradidit obſeruandũ. Vnde S. Thomam[a] communiter receptum. Quapropter multa nobis in diebus dominicis fieri permittuntur, vt præparare cibos, & alia huiuſmodi, quæ nullatenus in ſabbathis veteris Legis fieri poterant. Vnde etiam conſequitur, vt circa prohibita in noſtris feſtis nobis ſit facilior diſpenſatio, quam in rebus prohibitis in ſabbatho illo antiquo ſecundum eundem S. Thomam.[b]

Tertio dicimus, quod hoc præcepto de colendis feſtis non præcipitur cultus diuinus interior, qui in meditando, & colendo Deo conſiſtit: ſed tantum exterior, qui conſiſtit in audienda Miſſa,[c] & in abſtinẽdo ab operibus ſeruilibus exterioribus,[d] quæ miniſterio corporis ſunt exercenda, ſicut eleganter docuit Caietanus:[e] quoniam quamuis finis huius præcepti ſit, ut homo Deo vacet, ipſoque fruatur, & in eo quieſcat, vt docuit S. Thomas.[f] quando tamen finis præcepti eſt aliud a re præcepta, tunc non cadit ſub præceptum, ſicut idem S. Thomas communiter receptus,[g] aſſerunt. Verum eſt tamen, quod ſunt neceſſaria propoſitum & attentio interiora ad recte audiendum ſacrum, quod ſit religionis opus.

3 Quarto dicimus, in diebus feſtiuis non omnia opera prohiberi, ſed tantũ ſeruilia, quæ ſunt illa, quæ proprie ſeruientibus conueniunt, iuxta illud.[h] *Omne opus ſeruile non facietis in eo.* Non autem illa, quæ communia ſunt tam iis, qui ſeruiunt, quam illis, quibus ſeruitur ſecundum eundem S. Thomam.[i]

Quinto dicimus, quod ex ſupradictis infertur, ſeptem generum opera notata a S. Thoma[k] in diebus feſtis licite exerceri. Prima illa, quibus in diuino cultu Deo ſeruimus,[l] Secunda quibus ſpiritualia exercemus, quale eſt docere verbo, vel ſcripto.[m] Tertia, quæ ſunt ad ſalutem propriam neceſſaria.[n] Quarta, quæ ad ſalutem corporalem proximi ſunt neceſſaria.[o] *Erue illos, qui ducuntur ad mortem.*[p] Quinta, quæ ſunt neceſſaria ad vitandum damnum ſibi, vel proximo imminens.[q] *Non videbis bouem fratris tui. &c.* Sexta quibus parantur cibi per conſuetudinem Eccleſiæ. Septima, piſcari quandoque per conſuetudinem ciuſdem Eccleſiæ.[r]

Sexto dicimus, quod quinque ſunt opera non ſeruilia, quæ prohibentur in feſtis iure canonico, nam[s] prohibentur mercatus, iudicium, ciuile uel criminale, & iuramentum: niſi pro pace, uel alia neceſſitate præſtetur, & omnis proceſſus & ſtrepitus iudicialis, niſi pietas ſua deat, & neceſſitas vrgeat.

4 Septimo, quod non omnia, quæ poſſunt fieri gratia neceſſitatis, poſſunt fieri ratione pietatis, nam propter neceſſitatem omnia opera tam ſeruilia, quam non ſeruilia, exerceri poſſunt, ſed non omnia permittuntur cauſa pietatis, ſi per pietatem intelligamus virtutem illam, qua patriam, & parentes uenerамur, ſicut accepit Marcus Tullius,[t] & Auguſt.[u] Neque ſi pietatem pro miſericordia accipiamus. Etenim quamuis opera, quæ ex natura ſua ad miſericordiam pertinent, ut veſtire nudum, alere pauperem,[x] in omnibus diebus feſtis poſſint licite fieri,[y] imo & opera iudicialia,[z] alia tamen opera ſeruilia, quæ ex ſola intentione operantis ad miſericordiam diriguntur, fieri nequeũt, quãobrem qui ſub miſericordiæ & pietatis prætextu, abſque alia vrgente neceſſitate in diebus feſtiuis ædificant, vel reficiunt pontes, ſternunt uias, tota errant via iuxta Caietanum.[a] At vero ſi per pietatem cultum Dei intelligamus, tũc dicimus, omnia illa opera, quæ ſuapte natura immediate tendunt in honorem Dei, veluti portare crucem, & reliquias ſanctorum, licite fieri poſſe. Imo & alia, quæ ſunt veluti præambula & præparatoria horum, quæ ſimul vel paulo ante ſolent fieri: veluti pulſare cymbala ante miſſam, vel veſperas. Diuerſa tamen ratio eſt de aliis operibus, quæ licet ſint præparatoria in ſupradicta, ante tamen feſtum ipſum commode poſſunt fieri, qualia ſunt formas (quas hoſtias vocamus) conſecrandas effingere, verrere, Eccleſiam, tapetibus ornare, & multo minus illa opera, quæ ſecundum ſe non deſeruiunt diuino cultui, neque ſunt præparatoria in illum, qualia ſunt ara-

re,

a In dic. q. 122. art. 4.
b In d. ar. 4
c C. miſſas. de conſecr. diſt. 1.
d Cap. ieiunia cum gl. & Archid. de conſecr. diſt. 3.
e 2. 2. q. 122 artic. 4. in princ.
f Ibidem.
g 1. 2 quæſt. 100. art. 9.
h Leuit 23.
i In d. quæ. 122 art. 4. ad 3
k In d. art. 4.
l Ioan. c. 3.
m Iux glo. mirabilem. ea. 28. numerorum.
n 1. Mach. 4.
o Et c. diſcipulos. de cõ ſecr. diſt. 5.
p Prouer. 4. cap. non in inferenda. 2. q. 3.
q Deut. 22
r Cap. licet de feriis.
s In c. 1. de feriis.
t 3. Rhetor. ad Heren.
u Ca. 1. 22. q. 1. et li. 10 de ciuit. c. 1
x Cap. tria. 45. diſt.
y Iux. gloſ. cap. fina. de feriis.
z Dic. c. fi.
a 2 2. quæ. 122. art. 4.

re, ſerere, & metere ad aliquod ſubſidium Eccleſiæ præſtandum, quo diuinus cultus ibi fiat. nam iſta non ſunt licita, niſi iuſta intercedat neceſſitas, vt ſi Eccleſia adeo eſſet tenuis & pauper, quod neceſſarijs ad cultum careret.

5 Octauo dicimus, quod tam licite ac principaliter poteſt fieri in diebus feſtis ob pecuniam, quod gratis licite fieri poteſt in eis, quam licite & principaliter ob eam quouis alio tempore id fieri poteſt, & quod propoſitum & intentio lucrandi, non facit ut opus, quod alias ex ſuo genere nō eſt ſeruile, ob hoc fiat tale formaliter, uel materialiter. Quod poſt Cardin. Caietanum [a] validiſſimis rationibus, [b] comprobauimus, quamuis Richardus [c] & Ioan. Tabien. [d] & Syluester. [e] non ſatis rem perpendētes, contrarium teneant. Quibus addo, quod nouiſsime Concil. Trident. [f] declarauit, dies feſtos i ſuo epiſcopatu ſeruari ab epiſcopo præceptos, a religiosis quamuis exemptis, ſeruandos eſſe.

Nono dicimus, quod quamuis feſta, quæ iure communi ſunt omnibus obſeruanda, ſint iam expreſſa & determinata, g multa tamen ex eis abſtulit conſuetudo, & alia [g] induxit. quapropter in ſingulis regionibus illa feſta obſeruanda ſunt, quæ lex, aut conſtitutio ſynodalis recepta, & non abrogata, vel cōſuetudo præſcripta, ibi præcepit obſeruari, [h] quandoquidem, vt dictum eſt ſupra, [i] omnia ex lege humana inducta ſunt.

Ex quo infertur primo, quod ſi conſuetudo præſcripta præcipit id, quod paſſim fieri videmus, ut a media nocte vſque ad mediam noctem feſta ſeruentur, neutiquam ſeruanda ſunt a primis veſperis vſque ad ſecundas veſperas, quamuis ius ipſum commune id præcipere videatur, [k] & quod ſi vſus haberet, ut ſolum ſeruentur vſque ad meridiem, vel uſq; ad ſolemnia miſſarum peracta, poſtea poſſent opera ſeruilia fieri.

Infertur ſecundo, quod una quęque prouincia, aut ciuitas obſeruare tenetur illa, eo modo, & tantum, quæ, quomodo, & quantum conſuetudo ipſius præcipit obſeruari.

Infertur tertio, quod qui degit in aliquo loco, tenetur obſeruare feſta illius loci ubi tunc degit: non autem illa feſta, quæ in eius propria patria obſeruātur, argum. cap. illa adiuncta gloſſ. [l] ibi, *Dum fueris Romæ, Romano ſtuito more, dum fueris al bi, ſtuito ſicut ibi.* Vt de ieiunijs, & de facultate non edendi, vel edendi oua, lacticinia, aut animalium inteſtina in diebus Veneris, ſabbathi, & alijs diebus vigiliarum, ieiuniorum, & abſtinentiarum dicetur inferius. [m]

Infertur quarto, quod operarij qui, ad locandas operas ſuas vadunt in alias regiones, non tenentur obſeruare dies feſtos ſuorum locorum, ſed illorum, vbi ad tempus commorantur.

Infertur quinto, quod perperam agūt parochi ſuis parochianis pœnitentias, aut publicas pœnas imponentes: eo qđ in feſtis illis, quæ in propria ſua parochia obſeruantur, in alijs ubi illa non ſeruabantur, operas ſuas conducti præſtiterunt.

Infertur ſexto, poſſe rationabiliter teneri eos, qui in feſti vigilia, & etiam in ipſo die feſto, a ſuo proprio loco in alium laborandi gratia commeant, vbi feſtum illud non obſeruatur, iuxta rigorem iuris nullatenus peccare: ſiquidem non violant feſta, ubi obſeruari debent, dum tamen ſi eodem die egrediantur, miſſam audiant, quoniam dies feſtus, vbi ipſum deprehendit, ad ipſum obligauit: ut ego iter faciens, non ſemel putaui me ad audiendam miſſam, uel faciendum obligatum: eo quod ante meridiem tranſibam, egrediebar, & ingrediebar aliquem locum, ubi obſeruabatur aliquod feſtum, quod alijs in locis non erat obſeruandum: quamuis crediderim ſolum tranſitum non adeo obligare.

MODI PECCANDI mortaliter vſitatiores contra hoc tertium præceptum de colendis feſtis.

6 *Feſtum, qui violat, peccat mortaliter, niſi aliquod horum excuſet.*

7 *Feſtum qui violat iter agendo, deferendo onera, &c.*

7 *Feſtum qui uiolat, ut, metu, præcepto, uel coactione, ut peccat.*

8 *Feſtum ut uiolat, qui uendit, emit, permutat, &c.*

9 *Feſtū an uiolet tōſor, piſcator, molitor,*

Fe-

a 2.2. *quæ.* 122. *art.* 4. *& in ſumma, uerbo feſtos pagina penul.*

b In c. ieiunia, de conſecr. diſt. 3.

c Li. 3. *d.* 37 *& Ang. uerbo. feria.* §. 9.

d Verb. feriæ, nu. 17.

e Verb. dominic. q. 4.

f Seſſ. 25. *c.* 12.

g In c. pronuntiandū de conſecr. d. 3. *& cap. conqueſtus de ferijs, & alibi.*

h Per prædicta c. &c. fi. de conſuetud.

i Eod. cap. num. 1.

k Cap. 1. *de feryis.*

l 12. *diſt.*

m Cap. 23. *n.* 119. *poſt Card. et Panorm. ibi citatos.*

10 *Festum an violet laborans pro pauperibus, pontibus, & vijs. num.* 1.
11 *Venator quis violat festum.*
12 *Festum an violet mulio, qui in eius ui gilia mittit iumenta operatura.*
12 *Consulere pro lucro an liceat festis.*
13 *Festum an uiolet ob pietatem, uel necessitatem, vel sine illa transcribens librum pulsans lyram, canens, &c. num.* 14.
15 *Festum an uiolet laborans ob necessitatem, qui ludit, saltat, venatur, & otio se tota die uagatur.*
15 *Festis Crucis, Michaelis, Innocentium, & S. Syluestri licite quis laborat.*
16 *Festo die violato, quædam accusandi consuetudo mala.*
17 *Festis contritio bona sed non necessaria.*
17 *Festum an uiolet, qui omittit in eo opera præcepta.*
19 *Oblatio in Missa quando necessaria.*

6 CIrca hæc peccat primo, qui diebus dominicis, vel alijs festis sub præcepto obseruandis, aliquod opus seruile, vel ex alijs quinq; prohibitis, facit: nisi excuset exiguitas, vel licita consuetudo, vel necessitas aliqua spiritualis, vel corporalis salutis suæ, vel proximi, vel detrimentum imminens rebus suis, vel proximi, quod non potest differri, neque præueniri, vt patet ex supradictis, [a] ob quam necessitatem, aut consuetudinem excusantur, qui frumentum ex area deferũt in horrea, vel vnas, ex vinea, quando imbres, & pluuiæ timentur, & quicunque alij, qui similia faciunt. Sic etiam fabriferrarij, qui equos iter agentium ferrant, & macellarij, qui vendunt carnes in festis, easque præparant ad vendendum, quando antea non potuerunt parare, & tabernarij, hospitumque susceptores, qui in siti, tabernis aut hospitijs propter ementium necessitatem cibos & necessaria vendunt: non autem, qui vt ludant, aut inebrientur, id faciunt. [b] Cuius tamen opinio duriuscula nobis videtur, nec tenenda, vbi cõsuetudo contrarium præscripsit.

7 Excusantur etiam, qui cibos & edulia, & alia necessaria vendunt: puta panem, vinum, fructus, herbas, & cætera, quæ diei festo conducunt. [c] Excusantur etiam Agasones, qui iumentis oneratis diebus festis suum iter nõ intermittũt: non autem qui de domibus suis profici scuntur diebus festis, cum se continere potuissent, iuxta Caietanum, [d] aut in aliud tempus differre, nisi ante aut post audiant missam.

Dixi, *Oneratis*, quia conducere deonerata non est aliud, quam iter facere, & iter facientes excusantur, quamuis cõ ducant mulos onustos suis lectis, vestibus, & viaticis, modo missam audiant, licet longius & toto die iter faciant. nam aliquantulum itineris facere, non est opus seruile, neque prohibitum in festis, & sine vlla excusatione consuetudinis, aut necessitatis fas est secundũ omnes. Et idem dicendum videtur de longiori, & totius diei itinere, & licet secũdum aliquos hoc sub genere operis seruilis ponatur, consuetudo tamen effecit, ut liceret, modo missa audiatur.

Similiter excusantur, qui diebus festis excoquunt vitrum, ollas, tegulas, calcem, quorum decoctio intermitti in alium diem non potest, [e] & tonsores, qui diebus festis infirmis venas aperiunt, & subditi, & serui iussi, & compulsi a suis heris ad opus agendum festis diebus nõ ob contemptum festorum, sed alterius rei gratia, qui nisi morem generent, in magnũ aliquod damnum personale, vel reale inciderent, maxime si ob id missa prætermissa non fuit. Idem dicendum est de vxoribus & liberis, qui in potesta te sunt m uitorum, & parentum, & de agricolis ad id iusto meu compulsis, q laboris sui mercedem accipere possunt, [f] id quod supra diximus. [g] Et si sunt famuli stipendiarij finito tempore, in qđ se astrinxerunt, discedant ab eis, nec intra tempus debent parere suis heris, nisi aliqua de causa iusta. Si quis tamen iuberetur, ut operaretur in contemptũ festorum, & Ecclesiæ, quæ illa sanxit, nõ debet obedire, etiam si ob oculos certã ab eis propositam mortem videat. [h] Hoc enim iam non solum esset contra ius humanum, in quo necessitatis excusatio communiter locum habet, sed ét contra diuinum & naturale, quo superiorum obseruantia imperatur. [i]

8 Secundo peccat, qui vendit, aut emit die festo, multum temporis in eo consumen-

[a] *Nu.* 3. *& ex Hostien. in summa de ferijs.* §. 4.
[b] *Ange. ubi supr.* §. 12.
[c] *Caiet. ubi supra.*
[d] *Vbi supr.*
[e] *Ang. uer. feriæ.* §. 19. *Caiet. ubi supra.*
[f] *Rosel. ubi supra casu.* 23. & 24. *Syluest. ubi supra. q.* 5.
[g] *Eo. l. cap. num.* 5.
[h] *Arg. cap. sacri. de his qua ui. & cap. itaque.* 32. q. 5.
[i] *l. uelut, ff. de iust. & iur. & Luc. cap.* 10.

sumendo [a] non tamen si parum, vt fieri solet in emendis aut vendendis candelis, aut alijs similibus, quibus de pretio non est conueniendum: quia iam æstimata sunt, aut cito fit, iuxta omnium sententiam, [b] quod temperandum videtur iuxta sequens.

Tertio peccat, qui nondinas adit, aut in eis negotiatur, non audita missa, cum possit, aut facit contra iussum episcopi: nisi exiguitas excusset: aut in eiusmodi negotio magnum susciperet damnum, nisi eo die tractaretur, aut alia iusta causa excusaret. [c] Nec refert, an nundinæ agantur die Dominico, aut festo maiori, aut minori: quia si consuetudine præscriptum est, nulla est prohibitio noua eius, qui prohibere potest, licet audita missa, negotiari eo die. Cum enim oēs dies festi lege humana constituti sint, vt dictum est supra, [d] consuetudo poterit moderari festum diei nundinarum: quia etiā omnino tollere posset. [e] Quēadmodum iam modificati sunt, quantū ad res, quæ in auctione venduntur, auctoritate iudicis, vel alia secundum Caietan. [f] & etiam vigiliæ solemnium festorum, quantū ad tonsuram, quam tonsores exercere possunt ad duas horas post noctis ingressum, secundum dispensationem Eugenij Papæ IIII. Quod intelligi debet his regionibus, in quibus cultus fit a vespera in vesperam, vt iure communi fieri debet, [g] nam ubi cultus festi incipit a media nocte, & ad mediā noctem perdurat, vt apud nos vsu receptum est, hoc priuilegium nō est in vsu: quandoquidem absque priuilegio tondere potest vsque ad mediam noctem. [h]

9 Addimus item cum Caietano, [i] qđ neque tondere barbam, neque in id cōsentire vno aut alio die festo est peccatum mortale, ob paruitatem operis: neque etiam veniale, si aliqua in id adsit causa, licet contrarium senserit Archid. [k] cuius sententia locū habet in tonsore, qui multis barbam detondet, vel aliter parat: Neque peccant, qui piscantur die festo certum piscium genus, quod tantum certis diebus aduenit, vel conspicitur, & illico discedit, nisi tunc capiatur. Cuius generis sunt Thunni, Halecia, & Sardæ: aliquam tamen eleemosynam debent erogare in ecclesias vicinniores, aut in pauperes, [l] quia licet c. non loquatur, nisi de Halecibus, siue Aringuis, eadem tñ ratio idē suadet in reliquos nominatos pisces. Licitū etiam videtur molere molendinis fluminū, vel ventorū, quæ sine magna occupatione molunt, maxime si adsit consuetudo, & a prælatis nō prohibeatur. Contrariū tñ dicendū est de molitura pistrinorum, quæ magnam occupationem, & laborem requirit, excepta magna necessitate. [m]

10 Quarto, qui laborat etiam pro pauperibus diebus festis, etiam audita missa, principalius propter aliquod cōmodū vel amicitiā, aut cognationē, quam ob eleemosynā, aut etiam principalius pp paupertatem: verum non vsq; adeo magnam, aut vsq; ad vltimā eius potentiam laborat, secundum mētem Monaldi. [n] Neque discrimen statuendum est inter dominicos, aut alios dies festos maiores, aut minores, ſm eundem: nisi quod maius festum maiorem causam requirit, qđ ipsa vulgi consuetudo seruat.

11 Quinto, qui laborat diebus festis in exstruendis, aut reficiendis pontibus aut vijs, quamquam sit pietas, & misericordia erga viatores, tamen absque magna, quæ vrgeat necessitate id facit, secundūm Caietanum [o] contra alios plerosque ob dicta supra, [p] secundum quā & omnes licet facere opus diebus festis ijs, qui aliter se sustentare nequeunt, modo id occulte faciant, vt vitetur scandalum, & audiatur missa.

Sexto peccat mortaliter, qui venatur festis diebus non audita missa, secundū omnes: non tamen si eam audiret, etiam si venaretur quæstus causa per superius dicta, [q] quia non est seruile opus neque de numero quinque non seruilium prohibitorum, neque lucrandi finis efficit, vt tale fit, quidquid dicant Rosella, [r] & Syluester. [s]

12 Septimo peccat, qui iumenta sua festo die, aut eius vespera mittit aliquo, vt alterius diei festi vtilitatem, in quo essent impedita, lucretur. [t] Nisi mittat propter res necessarias eiusdem diei, vel sequentis, quæ ante deuehi non poterunt, & nisi qui conducit, missam audiat, ac breui itinere vtatur, aut consuetudine excusetur, per superius dicta, [u] q; tamen intelligendum est de iumentis onera-

[a] Cap. 1. de feriis.
[b] Et præsertim Sylues. verb. Dominica. q. 3.
[c] Sylues. vbi supra.
[d] Eod. n. 1.
[e] Arg. cap. fin. de consuetud.
[f] In summa verb. In festo licita.
[g] Cap. 1. de feriis.
[h] Arg. l. more Romano ff. de feriis. 1 2. q. 12. art. 4.
[k] In capit. peruenit, & consec. d. 3.
[l] Iuxta cæ licet de feriis cum ei adnota. per Panorm. & alios & per Angelum, verb. feria. §. 34. et 35 Caietanus vbi supra.
[m] Secundū Rosel. ver. feria, §. 9.
[n] In sūma verb. feriæ.
[o] [1. 2. quæ. 122. art. 4. & in summa ver. festos dies.
[p] Eodem c. num. 4.
[q] Nu. 8. ex Caietan. in summa in verb. festos.
[r] Verb. feriæ. §. 15.
[s] Verb. Dominica q. 5.
[t] Secūdum Rosellā vbi supra q. 22.
[u] Eodem c. num. 6.

oneratis: nam vacua mittere poteſt, ob ſuperius dicta.[a]

a Eodem c. num.6.

Octauo peccat mortaliter doctor,aut literatus, qui dat cõſilium principaliter ob quæſtum,etiam illi,qui e longinquo venit ſecundum Sylueſtrum[b] & communem ſententiam. Cuius tamen contraria eſt longe verior: tum quia conſilium non eſt opus ſeruile, neque aliqđ ex alijs quinq; prohibitis: tum quia qđ licitum eſt facere diebus feſtis, perinde fieri poteſt ob lucrum,ac in profeſtis,vt ſupra[c] diximus. Quare non eſt peccatum inſtruere, ſiue informare iudicem, etiam cum procuratore & aduocato, verbo,aut ſcripto, etiam ob pecuniam, & minus prælegere aliquã facultatem honeſtam: quia eſt exercitatio operis ſpiritualis,vt late probatur a Caiet.[d]

b Vbi ſupra q.5.concl.3

c Eodem c. num.5.

d In dic.q. 122.art.4. & in ſumma verbo feſtos dies.

13 Nono peccat mortaliter iudex,qui audit litigatores diebus feſtis,[e] quamuis enim non ſit opus ſeruile, eſt tamen vnum, de quinque non ſeruilibus prohibitis, niſi ob pietatem, & miſericordiã id faciat: quia quæ non ſunt ſeruilia,licet ſint prohibita, conceduntur fieri ob ſolam miſericordiam abſque alia neceſſitate, & ob hanc rationem licet multo magis,quàm ſeruilia,vt ſupra[f] diximus. Satisque iuſta neceſſitas videtur,ſi alio tempore, aut ad iudicem accedi non poteſt: aut teſtes haberi nequeunt.[g]

e Ca.fin.de ferijs.

f Eodem c. nu.3. & 4.

g Caietan. vbi ſupr.

Quamobrem excuſantur iudices ruſticorum, qui diebus feſtis,ſecundum cõſuetudinem aliquarum regionum, ius dicunt ruſticis: eo quod alijs diebus neque iudices, neque teſtes ſuppetunt, aut ne pauperes amittant ſuos dies operarios, quibus ad vitam ſuſtentandum maxime indigent.

14 Decimo, qui tranſcribit librum, aut inſtrumentum ob quæſtum ſecundũ Roſellam,[h] & Angelum[i] non tamen propter rationem ab eis allatam: ſed qa quamuis ſcribere de ſe non ſit opus ſeruile,etiam ſi ob lucrum fiat: ſed ſeruile eſt tranſcribere, & tranſcribendo componere libros,vt lucretur,quia hoc mechanicum,& corporale eſt.

h Verbo feria §.12.

i Eod.uerb. §.31.

Ex quo ſequitur, non eſſe peccatum ſcribere literas, conſilia, neque inſtrumenta,de ijs rebus,quę licite fiunt diebus feſtis, etiam ſi ob lucrum fiant, per ſupradicta,[k] quod idem eſt iudicium de eo,qui pulſat organa, vel alia inſtrumenta,aut cantat die feſto, ſiue principaliter id faciat ob diuinum cultum, ſiue ob honeſtam animi recreationem, ſiue ob aliquem alium finem pium, & neceſſarium,ſine ob quæſtum,quicquid dicant Angelus & Syluester, quia non ſunt opera ſeruilia, neque talia ex fine lucrandi efficiuntur.[l]

k Eodem c. num.5.

l Vt ſup.eo. ca.nu. 5.dictum eſt.

15 Admonemus autem hoc loco quatuor. Primum,quod licet Epiſcopus ſub pœna excommunicationis iuberet, ut nemo diebus feſtis operaretur, qui tamen ex neceſſitate id faceret,eiuſmodi pœnæ non eſſet reus: quia ſententia ei[a] generalis,iuridice interpretanda eſt: nẽ pe quod nemo efficiat opus,niſi lege cõceſſum.[m] At cuilibet conceditur opus vitæ neceſſarium,[n] vt ſupra dictum eſt. Etſi in excommunicatione iuberetur, quod neque neceſſitatis cauſa neque pietatis laboretur, contineret errorem intolerabilem contra legem,[o] & conſequenter irritum eſſet.[p]

m Arg.l.ſi procurator. ff.de cõdic. indebit. ca. Quintauall is de iureiuran.ut in c.inter uerba.11.q.3. concl.6.diximus.

n Cap.diſcipulos de cõſecr.diſt.5.

o Ca.fin.de ferijs.

p Arg.c.1. de re iudic. & cap.per tuas de ſen. excõ.Roſel. ubi ſupr.§. 27. & Sylueſt. ubi ſupra q.7.

Secũdum,quod Papa Eugenius IIII. [q] conſtituit, vt laici, qui operarentur in feſtis S.Crucis,& S.Michaelis mẽſis Septembris,& in feſtis Innocentium,& S. Siluestri, non peccent mortaliter, niſi huiuſmodi dies dominicis incidant. Item qui audita miſſa, reliquum tẽpus diei feſti conſumunt in venationibus, in bellorum ſimulacris,ſiue iuſtis & torneamẽtis,in luſibus, in choreis,aut otioſe vagantur,non peccant mortaliter: qa non faciunt opus ſeruile,licet ſic grauiter venialiter ſecundum Caietanum,[r] quia tempus diuino cultui conſecratum Deo non tribuunt: & quia in huiusmodi occupationibus multa occurrunt peccata mortalia, ſecundum S.Antoninũ[s] vbi ait, omnium lacrymis deflendam eſſe Chriſtianorum cæcitatem, qui grauius Deum offendunt diebus feſtis eiuſdem diuino cultui dedicatis, quam tota hebdomada ad vitam parandam inſtituta.

q Vt habetur in Compendio priuilegiorum fol.69.

r In ſũma, uerbo infeſto licita.

s 2.par.tit. 9.ca.7.§.5.

16 Ex quibus infertur reſponſio ad interrogationem nuper factam. An neceſſitas ſola ſine licentia ſuperioris excuſet a peccato feſto die operantem? Reſpõdeo, quod ſic,ſi neceſſitas eſt indubia, adeo ut quamuis epiſcopus præciperet, ne operaretur, poſſet operari:

vt ſupra dicitur, ceſſante tamen ſcandalo: quoniam cum eo nihil agi debet, [a] quemadmodum etiam qui iuſtam cauſam, & claram non iciunandi habet, ſine tali facultate excuſatur. [b]

Tertium, quod reprehenſione digniſſima eſt multorum parochorum conſuetudo, qui ſuos parochianos, qui feſtum violauerunt, aut die quo præcipitur ieiunium non ieiunarunt, cogunt ad petendum publice veniam, die ſequenti inter miſſarum ſolemnia cum eorum infamia, præſertim ſi huiuſmodi tranſgreſſiones ſunt occultæ, & non niſi ex confeſſione cognoſcuntur: amentiaque maxima eſt credere, illum, qui ſic publice confeſſus eſt, liberum eſſe a ſecreta confeſſione eiuſdem peccati, quam cõfeſſario tenetur facere, ut probauimus. [c]

17 Quartum, quod quamuis contritio, aut compunctio peccatorum optima ſit in diebus feſtis: præſertim his, qui intelligunt ſe peccato mortali teneri, non tamen præcepta eſt ſub pœna peccati, ſecundum Roſellam [d] Caietanum, [e] & Sylueſtrum [f] quos in hoc ſequimur.

Vndecimo peccat mortaliter, qui die bus feſtis miſſam non audit, vel audit diſtrahendo ſe ſponte ad cogitationem rerum attentioni miſſæ debitæ impatibilium. Quia audire miſſam diebus feſtis cum mediocri attentione eſt præceptum, [g] ſecundum Angelum [h] & Caietanum, [i] & nos late diximus. [k]

18 Duodecimo peccat mortaliter, qui alijs temporibus non vacauit orationi, ad quam tenebatur ex priuata obligatione: quales ſunt preces canonicæ horariæ, & quas ſacerdos impoſuit pro pœnitentia, & a proprio prælato ſpirituali eſt iuſſa, ex communi omnium ſententia. Et idem eſt dicendum de illo, qui preces ad Deum facere [l] prætermiſit eo tempore, in quo nullum aliud remediũ ſuæ ſalutis, aut proximi eſſe videbatur. Tunc enim lex diuina naturalis ad id nos obligat, vt probauimus, [l] ſequuti mentem Paludani [m] & Sylueſtri [n] vbi poſuimus exemplum de illo, qui in grauiſſimam tentationem impatientię, aut libidinis iniectus, iudicat nullum aliud remedium ad victoriam ſupereſſe, præterquam ſpeciale auxilium Dei, oratione impetrandum, & de illo, qui eminus intuens duos in duello conſerturos manus, exiſtimat nullum aliud remedium, niſi ſpeciale auxilium Dei oratione impetrandum, ad dirimendum illud duellum iniuſtum, in his enim caſibus id a Deo petere tenetur, de quo in ſeqq.

Contra hoc opponit quidam, quod ex hoc ſequeretur teneri, quem de præcepto ad orandum pro ijs, qui auctoritate iudicum comburuntur, vel ſuſpenduntur, quod eſt falſum. Cui reſponde mus negando illationem, quoniam ij iuſte occiduntur, illi iniuſte ſe occidere conantur: & ita in ijs non licet ponere obicem contra iuſtitiam, iuxta iura, [o] & latius traditur a nobis, [p] in illis aũt ſic. [q]

18 Decimotertio peccat, qui nil inter miſſarum ſolemnia offert die feſto, cum haberet vnde poſſet, & cum ei ex antiqua conſuetudine offerendum eſſet, cũ notabili ſcandalo, aut præbendo occaſionem, ne maior pars populi offerat, [r] quia licet communi lege nemo ad offerendum diebus feſtis obligetur, ſecundum S. Thomam [s] & Ioann. Turrecrematum [t] & S. Antoninum, [u] tenetur tamen conſuetudine, vbi a decem annis recepta eſt, ſecundum Panormitanum [x] cui ſatisfit communiter, quando maior pars populi, capituli, aut collegi offert. Neque eam infringit, qui eo quod tunc non habeat, non offert, ſatisque eſt offerre quod libitum cuique fuerit, ſecundum Sylueſtrum [y] niſi præſcriptum ſit, vt offeratur certa & definita quantitas, iuxta ſententiam præcitatorum, & Sylueſtri. [z]

DE QVARTO PRAECEPTO honorandi patrem, & matrem, & amandi proximum. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Religio eſt uirtus annexa iuſtitiæ.*
1 *Pietas quæ eſt uirtus annexa iuſtitiæ, non eſt miſericordia.*
1 *Miſericordia, quæ eſt uirtus coniuncta charitati, non eſt pietas.*
2 *Obſeruantia uirtus coniuncta iuſtitiæ.*
2 *Religio aliquando uocatur pietas, imo & obſeruantia.*

Reli-

a Ca. nihil de præſcr.
b Iuxta S. Tho. 2.2.q. 147.
c In c. ſacerdos. n. 207. de pœn. d. 6
d Verbo feriæ §. 2.
e Inſumma uerbo cõtritio, et 2.2.q. 122. art. 4.
f Verb. dominica. q. 6 num. 4.
g In c. miſſus de conſecr. diſt. 5,
h Verb. feria. § 2.
i Inſumma uerbo uiolatio feſtorũ.
k In repet. ca. quando de cõſec. d. 1. c. 3. n. 19. & 20. n. 5.
l In diſt. repet. c. quando. c. 3. n. 13
m In 4. diſ. 15. q. 1.
n Verb. oratio. § 8.
o Iuxta notata in l. ut uim. ff. de iuſt. & iur.
p In comment. c. nõ in inferenda, 23. q. 3.
q Iux. prædictũ c. non in inferẽda, cum ſuis cõcordãtibus.
r Arg. cap. omnis, de conſec. d. 1.
s 2.2.q. 86. artic. 1.
t In dic. ca. omnib.
u 3. par. tit. 2. & Ioan. And. Pan. & commu. in rub. de parochis.
x In c. ſuã. de ſimon.
y Verb. decima. §. 1.
z Verb. dominic. §. 1.

2 *Religionem ſpectant tria præcepta, quatuor pietatem, & obſeruantium.*

3 *Patres qui dicantur in hoc quarto præcepto.*

3 *Proximi quonam pacto comprehendantur in quarto præcepto.*

4 *Patres in tribus honorantur, ſed minus quam Deus.*

5 *Præceptum diligendi proximum non eſt ex decē; & ex eo ſeptē naſcuntur.*

6 *Amor proximi charitatiuus, & naturalis, qui etiam eſt duplex.*

7 *Præceptum de diligendo proximo ad quid pro ſemper obligat.*

8 *Amandi proximi præceptum in malo ſtatu ut impleturnu.9.& 10.*

10 *Conſuetudo dicendi, Dæmon te arripiat, diabolica.*

10 *Amor honeſtus inter uirum & uxorē per quid conſeruatur.*

1 PRo fundamento dicēdorum præſupponimus primo, quod inter virtutes, iuſtitiæ annexas, quemadmodum eſt vna, quæ nuncupatur religio, quæ iuxta Marcum Tulliū. [a] & S. Thom, [b] eſt virtus, *impellens hominem ad honorandum colendumq; Deum, tamquam primum principium noſtrum, a quo ſumus, & in quo uiuimus:* ita eſt alia quæ dicitur pietas, quæ ſecundum eundem Tul. [c] & S.Thom. [d] eſt virtus, *quæ impellit homines, ad colendum parentes, cognatos, patriam & amicos, tanquam principia quædam ſecundaria, quibus ſubſiſtimus, & conſeruamur.* Et quamuis vulgus in cōmuni vſu loquendi pietatem & miſericordiam pro eadem re accipiat: tamen re vera diuerſa ſunt. tum quia miſericordia eſt virtus annexa caritati, ſecundum S.Thom. receptum, [e] pietas autē annexa iuſtitiæ, ſecundum eundem [f] tū quod pietas impellit ad reuerentiam præſtandam perſonis prædictis, miſericordia autem, vt aliorum neceſsitatib⁹ opitulemur, vt docuit Card. Caietanus [g] frequenter tamen a viris doctis altera alterius nomine nuncupatur. Quibus addimus, quod licet prædicta virtus pietatis, præcipue animum inclinet ad honorem exhibendum ſupradictis perſonis, tamquam principijs noſtris ſecūdarijs, a quibus noſtrum eſſe accipimus, & in eo conſeruamur: tamen ſecundario & minus principaliter, etiam inuitat parentes ad honorandum proprios filios, & maritum, & vxorem ad mutuo ſe honorandum.

2 Secundo præſupponimus, quod eſt alia tertia virtus, adiuncta etiam iuſtitiæ, quæ dicitur obſeruantia: quæ ſecundum Marcum Tullium, [h] & S. Thom. receptum [i] eſt, *qua uiros in dignitate conſtitutos ueneramur tamquam principia, nō quidem exiſtentiæ noſtræ, ſed gubernationis,* & vt religio antecellit pietatem: ita pietas obſeruantiam, & quemadmodum religio ſæpiſſime pietatis nomine ſignificatur, iuxta B. Auguſt. [k] & S. Thomam [l] ſic etiam obſeruantia ſæpiſſime nomine pietatis exprimitur, ſecundum eundem. [m] Item quemadmodum tria præcepta prima primæ tabulæ, quæ ſupra memorauimus, pertinent ad religionem, quæ eſt annexa iuſtitiæ, ſic etiam hoc, quod eſt quartum, ſecundum ordinem Decalogi, & primum inter præcepta ſecundæ tabulæ, datur præcipue de operibus ſpectantibus ad pietatem: ſecundario vero de operibus obſeruātiæ. Imo iudicio meo, ad omnia opera charitatis, quæ proximo debentur, poteſt facile extendi, iuxta dictum quoddam S. Bonauenturæ, [n] quod ſtatim in medium proferemus.

Tertio præſupponimus, quod pater poteſt præcepto ſuo filium obligare ad peccatum mortale: imo & re vera obligat, quoties rem alicuius magni momēti, quæ ſub eius poteſtate poſita eſt, ipſi præcipit, ut poſt Alexand. de Ales, [o] collegerūt Angelus, [p] & Sylueſt. [q] pro quibus eſt textus. [r]

3 Quarto præſupponimus, quod in hoc præcepto ſub nomine parētum iuxta Concilium Colonienſe, quo loco de hoc agit, præcipue intelligimus eos, qui nos genuerunt, cognatos item, patriam, & amicos eius, quæ nos conſeruat, [s] ſecundario autem intelligimus gubernatores eccleſiaſticos. [t] & seculares, [u] & qui noſtri curam gerunt, quales ſunt tutores & curatores, [x] magiſtri, pædagogi, imo & omnes proximi iuxta B. Bonauenturam, [y] nam quodammodo cognati noſtri ſunt, z quandoquidem omnes ab eodem parente Adamo originem ducimus. [a] Quæ licet vera ſint, qua-

a In 3. Rhetorici ad Herennium,
b 2.2.q.82
c Vbi ſupr.
d 2.2 quæſt. 101.
e 2.2.q.30. art.1.
f 2.2.q.101 art.1.
g In dict.q. 101. art.1.
h 3. Rhetor.
i 2.2.quæſt. 102. art.1.
k lib.10. de ciuita. Dei cap.1.
l 2.2.q.101 art.3.
m In dic.q. 101. art.1.
n In 3.d.3. in expoſitione literæ.
o 3.par. ſuper 4.præcepto.
p Verb.filiꝰ §.30.
q Eod. ver. quæſt.22.
r Deut. 21 et ad Ephe. cap.6.
s Eccleſ.3. t ad Cor.4. u 4.Reg.5. x ff.de auctorit. tuto. et curat per totum titulum.
y In 3.diſt. 37. in expoſitione li.2. z. l. & §in. ff. de iuſtit. & iure. a Iuxta gl. dicta. 1. vt §im.

quatenus hoc præceptum extenditur ad actus virtutis, pietatis, & obseruantiæ, & caritatis erga proximos, non tamen quo ad effectum confitendi necessario circumstantiam personæ offensæ: quoad id enim non videntur intelligi omnes proximi, nec cognati, sed solum veri parentes, & superiores quoad ea, in quibus illi habent potestatem super nos.

4 Quinto præsupponimus, quod honor, de quo præceptum hoc loquitur, in tribus consistit, videlicet in amando, obediendo, & honorando, tam corde, quam verbo & opere. Neque est contrarium illud Euangelij, [a] *Qui non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, &c. non potest meus esse discipulus.* nihil enim aliud sibi vult, quam quod idem Dominus dixit, [b] *Qui amat fratrem, aut matrem plus quam me, non est me dignus*, ideſt, quod Deus vult, vt diligamus quidem, amemus, audiamus, & honoremus parentes, non tamen plus, neque tantum, sicut eum, & quod quando ille præcepe rit aliquid, quod parentum imperio repugnet, tunc ipse præferatur.

5 Sexto, quod præceptum illud de diligendo proximo, sicut se ipsum, [c] non numeratur inter præcepta Decalogi, sicut nec etiam præceptum de diligendo Deo super omnia inter illa numerari dixi mus. [d] Quemadmodum enim præceptum dilectionis Dei super omnia est origo, vnde immediate deriuantur tria prima præcepta Decalogi: sic etiam hoc de diligendo proximo est principium, vnde quartum præceptum, & sex alia quæ sequuntur originem ducunt: quæ quidem præcepta secundæ tabulæ nuncupantur, sicut tria prima præcepta dicuntur primæ tabulæ, [e] de quibus pulchre S. Thomas. [f] Diximus *immediate:* quoniam mediate vel immediate omnia præcepta ab illo primo de diligendo Deo super omnia, tamquam a primo principio deducuntur: ab ipso enim statim pullulat præceptum de diligendo proximo sicut seipsum, iuxta declarationem Sancti Thomę [g] ab omnibus receptam.

6 Septimo præsupponimus, quod duæ sunt species honesti amoris proximi, quod facile colligas ex vtroq; Thoma. [h] Alter naturalis & humanus. Alter super naturalis & diuinus, q charitas, vel charitatiuus appellatur. Amor naturalis, siue humanus ille est, quo proximum dilegimus ea ratione, quod est homo, cognatus, vicinus, vel quocunq; alio respectu: qui neque Deum ipsum supra omnia dilectum, neque æternam felicitatem, neque capacitatem ad illam in se cõtinet. Amor autẽ humanus in duos alios amores subdiuiditur, iuxta eundem S. Thomam [i] non obstante illa subtilitate, quam ibi Caietanus tetigit. Alterum vocant amorem concupiscentiæ, quo proximum ipsum principaliter ad aliquod bonum nostrum voluptarium, cõmodum, vel vtile amamus. Alterum vocant amicitiæ, quo principaliter proximum ad bonum eius voluptarium, commodum, vel vtile amamus. Et vterq; eorum potest esse bonus, & honestus, si fuerit bene ordinatus: & vterque malus & inhonestus, si fuerit male ordinatus. Alter autem est amor supernaturalis & diuinus, seu charitatiuus, vel charitas infusa, qua proximum amamus, & est eiusdem generis & naturæ, cuius est amor Dei charitatiuus seu charitas, secundum Sanctum Thomam. [k] Nam licet obiectum materiale amoris charitatiui proximi sit idem proximus, obiectum tamen formale, siue ratio, vel causa amoris, est ipsa diuina & infinita bonitas, quæ nihil aliud est quam ipse Deus super omnia benedictus, vt ait idem Sanctus Thomas explicatus ibi a Caietano. [l] Etenim neque amor ille concupiscentiæ, quo proximum ad nostram voluptatem, aut vtilitatem amamus, neque etiam amor amicitiæ naturalis, quo ipsum diligimus ad bonum illius, eo quod sit cognatus, socius, vicinus, vel amicus, uel propter quamcunque aliam communicationem temporalem, est charitas, seu charitatiuus, saltem in quantum talis est, iuxta mentem eorundem, quod in dicta additione, [m] latius diceebamus, quod parum a multis aduertitur.

7 Solus enim ille amor proximi est charitas seu charitatiuus, quo ipsum diligimus, eo quod est capax & aptus, sicut nos, ad participãdã nobiscum illam æternam

[a] *Luc.* 14.
[b] *Matt.* 10.
[c] *Matt.* 22.
[d] *Sup. eo. c.* 11. *nu.* 5. & 6. *post S. Th.*
[e] *Exo.* 20.
[f] 1. 2. *quæst.* 122. *art.* 4. *ad* 6. & *gl. fi. c. quid in omnib.* 32. *q.* 7.
[g] 2. 2. *qu.* 44. *art.* 2.
[h] 2. 2. *q.* 23. *ar.* 1. *et* 24. *art.* 1. & 1. 2. *q.* 26. *ar.* 1. *ad* 6.
[i] 1. 2. *q.* 26. *art.* 4.
[k] 2. 2. *qu.* 23. *art.* 5.
[l] 2. 2. *q.* 25. *art.* 1.
[m] *Ca. quãdo de conse crat. dist.* 1. *Amor charitatiuus quis sit.*

æternam beatitudinem, quam diuina bonitas nobis dare & communicare dignatur gratissima sui visione & gaudio æterno, & inexplicabili, & optare illam ei tamquam illius capaci. Sic etiam ad hoc, vt amor quo nosmetipsos diligim⁹, sit charitatiuus, seu charitas, oportet, vt ea nos ratione diligamus, quod Deus propter suam infinitam bonitatem nos fecit capaces æternæ felicitatis, quæ in intuendo eo semper pariter, & amando & fruendo consistit, vt supra,[a] late diximus. Verum est tamen quod quemadmodum omnis actus cuiuscunque virtutis potest fieri actus charitatis imperatus, quando fit intuitu charitatis, sic etiam amor concupiscentiæ, vel amicitiæ honestus fit actus charitatis imperatus, si ob eam habeatur. Sicut enim soluere debitum, eo solo, quod iustum est, est actus virtutis iustitiæ, & actus charitatis imperatus, si fiat etiam ob finem Deo placendi, sic actus amandi patrem eo solo, quod pater est, est actus virtutis, & non charitatis, sit tamen actus charitatis imperatus, si habetur etiam ob finem Deo placendi. Vnde facile infertur, quam rarus & parcus huius amoris charitatis vsus sit inter Christianos vulgares: cum licet omnes aliquos ament, eo quod sint cognati, vicini, conterranei, placidi, iucundi, aut vtiles, rari tamen sunt, qui (nisi raro) ament alios ea ratione, quod sunt capaces beatitudinis æternæ, & quod nisi culpa mortalis obsistat, ea simul fruentur, videndo, & diligendo cum ineffabili gaudio Deum infinite bonum, & quem misit filium suum Dominum nostrum Iesum Christum, vt experientia, quæ rerum magistra est,[b] plusquam oportet, attestatur: cum raro hoc veniat in mentem altioris ordinis hominibus erga minoris ordinis proximos, adeo quidem quod uix reputent infimates sordidos, & squalidos tantæ rei fore secum participes, & satis superq; putent facere, si eos aliquo amore dignentur, si eos non contemnant: vel saltem si amore aliquo naturali dignētur, parum considerantes, quod de hoc supremo amore præcipit Christus in illis verbis.[c] *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem*, & Paulus[d] in illis verbis. *Super omnia tamen mutuam charitatem habete, quæ est uinculum perfectionis.*

a In prælu. 4.

b Cap. quā sit de elec. lib. 6.

c Ioan. 15.

d Ad col. 3

8 Octauo præsupponimus, quod circa hanc materiam est dubium, a nemine (quod sciam) pro dignitate resolutū, quo videlicet tēpore teneamur ad præceptum de diligendo proximum, sicut nos, sub pœna noui peccati mortalis nō adimplendo tunc illud? Ad quod breuiter (salua debita censura) respondeo primo, quod nos obligat semper, & pro semper: ne vnquam ab amore & dilectione, qua Deum & proximum in genere ex charitate diligimus, vllum etiam inimicum nostrū, vel Dei excludamus, nisi iam in æternis fuerit supplicijs in inferno condemnatus, iuxta mentem vtriusque Thomę[e] iuxta quam quod de damnatis dixi, intelligo.

9 Respondeo, secundo, quod nos obligat, vt quotiescunque inimicus, qui nos offendit, veniam a nobis postulat, ipsum diligamus, & specialia amoris signa illi ostendamus, iuxta mentem eorumdem.[f] Sed crediderim, satis esse ipsum diligere amore aliquo naturali, & huius amoris aliqua signa exhibere, etiam si amorem illum excellentem & sublimē charitatis, seu charitatiuū minime corde concipiamus: ad hoc ne in nouam aliquam culpam mortalem propterea incidamus. tum quia contrarium nullo iure, nec ulla efficaci ratione concluditur, tum quia licet hoc primo aspectu contrarium videatur ei, quod ipsi dicunt,[g] introspecti tamen forte hoc sentiunt.

e 2.2.q.25 art.6.8. & 9. & q.83. art.8.

f In dict.q. 83. art.8.

g In dict.q. 83. art.8.

Respondeo tertio, quod nos obligat etiam hoc præceptum, quando proximus est constitutus in extrema necessitate nostri auxilij ad salutē animæ suæ, qualis esset infans aliquis, aut mente captus aut etiam cordatus, qui sine baptismi Sacramēto iam iam esset moriturus: qualis esset etiam, qui deposceret aliqđ consilium, vel solamen, vel auxilium aliquod spirituale a nobis, sine quo verisimile esset eum condemnatum iri.

Dixi, *quando ad salutem animæ nostro indiget auxilio*, quoniam putamus non peccaturum eum, qui hunc amorem charitatiuum non conciperet erga eum qui eam pateretur extremam necessitatem vitæ corporeæ, si modo alio amore naturali inferiore diuino, quo cogna-

tum,

tum, amicum, ſocium, vel vicinum diligere ſolet, ipſum proſequendo, ei opitularetur. [a] Nec quidquam obſtat dicere, eandem eſſe rationem illius, qui abſque amore charitatis, ſolo amore naturali impulſus, ſubuenit proximo in periculo ſpirituali conſtituto, quoniam rariſſime poterit euenire, vt huiuſmodi neceſſitati ſpirituali occurri poſſit abſque deſiderio ſpiritualis ſalutis, quod formaliter, aut virtualiter amorem charitatis includit.

Quarto, quod ut ſupra, [b] diximus, videtur nobis non peccare noue illum, q bona fide credens ſe eſſe in ſtatu gratiæ, cum tamen non ſit, adimplet præceptũ, de diligendo Deum ex charitate, quando ad id eſt obligatus, ita a fortiori ſatisfacere videtur præcepto de diligendo proximo ex charitate, qui extra ſtatum gratiæ illud implet, putans veriſimiliter ſe in eo eſſe.

Quinto, quod poſſet etiam defendi, numquam obligari ad implendum hoc præceptum de dilectione proximi in ſtatu gratiæ ex ſpeciali amore charitatis: niſi cum neceſſitas adminiſtrandi Sacramentum ei, qui extrema neceſſitate ſpirituali laborat, uel alia ſimilis cauſa ad id compellit & obligat, quæ omnia tamquam quotidiana commendamus.

10 Sexto, quod ex his infertur, quam diabolica ſit illa conſuetudo maledicendi proximo, dicendo, Diabolus te arripiat: Commendo te dæmoni, & e contrario, quam Angelica, quam vtilis & conſolans illa, corde ac voce dicendi, Dominus te ſanctum faciat, Deus te perducat ad paradiſum, &c. Vtinam illic nos aliquando conueniamus, & aliæ ſimiles, præſertim viri fœminis: & fœminæ viris. Etenim tale deſiderium vere in animo conceptum valde refrenat, cohibetque, ne amor humanus, & honeſtus degeneret in libidinem, quod frequens ait eſſe Hieronymus.

Septimo, quod obſeruanda eſt regula, quam in commentario quodam [c] a nemine alio tradita ex eis, quæ ibi præmiſimus, & poſtea tranſtulimus, [d] nempe quod quoties quis videt proximum in periculo patiendi aliquod notabile damnum, a quo non poteſt, vel creditur nõ poſſe liberari, niſi ipſe illi ſubueniat, toties obligatur ad eum liberãdum ſub pœna noui peccati, modo id præſtare poſſit abſque damno, quod nir prudens iudicaret ſufficere ad excuſandum.

a *Arg. notator. in c. paſce. 86. d. & in l. nocere. ff. de lib. agnoſce. & eorũ. quæ Caieta. 2. 2 q. 25. art. 1. tradidit.*

b *Cap. 11. num. 7.*

c *Cano in inferenda, 23. q. 3. nu. 25.*

d *Infra ca. 25. nu. 15.*

DE PECCATIS FILIORVM contra parentes circa hoc præceptum.

11 *Filius ut peccat mortaliter odiendo parentes, aut eis malum cupiendo, aut eis amoris ſigna non monſtrando.*

12 *Filius qui non obedit patri quoad regimen, & bonos mores.*

12 *Filius parentes feriens, ad iram prouocans, eos accuſans, exſecrans, contemnens, mortem exoptans, vel non liberans e carcere.*

13 *Filius, qui parentibus in magna neceſſitate conſtitutis non ſuccurrit.*

14 *Filius, qui ob parentum ſubuentionem non egreditur religionem.*

15 *Filius, qui non ducit uxorem, quam pater uult.*

16 *Filius, qui parentum male parta non reſtituit, neque legata implet.*

11 EX prædictis infertur, quod peccat contra hoc præceptum de honorando parentes primo filius, qui graviter odit, vel aliquod graue damnum deſiderat parentibus: ſi enim graue, & iniuſtum odium, & deſiderium deliberatum inferendi cuiquam, etiam extraneo, aliquod damnum notabile eſt peccatum mortale, multo magis odium in parentes naturales grauius erit, geretque ſecum circumſtantiam neceſſario confitendam.

e *Per ſupr. dict. c. 6. n. 3. & ſeqq.*

Secundo filius, qui eſto, quod nõ odit parentes (imo potius diligit) nunquam tamen, vel raro ſigna amoris illis oſtendit, quin potius ſemper illos toruo intuetur aſpectu, & ita aſpere alloquitur, ac ſi eos odio haberet, ſecundum Angelum [f] & Sylueſt. [g] & Tabiennam [h] quoniam tenemur eos diligere, reuereri, ipſique obedire tam corde, quam verbis & operibus, ut expoſitum eſt. [i]

f *Verb. fili. q. 22.*

g *Verb. fili. §. 30.*

h *Verb. fili. §. 16.*

i *Nu. 4. ſupra eodem.*

12 Tertio peccat filius, qui in rebus pertinentibus ad regimen & gubernationem domus, & rei familiaris non vult parere parentibus, [k] niſi quando

k *Angelus Sylueſt. & Ta. Tabien. ubi ſupra.*

ex incogitantia, siue inaduertentia, absque contemptu, & obstinatione omittit obedire: tunc enim venialiter tantum delinquit. Si uero in alijs, quæ nõ pertinent ad ipsorum parentum gubernationem & curam obedire noluerit, non peccat mortaliter. [a]

Quarto, filius qui non obedit in his, quæ pertinent ad bonos mores, & ad salutem animæ: vt pote fugere noxia sodalium conturbernia, ludos prohibitos, meretrices, aliaque huiusmodi uitia, q̃bus tempus infeliciter absumitur. [b]

Quinto peccat, qui filius parentes, etiam leuiter percutit, [c] vel cõtumeliosis verbis ipsos cum animi deliberatione incessit, ut merito illos ad iracundiã notabilem prouocet. [d]

Sexto, filius qui ex animo ipsi maledicit [e] siue viuis, siue iam seculo defunctis: si tamen ore tenus tantum maledixit, non amplius quam venialiter offendit.

Septimo, filius qui alicuius criminis eos accusat secundum Richardum, [f] nisi esset proditionis crimen in Regem, vel in Rempublicam. nam in hoc casu quamuis non obligetur, vt Decius [g] asseruit, nihilominus liceret, [h] imo sæpissime obligatur, vt nos [i] diximus.

Octauo filius, qui ita parentes contemnit, ut sibi dedecori & contumeliæ futurum esse existimaret, se pro filio illorum haberi. [k]

Diximus, *Contemnit*, nam si absque contemptu id facit ad vitãdum aliquod incommodum sinistræ opinionis, vel ob aliam huiusmodi causam, non peccaret mortaliter, maxime si parentes tacite, vel expresse in eo consentirent, ad fugiẽdum suum incommodum, quod ex incommodo filij eis proueniret. Contra tamen hæc opponit quidam, quod licite quis, potest se inhonorat ũiudicare: eo quod patre Iudæo, vel hæretico, vel perduellione sit natus. [l] Cui respondetur, non dicere nos hic peccare illum, q̃ se abiectum, vel infamẽ putat: eo quod sit talibus parentibus natus: sed longe aliud scilicet peccare illum, qui adeo despicit parentes suos, ut se putet, &c. Ita quod ratio peccati non est sita in eo, quod se vilem putet, sed in eo quod despicit indebite parentes inculpatos, quos etiam si sint pauperes, & abiecti, & ipse diues & sublimis tenetur honorare per hoc quartum præceptum.

Nono peccat mortaliter filius, qui parentibus mortem desiderat, quo citius ipsorum bona ad se perueniant, uel non dat operam, quo ipsos a captiuitate liberet, vel ab insano furore, quo sunt mente capti, & iudicij expertes, [m] hac enim de causa potest ex hæredari, [n] vel si forsan prohibuit, ne testarentur: vel a restituendis alienis bonis ipsorum animos auertit. [o]

13 Decimo peccat filius, qui parentib⁹ magna necessitate oppressis non subuenit, maxime circa uictũ & vestitum, vel grauibus morbis detentis: cum id commode facere potest, [p] nisi sciat patrem ex proprijs bonis, uel officio, quo fungitur, sibi posse consulere: tunc enim non tenetur ex bonis suis quidquam conferre: nisi munus illud, aut ars, quam pater callebat suo statui esset dedecori. [q]

14 Vndecimo, qui filius parentibus in extrema necessitate constitutis, eiusque auxilio & ope indigentibus, ingreditur religionem, vel ab ea non egreditur, ẽt si sit professus, quando verisimile est egrediendo, ipsis posse subuenire, aliter vero minime, [r] vel quando parentes ita grauis premit necessitas, quæ licet non sit extrema, est tamen talis, quę filium obligat ex præcepto ad eorum inopiam subleuandam; alias vero minime, & eo non obstante ingreditur religionem S. Thomas, [s] quamuis in hoc casu, si iam est professus, non teneatur exire, debet tamen pro viribus in statu suo perseuerando eis subuenire, secundum Caietanum. [t] Per quam resolutionem duæ opiniones contraria sentientes, videlicet S. Tho. [u] Nicolai Lyrani, [x] & Ioan. Maioris, [y] possunt ad concordiã reduci. Illud autem addimus, quod ille non tetigit: nempe, quod si parentes sũt in tali necessitate constituti, quando filius ingreditur religionem, tũc tenetur egredi, qñ nõ egrediẽdo tali necessitati subuenire nõ posset, egrediẽdo uero posset, quoniam huiusmodi debitum præcessit ipsum religionis ingressum: id quod optime Ioan. Maior vbi supra videtur intellexisse, quæ quidem omnia post hæc scripsimus. [z]

Duo-

a Angelus & Syluest. ubi supra.
b Secundũ auctores supra allegatos.
c Secũdum Richard. in 3. d. 37.
d Alex. in 5. par. de 4. præcepto, et Richar. ubi supra.
e Exod. 21. & Alexã. ubi supra.
f Vbi supr.
g In cap. 1. n. 7. de off. deleg.
h Arg. l. minime, ff. de relig. & sum. funer.
i In repetit. capit. inter uerba. 11. q. 3. concl. 6.
k Alex ubi supra.
l Argum. l. quisquis C. ad leg. Iuliã maiest. & ca. 2. & c. statutum & ca. cum secundum. de hæretic. ib. 6.
m Arg. c. 2. de concess. præb. & l. fi. C. de pact.
n Authen. ut cum de appel. cog. §. causas.
o Arg. l. 1. C. de testa. & l. 2. C. si quis aliqu. test. prohibuit.
p Arg. cap. inter cætera. 22. q. 4. c. non satis. 6. distin. & Ang. uerb. filius. §. 30
q Argu. l. si quis à liberis. §. idem rescri. ff. de lib. agnosc. adiũcta gl.
r Arg. cap. pasce, 86. dist.
s 2. 2. q. 101 art. 4.
t In d. ar. 4
u In dicto art. 4.
x Matt. 15.
y In 4. libr. sent. dis. 38 q. 16.
z In Comment. 3. de regul. super ca. nullam. 18. q. 2. nu. 48.

15 Duodecimo peccat filius, qui ductu-
rus vxorem, non vult ducere in vxo-
rem, quam pater præcepit, vt illo matri
monio inimicitiæ periculoſę ſopiantur,
vel contra præceptum paternum ſe mi-
nime dignam vxorem ducit, [a] ſecũdũ
S. Bonauentur. licet enim iuxta inſignes
gloſſas, [b] pater non poſſit filiam exhæ
redare: eo quod contra ipſius voluntatẽ
maritum eligit non indignum ſe: imo
neq; etiam ſi indignum iuxta communẽ
opinionem, quam ſequuntur Fel. & De-
cius, [c] & Ioan. Lupus. [d] & S. Tho. [e]
Nihilominus tamen filia male facit, &
patri iniuriam irrogat, & ex conſequen-
ti, peccat mortaliter, quando ſaltem con
trauenit voluntati patriæ ſine rationa-
bili cauſa, vel tali, quæ coram Deo iuſta
ei videatur, & iuxta hunc modum limi-
tandum eſt, quod in huius caſus initio
dicitur. Ex quo poteſt colligi nouus &
ſingularis intellectus, cap. 1. [f] quate-
nus habet: filium teneri ducere vxorem
illam, de qua aſſumenda paciſcitur pa-
ter: videlicet, quod non ſolum debet de
honeſtate, ſed etiam de neceſſitate, quo
ad effectum non peccandi: licet nó quo
ad effectum, vt ad id cogi poſſit.

16 Decimotertio peccat, qui filius,
cui ex hæreditate paterna aliqua bona
obueniunt, quæ ſcit iniuſte, vt per vſu-
ras, parta fuiſſe: & ea, vt par eſt, non re-
ſtituit. [g]

Decimoquarto peccat, qui filius, ex
negligentia, vel auaritia diu differt de-
bita patris defuncti perſoluere, vel lega
ta teſtamenti adimplere, maxime illa,
quæ ad pia opera pertinent, iuxta bea-
tum Antoninum. [h] Diximus, *Diu diffe-
rt*: quoniam exigui temporis procra-
ſtinatio circa hæc non videtur crimen
lethale, [i] imo nec veniale, ſi ea de cau-
ſa potiſſimum rem produxit, vt bona de
functi melius venderentur, ad copioſio-
res eleemoſynas erogandas, quamuis hu
iuſmodi intentio non ſufficeret ad rem
diutius differendam. [k]

DE PECCATIS PARENTVM erga filios contra hoc præceptum.

17 *Pater & mater peccant non ſuccurren
do filijs.*

17 *Mater, quæ filios non lactat propriis vberibus, vt peccat.*

17 *Patres qui exponunt filios ad ianuas aliorum, vel Xenodochiorum.*

17 *Patres qui irritãt vota filiorum, in quæ iam conſenſerant.*

17 *Patres, qui dolo, aut timore filios inducunt, aut extrahunt à religione.*

17 *Patres, qui cogunt filios ad matrimonium contra eorum vota.*

18 *Patres, qui ſinunt filias ſuas amare, vel amari ob malum finem, vel iam deſponſatas habere tactus impudicos.*

17 DEcimoquinto contra hoc præ-
ceptum peccant pater & ma-
ter, qui notabiliter negligunt exhibere
illa, quæ ad filij neceſſitatem ſpiritua-
lem, aut corporalem pertinent, ſi nulla
eſt eis excuſatio paupertatis, vel alte-
rius rationabilis cauſæ. [l]

Decimoſexto peccat mater, quæ fi-
lium proprio lacte non nutrit, vel negli-
git notabiliter deligere nutricem bonã,
vel gerere curam circa bonam pueri e-
ducationem, vel vſque ad triennium ei
non miniſtrauit neceſſaria, per ea, quæ
diximus alibi, [m] quamuis nolle filium
propriis vberibus lactare ſine cauſa iu-
ſta, non ſit amplius, quam veniale, & cũ
cauſa neque veniale.

Diximus, *Vſque ad triennium*: qm̃ de-
inceps pater ipſe tenetur omnia neceſ-
ſaria filio exhibere, niſi ſit pauper, & fi-
lio nulla ſint bona, neq; ars, aut officium
decens, quo poſſit ſeipſum alere: neque
ſit alias adeo ingratus & criminoſus, vt
ſecundum iura exhæredar mereatur, [n]
quod recte notauit Sylueſt. [o]

Decimoſeptimo peccat mortaliter pa
ter, qui ob auaritiam exponit filios ad
hoſpitalia pauperum, vel ad ianuas ci-
uitatis, aut ad alia loca publica, vel pri-
uata, [p] vel non vult filias, etiam ſpu-
rias, dotare, cum poſſit. [q]

Decimooctauo peccant parentes, qui
abſque cauſa votum aliquod, ſiue pere-
grinationis, ſiue abſtinentiæ, quod filij
cum eorum bona venia fecerant, reuo-
cant, iuxta prædicta. [r]

Decimonono parentes, qui filium ab
aliqua religione, quam fuerat ingreſſus,
cum iam eſſet in ætate ad ingredien-
dum ſufficiente, vi, vel dolo reuocant, [s]

vel ſi

[a] *Arg. c. alii ter 30. q. 5. & c. honorẽ tur. 31. q. 1. & ca. 1. de deſponſat. impub.*

[b] *Ca. de raptoribꝰ. 36. q. 2. & Authent. ſed ſi poſt. Cod. de inoff. teſt.*

[c] *In c. eccleſiaſt. de conſtit.*

[d] *In repet. cap. per ueſtras. de donatio. inter uirum. §. 9.*

[e] *2. 2. qu. 104. arti. 5. & qu. 189. art. 6.*

[f] *De deſpõ. impub.*

[g] *Cap. Michael de uſuris cũ gl. & notat. ibi per omnes.*

[h] *2. p. ti. 2. c. 7. §. 3. & cap. 8.*

[i] *Arg. l. ſi debitori. ff. de iudic.*

[k] *Secũdũ S. Th. quoli. 6. art. 14.*

[l] *Cap. duo iſta, & c nõ putes. 34. q. 4. 1. ad Timot. 5. text. ſing. in c. ſi qs reliquerit. 30. diſt. m In c. ad eius. 5. diſt. & arg. c. ſi. de conuerſ. infidel. et l. nec filium. C. de patri poteſt.*

[m] *Arg. l. ne care & l. ſi quis à liberis. ff. de liber. agnoſc. o Verb. filiũ. §. 21. p l. necare. ff. de liber. agnoſ. & c. 1. & 2. de infant. expoſit. cum gl. ibi adnota. q Ca. cum haberet de eo, qui duxit in matrimo. ſecũdũ Panormit. ibid. & Vualde. de ſucceſſ. ab inteſtat. & Dec. in cæ. clerici. de iudic.*

[n] *In c. 12. n. 61. & 63.*

[o] *Cap. puella 20. q. 2.*

[p] *Cap. duo iſta, & c nõ putes. 34. q. 4. 1. ad Timot. 5. text. ſing. in c. ſi qs reliquerit. 30. diſt. m In c. ad eius. 5. diſt. & arg. c. ſi. de conuerſ. infidel. et l. nec filium. C. de patri poteſt.*

[q] *Arg. l. ne care & l. ſi quis à liberis. ff. de liber. agnoſc. o Verb. filiũ. §. 21. p l. necare. ff. de liber. agnoſ. & c. 1. & 2. de infant. expoſit. cum gl. ibi adnota. q Ca. cum haberet de eo, qui duxit in matrimo. ſecũdũ Panormit. ibid. & Vualde. de ſucceſſ. ab inteſtat. & Dec. in cæ. clerici. de iudic.*

[r] *In c. 12. n. 61. & 63.*

[s] *Cap. puella 20. q. 2.*

vel ſi filio, vel filiæ, qui, vel quæ votum cõtinentiæ,aut religionis emiſerat,poſt quam ad ætatem deliberandi peruenerant,conſulunt, vel cogunt ad coniugiũ eligendum. [a]

a Arg.cap. 1.& ei adnotat, de offic. deleg.

Vigeſimo,qui parentes, dolis,aut minis,aliiſque huiuſmodi medijs filiam cogunt religionem intrare. [b] quod eſt quidam magnus ætatis noſtræ abuſus, & cauſa ruinæ religionib⁹, & vt in illis maledicantur perpetuo,qui eas in id compulerunt. Ob qnod nuper ſanctum Concilĩ Trident. [c] in hæc verba ſtatuit, *Anathemati ſancta Synodus ſubijcit omnes & ſingulas perſonas cuiuſcumque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam clericos, quam laicos ſeculares, vel regulares, atq; etiam qualibet dignitate fungentos, ſi quomodocunque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem inuitam, præterquam in caſibus in re expreſſis, ac ingrediendum monaſterĩũ, vel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcunque religionis: vel ad emittendum profeſſionẽ, quique conſilium, auxilium uel fauorem dederint, quique ſcientes eam non ſponte ingredi monaſterium, aut habitum ſuſcipere aut profeſſionem emittere: quoquo modo eidem actui vel præſentiam, vel conſenſum,vel auctoritatem interpoſuerunt. Simili quoque anathemati ſubijcit eos, qui ſanctam virginum,uel aliarum mulierum voluntatem vel accipiendi, vel voti emittendi, quoquo modo ſine iuſta cauſa impedierint.*

b Arg.c. 1. de his quæ vi & cap. requiſiuit. de ſponſal.

c Seſſ.25.c. 18.de reg.

Vigeſimoprimo,qui parentes patiuntur filias ſuas habere amatores ob malũ finem, vel eas a ſuſpectis ſodalitijs non ſeparant: qualia ſunt aliquarum fœminarum conſortia: quas veriſimile eſt ipſas ad peccandum impulſuras.

Vigeſimoſecundo peccant mortaliter parentes,qui noſcunt filiam turpem vitam agere, vel uti fucis & irritamẽtis ad inducendum aliquem in peccatum mortale,& ipſam neque reprehendunt, neque corrigunt. [d] Veruntamen illa eo ſolo, quod ſe ornet cultius,quam ſtatui ſuo conueniat abſque fine malo,ſaltem mortali, non peccat amplius quam venialiter, nec conſequenter parentes amplius,quam venialiter peccarent,non reprohẽdendo eam. Siquidem qui conſentit in crimen alterius,non grauius peccat communiter, quam auctor illius. [e]

d Arg.cap. du. 18ta.nomina 23. q.4.

e Cap.1. de offic. deleg.

Vigeſimotertio peccant parẽtes, qui conſentiunt, vt cum filia ſua ſponſa vtatur ſponſus tactibus impudicis & enormibus,ut ſentit S.Thom. [f] id quod eiuſdem commentator amplificat ibidem. Quamuis oſcula & amplexus videntur licita talibus ſpõſis,etiam ob ſolam delectationem inde percipiendam. tamquam principium nuptiarum promiſſarum, quæ alijs eſſent illicita: & multo magis quãdo abſque fine delectationis, ſed honeſti amoris & beneuolentiæ, & neceſſitudinis intuitu, id faciunt, ita & parentes licite eis poſſunt ea permittere,ſed quia communiter ſponſi cum ſoli abſque arbitris conuerſantur, huiuſmodi tactibus impudicis vti ſolent,non deberet eis permitti, vt ſoli ſecreto conuerſentur.

f 2.2.q.154 art.4.

DE PECCATIS CONIVGVM contra hoc præceptum.

19 *Coniux ut peccet, vetando coniugi miſſam & ieiunium.*
19 *Coniux percutiens, vel verbis infamãs coniugem.*
20 *Vxor notabiliter tollens obedientiam marito, &c*
20 *Vxor nolens migrare cum marito.*
20 *Coniux prouocans coniugem ad magnam iram, vel ad blaſphemandum.*
20 *Coniux notabiliter contemnens coniugem.*

19 VIgeſimoquarto peccat contra hoc quartũ præceptum coniux, q,vel quę abſq; cauſa prohibet coniugi, ne diebus feſtis audiat Miſſam, aut cogit violare aliquod præceptum diuinũ, aut Eccleſiaſticũ, obligãs ſub pęna peccatis mortalis, puta ne ieiunet ieiunia præcepta, iuxta mentem B. Antonini. [g]

g 2.par.tit. 9.c.10.§.2.

Vigeſimoquinto peccat, qui vel quæ coniux immoderate percutit, aut verberat coniugem, ſiquidem neque ſeruum ita cædere debet. [h]

h l.1.ff de his, qui sũt ſui, uel alie ne iur. §.fi. Inſt.eo.tit.

Vigeſimoſexto,qui cauſa conuitiãdi, vel infamandi notabiliter,deliberate aliquod verbum, licet ex ſuapte natura minime iniurium,in coniugem profert, vel e contrario ſine animo diffamandi, iniuriamue irrogandi, aliquid dicit, qđ ſuapte

ſuapte natura eſt aptum ad infamandũ, & inde infamia ſubſequitur: vel ſaltem adeſt periculum eius infamiæ probabile, iuxta ſententiam S.Thom. [a] Quod nos etiam [b] comprobauimus.

20 Vigeſimoſeptimo peccat mortaliter vxor, quæ marito eſt notabiliter inobediens, in his, quæ ad regimen domus, & familiæ, bonosque mores pertinent. [c] Peccat etiam vxor, quæ non vult ſequi maritum aliò migrantem, etenim ſub reatu culpæ mortalis eum tenetur comitari, [d] niſi pactum præceſſerit inter eos, ne maritus aliò migraret, tũc enim minime teneretur, niſi viro aliqua iuſta neceſſitas illinc deſcedendi ſuperueniret: vt morbus, uel capitalis inimicitia. Neque etiam teneretur ſequi maritum vagabundum, ſi eo tempore, quo matrimonium contraxerunt, ille non ſolebat vagari, vel vxor eiuſmodi mariti morẽ non intellexerat. [e] Etenim ſi id prænouiſſet a principio, tenetur eum ſequi, quamdiu ex honeſta cauſa ille vagaretur: non tamen ſi ob turpem cauſam id faceret, vel circumduceret, exponendo peccati, vel mortis periculo, quia tunc nullatenus ipſum ſequi teneretur. Qui enim ita vagatur, abſque dubio peccat, & proinde non eſt illi conſentiendum. [f]

Vigeſimooctauo qui, vel quæ coniux per iram, & rixam ad blaſphemiam prouocat coniugem, & ſciens, aut ſcire debens, illum, uel illam ad blaſphemiam, vel ad aliam mortalem culpam prouocatum iri, non ſe reprimit. [g]

Vigeſimonono peccat mortaliter vxor, quæ contemnit marito debitam ſubiectionem præſtare, vel illi aliquid notabile imperat, aut eius iuſtum præceptum non implet, quale eſt præceptum, vt ſuperflua & vana, moreſque incompoſitos exuat. [h]

Dixi, *Contemnit*; quoniam cum præceptum mariti non ſit maius, quam Eccleſiæ, [i] & illud non obliget ſemper ſub mortali, ſi deſit contemptus, iuxta S.Thom. [k] non etiam eius præceptum ſemper obligat, ſi contemptus aſit, licet aliquando ſic.

a 2.2.q.73 art.2.
b In ca.inter uerba, tit.q.3. concluſ.3.
c Ca.eſt ordo & capi. hæc imago, 33.q.5.Richardi. ubi ſup.diſ.37.
d Ca.unaquæque.13 q.2.
e Gloſ.in d. ca.unaquæque & c.ſi quis neceſſitate.34.q.1
f Arg.cap. nõ ſemper. 11.q 3. & Sylueſ.uer. uxor q.8.
g Arg.cap. fi.de iniur.
h Arg.cap. eum caput. 33.q.5.
i Arg. eorũ quæ ſup.eo. cap.nu.12. diximus.
k 2.2.quæ. 116. art.9. & late per nos in rub. de pæn. & communẽ opinionem.

DE PECCATIS DOMINORUM, & ſuperiorum erga ſeruos, & famulos, & ſubditos, & e contrario.

21 *Dominus ut uiolat quartum præceptũ erga ſubditos ſuos.*

22 *Subditus ut uiolat quartum præceptũ erga ſuperiorem.*

21 TRigeſimo peccat Dominus, vel herus, qui notabiliter negligit ea, quæ pertinent ad ſeruorem, famulorumve ſuorum conſcientiam, nõ curando ne aſſueſcant male iurare, vel præcepta Dei, aut Eccleſiæ violare, aut non monent eos confiteri & communicare, & Miſſam audire diebus ad id ſtatutis, vel negligit notabiliter procurare illis ſacramenta Confirmationis, & Vnctionis extremæ ſuo tempore, & alias Chriſtiane viuere. [l]

Trigeſimoprimo Dominus, vel herus, qui habet ſeruum neophytum, ſeu noue ad fidem cõuerſum, & non curat per ſe, neque per alium Chriſtianam doctrinam ipſum docere, & quid ſit eſſe Chriſtianum, & ſubinde qualem vitam agere teneatur.

Trigeſimoſecundo, herus vel Dominus, qui notabiliter negligit noſſe peccata manifeſta ſeruorum, & famulorum ſuorũ, vt poſſit eos corrigere ſecundum S.Antoninum. [m] & eum, qui ex familia ſua neque verbis, neque alia iuſta pœna emendat debet ab ea eiicere, uel ei neceſſaria denegare, ſi veriſimiliter credit hac ratione ad bonam mentem illum reuocatum iri. [n] At ſi veriſimile eſt, eum a domo expulſum deteriorem fore, melius erit eum domi retinere, adhibendo ei remedia quæ commode poterit. [o]

Trigeſimotertio peccat Dominus, vel herus, qui prohibuit ſeruis ſuis, maxime quos ſciebat concubinis alligatos, ne vxores ducerent. [p]

Dixi. *Prohibuit*, quoniam non tenetur præbere conſenſum, facultatemque illis facere ad cõtrahendum matrimonium, ſed tm ad non prohibendũ, eo quod uale diſtant præbere cõſenſum, & non impedire, ut infertus, [q] dicimus, quamuis neutro caſu libertatem aſſequantur. [r]

22 Trigeſimoquarto peccat mortaliter ſubditus, qui notabiliter contemnit ſu-

l Arg.cap. duo ſunt, 3 q.4.& 1.ad Timo.ca.5.
m 2.par.ti. 5.c.9. §.2.
n Arg.reg. S.Aug.c,3.
o Arg.cap. quãtum!- bet,47.diſ.
p Cap.1.& per totum titulum,de coniug.ſer.
q Ca.22.de matrim. n. 34.
r Iuxt.mẽtem gl. Panorm.& cõmunis in c. 1.de cõiug ſeruor.

periores, vel illis honorem notabilem, & debitum denegat : etiam si sint discoli, & mali. [a]

Trigesimoquinto peccat mortaliter subditus, qui leges, & præcepta iusta superiorum violat: eo quod putat, in hac uita neminem in alium potestatem habere: & non solum peccat mortaliter, [b] sed etiam est hæreticus. [c]

Trigesimosexto peccat mortaliter subditus, qui iusta superiorum præcepta, aut leges omittit obseruare : quod nó vult se illis submittere. quamuis credat illos esse uere suos superiores, quod est proprie peccatum inobedientiæ, iuxta S. Thom. [d] Etenim si alijs de caussis id omittit, aliquãdo peccat mortaliter, aliquando uenialiter, aliquando nullo modo, iuxta caussarum uarietatem, qua de re latius, [e] tractabimus.

a 1. Petri c. 2. et ad Ro. 13. cap. solita. de maior. & obed. c. omnis. de censibus.
b Contra c. ad hæc, 89. distin.
c Extraua gan. unam sanctam de maiorit. & obedien. & glo. singula recepta ĩ c. generali, de elect. lib. 6. uerbo inhibemus.
d 2. 2. quæ. 105. art. 1.
e In ca. 23. nnm. 36.

QVI PECCANT CONTRA quartum præceptum, quatenus extenditur ad honorandum proximum.

23 *Proximum non honorans qui violat hoc quartum præceptum.*
23 *Proximus qui non diligit se, aut proximum charitate: cum tenetur.*
23 *Proximus qui alium excipit a suis orationibus generalibus.*
23 *Proximus, qui non diligit proximum, cum tenetur.*
23 *Amat qui plus se, aut corpus, quam animam suam.*
24 *Amat qui se ipsum, vel proximum cũ offensa mortali Dei.*
24 *Proximus, qui desiderat, ut alius mortaliter peccet, vel condemnetur.*
24 *Excommunicationem qui procurat in finem, ut proximus condemnetur.*
25 *Accusare qui aut denuntiare recusat, quando debet, &c.*
25 *Odium, & rancor duplex.*
25 *Odium aut rancorem malum quis dicitur habere.*
25 *Inimico an quis debeat amoris signa ostendere.*
25 *Iniuria non omnis affectus eam remittere potest.*
25 *Iniuriæ veniam uter offensorum petere debeat.*
26 *Periculo peccandi se exponens, uel agens contra conscientiam.*
27 *Peccatum mortale alterius, qui nõ impedit, cum possit absq; suo nocumẽto.*
27 *Peccati alterius qui est causa, nisi, &c.*
28 *Peccat qui mortaliter, vel speciem eius rei præstat, ut alius ita peccet.*
29 *Peccat qui venialiter, ut alium sic peccare faciat, solum uenialiter peccat.*
30 *Proximus, qui facit aliquid, ob quod credit alium mortaliter peccaturum.*
30 *Proximus familiaris alicuius cum scãdalo alterius.*
31 *Proximus qui rancorem, aut odiũ non deponit, ne sibi detrahatur.*
31 *Proximus, qui scandalum præbet edendo carnes, vel non ieiunans.*
32 *Occasio quæ necessario vitanda pœnitenti, vt absolui possit.*
33 *Finis principalis operis boni licet non possit esse bonum minus illo, potest tamen esse minus principalis, modo non sit malum culpæ, seu peccatum.*
34 *Occasionem dare ad veniale, ueniale tantum est.*
35 *Occasio peccandi per actus de se bonos, quæ uitanda.*
36 *Synagogas, Mezchitas, & Idola, qui facit, aut reficit.*
36 *Missæ pceptæ tẽpore canens, saltãs, &c.*
36 *Membra pudenda nuda ostendens, uel videns.*
37 *Ornans se ornatu ad peccãdũ puocãte.*
37 *Scurra, uel alius peccans causa nimis ridendi, bibendi, &c.*
37 *Peccatum ueniale peius omni malo pœna, & disponit ad mortale.*
38 *Peccati causam qui dat arma, uel alia commodando.*
38 *Peccat suadens alĩ peccatum, licet nolit ut faciat illud, &* 42.
39 *Peccat petens, quod peccatum est, etiã ad id parato, & alioqui bonum, numero* 40.
30 *Iuret ut per falsum Deum ethnicus uel le malum, sed non ut iuret, licet sciat iuraturum per falsum Deum.*
40 *Vsurario carenti pecunia commendãs illam ut peccat.*
40 *Peccatum per minus arcere a maiori ut bonum.*
40 *Peccat quando petens bonum ab eo qui dando peccabit.*
41 *Sacerdotis mali ad missandum inducio quæ peccatum.*

Tyran-

41 *Tyrannum rogare pro iuſtitia, aut gratia non eſt peccatum.*

42 *Peccata an ſint vrbane dicta, in peccata mouentia.*

42 *Tactus mamillarum & quidam alij qualis occaſio peccandi.*

43 *Scholarũ gradus, & præmia Minerualia cur licita.*

43 *Scientiæ licet ob eas dentur gradus, & cathedræ licitæ.*

43 *Ars mechanica, licet ſit occaſio malorum, vt bona.*

43 *Scientiæ malus vſus non efficit eam malam.*

43 *Legem non arguit malam malus eius vſus.*

44 *Publici conuentus in bonum finem inſti, & boni.*

44 *Scandalum ob quod non omittenda præcepta, vel conſilia.*

44 *Bona quæ non omittenda ob ſcandalum,*

44 *Bonum ſpeciem mali habens omittendum, aut excuſandum.*

TRigeſimo ſeptimo peccat qui quãdo tenetur, non amat ſe, vel proximum charitate, ſiue amore charitatiuo, id eſt, propter Deum, & quia sũt capaces æternæ beatitudinis, exoptãdo eam ſibi ipſis, vt in addit.[a] latius dixim[9] & ſupra,[b] breuiter repetiuim[9]: vel amore naturali tempore quo id facere tenetur ſub pœna mortalis peccati, & quod tempus ſit ad id aptum ſupra,[c] inſinuauimus.

Trigeſimooctauo quia aliquos a participatione, & communione generalium oronum, in quibus pro alijs orare ſolet, excludit, quales ſunt illæ petitiones orationis Dominicæ, *Panẽ noſtrum da nobis hodie, & dimitte nobis debita noſtra, &c.* iuxta mentem S Thom.[d]

Trigeſimonono, qui habuit animum non diligendi, vel non ſubueniendi cuipiam proximo, eo quod ille ſit peccator vel eum offenderit, uel ob aliam causã, caſu quo illud eſſet ei ad ſalutem neceſſarium, ſecundum vtrumq; Thomam.[e]

Quadrageſimo peccat, qui amat aliquam aliam creaturam firmius, quam animam ſuam, uel corpus ſuum firmius, q̃ animã proximi, vel honorem, aut fortunas ſuas, quam corpus proprium, aut proximi, adeo quod omittit, vel ſtatuit non opitulari extremæ neceſſitati illi[9], cui tunc plus deberet, ut non defit ei, cui minus deberet.[f] Etenim non ſatis eſt diligere, quod oportet, niſi etiam debitus diligendi ordo ſeruetur, puta primo firmius Deum, quam alia omnia. Secundo nos, ipſos quo ad animas noſtras, Tertio, animam proximi. Quarto, proprium corpus, iuxta Auguſt.[g] Dixi, *Firmius*, non autem intenſius, aut ſeruẽtius: quoniam non tenemur ad id, ut in dicta additione, & ſupra,[h] declarauim[9], vbi probauimus ſatis eſſe, qđ firmius diligamus, hoc eſt, vt plus faciamus, & æſtimemus id, quod magis amare debemus, & eius amorem, quam id quod minus debemus, & eius amorem.

Quadrageſimop. imo, qui tantum amat ſeipſum vel filium, vel amicum, vel delicias, diuitias, honores, dominũ ſuũ temporalem, vt ſit paratus pro ijs animo, vel opere Deum mortaliter offendere, ſecundum Scotum, & Franciſc. Mayronem.[i]

24 Quadrageſimoſecundo peccat, qui deſiderat, vt aliquis mortaliter delinquat, vel damnationem æternã incurrat vel (quod grauius eſt) Deum orauit, ut aliquid horum proximo eueniat, uel ex animo maledixit, ut ille aut ille ppetuis inferni flammis crucietur: vel ſententiam excommunicationis contra proximum facit pronunciari hoc animo, vt qui rem ipſi ablatam non reſtituat, animæ ſuæ iacturam faciat, vel alia huiuſmodi admittat.[k]

25 Quadrageſimotertio, qui non reprehendit proximum, aut non denunciat, cum debet, vel reprehendit, aut denunciat aliter quam debet, &c. vt inferius dicetur.[l]

Quadrageſimoquarto peccat, qui eo quod eſt iniuria affect[9], uel alia de cauſa aliquem odio, & rancore proſequitur.[m] Etenim quilibet offenſus tenetur remittere ex animo odium & rancorem malum: imo & ad non concipiendum illum contra ſuum offenſorẽ, quãtalibet fuerit iniuria, iuxta ſententiam diui Gregorij.[n]

Dixi, *Odium & rancorem malum*, qui eſt una ex filiab. accidiæ, nõ eñ obligatur ad eijciendum illum rancorẽ bonũ, qui

a *Repet. c.a. quando, de conſec. d.1.*
b *Eodem cap.7.& 9.*
c *Eodem c. num.8.*
d *2.2.q.25. art.4.6.8. & 9.*
e *In d.ar.8. & 9.*
f *S.Bonauẽtura & Richardus in 3.diſt.29.*
g *Libr. 1.de doctr.Chriſtiana,c.23 & 26.& Th. receptũ 2.2.q.26.p totam.*
h *Cap. 11. nu.6.*
i *In libr.1. ſent.diſt. 1.*
k *Vt in dict. additione diximus.*
l *Ca. 24.a num.17.& ſeqq.*
m *C. ſi quis cõtriſtatus, 90.diſ.c.falſas de pœn. diſt.5.*
n *Greg.7.ī ſym.Rom.& in dicto ca. falſus.*

a Cap. fin. qui c. est iniusta miseri cordia. c di splicet, 23. q. 4. Syluest. Verb. cari tas q. 4.

qui nascitur ex ira, qua quis appetit, vt per iudicem castigetur delictum : imo aliquando tenetur illum concipere, con seruare, & ostendere, [a] puta quãdo ad salutem spiritualem offensoris, vel ad Dei obsequium, aut ad Reipub. vtilitatem concludit, sicut [b] diximus. Non tenetur etiam eum alloqui, neque ei signa amoris ostendere, nisi tempore necessitatis : satis est enim habere animũ ad talia signa ostendenda in prædicto tempore, iuxta S. Thomam receptum, [c]

b In dicta additione. c 2. 2. q. 25. art. 9.

c Eod. n. 9.

maxime quando offensor satisfacere renuit, aut non vult sufficienter id facere, imo nec tunc tenebitur sub reatu peccati illum in suam conuersationem, & amicitiam peculiarem admittere, quamuis aliquod signum speciale amicitiæ teneatur ostendere, vt tactum est supra. [d]

d Eod. n. 9. e In dict q. 25. art. 9. f Iuxta gl. sing. in d. c. si quis consistatus. g Iuxta gl. receptã in c. parochianos, de sent. excomm. h Secundũ gloss am præallegatam. i Syluest. in rosa aurea casu 56. k Arg. c. si quis aũt de pœn. dist 7. vt ibi n. 57. & 81 copiosius diximus. l In 4. d. 17 m In sũma Verbo periculo peccãdi se exponere. n Cap. per tuas, 2. de simon. vt in d. ca. si quis aũt n. 120. copiosius diximus. o In præallegato ca. si quis autem nu. 61.

Quocirca confessarij aduertere debent, quando & quomodo ob hoc offensis absolutionem negẽt, vel concedant, vt docuit Caietanus. [e] Multominus item tenetur cõdonare satisfactionem iniuriæ : quæ in iudicio peti potest, [f] imo aliqui sunt, qui etiam si velint, non possunt id facere, quales sunt vxor, filiusfamilias nondum mancipatus, seruus, & religiosus, [g] quoniam actio contra iniuriantẽ ad superiores pertinet, scilicet ad mariturn, patrem, dominum, & prælatum. [h] Addimusque, quod quando duo se mutuo offendunt, & amborum offensio est æque grauis, qui prius offendit, debet prius reconciliationem petere : at vero si posterior iniuria sit maior, posterior debet prius eam petere. [i]

26 Quadragesimoquinto, qui periculo peccadi mortaliter se exponit, vt qui dubitans de aliquo, an sit mortale nec ne, facit illud : aut omittit confiteri, [k] vt S. Bonauentura, [l] & Caietanus [m] tenent : & fortiori ratione lethale crimen incurrit, qui agit contra conscientiam, dum facit aliquid, aut omittit facere, quod illa in particulari & indiuiduo dictat esse peccatum mortale. tenetur enim eam deponere, aut quod illa dictat facere. [n]

Dixi, *In particulari:* quoniam quando conscientia generaliter dubitat, aut dictat contrarium illius, quod in particulari & indiuiduo rectum iudicat, non est mortale, vt [o] diximus.

27 Quadragesimosexto peccat mortaliter, qui potens impedire, ne alias mortale crimen admittat, nó impedit. [p] Hanc conclusionem, quam significant multi textus, nos in alia huius operis editione limitauimus, solum procedere in eo, qui sine verecundia, incommodo, & dedecore id poterat impedire, [q] vt [r] latius diximus. [s] Neq. obstat id quod numero sequẽti dicitur, videlicet, quod non peccat mortaliter is, qui ab vsurario mutuo pecunias exposcit, quem credit sine vsura & peccato non mutuo daturum. Nec etiam, qui petit à curato suo, vt baptizet sibi filium credens eum esse in peccato mortali, & quod absque contritione illius peccati baptizabit, & videtur vtrumq; horum posse ab huiusmodi petitione abstinere absq; incommodo, verecundia & dedecore saltem in casu, quo qui petit ad vsurã non grauí premeretur necessitate, & inuentirentur sacerdotes, qui cum licentia proprij curati, quæ facile solet concedi, id baptisma ministrare vellent : & certum est, quod illa peccata mortalia quæ creduntur consequutura præfatas petitiones, illis omissis impedirentur. Accedit ẽt, quod non peccat mortaliter ob hoc solum mulier, quæ gloriæ vanæ & venialis desiderio tacta, absque alio fine mortali se fucat & ornat, licet credat aliquos, qui ipsam sic fucatam, & ornatam videbunt, in eius concupiscentiam mortalem exarsuros, [t] attamen certũ est, eam absque incommodo verecundiæ, & dedecore suo posse ab huiusmodi ornatu temperare. Addo his fundamentis, quod etiam inferius, [u] opponitur, eum qui omittit clericum defendere, ne ab alio percutiatur, cum possit sine suo detrimento auxiliari, non incurrere excõmunicationem, [x] saltem in foro conscientiæ, si absque dolo malo, & consensu omiserit defendere. Item, quod inferius [y] etiam definiuimus neminem teneri alteri spiritualem eleemosynam elargiri sub reatu mortalis culpæ : nisi ei, qui eius extremam patitur indigẽtiam : & manifestum est, eum, qui voluntarie crimen lethale committit, sciens & aduertens illud esse tale, potensque per se illud excusare, non esse in extrema necessitate spirituali, vt ei ab alio ad id

p Cap. qui alios de hæret. c. error. 83. dist. c. negligere. 2. q. 7. & alia in glossis eorũ citata. q Secundũ Feli. in d. c. qui alios. r In repet. c. si peccauerit. 2. q. 1. s Et in repeti. c. inter uerb. & infra. cap. 24. nu. 20.

t Vt infra, c. 13. n. 23. dicitur.

u Cap. 27. nu. 78.

x De qua in c. quante de sentent excom.

y Cap. 24. num. 11. et seq.

auxi-

auxilium præſtetur. Sed horum (quæ ſunt egregia) dubiorum exactam ſolu-
a Cap. 21. n. 16. & in c. 24. n. 16. tionem ponemus infra, [a] quoniam id illi loco eſt aptius.

28 Quadrageſimoſeptimo peccat, qui conſilio ſuo, fauore vel ope alij eſt cauſa peccandi mortaliter. [b] Nolumus au-
b Cap. noli de pœn. d. 1. tem dicere, quod quicunque ab alio aliquid petit, credens petitionem illam futuram eſſe alteri occaſionem peccandi mortaliter eſt cauſa illius peccati: non enim eſt quum iuſta cauſa id petit, eſt autem quum ſine illa id facit: nam qui neceſſitate oppreſſus mutuum poſcit ab vſurario, ſciens illum ſine vſura nullatenus mutuo daturum, non peccat: quamuis peccet qui dat. Peccaret autem qui
c Vide et in c. 1 §. facerdos, n. 6. de pœn. diſt. 6. declarauimus. abſque neceſſitate id peteret, [c] iuxta Ioannis Maioris definitionem, [d] qua definit, eum, qui curatum ſcelere aliquo mortali irritum obſecrat, vt filium ſuũ baptizet, non propterea peccare, etiam ſi ſciat illum non præuia pœnitentia peccati baptiſmatis ſacramẽtum puero adminiſtraturum, & per conſequens ea de cauſa reatum mortalis culpæ incurſurum, [e] quæ quidem doctrina tunc procedit, quando id quod petitur, ex ſe non eſt peccatum vt in exemplo prædicto in
d In 4. lib. ſent. diſt. 15. q. 1. e Cap. præter adiũcta glo. verb. agentibus & verb. cõmunio, 32. diſt. adminiſtratione baptiſmatis, & in petitione mutui. nam ſi tale eſſet, nũquam liceret, vt ſi peteret dari ſibi baptiſma abſque contritione, vel mutuo dari ſibi
f 2. 2. q. 78. ar. 4 et p. 3. q. 64. art. 6. ſub vſura, vt optime tradit Caietanus. [f]

Quadrageſimooctauo peccat, qui facit aut dicit aliquid, quod de ſe non eſt mortale, cum intẽtione tamen alterum ad illud inducendi, vel abſq; tali intentione facit aliquid, quod præ ſe fert ſpeciem peccati mortalis, & factum in tali loco, & coram talibus eſt ſufficiens impulſus ad peccandum mortaliter arbitrio boni viri, & prudentis, ſecundum S.
g 2. 2. q. 43. art. 3. & 4. h 2. p. ti. 7. c. 4. ante. §. Thomam [g] & S. Antoninum, [h] quod etiam poſt ipſum nos [i] tradidimus.

Dixi, *Quod de ſe non eſt mortale*: quoniam ſi eſſet tale de ſe, eſſent duo peccata effectu, vel vnum cum circumſtantia ſcandali neceſſario confitenda ob
i In c. 6. ſupra cod. & in c. 1. §. animaduertere. n. 6. de pœni. diſt. 5. ea, quæ in duobus locis prædictis tradidimus.

29 Dixi etiam, *Et quia ſit in tali loco, & coram talibus*: quoniam quod ex ſe non eſt peccatum mortale, licet habeat ſpeciem eius, factum coram alio ſine intentione inducendi ad peccatum nõ eſt mortale: imo etiam quod de ſe eſt mortale commiſſum coram alijs abſque tali intentione, & abſque periculo probabili impellendi alios in peccatum non affert ſecum circumſtantiam neceſſario confitendam, vt [k] noua quadam diſtinctione duas oppoſitas opiniones ad concordiam redegimus. Item neq; veniale peccatum fit amplius quam veniale eo quod fiat animo alliciendi alterum ad peccandum uenialiter, ſecundũ omnes.

k In dicto §. animaduertere. nu. 8. & c. conſideret, in prin. n. 115.

30 Quadrageſimonono, qui tam parui æſtimat ſalutem ſpiritualem proximi, ut abſque neceſſitate, uel utilitate, ſed ex mera libertate ſuæ uoluntatis aliquid agat, quod credit proximum ad mortaliter peccandum illecturum, eſt exemplum in fœmina, quæ ſine cauſa exhibet ſe conſpiciendam illi, quem credit ſimulatq; perſpexerit, peruerſum ali quod deſiderium peccandi mortaliter conceperunt, etiamſi illa non intendat huiuſmodi deſiderium allicere, ut, [l] poſt B. Antoninum [m] defendimus. [n]

l In dict. §. animaduertere, nu. 6. m 2. p. ti. 7. c. 4.

Dixi, *Abſque neceſſitate, vel vtilitate, ſed ex mera voluntate*, quoniam ſi aliquin non poteſt congruo quodam modo talia loca non adire, aut tunc temporis illis non adeſſe, ubi ab alio ſolet uideri: quia uerbi gratia, eundum eſt illi ad Eccleſiam, uel aliò, uel ſedere oportet ad ianuam cum uicinis & affinibus, ne inurbanitatis poſſit argui, nullatenus peccat, ſecundum eundem. Hic occurrit ſcrupulus non contemnendus, qui ex alio notabili poſtea dicendo naſcitur, circa mulierem, quę propter appetitum inanis gloriæ (in quo ſolum uenialiter delinquit) fuco faciem depingit, an peccet in hoc mortaliter? ſed inferius, [o] ad hoc dubium reſpondimus, illi enim loco melius quadrabit.

n Facit c. nihil de præſcript. & c. 2. de oper. nou. nunci. o In c. 16. nu. 23.

31 Quinquageſimo, qui abſque cauſa neceſſaria, nel utili, alicuius mulieris ſuę ſpectæ conſuetudine familiari utitur, & aduertens ſe ſcandalum præbere alijs, qui male de illa iudicant: tamen ab ea non diſcedit, eo quod nihil facit ſcandalum aliorum. Eodem modo peccat, qui frequenter moniales, debitam clauſurã non obſeruantes inuiſit, & inde populus occaſionem accipit detrahendi & murmurandi,

murandi, etiam ſi alioquin caſte viuat, & recta intentione loca illa frequentet. Ille item, qui domi ſuæ habet aliquam mulierem, de qua populus ſiniſtri aliqd ſuſpicat, ſiue ſit cognata, ſiue extranea, quamdiu eam a ſe non reijcit. [a] Idem dico de eo, qui habitat cum fœmina, cũ qua eum rem habere populus ſuſpicatur, etiamſi alioquin, neque cogitatione cum ea peccet, vt in ca. inter verba, [b] etiam diximus.

32 Altera duarum quæſtionum ſupra [c] propoſitarum, quam remiſimus huc terminandã, eſt, An qui occaſionẽ peccãdi alteri præbet ſine propoſito numquã amplius eam præbendi, abſolui poſſit? Ad quam reſpondi, quod occaſio faciẽs alterum peccare, a qua pœnitens abſtinere, & numquam amplius ſe eam daturum ſtatuere debet, quo abſolui poſſit, definiri poteſt eſſe omnis & ſola illa, q̃ eſt ſcandalum actiuum mortiferum, hoc eſt, quod qui eam dat mortaliter dando peccat. Et ſi roges, quæ eſt illa, quã qui dat, mortaliter peccat? Reſpondeo, quod omnis & ſola illa, *quæ datur p̃ peccatum mortale, aut intentione principali vel minus principali inducendi ad illud, aut ad id iuuando, aut contemnendo ſalutem ſpiritualem proximi, aut in id, ſaltem interpretatiue conſentiendo*.

Dixi, *Per peccatum mortale*, vt omnis illa occaſio, quæ per opera mortaliter mala datur, includatur in prædicta definitione. De qua occaſione agit S. Tho. [d] quoniam licet omne peccatum mortale, quo ſcandalizamus, non habeat circumſtantiam neceſſario confitendam, [e] cum tamen numquam liceat peccare mortaliter, clarum eſt, quod non eſt abſoluendus qui non proponit, ſe numquã daturum occaſionem peccandi per peccatum mortale: quia qui tenetur ad aliquid, tenetur ad conſequẽs neceſſariũ. [f]

33 Dixi, *aut intentione principali, vel minus principali inducendi ad peccatum mortale*, ad includendum omnes occaſiones, quæ cum hac intentione dantur, ſiue opera ex ſe bona ſint ſiue mala, ſiue ad malum, ſiue ad bonum inuitent: qa ſimul ac cum huiuſmodi intentione dãtur, tales ſunt, iuxta S. Thomam. [g] Nec huic obſtat, quod in cap. inter uerba. [h] & in cap. quando, [i] & latius nuper in commentario cap. cum miniſter. [k] dixi, ſcilicet, quod opus non deſinit eſſe bonum, ſi principaliter propter Deum fiat, aut quia eſt bonum, quamuis minus principaliter, ob aliquod bonum temporale fiat, propter quod ſi principaliter fieret, malum eſſet. Non, inquam, obſtat: quia intelligendum eſt, quando quod minus principaliter intenditur, non eſt malũ culpæ, ſeu peccatum: ſed res bene appetibilis, quamuis nõ poſſit eſſe finis principalis virtutis, quæ præſtantior ea eſt. Id autem, quod in hac definitione dixi, intelligendum eſt de eo, quod eſt malũ culpæ, ſeu peccatum, quod nullatenus deſiderare, nec velle, nec nobis finem principalem, nec minus principalẽ proponere poſſumus. Cuius enim finis malus eſt, ipſum quoque malum eſt, [l] vbi etiam [m] diximus, hoc diſtare inter finem malum, quia eſt malum culpæ, & inter finem malum, quia eſt ineptus, eo quod ſit medio minus bonus, quod hic poteſt eſſe finis minus principalis boni operis: ille vero non.

Dixi, *Aut adiuuando*, ad includendũ eas, quibus quis dat opem ad peccandũ opem enim ferens peccat, [n] qualis eſt, quam præbet is, qui aliquam ſynagogã Iudæorũ ædificat, aut reficit: quamuis ſine aliqua intentione mouendi ad peccandum id faciat.

Dixi, *Aut contemnendo ſalutem ſpiritualem proximi*, ad includendum eas, q̃ dantur ob proximi ſalutis contemptũ, qualis eſt, quam dat is, qui ideo tranſit per ianuam domus alterius, quem ob illum tranſitum mortaliter ira, aut amore inordinato peccaturum credit, quod nihil pendat, aut paruã faciat quod alter ad id moueatur, contemptus enim huiuſmodi efficit, vt mortale ſit, quod alias non eſſet. S. Thomas [o] & ante illum gloſſa [p] putata ſingularis a noſtris.

Dixi, *Aut conſentiendo*: quia conſentiens peccat, ſicut principalis. [q]

Dixi, *Aut ſaltem interpretatiue*, ad includendum eas, quæ dantur per eum, qui aliquid facit, quod ex ſua natura & circunſtantijs, cum quibus facit, adeo a d peccatum mortale incitat, vt maiorem partem eorum, qui ſunt eiuſdẽ qualitatis, cuius ſunt hi, quibus datur illa occaſio, in peccatum mortale deijcere ſoleat:

a Ioã. Maio. in 3. lib. ſẽ. diſt. 15. qu. 40.
b 11. q. 3. cõ cluſ. 5.
c C. 3. n. 9. Occaſio. data peccati mortalis qua.
d 2. 2. q. 43 art. 4.
e Vt ſup. in c 6. n. 19. dictum eſt.
f Arg. l. illud. ff. de adquiren. hæredit &c. & præterea de off. dele,
g 2. 2. q. 43 art. 2. ad 4.
h De conſe. diſt. 1. & in eius.
i 21. q. 6. n. 39.
k Diſt. c. cũ miniſt. 23. q. 5.
l Num. 39
m Num. 39
n Ca. ſicut dignum. §. illi autem. & § hi quoque. de homicid.
o 2. 2. q. 186 art. 4.
p Cap. quis autem 10.
q Ad Rom. 1. c. notũ. 2. q. 1. ca. 1. de offic. dcleg.

ſoleat: aut facit aliquid, quod quamuis ex ſua natura, & circumſtantijs tale non ſit tamen credit & aduertit, ob illud certam aliquam perſonam ex ſua infirmitate, aut ignorantia mortaliter peccaturã & antequam huic rei prouideat, id facit aut credit & aduertit, ex malitia peccaturam, ſine tamen vlla cauſa, & ſine vtilitate ſua, nec aliena illud facit: aut prætermittit aliquid facere contra legem iuſtitiæ, aut caritatis præceptum, ob q̃ alius mortaliter peccat. Addidi tamen, *Certam aliquam perſonam*, quia non ſufficit credere aliquam generaliter peccaturam, vt qui ad animi recreationẽ aliquem ludum inſtituit, non peccat, eo q̃ aliquem in eo peccaturum credat, ſicut nec ille, qui credit, aliquem malum eſſe in aliquo oppido, aut in aliquo magno conuentu, peccat, vt colligitur ex textu
a Ca. Oſius de elect. ſingulari, [a] quamuis ea de re nulla ſit p̃ſumptio particularis, licet peccaret, ſi crederet illum, aut illum illius oppidi, vel conuentus eſſe malum.

34 Dixi, *faciendi mortaliter peccare*, quia non ſufficit illa, quæ venialiter peccare facit, cum, vt abſoluatur, non ſit opus propoſito numquam amplius ad veniale redeundi, quod confeſſus eſt, iuxta
b 3. part. 5. 87. art. 1. S. Thom. [b] & ſupra, [c] dictum fuit: & occaſionem venialiter peccandi per opus, quod non eſt mortale, dare, ad
c Cap. 1. ſummum eſt peccatum veniale, & nihil amplius, iuxta eundem Sanctum Thomam. [d]

d 2. 2. q. 43 art. 4. Ex qua generali & reſoluta definitione, multorum dubiorum, quæ a nobis, poſtquam ad ſexageſimum annum peruenimus, quæſita ſæpius fuerunt, peculiaris reſponſio colligitur. Primo quidem, quod talem occaſionem dat, quiſquis coram alio mortaliter peccat, per primam partem dictæ definitionis, licet eam tali modo non dederit, vt circumſtantiæ neceſſario confitendæ cauſa eſſet, quod quando contingat, [e]
e In c. 6. nu. 9. & ſeq. dictum fuit.

35 Secundo, quod talis eſt occaſio, quam dat quælibet perſona, quæ cũ intentione principali inducendi ad amorem inhoneſtum & mortiferum aliquã eleemoſynam præbet, aut alloquitur, inuiſit, docet, conſulit: & a fortiori erit talis ea, quæ datur viſu, nutu, blanda, & amatoria loquutione, aut blandimentis, tactibus, muneribus, aut obſequijs in hunc finem directis: quia harum cuilibet ſecunda pars dictæ definitionis conuenit. Nec obſtat dicere, quod fortaſſis ex ea finis mortifer, qui prætẽdebatur, non ſequitur, cum omnis voluntas, ut alius mortaliter peccet, mortifera ſit, vt ſupra, [f] poſt S. Thom. [g] & S. Anton inũ. [h] & Magiſtrum, [i] dicitur, & ſic qui aliquã harum occaſionum dedit, niſi ſtatuat, numquam amplius eam ſe taliter daturum, abſolui non debet.

f Ca. 11. n. 12. & n. 1. & 16. *g 1. 2. q. 74.* *h 3. par. tit. 5. ca. 1. §. 5* *i In 2. diſt. 24. & Ioã. Maior. in d. diſt. 34. qu. 18.*

36 Tertio, quod eſt talis, ut colligitur ex Caietano [k] quam dat, qui etiam ſine alia praua intentione facit, aut reficit Idola apud Indos: aut Synagogas, apud Iudæos: aut Mezchitas apud Mahumetanos, aut Pagana templa apud Paganos, aut Hæretica apud Hæreticos, aut facit aliquid, cuius principalis vſus eſt peccatũ mortale: quia occaſionem ad illud dat cum auxilio, & ſic in tertia parte dictæ definitionis comprehenditur.

k 2. 2. qua. 169. art. 2. ad 4.

Quarto, quod etiam talis eſt, quam aliqui diebus feſtis, miſſa ab ipſis audita, alijs, qui eam non audierunt, præbẽt canendo, pulſando, choreas, ducendo, ſaltando, ludendo, aut faciẽdo alias res, quibus præſentes tempore, quo audire miſſam ex præcepto tenentur, detinent, eo ſolo, quod eorum ſalutẽ ſpiritualem parũpendunt, reſpondentes dicentibus eos occaſionẽ peccandi præbere, nihil ſua referre, cum ipſi eam audierint: qa eis quarta particula dictæ definitionis conuenit. Quapropter gubernatores, q̃ hęc fieri publice tempore diuinorum officiorum, ſaltem præceptorum prohibent, laude digni ſunt.

Quinto, quod eſt talis illa occaſio laſciua & inciuilis, quam præbent, q̃ pudenda oſtendunt, aut vident nuda, aut operta veſtibus tenuiſſimis, ſine circũſtantia iuſtificante, quamuis id ſine intentione inducendi ad culpam mortiferam faciant, per primam definitionis partem: quia talis occaſio eſt peccatum mortale, cum ex ſua natura communiter ad culpã mortiferam, ſaltem voluntatis, aut delectationis mortiferæ moroſæ inducat. Vnde legitur, Barnabam maledixiſſe nudis viris, & mulieribus nudis: & ſine propoſito numquam amplius

ſe

se eam daturos, non sunt absoluendi. Dixi, *Sine circumstantia iustificante*, ad excludendum ex hoc numero aspectus, & tactus, quos infirmi talium membrorum medicis, chirurgis, & clysteriferis permittunt.

Sexto, quod etiam est talis, quam dat qui credit aliam certam personam obuiam sibi factam in concupiscentiam, aut iram mortiferam ex sua infirmitate aut ignorantia casuram, & hoc aduertens obuiam illi sit, non prouidendo ei[a] infirmitati, aut ignorantiæ, quamuis sine intentione, vt illa peccet, id faciat: quia illi conuenit sexta prædictæ definitionis particula, videlicet, Consensus interpretatiui.

37 Septimo, quod talem occasionem non dat, qui sine intentione & contemptu mortifero ita se ornat, vt credat quidem se ab aliqua persona totius populi, aut circi, vel Ecclesiæ odio, vel concupiscentia mortifera habendum, si illo ierit: nescit tamen a quo, aut id non aduertit: nec etiam si sciat quis, si intelligat quod ex malitia, praua consuetudine, & habitu quem habet, peccabit: quales sunt hi, qui non solum tales occasiones fugiunt: sed etiam aucupantur, imo se de eo iactant: quia eiusmodi occasioni nec dicta sexta particula, nec alia dictæ definitionis conuenit, & per hanc & præcedentem decisionem, id quod Caietan. dicit, [a] quod Syluest. [b] & alij affirmant, conciliari potest.

Octauo, quod nec etiam est talis occasio illa, quam dant scurra, & alij, qui præbent occasionem nimiam ridendi, comedendi, bibendi, vestiendi, aut loquendi, modo nimietas illa non perueniat ad culpæ mortalis excessum. Per septimam enim dictæ definitionis partē, ex numero dictarum occasionum excluditur, quia solum venialiter peccare facit: quamquam magnopere illis est consulendum, vt ab eo abstineant. Tū quia ob nullam omnino rem peccatum veniale committendum est, [c] quantominus tot sunt committenda? Tum quia etiam vnum tantum peccatum veniale disponit ad mortale, iuxta S. Thomam. [d] Idē dicendum est de eo, qui dicit aliquid, aut facit, vt ad amorem vanum, aut veniale tantum malum alliciat, qualis est illa, qua quis videt, alloquitur, vel obsequio aliquam fœminam prosequitur, nō quidem quo moueat eam in copulam carnalem, neque in tactus inhonestos, neque delectationem morosam: sed quo illa delectetur eius aspectu, alloquio, pulchritudine, ac ornatu, & eum beneuole intueatur, complacentiam de bene constituta & culta persona significando, sine alia delectatione, aut sine mortifere malis: quamquam magna circumspectione opus est, ne hoc aliqua mortali culpa inficiatur.

38 Nono: quod interdum absolui potest, qui occasionem interficiendi dedit ob commodatam ballistam absque malo fine, licet numquam se amplius sic cōmodaturum non statuat, & interdū nō: quia commodare ex sua natura talem occasionem non efficit: circumstantię tamen eam efficere possent. Proinde, si quis alicui, qui cum alio rixatus est, irato animo ballistam petenti commodauerit eam, talem præbet occasionem: quia interuenit auxilium, aut contemptus salutis spiritualis, aut consensus saltem interpretatiuus, quod per quintam & sextam dictæ definitionis partem sufficit ad efficiendum, vt aliquid sit eiusmodi occasio. Idem dicendum de eo, q commodat, aut vendit lanceam, sclopetum, ensem, aut alia arma, aut pigmenta, aut chartas lusorias, talos, orbiculos, aut aliquid aliud, quod bene vel male alteri tradi potest.

Decimo, quod talis est illa occasio quotidiana, quam dat, qui imperat, cōsulit aut rogat alium, vt falso iuret, iniuriam inferat, percutiat, fornicetur, aut aliud opus manifeste malum faciat, ad tentandam virtutem eius tantum, licet non intendat eum ad id inducere: imo introrsum desideret, ne illud faciat: qa est peccatum mortale: nā est actus suapte natura, ad culpam mortiferam inducens sine circumstantia iustificante: & sic illi prima dictæ definitionis pars conuenit.

39 Vndecimo, quod talem occasionē non præbet, qui ab eo, qui ex sua malitia est ad peccandum paratus, petit aliquam rem ex se bonam: quæ tamen est materia exercendi peccatum ab ipso cōceptum, quamuis talis sit ea quam dat ille,

a 2.2.quæ. 186.art.9. versi.ad 4.

b Verb. ornatus. q.4.

c Vt sentit gl.in cap. si aliquid.22 q.4.& probat.c.1. cū seq.22.q.3.

d 1.2.q.88 art.9.

ille, qui petit aliquid, quod est peccatū ab eo, qui ad id accinctus siue preatus est. Ex quo colligitur ratio, quam quidam perdoctus quærebat, cur qui mutuum ab vsurario, ad dandum sub vsuris parato ob necessitatem petit, non peccat: qui vero petit ab eodem ad vsuram peccat? Est enim ratio, quod qui primum petit, non petit ab eo rem malā, quamuis materiam peccandi offerat: q autem petit posterius, sic, vt recte, declarauit, & probauit Caietanus, [a] cui concordat Dominicus Sotus, [b] tacito eo. Pro quo facit decretum S. Augustini, [c] quo probatur non esse peccatum, petere ab infideli, vt se promissis staturum iuret, licet illum per suum falsum Deum iuraturum sciat, quamquam petere, vt per illum suum falsum Deum iuraret, peccatum esset. Facit etiam ratio superius tacta, scilicet non esse peccatum occasionem peccandi sine mala intentione cum necessitate, aut vtilitate præbere ei, qui ex sua malitia peccat: quāquā petere, vt peccet, aut vt rem, quæ peccatum est, faciat, sit. Facit etiam, quod sicut illud decretum, [d] probat, & S. Thomas dixit, & alieno peccato sine consensu in illud vti licitum est, quemadmodum ipse met Deus, pro sua bonitate nostris peccatis in bonos finos vtitur.

40 Duodecimo, quod non est talis occasio illa vsu frequentissima, quam aliquis dat deponendo suos nummos apud numularios vsurarios, aut contractus vsurarios exercentes, qui proprios habet ad illas exercendas, vt dixit S. Thomas, [f] quia nulla particula dictæ definitionis illi conuenit. Est autem talis illa, quam dat, qui deponit apud talem numularium qui proprios numos non habet, quibus suas vsuras exerceat: sicut idem S. Thomas sentire videtur: quod nemo videtur, quam quod Caietanus super ipsum, [g] insinuauit. Idemque quod nobis, visum fuit Soto, [h] quia differentia, quā S. Thomas inter illos duos ponit, non satis bene verificatur, intelligendo eam vt Caietanus quoad peccatum veniale, quod vnus incurrit: quia suam pecuniam non deposuit prudenter, eam committendo ei, quem credebat eam impensurum, cum propriam non haberet, & alius nō: quia prudenter deposuit apud eum, quē credit eam non impensurum, cum propriam habet: nam is intellectus a mente S. Thomæ est maxime alienus: quæ est conclusio notabilis pro mille apud cambia vsuraria exercentes deponentibus.

Decimotertio, quod talem occasionē non præbet, qui alium ad committendū aliquod peccatum minus inducit, videns eum ad maius committendum deliberatum, nec valens alio modo illud ei dissuadere, vt etiam infra [i] dicemus, quāquis Caietanus [k] oppositum tenuerit, quia licitum & etiam sanctum est precari & persuadere ei, qui proponit interficere, aut adulterari, ut satis esse ducat adulterū punire, aut fornicari, vt clare S. Augustin [l] dixit, & Adrianus [m] & etiam Sotus, [n] & Caietanus. [o]

Decimoquarto, quod per prædicta declarari potest illa conclusio Soti, [p] scilicet, quod non peccat, qui aliquid, qđ in se bonum est, petit ab eo, qui dare aut facere bene potest, eo quod scit, aliū dando, aut faciendo petitum peccaturum: quoniam per prædicta vera videtur, quando sine contemptu salutis spiritualis proximi, & non præbito ad illud auxilio, nec consensu in illud etiam interpretatiuo petitur, & alius per malitiam & malitiam peccat: at quando aliquid hōnem concurrit, non videtur vera.

Decimoquinto, quod illa conclusio, quam post S. Thom. [q] & Syluestrum [r] asserimus infra, [s] scilicet mortaliter peccare, qui credens, sacerdotem esse in peccato mortali, & quod eius non pœnitebit ante missam, quam facit, inducit ipsum ad eam celebrandam, est intelligenda de sacerdote ab Ecclesia per excommunicationem, aut suspensionem notoriam pulso, aut non præparato, nec ad missam obligato, aut per ignorantiā, aut infirmitatem, & non per malitiam peccante: aut cum mala intentione, aut consensu, aut contemptu salutis spiritualis eius inducit, & non alias, vt colligitur ex prædictis, & his, quæ, [t] copiosius diximus. Propter quæ omnia credo, homines rogantes sacerdotes, vt illis missas faciant, aut vt illis sacramenta administret, raro ob id peccare.

Decimosexto, quod nec etiam est talis ea, quam subditus alicuius tyranni,

a *Vbi supr.*
b *De iusti & iure lib. 6. q. 1 ar. 5.*
c *C. mouet. 22. q. 1. & habetur epi. 154. ad pub.*
d *C. mouet. 22. q. 1.*
e *2. 2. q. 78 art. 4.*
f *In d. ar. 4.*
g *In d. q. 78 art. 4.*
h *Lib. 6. q. 1 sub fine. de iust. & iur.*
i *Cap. 17. nu. 203.*
k *Vbi supr.*
l *Lib. 2. de adulter. cōpercutere, aut fornicari, vt clare S. Augustin dixit, & Adrianus & etiam Sotus, & Caietanus. in c. si quid verius, 33.*
m *Quod licet, quod non peccat, qui aliquid, qđ in se bonum est, petit ab eo, qui dare aut facere bene potest, eo quod scit, aliū dando, aut faciendo petitum peccaturum: quoniam per prædicta vera videtur, quando sine contemptu salutis spiritualis proximi, & non præbito ad illud auxilio, nec consensu in illud etiam interpretatiuo petitur, & alius per malitiam & malitiam peccat: at quando aliquid hōnem concurrit, non videtur vera.*
n *In Super c. 3 ad Rom.*
o *In sūma Verb. tyrannus.*
p *Li. 6. q. 1 ar. 5. de iust. & iur.*
q *In 4. lib. 4 d. 24 q. 1. art. 4.*
r *Verb. cleric. §. 8. q. 1*
s *Cap 25. nu. 78.*
t *In C. 1. §. 3. & seq. de pœn. dist. 6. post utrum in 3. par. q. 64. art. 6.*

qui

qui dominium & iuriſdictionem alicuius ſtatus vſurpauit, eidem dat, petens iuſtitiæ adminiſtrationem, aut beneficium, ſeu gratiam aliquam honeſtam: quia dicta definitio illi non conuenit, cum ipſe per malitiam peccet, & ſubditus non petat opus ex ſe malum: quamuis materiam peccandi offerat, imo ad minus peccandum inducat. Si quidem dat operam, vt qui peccat alienam potestatem vſurpando, non peccet et iam iuſtitiæ adminiſtrationem & beneficiorũ, ſeu gratiarum diſtributionem prætermittendo, vt recte Caietanus [a] declarauit.

a In ſumma Verb. Tyrannus.

43 Decimoſeptimo, quod talis fuit illa, quam quidam nobilis religioſo cuidam iuueni ab eodem hoſpitio excepto dedit, introducens ei in cubiculum noctu puellam ſine intentione inducendi illum, aut illam ad peccandum: ſed tantum tentandi eius caſtitatis virtutem: quia prima dictæ definitionis pars ei cõuenire videtur, cum illud opus peccatũ ſit mortale, quippe quod ſua natura eſt inductiuum ad culpam mortiferam: niſi illius magna religio, & puellæ magna honeſtas circumſtantiam iuſtificantẽ produceret. Idem item dicendum de ea, quam dedit is, qui amatorie quandam mulierem ſolicitauit, nolẽs, vt illa in id conſentiret: ſed vt intelligeret, quid reſponderet. Idem item dicendum de ea, quam alius dedit alteri, cum ſoli eſſent, ſtudioſe dicens ſine mala intentione, vt eam experiretur, Si te multum deprecarer, dormires ne mecum ?

Decimooctauo, quod non erant tales quas ſibi mutuo dederunt duo Hiſpanię magnates, cum alter alteram ſuper mulam ſuam retro ſe ferret, qui cum tranſirent cum ſuo comitatu per locum quendam ſecretum, abſque fine mortali, aulice dixit illi: Qualis locus erat hic, domina, ad voluptati indulgendum, ſi tu alia fuiſſes? & illa reſpondit, Erat quidem valde aptus, ſi tu alius fuiſſes, eum impotentiæ inſimulans. Nec etiam illa, quam grauis quidam vir dedit, dicens ſine alio malo fine, vrbano ſermone honoratæ cuidam fœminæ, Vis vt in eodem lecto nos metiamur? quia quamuis hæc verba per ſe ad peccatum mortale dirigantur: ex qualitate tamen perſonarũ, fine, & modo dicendi colligebatur circumſtantia quædam, moderans vim eorum, quam ad inducendum ad peccatum mortale habent: de quo caſu & alijs ſimilibus, qui occurrunt inter aulicos vrbane iocantes ego ſatis hucuſque dubitaui.

Decimonono, quod diu, multumque dubitaui, an eſſet talis illa, quam quidã ſacerdos ante triginta annos mihi confeſſus fuit, ſe dediſſe, admouendo, iocoſo honeſtoque amore abſque mala intentione manus honeſtæ cuiuſdam mulieris pectori, & eiuſdem mamillas tangendo, cuius deciſionem numquam hactenus affirmare ſum auſus: nunc autem dico mihi videri eam non eſſe talem: quia nulla pars prædictæ definitionis eã comprehendit, quando tactus ille ex ſua natura non tantum incitat ad peccatum mortale, vt quaſi ſemper mortaliter peccare faciat perſonas, quæ ſunt eiuſmodi qualitatis, quando, vt dixi, iocoſe fit: quamuis ſi ſerio fieret, aliud dici deberet. Idem dicendum eſt de eo, qui abſque mortali fine & intentione, aliquam fœminam per manum, aut brachium ducit: quamuis vterque ſit iuuenis. Et etiã de eo, qui manum premit, [b] aut vellicat, aut brachium torquet, aut eius pedem ſuo contingit. Et etiam de eo, qui amplectitur, & oſculatur, vbi talis eſt conſuetudo, modo partium obſcœnarum aſpectus & tactus abſit, de quibus iam dictum eſt, & modo non ſit alius finis, & intentio mortalis, vt ſolet fieri in choreis, iocis, ſaltationibus, & aliquibus ludis ad recreationem adhibitis, maxime inter cognatos & familiares, in quibuſdam regionibus plus quã in alijs.

b Caie. 2. 2. q. 114. ar. 4

43 Vigeſimo, quod nec etiam eſt talis occaſio illa peccandi, quam dant Vniuerſitates, Studia, Collegia, gradus, magiſteria, doctoratus ad docendum ſcientias licitas inſtituta: licet multi propter illa peccent, docendo, diſcendo, gradus, conferendo, ſuffragia ferendo, & male rem gerendo, per ſuperbiam, ambitionem, vanam gloriam, inuidiam, auaritiam, technas, mendacia, ſubornationes & etiam periuria. Ob quæ huius contrarium dixit ille Hereſiarcha VVicleffus, damnatus per Concil. Conſtantiẽ. [c] cuius articulus damnatus ibidem eſt,

c Seſſ. 8.

Vniuer-

Vniuersitates, Studia, Collegia, graduationes, & magisteria, in eisdem, sunt bona gentilitate introducta: & tantum prosunt Ecclesiæ, sicut diabolus. Sed longe verior est nostra hæc responsio: quia prædictam occasionem non comprehendit prædicta resolutio. Optimum tamen esset, vt considerarent Rectores, & gubernatores scholarum & collegiorum, tanta esse peccata, quæ in illis committuntur, vt occasionem dederint illi hæretico, & suis sequacibus ad illud de ipsis affirmãdum. Ideoque omnibus artibus & viribus nauarent operam diminuendis illis etiam si omnino exinanire non posset.

Vigesimoprimo, quod nec etiam est talis occasio, quam dant peccandi scientiæ licitæ Theologiæ, Legum, & Medicinæ: quamuis quidam scripsit, quod animæ peribant ob sacram Theologiam ad earum salutem inuentam: & corpora ob Medicinam ad eorum valetudinem inuentam: & bona per leges ad eorum cõseruationem latas: quia culpa non est earum, nec suorum auctorum: sed eorum, qui eis abutuntur. Idem item dicendum de alijs scientijs & artibus, quas infamia notare infamis Cornelius Agrippa, & damnare damnatus Lutherus voluerunt, quos eorum debellator Castrẽsis refert. [a]

a In li. 6. ad uersus oẽs hæreses ver. scientia.

Vigesimosecundo, quod nec etiam talem occasionem dant, qui illas artes mechanicas exercent, quarum operũ vsus bonus & malus esse potest: quamquam plures illis male venialiter vtantur, vt i c. negotium [b] probauimus: quia per septimam particulam dictæ resolutionis excipiuntur: quandoquidem peccatum veniale non admittit gratiam diuinam, nec illius dimissio ad illam consequendam est necessaria, secundum S. Thom. [c] & dictum fuit supra. [d] Ob quod mihi videt, absolutionem non esse denegandam psonis, quæ componunt pigmenta, induſia, collaria, sudaria, mamillaria, & alia valde operosa, quibus communiter homines male venialiter vtuntur, licet cõfessarij ab hoc eas abducere deberent, præsertim moniales, quæ cum sint professæ statum perfectionis illustrem, a dãdis & accipiendis vanitatum occasionibus, multum cauere debẽt, licet nõ sint nisi veniales: quia quamuis maculã non

b De pœni. dist. 5. nu. 5 & 19. & 17.

c 3. par. qu. 87. art. 1.

d 5. 1. n. 26

inspergant, tollunt tamen decoris lucẽ, & obscurant, vt declarauit S. Tho. [e] post S. Augustinum, qui [f] dixit: *peccata venialia, si multiplicentur, decorem nostrum ita exterminant, vt a cœlestis sponsi amplexibus nos separent.*

e 1. 2. q. 87. art. 1.

f In libr. de pœnit. medicam. c. 2.

Vigesimotertio, quod nec etiam dat talem occasionem, qui habet artem faciendi opera, q̃ ex se sunt talia, vt illis homines bene & male vti possint: q̃uis maior pars male etiam mortaliter vtat, vt efficaciter [g] prebauimus, sequuti mẽtem diui Thomæ, & Caie. [h] & præcipue per istam rõnem, quod aliqua ars, aut alia res non est mala, eo quod plures male etiam mortaliter ea vtantur. Bona n. est lex illa naturalis & diuina, de vno solo Deo recte coleodo, quamuis maior hominum pars, imo & nouem ex decẽ, qui sunt Pagani, Iudæi, Mauri, Hæretici & multi Catholici, male etiam mortaliter ea vtuntur. Bona etiam est lex de nõ iurando irreligiose: sed maxima hominum pars recensendu in ea Gentiles, Iudæos, Mauros, & Hæreticos, & Catholicos, quos omnes illæ obligant, iurãt aut habent voluntatem iurandi per falsos Deos, aut irreligiose per verum. Sancta est item lex sexti, & noni præcepti Decalogi, de non fornicando, nec concupiscendo: maior tamen pars in illam mortaliter peccat, opere, ore, voluntate, deliberata, aut morosa delectatione carnali contra naturam, aut præter illam.

g In præcitato c. negotiũ. n. 8. de pœn. dist. 5.

h 2. 2. q. 69 art. 2.

44 Vigesimoquarto, quod nec talem etiam occasionem peccandi dat, qui ad bonum finem permittit, aut instituit cũ moderatione debita supplicationes, cõgregationes publicas, & sollemnes oõnes, mercatus, nuptias, primas missas, belli simulacra, publica conuiuia, & exercitationes currendi, aut choreas, & tripudia faciendi: quia prædicta resolutio eam non comprehendit: & quia sũt opera suapte natura talia, quibus homines & bene, & male vti possunt. Et quamuis multi ex illis occasionem peccandi capiant: multi tamen illis bene vtuntur, & ex his, qui male vtuntur quamuis aliqui mortaliter peccent: maior tamen pars sine comparatione non peccat amplius, quam venialiter.

Vigesimoquinto, an occasio peccãdi,

quæ ex agitatione taurorum datur ſit talis, vl non, infra[a] dicetur.

a In ca. ſeq. nu. 9.

Vigeſimoſexto, an ſit talis occaſio, quæ ex permiſſione lupanarium publicorum datur, infra[b] dicetur.

b In ca. 17. nu. 195.

Vigeſimoſeptimo, quod talis eſt occaſio, quam dat ille, qui ne ſcandalizet alium, qui iniuſte offenditur, omiſit aliquid facere, quod ſub reatu mortalis, culpæ efficere tenebatur, puta rancorē in inimicum conceptum deponere, vel opitulari proximo extrema neceſſitate laboranti, ſecundum ſanctum Tho.[c] Neque etiam opera, quæ non ſunt præcepti, ſed conſilij: puta dare eleemoſynā, ieiunare. & id genus alia omittenda ſūt ob malitiam, inuidiam, vel male diſpoſitam voluntatem illorum, qui propterea ſcandalizantur: eſt enim ſcandalum Phariſæorum.[d] Imo nec quando ſcandalū, ex ignorantia, vel infirmitate animi oritur, quod puſillorum, aut ignorantium, ſeu imbecillium nuncupatur, debēt bona opera in totum relinqui: ſed occulta ri, aut differri quouſque moneatur proximus bonitatem eius, quod facit. Quod ſi poſt huiuſmodi admonitionē adhuc ſcandalizatur, nihil eſt habendum tale ſcandalum: tunc enim iam fit Phariſaicum iuxta præallegatos doctores, & beatum Gregorium,[e] niſi quando illi admoniti non intelligunt rationem, quæ illis redditur: aut antiqua conſuetudo, vel alia ratio, qua ipſi nituntur, perſuadet eis non eſſe iuſtam illam rationem, quæ ipſis redditur: tunc enim, quia ſcandalum non ex malitia, ſed ex ignorantia oritur, talia opera, etiam ſecūdum ſe bona, cum non ſint de neceſſitate ſalutis ſpiritualis: dimittenda ſunt, vt Cardin. Caietanus[f] docuit. Nemo tamen ſubinde cogitet, in gratiam proximi, aut propter euitandum ſcandalum, licere alicui nec vnicum peccatum veniale cō mittere, ſecundum S. Thomam[g] imo neque propter impediendam mortem alterius, mentiri vllo modo licet.[h]

c 2.2.q.43. art.7. Rich. 4.lib.ſē. diſt.38. & text.in cap. Vtilius, de regu.iur.S. Antonin.3. par.tit.7.c. 4.§.5.

d Matt.15 & ca. inter verba.11. quæſt.3.

e In d.c.inter verba.

f 2.2.q.54. art.7.

g In 3.diſt. 43.art.7. ad 5.

h Ca.ſuper eo.de vſur. & c.1.22. q.2. facit glo.ſing.ca. ſi aliquid. 22.q.4.

Vigeſimooctauo, quod talis eſt occaſio, quam dat is, qui ex aliqua cauſa occulta veſcitur carnibus in diebus ab Eccleſia prohibitis, vel qui ieiunijs p̄ceptis non ieiunat, & eos qui propter ignorantiam ſcandalizari videntur certiores nō facit, vt patet ex prædictis.

QVID RESTITVET ANIMAE proximi bona lædens.

45 *Reſtituet quo pacto, qui proximū damnificauit in bonis animæ.*

45 CIrca hoc dicimus, quod qui proximo nocuit in bonis animæ: eo quod ad peccandum mortaliter ipſum induxit, tenetur iuxta vires eniti, vt bonum quod ſua opera amiſit, ipſi reſtituatur: nam ſi rerum corporalium reſtitutio eſt neceſſaria, multo certe amplius ſpiritualium: quæ ad animam pertinēt.[i] Siquidem hæc nobiliora bona ſunt illis.[k] Proinde modo, quo nocuit reſtituere debet, inducendo eum, quem decepit ad peccandum, ad pœnitentiam: & opera meritoria conſulendo, exhortando, & pro eo Deum precibus, tum propriis, tum alienis ſi opus eſt, interpellando, eiuſq; conuerſionem impetrando, reuocare contendat: abſq; tamen peccati occulti manifeſtatione. Vnde conſtat, quantum oneris contrahat, qui aliū ad peccandum inducit: quoniam vix dignā reſtitutionem facere poteſt: ſiquide voluntas, quæ ſemel corruit in peccatum, vix multis etiam admonitionibus, conſilijſque ad uirtutem reſurgit, ſecundum Scotum[l] in hoc communiter ibi receptum, & Adrianum[m] & alios alibi. Sed hæc omnia videntur intelligenda de illo, qui vi dolo, aut fraude alium ad peccandum induxit: vt ſi pater, dominus, aut paterfamilias auctoritate ſua induceret filium ſuum, aut clientem, vt cum alio inimicitias exerceret, aut literis p̄ditus, aut hæreticus quiſpiam, alteri perſuaderet, illum, aut illum contractū non eſſe vſurarium: vel illam, aut illam doctrinam eſſe veram: cum contrarium eſſet verum: vel qui ſuſurrando, & falſa renuntiando inter duos inimicitias diſſeminat. Non eſt autem intelligendū hoc de illo, qui ad peccandum impulit aliū qui ſcit illud eſſe peccatum, & poteſt libere, & abſque vllo timore, aut erubeſcentia illius, qui induxit illum ad peccandum, abſtinere ab illo peccato, & ab illo reſilire: nam hic ad nullam tenetur reſtitutionem a iuſtitia præceptam, de qua hic loquimur: ſiquidem

i Arg. c.cū in cunctis de elect. & auth. multo magis. C. de ſacroſ. eccl.

k Cap. deteriores. 6. q.1.

l In 4. libr. ſenten. diſt. 16. q.3.

m In 4. de reſtit. q.31.

nihil

nihil commisit contra iustitiam: quamquam debet illum ex caritate, sicut alios peccatores, & aliquando plus corrigere id quod erudite insinuauit, & meo iudicio, efficaciter probauit Sotus[a] & latius nos nuper tradidimus.[b]

DE QVINTO PRAECEPTO Decalogi, Non occides. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum quintum vetat mortem corporis, non animæ.*
2 *Occidunt iuste bellans iuste, & se vel alium defendens.*
3 *Mors aliena pro medio defensionis propriæ, an sit licita.*
3 *Vita proximi quando plus æstimanda, quam res propria.*
3 *Defensio iusta inculpatæ tutelæ.*
4 *Fugere quis an teneatur.*
4 *Honorem ob tuendum & vt licet alium percutere.*

1 PRo fundamento dicendorum dicimus primo, sequentes Conciliũ Colonien.[c] hoc præceptum fuisse interpretatum ab eodem, qui illud tradidit, vt patet[d] scilicet, q. per illud non solum prohibetur homicidium, aut quæuis percussio: verum etiam volũtas id faciendi. Etenim vt docuit S. Tho. receptus[e] quem nos sequimur in additione,[f] & supra[g] peccata cordis, oris & operis eisdem sint speciei.

Secundo dicimus, hoc præceptum tã to melius custodiri debere, quanto potiores ob fines latum fuit, quos in dicta additione congessimus: & quod ille infringit illud, qui ob vindictam, vel aliquem alium respectum publicum, vel priuatum iniustum, vult, procurat, aut operatur aliquod detrimentum psonale, aut corporale notabile proximi, non autem qui vult, procurat, aut operatur detrimentum animæ: vt ipsummet Concilium sensit.

2 Tertio, quod sæpe quis licite alterũ occidit. Primo, vt iudex publica auctoritate,[h] iuxta illud *Maleficos non patieris viuere super terram*: secundum S. Thomã.[i] etiam ob furtum, iuxta alterum Thomam,[k] quæ est communis opinio[l] contra Scotum. Secundo in bello iusto, quod etiam auctoritate publica geritur.[m] Tertio ob vitæ ppriæ defensionem.[n] Quarto, quando aliter rem suam tueri nõ potest, quod post Caietanum,[o] & Antoninum,[p] & Syluestrum[q] probauimus in ca. olim,[r] quod opportune pro hoc facit, vbi respondimus ad cap. 2.[s] quod secundum Panormit. ibidem cõtrarium probat, in illis verbis, *Te tuaq; liberando*. Respondemus etiam ad rationem, quæ pro illo facit: videlicet, quod[t] tenemur ad magis diligendum vitam proximi, quam nostras fortunas. Respondem[o] inquam, quod illud est uerum in casu ne cessitatis extra tamen illum, maiorẽ curam habere quis debet rerum suarũ ad suam suorumq; uitam tuendam, & ad uirtutem exercendam, quam uitæ alienæ; iuxta S. Thom. receptum[u] pro quo facit l. ut uim.[x] At qui capit aliena titu lo alio, quam necessitatis, non est posit[o] in illa: Quinto propter defensionẽ proximi[y] Innoc. Panor. & Commu.[z] quidquid dicat Fortun.[a] Omnes aũt hi cas[o] una in re conueniunt: scilicet, quod in omnibus eis peccat occisor, qui ob odiũ aut uindictam priuatam occidit:[b] differunt aũt in alijs. etenim in tertio casu, qui hominem necat, neque peccat, neq; est irregularis, in cæteris autem licet non peccet. fit irregularis, inxta glos. singul. ab omnibus fere receptam. Item, qui in duobus primis casibus, scilicet, iudicis auctoritate, aut in bello iusto occidit, aut iubet occidere, põt quidem habere propositum, & animum occidendi, propter bonum pacis, & tranqllitatem reipub. at qui in alijs casibus occidit, nõ potest iuste habere animum occidendi, nec apprehendere mortem alterius tãquam medium ad se defendendum, solum enim dẽt intendere in defensionẽ sui, rerum suarum, aut proximi, licet exinde mors aggressoris fuerit subsequuta ut uidetur sentire S. Thõ.[d] & expressit late ibi Caietanus & Cardin. S. Sixti,[e] & Abulensis.[f] Pro quibus faciunt aliqua dicta S.[g] Augustini: quorum præcipuum est in d. cap. *de occidendis hominibus, ne ab eis quisquam occidatur, non mihi placet consilium, nisi forte sit miles aut publica unctione fungatur.*

a *Lib. 4. q. 4. art 1. de iust. & iur.*
b *In c. noli. de pœn. dist. 1.*
c *In declarat huius. p̃cepti.*
d *Matt. 5.*
e *1.2. q. 72. art. 7.*
f *Ca. quando de consecra. dist. 1.*
g *In pralu. 9. nu. 2.*
h *Exod. 22. cap. ille. 23. q. 4.*
i *2.2. q. 64 art. 2.*
k *In d. ar. 2*
l *In 4 libr. sen. dist. 15*
m *Cap. nisi, ea. noli ca. quid culpatur. & cap. mil. 23. q. 1*
n *Cle. 1. de homicid.*
o *In dic. q. 64. art. 7.*
p *3. par. tit. 4. ca. 3 sub finem.*
q *Ver. bellũ. q. 2.*
r *1. de rest. spol.*
s *De homicid.*
t *Vt supra cap. præce. dictum est.*
u *In d. ar. 7*
x *ff. de iust. & iur.*
y *Gloss. penult. cle. 1. de homici. & in summa. 15. q. 8.*
z *In c. sive ro. 1. de sẽt. excom. Panor. in c. penult. de cler. pec.*
a *Præcit. alc. & vim. ff. de iust. & iur. nu. 24.*
b *Cap. cum minister. 23 q. 5.*
c *Quæ est pen. clem. 1. de homicid.*
d *2.2. q. 64. art. 7.*
e *In c. de occidendis. 23. q. 5.*
f *Sup. Matth. c. 6. q. 46*
g *Aug. epis. 154. ad publicc.*

Contrarium tamen tenuimus nos, [a] quod etiam postea late asseruit Sotus. [b] Primum, quod hæc subtilis limitatio videtur noua, & nouitates, qua parte heri potest, sunt fugiendæ, [c] tum qa vim vi repellere licere, omnia iura clamant, vt habet prædictum cap. olim. [d] Tum, qa licet cuiuis ferro se petẽtem occidere. [e] Tum quia, nisi S. Tho. vbi supra hoc insinuasset, nullus præfatorum id tenuisset, & S. Thomam id noluisse dicere, satis probat Sotus. [f] Tum quia præfatũ Augustini dictum intelligendum est de volente occidere alium, quam aggressorẽ, vel aggressorem sine præcisa necessitate, vt iura iuribus concordent, quod expedit. [g] Tum quod alioqui vix vllus vmquam occideret aggressorem sine peccato, quoniam omuis inuasus, vt plurimum concipit voluntatem occidendi, si alias se, suaque tueri nequeat. Tum quod metus mortis, quæ est secundum Philosophum omnium terribilium maximum, non permittit, vt fragilitas humana tam æquo animo sit, vt percutienti aggressorem, solum velit se defendere, & non occidere, & ita qui se defendit, etiam vibrando ensem, non peccat: [h] etiam si spiculum dirigat in guttur aggressoris: vt recte explicat Sotus. Quare non licet occidere alium, antequam aggrediatur, ne occidatur ab eo, habita opportunitate id faciendi, licet sciatur id eum velle facere, quia nulla iura naturalia, nec humana hoc permittunt in alium, quam aggressorem, vt præfatus August. videtur innuere.

Credimus autem dici posse, quoad hoc illum tamquam aggressorem, qui decreuit occidere alium, nulla mora interposita, qua vllo modo possit effugere mortem, nisi præueniat eum, antequam aggrediatur: qualis videtur esse vxor, quæ certo nouit se occidendam a marito pugione, quem suppositum ceruicali ad occidendam eam dormientem, & non potest fugere concluſa claue ianua. Non tamen videtur talis, qui occidit insidiatorem suum, nondum aggredientem, a quo tandem certo credit se occidendum, nisi præueniat, de quo me quidam eruditus interrogauit, quia hoc casu interponitur magna mora dies, mensis, vel anni, qua posset liberari se absẽtando, continendo se domi, vel aliquo tuto loco, morte, morbo, aut pœnitentia insidiantis: quod, vt puto, esse verum quoad forum interius, ita videtur in foro exteriori excusatum iri, si occisus minatus fuit mortem occidenti, & erat consuetus suas minas exsequi: quod Castren. annotauit. [i]

Item, vt quis in tribus vltimis casibus iuste occidat, oportet, vt circa defensionem obseruet moderamen inculpatæ tutelæ, vt id solum faciat, sine quo iniuria non posset vitari. [k]

Proinde non liceret, se defendere maiorivi: quam sit ad propulsandã iniuriã necessaria, [l] nec consequẽter armis, ab eo, qui sine illis inuaditur. [m] nisi quando pugio inuasoris est ita, aut paulo minus fortis quam ensis inuasi. [n] Idem nobis videtur, quando nisi se armis defenderet, iniuriam maximam honoris, aut personæ pateretur: siquidem [o] recte quis potest obstuarum rerum custodiam alterum occidere: at honor pluris valet, quam alia bona fortunæ, [p] & iniuria personæ maior est, quam fortunarum. [q]

4 Ex quo [r] inferebamus, quod si ille quem alius aggreditur, non potest absque suo dedecore fugere, non tenetur id facere: & si non potest vitare vulnus, aut alapam, quam sibi alter molitur impingere, nisi ipsum occidendo, poterit occidere. [s] Contra vero, qui iam est vulneratus, uel quem aggressor iam reliquit & fugit, non potest absque peccato illum occidere, quoniam iam illud est vindictam sumere, & limites defensionis transgredi. [t]

Quod limitandum existimo, quando affectus iniuria vulneris, aut alapæ, vel alia magna fui honoris iacturam facere: si fugientem non persequeretur, [u] nam talis posset eum persequi, & pcute re tm quantum ad sui honoris defensiõ nẽ opus esset: nam licet illud non esset defendere personam neq; fortunas: esset tamen defendere honorem, quẽ licet [x] defendere etiam occidendo, si eo ad id opus esset. Addimus item, quia multis videtur id expedire, licet res manifesta sit: scilicet maritum occidẽtẽ, aut cupientem occidere vxorem in aduꝛterio deprehensam, peccare mortaliter, [y] quãuis in foro

[a] *In d. ca. olim.*
[b] *In li. 5. q. 1. art. 8. de iust. & iur.*
[c] *C. ex par te de cõsue.*
[d] *Et l. scientium. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aq. & l. 1. ff. de vi. & vi ar. & l. 1. C. Vn de ui, & ibi citata in eis per gloss.*
[e] *l. sed etsi quẽcũque. ff. ad l. Aq.*
[f] *Vbi sup.*
[g] *Cap. cum expediat. de elect. lib. 6. & l. 1. C. de in offi. don.*
[h] *Secũdum glo. clem. 1. de homic.*
[i] *In d. l. 1. C. quando liceat unicuiq; sine ind. se vẽdicare.*
[k] *Vt in glo. fi. dict. cap. olim. pluſq; alij declarauimus.*
[l] *Per d. ca. olim, & per d. l. 1.*
[m] *Iuxta pdictam glo.*
[n] *Iuxta eã dem gl. singul. commu nit. receptã d. l. 1.*
[o] *Iuxt. pdicta in 4. ea ſu sup. co. c. nu. 2.*
[p] *Ca. ſuam iuncta gloſ. verb. mode ſtiæ. de pœ. Prouer. 22. Ariſtote. 4. Ethicor. & glo. extrauag. ad con ditorem. §. rurs⁹, verb. honor. de verb. ſignif. q l. in ſeruo ꝛũ. ff. de pę.*
[r] *In d cap. olim extra gloſſ. cum Panorm.*
[s] *Bal. in re pet. l. 1. C. vnde vi.*
[t] *Secũdum Richard. in 3 lib. ſentẽ. diſt. 37.*
[u] *Vt tenet Vitor. de iur. bel. c. 2. & 5.*
[x] *Vt prædictum eſt.*
[y] *Cap. iuter hæc, 33. q. 2. vbi glo. ſingul. & cele brat.*

foro

foro exteriori minime puniatur. An aũt inuasus potens se defendere fuga excu-
a Capi. 27. nu. 211. setur ab irregularitate, traditur infra [a].

PECCAT MORTALITER quis contra hoc quintum præceptum.

5 *Occidens, feriens, procurans, & eo gaudens: nisi id faciat, se, vel alium, vel sua bona defendendo, vel sit latro.*
6 *Latro diurnus & nocturnus in quo differunt.*
6 *Occidens casu & exponens se periculo mortis corporalis.*
7 *Irregularis est occidens maritum alicuius fœminæ ob sui defensionem.*
8 *Occidens, aut feriens ministros iustitiæ, etiam se defendendo.*
9 *Duella mala, vel torneamenta iniẽs, vel eis adsistens.*
9 *Torneamenta quædam sunt licita.*
10 *Mortem alienam desiderans, vel ea se delectans.*
20 *Delectari potest quis bono nascente de alterius morte.*
11 *Mortem propriam iratus exoptans, aut vitam abbreuians.*
11 *Excommunicatus qui clericus seipsum percutiens.*
12 *Martyrio se ob tædium vitæ offerens, aut optans se non fuisse natum.*
13 *Comedens, vel propinans notabiliter noxia.*
13 *Infante cum tenero in eodem lecto dormiens.*
13 *Mater quæ filium suum tenerum admittit in lecto.*
14 *Abortiens, vel abortiendi periculum subiens, vel procurans.*
14 *Irregularis fit quis propter abortum procuratum.*
15 *Bellum ad iustum pergens, vel in eo militans.*
15 *Restitutio rei lucrifactæ in bello iniusto.*
16 *Mortem ad iniustam pergens, vel ab ea non liberans. num. 17.*
17 *Vindictam non vetans, consentiens illi, uel morti aliquo ex nouem modis.*
17 *Testem ad condemnandum nemo tenetur se offerre.*
18 *Taurorum agitatio quando auctori visa valde crudelis.*
18 *Taurorum agitatio Gallis, & olim Nauarris inconsueta.*
19 *Taurorum agitatio per Pium V. prohibita vt intelligenda. nu. 20.*
19 *Taurorum agitationi duellis æquatæ qui prohibentur inter esse.*
20 *Festa sanctorum non tauris, sed iis exhilaranda.*
20 *Taurorum agitatio torneamentis æquata, vt moderata licet.*

5 EX præfatis infertur peccare mortaliter contra hoc quintum præceptũ primo, q iniuste occidit, aut mutilat, aut fuste, vel aliter notabiliter ferit alium, aut quidpiam horum vult procurat, aut delectatur ea fecisse. [b] Id autem quod Ioan. Maior [c] admonet, ut confessarius interroget homicidam, quid impulerit ipsum ad occidendum, & quantum temporis in proposito perseueraue rit, & quoties decreuit id facere, & post quam perfecit, quoties meminit, & factum placuit: illa, inquam, admonitio pertinet ad peccatorum circumstantiam, q̃ numeri vocant, & non pertinet plus ad hoc peccatum, quam ad alia. Et qnod dicit toties hominem illũ peccare mortaliter, quoties id voluit, debet limitari iuxta illa, quæ in c. 1. [d] definita sunt: scilicet, vt non procedat quando absque interruptione operis exterioris actus interior continuatur, vel absque interruptione actus interioris apparatus exteriores, & pludia maleficij multiplicant.

b 23. q. 5. in fine sũmæ.
c In 4. libr. senten. dist. 17. q. 4.
d De pœn. dist. 5. nu. 48. & sup. cap. 6. nu. 14. & seqq. e Iuxta gl. singul. quæ penult. est Clemen. 1. de homicid.

Dixi supra, *Iniuste*, quoniam, qui iuste occidit propter iustam defensionem proximi, vel sui honoris, & rei familiaris etiam si aliter propriam vitam defendere posset, non peccat: licet irregularitatem contrahat. [e] Quamuis post quã hæc scripsissemus, contrarium tenuerit ibidem reuerendissimus Segobiensis Didacus a Leyua, secutus Fortunium, [f] eo q eiusmodi defensor non peccat: quæ ratio fragilis est: cum iudices, aduocati, & testes, & alij sine peccato cooperantes, ad iuste damnandum morte delinquentem, non peccent, imo mereantur: attñ irregulares fiunt, secundum omnes, vt dicemus infra, [g] & seruat Curiæ Romanæ stylus, qui ius facit. [h] Quare a communi non est recedendum.

recep. per omnes ibi & Sylues. ver bo homic. 1. q. 9.
f In leg. & Sim. ff. de iust. & iur.
g Capi. 27. num. 209.
h Ca. quam grauí. de crimi. fals. & cap. ex literis de constit.

5 Secundo peccat mortaliter, q noctu,

aut diu furem interimit. cum posset illum apprehendere, & se, suaque defendere, non occidendo eũ, per resolutionẽ communem, [a] etenim quamuis magna intercedat differentia, quantum attinet ad forum exterius, inter latronem diurnum & nocturnum, quod hic præsumitur occidere velle, non autem ille, quo ad forum tamen conscientiæ nihil est discriminis: quia occisor scit veritatem, cui in hoc foro cedit præsumptio. [b]

Tertio, qui occidit aliquem, etiã ꝓp tuendam suam castitatem, quam adhuc saluo omni honore suo poterat bene defendere fugiendo, vociferando, vel alio modo, iuxta communem opinionem, quam S. Antonin. [c] optime declarauit. Nec interest, an sit vir, aut fœmina sic se defendens.

6 Quarto, qui casu occidit, percutitve aliquem præter intentionem: sed in culpa fuit in non aduertendo, vel non adhibendo eam diligentiam, quam homines mediocriter prudentes in similibus actibus adhibere solent: ne mors aliqua, vel noxa personalis consequat: ut si deijciẽs tegulas ex aliquo tecto, antequam deorsum eas mitteret, non præmonuit transeũtes, nec vllũ eius rei signũ posuit: aut castigaturus aliquem puerum, nõ abstulit gladiũ a cingulo, quo erat eũ castigaturus, per quẽ postea e vagina elapsum, illum occidit, aut lædit. [d] Et addimus, quod adhac, ut homicidium casuale sit peccatum mortale, nec ne, parum facit ad rem, an opus vnde mors cõsequitur, licitum sit, vel illicitum: nam in utroq; casu crimen erit lethale, si præcesserit culpa in non adhibendo debitam diligentiam ad periculum mortis vitandum, & in neutro si ea fuerit adhita: quãuis quãtum ad irregularitatem plurimum referat, ut Caietanus [e] sufficiẽter probauit.

7 Vnde infertur, illud S. Antonini, [f] q illicite aliquid aggreditur, quod est causa, ut alium occideret propter sui necessariam defensionem, non solum peccat id aggrediẽdo, sed etiam est homicida: quod est intelligendum, quando opus illud illicitum erat quædam via ad homicidium perpetrandum. [g] Vt si intendens tm̃ percutere hominem interimit, & ꝓbatur efficaciter per ca. fin. [h] Per quod defendi pót aliud eiusdem S. Anton. dictum: [i] scilicet, qđ qui ad mulierem alienam ingreditur, eiusq; maritum interficit, ut se defenderet ab eo, qui eum inuentum cum illa uolebat occidere, est homicida quoad irregularitatem. Talis enim ingressus iure dici potest esse via ad tale homicidium, & subinde præuideri debuisse ab eo illius consecutionẽ: de quo latius infra. [k]

8 Sexto peccat, qui damnatus ad mortem, occidit, aut percutit ministrum iustitiæ, quo se eripiat: quoniam quoties vis est iusta, resistentia est iniusta, [l] & Scotum communiter receptum. [m]

Septimo, qui ne timidus, pusillanimis, aut ignauus habeatur, uel per audaciam nimiã decernit deliberate amittere, aut amittẽdi periculo exponere uitam, aut membrum aliquod, uel partem eius notabilem, aut inferendi notabile damnũ in proximi personam, loco, tempore, uel modo indebito, iuxta mentem S. Tho. [n] receptam, & per Caietanum probatã. [o]

Dixi, *Deliberate*. quia subreptio & inconsideratio eius, quod aggrediebatur, ipsum excusare posset a mortali, [p] & ꝓbatur per dicta. [q] Neque obstat, quod ex hoc uidetur inferri unum falsum: scilicet latronem, qui furatur, peccare bis: videlicet furando, & se exponendo periculo suspensionis, quia hic agitur de illo, qui per intimiditatem, ne habeatur timidus, stulte & directe per se, se exponit periculo perdendi uitã, &c. latro autem nõ se exponit per se, & directe, nec per intimiditatẽ ciusmodi periculo, sed per accidens, & per quandam consecutionẽ, quod non diuersificat, nec multiplicat speciem peccati, [r] ut ait S. Thom. [s] Et ideo concedo, quod latro, qui furatur, ne a socijs iudicaretur timidus mortis, quam propter furtum incurrere posset, bis peccaret.

Octauo peccat, qui aliquo ioco utiẽ cum periculo suæ uitæ probabili, puta funambulus super funes in altissimis locis corpus volutans, iuxta Syluestrum: [t] quod, meo iudicio, non procedit quando prudentis arbitrio ille funambulus eis uiribus, & uelocitate pollebat, locusque sic erat appositus, ut sine periculo uerisimili talem iocum exercere posset. [u]

Ex quo infertur responsio ad quæstionem: An qui hauriunt, uel dant uenenũ

ad

a In cap. si perfodiens. de homi.

b Arg. cap. tua, & cap. is qui. cum ei adnot. de sponſ.

c 2. par. tit. 7. c. 8. §. 2.

d Capit. ad audiẽtiam. clator cap. presbyterũ. de homi. l. ſi putator. ff. ad l. Aquil.

e 2. 2. q. 64 art. 8.

f 3 part. tit. 5. c. 8. §. 1.

g Iux. mentem Caiet. in d. art. 8.

h De homi. lib. 5.

i In dicto §. 1.

k Cap. 27. nu. 238.

l Iux taglo. l. & vim. ff. de iuſtit. & iur.

m In 4. lib. ſent. diſtim. 15. q. 3.

n 2. 2. quæ. 120. art. 1.

o Inſumma verbo timidit. 2.

p Caietan. ibidem.

q In ca. 11. ſup. eo. n. 4.

r Argu. l ſi quis ne cauſam. ff. de reb. credit. cum multis ibi citatis.

ſ per recentiores.

s 1. 2. q. 18. art. 11.

t Verb. arſ. q. 8.

u Arg. extrauagã. 1. Ioan. 23. de torneamen.

ad experiendam theriacam mortaliter peccent? Et alijs quidem videntur non peccare, concurrentibus his: scilicet, qđ qui composuit illam pro homine legali habeatur, & quod eam de consilio insignium medicorum solito de more iuxta præcepta medicinæ composuerit: & quod iam facto in aliquo bruto animali periculo, virtus eius comprobata sit: quodque tam qui dat, quam qui sumit venenum, credit theriacam esse talem, qualis esse debet prædicto modo composita: & nullum subesse mortis, nec alterius notabilis damni corporalis periculum. Alijs tamen aliud visum est, quibus libenter accedo ante periculum, vel experimentum factum: eo quod satis experimenti, potest accipi in brutis, post tamen factum non auderem damnare aliorum opinione vsum.

9 Nono peccat mortaliter, qui aliqđ duellum siue singulare certamen illicitum aggreditur, vel procedit ad torneamẽta, aliave huiusmodi exercitia prohibita: vnde vt plurimum cædes, vel grauia vulnera reportantur: vel ad id alium induxit: vel non impediuit, cũ posset. [a]

Dixi, *Vt plurimum vnde cædes, vel grauia vulnera reportantur*: quoniam multa torneamenta, hastiludia, ludus Troianus, siue cannarum, vel virgarum quib[o] equites tecti clypeis ludere solent, aliaque huiusmodi, quę exercentur, eo adhibito moderamine, quo cædes & alia pericula caueantur, non sunt illicita, sed potius permittuntur, [b] quod probat Ioãnes Maior. [c] licet, quandoque, sed raro mors & vulnera notabilia consequantur Dixi, *Duellum illicitum*: qm̃ qui iustum duellum ingreditur, non peccat: quale est illud eius, cui per sententiam iniustam, vita vel membrũ eripiendum est, nisi cum accusatore in arenam, & illud duellum descendat, quale est etiã illud Regis, vel Ducis, qui videns se fouere iustitiam, & ab aduersario multo maiori potentia præcelli, quo credit se in vniuersali prælio ab eo superandum: & ideo eligit duellum & singulare certamen iuxta sententiam Caietani. [d] Nuper autem Concilium Tridentinum, [e] addit multa quoad duelli materiam, quæ supra [f] posita fuerunt.

Decimo peccat, qui interfuit huiusmodi torneamentis, aut duellis illicitis cum magna sui animi voluptate, consensuque deliberato, quod fierent, vel tali intentione spectat eos, vt licet foret sibi interdictũ spectare illos sub reatu mortalis culpæ, nihilominus tamen spectaret eos, vel eius præsentia fuit in causa, vt tales ludi fierent, Sylvester [g] quamuis extra hos tres casus non erit amplius quam veniale, nisi ratione scandali fiat mortale, eo quod spectator sit sacerdos, aut monachus. [h] Dubio autem quotidiano, quod circa hæc mouet quidam respondetur infra. [i]

10 Vndecimo peccat, qui deliberate alicuius mortem optat, vt in eius munus aut officium succedat, vel ne reprehendatur, aut castigetur ab illo secundum omnes, vel etiam si quamuis mortem nemini desideret, neque ex alterius cæde voluptatem capiat, sed animaduertens deliberate delectatur cogitatione peruersi operis homicidii, quia inde sibi aliquod bonum, vel vtilitas prouenire posset, vt sentit S. Bonauentura, [k] quãuis delectari propter bonum vel vtilitatem, quæ ex illa morte sibi orirentur, nõ autem propter ipsam mortem, non esset peccatum, propter ea, quæ alibi [l] diximus, Quin etiam optare licet alterius mortem, aut morbum, aut rei familiaris iacturam, in finem, vt conuertatur ad Dominum, vel ne tot, tantaque facinora perpetret, vel in alium finem honestum & sanctum iuxta Alexandrum [m] & Sanctum Thomam [n] vt multi sancti desiderant mortem Turcarum Principi, si non se conuertat, vt Deus Christianismum liberet ab eius tyrannide: imo & inimicis Christianis iniuste nos persequentibus quando aliud non adesset cõmodius remedium, possemus ob hunc finem desiderare eam, vt speciatim tradidit Sotus. [o]

11 Duodecimo peccat mortaliter, qui deliberato animo sibi mortem, aut mẽbri mutilationem præ ira, impatientia, dedecore, paupertate aut pro quouis alio infortunio exoptat, [p] iuxta B. Augustinum, [q] & S. Thomam receptum: [r] quoniam nemo est dominus saltem quo ad hoc, suæ vitæ, aut suorum membrorum [s] & ob alias rationes, quas Beatus Thomas [t] adducit. Proinde si ea de causa,

a *Ca. monomachiam. 2. q. 5. ca. 1. & 2. de cleric. pugnãt. in duello & ca. 1. de torneam.*

b *Per extrauagan. 1. de torneament.*

c *In 4. lib. sen. dist. 15. q. 5.*

d *2. 2. q. 95. art. 8.*

e *Sess. 25. c. 19. de reformat.*

f *Capi. 11. nu. 39.*

g *Syluester verb. duellum. 3.*

h *Angel. in interrog. 5. præcepti.*

i *In fin. n. 27.*

k *In 2. dist. 24. in expo si. litera post q. 4. Alex. Alēs. 2. par. tractat. de peccat. venialí, & Caiet. in summa, verbo delectatio morosa.*

l *In repet. capit. inter verba. 11. q. 3. & in addit c. quando de consecrat. dist. 1.*

m *In tract. de maled. n. 2. q. 36. art. 2.*

o *Lib. 5. qu. 12. art. 1. de iust. & iur.*

p *Ca. si non licet 23. q. 5*

q *Libr. 1. de ciuit. Dei.*

r *2. 2. q. 64. ar. 5. & Oliuerius Malhart de triplici ædio. 1. serm. 8. Ad uent.*

s *L. libert. homo. ff. ad l. Aquil. ca. contingit. 1. de sen. exc.*

t *In d. ar. 5*

cum esset clericus, aut monachus, sibi ip si manus iniecit, excommunicationem incurrit, iuxta Ioā. Andr. Panormit. Felyn. & alios omnes. [a] Non autem illam incurrit, qui zelo deuotionis pectus pugno, faciem palma, vel corpus, vt cohiberet, disciplina percutit. Neque etiam iudicio nostro, si talis est percussio, ut sibi licite eam posset inferre: licet non cō sentiret, vt sibi ab alio inferretur: qualis est capillos, aut barbam vellere, se alapis cædere ob mortem parentum, aut amicorum, iuxta mentem omnium doctorum, [b] quamuis nullus eorum hoc expresserit.

12 Decimotertio peccat, qui seipsum offert, vel habet animum offerendi ad martyrium principalius ob vitæ suæ tædium, vel alium finem indebitum, quam ob sanctæ fidei Catholicæ amorem. [c]

Decimoquarto, qui vult vitam decurtare, aut decurtat per abstinentias, quas scit, & aduertit esse indiscretas, etiam si absque intentione abbreuiandi eā, id faciat: sed aduertit quod eam decurtat, iuxta senten. B. Hierony. [d] & vtrumq; Tho. [e] quamuis id velit, aut faciat, quo melius Deo pro peccatis suis satisfaciat.

Dixi, *Quas scit, & aduert t esse indiscretas*: quia non videtur esse mortale, si se bonum opus facere existimat, imo neq; veniale, si faciat id existimans, probabiliter eas non esse indiscretas secundum Caietanum. [f] Id quod etiam Gerson [g] videtur sentire.

Decimoquinto, qui propter aliquod infortunium cupit deliberate se nūquā natum fuisse. Alex titu. de Accedia.

Decimosexto, qui coniecit aut fuit causa conijciendi aliquem in carcerem iniuste: siue sit iudex, siue non, [h] & insuper tenetur totum damnum, & iniuriā, quam intulit compensare.

13 Decimoseptimo peccat, qui ægrotans, aut sanus comedit, aut bibit aliqd, aut dedit alteri sano vel ægroto comedendum, aut bibendum, probe intelligens, vel intelligere debens, sibi vel alteri inde graue aliquod nocumentum salutis euenturum, [i] maxime si illa medicus interdixerat: atqui si damnum sit exiguum, non erit amplius, quam veniale, secundum eundem.

Decimooctauo, mater vel nutrix, quæ tenellum infantem, ne eiulet, aut ne ipsa surgens e lectulo frigoris intemperiem patiatur, in suo lecto noctu ita collocat, vt periculum immineat inter dormiendum puerum suffocandi, siue suffocet eum, siue non. [k] Atqui non peccat saltem mortaliter, si non est tale periculum verisimile, etiam si casu eum suffocet: puta, quia cubile est amplum, & puerum a se longe posuit, neque dormiens subinde locum solet mutare, imo vbi semel se collocat, ibidem solet persistere. [l]

14 Decimonono peccat, qui mulierem grauidam, cum nosset illam vterum gestare, ita grauiter afficit, siue sit maritus, siue alius, vt in probabile periculum aborsus ipsam conijciat, etiam si postea non abortiatur, sicut econtrario, si in tale periculum probabile illam nō impulit, etiam si postea abortiatur, non ideo peccat mortaliter, [m] quamuis nō fiat irregularis, si fœtus caret anima rationali, [n] neque ea de re dubitatur. [o] Fœtui autem, si masculinus sit, ad diem 40. infunditur anima, si vero fœmineus ad diem 80. [p]

Vigesimo peccat mulier grauida, quæ procurat aborsum, sumendo pharmaca in eum finem confecta, vel nimio labore corpus defatigando, vel quocumque alio modo, etiam si effectus non sequatur, nam vt quis lethaliter delinquat, satis est malum animum habere, vel culpam, quam latam appellant, admittere. [q] Imo etiam si absque proposito abortiendi facit aliquid, quo tali periculo probabiliter se exponit, vt cum graui oneri humeros supponit, uel immoderatis laboribus corpus vexat, vel tripudijs, aut choreis nimijs exsultat, iuxta mentem B. Antonini. [r] Atqui si iocus est leuis, & moderatus, & periculo carens, non peccat mortaliter, etiam si postea eam consequatur aborsus. [s]

15 Vigesimoprimo peccat, qui proficiscitur, aut vult in bellum proficisci, sciēt illud esse iniustum saltem ex parte illi, cui vult opem ferre. [t] Imo etiam si eo pergit stipendij solius intuitu, nihil attendens, an iustum sit vel iniustum, siue sit subditus, siue non. [u] Quin etiā si scit, bellum esse iustum, vadit tamen cum inten-

a In d. cap. cōtingit. 1. de sent. ex.

b In d. cap. contingit.

c Sylvestr. verb. martyrium.

d In c. non mediocrite. de consecr. dist. 5.

e 2. 2. q. 147 art. 2.

f Dicto artic. 2.

g In 4. par. in serm. Dominic. 2. Quadrag.

h Capi. non sane, 14. q. 5. vers. fin. leg. 1. C. de priuat. car.

i Innoc. recep. in cap. tua. de homic. arg. ca. fi. & iniurijs & l. qui occidit. ff. ad l. Aquil.

k Arg. cap. consuluisti. 2. q. 5. & c. fi. de his qui fil. occid.

l Iuxta mē tem Panor. in d. c. fi. & Cai. 2. 2. q. 64. art. 8.

m Arg. cap. sicut ex literarum, de homicid. ad iunctis, quæ ibi ait Panor. n. 6. & Ant. 2. par. ti. 7. c. 7. §. 1 n Capit. uli quando, cō sec. 32. q. 2.

o Gloss. in c. si aliquis & homicid.

p Iuxta gl. receptam in summa 5. dist. per illum text.

q Cap. 1. de præsumpt. si quis per negligentiā de consecr. dist. 2.

r 2. par. tit. 7. ca. 8. §. 1.

s Iuxt. Panormi. in d. cap. sicut. t 23. q. 1. in princ.

u Caieta. in sum. Verbo bellum, parte 2.

intentione deprauata principaliter inimicos occidendi, aut prædia, & rem omnem deuaſtandi, quamuis in hoc caſu non obligetur reſtitutioni. [a] Neque etiam in 2. caſu, ſi bellum eſt vere iuſtum, propter eandem rationem. Verũ eſt tamen, ſubditum poſſe iuſte ad bellum proficiſci (ſi imperio domini ſui admonitus pergat) etiam ſi non ſecum præmeditetur, an ſit iuſtum, dum tamẽ credat eſſe tale. [b] Neque vlla eſt differentia inter ſubditum & externum: qui ante belli exordium eidem Principi inſeruiebat, ſecundum Caietanum. [c]

16 Vigeſimoſecundo, qui fert, aut vult ferre iniuſte mortis ſententiam, aut alterius nocumenti corporalis contra aliquem. [d] Vel ſi iniuſte morte damnatum non liberat, cum id facere poſſit, iuxta illud. [e] *Erue eos qui ducuntur ad mortem.* vel inuaſo ab inimicis ſuis, cum poſſit, non ſubuenit, ſecundum B. Ambroſ. [f] ſi tamen commode verbis, aut opere, abſque ſuo periculo, poteſt ſuppetias ferre, alioqui minime tenetur, niſi eſſet officiarius publicus, qui etiam armata manu debet defendere eum, quem ſibi videtur defendere poſſe, ſecundum S. Antoninum. [g]

17 Vigeſimotertio, qui ſuo teſtimonio aliquem ab iniuſta morte, pœna damni, vel infamia, poteſt liberare, & non vult teſtificari id, quod nouit, etiam ſi non iubeatur id facere: neque ſaltem facit, quod in ſe eſt, denuntians veritatem ei, qui põt prodeſſe [h] S. Thom. [i] Gabriel. [k] niſi per confeſſionẽ ſacramentalem tm̃ id noſſet, tunc enim tenetur tacere, & non intromittere ſe ad liberandũ eum, etiam ſi ſtatim eſſet ſuſpendendus, ac ſi nihil penitus audiuiſſet: nõ enim nouit, an reus data opera delictum illud in ea confeſſione ſubticuerit. [l] Nullus tamen ſe tenetur offerre ad teſtimonium ferendum, quo aliquis condemnetur niſi quando iuxta iuris formam eſſet a iudice conſtrictus, etiam ſi accuſatori exinde periculum immineret, quia ille ſponte ſua ſe in id periculum ingeſſit, reus autem inuitus, ſecundum eundem San. Thom. [m] niſi quando accuſator, quia obligatur ad id in cõſcientia, accuſat, [n] qui uero contra aliquem falſum protulit teſtimonium, ob quod ille eſt in periculo perdendæ vitæ, debet ſuum teſtimonium reuocare, & omnem ſuam operam adhibere, vt illum eripiat, etiam ſi ob id oporteat eum perdere vitam. Quamuis qui alium occidit, ob quod alius cum periculo vitæ ſuæ eſt in carcere, non videtur obligatus ſeipſum prodere, ſeq; periculo propriam uitã amittẽdi exponere, quod Sotus videtur inſinuare, [o] cuius ſententia iuri conformior videtur illa, quam habuit Medina [p] oppoſitam præcedenti, fundans ſe magis in caritate, quam in iuſtitia.

Vigeſimoquarto, qui cum aliqua affectus eſſet iniuria, ſciretq; cognatos ſuos, vel amicos vindictam ſumere velle, non vetuit eis id expreſſe. [q]

Vigeſimoquinto, qui eſto, quod nihil facit, nec vult facere ex ſupradictis, tamen conſentit in eo aliquo modo ex nouem illis ſupra a nobis [r] expoſitis, puta imperando, conſulendo, præbendo conſenſum, laudando, malefactorem recipiendo, vel ipſum adiuuando, vel non impediendo verbis, operibus, aut monitu, cum id poſſet, & teneatur facere. [s]

18 Vigeſimoſexto peccat, qui agitat, vel facit agitare tauros, circa quod interrogatus Madritij, ubi Curia Regia reſidet: An ludus agitationis taurorum ſit peccatum mortale? Reſpondi ſequẽtia Primum, ante ſeptuaginta annos me coram confeſſario Compluti accuſaſſe, quod cum eſſem adhuc puer illius Academiæ ſcholaſticus, taurorum agitationis ſpectaculo interfuiſſem. Secundum, quod quia tunc vidi duos aut tres homines, a quodam tauro feroci immaniter dilaniari, ſtatui numquam amplius eorum agitationis ſpectaculo intereſſe: & ita numquam amplius interfui: niſi ſemel Salmanticæ ad id coactus vi muneris decanatus & patronatus, quo in quo dã viro doctiſſimo ad doctoratũ prouehẽdo, de more fungebar, vbi Dei gratia nullum detrimentum acceptum fuit.

Tertium, quod ab hinc 20. & 30. annis libenter ſubſcripſiſſem, prædictã agitationẽ eſſe peccatũ mortale. Tũ quia ſic audiueram a præceptoribus meis Pariſienſibus, qui celeberrimæ illius Academiæ Complutenſis fundamenta iecerunt. Tum, quòd in Gallia non ſolent ſic agitari: cuius rei cauſa non eſt, quam

aliqui

[a] *Iuxt. ſen. Caiet. 21. q. 40 art. 1.*
[b] *Cap. quid culpatur, 23. q. 1.*
[c] *In ſumma verb. bellũ, part. 2.*
[d] *Ca. omnis 45. diſt. ca. 2. de re iu. lib. 6.*
[e] *Prou. 24.*
[f] *In ca. non in inferenda, 23. q. 3. & lib. 1. de offic. ca. 17.*
[g] *2. par. tit. 7. c. 8. §. 2.*
[h] *Arg. cap. 1. de crim. falſi.*
[i] *2. 2. q. 70. art. 2.*
[k] *in 4. libr. ſent. diſ. 15. q. 6. arti. 2. concluſ. 7.*
[l] *Ioan. Maior. in 4. lib. ſen. diſt. 31. q. 1.*
[m] *Dict. q. 70. art. 1.*
[n] *Vt in ca. inter verba 11. q. 3. copioſius dixi mus.*
[o] *Lib. 4. q. 6. art. 3. de iuſti. & iur.*
[p] *In cap. de pœnit.*
[q] *Cap. Petrus, de homicid.*
[r] *In ca. 11. num. 15.*
[s] *vt ibidem dictum eſt*

aliqui exiſtimant: ſcilicet, quod ſint cicures & manſueri: noſtra enim ætate Tholoſæ quædam Vacca, quam prædiues quidam Burgenſis Hiſpanico more in amplo ſuæ domus pauimento agitare fecit, ipſummet, aſcenſis aliquot ſcalarum gradibus, interfecit. Tum, quod eiusmodi agitationis ſpectaculum multorum peccatorum, ſuperbiæ, vanæ gloriæ, luxuriæ, gulæ, iræ, & aliarum ſpecierum occaſionem præbet. Tum, quod, vt antea in hoc ipſo loco diximus, illiciti ſunt ludi, in quibus vt plurimum occiſiones & magna vulnera cõtingunt: qualia in hac agitatione contingere videntur. Tum, quia vt ille Capitaneus Ioannes ab Azpilcueta, & Xabier (qui fuit frater illius celeberrimi. [a] Franciſci a Xabier, vnius e tredecim, qui ordini Societatis Ieſu longe illuſtri & frugifero initium fecerunt, tam fortis gladio corporali, quam ille ſpirituali) dicere ſolebat, in his taurorum agitationis ludis, viros magis ad fugiendum hoſtem, quã ad exſpectandum ſeſe aſſuefacere: ob idque nunquam huiuſmodi ludis intererat. Tum quod torneamenta iure canoncio prohibentur, [b] adeo vt qui in illis moritur, quamuis confeſſus, & ſacra communione munitus decedat, non ſit in ſacro loco ſepeliendus: & agitatio taurorum torneamẽtis ſimilis videtur. Ergo de ea idem erit ius.

Sed poſt ab hinc decem annis & citra, non ſum auſus id aſſerere, imo, ut id facerem a multis ſeruis Dei ſelectis opportune & importune rogatus, reſpondi, quod agitatio taurorum cum moderamine, & debita cautela de ſe non eſt peccatum: ſanctiſſimam tamen fore legem, quæ illam prohiberet: quoniam raro debita cautela & moderamine exercetur: quam legem, nunc poſtea quam ego in Vrbem appuli, fœli. recor. Pius V. Pontifex maximus mira pietate, prudentia, & in viam Domini oues ſuas dirigendi deſiderio ardens tulit, & promulgauit: Kal. Nouembris anni 1567. in hæc verba.

a Fallitur Nauarrus. decẽ enim Patres huic ordini initium dederunt.

b Cap. 1. & 2. de torneament. c. l. illud ff. ad l. Aqui.

PIVS EPISCOPVS SERVVS ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

19 *De ſalute gregis Dominici noſtræ curæ diuina diſpoſitione crediti pro ut ex debito paſtoralis officij adſtringimur, ſolicite cogitantes, fideles cunctos gregis eiuſdem ab imminentibus corporum periculis, etiam ab animarum pernicie, perpetuo arcere ſtudemus. Sane licet deteſtabilis duellorum uſus a diabolo introductus, vt cruenta corporum morte animarũ etiã perniciem lucretur, ex decreto Concilij Tridẽtini prohibitus fuerit, nihilominus adhuc in plerisq; ciuitatibus, & alijs locis qua plurimi ad oſtentationem virium ſuarum & audacia in publicis priuatisq; ſpectaculis, cum tauris & alijs f'ris beſtijs congredi nõ ceſſant, vnde etiam hominum mortes, membrorum mutilationes, animarumque pericula frequenter oriuntur. &c.*

Nos igitur conſiderantes hæc ſpectacula, vbi tauri & feræ in circo uel foro agitãtur, a pietate & caritate Chriſtiana aliena eſſe, ac volentes: hæc cruenta, turpiaque dæmonum & non hominum ſpectacula aboleri, & animarum ſaluti, quantum cum Deo poſſumus prouedere, omnibus & ſingulis Principibus Chriſtianis, quacumque tam Eccleſiaſtica, quam mundana, etiam Imperiali, Regia, vel quauis alia dignitate fulgentibus quouis nomine nuncupentur, vel quibus uis communitatibus, & rebus publicis hac perpetuo noſtra conſtitutione ſalutura ſub excommunicationis & anathematis pœnis ipſo facto incurrendis prohibemus, & interdicimus, ne in ſuis prouincijs, ciuitatibus, terris, oppidis, & locis huiuſmodi ſpectacula, ubi taurorum ferarumve agitationes exercentur, fieri permittant.

Militibus quoque cæterisque alijs perſonis, ne cum tauris, & alijs beſtijs in præfatis ſpectaculis ipſi tam pedeſtres, quã equeſtres congredi audeant, interdicimus: quod ſi quis eorum ibi mortuus fuerit, Eccleſiaſtica careat ſepultura.

20 *Clericis quoque tam regularibus, quã ſecularibus beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, vel in ſacris ordinibus conſtitutis, ſub excommunicationis pena, ne in eiſdem ſpectaculis interſint, ſimiliter prohibemus. Omnesque obligationes, iuramenta & vota, a qui-*

a quibuſuis p rſonis, ſiniuerſitate vel collegio de huiuſmodi taurorum agitatione, etiã vt ipſi falſo arbitrantur, in honorem ſanctorum ſeu quarumuis Eccleſiaſticarum ſolemnitatum, & feſtiuitatum, quæ diuinis laudibus ſpiritualibus gaudijs pijsque operibus, non huiuſmodi ludis celebrari & honorari debent, hactenus factas & facta ſeu in futurum fienda, quæ & quas omnino pro hibemus, caſſamus, & annullamus, ac pro caſſis, nullis & irritis haberi perpetuo decernimus, atque declaramus.

Mandamus autem omnibus Principibus, Comitibus, & Baronibus S. R. E. feudatorijs ſub pœna priuationis feudorum, quæ ab ipſa Romana Eccleſia obtinent, reliquos vero principes Chriſtianos, & terrarum dominos prædictos hortamur in Domino, & in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, ut pro diuini nominis reuerentia & honore præmiſſa omnia in ſuis dominijs ac terris huiuſmodi exactiſſime ſeruari faciant, vberrimam ab ipſo Deo mercedem tam boni operis recepturi. Ac uniuerſis venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, alijsque locorum ordinarijs in virtute ſanctæ obedientiæ, ſub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ præcipimus, quatenus in ciuitatibus & diœceſibus proprijs præſentes noſtras literas ſufficienter publicari faciant, & præmiſſa etiã ſub pœnis & cenſuris Eccleſiaſticis obſeruari procurent. Non obſtantibus conſtitutionibus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1567. Kalend. Nouemb. Pontifi. noſtri anno ſecundo.

21 Huius extrauagantis definitionem limitarem, ſalua ſanctæ ſedis Apoſtolicæ cenſura, ne procederet in agitatione taurorum, vel aliarum ferarum ita moderata, vt probabiliter credi poſſit eam non conſecutura notabilia nocumenta perſonalia, puta mortes, vulnera, oſſiũ rupturas & id genus alia. Tum quia ratio & finis, quæ mouerunt eius latorem ad eam edendam, fuit, quia frequenter ex huiuſmodi agitatione conſequebantur talia, ut colligitur ex proœmio eius, vnde ſolet cauſa finalis legis conijci, [a] quæ ceſſant in agitatione, ut ſupradictũ eſt, ſic moderata, & ita ceſſare debet ét eius diſpoſitio in ea, & iuxta limites rationis legis debet reſtringi, vel extendi lex. [b] Tum quia licet prohibita ſint abſolute torneamenta, [c] permittuntur tamen illa, quæ cum moderatione prædicta fiunt, quia in eis ceſſat ratio illius prohibitionis abſolute, ut [d] dictum eſt, & probatur in extrauagan. 1. [e] & vſus totius Chriſtiani orbis obſeruat Tum, quia videmus vbique, etiam in vrbe, paſſim agitari tauros, boues, & bufalos chordis longis pedes vel cornua ligatos, etiam per medios calles tranſitu hominum frequentes: quod tamẽ nemo, etiã poſt prædictam extrauagãtem damnat, quamuis aliquando contingat aliquod notabile nocumentum. Imo quotannis in carniſpriuio ſolennis curſus equorũ, bufalorum, equarum & aſinorum, brauijs præuertenti propoſitis in vrbe celebratur: quamuis caſu inſidentium, & occurſu eorundem nonnumquam prædicta mala contingant. Tum, quia multi viri, eruditione, pietate & religione clari, qui damnabant agitationes tauro rum eo modo, quo communiter fiebãt, approbarunt agitationes illas, quas ter maxima illa domina Iſabella huius nominis prima, regina Catholica permittebat, cornuum cuſpidibus præciſis, & nimia agitantium temeritate coercita, tutiſq; refugijs opportune conſtitutis.

Ex quo infertur, quod etiam ante hanc conſtitutionem damnandum erat ſtudium illud, quo multi magnates Hiſpani quærebant & conſeruabant ferociſſimos tauros, q ante in circis agitati aliquos occidiſſent, & iudicium illud crudele, quo ijdem & alij fere omnes iudicabant ſpectacula taurorum prædicta, in quibus nulli occiderentur, vel vulnerarentur, eſſe frigida & inſipida, & vituperio digna. Et quamquam agitationes, vt præfertur, moderatas non auderem damnare, etiam poſt hanc extrauagan. longe tamen melius arbitrarer, loco illarum vti alijs ludis, quibus Gallia, quæ hilarior videtur vtraque Heſperia, ad hilarandum populum & publicã lætitiam ſignificandum, tempore meo vti ſolebat, puta ſupplicationibus publicis, haſtiludijs equitum, uel peditum pugnis vmbratilibus aduerſus dracones fictos, vel effigies hominum armatas, quæ ſe percutientes in vno brachio repercutiunt altero, exercitijs arcuum, balli-

a l. fin. ff. de hæred. inſtituen. & ea. quia ꝓpter de electi. cũ eis adnot.

b Arg. l. cũ pater §. dulciſſimis. ff. de leg. 2, & l. adigere. §. quanuis ff. de iure patron. ca. ſuggeſtũ c. meminim⁹ cũ adnot. eis a Panorm. ab alijs recepto, de appel. & ca. quoniam cõtra falſam de probat.

c Per ca. 1. de torneament.

d Sup. n. 9.

e De torneament.

balliſtarum, ſcloporum, pilæ, luctæ, curſus, globorum ligneorum tum manu, tum claua, vel malleo impulſorum, cho tearum honeſtarum cum vulgarium, tũ noue inuentarum, & bellis & follijs Luſitanis, & alijs id genus exercitijs, quibus homines non ſolum recreantur: ſed etiam ad bella, & alias artes honeſtas habiliores redduntur. Sunt autem bellæ puellæ paruæ ditiſſime ornatæ, quæ virorum agilium & ſaltantium humeris inſidentes, manuum & brachiorum, ac totius corporis geſticulatione plurimũ ac honeſte ſpectantes delectant. Follię vero ſunt manus iuuenum circa grande tympanum ſaltantium, canentium, & ſiſtrarum ſonorarum agitatione mire populum exhilarantium ſine vlla vllius iactura.

AD QVID TENEATVR qui alium occidit, aut percutit.

22 *Homicida liberi, vel ſerui quid reſtituere debeat.*

23 *Homicida quas impenſas reſtituere tenetur.*

23 *Homicida an teneatur ſe carceri offerre.*

24 *Homicida quid teneatur ſoluere cognatis.*

25 *Fur & alij rei etiam puniti publica pœna reſtituant damna.*

26 *Occidens defendendo ſe ſine moderata tutela punietur mitius, quam aggrediens. ſed reſtituet quantum ille.*

27 *Duella quæ inter particulares milites exercituum licent.*

VIgeſimoſeptimo peccat mortaliter, qui alium iniuſte occidit, & non vult ſatisfacere. Circa quod dicimus primo: quod Scotus [a] cui ſatis condonat Adrianus [b] ait primo, eſſe ſtultũ putare eum, qui bouem proximi necat, teneri ad reſtitutionem: nõ autem, qui proximum ipſum occidit. Contra quos tamen faciunt multæ leges [c] ut illa quæ habet, hominẽ liberũ nullo pretio æſtimari poſſe, & alia [d] quæ ſic habet. *Illi homini libero, qui prætereuntem per uiam publicam percutitur re aliqua proiecta, aut cadente ex aliqua feneſtra, deberi medicationis impenſam, & ſtipendia, quæ ſanus lucrifeciſſet, non autem quidquam pro deformitate aut cicatrice inde relicta: corpus enim liberum nullam recipit æſtimationẽ,* & illa [e] quæ ſtatuit, quod quamuis contra dominum alicuius animalis, qp occidit aliquem ſeruum, vel aliud animal, eius dominus habet actionem, & ius petendi medicationis impenſas & ſtipendia, quæ alioqui lucrifeciſſet, nihil tamen poteſt petere pro cicatrice & deformitate, neque etiam ſi occidatur, [f] quod etiam dixit Azo, [g] & clarius aſſeruit Oſtienſ. [h] Itaque ſit reſolutio, eum qui occidit, aut percutit aliquod animal brutum proximi vel ſeruum, teneri illi reſtituere tantum, quanti valet id, quod occidit. Imo & quanto minoris ualet ob deformitatem ex vulnere relictam: & quod etiam, qui percutit hominem liberum, tenetur ei reſtituere medicationis impenſas, & ſtipendia, quæ ſanus lucrifeciſſet, tempore medicationis, & tempore totius vitæ, quatenus ob illam percuſſionem ad illã lucrifacienda inhabilis eſſet effectus, deformitatem autem ex vulnere relictam nullatenus tenebitur compenſare. Qui vero liberum hominem occidit, non tenetur ad ſoluendum quidquam pro uita quam abſtulit, quamuis ſic pro eo, qđ in ſe medicando impẽdit antequam obiret, & pro damno, quod filij & hæredes eius perpeſſi ſunt, vt ſtatim dicemus. Imo etiam id, quod in eius funere moderato, iuxta cõſuetudinem perſonarum eiuſmodi conditionis expenſum eſt, quia cauſa fuerit eiuſmodi ſumptus, [i] quamquam hoc ultimum nemo vſque ad nos expreſſit.

23 Secundo dicimus, quod idem Scotus ait huiuſmodi hominem debere patienter perferre mortis pœnam ſibi iuxta legem inflictam, etiã ſi ſuiſſe proprijs manibus non teneatur ſibi illam conſciſcere, quod quidem recte dictum eſt. [k] Neque etiam, iudicio meo, tenetur vinculis & carceribus, aut morti inferendę ſeipſum offerre, etiam ſi hoc facere ſaluti ſuæ animæ valde conduceret.

Tertio quod idem ait, quod ſi pœnam mortis non ſubeat, ſaltem expediret reliquum vitæ tempus contra infideles tranſigere, quod ſi hoc non placet, debet

a In 4. lib. ſent. diſ. 15. q. 3.

b In 4. dere ſtit. quæ. fi. & Ioã. Maior. in eodẽ. 4. diſt. 15. q. 14.

c Videlicet, l. liber homo. ff. ad l. Aquil.

d l. fi. de his qui deie. uel effud.

e l. ex hac. ff. ſi quad. pauper. fec. dic.

f Iuxt. gloſ. dic. l. ex hac & l. quæ actione. §. ſi quis. ff. ad l. Aquil.

g In ſũma ad l. Aqui.

h In ſũma de iniur.

i Arg. cap. fi. de iniu. et l. qui occidit ff. ad l. Aq.

k Arg. gloſ. ſing. c. fraternitas 12. q. 2. & eorũ q̃ diximus in rubr. de pœnit.

bet aliqua reſtitutione ad iudicium boni viri homicidium compenſare, ſatisfaciendo operibus ſpiritualibus, quæ tanti eſſe videantur, quanti vita hominis interfacti æſtimanda erat ſecundum æquipollentiam, ſeu æqualitatem, quæ in hac re inueniri poteſt, veruntamen hoc non aruitramur eſſe neceſſarium per ſupradicta.

24 Quarto, quod ipſemet dicit, quod vltra hæc tenetur reſarcire parentibus, filijs aut cognatis occiſi quamcumque iacturam, quam illi ratione necis perpeſſi ſunt, quod quidem iuſtum eſt. Vnde Panorm.[a] apertius rem totam explicans dicit, tantum hæredibus defuncti reſtituendum eſſe, quantum ille viuens ſuo labore, aut arte lucrari poterat. qđ quidem videtur iure quinquaginta aureis æſtimatum eſſe,[b] vt intellexit ſingulariter Oſtienſis.[c]

Quinto dicimus, quod ex his infertur id quod Ioan. Maior[d] aſſeruit, nēpe cum vinculo maioris reſtitutionis aſtringi qui ſutorem, aut quemuis alium artificem mechanicum, quam qui nobilem aliquem occidit, etiam ſi grauius crimen admittat, qui hunc occidit, quā qui illum.[e]

25 Interrogatus, An homicida, latro, aut aliquis alius reus, quem iudex puniuit, ad ſoluendū damnū, quod parti intulit teneatur? Reſpondeo, quod eſt quæſtio quotidiana, & a paucis declarata, quam ter, cum tres gloſſas ſolemnes,[f] prælegeremus, tetigimus, & poſtea obſequentes voluntati Reuerēdi admodum domini ſimul & amici mei P. Pradani, Illuſtriſſimi ordinis Societatis Ieſu determinauimus, concludentes, quod ſic. Quia lex naturalis & diuina obligat eos ad reſtituendum damnum parti, antequam a iudice puniantur, & illa punitio, quæ in vindictam publicam irrogatur, eſt compenſatio iniuriæ reipublicæ illatæ,[g] quę non liberat a debito, quo parti tenetur: cum qui duobus diuerſas res debet, non liberatur ſoluendo vni quod ei debet, nec ſoluendo vni, quod alteri debet:[h] & conſequenter qui publicam pœnam paſſus, habuerit quo priuato damno id ſatisfaciat, ſoluere debebit, & hoc ſentit Innocentius ſi bene ponderetur.[i] Nec obſtat, quod Felinus[k] & alij multi ex gloſſis prædictis colligunt, ſcilicet, eum qui ob delictum luit corpore, eo quod non habet in ære, ad pœnam pecuniariam non teneri: quamuis poſtea ſatis bonorum ad ſoluendam eam acquirat: quia aliud eſt dicere, quem propter pœnam corporalem a pecuniaria excuſari, quod illæ gloſſæ probant, & aliud dicere, quem propter pœnam corporalem a ſoluendo intereſſe parti excuſari, quod illæ non dicunt, & nos aſſeruimus, id quod etiam ſenſit Iaſon.[l] quod tamen nobis limitandum videtur, quando pars læſa vellet, ut delinquens per pœnam corporalem, non ſolum Reipub. ſed etiam ſibi ſatisfaceret,[m] Ex quo ſequitur, quod hæredes eius, qui decollatus, vel ſuſpenſus eſt per ſententiam, obligantur ad reſarciendum damnum, quod intulerat parti, ſicut ad ſoluendum alia debita,[n] imo & Fiſcus, ſi eius bona confiſcata fuerint.[o]

26 Sexto dicimus, inter Scotum & Communem ubi ſupra conuenire, quod non ſolum homicida, ſed etiam percuſſor tenetur omnes expenſas reſtituere, quas percuſſus in ſe medicando fecit, & inſuper quidquid lucrifeciſſet ex arte, uel officio ſuo, quandiu male habuit, imo & quidquid magis in reliquo vitæ tempore ſuo labore ob id lucrifacere poterat. Vnde confeſſarius non debet eum qui occidit, aut qui per cuſſit abſoluere, niſi prius illatum damnum compenſet, aut re vera proponat reſtituere, iuxta omnium ſententiam: quod quidem totum intelligendum eſt de eo, qui iniuſte percutit, aut occidit. Nam qui ſecundum ius ſimile aliquid facit, nulli reſtitutioni tenetur obnoxius.[p]

27 Non eſt tamen connumerandus inter eos, qui iuſte hominem occidunt, ille qui debitum modum defenſionis excedit, quinimo (noſtro iudicio, quidquid alij opinentur) quamuis multo minus peccet, & ſubinde minorem pœnitentiam in foro interiori, & leuiorem pœnam in foro exteriori merea tur, quam ille, qui voluntarie alterum occidit,[q] nihilominus tamen tantæ reſtitutioni, ac alter tenetur obnoxius, ſaltem ſi culpa lethalis exiſtat,[r] Siquidem huiuſ-

a In c.1.de iniur. poſt Specul. tit. de iniur.§. ſequitur.n. 26.
b l.1.§.ff. de ijs quide iec.&eleffu.
c Vbi ſupra d In 4.diſt. 11.q.19.m fine.
e Arg.l.aut factā.ff.de pœn.& cap. aut factā de pœn.diſt.1.
f Scilicet regul. peccatum. de regul.iur.lib 6.& c.ſicut dignum. §. ec.de homi. & ca.ſi res aliena. 14. q.6.
g l.ita vulneratus. ff. ad l.Aq & ca.vt fama de ſent. excommu.
h Ca.ea te de iureiu.c. ſicut dignū §. eos de homicid.
i In c. Odoardus de ſolut.
k In ca.ad liberādum, de Iudais.
l In §.pen. nu. 45. de actio.
m Arg.l.1. ff.qui ſatisda.cog.et l. ſi rē, §.oīs, ff de pigno. actio.
n l 1.C.ex delict. defuncto.
o l.non poſſunt & l.in sūma,ff.de iure Fiſc.
p Clem.1. de homicidijs, c.olim de reſti.ſpoliat.cum eis adnotat.
q Per text. & alde ſingulares in c.ſignificauit. de pœn. & l.ſi adulterium,§. Imperatores,ff.de adulter.
r Iuxta l.ſi ex plag. §. ſi.ff.ad Aq.

huiuſmodi mors non ſolum iniuſta eſt mala intentione: ſed etiam ex ipſomet opere exteriori. Quod addimus ad excludendum reſponſum, quod noſtro argumento dari poterat, deſumptum ex illo dicto Caietan.[a] ſcilicet, eum, qui alterum occidit in bello iuſto, vel ex iuſto præcepto, iniquo animo & intentione, licet propter intentionem iniquam peccét, non tamen teneri ad vllam reſtitutionem.

a 2.2.q.44. art.1.

Neque obſtat, quod quidam dicit tenere me hic homicidam aggreſſoris, q per inaduertentiam non ſeruauit modum inculpatæ tutelæ, & eo acceſſit, ut peccaret mortaliter, ad tantam teneri reſtitutionem, ad quantam homicida voluntarius. Contra quod ait tenere Sylueſtram,[b] & pro eo facere, quod minor culpa minorem inducit reſtitutionem. Non, inquam, hoc obſtat. Primo, quia Syluester agit de ſolutione pœnæ, & non de reſtitutione damni & intereſſe, de quo nos loquimur. Ait enim, occidentem ob ineuitabilem neceſſitatem ad nullam pœnam teneri, niſi det cauſam aggreſſuræ, quo caſu tenetur ad reſtitutionem arbitrio boni viri: nos vero loquimur de reſtitutione damni dati, vel intereſſe ob illud contingentis. Secundo per incogitantiam uidetur ab eo dici, quod minor culpa minorem reſtitutionem meretur; videtur enim dixiſſe hoc, Minor culpa minorem pœnã meretur. Tum quia quodlibet furtum notabile obligat ad reſtitutionem, non autem odium Dei, quod eſt ſuo genere maximum. Tum quia culpa ſeiuncta a dolo obligat ad tantam reſtitutionem, ad quantam ei coniuncta eſt. Tum quia etiam ſine culpa interdum quis tenetur reſtituere, vt cum animal alicuius non aſſuetum nocere, nocet alicui ſine ulla culpa domini.[c]

b In verbo reſtitut. 3. q.1.

c Dict. c. ſi. de iniur.

Dubium remiſſum huc ſupra[d] eſt, An videatur nobis vera ſententia Caietani,[e] qua damnat milites, qui tempore belli acceptant ſingularia certamina, vnius contra vnum, duorũ contra duos, 10. contra 10. &c. ad quæ prouocantur ab hoſtibus, quæ dubium proponẽti diſplicet, eo quod exercitus prouocantiũ animoſior fieret, ſi prouocati ea non acceptarent. Pro quo ipſe cito, quod[f] Goliæ prouocatio a Dauide fuit accepta, & quod milites debent honori ſuo conſulere, iuxta ea, quæ Panormitanus, & alij tradunt[g] quæ ſupra[h] extendimus ad eum honorem, quem renuendo talia perderent. Sed arbitror vtriuſque ſententiam teneri poſſe, Caietani quidem in certaminibus, quæ offeruntur & acceptantur cauſa oſtẽtandarum virium, & artis pugnandi, & gloriæ vanæ quærẽdæ ſine reſpectu, ſaltem principali belli victoriæ commodandi, quod ipſius verba ſignificant: proponentis autem ſententia, cum acceptantur principaliter ad commodandum belli victoriæ & honori, ac reputationi fortitudinis, ſiue exercitus (quæ plurimum ad victoriam conducunt) ſeruatis ſeruãdis, quod eius ratio ſignificat.

d Num. 9.

e In ſumma verbo duellum. 5.

f 1. Reg. ca. 17.

g In c. olim de reſtitut. ſpoliat.

h Eod. cap. num. 4.

DE SEXTO PRAECEPTO, Non mœchaberis, vel non fornicaberis. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum 6. de non fornicando, & 10. de non concupiſcendo, quæ vetant, num. 2. & 3.*

1 *Luxuriam an ignorantia, vis, aut metus excuſent.*

3 *Luxuriæ omnis reducitur ad has ſex ſpecies.*

3 *Et an ſint plures & admiſſa cum moniali, & eſt varia ob varias cauſas.*

3 *Sponſa Dei eſt anima viri, ſicut & fœminæ.*

3 *Luxuria ratione loci & perſonæ ſacræ eſt ſacrilegium.*

3 *Sacrilegium cur non ſit violatio dormitorij, & ecclęſię.*

3 *Conſecrari quæ monacha non poteſt.*

3 *Inceſtus gradus cur neceſſario a confeſſo exprimendus.*

4 *Confeſſarius quantum debet interrogare circa peccatum luxuriæ.*

1 PRo fundamẽto dignoſcendorum qui peccant mortaliter contra hoc ſextum & decimum præceptum præſupponimus, primo id quod iam[i] diximus, ſcilicet hoc præcepto nobis eſſe a Domino interdictam quamcumque copulam extra legitimum matrimo-

i In additio ne, c. quando de cõſec. diſt. 1.

trimonium. Proinde quæcunque talis copula est peccatum mortale, quamuis sit soluti cum soluta, quæ simplex fornicatio appellatur, adeo quidem, vt contrarium asseuerare sit hæresis, ut determinauit Concilium Viennense. [a] Neque ignorantia ab hoc excusat, neque etiam existimare non esse peccatum rē habere cum publica meretrice. Est em̄ hæc ignorantia iuris naturalis, & diuini adeo manifesti, quę nullatenus excusat. [b] Neque metus, aut minæ mortis, vel infamiæ, neque pudor vociferandi, neq; timor infamiæ, quę vociferationem cōsequeretur, ab hac culpa excusat. Sufficit enim voluntas, aut consensus etiam coactus, vt culpæ mortalis macula contrahatur. [c] Nam potius debet quis vniuersa mundi mala perpeti, quam illi cō sentire. [d] Excusaret tamen vis absoluta, qua sine ullo cōsensu cogeretur adulterari, aut fornicari, adeo quod si uirgo existeret, quæ semper animo huiusmodi obscœnæ voluptati contradiceret, nō perderet virginitatem, saltem quo ad Deum, vt gloriosissima Lucia virgo & martyr, relata a Gratiano, [e] & a sancto Thoma [f] resp̄dit Paschasio in hæc verba: *Si me feceris inuitam violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam.* Quod procedit etiam si de actu ipso delectationē aliquam perciperet, modo neque in ipsum actum, neque delectationem voluntate deliberata consentiret. Nam talis delectatio non esset voluntaria, sed naturalis, & est esse in medio ignis, & non ardere, vt dixit S. Gregorius, [g] neque tenetur manus iratas inijcere in eum, qui vim inferre nititur: neque clamore se defendere. Satis est enim non consentire ad hoc, ut nō peccet coram Deo mortaliter, ut singulariter dixit Sotus: [h] quāuis quo ad forum exterius præsumeret consensisse (si contingeret id ei intra ciuitatem) quæ neque clamauit, neque petijt opem ad sui defensionem, cum posset. [i] Illud vero, quod idem Sotus addit, non teneri scilicet huiusmodi fœminam, etiam suis proprijs membris resistere, & quod satis sit non se componere, aut præparare ad obscœnum illum actum, dummodo animo non consenserit, difficile profecto poterit contingere. Quare credo paucas honestas reperiri, quæ aliquo modo non resistāt, saltem sine clamore, & sine manuū iniectione in eos, qui eas tanta iniuria afficere nituntur, quæ opinio Soti sic limata magis placet, quam opinio Caietani, [k] dicentis debere clamare non obstante infamia, quæ inde sequi posset. Interrogatus autem, an sentiā, peccare moraliter, quæ saltem suis membris sine clamore, & percussione non resistit: & quid si ob metum aptat in id sua mēbra, uel tibias aperit, uel uestem eleuat? Respondi me sensisse nō peccare solum non resistendo: sed sic alia in quæstione contenta faciendo, quia ea faciens licet non consentiat ipsemet actui obscœno, participat tamen cooperando ad illum quod sufficit, ut peccet iuxta tradita supra, [l] quæ autem solum non resistit non cooperatur, sed solum patitur: quæ etiam sensit Sotus, [m] licet rationem nō reddat.

2 Secundo præsupponimus, quod simul ac uetatur aliquid, censetur uetitū desiderium, & propositum faciendi illud: imo & consensus deliberatus delectandi se in eo, visu, tactu, aut cogitatu, etiam sine opere alio, actu, nec proposito, aut desiderio committendi illud, ut colligitur ex S. Thoma in hoc probato. [n] At consequenter quamuis decimū præceptum, quo vetatur desiderium copulæ illicitæ, non fuisset datum: per hoc tamen sextum fuisse vetitum. [o] At Dominus noster in hac & furti materia specialiter per nonum & decimum præceptū, vetuit desideria & proposita, eo quod in eis delectatio, quæ ex cogitatione sola nascitur, est quoddā bonum apparēs, ad sui desiderium inuitans. [p]

3 Tertio præsupponimus, quod omnia luxuriæ peccata tam cogitationum, & delectationum, quam verborum & operum ut plurimum, sunt ex una sex specierum, aut generum. [q] Quarum prima est fornicatio simplex quæ est inter solutos, inquam, non solum a uinculo matrimoniali, sed etiam a cognatione & affinitate ordine sacro, religione, uoto, & infidelitate. Si enim alter esset vinctus aliquo prædictorum vinculorum, non esset simplex fornicatio. [r] Secunda species est adulterium, scilicet, cum alter vel vterque est coniugatus. Tertia est

a Clemē. ad nostrum de hæret.

b 1.*q.*4.§. *notandum. & ca. ignorantia, de reg. iur. li.* 6

c Cap. meri to. 15.*q.*1.

d Ca. itane. 32.*q.*5. *c. fa cris, de his qua &. & Antoni.* 3. *par. titu.* 5. *cap.* 6. *sub fi nem.*

e 32.*q.*65. *in summa.* 2.2.*q.*64. *art.*5. *ad.*3.

*g Resp.*10. *ad Aug. & in capit. Sir cū propria,* 33.*q.*4

*h Lib.*5.*q.*1 *ar.*5. *de iust. & iur.*

*i Vt habetur Deute. cap.*22.

k Infra n. 12. *tacta.*

l Ca 11. *n.* 12. *& fusè in c.*17. *nu.* 20.

m Vbi supr.

n 1.2.*q.*2. 74. *art.*3. *et* 2.2. *q.*45. *art.*1. *&* 5.

*o Quod in addit. capi. quando de consec. d.*1. *dixim. & probatur ef ficaciter per cap.*5. *Mat. & c. meretrices* 32.*q.* 5. *& ca. nec solo & cap. qui viderit.* 32.*q.*5.

*p Secūdum S. Tho.*1.2. *q.*100. *ar.*5. *q Vt ait Gratian. in c.*2. *§. cum ergo* 36.*q.*1. *ad iunctoc. mulier.* 15.*q.*1 *& c. extraordinaria,* 35.*q.*1. *& S. Tho.* 2.2. *q.*154. *art.* 1. *id q recte defendit & declarat Caiet.* 2.2. *q.*154. *ar.*7 *r Tho.* 2.2. *q.*154. *art.* 1. *&* 2.

est incestus, quando scilicet, ambo sunt consanguinei, vel affines, ad quam reduci potest sacrilegium quod admittitur quando alter vel vterque est persona religiosa, professa, aut ordine sacro insignita, aut cognatione spirituali coniuncta [a] aut admissa in loco sacro. Quarta stuprum quando scilicet, fœmina est virgo, est enim peccatum speciale ratione fractionis sigilli virginalis, vt docet sanctus Thomas. [b] Non sufficit autem quo ad hoc, vt vir sit virgo, quod notauit Caietanus. [c] Quinta est raptus, quando scilicet violenter aliqua contra voluntatem ipsius, vel patris eius extrahitur a domo sua, quamuis id fiat ad ducendam eam in vxorem post habitam copulam, & etiam quando violenter extorquetur copula, siue sit virgo siue nó, [d] licet illa vim passa, si nullatenus consentit, non peccet, vt dictum est. Sexta est contra naturam, quando non solum peccatur contra rationem naturalem, vt in speciebus fit prædictis, sed etiam contra ordinem, quem natura ad habendam copulam carnalem ordinauit, iuxta vtrumque Thomam, [e] vt contingit cum peccat vir cum viro, fœmina cum fœmina, aut vir cum fœmina extra vas naturale, quod grauissimum, & abominabile, & indignum quod nominetur peccatum est: quamuis contingat inter maritum & vxorem. Eiusdem speciei est etiam cum peccatur cum anima li bruto, quod bestialitas dicitur, & est omnium, quæ sunt contra naturam maximum, iuxta S. Thomam. [f]

Aduertendum tamen non ideo nos dixisse supra, quod omnia luxuriæ peccata sunt prædictarum sex specierum, quod non sint plures species, sed quia hę sunt celebriores, seu quia directe, vel indirecte omnes reducuntur ad eas: nã & luxuria, quæ admittitur cum religiosa, vocari potest adulterium, vel incest[g], quia illa est sponsa spiritualis Dei, qui est omnium pater, & consequenter, qui violat eam, violat sponsam alienam, affinemque suam: quamuis etiam eadem gloss. vocat eam sacrilegium, eo quod rem sacram violat iuxta illud S. Thom. [h] videlicet aliquod sacrilegium est species luxuriæ, & aliqua species luxuriæ sacrilegium, licet [i] solas prædictas sex species posuisset, quod Caietanus [k] defendit per quosdam respectus, quos cum alijs quæstionibus, quæ non sunt tantæ vtilitatis, quam subtilitatis, prudens omitto. Nec refert, an peccans sit religiosa, vel religiosus, siquidem Deus tam verus sponsus est animarum virorum, qui suam castitatem diuino cultui dedicant, quam fœminarum, quæ idem faciunt. Et tam sacrilega est, cæteris paribus, secularis cum qua rem habet religiosus, quam sacrilegus secularis, qui rem habet cum religiosa, & sacrilegiores ille & illa, qui cum sint ambo religiosi, se sibi mutuo commiscent. Sacrilega quoque dici potest omnis copula etiam ipsorum coniugum, quando ratione loci sacri est illicita. Quæ omnia hinc satis perpensa, & illinc audacia illa impudẽs, temeraria & infernalis, qua quidam cum irreuerentia effrenata & diabolica audent monachas uiolare, imo etiam de eo gloriari, quin & habere eas in suas concubinas, mouerunt admodum Reuerendum, pium iuxta ac doctum virum, Priorem Ecclesiæ sanctæ Mariæ del Pilar Cæsaraugustanæ, ad exhortandum nos, vt hoc loco id exsecraremur, quod adeo de se fœdum est, adeo abominabile, & exsecrandum coram Deo Optimo Maximo, & Angelis eius, adeoque iram Dei prouocãs, quod vtinam bonitas illa, quæ immensa est diuina, ob hoc, & ob diluuium tam affrænatæ luxuriæ, etiam inter cognatos, adeo propinquos & affines, vt non audeamus exprimere, & inter coniugatas, & virgines tam sacratas, quam non sacratas, vt non immittat in nos horrendum diluuium aliquod tribulationum, non solum corporalium, quibus corpora, honores, & fortunæ pereant, sed etiam spiritualium, quibus animæ nostræ pericli tentur, Amen.

Interrogatus autem, An monasteriũ & dormitorium religiosorum sint eiusmodi loca sacra, quæ peccatum carnis ibi commissum faciant esse sacrilegium? Respondi non esse, quoniam sunt quartæ speciei rerum sacrarum, secundum Sanctum Thomam [l] etsi ad sacrilegium satis esset eiusmodi peccatum committi in loco sacro quartæ speciei, sacrilegium esset quodcunque in quibuslibet agris,

a Ca. fi. 30. q. 11.
b 2.2. quæ. 154. art. 6.
c In dicto art. 6.
d Ca. rapto res. 36 q. 1.
e 2.2. quæ. 154. ar. 11.
f 2.2. q. 154 art. 12.
g Iuxta gl. cap. virgin. 27. q. 1.
h 2.2. quæ. 154. ar. 10.
i In eadem q. art. 1.
k Super dicta q. 154. art. 1. Deus est sponsus virorũ religiosorũ æque ac virginũ sacrarum.
l 2.2. q. 99. artic. 5.

agris, prædijs, aut domibus Ecclesiæ committeretur, quippe quæ omnia
a C. sacrile giū. c. quisquis. 17. q. 4 sunt sacra eiusdē speciei, iuxta S Tho. [b] Non obstat quod Ecclesia & cęmeteria sunt loca sacra, quæ faciunt, carnis peccatum esse sacrilegium, quia illa sunt tertiæ speciei rerum sacrarum, iuxta eundem S. Thomam.
b Vbi supr.

Interrogatus item, An sanctimonialis, quæ cum esset secularis aut antequā professionem faceret, occulte fornicata est, suæ congregationis velum suscipiens peccet? Respondi, peccare, nisi cum dispensatione saltem episcopi, aut cum alia honesta cautela suscipiat, vt Sylvester [c] perbelle declarat. Quod ipsum arbitror etiam de illa quæ voluntarie sese polluit, ut colligitur ex Sanc. Thom. communiter recepto, [d] ob quod forsitan paucæ grandiorum, sine cautela licite consecrari possunt.
c Verb. consecratio virgin. q. 1.
d 2. 2. quæ. 152. art. 1. ad 4.

Aduertendum item, quod non dixi, prædictas sex species luxuriæ esse species specialissimas, sed potius genera subalterna continentia sub se alias species: nam sub specie incestus continentur incestus cognatorum, diuersorum graduum, quæ sunt diuersæ speciei specialissimæ: & ita non sufficit confiteri habuisse rem cum cognata, si habuit cū cognata 1. 2. vel 3. gradus: sed oportet exprimere gradum, quia circumstantia illa licet non mutet speciem generalē, siue genus incestus, mutat tamen speciem specialissimā: quod sufficit ad hoc, vt re necessario cōfitēda iuxta tradita. [e]
e In cap. 7. supr. nu. 4. & seqq.

3 Quarto principaliter præsupponimus, periculosum esse tam confessario quam pœnitenti immorari nimis in huius materiæ interrogationibus, proinde debet se quam citissime ab eis expedire interrogando sola necessaria non descendendo nimis ad particularia & minutiora, per dicta supra. [f]
f In cap. 6 & tradita a Caiet.

Quinto, quod quidquid Angel. & alii quot alij contra suammet rationem dicant, satius est, vt confessarius circa hoc præceptum percunctetur coniunctim omnia, quæ pertinent ad ipsum, vna cum eis, quæ pertinent ad decimum, quam diuisim alia aut illud.

PRAECEPTVM DE non mœchando quis frangit.

5 *Præceptum sextum de non fornicando, vel decimum quis frangit.*
6 *Pollutio voluntaria & inuoluntaria variorum casuum & 7.*
6 *Pollutionis incurrendæ periculo consentiens.*
7 *Pollutio dormienti adueniens. &c. an possit placere ob finem bonum nu. 8.*
7 *Referri potest in Deum quidquid non est peccatum.*
8 *Pollutio præterita & futura in quo differant.*
9 *Generationem matrimonialis copulæ qui impedit*
9 *Fornicandi desiderium, & delectatio morosa quando peccatum.*
9 *Peccata cordis, oris, & operis eiusdem speciei.*
10 *Delectatione, quam cogitando percipit, si lætatur.*
10 *Delectatio præsens de copula præterita, vel futura quando peccatum.*
11 *Oscula quæ peccata.*
12 *Sponsalia hæc faciunt licita, quæ alias non sunt.*
13 *Tactus qui peccata.*
14 *Ornans se, & insidens fenestris, cantans, audiens aut videns, qui peccat.*
14 *Comedit, qui in finem, vt magis luxuriæ peccato delectetur.*
15 *Amans insequens amatam vt peccat.*
16 *Locans domam meretrici, vt peccat.*

5 HOc præceptū de non mœchando, vel non fornicando frangit, primo, qui habet copulam carnalem extra legitimum matrimonium, & tenetur dicere, quoties illam habuit, & cum qualibus personis, quo sciat confessarius cuius speciei est, puta si est simplex fornicatio, vel adulterium, incestus, stuprum, sacrilegium, raptus, aut contra naturā, iuxta dicta supra. § Et aduertendum, quod tantum quis peccat per copulam cum vna eademque persona decies habitam, quātum peccaret, si eam cum diuersis decem eiusdē qualitatis haberet, quod Ioan. Maior [h] expressit.
g Hoc cap. nu. 3.
h In 4 dist. 17. q. 4.

6 Secundo frangit præceptum qui procurat, vt cōtingat ei pollutio, aut placuit sibi deliberate contingentia illius non pro-

procurata: aut cum poſſit & debeat eam impedire, non impedit; aut probabili periculo, vt eueniat ſe exponit, voluēdo intellectu turpes cogitatus, & afficiendo voluntatem carnali delectatione: aut immiſcendo ſe conuerſationibus, vel tactibus turpibus, quæ ad eam prouocant, a quibus poteſt, & debet ſe auerte re: aut in finem, vt ſibi eueniret pollutio, comedit aliquid, aut bibit, quamuis ad exonerandum naturam id faciat. Qđ genus peccati vocatur mollities, eſtque de genere peccatorum cōtra naturam, de quo Apoſtol. [a] ait *Molles non poſſidebunt regnum Dei*: quod licet maius ſit, quando cum alterius opera contingit, ꝓpter participationem in alterius peccato, non tamen ob id ſit alterius ſpeciei, niſi copula Sodomitica accederet, iuxta ſententiam Caietani, [b] & niſi interueniret aliud, quo ea mutatio fieret: proinde ſi præter id intercederet perſonæ alicuius memoria & voluntas, ſiue deſiderium eam libidinem explendi cū illa, non ſolum eſſet mollities, ſed etiam alia luxuriæ ſpecies, cuius eſt copula re habita cum illa perſona: puta adulteriū ſi eſſet nupta: inceſtus, ſi cognata: Sodomia, ſi alterius ſexus, ſecundum eundem Cardin. [c]

a 2.ad Corinth.5.
b 2.2.quæſt. 154.ar.11.
c Vbi ſupr.

7 Dixi, *Qui procurat, &c.* quoniam pollutio, quæ inuito contra voluntatem euenit, non eſt peccatum, qualis eſt, quę euenit dormienti & ſeminis fluxum patienti, & violento alterius tactu ei, qui non conſentit in eo.

Dixi, *Cum poſſit & debeat impedire & non impedit*: quoniam non ſufficit potentia impediendi, niſi adſit obligatio id faciendi. Nam qui operi alicui incūbens poteſt eiuſmodi pollutionis euentum impedire, ceſſando ab opere illo, & ſe in alia diuertendo, ſed quia non tenetur opus illud intermittere, non ceſſat ab eo, & ob id polluitur, non peccat, ſi nullatenus pollutioni aduenienti conſentit. Exemplum proponi poteſt in eis, qui ad prædicandum, docendum, diſputandum, audiendum confeſſiones, aut alloquēdum fœminas ex cauſa honeſta, cum ſint ipſi viri, vel contra viros, cum ſint ipſæ fœminæ, vident, legunt, audiūt, aut dicunt aliqua turpia, aut talia, quæ illam prouocant. Ij enim quamuis poſſint, non ſunt tamen obligati ad omittendum id, quod faciunt, quo pollutionis euentum impediant. Quare ſi ea illis eueniat, non peccant, modo nullatenus, vt ſupra dictum eſt, ei aduenienti conſentiant. Quæ omnia colliguntur ex his, quæ ſentit S. Thomas, [d] & expreſſit S. Antoninus, [e] & Cardin. Ioann. de Turrecrem. [f] & Cardin. Caietanus. [g] Quod ipſum reſpondimus & nos cuidā Veredario, ſeu curſori vtenti diplomate, qui non poterat aliter impedire, quā ab equo deſcendendo, & pedibus incecedendo. Quæ tamen omnia intelligēda ſunt, de illis ſolis, qui probabiliter credunt, voluntatem eorum ſuperiorē ſiue intellectiuam in huiuſmodi pollutionem non conſenſuram. Alij enim qui credunt contrariū, potius debent omittere confeſſiones, prædicationes, curſum veredariorum feſtinatum, & quiduis aliud ob ea, quæ Caietanus [h] dicit, & nos [i] tractantes illud, [k] *Qui amat periculum peribit in illo*, tradidimus. Non eſt item peccatum mortale, cupere vt ſibi dormienti contingat pollutio (quo leuetur natura) per ſolam viam naturalem, nullam ad id cauſam præbendo. Quod ne cui videatur durius, addimus nos in hac parte ſequi Caietanum [l] & Sylueſtrum [m] & alios, præſertim gloriоſum illum Antoninum, [n] non tantum ob eius auctoritatem (quamquam mihi ſemper maxima eſt) ſed etiam ob has rationes.

d 3.part.q. 80.
e 2.par.tit. 6.c.5.
f In cap. teſtamentum & cap. ſed penſandū, diſt.6.
g Tomo 1. Opuſculor. Opuſcu. 14. q.1.& 3.q. 16. & in ſūma ver. pollutio.
h Vbi ſupr.
i In cap. ſi quis autē. de pœn,d.7
k Eccl.c.3.
l 2.2.quæſt. 154.art.5.
m Verb.pollutio.
n 2.par.tit. 5.cap.5.

Prima eſt, quod hæc, de qua loquimur, pollutio non eſt in ſe peccatum ſecundū omnes: & quidquid non eſt peccatum in obſequium Dei eſt referibile, iuxta omnium ſentētiam, quam ſentit [o] & exprimit Caietanus. [p]

o Caie.1.2. q.8.art.3.

Secunda, quod ſermo eſt de deſiderio, ſiue cupiditate, quæ nullatenus eſt pollutionis cauſa, quale eſt deſiderium eius qui cupit, ut ea pollutio ei eueniat quādoq; in ſomnis eo modo, quo ſolet euenire ſudor in leuamentum naturæ.

p q.100.artic.10.

Tertia, quod eiuſmodi pollutio non adæquatur peccato quoad hoc: nam etiam Sanct. Thomas [q] Paludanus [r] & communis aſſerunt, non eſſe peccatum, complacere ſibi de præterita pollutione ob ſanctum finem, & purum, & ab omni malo defæcatum, cum tamen

q In 4 libr. ſent.diſt.9. q.1.
r In eadem diſt.q.3.

pecca-

peccatum propter nullum finem, euentum, vel effectum quamlibet ſanctum, poſſit vlli iuſte placere, vt[a] probauimus.

Quarta, quod inter complacentiam de futura pollutione, & de præterita nulla eſt, quantum ad hoc, alia differentia, quam quod complacentia de futura poſſet eſſe cauſa illius. At nos expreſſim agimus de complacentia, quæ nullatenus ſit cauſa illius, vt etiam hi, quos ſequimur, loquuntur.

Quinta, quod doctores, qui contrarium affirmant, intelligendi ſunt de deſiderio, & cupiditate, quæ aliqua via eſt pollutionis, vel aliquid prouocationis eius licet in bonum finem, & non de illa, de qua nos agimus, quæ nullatenus eſt cauſa, nec quid prouocatiuum eius, neque ad malum, neque ad bonum finem.

Sexta quod falſum eſt dicere, quod omnes, qui deſiderant aliquid, procurent illud habere: & quod quidquid licet deſiderare, licet & procurare, poſſum enim deſiderare mortem propriam meam: imo & alienam in multis caſibus, imo eam rogare Deum: at non eſt mihi licitum procurare illam opere, qđ recte elucidat Sotus, [b] & docte ac erudite docuit Caietanus, [c] per illa verba. *Aliud eſt ſolitum aliud voluntarium: illud reſpicit obiectum, hoc voluntatem. Et poteſt quis nonnumquam recte deſiderare, vt eueniat ei mors iuſſu Regio, aut Reipub. contra ſuam voluntatem facienti quidquid poteſt, ne illa eueniat ei, & ſe defendat ab ea.*

Septima, quod medicus poteſt deſiderare, vt ei, cui medetur, contra ipſius voluntatem eueniat pollutio (quam credit ſaluti eius plurimum cõducturn iri) ſine vlla culpa ægrotantis, & ſine vlla illicita procuratione: quas ob rationes, quibus in præſentia reſpõdere neſciremus, & ob prædictorum, quos ſequimur auctoritatem, hanc partem ſine vlla contentione pertinaci, & præiudicio eius, qui contra contenderit, ſub correctione debita tenemus.

8 Addimus, non eſſe peccatum mortale, comedere nimis, aut calida edulia, ob quod pollutio euenit, dummodo nõ comedat ea eo fine, vt ei eueniat, ſed ſolum, ut ſuæ gulæ ſatisfaciat. Ex quibus infertur, pollutionem, quæ dormienti accidit, non eſſe in ſe peccatum, licet eſſet in cauſa,[d] quia non eſt voluntaria: & quia, vt[e] diximus, nemo, dum dormit poteſt bene mereri, neque peccare, etiam venialiter, niſi exſequendo peccatum, vt ſi ſomnum acciperet pro inſtrumento peccandi, S. Thom.[f] vt acciperet, qui ſe ſomno dederet, eo modo, vel ea corporis parte, vt ei pollutio eueniat, tunc enim eſſet peccatum, vel ſaltem exſecutio eius eo modo, quo percuſſio facta ſagitta eſt peccatum, ſeu exſecutio peccati, quod perpetrat is, qui ea ad percutiendũ emittit. Non eſt itẽ peccatum, ſaltem mortale, pollutio illa, quæ incipit euenire alicui, dum dormit & finitur poſtquam eſt experrectus, ſi voluntas ſuperior, ſiue rationalis delibe rata in illum non conſentiat, quamuis ſenſualitas ea delectetur,[g] imo neque ſi incipiatur poſteaquam eſt ſemi excitatus, ſiue experrectus, antequam plene expergiſcatur, modo ea abſque patiẽtis conſenſu deliberato voluntatis rationalis perficiatur, poſteaquam eſſet plene experrectus, iuxta mentem Cardinal. a Turrecrem.[h] quia ad conſtituendum peccatum mortale iudicium integrum requiritur.[i]

Tertio frangit hoc præceptum is, cui pollutio dormienti eueniens, poſteaquam plene expergiſcitur, placet deliberate ob delectationem, quam inde cepit, præſertim ſi deſiderat, vt iterum ei ad ſe delectandum eueniat.[k]

Dixi, *Ob delectationem, &c.* quoniam ſi placuit præterita, vel cupit futuram ad tentationes carnis ſedandas, non procurando, vt eueniat, non eſt peccatum,[l] etiam ſi comedat aliquid, vnde putat eã eueniturum, modo hoc in hũc finem nõ faciat, licet ad ſatisfactionem gulæ id comedat.[m] Facit cap. de occidendis.[n]

9 Quarto peccat, qui habens rem cum aliqua dat operam, ne illa concipiat, procurando, ut tali modo coeat, vt inde nequeat fieri conceptio, quod peccatum eſt contra naturam, iuxta S. Thomam[o] & Caiet.[p] quo ad ambos quidẽ, ſi ambo conſentiant, ſin autem, quo ad conſentientem tantum, qui eſt reus culpæ.

Quinto peccat, qui habet propoſitũ, vel deſiderium deliberatũ copulæ carnalis

a In c. inter verb. 11. q. 3. & ſupra in c. 13. nu. 10. & in addit c. quando de conſec. diſt. 1.

b lib. 5 quæ. 10. ar. 1. de iuſt. & iur. c. 2. 2. quæſ. 154 art. 5.

d Iuxt. glo. receptum. verbo rei.

dicti ca. teſtamentum & S. Thom. 2. 2. q. 154. artic. 5. & Ioan. Maio rẽ in 4. lib. ſen. d. 9. q. 2 e In additio ne c. quãdo de conſecr. diſt. 1. f In d. ar. 5. & Caiet. to mo 1. Opuſc. Opuſcu. 14. q. 1. g Iux. communem ſententiam in 4. lib ſen. d. 9. & Ioan. de Turrec. in c. ſed pẽ ſandum. ar tic. 5. diſt. 6 h Vbi ſupr. i Ca. omnis de pœn. et re miſſ. & c. 1. & delic. puer. & c. inebriauerũt 15. q. 1. k Sylueſt. verb. pollutio. l Caie. 2. 2. q. 154. ar. 5 & Anto. 2. par. tit. 6, c. 3. Sylu. verbo. pollutio. m Anto. & Sylueſt. ubi ſupra. n 23. q. 5. et l. ſi quis nec cauſam. ff. de reb. cred. o 2. 2. quæſ. 154. ar. 11. p In cõmẽt.

nalis extra legitimum matrimonium, vel delectatur de illa moroſe expreſſim vel tacite. Expreſſim quidem fruendo, vel conſentiendo expreſſe, & deliberate in delectationem, quæ ex turpi cogitatu illius naſcitur in ſenſualitate, ſiue appetitu ſenſitiuo. Tacite vero, ſi aduertés ſe illa teneri, & duci in periculum conſentiendi, non expellit, nec nititur expellere ſine iuſta cauſa, quæ ab expellendo eam excuſat. Quod probatur per regulam ſuperius [a] poſitam. Toties autem peccat, quoties habuit eiuſmodi propoſitum, aut delectationem moroſam, ſiue circa vnam interrumpendo ſæpius, ſiue circa multas ſimul, aut ſeparatim, iuxta S. Antoninum [b] & omnes alios ſecundũ ſuperius dicta, [c] quia peccata cordis, oris, & operis eiuſdem ſunt ſpeciei, & ſolum differunt ſecundum maioſem, vel minorem perfectionem, ſecundum Sanctum Thomam. [d] Proinde iuxta varias circumſtantias variarum perſonarum, quas ſic concupiuit, ſunt etiam variæ ſpecies horum malorum propoſitorum & deſideriorum, & peccati ſpeciem mutant: nam quæ ſunt erga coniugatas, ſunt adulteria, quæ erga cognatas, inceſtus, quæ erga virgines, ſtupra, de quibus ſupra dictum eſt. Et ideo circumſtantiæ neceſſario ſunt confitendæ cum numero illorum propoſitorum, & deſideriorum ſiue concupiſcentiarum. [e]

Sexto is cui deliberate placet delectatio, quæ ſibi naſcitur ex cogitatione copulæ carnalis, quam habiturus eſt cum illa, vel illa, quado ſibi facta fuerit vxor, aut ſi alioquin liceret, iuxta ſententiam Caiet. [f] quoniam quamuis licita ſit voluntas conditionalis habendi copulam cum illa, vel illa, ſi, vel quando ſua vxor fuerit: quamuis item licet ei gaudere de ſpe, quam concipit habendi aliquando illam, non eſt tamẽ licitum ei admittere deliberate delectationem carnalẽ, quæ inde naſceretur, nam quamuis voluntas conditionalis copulæ futuræ, nil ponat in eſſe, illa tamen delectatio, quæ inde naſcitur, non eſt conditionalis, nec futura, imo præſens, & abſoluta, quæ eſt concluſio ſingularis, ratione ſingulari ſulta, de qua latius ſcripſimus nuper. [g]

10 Septimo, qui, vel quæ coniux mortua vel mortuo coniuge meminit copulam carnalem in matrimonio tempore præterito habitam, & delectationem carnalem, ex eius memoria ortam admittit, & ea deliberate gaudet, vel aduertens ſenſualitati ſuæ eam ineſſe, ac exponi ſe periculo pollutionis incurrendæ, vel conſentiendi in eam, non expellit, nec nititur eam expellere cogitatum ſuum in aliud per diſciplinam, vel alio modo, diuertendo, per regulam ſuperius, [h] ad dignoſcendum, quæ moroſa delectatio ſit peccatum mortale, traditam. Verum tamen eſt, viduum & viduam licite poſſe meminiſſe copularum carnalium temporis præteriti & gaudere, quod eas habuerint, & quod in eis delectati fuerint, imo & velle illas habere, ſi qua ratione fieri poſſet, nõ tamen eſt licitum illis habere nũc actu, & in præſentia delectationẽ, quæ ex illa recordatione, ſeu memoria naſceretur, iuxta omnium doctrinam, & mentem, quam dilucidius cæteris omnibus declarauit Caietanus. [i] Quod ipſum per eaſdem rationes videtur etiam nobis de illa coniuge, cui ex recordatione copulæ licitæ præteritæ, aut futurę coniugis abſentis naſcitur, atque excreſcit delectatio in ſua ſenſualitate: quantumuis nemo, quod ſciam, illud exprimat, [k] de quo latius nuper diximus. [l]

11 Octauo, qui deliberato & ſtabili animo vult amplecti, exoſculari, aut tangere, aut amplectitur, exoſculatur, aut tangit fœminam, cum ſit mas, vel marem cum ſit fœmina, animo fruendi delectatione carnali, quę ex huiuſmodi actu naſcitur (eſto quod tactus ille non ſit de ſe impudicus, eſto etiam quod tangeret perſonam, quam deſiderabat, atq; ſperabat inconiugem accipere, ſi nondum acceperit) iuxta ſententiam vtriuſque Thomæ [m] & S. Antonini. [n]

Dixi, *deliberato animo*, quoniam appetitus ille, qui in ſenſualitate naſcitur, aut ex voluntate, anteaquam intellectus id animaduertat, & voluntas ei deliberate conſentiat, aut etiam omittat eum expellere cum periculo conſentiendi, ſaltem in illam delectationem, non eſt peccatum mortiferum, per regulam ſupradictam. [o]

Dixi, *Adfruẽdũ delectatione carnali*, qm̃ face-

a Cap. 12. num. 13.

b 2. par. tit. 5. c. 1 §. 6.

c In ca. 11. ſupr. eodem n. 13. & 14

d 1. 2. q. 52 art. 7.

e Sylu. ver. luxuria, §. 3. & dicta in c. 6. ſup. eodem.

f Dic. 1. To mo Opuſcu. Opuſcu. 14. q. 2.

g In cap. is, cui num. 1. & ſeqq. de pœn. diſt. 1.

h Cap. 11. num. 14.

i In præallegat. Tomo 1. Opuſcul. Opuſcu. 14. q. 1. & 2.

k Arg. l. illud. ff. ad l. Aqui. & c. 2. de tranſlatione prælat.

l In præallegato ca. ſi cui, & ca ſi forte de pœnit. diſt. 1.

m 2. 2. quę. 154. art. 4.

n 2. par. tit. 5. c. 1. §. 7. 8. & 9.

o In ca. 11. n. 13. & in hoc ipſo ca. num. 9.

facere vel velle facere illa ad ſe delectã dum honeſte, vt faciunt multi, qui tangunt, oſculantur, & amplectuntur pueros, puellas, cognatos, vel cognatas, nihil peccant, vt diximus ruper. [a]

a In cap. ſi cui, de pœn. d. 1. nu. 11. & ſeq.

Dixi item, *Oſculari. tangere, & amplecti*, nõ autem dixi videre & alloqui, quia hæc cum fiunt honeſte in finem honeſtum, puta ad vrbanitatem debitam, ad ſe recognoſcendum poſtea, cum iterum conuenerint, vel ad reprehendendam illius vanitatem, vel ad de rebus honeſtis admonendum, vel ad laudandum Deum, quod adeo pulchra opera efficiat, aut ob honeſtum amorem, imo, & ad ſe delectandum caſte, honeſteque amando, non peccatum, imo eſt virtutis actus, modo non faciat ea tali loco, tempore, & modo, quo ſe periculo concipiendi mali propoſiti operis, vel delectationis luxurioſæ ſe exponat. Nec eſt pluſquam veniale facere prædicta, ob ſolam curioſitatem cognoſcendi, qua pulcritudine, aut quo inceſſu, aut geſtu ſit, imo nec oblectare ſe etiam deliberate videndo, & alloquendo eiuſmodi creaturam formoſam, & perſpiciendo res eius nouas & pompoſas, modo nulla intentio mala illam comitetur, nec alia mala delectatio carnalis, ſuapte natura ordinata in aliquem luxuriæ actum, ut ſubtiliter Caietanus, [b] probat, ponendo magnum diſcrimen inter viſum & alloquium ex vna parte, & tactum ex altera. Nec obſtat his, quod Hieronym. in Epiſtola ad Euſtoch. [c] de virginitate ſcribit paulo ante, & poſt illa verba. (*Claude oſtium tuum, abſconde.*) *Foris ſagentur virgines ſtultæ, &c.* ſiquidem ille hortatur ad optima, & ad fugienda etiam minus bona, quæ ipſis poſſunt eſſe impedimenta, qualia ſunt illa, nos vero dehortamur a malis, diſcernendo illa a bonis, & quo gradu ſint talia.

b In Tomo 1. Opuſcul. Opuſcu. 14. q. 3.

c Epiſt. 22.

12 Dixi etiam, *nec deſponſati*, quia illi, quamuis ſponſalia tantum de futuro contraxerint, quamuis non liceat eis copula, ſine propoſito ſaltem antea in matrimonium conſentiendi, neque hodie poſt Concilium Tridentinum [d] cum tali propoſito: licite tamen poſſunt non ſolum ſe cernere, & alloqui, & frui gaudio & voluptate, quæ inde naſcitur; ſed etiam oſculari ſe mutuo amplecti, & tangere ſe tactibus, qui de ſe non ſint impudici, & frui voluptate, quæ oritur ex eis, ſine voluntate tamen ampliori. Sponſalia enim, quæ initium matrimonij ſunt, faciunt facultatem fruẽdi voluptate præambula voluptati matrimoniali, quæ ſingularis eſt eiuſdẽ Caietani determinatio. [e] Quæ tamen intelligenda venit, quando id fit cum cautela, ne cõtingat pollutio, nec periculum probabile illius incurrendæ, aut cõſentiendi in eam, vel in copulam matrimonialem, antequam expreſſe, vel tacite matrimonium contrahant, licet poſt Concil. Trident. [f] non ſufficiat tacitus contractus: quod quia raro contingit, cum ſoli ſecreto ſeſe oſculantur, amplectuntur, & tangunt, plurimum expediret, ne opportunitates eiuſmodi, donec coniuges fierent, eis concederentur.

d Seſ. 24 in decreto de matrimon.

e In 2. 2. q. 154. art. 4.

f Vbi ſupra.

13 Diximus item, *tactibus, qui ſuapte natura non ſunt impudici*: nam ſi tales eſſent, quales ſunt tactus verendorum, nullatenus debent conſentire, imo ſi ad euitandos eos eſſet neceſſarium, petendum eſſet cum clamore auxilium, non obſtante infamia, quæ alteri partium, vel vtrique inde naſceretur, ſecundum Caiet. [g] cui hac in re contrarius eſt Sotus, relatus ſupra [h] & ei accedimus cum moderatione, de qua ibidem.

g In 2. 2. q. 154. art. 4. ſub fin.

h Eod. n. 1.

Nono peccat, qui vadit ad aliquem locum, præſertim Eccleſiã, quo videat, & cõcupiſcat inordinate lethaliterque fœminas, [i] ob intentionem mortiferã: quod idem dicendum de illo, qui mittit, aut tradit, recipit, vel promittit epiſtolas, aut aliqua dona, quamlibet parua eiuſmodi cum intentione. [k]

i Iuxta gl. cap. odi. 24. q. 1.

k Sylueſt. Verb. donatio. §. 2.

Decimo peccat, qui quærit mediatrices, aut maleficas, ad conſequẽdum ſuæ concupiſcentiæ affectum. [l]

l Alexand.

Vndecimo peccat, qui, vel quæ ſe in feneſtra, vel alio loco exhibet, animo, vt cerneretur ab aliquo, vel aliqua, a quo vel qua ſcit ſe carnaliter amari, & eo conſpectu mortaliter peccatum iri, licet in opus peccati non conſentiat, in quo toties lethaliter peccat, quoties id facit, ſecundum S. Antoninum. [m]

Halen. tract. de luxuria.

m 2. par. ti. 5. ca. 1. §. 7.

14 Duodecimo, qui ſe veſtit, vel ornat eo animo, vt videatur alicui ei⁹ pulchritudo, ob quam carnaliter & mortaliter

ametur: non autem si facit illud, ut ametur honeste, licet carnaliter in finem cõtrahendi matrimonium, vel alium honestum: imo neque si id facit, quo ametur inhoneste, sed non mortaliter, ad luxuriam videlicet tantum venialem.

Decimotertio, qui animo deliberato delectatur loquendo, canendo, vel audiendo verba luxuriæ turpia, etiam sine male operandi proposito, per superius dicta [a] & per alios alibi, & omnis qui verbo, tactu, vel scripto dat causam alteri peccandi, licet ipse nolit peccare, neque alter peccet. [b]

Decimoquarto, qui nutu oculorum, verbis, musico cantu, aut alijs similibus nititur prouocare aliquem vel aliquam ad consentiendum huic luxuriæ peccato: aut curauit, vt se comitarentur aliqui in aliquem actum mortiferum, qualis est cantus musicus, qualia hastiludia, & alia similia ad prouocandum aliquam in huiusmodi peccatum mortale collimata, & directa. [c]

Decimoquinto, qui falso gloriatur, se cum illo, vel illa rem habuisse, qui non solum peccat: sed & tenetur restituere famam, quam per id aufert. [d]

16 Decimosexto, qui comedit, aut bibit plusquam oportet, aut quærit aromata, uel aliqua calida, quo magis hoc luxuriæ peccato delectetur: nisi sit coniux, qui faciat id ad debitum matrimoniale commode soluendũ, nihil peccat: & si facit quo magis in eo soluendo delectetur, tantum veniale admittit. [e]

Decimoseptimo is, quem piget impotentiæ coeundi luxurioſe, quamuis pigere impotentiæ ad copulam matrimonialẽ non sit peccatum, ſm omnes.

Decimooctauo peccat, qui aliquam mulierem mala cum intentione insequitur, quod peccatum eo grauius est, quo maior mora fit in ea insequenda. Imo si mulier est honesta, obligat ad ei sarciẽdam iniuriam, contumeliam, aut infamiam, quæ ob hoc eam consequitur, [f] modo honesto habitu ipsa incedat, alioqui vero minime. [g] An autem si eam ad peccandum inducit, obligetur ad suadendam ei pœnitentiam, dictum est supra, [h] latius nuper. [i]

Decimonono peccat, qui locat domũ, vel aliquam eius partem alicui meretrici, quam scit vel probabiliter credit in ea meretricaturam, seu suo corpore turpem quæstum facturam, is enim videtur peccato cõsentire, & ad id admittendũ iuuare, ac consequenter peccat. [k]

QVID RESTITVERE oporteat, qui rem habet cum virgine, vel ea quæ putatur virgo, & non est.

16 *Virginem qui deflorat, quid restituet, si dolo, aut importunitate, &c.* & 17.

18 *Virgini qui promittit se eam ducturũ in uxorem.*

19 *Virgini corruptæ, quæ putata uirgo æq; bene nubit, ut restituetur.*

19 *Restitutio qualis facienda patri ab eo, qui eius filiam deflorauit.*

VIgesimo peccat, qui rem habet cũ ea, quæ putatur esse virgo & non est, & non vult facere illa quæ debet. Circa quod dicendum primo, quod qui rem habet cum ea, quæ putatur virgo, sine dolo, & deceptione ipsius, quia illa se ad id offert, vel leuiter rogata consentit, nil tenetur restituere in conscientię foro, etiam si vere virgo esset: tum quia *scienti & sponte consentienti non fit iniuria nec dolus,* [l] tum, quia lex, quæ obligat ad soluendum aliquid ei, quam deflorauit, agit de decipiente. [m]

Diximus, *Leuiter*: nam si grauiter & importune fuit rogata, satis dicitur coacta, quo ad hunc effectum. [n]

Secundo dicendum, quod in foro exteriori huiusmodi deflorator iubebitur eam dotare: in vxoremq; sibi ducere, [o] aut dotare, & fustibus cædi, [p] quamuis eam incorruptam non inuenisset, & neget, eam fuisse talem, nec ipsa se virginẽ probet, satis enim est ei, quod ipse non probet contrarium, iure namq; præsumitur illam fuisse tunc virginem, & deceptã, vt asserunt Antonius, Panorm & cõmunis. [q] & S. Anton. receptus. [r]

17 Neque obstat hoc, quod hic dicimus (nempe illum, qui virginem defloravit, si ea tam bene nupsit, ac si virgo esset marito corruptionẽ minime percipiente, ad nullam restitutionem teneri) non placere cuidam religioso, eo quod contrarium asseruit Victoria: quia respon-

a *In ca. 11. num. 8.*
b *Arg. c. fi. de iniur.*
c *Alexand. Hale. trac. de luxuria.*
d *Arg. reg. peccatum, de reg. iur. lib. 6.*
e *Angel. in interrogat. circa gulã, §. 17.*
f *Item apud Labeonem, §. appellare ff. de iniur.*
g *Vt in ead. l. §. si quis uirginem.*
h *In ca. 15. num. 45.*
i *In c. nolit. de pœn. di. 1*
k *Arg. c. 1. de offic. de leg. cum similibus.*
l *Ca. scienti de reg. iur. lib. 6.*
m *Ca 1. de adult. Exo. 22.*
n *Arg. l. 1. C. de rapt. uir. & glos. d. c. scienti.*
o *Di. c. 1. de adulter.*
p *Ca. 1. eod. it.*
q *In d. c. 1. & 2. de adulter.*
r *1. part. tit. 5. c. 6. §. 1.*

ſpondetur primo, laudare me infra multum præfatum Victoriam, defendereq; eius dictum, quod ille contra me citat.

Secundo, quod Victoria loquitur de ſatisfactione: ego autem de reſtitutione quas differre, vt genus & ſpecies diximus.[a] Et ita certum eſt, corruptorẽ virginis, etiam ſi nihil damni reſtituibilis per hoc ei eueniat, teneri actione iniuriarum ad ſatisfaciendum pro illa per pœnam impoſitam, vel imponendam, licet æque bene nubat, vt recte ait Victoria,[b] ſed non ad reſtitutionem, vt ego dico: quia pœna pro iniuria imponenda, vel etiam ipſo iure impoſita non debetur in foro cõſcientiæ:[c] reſtitutio enim reſpicit damnum pretio æſtimabile ablatum, uel impeditum, reddendum, etiã in foro conſcientiæ, per definitionem eius, quam tradimus infra.[d]

Tertio reſpondetur, q̃ ad ſaluandum dictum præfati Victoriæ, qđ alias certe de rigore ſaluari non poteſt, adiecimus, intelligendum eſſe illud quoad reſtitutionem in foro conſcientiæ faciendam, quando virgo corrupta, licet bene nubat, ac ſi fuiſſet incorrupta, tamen poſt nuptias, & notitiam corruptionis a marito habitam tractatur male ſignis, verbis, abſentia, & alijs factis, quod eſt magnum damnum, aut intereſſe ex illa corruptione conſequutum, & reſtituibile.

Tertio dicendum, quod qui importunis precibus, & appellationibus, aut falſis promiſſionibus ſine pollicitatione[e] eam ducendi decepit, in vtroq; foro tenetur. In exteriori quidem ad id, quod ſupra dictum eſt: in interiori vero ad ducendam, vel ad faciendum id, quo illa maneat contenta, vel ad reſarciendũ ei damnum omne, quod inde illi euenerit, ſcilicet, quanto maioris eget, quo talem adipiſcatur maritum, qualem manens virgo adipiſceretur, iuxta boni viri arbitrium, quod ſenſit S. Antoninus[e] & aliquid amplius, ob verecundiam, quã tota vita ſua paſſura eſt, & ob contumelias, quas ob id a ſuo marito eſt acceptura, vt nos[f] diximus, addentes non obligari ad eam omnino dotandam, quoniam id pœna eſt, quæ in foro interiore omnino non debetur, donec a iudice imponatur.[g]

18 Quarto dicendum, quod ſi promittit ſe ducturum eam, ſiue promittat ex animo vero, ſiue ad decipiendam eam ficto, obligatur ad explenda promiſſa, tã in interiori quam exteriori foro, & multo magis ſi iuramento id firmauit,[h] niſi eſſent valde inæquales genere, potentia vel diuitijs, puta ſi ille eſſet nobilis, & illa agricolæ cuiuſpiam, vel artificis mechanici filia, eo enim caſu præſumi poteſt, illam fingere, ſe deceptam, ſed non eſſe. Vel quia huic rationi præſumptionis non eſt locus in foro conſcientiæ, ratio aptior fuerit, quod illa nõ poteſt allegare iuſte ſe deceptam eſſe: quia non eſt decepta, vel non debuit decipi: quia paria ſunt ſcire, vel debere ſcire,[i] ob quod iudicio noſtro non obligatur ad amplius, quam ad dandum ei tantum, quantum magis opus habet ad talem adipiſcendum maritum, qualem ſi non eſſet infamata adipiſceretur, vel ad reponendam eam in aliquo ſtatu honeſto, in quo in Dei obſequio viuat, ſecundum S. Antoninum.[k] Ad alterum tamẽ horum tenetur: quia licet non præſumatur decepta ad effectum ducendi eam, tamen tenebitur ad reſarciendum damnum, eo quod promiſſio ducendi, vim habet ſaltem precum importunarum; idem dicendum de eo caſu, quo promiſſio fuit vera, & ex animo facta, ſed eſſet probabile, quod ex matrimonio eam conſequuturo, grande aliquod ſcandalũ naſceretur, vt in eo qui promittit, & eſt ſacris initiatus, aut aliã habuit vxorem, aut pater renuit oĩno illam ei tradere.

19 Dicendum quinto, quod vltra prædicta obligatur ad placandum illius patrem, & ad ſatisfaciendum ei pro iniuria illata, ſecundum S. Thom.[l] & Caietanum[m] & S. Antoninum.[n]

Dicendum ſexto, quod iuſtum & rationi conſonum videtur nobis id, quod dicitur aſſeueraſſe ille celeberrimus iuxta ad doctiſſimus, pientiſſimusque doctor P. Frater Frãciſcus a Victoria, Gymnaſta primæ functionis in ſacra Theologia reſolutiſſimus Academiæ Salmanticenſis, cum nos etiam in eadem, functionis eiuſdem eſſemus in ſacris canonib⁹, nempe illum, qui virginem dolo, aut importunis precibus corrupit, obligari ad ſatisfaciendum ei detrimentum ex ſigilli virginitatis fractione illatum, etiã

a In princ. c. 3. ſup. eo.

b Per l. apud Labeonẽ, §. ſi quis virginẽ, ff. de iniurijs, & per ca. ſi quis tã de pœn. diſt. 1.

c Per §. in hoc, ſub ca. fin. 33. q. 2.

d Cap. 17. num. 6.

e Vbi ſupr.

f In dic. c. 1

g Dict. §. in hoc 23. q. 2 & gl. ſingularis ca. fraternitas, 12 q. 2. in cui⁹ Commẽ. id late tractamus.

h C. 1. & c. qualiter, de pactis, adiũcto c. quacũque ar. 22. q. 1.

i l. quod te. ff. de rebus cred. Et S. Anton. ubi ſupr. & Syl ueſt. uerbo luxuria, q. 5.

k Vbi ſupr. ab alijs probatum.

l 2. 2. q. 154 art. 6.

m Ibidem.

n Vbi ſupr. & alios.

ſi illa æque bene nuberet, ac ſi præfatũ ſigillum non amiſiſſet, quod facile infertur ex dicto tertio ſupra poſito, & rationibus in eo allegatis ad eos ſaltem caſus, in quibus nos ibidem reſpondimus, ſcilicet, quando defectum huiuſmodi deprehendit illius maritus, & propter hoc eam relinquens, ab eaque diſcedens, peregre proficiſcitur, aut eam aſpere, nimiumque ſeuere tractat: quam uis (iudicio noſtro) illa determinatio, ſeu reſolutio limitari debet, ne procedat, locum ve habeat, quando maritus eiuſmodi defectum non deprehendit: imo exiſtimat ſe illam inueniſſe virginem, quales permultos eſſe plurimis in locis audimus.

Dicendum ſeptimo, quod is, qui dolo, fraude aut precibus importunis habuit rem cum aliqua iam ab alio corrupta, ſed pro virgine reputata, ac habita, & per hoc eam infamauit, licet in nihilum in foro conſcientiæ ob virginitatẽ ereptam teneatur, ob famam tamen ereptam tenetur, ſecundum Ioan. Maioré, [a] quæ omnia ſunt intelligenda de illo, qui peruenit ad copulam carnalem.

a In 3. libr. ſen. diſ. 37. q. 33.

CONCVBINARIVS quis non debet abſolui.

20 *Concubinarius verus, aut pro tali habitus, quis non debet abſolui, &* 21.
22 *Ancilla quæ dominus abutitur, ut eſt ab eo ſeparanda.*
23 *Concubinarij vt plurimum excommunicati.*

20 CIrca hoc dicimus primo, quod concubinarius cohabitans concubinæ adeo peccat, vt non debeat abſolui antequam ab ea ſeparetur, cum propoſito nunquam amplius ad eam redeundi: tum quia non poteſt vere pœnitere, non abſcindendo occaſionem & opportunitatem peccãdi, adeo propinquam, ac eſt hæc cohabitatio, vt latius diximus. [b] poſt Sanct. Thomam [c] a Paludano, & ab alijs receptum, & a Sanct. Antonino, [d] & Sylueſtro, [e] tum ob ea, quæ ſupra, [f] diximus eſſe ad ueram pęnitentiam neceſſaria: tum per ea, quæ profunde dicta fuerunt de peccandi occaſione, [g] cum non poſſint ſine grandi per culo habitare inſimul, quin alteruter, vel vterque ipſorum opere, verbis, voluntate, aut delectatione peccet. Nil tamen aliud dicimus, quid faciendum ſit eo caſu, quo poſſint ipſi abſque peccandi periculo cohabitare, quam quod rariſſime id continget: & quod non debent abſolui abſque propoſito deliberato numquam conuerſandi opere, animo, aut voluntate. Idem, quod dicimus de concubinarijs, dicendum credimus de his, quos populus credit eſſe tales, licet non ſint, donec veritas publicetur: quoniam non ſolum ab omni malo, ſed etiam ab omni mali ſpecie cauendum eſt, iuxta Apoſtolum. [h]

b In c. ſatis facto. de pœnit. diſt. 3.
c In 4. diſt. 15. q. 1. art. 1. q. 3.
d 3. part. ti. 14. c. 26.
e Verb. confeſſio. q. 25. & ab alijs Summiſtis.
f Cap. 1.
g Supra ca. 14. nu. 32.
h 1. ad Theſſalon. 5. etc. cũ ab omni de vita. & honeſt. cler.

22 Secundo, quod idem, quod diximus de concubinario, dicendum eſt de illa perſona, quæ cuidam alteri cohabitando, non poteſt ob ſuam fragilitatem vitare, ac (vt rectius dicamus) videtur ei, quod non vitabit peccatum mortale, niſi ſeparetur ab ea: debet enim ſeparare ſe ab ea, quamuis ſit pater, mater, filius, filia, maritus, aut vxor, ob eandem rationem, etiam ſi ſit ancilla, qua dominus eius luxurioſe abutitur, ſi nequaquam poteſt ei reſiſtere, aut putat, quod ob ſuam fragilitatem ei nõ reſiſtet, niſi fugiendo, quod iuſte poſſet fugere, quemadmodum vxor poteſt diſcedere a marito, qui eam ad peccandum attrahit, [i] imo, iudicio noſtro poſſet dominum compellere, quo eam vendat alteri, qui ea non ſic abutatur: tametſi hoc nemo alius exprimit, ſiquidem ob aſperum & crudelem corporis cruciatum, qui longe minor eſt animæ cruciatu, [k] poteſt ad illud compellere, [l] cuius rei rationem, quæ fundatur in occaſione peccandi altius, quam alibi tractamus in hac poſtrema editione, ſupra. [m]

i Cap. ſi infidelis, &c. idololatrias & c. ſeq. 28 q. 1.
k l. iuſtiſſime, ff. ad l. edict. & ca. præcept. 12. q. 1.
l §. ſed maior inſtit. de his, qui ſunt ſui vel ali. iur.
m C. 14. n. 32. & ſeqq.

23 Tertio, quod concubinarij non ſolum peccant, ſed etiam communiter excommunicantur per conſtitutiones ſynodales, vt in Epiſcopatu Conimbricenſi: & hodie vbique gentium legitime prius moniti ſunt excommunicandi, & concubinæ in exilium mittendæ, iuxta id, quod ſtatuit Concilium

Tri-

a Sess. 24. c. 8. de reforma. matrimonij.

Trident.[a] in hæc verba: *Statuit huiusmodi concubinarios tam solutos quam vxoratos cuiuscumq; status, dignitatis, & conditionis existant, si postquam ab Ordinario etiam ex officio ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non eiecerint, seque ab earum consuetudine non seiunxerint, excommunicationæ feriendos esse, a qua non absoluantur donec reipsa admonitioni factæ paruerint. Quod si in concubinatu per annum censuris neglectis permanserint, contra eos ab ordinario seuere pro qualitate criminis procedatur. Mulieres siue coniugatæ, siue solutæ, quæ cum adulteris, seu concubinarijs publice viuunt, si ter admonitæ non paruerint, ab ordinarijs locorum nullo etiã requirente, ex officio grauiter pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum, vel diœcesim, si id eisdem Ordinarijs videbitur inuocato, si opus fuerit, brachio seculari, eijciantur, alijs pœnis contra adulteros, & concubinarios infrictis in suo robore permanentibus.*

DE CONIVGVM luxuriæ peccatis.

24 *Coniux cognoscens suam vt non suam, & peccat.*

25 *Coniux negans sine iusta causa coniugi debitum petitum, & 26.*

27 *Debitum negandi coniugi quæ iusta causa.*

28 *Coniux non discedens a coniuge adulterante vt peccat.*

29 *Maritus vxorem adulteram, quibus casibus accusare non potest.*

30 *Matrimonium contra simplex votum castitatis contrahens, vel consummãs.*

31 *Voto castitatis de consensu coniugis adstrictus coniux, qui petit, vel reddit debitum, secus si absque coniugis consensu vouit.*

32 *Debitum vt negatur ob menstruum, aut locum sacrum.*

33 *Coniux conceptionem impediens, & ob id semen extra vas fundens.*

34 *Coniux qui fit patrinus filij per ignorantiam, vel malitiam.*

34 *Coniux recte reddit debitum male petenti interdum non.*

34 *Cognatio spiritualis spontanea, ut maior coacte contracta.*

35 *Coniux cognatam noscens, vel coniugi adulterandi licentiam dans.*

36 *Matrimonium clandestinum contrahens sine iusta causa, & quæ sit illa. & 37.*

37 *Lex non cessat cessante fine, sed sic cessante inconueniente legis.*

38 *Matrimonio qui occulto ante benedictionem vtitur.*

38 *Matrimonium nolle publicare cur peccatum.*

39 *Matrimonium, qui cum duabus contrahit, quid faciet.*

40 *Matrimonium contrahens ante scitam coniugis mortem, quid faciet. nu. 41.*

42 *Coniuges se impudice tangentes, & extra ordinem polluentes.*

24 CIrca hoc dicimus multa. Primo, quod quamuis peccatum mariti adulterantis ceteris paribus sit malus, quam vxoris adulteræ, secundum Augustinum[b] quia maioris vigoris ratione utitur[c] & melius potest resistere, debetque uxorem suam virtute vincere, & suo exemplo regere: attamen maius est peccatum vxoris,[c] ea ratione, quod facit prolem de suo patre incertam, & maius scandalum generat.

b Cap. indignãtur, 32. q. 6.

c Arg. gloss. l illud. C. ad l. Iuliã de adult. et trad. Caiet. 2. 2. q. 154. art. 8.

Secundo dicimus, quod peccat cõiux qui, vel quę cum coniuge eo animo rem habet, quod haberet, vel vellet habere illam, etiam si non esset sibi coniux, aut qui, vel quæ tam velit habere cum alio, vel alia ac coniuge,[d] secundum Paludanum[e] & S. Antoninum.[f]

d Cap. orig. adiucta, gl. verb. amator, 32. q. 4.

e In 4. dist. 32. q. 3.

f 3. part. tit. 1. c. 20. §. 1.

25 Tertio, qui, vel quæ coniux sine causa legitima negat coniugi debitum loco & tempore idoneis petitum, secundum omnes,[g] nisi petenti precibus contrarium suadeat, quæ tamen non debẽt esse nimium importunæ. Nec ab eo excusat Quadragesima, nec alius dies quã libet festus, etiam Paschatis, neq; voluntas se a pluribus liberis habendis excusandi.[h] Multoq; plus peccat, quãdo ira, odio, aut malo aliquo fine id negat.

g In 4. libr. sent. d. 32.

h Arg. c. 7. ad Cor. c. 1. & c. 2. decõiug. lepr.

Dixi, *Tempore, & loco idoneis*: quia non tenetur reddere in locis publicis, aut sacris, nec quando probabiliter timeret incurrere ob id mortem, aut grauam infirmitatem, aut abortiendi periculum: quæ cũ moderatione sunt intelligenda, cap. 1. & 2.[i] quæ iubent, vt leprosi

i De cõiug. leprof.

coniuges

coniuges coniuncti viuant, vt colligitur ex Palud. [a] & Caietan. [b] & Anton. [c]

26 Dixi, *petitum*, quia non obligatur offerre, nisi petatur: verum sufficit quod petatur verbis, nutibus, vel operibus: [d] Proinde Augustinus de Ancona relat⁹ a S Antonino [e] ait, quod tribus modis debitum coniugale petit uxor, scilicet, verbis, signis, & suo ingenio, siue conditione per quam maritus conijcit eam id desiderare, sed præ verecundia dissimulare, eo, quod fœminæ naturaliter sunt in hac re verecundiores viris. Id ipsum tamen dicendum est de marito illo, qui ob pusillanimitatem suam, uel ob vxoris duram conditionem, aut insignem auctoritatem, non audet expresse sine metu aliquo petere ob eandemmet rationem: quamuis nemo id exprimat.

27 Quarto, quod iustam etiam causã denegandi debitum habet coniux ante consummatum matrimonium, si vult intrare religionem, ad quod & ad professionem debet dari ei tempus bimestre, vel quod uir bonus arbitrabitur, iuxta Panorm. [f] Non est tamen talis causa stultitia, vel furor petentis, si ei reddi potest absque periculo notabilis damni personæ, a qua petitur. [g] Et quamuis quoad copulam maritus & vxor sint omnino pares, differunt tamen in eo quod illa non fit bigama vel irregularis ob copulam carnalem, etiam si scit eum adulteratum fuisse: ille vero fic ob copulam habitam cum ea, etiam ignorans eã adulteratam fuisse, [h] etiam si iudice iubente id sub censuris faceret: nec refert an possit probare necne, quo ad forum conscientiæ, quo ad quod loquimur, quidquid aliqui absque ratione ac lege dicant. [i]

28 Quinto peccat, qui maritus, sciens suam vxorem adulterari, non se separat ab ea, imo petit, & soluit ei debitũ coniugale, [k] secundum omnes, nisi quando adulterium est occultum, aut illa se iam emendauit, aut eo fine debitum petit, quo ipsemet non incidat in adulterium, nec alijs præbeat occasionẽ credendi se vxoris esse lenonem, secũdum Paludanum [l] & S. Antoninum. [m] Quãobrem vxor communiter non peccat, non recedendo a marito, nec petendo, nec reddendo ei dubitum esto sit publicus adulter. [n] Tum quia non est eius corrigere maritum, ut est mariti corrigere illam. Tum quia numquam, aut raro putabitur a populo in mariti adulterium consentire, ut recte S. Antonin⁹ [o] expressit, post Paludanum [p] & probat Caietanus. [q]

29 Aduertendum tamen, non posse maritum accusare adulterij uxorem, si etiam ipse adulteratus est, [r] neq; quãdo uxor fuit uim passa, [s] neque quando probabiliter credebat suum maritũ mortem obijsse, [t] neque si quis cũ ea sub mariti specie rem habuisset, [u] neq; si maritus adulterandi occasionem ei pbet, [x] neque maritus tolerat, & passus est eam, posteaquam sciuit eam adulteratam fuisse, [y] neque si ante baptismum id fecit. [z]

30 Sexto peccat qui, vel quæ coniux vouet continentiam, aut numquam contrahere matrimoninm, & postea contrahit, etiam si non consummet: & iterum, si postea consummat prima vice ad suã petitionem, secundum omnes, imo & quoties id petit, secundum fere omnes, [a] quamuis aliqui contradicant, & minus bene, quidquid Angelus dicat. [b] Verum tamen est, quod quia (secundũ omnes) qui eiusmodi votum emisit, potest habere copulam, quando eius coniux id petierit expresse, poterit etiam habere quoties petierit tacite, aut signis: aut ingenio, & conditione, [c] potest etiam qui sic uouet, obtinere ab episcopo dispensationem ad debitum petendum ob grande peccandi periculum, & difficultatem continendi, quæ est similis ei, quam habet sitiens a potu aquæ præsentis oblatæ se abstinendi. [d]

Quæsiuit quidam doctissimus confessarius, cui hoc loco diximus omnes affirmare eum, qui post uotum simplex castitatis factum, uxorem ducit, peccare, cũ Calderinus [e] & Angelus [f] in contraria sint sententia? Respondi, me hic loquutum de illo, qui ducit uxorem animo consummandi matrimonij, ut communiter matrimonium contrahi solet, in quo omnes consentiunt: prædicti autem duo auctores de illo, qui animo suscipiendæ religionis ante matrimonij consummationem loquuntur, de quo ego hic nil fui loquutus. Nunc autem

de

a In d. 32. lib. 4. q. 1.
b In sũma uerbo matrimoniũ, p. 2. et alijs.
c 3. par. tit. 1. c. 20. parag. 6. & alijs Rapsodijs in uerbo debitum cõiugale.
d Arg. l. de quib⁹. ff. de leg. & cap. dilect. 3. de appellat.
e In dic. parag. 6.
f In cap. ex publico. de conuers. cõiug. & commune.
g Rich. i 4. li. sẽ. di. 32.
h Ca si cuius, 34. d.
i Cõtra ca. consuluisti 2. q. 5.
k Cap. 1. & c. si quis. 32 q. 1.
l Vbi sup. in 4. li. sen. d. 32.
m 3. pa. tit. 1. c. 20. §. 9.
n Cap. duo ista 23. q. 4
o 3. par. tit. 1. c. 20. §. 9
p In d. libr. sen. dist. 32
q Tom. 1. Opusc. Opusc. 12. q. 13. et Opusc. 31. respon. 14.
r C. nihil iniquius 32. q. 6.
s C. sicut ne.
t C. cũ pbel licã. 34. q. 1
u Ca. in lectum eadẽ cauſ. & q.
x C. discretionẽ de eo qui cogno. consan.
y C. si quis uxo. 32. q. 1
z C gaude mus. de diuort.
a Gloſſ ca. quodam. c. placet cum qb⁹. Panor. transit, de conuers. cõiug. & Ioã. And. & cõ munẽ c. rursus qui cle. uel uouen. & Palud. cõis, et Ioã. Maior. i 4. lib. sen. dist. 32. Angel. uerb. matrimonij impedimentum. 5. §. 3. et melius Rosel. uerbo impedimẽtũ. 4. §. 7.
b Vbi sup.
c Vt sup. dictum est eo. cap. nu. 25. diux. Ang. Rosel. & Maior.
e In ca. rursus qui cleric. uel uouent.
f Verb. matrimonium 3. pa rag. 1

de illo dico, eum peccare non tam, eo q̃ frangat uotum, quam eo quod sponsam decepit, ut Sotus [a] recte dicit, & ante ipsum Sylues. & quia magnum damnũ infert ei, quippe quæ non ita facile alij nubet, ob suspicionem copulæ cum illa habitæ: credo tamen, quod si aliqua causa urgeret eum ad matrimonium contrahendum cum ea simulato eiusmodi proposito, qualis esset notabilis mortis, aut infamiæ metus, quamuis non esset satis iusta ad matrimonium impediendum, & dirimendum, non peccaret, modo daret operam, ne quid detrimenti sua culpa ei eueniret, quo casu opinio Calderini, & Angeli intelligi posset.

31 Septimo peccat, qui uel quæ coniux cum alterius consensu uouet castitatem, [b] & post debitum petit, secundum omnes: & etiam qui, uel quæ consentit uoto, & etiam si non uouit, reddit debitum ad petitionem eius, qui uouit, quia in eius peccatum consentit: non tamen est idem dicendum, si ipsemet, qui non uouit, sed consentit alterius uoto id petit, quia nec ipse peccat, contraueniẽdo uoto quod non emisit: nec alter reddendo debitum, a quo uotum quod fecit non absoluit. Quandoquidem coniux faciens alteri facultatem uouendi, non uidetur renuntiare iuri, quod habet petendi, secundum Innocentium [c] communiter per Panormitanũ, & alios merito receptum. Quod si ambo cõmuni consensu continentiam uouerũt, ambo peccant mortaliter, [d] ut supra [e] dictum est, una cum alijs quibusdam ad coniugum uota pertinentibus: quamuis si ambo pacti essent, ne a se mutuo debitum peterent, & ambo cognoscentes, quod uterque id peteret, si posset, haberent copulam, non peccarent, secundum Ang. [f] quod melius docet Rosel. [g]

Neque obstat, quod quidam ait, me asserere hic, uxorem si reddat debitũ marito uoto castitatis adstricto peccare mortaliter, etiam si matrimonium sit consummatum, quod ei non placet, cum eius cõtrarium probabilius teneat Couarru. [h]

Cui respondeo primo, me non dicere, quod ille imponit, quia loquor de uxore, quæ reddit debitum marito adstricto uoto de consensu eius: & ipse opponit de marito adstricto uoto sine ipsius consensu, de quo etiam Couarru. loquitur.

Secundo, quod pro nostra parte uidetur esse Augustin. [i] in illis uerbis: *Quod te non exhortarer, nisi quia tibi ad hoc ipse consentit.* per quæ significat coniugem, de cuius consensu maritus uouit castitatem non posse iuste reddere illi debitum. [k]

Tertio, quod ratio, cui uxor non debet reddere debitum marito sine ipsius consensu uoto adstricto, est, quia sine ipsius consensu uouit: quæ cessat cum illa consentiente maritus id facit: & merito quia quæ adiuuat ad uouendum, nõ debet iuuare ad contrarium & ad uotum infringendum. [l]

32 Octauo, qui uel quæ coniux debitum petit, aut reddit tempore mẽstrui, secundum S Thomam, [m] & aliquot alios: pro quibus uidetur facere cap. ad eius. [n] Contrarium tamen asserẽdum est cum Paludano, [o] nempe, quod nõ peccat (etiam uenialiter) si eo fine petit aut reddit, ne consorti sit odio uel ut fornicationem eius uel propriam euitet, mortaliter autem numquam, etiã si credat ex huiusmodi complexu monstrum aliquod cõceptum iri, ut affirmat Paludanus & S. Antoninus [p] & ante multos annos tradidimus, [q] & ante paucos asseruit uir doctissimus Alfonsus Castrensis. [r]

Nonn, qui, uel quæ coniux in loco sacro, siue consecrato, siue tantum benedicto cum coniuge rem habuit, secundum Paludanum, [s] & S. Antoninum [t] Caietanum, [u] Ioannem Turrecrematam [x] siue eam habeat, ut uoluptate fruatur, siue ut fornicationem uitet: & siue ad modicum tempus exsistat in Ecclesia, siue ad multum, ut tempore belli, quidquid alij dicant, Angelus [y] & relati per eum.

Neque obstat, quod quidam dicit cõtrarium esse probabilius, quia id tenet Sotus [z] post Angelum a Clauasio. Nõ inquam, obstat. Primo quia S. Antoninus, Paludanus, & Caietanus, quos hic cito, & Cardinalis Turrecremata, quem etiam cum illis cito, maioris sunt auctoritatis, quam Angelus, & Sotus, quos ipse citat, licet ego nullius essem: & ideo non

a In 4. dist. 38. q. 2. d. i.
b Ver. matrimonium 7. q. 5.
c In cap. 8. de conuers. coniug.
d Ca. quod Deo part. 33. q 5.
e C. 13. n. 6.
f Verb. matrimonium 3. impedimẽtũ. 5. §. i
g Verb. impedimentum. 4. §. 7
h 2. par. de sponsalib. c. 3. §. i. n. 6
i In c. quod Deo p. a. 33 q. 5. & epist. 199. ad Ecditam.
k Arg. l. rẽ legatam. ff. de admon. lega. & ca. fi. de uerb. signif.
l In 4. libr. sent. d. 32.
m 5. distin.
n In 4. dist. 32. q. 1.
o 3. par t. t. 1. c. 20. §. 5
p In d. c. ad eius.
q Del. panal. li. 1. ca. 12.
r In d. dist. 42.
s 3 par. tit. 1. c. 20. §. 2 & dlios.
t Verb. matrimonialis usus.
u In § sed cum naturale art. 4. dist. 5.
x Verb. debitũ. §. 32.
y In 4. libr. sent. dist. 32. q. 1. art. 3.

eo non deberet præfatam meam opinionem damnare, ſola eorum auctoritate, nulla alia ratione id muniendo.

Secundo, quod Sotus non eſt contrarius huic meæ opinioni, imo conſentit ei per omnia, niſi qua parte dubitando per dictionem, *Forte*, limitat in copula occulta: quam tamen ait non eſſe occultam, ſi eam habeant iacentes in eodem lecto, & ideo non debere id eis ꝓmitti.

Tertio quod, vt ait Caietanus, nõ inconuenit, vt ob reuerentiam Dei, & loci ſacri teneantur multo tempore abſtinere, cum id teneantur frequenter facere, etiam ob reuerentiam regis, cum maritus occupatur in rebus militaribus. Cui addo idem eſſe, cum occupatur in alijs negotijs ipſi regi, vel reipub. vel ſuis priuatis neceſſarijs.

Quarto, quia talis copula eſt illicita, eo quod per eam polluitur Eccleſia,[a] ẽt ſi haberetur poſt multam temporis in ea manſionem, ſecundum omnes, & etiã Sotum, qui addit etiam haberi poſſe in campanili, aut in aliquo alio loco Eccleſiæ contiguo. Addo, quod etiam dubitatio illa Soti de copula occulta non põt ſuſtineri: quia licet per talem copulam non polluatur Eccleſia, vt ipſe ait, & eſt verum dum manet occulta: incipit autẽ cenſeri polluta ſimul ac fit nota, quod fieri poteſt per confeſſionem cõiugum, vel per famam, & alia indicia poſtea oborta, vt ante circiter quinquaginta annos diximus Salmanticæ prælegendo diſtum cap. 1.[b]

33 Decimo peccat, qui, vel quæ cõiux potionem, vel quiduis aliud aſſumit, vel præbet conſorti, quo prolis cõceptio impediatur, vel ne ſibi fiant plures liberi, quam quos educare poteſt, uel ob alium finem quamlibet bonum. Quod ſi hoc ſemen extra vas effundatur, grauius peccatum, & alterius ſpeciei, nempe contra naturam erit, ſecundum eundem S. Anton.[c] Sed quia coniuges non obligantur ad petendum a ſe mutuo debitum, ſecũdum omnes, & licitum eſt eis deſiderare, ne ſint ſibi plures filij, quam quos alere poſſunt, vt aſſerit S. Antoninus,[d] iuſte poſſunt de communi conſenſu abſtinere ſe a copula carnali,[e] niſi quando alteri eſſet probabile conſortem fornicatũ iri, niſi debitum petierit,[f] cuius determinatio tantum procedere videtur, quando alter videt conſortem ob verecundiam non petere verbo: ſed tacite ſatis opere petere.

34 Vndecimo qui, vel quę coniux fuit patrinus filij ſui, cum baptizaretur, vel confirmaretur malitioſe, quo coniugem debito coniugali fraudaret, & ideo non reddit illud, eo enim caſu non poteſt petere, ſed tenetur reddere.

Quod ſi ambo malitioſe fiant huiuſmodi patrini, non poſſunt a ſe mutuo debitum abſque peccato petere: quãuis alteri petenti alter reddere teneatur. Si autem errore, neceſſitate aut ignorantia facti, vel iuris fiat, huiuſmodi patrinus ius petendi debitum nullatenus perdit: quæ omnia ſatis colliguntur ex quodam Alexand. III. reſponſo[g] ſimul adiuncta, quam ſuper eo addidimus iam pridem opinionum concordia, ob eaq; quæ Paludanus[h] ſcribit, cui concordant Vvendelinus ibi, & Syueſt.[i]

Interrogatus autem a quodam ſolutionem argumenti, quod fieri poteſt ex eo, quod diximus ſupra,[k] ſcilicet coniugem, qui reddit debitum coniugi, qui vel quæ de conſenſu eius uouit continẽtiam, peccare ea ratione, quod conſentit peccato? Reſpondi argumentũ quidem eſſe neruoſum, & torſiſſe ingenia Hoſtienſ. Ioan. Andr. Anton. Card. Panorm. & aliorum[l] alijs alia docentibus: nec video vllum, qui omnino ſoluerit, ſed puto ſolui poſſe, negando, quod eadẽ ratio conſenſus inueniatur in vtroq; caſu, quoniam in dicto cap. ſi vir. agitur de impedimento, quod canon inducit circa conſenſum coniugis reddere debitũ debentis: in illo autem noſtro dicto de impedimento, quod naſcitur de conſenſu coniugis debitum reddere debentis, ſine quo non poterat naſci, & ita minus tenetur impedimento, quod ſola lege ſine illius conſenſu inducitur, quam impedimento, quod lege, & conſenſu ſuo inducitur.[m] Cæterum ſanum conſilium eſt, quod ſi ambo, uel alter nequeunt ſe abſtinere, petant diſpẽſationem ab Epiſcopo, quem in hoc diſpenſare poſſe, S. Antoninus,[n] & Syluеſter[o] aiunt, argum. eorum, quæ adnotant Panormit. & alij.[p]

Interrogatus Romæ, an qui infantẽ ſeme-

a Ca. ſi. de conſecr. eccl. & ca. 1. eo. tit. lib. 6.

b De cõſec. eccl. vel altaris. lib. 6.

c 3. part. §. 20. c. 6

d Vbi ſupr.

e Secũdum eundem ab omnibus receptum.

f Secũdum Angel.

g In c. ſi vir de cognat. ſpirit. & ei⁹ gloſſis.

h In 4. diſt. 31. q. 1. d. 1. concluſ. 7.

i Verb. matrimonium. 8. q. 7.

k Cap. 12 nu. 59.

l In d. ca. ſi vir.

m Arg. c. 1. de treug. & pac.

n 3 par. tit. 2. c. 15. parag. 3. ſup. fin.

o Vbi ſup.

p In c. 1. de eo q. cogno. cõſang. vxoris ſuæ Roſela Verbo ipe dimẽtis. 6.

ſemeſtrem filium ſuum, quem abortiuit,amica eius baptizauit iamiã moritu rum abſente clerico, poſſet ducere in vxorem ſine diſpenſatione illam amica? Reſpondi non poſſe; quia licet neceſſitas efficiat, vt poſſit compater cum vxore ſua iam nupta, eademque commatre licite rem habere,vt hic dicitur,non tamen efficit,ne naſcatur compaternitas, quæ ante matrimonium nata illud impediat & dirimat. [a]

a Per ca.ad limina iun cta gl.vlt. 30.q.1.

35 Duodecimo, qui vel quæ coniux habuit rem cum coniugis cognata, vel cognato,& poſt ea debitum petit,[b] quãuis ad reddendum teneatur,& an impediat a petendo debitum poſt copulam cum cognata vel cognato ſuo proprio habitã colligendum eſt ex his, quæ dicentur infra. [c]

b Capi. qui dormierit. 57.q.2.

c Cap. 22. nu.42.

Decimotertio peccat, qui coniux facit marito peregre proficiſcenti facultatem habendi rem cum alijs mulieribus, vel conſentit vt ſe cum alijs domi manentibus miſceat, aut cum commode poſſet, non impedit eiuſmodi commiſtionem, ſecundum Beatum Antoninum. [d]

d 3.par.tit. 14.c.9. parag.1.ſub fi. e Ca. cũ in hb.tio. de ſponſ. fluxt.ca.1. derefor ſeſſ. 24. Concil. Trid. g Tomo 1. Opuſculor. Opuſ.12.q.2 h 1.2.q.120 & 186.art. 3.

36 Decimoquarto, qui vel quæ cõiux clãdeſtine matrimonium ſine iuſta cauſa contrahit, [e] etiam ſi contrahat corã parocho,& teſtibus, quia licet id ſufficiat ad hoc, vt matrimonium valeat, [f] non tamen ad hoc, vt deſinat eſſe clandeſtinum per alia iura, quibus præfatũ concilium non derogat. Iuſta autem cauſa id faciendi viſa eſt Caietano, ſi quando ceſſant omnia inconuenientia, ad quæ vitanda iure vetantur contrahi clandeſtina matrimonia. [g]

37 Contra quem facit doctrina eiuſdem, [h] nempe,quod lex non definit obligare ſubditos ad id,quod præcipit,etiã ſi abſque illo habeatur finis,in quem id præcipit: eſto, quod reſponderi poſſet, aliud eſſe dicere,quod lex præcipiẽs aliquid ob aliqua inconuenientia,illis ceſſantibus, non obligat, quod dicit Caietanus, [i] & antea dixit Panormitanus, [k] & aliud dicere id, quod in aliquem bonum finem præcipitur, ceſſare,ſi finis ille alia vi habeatur,quod ipſemet [l] ait,& nos etiam [m] tradidimus.Iuſta proculdubio tamen eſſet cauſa,quam ipſe ibidem exprimit, ſcilicet contraxiſſe antea matrimonium publice,ſed inualide ob aliquod impedimentum: habita enim diſpenſatione ad id conuenienti poſſunt clandeſtine contrahere,neq; ob id in alias pœnas incidunt:quæ res quotidiana eſt, & in ſacro pœnitentiariæ prætorio probata, quatenus etiã poſt Concil. Trid. qui publice ſemel contraxerunt, tenentur denuo contrahere,ob diſpenſationem noue obtentam quoad forum conſcientiæ tm̃, iuxta ea, quæ habentur infra. [n] Iuſta item eſt cauſa minori nubendi clandeſtine alicui ſibi multũ conuenienti, qñ proſpicit ſe a ſuo curatore traditũ irã nuptui alicui parum conuenienti. Nos quoq; reſpondimus in nullas cenſuras,nec alias pœnas incidiſſe cõfeſſarium & teſtes,qui curauerunt,vt q dam gladio grauiter ictus, & iamiã moriturus duceret in vxorem concubinam ſuam,ex qua liberos ſuſceperat, quo illos faceret legitimos,& quo ad tranſeũdũ ex hoc ſeculo,iter melius adornaret.

i Vbi ſup. K In c. quoniam cõtra de probat. l In d.quæ. 120.& in d.art.3. m In ca.ad hoc.de pb.

n Cap. 21. nu.70.

38 Decimoquinto peccat,qui,vel quę coniux matrimonio clandeſtine ſine teſtibus contracto,vtiq;,quia eiuſmodi vs[o] non ſolum eſt vetitus [o] ſed etiam mal[o], ſecundum Cardin. Caietanum, [p] quod palam verum eſt poſt præfatum Conci. Trident.poſt quod nihil valet matrimonium ſine parocho,& teſtibus cõtractũ: ſed quod etiam hodie id ſit verum videtur probare id,quod ſupra diximus, nẽpe matrimonium dici clandeſtinum, ẽt ſi contrahitur coram parocho, & teſtibus,extra faciem Eccleſiæ. Porro præfatus Caietan. [q] ait matrimonij vſum nũ quam eſſe mortiferum,eo quod benedictionem nuptialem antecedat, id quod antea dixit Angelus [r] & Sylueſte. [s] Non quia non inueniatur textus, qui hoc ſignificare videatur, vt quidam neoteri-cus dixit,ſi quidem in capit. aliter [t] inuenitur,neque ob rationes, quas prædicti formant,ſed quia nulla fere trãſgreſſio eorum,quæ dicto capit.aliter prohibentur eſt mortifera,iuxta omnium ſententiam,niſi ex contemptu, vel magno cum ſcandalo,ea fieret. Quamuis Ioan. Tabienna [u] (pulchre monſtrans, S.Thomam non ſentire id quod Angelus, & Syluester ainnt) abſque iuſta ratione affirmet prima vice peccare: quod ipſum ante illum prædixerat D. Antoninus,

o Per c.aliter.30.q.5. p Dict. q.2. q Dict.Opuſcu. 12.q.3 r Verb.debi tum. §.1. s Eo. verb. q.9.Caieta. in ſumma verb. matri monij peccata. t 30.q.5. u Verb. mam matrimon. §.3.

quod

a 3.par.tit. 1.cap.12.
b In d.c.1. de reform. sess.14.
c Versi.preterea.

[a]quod tamen non videtur tenendũ: quia nullo iure, vel ratione talis differentia inter primam vicem,& alias probatur. Et adde, quod pro Caietano videtur ho die textus,[b] Concil. Trident. [c] quaten⁹ hortatur,& non præcipit,vt contrahentes non cohabitent in eadem domo, do nec benedictionem sacerdotalem in tẽplo recipiant.

Interrogatus autem,An qui matrimonium clandestinum contrahit, eo solo, quod non vult illud publicare,mortaliter peccet,quamuis matrimonio nõ vtatur. Respondi peccare, si altera pars poscit,vt publicetur, aut periculum incontinentiæ imminet, & nulla est iusta causa, qua differatur: quia officio suo non satisfacit: imo etiam, licet vterque consentiat, & nullum sit incontinentiæ periculum,si ex eo quod nõ publicatur, ea damna & pericula timeantur,quæ ex eius vsu clandestino orirentur: [d] alias vero non. [e]

d Arg.l.adigere Parag. quãus.ff.de iurepatro.
e Arg.c.cũ ceßante de appellat.

39 Decimosexto,qui vel quæ cõiux primum clandestine contrahit cum priore & postea publice cum posteriore, & habet rem cum posteriore, etiam si iussu Ecclesiæ sub excommunicatione præcipientis eam haberet, iuxta sententiam communem,quidquid Magist.sent.communiter refutatus [f] dixerit. Peccat etiã si habet rem cum priore,offendẽdo eos, qui putant,eam nõ esse ipsius coniugẽ.

f In 4.di.38
g Per dicta in § præce.

[g] Non tamen peccaret, si absque scandalo eam haberet,tenetur autem posteriori conuiuere Ecclesia id iubente, si absque periculo habendi rem cum ea, vel eo, id facere potest, alioquin minime, etiam si ob id excommunicaretur, [h] qđ tamen hodie [i] non procedit,nisi in terris,in quibus illud non est receptum. Vel nisi quando matrimonium fuisset coram parocho & testibus, clam tamen alias contractum, si per mortem parochi & testium, vel alia de causa probatio prioris matrimonij deesset.

h Arg.c.inquisitoni de sent.exc.
Sylue.verbo debitum coniugale.q.6.
i Post c.1. de reforma. matr.mon. sess.14.Concil.Trid.

40 Decimoseptimo peccat, qui, vel q̃ coniux antequam satis certior fiat de prioris coniugis morte matrimonium contrahit iterum, [k] & etiam si post contractum habet rem cum posteriori subsistente causa probabili ad dubitandum de morte prioris (esto non sit euidens & manifesta)debitum petit. [l] Imo & si reddit petitum,etiam iubente superiore, antequam illam animi dubietatem deponat,ad effectum saltem reddendi illud. Probauimus enim [m] non solũ peccare mortaliter eum, qui facit aliquid, quod credit esse mortale: sed etiam eũ, qui facit aliquid, de quo dubitat, an sit mortale nec ne. Proinde coniux probabiliter de prioris coniugis morte dubitans, antequam rem habeat cum posteriore, debet expellere ab animo suo illam dubietatem, & credere mortem prioris,ad effectum saltem reddendi debitum,quamuis non credat, neque credere possit, nec debeat ad effectum illud petendi: quod latissime [n] monstrauimus, aperientes iustum intellectum, & veram concordiam inter dicta duo celebria.

k Ca. dominus.de secũd.nupt.
l D.c.dominus.& d.c.iquisit.oni.
m In c.si qs autẽ. n.81. de pœn.dis. 7.
n In d.c.si quis autẽ.a n.86.vsque ad 118.

41 Et quod differentia inter sciẽtem ex vna parte, & credentem, aut probabiliter dubitantem ex altera,& inter eũ qui ex leui causa credit, aut dubitat ex tertia, non est fita in eo, quod vnus peccat reddendo debitum, & alius non: qa omnes peccant tam reddendo,quam petendo(si illa scientia,credulitate,vel dubietate durante petant vel reddant)sed consistit in eo,quod primus horum non potest illam scientiam iuste deponere, neque ad petendum debitum,neque ad reddendum. Secundus autem potest deponere suam credulitatem,vel dubietatem,præcipiente saltem iudice,ad effectum soluendi. Tertius vero potest ad vtrumque effectum: quæ est singularis resolutio a nobis [p] scripta.

o Cap.dominus.& cap. iquisit.oni.
p In d.ca.si quis autẽ.

42 Decimooctauo qui, vel quæ cõiux impudicis tactibus se polluit, aut habet tactus huiusmodi intendens habere illam,vel cum periculo probabili habendi,iuxta sententiam Card. Caiet. [q] matrimonium enim eiusmodi tactus non efficit licitos.

q Verb.matr.monialis.& sus pag.pe nult.

Decimonono qui,vel quæ coniux habet copulam cum coniuge alia via, quã naturali extra vas naturale, vel tali modo,quo vxor non potest suscipere semẽ, aut retinere,secundum omnes.qui autẽ habet copulam intra vas naturale, ita vt vxor possit suscipere semen & retinere,non peccat mortaliter, quamuis fœdus sit modus eam habendi,quamquam graue peccatum veniale admittit, & dignus

dignus eſt qui eo modo vtitur, magna reprehenſione, peiorque animali bruto, quod in eiuſmodi actu modum naturalem ſeruat.

Vigeſimo qui, vel quæ coniux nullũ prædictorum facit, nec vult facere, ſed conſentit in eo aliquo modo ex illis nouem, quos ſupra, [a] declarauimus, ſcili cet mandando, conſulendo, conſentiendo, laudando tacendo, auctorem receptã do, participando, vel opitulando, aut nõ impediendo, verbis, opere, aut admonitione, cum poſſet & deberet id facere, vt ibi diximus, quædam alia tradentur infra. [b]

a Ca. 11. n. 16. & in c. præcedẽti. nu. 57.

b Cap. 25. nu. 144.

DE MVLIERE FINGENTE ſe habere filium.

43 *Mulier ſingens ſe prægnantem, vt abſoluitur.*
44 *Vxor quid faciet & non ſe infamet, & iuſto filio non nocent.*
44 *Reſtitus non debet res familiaris cum famæ propriæ iactura. & ſeq*
48 *Reſtituat damnum, qui tradidit filium ſuum ad partum ſupponendum.*
48 *Infantis hoſpitalis expoſiti impenſas quis ſoluet.*
48 *Mulier teſtans vt iuſte poteſt ſpurium filium appellare.*
49 *Adulter poteſt non credere eſſe filium ſuum.*
49 *Cauſa etiam remota, quæ obligat reſtituere.*
50 *Reſtituetur quantum iuſto filio læſo ob ſpurium ignotum.*
50 *Legitima filiorum varia in variis regnis.*

43 VIgeſimoprimo dicimus peccare primo, mulierem coniugatam, quæ ſupponit ſibi partum fingendo ſe prægnantem, & parere filium alienum, quem ſecreto accepit ab alio, illam ité, quæ ſuſcepit filium ex adulterio.

Secundo, quod abſolui poteſt, id non reuelando, quamuis per id noceat patri putatiuo, efficiendo vt filium alienum pro ſuo enutriat, etiã hæredi eius, quatenus filius putatiuus, & ſpurius habitus, pro vero & legitimo, adiuit hæreditatẽ patris putatiui, aut partem eius, vt reſpondit Innocentius III. [c]

c In c. offic. de pœn. & remiſſ.

44 Tertio dicimus id, quod ſupra dictum eſt, proculdubio procedere quando maritus indubie credit eſſe ſuum filium, & ipſa timet mortem ſibi ab eo inferendam, vel mortali odio peccaturũ, ſi reſciret. [d] Imo ſufficit timor propriam famam perdendi, ſecundum Caietanũ, [e] ante quem id dixit ſubtiliſſimus doctor Scotus, [f] & S. Antoninus [g] quia vt præfatus Cardinalis, [h] ait, non tenetur reſtituere bona ordinis inferioris cum iactura bonorum ordinis altioris, ſaltem cõmuniter, & [i] bona famæ altioris ordinis ſunt, quam bona rei familiaris, quia melius eſt bonum nomen, &c. [k] vt etiam bona vitæ ac ſalutis ſunt altioris, quam bona famæ. [l]

d Vt habet textus illius cap. & Panor. & cõis ibi declarant.
e Tom. 1. Opiſculor. Opuſcu. 31. reſpon. 14.
f In 4. diſt. 15. q. 2. poſt art. 4. in re ſponſione ar ticuli.
g 2. part it. 1. c. 18. §. 8 in fine, & melius ti. 2 ca. 7. §. 4.
h 2. 2. q. 62. art. 6. & in dicta reſpõ ſione 14.
i Vt diximus in repet. cap. inter verba. 11. q 3.
k Prou. 22.

45 Nec obſtat dicere, quod Panorm. [m] & communis videntur præſupponere, quod ſi reuelare poteſt abſque animæ, & corporis periculo, & putaret ſibi fidẽ habendam, debet reuelare: quia Innoc. cuius mentem ibi omnes ſequuntur, ait eam ad id non teneri, ſi quod grãde malum conſequeretur. Et quamuis poſtea ponat exemplum in malo corporis & animæ: non tamen negat, illud eſſe dicẽdum de malo famæ, iuxta illud prædictum Prouer. *Melius eſt bonum nomen, quam diuitiæ multæ*, quod conſtat eſſe grande malum, vt ratio prædicti Caiet. probat. Nec obſtat, quod Ioannes Maior, [n] affirmat contrarium, quia id fecit, ſine iuſta ſupradictorum perpenſione.

l I. l. in ſeruo rum. ff. de pœnit.
m In d. ca. officij.
n In 4. libr. ſent. diſt. 15 q. 17.

46 Quarto dicimus, quod ſi mulier iam erat de adulterio infamata, & credit probabiliter abſque periculo corporis & animæ poſſe id reuelare, & quod ſibi adhibetur fides, tam a patre, quam a filio, debet reuelare, quæ communis eſt concluſio Innoc. [o]

Quinto, quod ſi crederet ipſa filium ſuum ſpurium & fictum eſſe tanto virtutis ſtudio, adeoque matri credentem, quod reuelando ei caſum ſecrete crederet, & totam hæreditatem alijs fratribus vterinis relinqueret, teneretur ei reuelare.

47 Sexto, quod quando eiuſmodi mulier non eſt ad reuelandum huiuſmodi caſum obligata, aut quando per ſuam reuelationem non poteſt conſulere dãno, quod ſuo marito, vel eius hæredibus

o In d. c. offiçij, & aliorum.

iam

iam euenit,aut eſt euenturum, obligatur ad competenter ſatisfaciendum eis confeſſarij diſcreti arbitrio, vt contextus ipſe præfati capit.officij, in fine habet:qui confeſſarius tali mulieri ſuadere debet ſecundum Scotum,[a] vt ſatagat inducere filium illum ad intrandam religionem,vel vt ſacris initietur,& accipiat beneficium aliquod Eccleſiaſticũ, quo contentus hæreditatem alijs renuntiet: quod ſi hoc ei non poteſt perſuadere, debet tam marito,quam eius hæredibus reſarcire damnum,ex bonis parafernalibus, id eſt, quæ vltra dotem habet,qualia ſi non habeat, non obligatur amplius quam ad ſui peccati pœnitentiam, & concipiendam voluntatem ſatisfaciendi, quando poterit, ſecundum Scotum,[b] Cui duo addimus. Alterum, quod religio, cuius ingreſſus eſt ei perſuadendus,debet eſſe hæreditatis incapax(qualis nulla eſt hodie poſt Concil. Trident. [c] præter Franciſcanam Capucinorum,& eorum, qui Minorum de obſeruantia vocantur)aut quod ante ingreſſum & profeſſionem renuntiet hæreditatẽ patris putatiui, alioquin enim nil prodeſſet huic propoſito ingreſſus ille, cum monaſterium poſſet hæreditatem illi obuenientem adire. [d] Alterum,quod quando non poterit ei prædictum ingreſſum perſuadere,nec ſatisfacere pro bonis,in quæ filius eſt ſucceſſurus,debet bona mariti augere,tãto plus laborando,vltra quam per matrimoniũ obligatur, & tanto minus expendendo in ueſtitum & victum de his, quæ honeſte impendere poteſt, vt quod per hanc parſimoniam reſiduum fecerit, adæquetur damno per filium illato, vel inferendo. At ſi nec hoc ad id fuerit ſatis, debet donare in vita, vel relinquere in morte tantum,quanto in id opus fuerit filijs legitimis ex parte illa bonorũ ſuorum,quæ libere,in animæ ſuæ,vel extraneorum gratiam relinquere poteſt. [e] Demumque quando hæc omnia nõ fuerint ſatis,ſufficiet ei contritio, & voluntas illa,quas Scotus dixit ſufficere.

48 Septimo,quod etiam obligatur ad reſarciendum damnum prædictum is, qui tradidit ei filium ſuum ad ſupponẽdum partum, & fingendum eiuſmodi figmentum. Adulter item,ex quo illum concepit,ſi credit aut credere debet eſſe filium ſuum,quia illius damni cauſam dedit,& qui cauſam damni dat, damnũ dediſſe videtur, [f] & vt alterius eorum reſtitutio & reſarcitio vtrumque liberat, ſic altero non potente, aut nolente reſarcire alter obligatur, per ea,quæ in capite ſequenti ſcribentur. Quin etiam ſi infans fuit expoſitus hoſpitali alicui, vt ibi nutriretur,obligati ſunt ad ſoluẽdas impenſas, quas in eo nutriendo fecit,ſi eos paupertas non excuſaret,ob id quod hoſpitalia in pauperes ſnbuenien dos inſtituuntur. [g]

Interrogatus,An mulier, quæ de adulterio filium ſuſcepit,teſtari poſſit, cũ id facere poſſe non videatur, niſi affirmando eos legitimos eſſe:quod eſt mẽdacium propter nullam rem dicẽdum. [h] Reſpondi poſſe: tum quia poteſt eos appellare filios abſque aliqua legitimi intentione. tum quia ſine mendacio poteſt legitimos appellare, inteiligendo apud ſe, tales eſſe communi exiſtimatione, iuxta late per nos adnotata, [i] tum quia plurimum intereſt legitimorum,eam teſtari,quo exoneret conſcientiam, quantum plus poterit eis relinquendo. [k]

49 Octauo, quod confeſſarius non debet huiuſmodi reſarcitionem imperare adultero non credenti, nec debenti credere, eiuſmodi filium eſſe ſuum, ſiue quod mater eſt leuis, & ſolita adulterari, ſiue quod ipſa quoque dubitat, an ſit filius adulteri,vel mariti ſui, ſiue quod reputat, eam, ad ſe obligandum,mentiri,ſecundum S. Antoninũ. [l] Nec ipſe adulter facile debet credere ſe ad id obligatum. [m] Si autem adulter credit, eum eſſe ſuum filium, reſtituere debet patri putatiuo impenſas, quas in eo nutriendo fecit,& etiam hoſpitali,ſi apud illud expoſitus fuit: Inſuper & præfato patri reſtituere debet dotem,aut ſponſalitiam largitatem, ſi quã dedit ei, imo & filius eius id, quod de patris hæreditate habuit,ut [n] S. Antonius ait, quem Syluester & communis probant. Quamquam D.Sotus, [o] contrarium teneat,motus eo, quod non videtur ei cauſa propinqua illius damni. At communis opinio videtur nobis longe verior. Primum, quod eſt communis:

a Vbi ſup.

b Vbi ſupr.

c Seſſ.25.c. 3.de Regu.

d Arg.c.in præſentia eum ei adnotat.de ſpons.

e Iuxta au then.nouiſſima & authen. Vnde ſi parẽs. C. de inoffi.teſtam.

f l. qui occidit. ff.ad l. Aquil.

g Ca. de xenodochijs et per ea quæ ibi late tradit Lap⁹ in repet. de reg.domib⁹. h Ca.primũ 22.q.2.c.ſic per eos de Cſu.

i In ca.humanæ aures.22.q.5.

k Iuxta ſupradicta.

l In 2. par. tit.1.cap.7. ſub fin. m Arg. ca. Dominus. de ſecundis nupt.

n vbi ſupr. o Lib.4.q.7 art.2.de iuſti.& iur.

nis: deinde, quod ipſemet fatetur adulteram ad id teneri, quæ tamen non eſt propinquior cauſa damni, quam adulter quandoquidem non conſequitur illud immediate ex adulterio, neque ex partu, ſed ex vita eius, qué peperit. Tertio, quod adulter eſt cauſa ſatis propinqua, licet non proxima, & non oportet eſſe proximam, quo de damno teneatur, iuxta notata. [a] Quarto, quod adulterium, ſuapte natura ordinatur ad generandũ, & eſt via & medium in illud damnum, quod genitus eo ipſo, quod genitus eſt, infert: & cum ſit res illicita, obligat in id quod ipſum conſequitur, tamquam effectus eius, quo caſu etiam cauſa remota nocet. [b]

a In capi. ſi egreſſus, & ca. final. de iniur.

b Cap. ſi. de homic. li. 6.

50 Nono, quod addit idem Sotus, [c] quod filijs patris putatiui hæredibus nó debet reſtitui tantum, quanti valet hæreditas: nec quantum reſtituendum eſſet, ſi poſt adquiſitionem illa eis tollere tur, ſed multo minus, iuxta prudentis & boni viri arbitrium, quæ ſingularis concluſio eſt, confirmarique poteſt per id quod vterque Thomas ait. [d] Id tamen, noſtra ſententia, limitandum eſt, tunc tantum procedere, quando reſtitutio facienda eſt filijs ſucceſſuris, antequã ſuccedant, id eſt, quando pater, cui ſucceſſuri ſunt, viuit, & dubitatur, an filius putatiuus victurus ſit eo tempore, quo de diuidenda hæreditate paterna tractabitur, nam poſt patris putatiui mortem, & aditam eius hæreditatem, videtur iam tractari de bonis quæſitis, & ita reſtituendum eſt illis tantum quantum valet id, quod filio putatiuo obuenit, [e] quã uis Scotus (noſtro iudicio) in vtroque caſu loquatur.

c Vbi ſupr.

d 2. 2. q. 62. art. 2.

e Arg. l. cũ hæredis. ff. de acquir. poſſ.

Itaque omnia reſoluendo dicẽdum, quod ſi perſona obligata ad hoc reſtituẽdum, acceſſerit ad confeſſarium prius, quam pater putatiuus moriatur, debet ſe informare, quantum expenderit in filio putatiuo educando, vel forſan dotẽ, aut ſponſalitiam largitatem ei tradendo, vel in literarum ſtudijs ſuſtentãdo, & ſic quam, & quantam mercedem meruerit filius putatiuus a ſuo patre putatiuo, & habita horum rõne, præcipiat illi perſonæ, vt id reſiduum, quod patri debetur, ei reſtituat perſuadeatq; illi, vt cõcipiat propoſitum reſtituendi, cui oportuerit id, quod præfatus filius putatiuus de bonis patris putatiui acquiſiturus eſt ſi ſuperuixerit illi. Quod ſi perſona prefata pœnitens eſt mortis periculo propinqua, relinquat alijs filijs, vt dixit Scotus, non tantum quantum deberetur eis ſi iam hereditatem acquiſiſſet, una cum illis filius putatiuus, ſed tanto minus, quanto minoris æſtimari debent bona poſt patris putatiui mortem, illi quærẽda, ob illam dubietatem, an acquiſitur? ſic, nec ne? Idq; poterit facere melioran do, ut Iuriſconſultorum uulgus loquit, alios filios de illa bonorum parte, quam cuicunq; uolet, libere poteſt relinquere, iuxta uarias uariorum Regnorum leges in his quidem Caſtellæ de tertia & quinta, [f] in Regnis uero Portugalliæ de tertia, [g] in illis uero Nauarræ de omnibus, excepta minima re. In illis uero terris, in quibus ius commune ſeruatur, de ſemiſſe aut triẽte. [h] Si autem præfata perſona pœnitens acceſſerit ad confeſſariũ priuſquam patri putatiuo ſucceſſerit, & fratribus ſuis damnum iam intulerit, præcipiat ei confeſſarius, ut reſtituat fratribus, quos filius putatiuus læſit, om ne damnum, quod eis intulit, quam optimo modo poterit, quidquid & Scotus, & qui eum ſequuntur, dixerit.

f L. 7. & 8. adiuncta l. 15. Tauri.

g Lib. 4. Ordinat. ti. 7

h Auth. nouiſſima, & auth. vnde ſi parens. C. de inoffic. teſtament.

DE SEPTIMO PRAECEPTO Decalogi, Non furtum facies: Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Furtum quid, & diuiditur in mentale, & reale.*

1 *Præceptum non furandi, quæ, & quot prohibeat.*

2 *Furtum genere ſuo mortale, ſed excuſant ab eo paruitas, & alia.*

2 *Furtum ad cauſandum mortale, quanta quantitas requiratur.*

2 *Furtum notabile, & furtum notabiliter nocens differunt.*

2 *Furtum pauperi & diuiti factum quæ liter metiendum.*

3 *Furtum propter omne mortale non fertur excommunicatio quia.*

3 *Doli actio non datur ob omnem quantitatem, quæ mortalem culpam facit.*

4 *Furtum mortale hæc quantitas facit.*

4 *Furtum a mortali culpa septem excusant.*

5 *Metus minor iusto attendatur in foro conscientiæ.*

5 *Finis utilis animæ & boni domini excusat a furto.*

QVia hic locus est opportunus, in quo ponatur summa Commentarij nostri, [a] iuxta iam alias promissa, ideo coniungendo ea, q̃ hoc loco tradita fuerunt in Hispano cum illis, ad q̃ fiebat remissio, dicimus primo, quod furtum definitur a iurisconsulto, [b] esse, *dolosa contrectatio rei alienæ, inuito domino suo ad propr. etatem eius, aut possessionem, aut vsum acquirendum.* [c]

Dixit, *Contrectatio*, per quod intelligimus etiam voluntatem contrectandi, quæ est mentale furtum. Dixit: *Alienæ*, qa hęc cõtrectatio, quatenus res est, aut merito creditur sua esse, non est furtũ. [d] Dixit, *Inuito domino suo*, quia quod eo volente fit, non est furtum. [e] Dixit, *Dolosa*: quoniam iocosa, & officiosa, ad reddendum cautiorem dominum, non est furtum, vt recte ait Maior. [f] Dixit, *Ad acquirendum proprietatem, aut possessionem, &c.* quia ad hoc, vt sit furtum, sufficit vt contrectans velit aliquod horum adquirere, secundum omnes. Ex quibus sequitur furtum esse duplex, reale, quod est contrectatio realis, & mentale, quod est voluntas sic contrectandi: quæ definitio iurisconsultorum est vsui loquendi proximior, quam illa Ioann. Maior. vbi supra.

Secundo dicimus, quod hoc præcepto, vt diximus, [g] non solum prohibetur contrectatio occulta, vel voluntas eam faciendi, quæ proprie furtum dicitur: sed etiam omnis illa, qua aliquid ab aliquo iniuste accipitur, & iniuste retinetur, & omnis iniusta damni illatio, & per consequens violenta, & deniq; omnium rerum alienarum vsurpatio illicita, [h] & consequenter omnis voluntas deliberata faciendi aliquod prædictorum: quoniam vt supra diximus, [i] post Sanct. Thomam [k] peccata voluntatis, oris, & operis eiusdem sunt speciei, imo vnum: quamquam quæ sunt solius voluntatis, ad restitutionem non obligant, vt [l] est dictum.

a *Capi. fin. 14. q. 6.*

b *In l. 1. ff. de furt.*

c *Quæ repetitur in §. 1 Instit. de obligat. quæ ex delict. nascun. & l. inter omnes. §. recte. ff. de furt.*

e *Eodem §. recte.*

f *In 4. libr. sentent. dist. 15. q. 18.*

g *In addit. ca. quando de consecr. dist. 1.*

h *Ca. pœnale. 14. q. 5.*

i *In Præl. 7 n. 19. & ca. 11. nu. 11.*

k *1. 2. q. 72 art. 7.*

l *In d. c. 11 nu. 16.*

2 Tertio, quod omne furtum ex suo genere est mortale secundum S. Thomã ... & probatur in dicto capit. fin. [n] Excusat autem furtum a culpa mortali. Primo quidem parvitas rei, quia in omni materia peccati, illa & alia duo excusat a peccato mortali, vt diximus supra, [o] post Thomam [p] & Antoninum [q] & Adriannm. [r] Ex quo sequitur, quod saltem in genere moris furtum paruum, quod non attingit culpam mortalem, differt specie a furto magno, quod attingit illam, quia supra [s] diximus, circumstantiam, quæ facit actum esse mortalem sine qua ille non esset talis, mutare speciẽ in genere moris.

Quarto dicimus, quod magnæ quæstionis est, quæ paruitas excuset a mortali, quia id nullo iure naturali, diuino, aut humano definitum est. communiter tamen tenetur, & quidem recte, id boni viri arbitrio relinqui: quoniam, quæ indefinita relinquuntur a lege, arbitrio boni viri sunt definienda. [t]

Quinto dicimus, quod sæpe confessa rij nos molestarunt, interrogantes, quæ quantitas sit adhoc notabilis: aut quam nos talem arbitraremur? quibus conati fuimus satisfacere per sequentia posita in præfato Commentario ca. fi. [u] Primũ quod qui parum furatur, volens multum furari, mortaliter peccat, vt S. Hierony. [x] clare sentit: nam voluntas faciendi & ipsum factum eiusdem sunt malitiæ, iuxta S. Thom receptum, [y] qui autem rem paruulam furatur sine animo aliam maiorem furandi, & maius damnum proximo faciẽdi, quam parvula illa res valet, furtum mortale non committit, etiam, si sciat dominum, id moleste laturum, si ei denunciaretur, neque eam a se petitam, daturum fuisse, secundum Caiet. [z] quamuis S. Thom. ibi de hac re aliquantum obscure loquatur.

Secundo, quod qui furatur aliquam paruũlam rem, veluti subulam a furore aut acum a sartore, ob quod, & quia aliã subulam, vel acum non habet, a labore cessat, non furatur rem notabilem, quamuis ex eo notabile damnum in dominum redundet, licet contrarium sentiat Sylvester. [a] cui consentit Sotus, [b] quia qui paruam illam rem furatur, quamuis ob eam damnum decem ducatorum

m *2. 2. q. 66 art. 6.*

n *14. q. 6. et c. fures. cũ tribus seqq. de furt.*

o *In ca. 11. nu. 4.*

p *1. 2. q. 88. art. 5. & 6. & 2. 2 q. 3. ar. 5 & qu. 59. art. 4. q 2. p. tit. 4. cap. 5. §. 7. & 8.*

r *Quolib. 8. s Cap. 6. n. 3 & seq.*

t *l. 1. ff. de iur. delib. et c. a causis. de off. dele.*

u *14. qu. 6.*

x *In d. c. fi. 14. q. 6. Hier. on. in com mẽ. ad Titũ*

y *1. 2. q. 20. art. 3.*

z *2. 2. q. 66 art. 6.*

a *Verb. furtum.*

b *Lib. 5. q. 2 ar 3. de iustit. & iur.*

torum inferret, non tamen duplo, aut quadruplo illius damni condemnaretur sed duplo, aut quadruplo rei illius paruæ furto subtractæ, quatenus esset furtũ manifestum, aut non manifestum [a] illa tamen paruæ rei subreptio esset mortalis, si qui surripit, scit, aut scire, aut credere debet, ex furto illo paruulo eiusmodi damnum notabile domino euenturum, non quia res illa surrepta notabilis sit, vel quod voluntas illam surripiẽdi sit voluntas surripiendi rem notabilem: sed quia damni notabilis causã dat, & consequenter id dare videtur, [b] quæ sunt diuersa, vt ex diuersitate titulorum de furtis, & de iniurijs, facile colligitur. Quod ipsum est dicendum de eo, q paruulam rem furatur, credens ex eo dominum magna molestia & perturbatione afficiendum: quare fecit quidam famulus suo hero diuiti nobis noto surripiẽdo magnum quoddam malum cydoniũ, quod i horto suo ille habebat, & magni æstimabat, ad ostendendum amicis: & monuerat suos famulos, notabili se molestia afficiendum, si illud furarentur. Is enim famulus non admisit furtum notabile, quamuis ob molestiam notabilem, quam attulit, mortaliter peccasse potuisset, si quidem credebat, aut credere debebat, illa molestia dominum afficiendum esse.

a §. in duplum & §. quadrupli, institut. de actio.

b Cap. fi. de iniur. l. qui acc. p. t. ff. ad l. Aquil.

Ex quibus infertur, quod aliquando q rem paruam pauperi aufert, mortaliter peccat, non autem qui opulento similẽ aufert, & aliquando econtrario, qui aliquam rem paruam aufert diuiti, peccat mortaliter, & non qui similem aufert pauperi: nam qui surripit subulam sutori, vel acum sartori, credens, vel debens credere, eos non habere alias, quib⁹ operentur, & ideo damnum notabile eis euenturum, peccat morraliter: nõ autem qui diuitibus easdem auferret: & econtrario, qui diuiti surripit rem paruã ab ipso magni æstimatam, quale erat pomũ de quo supra diximus, credens, vel credere debens, eum ob id notabili molestia affectum iri, mortaliter peccaret, non autem qui idem faceret pauperi rẽ illam non maioris, quam valet, facienti: quia ille dat causam notabilis molestiæ, hic vero minime.

3 Tertio, quod licet in aliquibus Episcopatibus per constitutiones Synodales declaratum sit, ne quis excommunicetur pro re, quæ minoris centum dipõdijs valeat: & in alijs ne pro re, q̃ minoris duobus, regalibus, seu Iulijs valeat, non tñ idcirco censetur definitum illam esse quantitatem necessariam, vt sit mortale, siquidem quamuis non debeat, nisi pro peccato mortali excommunicat[illegible] ferri, [c] vt latius tradimus infra, [d] non tñ pro quolibet mortali fertur ipso iure: & sic præfatæ constitutiones interpretandæ sunt, quod quamuis propter quantitatem minorem, quam duorum regaliũ, aut certe dipondiorum, mortaliter peccetur, nemo tamen pro min[illegible] communicandus.

c C. nemo, & c. nullus 11. q. 3.

d Cap. 27. nu. 9.

Quarto, quod aliqui collegerũt ex Soto, [e] summam duorum, aut trium ducatorum non esse notabilem quantitatem sine consideratione personæ, cui furtum fit: sed nobis, neque videtur prædictum Sotum id sensisse, neq; esse verum: tum quia S. Tho. [f] a culpa mortali r[illegible]mit furtum, nisi quando est de re minima: nemini aũt videtur esse talis in hac regione ducatus in se consideratus: tũ qa idem S. Thom. sensit, ideo furtum de re minima non esse mortale, quia præsumi potest, id non displiciturum dño, sign[illegible]cans secus esse, si putaretur dño i[illegible]pliciturum. Et quamuis Caieta [illegible] conatu, & recte nost[illegible]sententiam extendat ad furtũ minimæ rei, etiam si domino displiceat, nullatenus tamen extendisset ad furtum duoram ducatorum, quippe quod longe alienũ fuisset a mente S. Thomæ: tum quia in aliquibus E[illegible]opatibus, ex[illegible]rorum doctorum & prud[illegible] vt excommunicatio pro fur[illegible] dipondiorum, & duorum regalium, siue Iuliorum concedatur, vt prædictum est, & vt infra [g] dicemus. Exc[illegible]tio maior non nisi ob pe[illegible]le ferri debet. [h]

e Li. 5 q. 2 ar. 3. de [illegible]

f 2. [illegible]

Non obstant in contrarium citata. Non primum, quia aliud est denegan[illegible] actionem doli contra eum, qui citra q[illegible]titatem duorum ducato[illegible]um dec ip[illegible] aliud dicere, non peccare mortalite[illegible] in minori decipit, quia lex actionẽ [illegible]gat contra emptorem & venditorem in minus quam dimi dio iusti pretij de-

[illegible] tamen ille [illegible] aliter peccat si [illegible] tabiliter [illegible] iuxta doctrinam S. Th. [illegible] receptam. [a]

4 [illegible] quod consulerem confiteri mihi, [illegible] vt reputaret ꝓ notabili quantitate, quo ad effectum [illegible] culpam mortalem. Primo [illegible] duorum regalium, vel Iuliorũ: [illegible] dimidij: & quod nõ [illegible] minorem quarta parte [illegible] regione, nec in [illegible] quæ pecunia æq[illegible] hæc abundaret. Nec [illegible] arem eum, [illegible] teneret mediam inter, [b] & dimidiam, non esse [illegible] Sed neque nunc quando pe[illegible] quã [illegible] sentirem ei, qui assereret, non esse notabilem ad hoc quantitatem, [illegible] Iulium, siue Regale, au[illegible] non continet, [illegible] hoc mentem cuiusdam statuti illustrissimi Ordi. Carthusiani.

[illegible] quod pro tali [illegible] n, etiam [illegible] regione vbi illa solum dimidio regali, vel [illegible] duodecim [illegible] dice[illegible] de quarta rubij tritici, & quarta [illegible] i: tum quia vnaquæque istarum re[illegible] communiter pro re maiori mini[illegible] licet [illegible] in pu[illegible] quam supe[illegible] cto ca[illegible] fin. [illegible] orum attingentes habuimus, [illegible] ferderimus non esse concedendam [illegible] furti, nec aliam pro[illegible] ab[illegible] ntionem, tam [illegible] eret ad cul[illegible] amen pro[illegible], aut [illegible] tionem v[illegible] posse quod nobis irre[illegible] r pro[illegible] §. gallinarum. [d]

[illegible] quod fu[illegible] minoris quanti[illegible] egali, est peccatum mor[illegible] t, vel credere debet da[illegible] damnum maius dimi[illegible] e est furtum vnius acus, [illegible] æ, aut alterius instrumenti fa[illegible] ab eo, qui credit, vel credere de[illegible] quod ob defectum eius, is, a quo [illegible] cta est, damnum maius dimidio re[illegible] tietur ex diaria mercede.

Notandum tamen est, quod si dare[illegible] excommunicatio propter solum furtum, quæ alia damna non comprehenderet, qui eiusmodi furtum commisisset, excommunicatus non esset, quia vt supra diximus, aliud est furtum instrumenti, tam parui pretij, & aliud damnum, quod eius ablatione, aut retentione fit, quia si duplo aut quadruplo furti condemnaretur, prout manifestum, aut non manifestum esset, non damnum sed solum pretium surrepti instrumenti duplicaretur, vel quadruplicaretur iuxta omnium sententiam, [e] vt supra dictum est.

Quarto, quod excommunicatio generalis contra eos, qui furantur, aut male ablatum non restituunt, omnes iniuste auferentes, aut retinentes tantam quãtitatem, quanta ad peccandum mortaliter satis est, comprehendit, quia comprehenduntur sub proferentis verbis & mente, quæ est animas a peccato mortali abducere, & ne in illud prolabantur cauere, [f] nisi per constitutionem Episcopatus, vel intentionem excommunicantis, aut aliam viam excipiantur, qui ad aliam certam vsque quantitatem maiorem non auferunt, qui enim exciperentur non comprehenderentur, quia excõmunicatio non ligat, nisi quos, & quot, qui excommunicat, aut qui eam petit, vult, vt infra, dicimus. [g]

Quinto, quod de illo qui multa minima sæpe suo hero, aut alij, aut multis aufert, teneret id, quod infra [h] dicetur.

5 Secundo, & tertio principaliter excusant furta a mortali indeliberatio, seu surreptio, & defectus iudicij idonei ad culpam mortalem, quæ duo, sicut parui tas rei, in omni materia peccati, excusant ab illa, per supradicta. [i]

Quarto excusat etiam a veniali ignorantia probabilis, quod res esset aliena, & extrema necessitas, vel adeo grauis, quæ iudicio boni viri, ad id sufficiat, [k] & etiam præsumptio probabilis dominum rei æquo animo id laturum, [l] non autem dubitatio, aut temeraria præsumptio, [m] quamuis vere dominus æquo animo ferret: nam qui facit id de quo dubitat, an sit mortale, vel credit esse tale, mortaliter peccat per ea quæ diximus, [n] q̃q̃ in hoc casu postremo ad restitutionem nõ teneretur.

Neque

[a] [illegible] & cap. cum [illegible] 77. [illegible] rt. 7.

[e] In d. §. in duplum. & §. quadruplum Insti. de actio.

[f] Arg. c. de sent. exc. li. 6. & cap. 2. de const. eo. lib.

[g] Cap. 27. nu. 14.

[h] Eod. c. nu. 139. & 140

[i] Cap. 11. nu. 4.

[k] C. si quis propter necessitatem, de furt. vbi Panorm. & alij.

[l] L. inter omnes. §. recte. ff. de fur.

[m] Dicto §. recte.

[n] In cap. si quis autẽ, n. 57. & seq. de pen. di. 7

[a] Neque excusaret præsentia, & patientia domini patientis id præ timore, aut pudore, secundum Syluestrum [b] & probatur per illam conclusionem Adriani, [c] videlicet, quod in foro conscientiæ trãsactio, & donatio non ualent, quoties non fiunt animo libero: etiam si non intercedat tantus metus quantum forum exterius ad inualidandum illas requirit, iuxta ea, quæ leguntur, & notantur l. interpositas. [d] Excusat etiam a culpa mortali conditio iustificans, ut cum quis vult surripere, si Deus id non vetuisset. [e]

Quinto excusat impotentia recuperandi suum sine scandalo, quia tũc clam capere potest. [f]

Sexto excusat propositum restituendi, quæ accipit domino proprio, ut qui a fure, aut latrone vilissime emit, quod ille furatus est, aut rapuit, vt domino suo restituat.

Octauo excusat iusta voluntas proficiendi domino spiritualiter, vel temporaliter, vt cum quis occulte furatur pigmenta aut fucos alicui mulieri eis male vtenti, & alios ad peccandum prouocãti: aut gladium furioso, ne se vel alium occidat, aut pecuniã, aut folia lusoria, vel aleas lusori, ne ludat, modo ex hoc magnum scandalum non sequat̃, iuxta S. Antonin. [g] quia nulla harum est contrectatio, aut acceptio fraudulenta, quæ ad furtum requiritur ꝑ prædicta supra. [h]

a Dicto. §. recte, & Syluest. uerb. furtũ. q. 7.
b Vbi supr.
c In 4. de restit. qu. 2. uers. ex quibus.
d C. ꝑ transact. & l. metum 1. & 2. ff quod metus causa.
e Arg. ca. si pro te. de rescr. libr 6. l. cedere diẽ. ff. de uerbo. sign. Caiet. uerb. cogitatio.
f Per gl. memorabilem. cap. ius gẽtium, 1. dis. & dictum singulare. Inno. ca. olim, 1. de restit. spol.
g In 1. parti. 1. cap. 14 §. 2.
h Eo. c. n. 1.

RESTITVTIO QVID.

6 *Restitutio quid, cum definitionis declaratione.*
6 *Restitutio est actus iustitiæ vera. numero 7*
7 *Restituenda res aliena etiam non restitutio pretio. 8. & 9.*
10 *Restituenda ipsamet aliena surrepta.*
11 *Restitutio duplex, formalis & virtualis qualis est remissio.*
11 *Restituendi necessitas ex qua lege nascitur.*

QVoniam autem nõ solum acceptio alieni, sed etiam restituendi retẽtio, est contra hoc septimum præceptum, [i] necessarium fuerit dicere de restitutione. Primo quid sit, Secundo, quis ad eam teneatur. Tertio, quid sit restituendum. Quarto, quantum. Quinto, cui. Sexto, vbi. Septimo, quomodo. Octauo, quo ordine. Nono, quando.

i Cap sæpe, de restitut. spol. & c. si res. 14. q. 6.

6 Restitutio igitur, vt ad primum veniamus, apertius & breuius, quam hactenus, definiri potest esse *actus iustitiæ specialis commutatiuæ, quo redditur alteri, quod suum est, uel quod ei debetur lege veræ iustitiæ, formaliter, vel uirtualiter, de bonis animi, corporis, honoris, uel pecuniæ.*

Dixi, *Iustitiæ*, quo differat ab actibus virtutum Theologicarum, Fidei, Spei, & charitatis, quibus redditur Deo cultus debitus interior: & ab actibus Prudentiæ, Fortitudinis, & Temperantiæ, & aliarum uirtutum eis attributarum, seu potentialium, quibus animis nostris potius, siue principalius, quam nostris rebus exterioribus medemur, & proficimus, vt post S. Tho. diximus latius, & vtilius infra. [k]

Dixi, *Specialis*, quo differat ab actib⁹ Iustitiæ generalis, quæ uersatur in referendo omnium uirtutum moraliũ actus ad bonum commune humanum: sicut charitas in referendo eosdem ad bonum commune diuinum, quod est Deus, ut post S. Tho. [l] diximus in Tractatu de reditib. eccles. [m]

Dixi, *Commutatiuæ*: quia ut S. Tho. [n] receptus ait, requiritur æqualitas inter id quod restituitur ex una parte, & inter id, quod debet restitui ex altera, & quia non est actus iustitiæ distributiuæ, quæ commune priuatis diuidit.

7 Dixi, *Quod suum est*, ad significandũ, quod per cap. si res. [o] & mentem omniũ doctorum in illa comminiscentium, & Caietanum [p] quisquis rem alienam cõtra uoluntatem domini habet, tenetur restituere illam, quamquam alio modo si eam bona fide habuit, & retinet, & alio si mala, quia si bona fide accepit & retinet, si eã amittit, aut absq; ipsius culpa perijt, satisfacit restituẽdo id, quo factus est locupletior. [q] Itaq; qui bona fide emit aliqd a non domino, tenet̃ suo domino illud restituere, simul ac eius esse scierit, etiam nõ reddito pretio ꝑ eo dato, [r] & si iam illud non habet, tenebitur,

k Eo. n. 11.
l In 2. 2. q. 25. art. 4.
m Quæst. 2 monito 1.
n 2. 2. q. 61 art. 1. & q. 62. artic. 1.
o 14. q. 6. & c. sæpe. de restit. spol.
p In vtroq; loco supra citato.
q l. sed etsi. § 1. & l. itẽ ueniũt. § 1 ff. de petit. hæred.
r l. mater et l. mãcipiũ. C. de rei uẽ.

bitur ad id, ī quo factus eſt locupletior, puta, pretium, quod pro illo habuit.[a]

8 Quod ſi in nihilo factus eſt locupletior, ad nihil teneatur domino, neq; alteri, cui bona fide vēderet illud eodē, vel minori pretio, quo emerat,[b] quia nihil ampli⁹, quam ſuum habet, licet ſi pluris venderet, quam emiſiſſe, illud plus reſtituere tenetur, quia quo ad illud alienū retinet, aut aliud pro eo, vt recte dixit Caietanus.[c]

Cōtra, quæ facit primo, quod is bonę fidei vēditor tenet emptori de euictione.[d] Sed reſpondetur, quod liberabitur cedendo actionem de euictione, quam contra eum, a quo bona fide emit, habet,[e] quia ea factus eſt locupletior, ad quod etiam in cōſcientia tenebitur.

Secundo facit contra hæc argumentum cuiuſdam eruditi, fundantis ſe primo, quod infra[f] diximus, eum, qui pecuniam adulterinam ab alio bona fide receptam tertio tradit, poſteaquam id reſcierit, teneri ei reſtituere legitimam. Secundo, quod qui bona fide vēdit aurichalcum pro auro, poſtquam reſcierit, tenetur tantundem veri auri reſtituere. Tertio, quod pretium datum a ſe bona fide, recuperare poteſt per euictionem, & non poteſt iuſte vtrūque retinere.

Sed reſponderi poteſt ad duo prima, quod non eſt eadem ratio de tradente pecuniā adulterinam, vel aurichalcum pro auro, & de tradente rem alienā, ſed veram, quia ille tradit rem intrinſecus defectuoſam: & ita falſam, & communiter eſt in aliqua culpa accipiēdo, vel dādo, hic autem rem intrinſecus veram iuſti valoris, & ita cōiter nō eſt in culpa, accipiendo neque dando. Et vrgenti, quid ſi vterq; eſſet in culpa, vel neuter in ea? concedi poſſet idem de vtroque iudicandum.[g]

9 Ad tertium vero, quod ſolum concludit bonæ fidei venditorem teneri ad cedendam actionem de euictione, quod non negamus, & proxime conceſſimus. Supradicta ratione, qui ad cœnā inuitatus ex vitulo alieno edit, quamuis reſtituere teneatur id, quod mala fide comedit, ſi tamen id bona fide fecit, ſolum tenetur ad illud, quod ob illam cœnā domeſtico sūptui ſubtraxit, & ſi nihil ſubtraxit, ad nihil tenetur, quia ſolū quod ſubtraxit eſt apud eum ex illo vitulo alieno. Idem dicendum eſt de vſu alienæ veſtis, quam quis ſuam eſſe arbitratur, ſi enim ob id, quod eam geſtauit, ſuam ſeruauit, tenetur ſoluere vſum, aut quātum ob illum propriæ pepercit.

Tertio facit, quod iure dubitari poteſt, an qui emit bona fide rem alienam a non Domino, de hoc certior factus, illam reddere venditori poſſit, & ſuā pecuniam recuperare? Ad quod reſpondetur poſſe, vt reſpondet Alexan. Halenſis doctor irrefragabilis,[h] quem Gabriel,[i] & alij ſequuntur.

Quarto, quod videtur cooperari venditori ad peccandum in retinendo alieno, quod Medina contra tenet in eo, q credit venditorem numquam reſtituturum eam Domino.

Ad quorum prius reſpondetur, negādo, quod qui rem emptam a non domino, reddit ei, vt pretium datum pro ea recuperet, cooperetur ad peccandum: tum quia actus ille non domini recipiē di rem alienam a ſe venditā, non eſt de ſe peccatum, quia id non eſt de ſe accipere alienum doloſe, quia poteſt facere ſancte ad finem reſtituendi eā dño, tum quia ille tenetur reſtituere illam Dño, & ita qui emptor eam reſtituit illi, videtur iuuare eum, ad exeundum a peccato, & non ad peccandum. Ad poſterius autem, negando illud Medinæ dictum: tum quia id non ſatis probat, tum quia emptor plus tenetur ſibi prouidere, quā dño rei.[k] Et reddendo rem non domino recuperato pretio ſibi prouidet, faciendo actum iuſtum, & ſi ob id per accidens culpa non domini, & non ſua cōtingat damnum dño, non eſt imputādū ei, qui reponit rem penes eum, a quo accepit, quum nulla lege iuſtitiæ obligetur ad aliud, & quod per accidens contingit, non eſt adeo attendendum.[l]

10 Qui autem mala fide recipit, aut retinet rem alienam, tenetur reſtituere eandem rem ſi poteſt: ſin minus tantum quanto plus valuit a tempore iniuſtę acceptionis, vel retentionis, quamuis ſine ſua culpa perierit: quia qui mala fide cō trectat, & retinet rem alienam, ſemp eſt in mora, & ſuo damno perit,[m] & ille dicitur habere bonam fidem in hac materia,

a Per dic. l. ſed ſi poſſeſſor, §. 1.
b l. in credi tore. cū ea. ff. de euictio.
c 2. 2. q. 62. art. 6. & in ſūma Ver. reſtit. §. 2. radix, pro quo ſunt dicta l. ſed & ſi & l. item ſeniunt.
d Ca ſin. de de emp. l. 1. & toto ti. ff. de euict.
e l. in credi tore. ff. de euict.
f Eodem. c. nu. 167.
g Arg. cap. dudum 2. de elect.
h 4. part. 9. 86. mēbr. 3.
i In 4. libr. ſen. diſt. 15.
k Argu. l. ſi præſes. C. de ſeru & aq. & cap. non licet. 23. q. 1
l l. ſi quis nec causā. ff. de reb. cred.
m l. in re furtiu. ff. de cond. fur. c. mora cū ei adnot. de re gul. iur. li. 6

ria, qui probabiliter credit rem ſuam eſſe, aut eius, qui ſibi eã dedit, aut illũ q ſibi dedit, ius habuiſſe ad eam dandã. [a]

a C. ſi virgo. 34. q. 1. glo. in c. ſi diligẽti de pẽſc.

Dixi, *uel quod ei debetur*, ad includendum redditionem qualiscumque debiti ſiue id oriatur ex contractu, vel quaſi cõ tractu, delicto, vel quaſi delicto, vel lege ſtatuto, vel ſententia obligante, ad id cõ ſcientiam, vel teſtamento, aut alia vltima voluntate. [b]

b Iuxta Varias leges Variorũ titulorũ. ff. et C. c Eod. cap. nu. 96. d 2. 2. q. 61 art. 1. e l. ſi rẽ. §. ois, ff. de pign. actio. & l. 1. ff. qui ſatiſ. cogãt. & gl. Verb. reſtituat. c. peccatũ de reg. iur. li. 6 f In ca. 14. n. 26. & c. 15. n. 16. cũ ſeq. & infr. c. 18. nu. 33 g 3. p. q. 87. h In 4. par. i In 4. de reſtit. q. 1. §. d' currentib⁹ cum fure. k In repet. c. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. & inſ. cap. 24. nu. 5. & nu per in Tract. de reditibus, q. 2 monit. 2. & 7. l Lib. 5. q. 3. art. 4. & li. 4. q. 7. artic. 3. col. 4. & alibi ſæpe de iuſtit. & iure.

Dixi, *lege ueræ iuſtitiæ*, ad excludẽdos actus religionis, & aliarum virtutum attributarum, vel potentialium iuſtitiæ, quibus redditur quidem debitum, ſed non lege veræ iuſtitiæ, quæ verſatur in reddendo debitum rei exterioris ſecundum æqualitatem, cum tamen religio, & aliæ virtutes iuſtiriæ potentiales verſentur in reddendo debitum honeſtatis tantum vel liberalitas: vel non ſecundũ æqualitatem, vt religio, pietas, & c. non obſtat, q tactus reſtituendi debitũ propter tranſgreſſionẽ legis iuſtitiæ diſtributiuæ, eſt reſtitutio vera, & debita, ut dicitur infra, [f] quia iuſtitia diſtributiua vera iuſtitia eſt, & non ſimilitudinaria: eſt enim altera ſpecies iuſtitiæ, iuxta S. Thom receptum. [d]

11 Dixi, *formaliter, uel uirtualiter*, ad includendas condonationes, & alias ſatisfactiones, quæ virtualiter ſunt reſtitutiones & ſolutiones. [e]

Dixi, *de bonis animi, &c.* ad ſignificandum, quod non ſolum ad reſtitutionem tenetur, qui debet pecuniam; ſed etiam alia tria genera bonorum animæ, & corporis, & honoris, iuxta dicta. [f]

Neceſſitas autem reſtituendi naſcit ex omni tranſgreſſione legum veræ, & ſpecialis iuſtitiæ, per quam aliquod dãnum alteri cuipiam infertur, prout ſtatim dicetur: nõ autem inducitur ex trãſgreſſione legum charitatis & miſericordiæ, etiam illa qua alius damnificatur, vt affirmauit Alex. Halenſis, [g] & Altiſſiodorenſis, [h] quos ſequitur Adrianus [i] quẽ pridem ſequuti fuimus, [k] quod etiam affirmat Sotus tamquã communiter receptum, [l] quod latius alijs fundat, & propugnat prædictus Adrianus, qui tamen nõ videtur reddere rationem diuerſitatis, quam none putamus eſſe, quod trãſgreſſio legum caritatis, & miſericordiæ, imo & cæterarum virtutum aliarum a vera & ſpeciali iuſtitia, non ordinatur per ſe, & directe ad ablationem alicuius rei exterioris alterius, ſed ſolum per accidẽs, & indirecte: quia immediate, & principaliter verſantur circa actus interiores, ſecundum S. Thomam. [m] Tranſgreſſio autem legum iuſtitiæ, q̃ principaliter verſatur circa actus exteriores ſm eundem, per ſe & directe ordinatur ad auferendum aliqd ab alio quod cauſat reſtituẽdi obligationem. Ob q̃ diximus pridem, [n] multum referre inter teſtem obligatum ad dicendum uerum lege iuſtitiæ, & inter obligatum lege charitatis, vt etiam infra [o] ponetur differentia inter obligatum ex contractu ad alẽdum, quæ eſt obligatio iuſtitiæ, & inter obligatum ad idem per viam eleemoſynæ, quæ eſt actus caritatis, uel miſericordiæ illius filiæ.

m 2. 2. q. 38 art. 7. ad 1. & art. 8.

n In prædicta repet. c. inter uerb. o Cap. 24. nu. 7.

QVIS RESTITVERE teneatur.

12 *Reſtituere quis teneatur late*, & 13. & 14.

14 *Peccare faciens quis*, & *quid reſtituat.*

15 *Metus minor iuſto cogit reſtituere in foro an mæ.*

16 *Libertas animi non tam minuitur bl. ditijs, ac metu.*

17 *Reſtituere plus tenetur delinquens, quam contrahens*, & *conſentiens*, & 18.

19 *Miniſtrum a reſtituendo non excuſat iuſſus domini.*

20 *Delinquens non excuſatur eo quod aliud id feciſſet.*

20 *Op tulans damnum danti, qui partem, qui nihil reſtituet.*

20 *Borbonium, qui ducem Sorbem [illegible] tem iuuit, quantum reſtituet.*

21 *Furantem non impediens quis reſtituet*, & *quis non.*

21 *Damnum impedire cum periculo qui etiam iudex non tenetur.*

22 *Reſtituet quis confeſſarius negligens.*

23 *Confeſſor poteſt dicere hæredi reſtituenda mortui.*

EX prædictis colligitur vna regula breuis, ſcilicet, quod omnis & ſolus

ille ad reſtitutionem tenetur, qui aliquam rem alienam tenet: uel aliquid lege iuſtitiæ ſpecialis vere debet. Quæ regula continet illas viginti manus ſcilicet, fœneratoriam, raptoriam, &c. quas Sanctus Antoninus [a] grauiter, & late tractauit, & decem & ſeptem dicta, quæ adiunxit Silueſt. [b] & duas regulas, aut radices Caietani. [c]

Ex qua regula infertur, quod tenetur ad reſtituendum primo, tenens rem alienam, de quo ſupra. [d] Secundo, obligatus ex contractu. [e] Tertio, obligatus ex quaſi contractu, vt tutor pupillo, &c. [f]

13 Quarto, obligatus lege aliqua iuſtitiæ, aut ſtatuto conſcientiam obligãte, quod addo propter pœnas debitas multarum legum pœnalium, q̃ non debẽtur in foro conſcientiæ, ante condemnationem iudicis, iuxta gloſſam cap. fraternitas: [g] in cuius Commentario vtiliter & breuiter diximus, quæ ſint illæ, cõtrahendo, addendo, tollendo, ac declarando plurima, quæ prolixiſſime ſcripſit in duobus libris de lege pœnali eruditiſſimus Alfonſus Caſtren illuſtriſſimi ordinis Franciſcani maximum decus.

14 Quinto, obligatus ex teſtamento, vel alia vltima voluntate. [h] Sexto, obligatus ex ſententia iuſta, [i] etiam cõdemnante iniuſtam iuxta D. Thomam. [k] Septimo obligatus ex delicto damnificante bona aliena animæ, qualis eſt per ſuaſio vitiorum, vi, dolo, vel metu facta, de quo ſupra. [l] Aut bona corporis, quale eſt homicidium, vulnus, &c. de quo ſupra. [m] Aut bona honoris, gloriæ, famæ, quale eſt contumelia, detractio, &c. de quo infra. [n] Aut bona pecunia, qualia ſunt furtum, rapina, & alia, quorum quædam ſunt ſine vl[lo] conſenſu damnificati, vt furtum, rapina, [&] quædam cum conſenſu eius, ſed coacto per metum, ſiue vim conditionalem.

15 Quod verum eſt ſecundum omnes de timore, qui iniuſte inijcitur, & eſt [ti]m magnus, vt in conſtantem virum cadere poſſit, quamuis ſua culpa in illum incidat, [p] non tamen de eo, qui iuſte inijciatur per iudicem, [q] aut alium, qui iure damnum, quod timebat, inferre poteſt. [r]

Per quod ſoluitur quæſitum, An datũ ab aliquo timore, ne accuſetur, ei, qui eũ iure accuſare poteſt, repeti poſſit, tamq̃ metus cauſa datum? Reſpondi non poſſe, per citata hic, & per textum iuncta gl. & doctrina Bart. cõiter recepta. [s] Nec etiam de eo, qui iniuſte inijcitur, ſi talis non eſt, ut in virum conſtantem cadere poſſit, quo ad iudicium exterius, in quo paria cenſentur, conſentire ſpõte, & per eiuſmodi metum, qui non cadit in conſtantem virum, [t] non tamen quoad forũ conſcientiæ, in quo idem cenſetur, quo quis iuſto metu conſentiat, uel eo mino re, dummodo coram Deo ille fuerit cauſa principalis illius conſenſus, ut recte dixit Adrianus. [u]

16 Non eſt tamen verum id, quod Caietanus his addidit, [x] ſcilicet paria repu tari quo ad forum conſcientiæ cõſentire metu, aut blanditijs: quia, vt ille ait, his non minus, quam metu animi libertas adimitur: tum, quia id eſt cõtra expſſam l. fi. [y] tum quia S. Tho. [z] determinat, quod paſſio amoris nõ inducit inuoluntarium ſicut paſſio timoris: tũ qa eſt contra rõnem, quia idem ad id mouet: ſcilicet, quod metus conſenſum diminuit: amor vero & blanditiæ eundẽ augent, tum quia eſt noua doctrina nullo iure fundata, q̃ q̃ locum habere poſſet, qñ precibus & blanditijs minæ, ſaltem tacitæ ineſſent: quales ſolent ineſſe precibus nonnullorum dominorum ſolitorum male tractare eos, qui precibus ſuis non parent: cui conſequens eſt mulieres perditas non teneri ad reſtituendum ea q̃ ſuis blanditijs abſq; dolo, mendacio, & fraude obtinuerunt ab amicis ſuis, q donare, aut gratis dare poterant, ut infr. dicemus. Quamquam oppoſitum Caie. [a] ſine textu, & ratione neceſſaria tenet.

17 Octauo tenetur reſtituere obligatus ex quaſi delicto, vt iudex qui iniquã ſententiam tulit ob ignorantiam iuris, vel imperitiã. [b] Et is, ex cuius domo aliqd eiectũ damnificauit alium, [c] & tabernarius, & inſtitor tabernæ, aut magiſter nauis, & eius exercitor, de furto, & maleficio in naui per alium facto. Et caupo, vel ſtabularius, de re ſibi ab hoſpite commendata. [d]

Nono, qui conſentit delinquenti, ſiue facienti, aliquo nouem modorum relatorũ ſupra, [e] puta ſimpliciter cõſentiendo,

[a] In 2. par. t. 2. c. 2. §. 2
[b] Verb. reſtitut. 2.
[c] In ſũma verb. reſtit. & 2. 2. q. 62 d num. 7.
[d] l. 1. ff. de pact. & c. 1. eod. tit. cum eis adnot.
[e] Inſtitu. de obli. quæ ex [illi] cõtra [ius] §. 1. §. [Ob]ores, & [Ob]edes.
[f] [l.] 2. [C.] de [ſ]ec. her. [l.] 2. de lega. & fideicom. & alijs. tit. 1.
[g] de qua in [c.] de re iu[d]ic. 2. 2. q. 62 [a.] 3.
[h] Cap. 14. [i]
[k] [ſ]. [ſ]nuce & quod [ſ]. [ſ]la. [ſ]niés [ſ]nſal.
[l] & l. ſi mulier. ff. quod met. cau.
[m] In l. accuſation. C. de his quæ ui.
[n] l. metum. 2. ff. quod metus cauſa, & Pano. adiuncta gl. Ver. coactis de his quæ ui.
[o] In 4. de reſtit. q. 2.
[p] In ſũma verb. reſt. §. quia uero.
[q] C. ſi quis aliquando teſt. prohib.
[r] 2. 2. q. 6. art. 6.
[a] Vbi ſup.
[b] Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi de lict. naſcũ. in princ. c. § 1. inſti. eod. tit.
[c] § item is, & §. item exercitor. inſt. eod. ti. e Cap. 11. nu. 15.
[d]
[e]

do, vel iubendo, conſulendo, laudando, recipiendo, participando, tacendo, non impediendo, aut non manifeſtando: hi namq; omnes & ſinguli peccant, vt delinquens, & faciens delictum: licet nulli teneantur ad reſtitutionem tantũ, quantum ille: quia faciens ſemper, & in totũ tenetur: alij vero ſex: puta iubens, conſulens, conſentiens ſimpliciter, recipiẽs, laudans, aut participans, non niſi ad reſtitutionem eius, quod ad eos peruenit, & cuius fuerunt cauſa, ſine qua delictũ non fuiſſet factum.

18 Alij vero tres: ſcilicet, tacens, non obſtans & non manifeſtans ſolũ tenentur, quando ad id ex officio obligantur, quamuis fraudulenter, & mala voluntate tacuiſſent, aut obſtare, vel manifeſtare prætermiſiſſent, iuxta omnium fere communem opinionem, vt recte tradit Adrianus, [a] & Sylueſt. [b] & Sotus, [c] quãquam Angel. Richardum ſecutus cõtrarium teneat, & idem etiam ſentiat eruditiſſimus Card. Caietan. [d]

19 Ex quibus infertur primo, quod quemadmodum qui percutit, aut occidit proximum iuſſu alieno ob ſolam vtilitatem præcipientis, tenetur ſatisfacere percuſſo, aut mortui hæredibus, ſic famulus vſurarij, qui domini ſui iuſſu ob eius ſolam vtilitatem pecuniam ad vſuram dedit, reſtituere tenetur, vt Caiet. [e] ſingulariter dixit, & infra [f] declarabitur: quia ille eſt, qui facit delictum, & dominus cõſentiens illi iubendo, quidquid contra innuat Paludanus. [g]

20 Nec excuſatur, eo quod ſi ille famulus nõ dediſſet, alius eam dediſſet ſicut nec excuſatur percuſſor, quod ſi ipſe illũ non percuſſiſſet, alius percuſſiſſet, qa ſi aliquis dominus ſuis famulis diceret, vt occiderent N. & cum quiſque eorum vellet, & poſſet illum occidere, vnus anteiret, non excuſaretur a reſtitutione, nec etiam ab extremo ſupplicio per ipſum iudicem infligendo, ob id, quod vel dominus id fieri præceperit, vel quod, etiam ſi homicidium illud ipſe nõ perpetraſſet, alius iuſſu eiuſdem, vel omnes ſimul illud erant perpetraturi.

Secundo infertur, quod iuuans faciẽtem delictum cooperando, qui includitur ſub verbo participans, ex mente S. Thomæ, [h] & communis, aliquando tenebitur ad reſtitutionem totius damni per facientem illati, puta, quum fuit cauſa, ſine qua nihil damni fuiſſet illatum, aliquando vero non niſi ad reſtitutionem partis: eius ſcilicet cuius eſt cauſa, ſine qua non fuiſſet illa pars dãni illata, licet reliquum ſic: & aliquando non tenebitur, niſi ad reſtituendum illud, quod ad ipſum peruenit, puta, cum non fuit cauſa ſine qua non fuiſſet totum damnum illatum, & aliquando ad nihil, puta, quando ſine illius ope totum damnum inferretur, & nihil ad eũ pertineret.

Tertio infertur, iuſte nos nuper conſuluiſſe eum, qui ita iuuit Borbonium Ducem in capienda & diripienda Vrbe, anno 1527. quod ſine eius ope id non feciſſet, teneri ad reſtitutionem omniũ damnorum, eum vero, ſine cuius ope id factum fuiſſet, nõ teneri niſi ad id, quod ad ſe perueniſſet, vel eius partis, quæ ſine ipſo non fuiſſet illata, & ad nihil, ſi nihil ad eum peruenit, nec fuit cauſa, ſine qua non, totius, vel partis illius.

Concludimus itaque, ſecuti ſententiã Innocentij, [i] quam probat ibi Hoſtienſ. & nemo contradicit, quamque Richardus, [k] & Sylueſter [l] cum citatis ab eo, ſequuntur, imo & Adrian. grauis auctor [m] tenet, auxiliatorẽ, & opem maleficio & damno præſtantem ſolum teneri ad reſtituendum id, quod ad eũ peruenit, & non plus, ſi delictum factũ fuiſſet, vel damnum datum, etiam ſi ille, eam opem non tuliſſet: quamque ſeptem argumentis validis muniuimus, reſpondendo totidem, quæ pro Caietano, & Soto contrarium tenentibus adduximus.

21 Quarto infertur, quod ſi aliquis inueniret furem, qui a ſuo vicino furaret, acciperetque aliquid, quo taceret, non tenebitur reſtituere, quod alius furatus fuiſſet, neque quod accepit, ſi furis erat, dummodo eſſet perſona, quæ ex officio ad clamandum, aut manifeſtandũ non teneretur, qui idem addit, quod reſtituere non tenebitur, quamuis eidẽ vicino, cui res ſubrepta fuit, ſe interroganti, nũ aliquid vidiſſet? reſponderet, ſe non vidiſſe. Secus autem ſi ex ſuo officio ad hoc teneretur, vt iudices, & domini, qui ob id ſtipendia capiunt, vt iuſti-

a In 4. de reſtitu. q. 1. col. 52.
b Verb. reſtit. 5. q. 6.
c lib. 4. q. 7. art. 3. de iuſtit. & iur.
d Verb. reſtitutio.
e In ſum. Verb. reſtit. et 2. 2 q. 62 art. 7.
f Eod. ca. 1. nu. 266.
g In 4. libr. ſen. diſt. 15. q. 2.
h Vbi ſupr.
i In c. ſicut dignum. de homic.
k In 4. libr. ſen. diſt. 15. l verb. reſt. 3. q. 6.
m In 5. de reſtit. §. de curentibus cum fure.

iuſtitiam cuſtodiri faciant, & etiam noſtro iudicio, patres, tutores, & curatores, quod ad bona filiorum ſuorum, pupillorum, aut minorum. [a] Nolumus tamen dicere, quod iudex ſemper teneatur non obſtãte quolibet periculo mortis, aut vulnerum, impedire quodlibet damnum, ſed ſolum quando id ſine temeritate facere poteſt, vt (noſtro iudicio) ſenſit S. Thom. [b] per illa verba, *Non multum imminet periculum*. quia, vt recte Syluester ait, [c] non tenetur officialis cum periculo probabili ſuæ vitæ & ſtatus ſeruare perſonam, aut ſtatum alterius particularis, quamuis ſic (noſtra ſententia) Republic. quando ratio poſtularet. [d]

a Arg. l. cũ non ſolũ, §. vbi autẽ & alijs, ſeqq. C. de bonis quæ lib. & ca. duo. 23. q. 4.

b 2. 2. q. 62. art. 6. ad 1.

c In Roſa aurea, caſu 50.

d Arg. l. mi nime. ff. de religion. & ſumt. fun. & l. Vt patriæ. ff. de iuſt. & iur.

Ex quibus ſequitur, quod qui in Capitulo, Conſiſtorio, aut alia vniuerſitate, vbi maiori parti ſtatur, [e] & vbi publice ſuffragia ferũtur, & pauciores maioris partis ſententiam ſequuntur, quãuis peccet conſentiens in delicto ſecundum Innoc. [f] attamen non tenetur ad reſtitutionem damni, quod illam malã ſententiam conſequitur, quia eius cauſa non fuit, cum & ſi contradixiſſet ipſe, id conſequeretur, vt Caietanus [g] dixit, & recte, id procedere, quando qui ſuffragantur non poſſunt data ſuffragia reuocare, & quando qui ſuffragatur, credit propter ſuum ſuffragium maiorem partem non mutaturam, quod ſuffragijs cõcluſit: nam ſi crederet, quod propter ſuã contradictionem alij ſuam ſententiam mutarent, & non contradiceret. cum id facere deberet, diceretur conſentire, & eius conſenſus cauſa illius partialis diceretur, & ita teneretur, cum ex ſuo officio ad id obligaretur per prædicta.

e Arg. l. q maior. ff. ad munici. c. 1. de his, quæ fiunt a maiori parte cap.

f In d. c. 1.

g Verb. reſt. c. 1. par. 5.

22 Decimo infertur, quod confeſſarius, qui per ignorantiam craſſam, aut affectatam abſoluit ante reſtitutionem, vel antequam præcipiat eam confitenti ad id parato, remanet obligatus ad reſtituendum, quia fuit in cauſa, ne damnificatus, quod ſuum erat, vel ei debebatur, reciperet. [h] Quod procedit in cõfeſſario vidente, aut credente, quod niſi reſtitutionem præciperet confeſſo, non reſtitueret, & ſi præciperet, ſic, non autem in eo, qui ſolum credit confeſſum eſſe obligatum ad reſtituendum, & id non præcipit ob incogitãtiam, aut quia exiſtimat, id ipſi confeſſo curæ fore, nã is non eſt cauſa non reſtituendi.

h Roſel. verbo, reſtitutio. 2. §. 5. Ang. Verb. reſtitutio. 3. §. 5.

Nec obſtat, quod quidam contradicat Primo, quia nullo auctore, nec vlla ratione probabili contradicit, ego autẽ hic cito graues auctores ſcilicet, Angelum, & Roſellam. Secundo, quod ratione friuola nititur: ſcilicet, confeſſarium non teneri officio procurare vtilitatem creditoris: ſed ſolum conſulere pœnitentes, quod videtur dixiſſe pro conſulere pœnitenti, per id quod ſubdit. *Et iuuare animam eius*: quæ ratio facit contra ipſum: cum præcipere pœnitenti reſtitutionem, ad quam tenetur, ſit conſulere illi, & iuuare animam eius. Tertio, quod ego non affirmo dictum præfatorum auctorum eſſe vniuerſaliter verũ: ſed reſtrinxi illud ad caſum, in quo negligentia præcepti de reſtitutione eſt cauſa, cur confeſſus non reſtituat: quo caſu palam eſt eum peccare, cũ obligatione reſtituendi: quia q cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur. [i]

i Cap. fi. de iniur. & l. qui occidit. ff. ad l. Aq.

23 Addo etiam, quod Ioann. Maior [k] difficile eſſe cenſet, quod confeſſarius iuſte dicere poſſit heredibus eius, cuius ipſe confeſſionem audiuit, ſibique mandauit, vt poſt eius obitum diceret eis, vt reſtituerent illud, ad quod obligatus remanebat: quia per hoc videtur reuelare confeſſionem ſibi factam. Nec mirum eſt, eum id tenere: quia ipſe ſequitur opinionem Scoti, tenentis [l] quod confeſſarius non poteſt reuelare confeſſionem confeſſi, etiam de ipſius licentia & facultate, etiam iuſta de cauſa data. Nobis tamen, qui ſequimur, & probamus opinionem contrariam S. Thomæ, & communem, [m] non videtur difficile; cum per tale mandatum, expreſſa, aut tacita facultas ad reuelandum iuſta de cauſa concedatur. [n]

k In 4. libr. ſen. diſt. 21. q. 3.

l In eadem diſt. 21.

m In c. ſacerdos, de pœn. diſt. 6. a nu. 116. vſq; ad 120 & ſup. eod. cap. 8.

Quæritur hic, quid debeat confeſſarius iubere pœnitenti, qui ex India dies redit? Reſpondeo idipſum, quod alijs, qui ſimilia in bellis iuſtis, vel iniuſtis, vel in pace, tyrannice, vel fortiter commiſerunt, iuxta ius naturale & diuinum, quod nulla recta Monarchia, nec vlla tortuoſa tyrannis euertere poteſt. Super quo quidam Noſtrates pij, & eruditi ediderunt aliqua, quæ timorem quendam futurorum malorum præſentis

n Arg. l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. c. præterea de offic. deleg.

tis & futuræ vitæ incutiunt, digna deciſione ſummæ poteſtatis Apoſtolicæ audita ſumma Laica.

QVID RESTITVENDVM.

24 *Reſtituatur alienum, idem ipſum, & fructus, vel intereſſe, num.* 25.
26 *Aliena res male retenta cui perit.*

REſtituendum autem eſt regulariter idipſum, quod acceptum eſt, vel debetur, ſi fieri poteſt niſi creditor ſit alia re contentus, [a] ſi autem non poteſt, eius æſtimatio, [b] ſi eſt æſtimabile: qualia tamen non ſunt vita, ſalus, libertas, honor, & fama: [c] & ideo pro eis reſtituendum eſt, quod vir bonus arbitrabitur. [d]

25 Dixi, *Regulariter*: quia fallit, quando per reſtitutionem eiuſdem rei, peccator occultus manifeſtaretur, aut aliquod aliud magnum incommodum ſequeretur, per infra dicenda Et ſi res retenta iniuſte eſt fructifera, reſtituendi ſunt domino omnes fructus, & emolumenta, [e] quæ ſunt ea, quæ deductis, neceſſarijs impenſis in illis acquirendis, colligendis, & conſeruandis factis ſuper ſunt, [f] habita tamen ratione bonæ vel malæ fidei iuxta ſupra dicta. [g] Sed ſi res non eſt fructifera, non eſt, reſtituendũ, quod ex eius vſu, & induſtria eius, qui occupatam eam tenet, lucrifactum eſt.

Per quod ſoluitur dubium de illo, qui torquem aureum a nõ domino emtum cũ prætor, ſæpius locauit, an pretium locationis reſtituere teneatur? Reſpondendum enim eſt negatiue: nam & vſurarius & latro non tenentur reſtituere, quod lucrati ſunt pecunia ad vſuram accepta, aut furtiua, negotiationi eam applicantes, imo qui illud accipere vellet, vſurã committeret [h] ſecundum Scotum, [i] niſi quando acciperet pro ſuo iuſto intereſſe, aut acciperet is, cui ſurripitur pecunia, quam collectam habebat ad ſoluendum ſuo creditori, & ob eius furtum cogitur ad vſuram accipere, aut vendere ſuum prædium minoris, quo ei debitum ſolnat: quia talis accipere poſſet a latro ne, & etiam hic deberet reſtituere omne illud, quod ob id amiſit cum omnibus impenſis, & damnis ob id acceptis.

Et qui aliquam mulam, aut equum meritorium, ſeu locari ſolitum, furatur, & retinet aliquanto tempore, quod in eau ſa fuit, ne dominus ſolitam mercedem lucraretur, non ſatisfacit, etiam in foro conſcientiæ, reſtituendo ſolum equum, aut mulam ſine vlla mercede deductis impenſis debitis, & deduci ſolitis, ut ait Ioann. Maior. [k]

26 Quin etiam, ſi fuit vi raptus, furto ſublatus, aut retentus & perijt in poteſtate eius. qui rapuit, ſuſtulit, aut retinuit, tenetur ſoluere, quanto maioris valuit a tempore, quo male accepit, do nec illum domino, loco, & tempore ad recipiendum conuenientibus obtulit: & ſi dominus legitime oblatum noluit accipere, ſatisfacit, reſtituendo tãtum, quanti valuit tépore quo accepit.

QVANTVM RESTITVETVR.

27 *Reſtituatur quanti æſtimatur damnũ certum, aut arbitrium.*
27 *Reſtituendæ rei, ſi valor incertus eſt, quid fiet.*

REſtituendum verò eſt tantũ, quantum ſatis eſt ad æqualitatem debiti, aut damni illati: ita vt ſi quantitas debiti, aut damni eſt certa, neceſſe eſt, vt tantundem reſtituatur: ſed ſi quantitas eſt incerta, cuiuſmodi eſt damni honoris, famę, vulnerum, fructuum ſperatorum, ſeminũ ſatorum, damni emergentis, aut lucri ceſſantis, & aliorum ſimilium, reſtituendum eſt, quantum bonus vir conſideratis omnibus, rei, temporis, loci & perſonæ, &c. circumſtantijs arbitrabitur. [l] Et vir bonus tantum arbitrari debet, quantum ad æqualitatem requiritur, ſi poterit, ſin minus, quod propius ad eam accedat, [m] habita ratione bonæ, vel malæ fidei iuxta poſita ſupra. [n]

CVI RESTITVENDVM.

28 *Dominus, cui ſua res eſt reſtituenda, quis dicatur.*
28 *Domino reſtituendum quando cuſtos eſt ſuſpectus.*
29 *Domino ſuo reſtituenda res regulariter, ſed fallit.*

29 *Prælato*

a l. eum a quo et l. manifeſti. C. de ſolut.
b Authent. hoc niſi, eo. tit.
c l. libertat. homo. ff. ad l. Aquil. c. cõtingit. de ſen. excom. l. in ſeruor. ff. de pœn.
d Arg. c. de cauſis de offic. delega. l. 1. ff. de in re deliber. e C. graui. cum ei adnotat. de reſtit. ſpol. l. cũ prætor, ff. de verb. ſign. & 3. q. 1. per totã. f l. fructus, ff. ſol. matr. l. ſi a domino, §. fructº & l. plane in fin. ff. de peti. hæred.
g N. 7. et 8.
h C. pleriq; & ca. fi. 14. q. 3.
i In 4. libr. ſen. diſt. 15. q. 2.
k In 4. libr. ſen. diſt. 15. q. 27. et 28.
l l. certi cõdic. ff. de re. cred. & in princ. inſtit. de verb. obligat. & l. 1. C. de ſent. quæ pro eo q̃ intereſt.
m Arg. l. ſi deicom. §. quãquam. ff. de leg. 3. & c. Quin tanuallis & ca. veniens de iureiur.
n Num. 7.

29 *Prælato diſſipanti quæ res eccleſiaſtica reſtituenda.*
29 *Furi cui non reſtituenda res furtiua.*
30 *Metus qualis excuſat, quo ad forum conſcientiæ.*
30 *Reſtituendum an regulariter mæle datum, & male acceptum.*
30 *Reſtitutio pauperibus facienda quando de præcepto.*
31 *Meretrix nec aliæ mulieres ſolutæ, cõiugatæ, vel ſacræ tenentur de præcepto ad reſtitutionem, & 34.*
31 *Reſtituere cur magis tenetur, qui accipit, pro eo quod tenetur facere, quam qui accipit pro eo, quod tenetur non facere.*
32 *Datum ob maleficium, quo titulo retineri poteſt.*
32 *Intellectus cap. de hoc, de ſimon.*
32 *Reſtituendum, quod male accipitur, ſed non quod male datur & 34.*
33 *Reſtituendum omne, quod accipitur pro eo, quod gratis tenetur dari, vel fieri.*
33 *Exempla non reſtringunt legem.*
34 *Reſtituant teſtis, an iudex acceptum pro teſtimonio, aut ſententia.*
34 *Gratis qui debet facere, turpiter pro illo accipit.*
34 *Intellectus l. 4. § ſed & quod meretrici. ff. de condi. ob turp. cau.*
35 *Meretricis opera an aliquid valeat in genere entis, ſed non moris.*
36 *Opera meretricis, & aliorum delinquentium in foro Dei æqualia. & 39*
37 *Et permiſſa in foro exteriori tantum quoad hoc æquantur.*
38 *Meretrices peccant accipiendo, ſed non tenentur reſtituere.*
40 *Vendibile per ſe, vt ſit inuendibile ratione admiſti.*
40 *Meretricis & impudicæ cõfeſſarij, quid eis conſulent circa eis promiſſa.*

HOc in loco, Chriſtiane Lector, in editione vulgari confeceraui quinque caſus occurrentes in hoc articulo, quo quæritur, Cui eſt reſtituendum? in quibus non ſine cura & ſtudio vigili diſceſſimus a communi ſententia, quo ad quædam, quæ etiam nunc perplacent, licet nonnulla, quæ ſecutus communem tenui, merito diſpliceant. Alia igitur methodo, & clariore, ac vtiliore omnia reſoluturus ſimul ac digeſturus ea, quæ Didacus a Leyua, & Couarruuias, meus olim in Academia Salmãticenſi feruentiſſimus auditor, ac pro dilectiſſimo filio habitus, & poſtea eruditiſſimus doctor, & Gymnaſta, ac celeberrimus ſcriptor, ac demum inſignis Epiſcopus Segobienſis dignitate perilluſtris & Reuerendiſſimus, ſcripſit [a] quod a nobis ieiunius eidem prælectum, erudite, curioſe ac copioſe ditauit.

28 Proteſtatus igitur nullum vnquam ſcriptorem, nec ipſum qui omnes alios in hac re ſuperauit, nec me hactenus penitus in ea mihi ſatisfeciſſe, & ſperans nunc omnibus & mihi ſatisfacere, precibus glorioſiſſimæ Mariæ Magdalenæ, cui dies hic ſacer eſt, fretus, dico primo diſtinguendum eſſe, an agatur de reſtitutione rei alienæ male acceptæ: vel male retentæ, eo tantum quod eſt aliena, aut de reſtitutione damni dati, intelligendo per damnum tam iniuſtam acceptionem, quam iniuſti detrimenti illationem, ac in priori quidem membro definiendum, quod res aliena regulariter domino eſt reſtituenda, ſiue ſit abſolutus dominus, ſiue diſpenſator duntaxat, quales ſunt prælati Eccleſiarum, [b] vt olim copioſe probauimus, [c] & nuper. [d] Per dominum autem intelligimus et illum, cuius cuſtodiæ eſt commiſſa res accepta, aut damnificata, quamuis ea ſit domini alterius, & conſequenter, quo ad hoc cenſetur dominus pignoris creditor, & depoſiti depoſitarius, in cuius poteſtate, aut cuſtodia eſt illud, & veſtis fingendæ ſartor, & veſtimenti lauãdi fullo, ſeu lotor, & rei commodatæ commodatarius: nam eis reſtituendum eſt, quòd ab eis acceptum fuerit, & non ijs, quorum ſunt. [e] Verum eſt tamen, quod in foro conſcientiæ veris dominis reſtitui poſſunt, [f] adhibita neceſſaria cautione, ne prædicti cuſtodes damno denuo reſtituendi afficiantur, aut alia moleſtia, neve incurrant in iacturam exiſtimationis fidelitatis, diligẽtiæ, aut probitatis, & modo illud ſine ſcandalo, & ſine alterius iniuria fiat, maxime autem hoc fieri poteſt, quando aliquis prædictorum habetur ſuſpectus, quod non reſtituet domino, aut non ſine magna difficultate, aut damno, quia eſt fur, aut ver-

[a] *In §. 2. p. 2. c. peccatũ de regu. iur. lib. 6.*
[b] *cap. ſi 16. q. 1. & c. pa ſtoralis de donat.*
[c] *In c. 1. & c. eum ſecũdũ de preb.*
[d] *In tract. de redit. ecclę. ſuper d. c. ſi. 16. q. 1. & in Comment. c. non liceat Pape. 12. q. 2.*
[e] *Arg. l. cuius, et l. ſuis & l. itaque fullo i prin. §. ſed et ſi res pign. ff. de furt.*
[f] *Arg. d. l. bona fid. & not. in cap. in literis de reſt. ſpol.*

verſutus, aut opulentus, aut prodigus, aut alia ſimili praua qualitate affectus, iuxta omnium ſententiam. Imo in iſtis caſibus domino reſtituendum eſſe videtur, niſi timeatur aliquod damnum perſonæ, honoris, aut moleſtia, vt recte ſentit Sotus. [a]

29 Dixi, *Regulariter*: quia nonnunquã alteri eſt facienda. Primo, cum dominus eſt furioſus, prodigus, aut habet torem, aut curatorem. [b]

Secundo, quando prælatus eſt diſſipator, qui diſperdit bona Eccleſiæ ſecundum Caietanum, [c] & alios recentiores, iuxta quos non eſt ei reſtituendũ, ſed in utilitatem Eccleſiæ conuertendum. Nobis tamen videtur, quod ſi prælatus non eſt ſuſpenſus, nec ei coadiutor datus, & quod reſtituendum eſt, ſunt fructus & prouentus, quorum ille eſt legitimus diſpenſator, illi eſt reſtituendum: [d] quia nullibi contrarium ſtatuitur, & etiam quando id quod eſt reſtituendũ, ad ipſa bona Eccleſiæ pertinet, quę ipſe non poteſt, nec debet ſine cauſa alienare, quia non eſt textus, qui ad aliud obliget, quamuis in hoc caſu melius eſſet ex eorum ſententia facere, adhibita tamen cautela: ne alia inconuenientia conſequerentur.

Tertio, quando ignoratur dominus cui reſtituendum, adhibita diligentia, de qua infra. [e]

Quarto, quando eſt longinquus, aut in tali loco, vt ad eũ mitti nõ poſſit, aut non ſine magno periculo aut ſcandalo, tunc reſtituendum eſt Ieſu Chriſto Domino noſtro, hæredi omnium incertorũ vniuerſali, [f] vt diximus [g] diſpertiẽdo illud pauperibus eius, aut alijs pijs operibus, quia hoc conſentaneum legi naturali videtur, & ſignificat cap. cum tu: [h] cuius autem impenſis mittendum ſit, quando poterit, ex dictis [i] colligitur.

Quinto, acceptum a fure, quamuis ipſius non ſit, reſtituti poteſt, & debet eidem, quo ipſe poſſit, vt debet reſtituere illa domino, cui furatus fuit, niſi ceſſantibus alijs incommodis, præſtaret domino, aut cui fur tenetur reſtituere, iuxta Sanctum Antoninum, [k] vt proximè diximus.

Per quod reſpondetur affirmatiue ad quæſitum. An ſatisfiat reddendo acceptum a fure ei, cui ipſe mandauit? quia paria ſunt reddere alicui, vel de eius mandato alteri. [l]

30 Hactenus de priori membro, id eſt, quoad obligationem reſtituendi rem alienam. Quo ad poſterius vero membrum, id eſt, obligationem reſtituendi damnum datum, dico quatuor.

Primum, quod damnum datum alicui contra ſuam voluntatem, vt datum per furtum, rapinam, vim, aut metũ, ſaltem reuerentialem ad id ſufficientem, per aſtutiam, dolum, vel accipiendo, ne faceret aliquod damnum iniuſtum, reſtitui debet damnificato per tales malos actus, ſecundum Innoc. Panor. & cõmunem. [m] Per metum autem intelligo, quo ad forum conſcientiæ, non ſolum illum, quem Iuriſconſulti appellant iuſtum, & cadentem in virum conſtantẽ, [n] ſed etiam minorem, talem, tamen, qui ſic fuit cauſa dandi vel accipiendi, quod niſi interueniſſet, non fuiſſet datum, vel acceptum: quoniam tam canones, quam leges requirentes prædictum iuſtũ metum reſpiciunt forum exterius, in quo ſi daretur reſciſſio actuũ ob leuem metum, omnium fere peteretur reſciſſio: & ita Reſpub. litibus redundaret, contra intentionem iuris. [o] Quæ deſumuntur ex mente Hoſtien. & Ioan. Andrea, [p] ex verbis Adrian. [q] & ex Soto. [r]

Addidi tamen vltra alios: *Talem tamen, &c.* quia eatenus tantum erit inuidus actus per metum leuem factus in foro conſcientiæ, quatenus ille fuit cauſa, ſaltem ſine qua actus factus non fuiſſet. Arg. cap. fin. & ibi not. de iniur. & in cap. filius, §. illud de pœnit. lib. 6. & per gloſ. in verb. ſimplici fauore.

Secundo dico, quod acceptum iniuſte de voluntate dantis, ita quod turpitudo verſetur ex vtraque parte, non eſt reſtituendum ſaltem regulariter vlli de præcepto, quod etiam in editione vulgari affirmauimus cõtra communem, quæ vſque ad illam nobis ſemper placuit, ſed tunc re altius perpenſa, ſecuti fuimus S. Anton. [s] Moanald. [t] Angel. [u] & Sylueſtr. [x] Pro quo facit primo, quod nulla eſt lex diuina, nec humana ſecularis, neque canonica, qua hoc iubeatur, & ita non eſt dicendum. l. illam. C. de collat. cap. legatur, 13. quæſt. 3.

Secun-

a *Lib. 4. q. 7. ar. 1. de iuſ. & iur.*
b *l. pupil. ff. de ſol. §. furioſos. §. pupillos Inſti. de iniur. l. ſtipul. l. obligari. ff. de auct. tuto.*
c *In ſum. verb. reſtit. cap. 4.*
d *Arg. not. in c. ueritatis de dolo, & cõt. et in c. uenerabili, de offi. de leg. & c. fi. & c. peruenit. de fide inſ.*
e *Eodem. c. nu. 170.*
f *Cap. 1. ad Heb. ca. quo iure 8. diſt.*
g *In ca. nouit, de iud. nu. 3. &* 8.
h *De uſur. c. qui habetis 14. q. 5:*
i *Inf. n. 44.*
k *2. par. tit. 2. c. 1. §. 4. p quo facit. l. bona fides, ff. depoſi. & Sylu. uerb. reſti. 4. q. 1.*
l *Argu. l. 1. & l. inter cauſas, ff. mandat.*
m *Inc. quia plerique de immu. eccl.*
n *In l. metũ ff. quod met cauſ.*
o *In l. propeandum C. de iudic. & c. fi. litibus de dolo, & contum.*
p *Et c. uerũ de iureiur.*
q *In 4. dere ſtit. c. aggredior. ver. ex quib. omn.*
r *q. 7. de iuſtit. & iur. lib. 4.*
s *par. 2. ca. 5. in prin.*
t *verb. reſti tutio. 2.*
u *Verb. reſt. uer. turpe.*
x *Verb. reſt. 2. & uerb. eleemoſ. q. 4.*

Secundo, quod leges [a] & canones hu ius materiæ ſtatuunt quidem id, quod propter delictum datur, repeti non poſſe, neq; quod ob delictum promittitur, peti: ſed non præcipiunt acceptum ob delictum eſſe alicui reddendum.

Tertio, quod eſt regula Veuecelli, re cepta a S. Anton. [b] Angel. [c] & Sylueſt. [d] & ab alijs quamplurimis, quod reſtitutio, quæ non eſt facienda alicui certæ p ſonæ, ſed pauperibus, non debetur ex præcepto, ſed ſolum ex cõſilio, quod recte limitat Sylueſter, [e] vt procedat in eo, quod numquam alicui perſonæ, nec alicui collegio debitum fuit, cuius defectu pauperibus erogari præcipitur, nec his relictum, nec donatum fuit, nec per legem præcipientem, nec ſententiam ſpecialem adiudicatum. Cum igitur iuxta communem in hoc caſu reſtitutio pauperibus, & non parti facienda ſit, conſequens eſt, quod non eſt de præcepto.

Quarto, quod quando malum, ob qđ datum fuit, non conſequitur, vt ſi datũ eſt iudici, quo inique iudicaret, & recte iudicauit, & Epiſcopo, quo ordinaret, aut beneficium conferret, & nec ordinauit, nec beneficium contulit, datori, & non pauperibus reſtituendum eſt, vt doctiſſimus Medina [f] efficaciter probat.

31 Quinto, quod vt mox dicemus, me retrix non tenetur de prẽcepto reſtituere id, quod pro mercede proſtibuli accipit, & neque aliæ mulieres ſolutæ, coniugatæ, vel ſacræ: & tamen ſaltem quo ad forum cõſcientiæ, in omnibus eis turpitudo verſatur ex vtraque parte, vt ſtatim efficaciter probauimus: ergo, &c.

Non obſtat primo argum. Adriani, quo ſic in effectu argumentatur, qui accipit aliquid, vt faciat bonum, quod prẽcipitur facere, tenetur ad reſtitutionẽ, vt iudex qui accipit aliquid, vt recte iudicet, & fur ne furetur amplius, & depoſitarius, vt reddat depoſitum. [g] Ergo a fortiori qui accipit aliquid, vt faciat malum, quod tenetur non facere. [h] Non, inquam, hoc argumentum obſtat: quia ſolui poteſt negando, maiorem eſſe neceſſitatem reſtituendi acceptum ad malum patrandum, quam acceptum ob bonum debitum faciendum: quia non eſt etiam tanta. Tum quia, qui dat alteri, vt bene ſuo officio fungatur, nõ peccat, & dat quaſi coactus: quia videt, aut timet, quod niſi dederit, accipiens nõ eſt bene officio ſuo functurus. At qui ob maleficium patrandum dat, peccat, & ſine ſimili timore dat, & ideo non eſt ei reſtituendum. Tum quia, qui accipit, vt quod debet facere faciat, accipit aliam mercedem vltra illam, quam habet ad officio ſuo fungendum: & ideo non debet illud retinere tamquam indebite datum, in quo reſtitutio fit danti. [i] Tum quia, qui accipit, vt quod debet facere, faciat, non remanet in conſcientia obligatus ad aliud: qui autem accipit ob maleficium, eo ſecuto, communiter tenetur ad reſarciendum damnum per illud datum. Tum quia communis fatetur, eum, qui ob maleficium accipit, nõ teneri ad reſtituendum danti, ſed pauperibus, & alijs pijs operibus: & ita debet fateri, quod hæc obligatio reſtituendi degeneret a propria reſtituendi ratione, qua res in primo ſtatu reponitur: & conſequenter debet fateri, non reperiri in hoc caſu tantam rationem reſtituendi, quantam in altero, in quo reſtitutio fit ipſi danti per prædictas leges. Tum quia idem Adrianus, [k] poſt Angel. [l] fatetur. quod ex mente S. Auguſtin. [m] is, qui ob maleficium accipit, ſatisfacit reſtituendo pauperibus, aut ei, qui dedit, aut cui maluerit, ſaltem ante quam qui male dedit facultate recipiendi in ſui peccati pœnam priuetur: qui tamen aſſerit id, quod accipit, vt fiat qđ debetur, ſoli danti eſſe reſtituendum: & per conſequens debet fateri ſtrictiorem eſſe obligationem reſtituendi acceptũ ob bonum, quod debet facere, quam obligationem reſtituendi acceptum ob maleficium patrandum. Per quæ omnia & ſingula argumentum Adriani cla re diſſoluitur.

32 Non obſtat ſecundo illud quod plurimum vrgere videtur: nempe quod titulus, quo aliquid ob maleficium datur, eſt ipſo iure nullus, [n] ergo qui accipit ob maleficium, ſine vllo iure tenet, & conſequenter iniuſte, & tenetur reſtituere, vt fur vel raptor: quia tenet alienum inuito domino. [o] Non, inquam, hoc obſtat: tunc quia licet pactum, vel conuentio, qua quid ob maleficium datur, non valeat in illa forma, quam par-

tes

a l.vbi.cũ l.ſeq.ff.de cõd.obturp. cauſ. ca.in pari delicto de reg.iur. libr.6. l.iuriſgẽ.§.ſi ob malef.ff.de pact.

b Vbi ſupr.

c Verb.reſt. i.verſ.turp.

d verb.reſt. 2.q.2.

e Vbi ſupr.

f In C.de reſtit.

g l.2.3.4. & vlt.ff.de condict. ob turpẽ.cauſ.

h Arg.authen.multo magis C.de ſacroſ.eccl. ca.cum incunctis. de electio.

i Per prædictas leg. & l.1.& tot.t. ff.de condit. indeb.

k Vbi ſupr. q.19.ſub fi. l verb.reſt. 2.§.4.

m In c.non ſane, 14.q. 5. & epiſt. 54.ad Macedon.

n l.iuriſgẽ. §.ſi ob malef.ff.de pactisl.generaliter. ff.de verb. oblig. cũ ſtrobic. per gloſ.& doct. citatis in ca.fin.de pact.

o Arg.c.ſape.de reſtit. ſpol. & c.ſi res 14.q.6.

tes ſolæ prætendunt facere: valet tamẽ vt donatio quædam virtualis, vel vt qui dam actus habendi pro derelicto, quod lex in pœnam male dantis interpretatur taliter male dantem habere id pro derelicto[a], vel pro donato ad hoc, vt ei non debeat neceſſario reddi, vt alta mente dixit Anton. relatus ibi a Panorm. [a] Ex quibus colligitur non eſſe paria, quod huiuſmodi accipiens, nullo penitus titulo precedente accipiat, & quod accipiat prædicto qualiquali & turpi titulo precedente: nam in priori daretur conditio ſine cauſa, vel indebiti, vel rei vendicatio. [b] In ſecundo autem nulla conditio habet locum. [c]

a In c. quia plerique, de immun. Eccleſ. & probatur per l. 2. 3. & 4. ff. de condi. ob turp. cauſ.

b Iux. tit. de condic. ſine cauſ. & condict. indeb. & de rei vendic.

c Per præfatas leges & per leg. tit. ff. pro derelicto.

Non obſtat tertiò, quod acceptũ per ſimoniam non poteſt iuſtè retineri, [d] cum tamen ex vtraque parte verſetur turpido, [e] reſponderi enim poteſt primo, ſecundum aliquos, quod illud cap. non agit de vera reſtitutione rei acceptæ: quia non iubet reſtitui danti, ſed Eccleſiæ iniuriam paſſæ. [f] Nec videtur neceſſario reſtituendum eſſe Eccleſiæ: nam S. Thomas quem ibi alij non citãt, [g] determinat, ſatis eſſe, quod reſtituatur pauperibus. Sed contra ſolutionem hanc faciunt verba illius capitis quibus adſtruitur, non poſſe illud ſine graui ſalutis periculo retineri: & ita concludit neceſſario eſſe reſtituendum proprie, vel improprie aliquibus. Alij reſpondent, quod diſpoſitio illius capit. continet pœnam, quæ non debetur in foro conſcientiæ ante iudicis condemnationem. [h] Sed hæc reſponſio eodem modo refellitur, quo prior: quare reſpondendum eſt, cap. illud continere quiddam ſpeciale in illo crimine propter ea, quæ ibi notantur, & melius colligi poſſunt ex vtroque Thoma [i] & Medina, [k] & Soto, [l] ſcilicet, quod ibi acceptum fuit [p] ſpiritualibus, quæ nullam æſtimationẽ habent, vt ait Medina; aut quia neceſſario gratis dari debent, vt ait Sotus. nã etiam continet ſpeciale in eo, quod mã dat reſtitui eccleſiæ iniuriã paſſæ: quãuis dicant aliter S. Thomas & Sotus, [m] quod an fecerint per inaduertentiam, dicam infra, [n]

d Ca. de hoc de ſimonia.

e Iux. extra uag. 2. de ſimonia.

f Vt Felyn. poſt alios ibi tradit.

g Vbi ſupr.

h Iux. gl. ſolemnem in ca. fraterni tatis 12. q. 2

i 2. 2. q. 23. art. 7.

k C. de reſtit. q. 20.

l lib. 4. q. 7. art. 1. de iuſtit. & iur.

m vbi ſupr.

n Capi 23. num. 11.

33 Tertio principaliter dico, quod dãnum iniuſte datum per acceptionẽ iniuſtam ab eo, qui iuſte dedit, ita vt turpitudo ſit ex parte accipientis tantum reſtituendum eſt dãti ſiue damnificato, [o] quod Adri. [p] copioſe probat. De hoc numero ſunt iudex, lictor, Notarius, Milites, & eorum Duces, & alij, qui ratione ſui muneris publici plus ſuis ſtipendijs decretis accipiunt, & omnes alij, qui ad faciendum id, quod debent, aliquid accipiunt: puta, qui accipit, quo non furetur, in iuriam non inferat, quo recte iudicet, aut recta teſtificetur, aut ſuũ domino ſuo reddat, aut quo faciat, vel facere prætermittat alia ſimilia, ad quæ tenetur. [q] Hoc tamen moderatur Sotus, [r] vt ſolum procedat in his, qui accipiunt ad faciendum illa, ad quę iuſtitiæ legibus obligantur, non autem in accipientibus ea, ad quæ legibus aliarum virtutum tenentur: qualis eſt, qui aliquid accipit, quo non fornicetur, quo Miſſam audiat, quando tenetur.

o Ca. 1. non ſane. 14. q. 5.

p Vbi ſup. q. 19. col: 4.

q Per l 2. ff. de condi. ob turp. cauſ. et alia q̃ affert Adr. vbi ſupra.

r Lib. 4. q. 7 art. 1. de iuſtit. & iur.

Sed contra moderationem hanc facit. Primo, quod videtur eſſe noua, & quod nullo textu iuris, neque vlla efficaci ratione neceſſario probatur. Deinde, quod l. 2. [s] habet, repeti poſſe id, quod datur alicui, ne ſacrilegiũ faciat: & conſtat legem, quæ vetat ſacrilegiũ, eſſe legem pertinentem ad religionem, vt S. Thomas receptus docet [t] ſecundũ quem eundem, [u] religio eſt diuerſa virtus a virtute iuſtitiæ. Tertio, quod glo. [x] ait, repeti poſſe id, quod datur alicui, ne fiat meretrix, & conſtat meretricium eſſe contra legem caſtitatis & temperantiæ, & non contra leges iuſtitiæ.

s ff. de cõdi. ob turpem, cauſ.

t In 2. 2. q. 99. ar. 1. & 3.

u Vbi ſupr.

x Cum quæ tranſeunt omnes in l. 4. eiuſd. tit.

Quarto, quod eadem lege [y] cauetur repeti poſſe id, quod datur furi, vt indicet ſocium furem, ad quod potius videt teneri lege caritatis, quam iuſtitiæ.

y §. fin.

Quinto, quod datur ab eo, qui eſt ineptus militiæ deligenti milites, vt eum excuſaret a tirocinio, repeti poteſt, [z] & tamen delecturus milites tenetur ad bene deligẽdum legibus militaribus, quę potius pertinent ad fortitudinem, quã ad iuſtitiam ſpecialem, ſaltem commutatiuam, .

z l. quod euitandi. C. de condi. ob turp. cauſ.

Sexto, quod eadem ratio turpitudinis videtur militare in eo, qui capit aliquid, vt faciat quod tenetur facere legibus aliarum virtutum, ſicut in eo, qui accipit, vt faciat quod tenetur facere lege iuſtitiæ. Turpitudo enim conſiſtit in

in eo, quod accipit mercedem pro eo, quod ſine mercede tenetur facere, quæ ratio peræque militat in omnibus, qui debito legali tenentur.

Septimo, quod qua ratione repeti pōt datū alicui, ne ſacrilegium faciat, eadē vī repeti poſſe datum alicui, ne parentes deſpiciat, ne impediat, ſiue rebellet magiſtratibus, & ſuperioribus, & ne ſit mendax, & ne vindicet ſe indebite, aut ne alia id genus delicta perpetret, cum omnia hæc ſint debita proximo legibus virtutum potentialium iuſtitiæ, ſicut ſacrilegium per leges religionis. Quare moderationem Soti arbitror ſolum tenendam in his qui accipiunt, vt faciant id, ad quod tenentur ſolo debito honeſtatis morali, & non debito legali: quale eſt, debitū virtutis, liberalitatis & virtutis gratiæ, vt plurimū. Arbitror aūt eſſe verum, quod prædictus Sotus ait: [a] videlicet, eum qui accipit aliquid, ne male faciat, ſiue vt faciat, quod tenetur facere, non teneri ad reſtituendum in foro conſcientiæ, donec qui dedit repetat illud: quia poteſt tenere illud ex quodā dantis conſenſu, donec repetierit ſaltē extra iudicium. Pro quo facit, quod lex nō prohibet translationem dominij rei datæ, ne maleficium fiat, ſed tantum cō cedit condictionem, quæ eſt actio perſonalis: quales ſūt omnes cōdictiones. [b]

Per quam rationem facile reſponderi poteſt, etiam eis, quibus contrarium tenet Fortunius, [c] quem ſequitur prædictus Didacus. [d]

34 Ex quibus infertur, quod reſtituere tenetur acceptum ob teſtimonium, quod ferre tenebatur, ſicut & iudex, qui capit, vt ferat ſententiam, vt diximus. [e]

Secundo infertur, quod hæc conſequentia regulariter valet, is tenetur ali quid gratis facere. Ergo turpiter accipit aliquid quo faciat illud. [f] Eadem ratione valebit illa argumentatio. Is poteſt accipere pecuniam, quo hoc agat in mercedem illius actionis. Ergo non tenetur id gratis facere.

Dico quarto principaliter, quod acceptum a meretrice ob turpem cauſam fornicationis, non eſt neceſſario reſtituendum, etiam in foro conſcientiæ. In qua concluſione fere omnes tam Theologi, quam Canoniſtæ & Legiſtæ conueniunt, [g] & S. Thom. [h] & Palud. & alij. [i] ſed ratio nulla redditarum a prædictis ſatis facit. Non quidem prima Iuriſc. [k] quam etiam ad literam ſequitur Sanct. Thom. [l] videlicet, quod meretrix licet turpiter faciat eo, quod ſit meretrix, nō tamen turpiter accipit, cum ſit meretrix. Non inquam, ſatisfacit illa ratio. Tum quia videtur ſibi repugnare, cum præſupponat turpe eſſe meretrici, & non eſſe turpe mercedem pro meretrico capere, cum l. 2. [m] probet ideo turpiter accipere quem aliquid, vt hominem occidat: quia turpe eſt hominem occidere, & turpe eſſe accipere, vt ſacrilegium faciat, quia turpe eſt ſacrilegium facere. Et l. 3. habet turpiter accipere iudicem, vt inique iudicet, qa turpe eſt iniq; iudicare. Et l. 4. turpe eſt accipere, vt ſtuprum faciat, quia turpe eſt ſtuprum facere. Cum igitur dicat eſſe turpe meretricari, cogetur etiam dicere eſſe turpe propter meretricium accipere. Nec credo Iuriſconſultum poſſe defendi, niſi per æquiuocationem, dicendo quod cum ſentit turpe eſſe meretricari, intelligit de turpitudine vera iuris naturalis quod ipſe nouit, licet diuinum, contra quod etiam eſt, ignorauerit, ſecundum communem doctrinam, [n] & S. Thomam [o] & Ioann. Maiorem. [p] Cum autem ait non turpiter accipere, ſentit de turpitudine iuris humani, qđ permittit meretricari. Quod ſi quis ita defenderit Iuriſconſultum vt defendendus eſt, cogetur dicere, quod iure naturali & diuino, ſicut turpe eſt meretrici, ita etiam erit turpe pro meretricio aliquid accipere. Et cum in foro conſcientiæ ius naturale & diuinum ſint neceſſario ſeruanda, [q] cogetur conſequenter fateri, quod in illo foro vtrumque eſt turpe, & meretricari, & ob meretricium aliquid capere, & ita ratio illa nō ſatisfacit quo ad forum conſcientiæ, licet ſatisfaciat quo ad forum exterius, in quo impune licet meretricari.

Secundo ideo non ſatisfacit præfata ratio, quia concludit neceſſario vnum falſum, ſcilicet, eſſe veram opinionem Cyni, & Angeli, [r] Antonij, Panormitani, & communis, [s] videlicet, quod acceptum ob fornicationem a mulieribus ſolutis clam fornicantibus, eſt neceſſario

a *Vbi ſupr.*

b *Vt notatur in rub. de condict. indeb. et alibi ſæpe.*

c *In l iuriſgent. §. ſi ob maleficium ff. de pact.*

d *Vbi ſupr.*

e *In repeti. c. inter uer. 11 q. 3. concluſ. 6.*

f *Iuxt. gl. l. 4. §. fi. ff. de condict. ob turp. cauſ. putatā, ſingular. ibi a Iaſ. cui ſimil. gloſ. in c. qui cū ſure & fur. ubi late Anan.*

g *Vt uidere eſt apud ſcribentes in l. 4. §. ſed & quod meretrici. ff. de condict. ob turp. cauſ. h 2. 2. q. 32. art. 7.*

i *In 4. libr. ſent. diſt. 15. & ſuper gl. cōmuniter receptam in ſumma, 14. q. 5. & quos latius citat prædictus Reuer. Segobienſis ind. cæ. peccatū de reg. iur. lib. 6. parte 2. §. 2.*

k *In l. 4. §. ſed & quod meretrici. ff de condi. ob tu. p. cauſ. l Vbi ſupr. & oēs alij poſt eum.*

l *Eiuſdem tit.*

m *Glo. in cl. ad noſtrū, 1. de hæret.*

n *2. 2. quæſt. 154. art. 4.*

o *In 3. lib. ſenten. diſt. 27. q. 29.*

p *Cap. ſunt quidā. 25. q. 1.*

q *In l. 2. C. de condi. ob turp. cauſ.*

r *In c. quia plerique de immu. eccl.*

s

rio

rio reſtituendum,& magis id,quod accipitur a coniugatis,& monachis ob eãdem cauſam,non minus, quod accipiũt mares, præſertim clerici, & religioſi a fœminis, eo quod libidini earum inſeruiunt,quia ratio prædicta, quæ nititur permiſſione legis humanæ, ceſſat in illis omnibus præſertim coniugatis, monachis vtriuſque ſexus, & clericis, quoniam etiam in exteriori foro hi omnes puniuntur per leges. [a] Cuius tamen cõtrarium eſt verum, vt tenet Henricus Boic. [b] Cui conſonat vſus confeſſariorum, vt in editione vulgari tenuimus hic, [c] quibus in locis nunquam fuerũt mihi copiæ ſufficientes ad reſpondendum huic argumento: & ita nec propoſui illud,nec reſpõdi, & miror quod cũ illud grauiter propoſuiſſent Cyn. Anton. Panormit.& qui ſequuntur eos,nemo tamen noſtrum,qui contrarium tenemus,ei iuſte ſatisfacit, nec certe ſatis fieri poteſt, niſi alia ratio addatur ratio ni prædictæ Iuriſconſulti.

35 Non etiam ſatisfacit ratio Adriani,videlicet, quod meretrix nil accipit alienum inuito domino. Tum quia illi tam eſt locus in omnibus alijs delictis, in quibus alicui datur ſponte aliquid, vt delinquat,quam in meretricio. Cuius tamen contrarium tenet ipſemet Adrianus & communis, quæ cõtrarium noſtri prædicti tertij dicti tenet. Tum quia Iuriſconſultus ſignificat hoc eſſe ſpeciale in meretricio, per illa verba. *Noua ratione.* Ratio item Caietani [d] videlicet, quod vſus meretricis eſt materia vendibilis,& non rei ſacræ,quam Sotus & recentiores magni facere videntur,licet aliqua ex parte ſatisfaciat,quo ad ponendum differentiam inter acceptum ratione criminis ſimoniæ, & acceptum ratione meretricij, quo ad quam aſtruendam,eam ille reddit nõ tñ ſatisfacit,quo ad alia,nam æque,imo magis vendibilis eſt opera eius,qui ſe locat ad militandum in bello iniuſto, ad duellũ committendum, & ad fuſte cædendum, vel occidendum alium,quam opera meretricis ad explendum libidinem, volentis cum ea rem habere,ſi quidem palam & paſſim conducuntur, vel emũtur operæ lictorum, quos vulgus Hiſpanũ *borrea*,vel *verdugos*,& Italum,*boia*, ſiue *manigoldo* appellant, & lex [e] dicit de locantibus operas ad pugnandum cum beſtijs, & idem facit. [f] At ipſemet Caietan.& prædicti,qui eum ſequuntur,negãt idem eſſe in alijs delictis in quibus ex vtraque parte verſatur turpitudo, ergo illa non ſatisfacit.

Ratio vero, quam prædictus Segobiẽſis,ſecutus aliquot alios ſentit:videlicet, quod lex permittit,& facit iuſtam operam meretricis,non tamen alias prædictorum operas,non poteſt defendi:tum quia ipſimet affirmant acceptum a mulieribus quæ non ſunt meretrices, licet ſint coniugatæ & monachæ,non eſſe reſtituendum:& conſtat,nulla lege etiam humana, earum in hac re operas iuſtas fieri, tum quia lex naturalis & diuina quæ neceſſario eſt ſeruanda in foro cõſcientiæ, damnat illam,nec vlla lex humana eam poteſt quo ad illud forum iuſtificare, [g] tum quia ſequeretur, quod acceptum ob operam pugnandi aduerſus feras, cum probabili vitæ periculo, non diceretur turpiter acceptum,ſecundum leges humanas, & alias aliarum gẽtium,quæ id probant,aut certe permittunt,iuxta prædicta, [h] quod tamen videtur eſſe contra mentem eorũdem: quod idem eſſet dicendum de opera conductorum ad duella, vbi permittuntur, & ad furta,vbi ea non puniuntur, quod tamen eſt contra l.2.& 3.

36 Quare omnibus omnium dictis ruminatis,aſſerenda arbitror tria. Primũ, quod nulla eſt differentia quo ad forum conſcientiæ in quo lex naturalis & diuina neceſſario ſeruanda eſt,inter acceptum ob operã meretriciam ab vna parte, & ob operas ad alia maleficia,in quibus vtrinq; turpitudo verſatur, ab altera,quia in omnibus datur, & accipitur, cõtemplatione maleficij damnati & punibilis in illo foro, & in omnibus æque voluntarie datur, & in omnibus æque admittitur turpitudo ab vtraque parte, quoad illud forum

Secundum, quod ratio ſolida & vera, quare acceptum ob operam meretriciã, non eſt reſtituendum,eſt,quod acceptũ voluntarie ab alio ita vt ab vtraque parte admittatur turpitudo, nulli eſt de pcepto reſtituendum iuxta concluſa ſupra [i] contra Palud. Adrianum, & alios [k] multos

[a] *Tit.ad l. Iul.& adul. ff.& C.et c. 1.& 2.de adult.& l. vnica C.de raptu. Vir. & 17.q.2. per totam.*

[b] *In c.peruenit.de adult.*

[c] *Et in d.c. peccatũ. & in c.1.& 2. de adult.*

[d] *In 2.2.q. 32.art.7.*

[e] *l.1.§.remouet ff.de poſtul.*

[f] *l.in arenam. C.de inoffi. teſt.*

[g] *Arg.cap. erit autem lex.4. diſt. & c.fin. de præſcript.*

[h] *In l.1.§. remouet.ff. de poſtula. & l.in arenam cum ei adnotat.C. de inoffi.teſtam.*

[i] *ff.de condic.ob turp. cauſ.*

[k] *In 2.diſt.*

multos pro D. Anton. Monal. Angel. & Sylvest. ibi citatis.

Tertium, quod verus intellectus §. supra citati, [a] colligitur ex supradictis in confutatione primæ rationis, videlicet, turpe esse meretricari iure naturæ, non tamen iure humano: ideo licet meretrix turpe faciat, attento iure naturali, quod est meretrix, non tamen turpiter accipit mercedem, attento iure humano, quod permittit, eam esse meretricem, & ita ille §. solum habet locum quo ad forum & territorium, in quibus opera meretricis est permissa, & non quo ad fortum & territoriū, in quo illa est dānata, & punitur, quale est forum conscientiæ: & consequenter meretrix quo ad forum conscientiæ, in quo eius status damnatur, non minus peccat accipiendo mercedem, pro illa opera fœda, quā qui accipiunt mercedem pro operis locatis ad occidendum, ad (vt ita dicam) duellandum, & iniuste bellandum, ac alia huiusmodi, nec consequenter in illo foro tenetur minus ad restituendum, quam illi. Sed quia illi per conclusa in præfato dicto secundo non tenentur de præcepto, sed de consilio tantum ad restituendum: ita nec ipsa tenebitur de præcepto, sed de consilio tantum restituere, quæ est conclusio communis, & antiqua speciali & noua ratione efficaciter fundata.

37 Ex quibus tribus dictis, & eorum fundamentis infertur primo, quod prædictus §. [b] habet locum non solum in meretrice, sed etiam in omnibus alijs, qui operas suas locant, aut accommodāt eis rebus, que permittuntur in foro exteriori, licet damnētur in interiori; qualia sunt multa quæ permittuntur, [c] in spectaculis carnispriuij, & aliorum festorum, & in hastiludijs, torneamentis, choreis, &c. Quales item erant pugnæ, quas Romani permittebant cū feris, ad quas qui locabant operas, licet fierent infames, vt sunt meretrices, tamen permittebantur, & non puniebant plus quam illæ, & accipiebant suarū operarum pretium, non secus quam illæ, [d] quæ est cōclusio quotidiana cōprehendens innumeros, qui conducunt operas ad multa ludicra, quæ sunt saltem peccata venialia, & ita damnata in foro interiori, sed quia nō sunt damnata in exteriori, quo ad mercedem accipiendam, & retinendam, æquantur meretricum operis.

38 Secundo infertur, opinionem doctissimi Ioann. a Medina. [e] quam prædicti Didacus & Sotus penitus carpunt, esse veram, qua parte ait peccare meretrices accipiendo mercedem tamquam debitum operæ suæ fornicariæ, tum quia accipere mercedem pro opera occidendi aliquem iniuste, vel furandi, vel infamandi, vel aliquod aliud delictum faciendi est peccatum, secundum omnes, & nō alia ratione, quam quia occidere, & alia prædicta facere, est peccatum. Ergo & accipere mercedem pro fornicandi opera est peccatū, cum illa opera sit talis in foro conscientiæ tū quia in confesso est, quod assassinus, & quiuis alius locans operas suas ad committendū peccata, & accipiens mercedem ob eas peccat, tum quia licet non concludat quod opera meretricis sit inuendibilis, eo qđ est peccatum, & peccata nullius pretij sint, imo nihil, iuxta illud, [f] *Sme ipso factum est nihil*, ideſt, peccatum, eo quod, vt respondet Sotus, licet opera illa fœda meretricis, quatenus est peccatum nullius sit pretij, quatenus tamen est res q̄dam humano vsui accōmodata, pretio æstimari potest. Licet, inquam, argumētum Medinæ non concludat, operam illam de se, & in genere entis esse inuendibilem, concludit tamen esse inuendibilem in genere moris, & actus intrinsece mali, pro quo nihil iuste posse ꝓmittit, dari, vel accipi, sancitum est ab omnibus iuris vtriusque auctoribus. §

39 Nec vsquam inuenies textum, qui significet licere accipere pretium pro opera peccandi, vel peccato cooperādi, excepta vna meretrice, quo ad forum exterius, quia quo ad illud non peccat, nec punitur, & eius opera pro impunita reputatur, tum quia non est bona consequentia, qua Sotus vtitur, scilicet opera meretricis, quatenus est opera, & quidā actus vsui humano accommodus, est ali cuius pretij & æstimabilis, ergo pro ea aliquid accipi potest, quoniam omnis opera exterior, qua peccator operatur peccatum, vt plurimum est talis, & tamen nullus vnquam Catholicorum, qđ sciam, dixit licite posse pro ea, saltem,

quan-

a Sed & q meretrici.

b Sed & q meretrici.

c Iuxt. cap. denique 4. dist.

d Iuxt. præd. dictam. l. 1. §. remouet cum seq. ff. de post & l. in arenam. C. de inoffi. testam.

e In Co. de rest. q. 20.

f Ioā. 1. ex. posit. ab Augus.

g Vt videre est in l. iurisgentium, §. si ob malef. ff. de pact. l. 1. 2. & per totum. ff. de condict. ob turp. caus. & l. genera lit. ff. dever. oblig. & l. 1 ff. de recepta. & C. de cond. ob tur pē. caus. per totū tit. & cap. 1. de homicid. lib. 6 & in alijs innumeris locis.

quando eſt intrinſece mala, qualis eſt opera meretricia, capi aliquã mercedẽ.

40 Non oſtat, quod actus peccati conſideratus in genere entis eſt quoddam ens, & conſequenter quoddam bonum, & a Deo, vt diximus: [a] licet idem conſideratus in genere moris ſit nihil, & nullius pretij, quia omnia iura diuina, & humana reſpiciunt in eo magis id quod eſt in genere moris, quam quod eſt de genere entis, quæ ſunt inſeparabilia: & ita vetant abſolute, ne pro tali actu acci piatur, detur, vel promittatur aliquid excepta, vt dixi, vna fornicatione, & alijs ſimilibus actibus, qui licet ſint peccata in foro interiori, permittuntur tamẽ in exteriori, vt prædictum eſt: ſic in ſimili Caietanus ait, [b] quod licet actus conficiendi ſacramenta, & miniſtrandi illa ſit res temporalis, non tamen poteſt vẽ di; quia magis attenditur ſpirituale, qđ ſine illo non poteſt eſſe, quam ſubſtãtia illius. Per quod ipſum dictum Caietani ab omnibus receptum probatur, quod licet aliquid ſit in ſe vendibile: non tamen poteſt licite vendi, cum miſcetur inuendibili. Sic ergo actus delinquendi, licet ſit in ſe vendibilis, coniunctus tamen peccato, quod eſt inuendibile indiuiſibiliter, non poteſt licite vendi.

Tertio infertur, opinionem prædicti Medinæ non eſſe veram: qua parte ait, acceptum a meretrice in operæ ſuæ fedæ mercedem, eſſe in foro conſcientiæ reſtituendum: quia per concluſa efficaciter ſupra in dicto ſecundo, non eſt reſtituendum de præcepto id quod turpiter acceptum eſt a turpiter dante: at per prædicta, quo ad forum conſcientiæ nõ ſolum datur meretrici turpiter, ſed etiã turpiter accipitur ab ea, quia datur, & accipitur pro opera & actu, qui eſt peccatum, & non qualequale, ſed mortale, ſecundum fidem catholicam. [c] Ergo nõ eſt neceſſario reſtituendum, ſed retineri poteſt tamquam donatum, vel derelictum ab eo, qui dat, vt dixit Anton. [d] ſupra in dicto ſecđo relatus, & declaratus.

Quarto infertur, neceſſario idem dicendum eſſe quo ad forum conſcientiæ, de alijs fœminis, & maribus, cuiuſcumq; ordinis, qui ob fornicariam operam aliquid accipiunt, quod dictum eſt de meretricibus, & e contrario: quia ſicut illarum fornicatio eſt verita, & peccatum mortiferum, vt plurimum in vtroque foro, ſic harum fornicatio eſt verita, & peccatum mortale in altero ſcilicet conſcientiæ, ſecundum fidem catholicam, [e] & eo magis, quod meretrix non ſolum peccat infringendo non ſolum præceptum ſextum & nonum: ſed etiam vt plurimum infringendo octauum, quatenus vetat iactantiam, & actum gloriandi, & laudandi ſe de vita, de ſtatu, veſtitu, & artibus ad alliciendum alios in malum in turpibus, quod graue crimen eſſe pronunciatur. [f]

Quinto infeatur, partim verũ, & partim falſum eſſe, quod communiter aiũt gloſſæ a multis receptæ, [g] quatenus tenent promiſſionem de dando meretrici ob operam meretriciam non valere, nec ex ea poſſe agi. Per prædicta enim conſtat id eſſe verum quo ad forum cõſcientiæ: falſum autem quoad forũ exterius: & e contrario partim eſſe verum, & partim falſum, quod ait Bartolus [h] a multis receptus, ſcilicet promiſſionem prædictam valere: quia verum eſt, quoad forum exterius, falſum autem quoad forum interius.

Neque obſtant illa tria, quæ quidam hic opponit. Primum tenuiſſe me in Manuali Hiſpano, fœminas coniugatas, & Deo ſacratas peccare accipiendo turpe lucrum pro cauſſa turpis concubitus. Secundum, quod nunc omiſſa priore opinione teneo, poſſe quidem illas petere, & ſibi retinere: ſed non tamquam debitum legale, ſed tamquam debitum ex animo grato. Tertium, contrarium tenuiſſe Sotum, Caietanum, & Couarruuiam, quia reſpondetur primo, ſuperuacaneum fuiſſe notare primum, & tertiũ, cum ipſemet aſſeuerem ore pleno præfatam mutationẽ feciſſe, & diſcedere ab opinione præfati Soti, Caietani, & Couarruuiæ. Secundo, quod ipſe non videtur ſatis intellexiſſe mea diligenter ſcripta, nec ego ſua negligenter notata: quoniam confundit petitionem, & reſtitutionem: promiſſum & acceptum, forum interius & exterius: ius naturale male cognitum ab ethnicis, & idem bone cognitum a catholicis, obſcurat debitum legale & morale, & cauſam finalem, & impulſiuam, quę omnia ego diſtincte &

a *In Prael. 7. num. 14. & 11.*

b *In 2.2.q. 100. art. 2. ad ſecundũ dubium.*

c *Vt prædictum eſt.*

d *In c. quia plerique de immunit. eccleſ.*

e *Iuxt. prædictam clemen. ad noſtrum. de hæret.*

f *In ca. quã graue de exceſſ. prælat.*

g *In l. 4. ff. de cond. turp. c. et in l. eod. & affectionis. ff. de dona.*

h *In dic. l. 4. ff de condic. ob turp. cauſ.*

dilucide, & fortasse (absit iactantia) altius, resolutius, quam alius vnquam & distinctius declarauí, vt ex eorum contextu cum alijs omnium aliorum temporum collato, facile diligens & eruditus quisque lector colliget.

Sexto infertur, confessarios prædictarum mulierum, & virorũ impudicorũ, quibus ob impudicitiam aliquid promissum est, & nondum traditum, debere illis consulere, quod nos consuluimus cuidam, qui præcepto cuiusdam Magnatis, magnis promissis eius illectus, accepta parte eorum, occidit quendam, & ob id vertit solum in aliud Regnum, & querebatur, quod ille Magnas non soluit omnia promissa, & petebat illa. Consuluimus enim, vt caueret, ne peteret illa tamquam sibi debita iustitia legali: quia non erant talia propter promissionis nullitatem, & quia per talem petitionem approbaret peccatum, quod ante fecerat, & ita noue peccaret mortaliter, sed quod in literis, quas ei scriberet, & mandauit, quæ ad eum daret, cõfiteretur primum, agnoscere se nihil sibi propter illam operam illicitam præter ipsum infernũ, de iustitia deberi: & ita nil se petere ob eam, tamquã debitũ legale: sed supplicare illi, vt misereretur eius necessitatis & indigentiæ, & dignaretur mittere illi promissa, in eleemosynam: non quidem propter eius factum quod erat abominandũ: sed pp affectum illum magnum obsequenti ei, qui fuit potens, vt præceptis Dei præferret eius præcepta. Ita, quod nullatenus placeret ei suum factum illicitum, nec approbaret illud dicendo, ob id esse ipsi aliquid debitum: sed solum probaret affectum magnum atq; desiderium obsequendi, quo in ipsum fuit, cum eius iussa cõpleuit, & erat obsequendi ei in licitis & honestis, quando ea scriberet, & mãdaret. Ita quod delictum non sit causa principalis petendi promissa: sed causa impulsiua & occasio, sine qua non peteret Qđ ipsum, mutatis mutandis, debet consulere confessarius ei q promisit dare aliqđ ob delictum, post quod perpetratum vult dare, quod ob id promisit nempe, quod perpetratio delicti non sit causa finalis: sed solum causa, sine qua non daret, & quod det principaliter, vt necessitati eius subueniat, vel honori suo satisfaciat. Quod vtiliter dixit Caietanus. [a] Sic igitur præfatæ impudicæ vtriusque sexus personæ debent coram Deo, & confessario agnoscere nil sibi deberi in foro conscientiæ ob illa turpia facta dãnata in illo foro: & ita nihil velle, nec desiderare, vt quidquam ob ea promissorum eis tamquam debitum soluatur, ne noue peccent ea noue approbando: sed cupere & rogare, vt sibi subueniatur soluendo promissa tamquã moraliter debita magno illi amori, quo fuerunt in promissorem extra operam illam illicitam, & quo sunt quando hæc petunt, ad inferuiendum tantum in licitis & honestis: quod ipsum seruare debẽt in dando eis promissa, qui promiserunt. Et arbitror, quod, vt prædictus homicida per viam iustam plura obtinuit, quam obtinuisset per iniustam, ita hæ quoq; personæ impudicæ plura cõsequentur per hanc viã Deo placidam, quam per contrariam.

[a] 2.2.q.62 art. 1.

Septimo infertur, omnia supradicta intelligenda esse de his, siue fœminis siue maribus, qui sine fraudibus notabilibus a suis amicis aliquid extorquent: sed non de his, quæ cum fraudibus notabilibus id faciunt. Verbi gratia, dicendo se esse virgines, cum non essent, aut nõ fuisse cognitas, nisi a magnatibus N.N. longe maiora extorserunt: quia eiusmodi, sicut alij fraudatores, [b] restituere tenentur, iuxta ea, quæ dicemus infra, [c] post Gerard. & Adrian. Non sunt etiam intelligenda de his, qui accipiunt quidem sine dolo: sed ab his qui non possunt dare. [d]

[b] ff. & C. de dolo.
[c] Num. 78.
[d] l. 2 & 5. C. de auct. præstan. & l. 1. & 2. C. de prædijs, minor. ca. si quis presbytero, de rebus eccl. nõ alien.

VBI RESTITVTIO facienda.

42 *Restitutio rei alienæ fiat vbi sita est si bona fide possidetur.*
42 *Debitum ex contractu, vel quasi leuatur vbi dictum est, vel petitur.*
43 *Debitum ex delicto, aut quasi soluatur vbi damnum passi fiat satis.*
43 *Debitum in India petitum an cambijs minuendum.*

RESTITVTIO autem facienda est vbi solutio fieri debet: & ita vbi est sita res, quando restitutio est faciẽda eo solo,

ſolo, quod eſt res aliena; cum qui bona fide, & ſine ſua culpa poſſidet, nihil per dere debeat [a] Si tamen reſtitutio ex cõ tractu, aut quaſi debetur, fieri debet in loco expreſſe, vel tacite ſolutioni deſtinato, aut vbi petitur, hac lege, vt extra locum præſtitutum ſolutio nec creditori nec debitori damno ſit, [b] & ſi locus præſtitutus non fuit, reſtituendum eſt, vbi corã iudice competenti petetur. [c]

43 Sed ſi reſtitutio ob delictũ, aut quaſi delictum debetur, facienda eſt in loco, in quo ipſa facta nullum damnum is, cui fieri debet, accipiat, ſiue reſtituatur vbi acceptum fuit, ſiue vbi eſt dominus, ſiue in alio loco, ad quem dominus tranſtuliſſet: ita vt damnificatus nulla impẽſa vel alio onere grauetur, quam ſi damnum datum non fuiſſet: quia reſtituere eſt in primo ſtatu reponere, & reddere rem integre in ſtatu eo, in quo dominus ſeruaſſet, ſi ab eo ablata non fuiſſet, ¶ quamuis ſemper ſufficit reſtituere vbi creditori placet, [e] & per dicta ſupra. [f] Ex quo colligitur cuius impenſis ſuo domino ſit ſuum mittendum.

Quæſtionis magnæ fuit nuper in vrbe, An is, qui mutuo dedit mille in India, ea lege & conditione, vt certo tempore lapſo, poſſet ea petere mutuatario vbicunque terrarũ inueniretur, an poſtea inuentus in Vrbe teneatur ſoluere integra illa mille, an vero poſſit deducere cabia, quibus conſtat traductio illorũ ab India in Vrbem. Et quidẽ videtur liberandus ſoluẽdo illa integra mille in India, aut etiam in Vrbe deductis cambijs, quoniam lex 1. [g] non ſolum habet locum in debitis aliarum ſpecierum, ſed etiam in pecunia numerata. [h]

QVOMODO RESTITVENDVM.

44 *Reſtitutio facienda eſt eo modo, quem cauſa cur debetur poſtulat.*
44 *Remiſſio ſine rei ſoluendæ præſentia ſufficit ad reſtitutionem.*
45 *Debiti remiſſio ſolutio quedã eſt, &* 46.
46 *Debitum facilius remittitur, dum res ſoluenda præſens non eſt.*

REſtituendum autem eſt eo modo, quem natura cõtractus delicti, aut vltimæ voluntatis requirit, & ſufficit, quod obligatus per ſe, vel per alium reſtituat. [i] Et ſi delictum occultum eſt, etiam reſtitutio occulta debet eſſe, [k] Sed cauendum eſt, nequando per alium occulte fit, internuntius quod reſtituendum eſt, retineat, & reſtituere debens in ſua obligatione permaneat, vt dicetur infra. [l]

45 Et quidquid S. Anton. [m] & Din. [n] & alij alibi dicant, ſufficit etiam quo ad forũ cõſcientiæ, vt is cui reſtitui debet, liberaliter & voluntarie remittat, & condonet, [o] ſiue realiter ei offeratur, & coram conſtituatur, quo accipiat, aut condonet: ſiue ſolum verbo offeratur, ſiue abſque vlla reali, vel verbali oblatione, creditor precibus partis, aut alterius alicuius internuntij, confeſſarij, aut alteri [p] remittat & condonet, modo vere & ex animo remittat, & ea ſit talis quæ donari poſſit, vt recte Caietanus [q] reſoluit, & Adrian. [q] ſenſit: Et credendum eſt, eũ ex animo remittere, ſi ipſe id affirmat, cũ vt acute Caietan. [r] aduertit, nemo alius ſit ſuæ voluntatis ſe aptior teſtis.

46 Quod verum eſt, ſi contrarium non arguunt cõiecturæ quales reſpondimus interueniſſe in quodam caſu, in quo auſterus quidam dominus, qui ſuos ſubditos precibus ſuis non obtemperantes, per ſe aut alios vexabat, a quibus certã conditionem petijt. [s] Et videtur nobis cautum, quod Caietanus ſingulariter addidit ſcilicet, quod pauper diuiti debens non ferat ad eum, aut oſtendat id quod eſt ſoluendum, ſed deprecetur per ſe vel alium, quo ipſi condonetur, ne rei debitæ præſentia difficilior efficiatur ad condonandum: cum multo facilius, quod non habemus, quam quod poſſidemus, remittam [t] & cõdonemus. [t] Neque id obſtat condonandi liberalitati, ſed ad illiberalitatis tentationem reprimendam valet.

QVIS ORDO IN RESTITVTIONE ſeruandus.

47 *Debitum omne ſoluendum ſi poteſt: ſi minus, prius certum, quam incertum, &* 48. *Et prius res ſua Domino, nu.* 49. *quam illud, & illud, n.* 50. *&* 51. *Et prius t. alium, & t. aliũ contractuã, quam uſurarum, num.*

a Cap. 2. de conſti. & l. ſi poſſeſſ. ff. d petit. hæred.
b l. 1. ff. de quod certo loco cap. P. & G. de of. deleg. & c. dilecti de foro cõpet. §. præterea. Inſtit. de actt.
c Arg. c. fi. de foro compet. & anno tat. in iuribus prædic. d l. reſtit. 1. & 2. ff. de uerb. ſig. & l. 1. C. de ſẽ. paß. & reſt. & 2. q. 3. §. fi. ſentit D. Th. & expli c. Cai. 2. 2. q. 62. art. 5. e l. 1. ff. q. ſa tiſd. cogan. f Eod. cap. nu. 21.
g Et totus tit ff. de eo. quod certo loco.
h Text. eſt in l. 4. ff. de eo quod certo loco.
i Arg. e. qui per aliũ de reg. iur. li. 6
k Arg. ca. ſi peccauerit, 2. q 1. §. nõ tibi dico de pæn. diſt. 1.
l Eodem c. nu. 67.
m 2. par. ti. 2. cap. 3. n In regul. peccatũ de reg. iur. li. 6
o Iuxt. glo. ind. c. peccatum. Verbo reſtituatur. & Hoſtiẽſ. in ſumma de Vſur. §. quæ pœna. Ver. quid ſi.
p In ſũma Verb. reſtit.
q In 4. de reſtitu. q. 2. col. 4.
r vbi ſupra.
s Arg. l. 1. §. q̃ oneram de ff. quarũ rer. actio. nõ det. & gloſ. 1. ff. quod iuſſu.
t l. cum hi. ff. de trãſa. facit l. ſed & ſi ego. ff. ad Velleia.

52 *Reſtituere contra ordinem prædictum non ſufficit, &* 53.

53 *Debitor creditori poſteriori prius petenti cur prius ſoluit.*

IN reſtituendo ſeruetur ordo, quem ius diuinum & humanum præſcribũt, ſcilicet, quod nullus ordo ſeruetur, quãdo ſuppetit vnde omnibus ſoluatur, cũ omnibus, quod debetur ſit ſoluendum, iuxta illud S. Paul. [a] *Cui honorem, honorem, cui debitum, debitum. & cui tributũ, tributum*, [b] & quando non ſuppetit ad omnia ſoluenda, prius debita certa, quorum creditores ſciuntur, ſoluantur, quã incerta, quorum creditores ignorantur, propter quatuor rationes S. Antonini. [c] 48 Vnde ſequitur, vt bene adnotarunt Sylueſter [d] & Caietanus [e] multos errare, qui cum non poſſunt omne debitum reſtituere, componunt ſe ſuper incertis cum prælatis Eccleſiæ, vt id quod eis remittitur tanquam proprium poſſideãt, certos creditores defraudando, verum eſt tamen, quod ſi res incerta adhuc in eadem ſpecie permanet, puta quidam calix conſecratus, repertus, aut ablatus, adhuc integer, & non poteſt haberi eius dominus, nec inueniri, poteſt dari prius Chriſto erogando in eius pauperes, & pia opera: quia per id nulli creditori præiudicatur: ſiquidem debitor non tenetur ex alieno creditori ſatisfacere: & conſtat, quod ille numquam eius fuit, imo ſemper alienus. [f]

49 In debitis certis ſeruandus eſt ordo Baldi communiter recepti [g] ſcilicet, q primum ſuo domino ſuum reſtituatur, vt commodatũ, depoſitum, furto ſubtractum, aut raptũ, quod adhuc in ſua forma, & ſpecie reperitur: quia hoc in eius qui reſtituere debet, bonis non numeratur, cum eius dominium nũquam ad illum translatum ſit, imo ſemper penes eum, cuius erat remanſit. Et ideo ante omnia alia illi reſtituendum eſt. [h] Secũdo loco venditori ſoluendum eſt pretiũ eius, quod vendidit emptori, penes quẽ res empta eſt: quia quamuis illius dominium in emptorem tranſierit, [i] illud tamen remãſit obligatum ſolutioni, quãdiu in ſua forma & ſpecie penes empto rem inuenitur. [k] Pro quibus facit primo l. 2. [l] per argumentum a fortiori.

Deinde quod hoc videtur valde æquũ, & rationi conſentaneum ſaltem ad hũc effectum, quo in hoc cæteris creditoribus præferatur, quando omnium ſolutioni debitoris bona non ſufficiunt.

50 Et idem eadem ratione videtur de omni eo, quod titulo oneroſo datum fuit. verum eſt tamẽ, quod ſi res empta pluris valeat, quam pretium pro ea promiſſum, eo ſoluto, reſiduum cedet alijs debitis ſoluendis. Verum eſt item, quod venditor non habet hoc priuilegium in pecunia habita ex re vendita, nec emptor in pecunia habita ex noua eiuſdẽ rei venditione, nec in eo, quod permutatione illius habuit, quia nec pretium, nec habitum per permutationem in ſingularibus actionibus in eius locum ſuccedit. [m]

Tertio loco ſeruanda ſunt ſtatuta regionis, ſi quæ inueniuntur ſpecialia, ſuper ordine reſtituendi, vt dicuntur eſſe in aliquibus regionibus de numularijs fraudatoribus: & ſi non ſunt, ſeruetur ius commune, iuxta quod ij, quibus bona fuerunt expreſſe obligata, alijs præferuntur, & poſtea in ſua dote vxor & fiſcus alijs creditoribus, quibus nõ ſunt bona prius expreſſe hypothecata, quam uis tacite ſint [n]

51 Quarto loco ſequuntur ij, quibus ſunt tacite hypothecata ſuo ordine, poſtea depoſitarij, niſi quando depoſita fuit pecunia ad negotiandum, & ut ſoluerentur vſuræ, aut intereſſe, [o] quia tale depoſitum vim mutui habet. [p]

Quinto loco ſubſequuntur, qui habent priuilegium perſonale, quo præferantur alijs ſine obligatione reali. Poſtremum locum tenent alij creditores, qui non habent hypothecam, nec obligationem bonorum expreſſam, nec tacitam, nec priuilegium perſonale ſine conſideratione, quis eorum ſit prior, aut poſterior: ita vt quod prædictis ſatisfactis ſupererit, pro rata parte nominum inter hos diuidetur recipiendo, & amittendo ſolidum pro libra, vt dici ſolet: deductis tamen ante omnia impenſis neceſſarijs, ſed non pompoſis, ac ſuperfluis funeris & exſequiarum debitoris mortui, & publicationis, & copiæ teſtamenti, & alijs ad aditionem hæreditatis neceſſarijs, iuxta Paludanum

a Ad Ro. 13

b Et §. 1. *Inſtit. de iuſt. & iur.*

c 2. *par. tit.* 2. *cap.* 7.

d Verb. reſt. 6. *q.* 5.

e Verb. reſt. cap. 8.

f Parag. ſacræ Inſti. de rerum diui ſione.

g In l. p de bito. C. de bonis. auct. iudic. poſſ.

h l. ſi ventri & verb. ſi tamen, ff. de priua. cred.

i l. traditionibus. C. de pact.

k Iux. dict. Bal. & eos qui eũ refer. ubi ſup. l ff. quibus cauſ. pigno. vel hypoth. tacit. cont.

m Iuxt. gl. Bar. & cõmunẽ in l. Labeo. ff. de verb. ſign.

n l. aſſidua. C. qui potio. in pig. hab. & l. quãuis & priu. fiſci.

o l. ſi hominẽ, §. ſi ff. depoſi. & l. ſi centri. ff. de pri. cre.

p l. certi cõdit. §. fin. ff. de reb. cre.

[a] *In 4. libr. ſen. diſt. 15. q. 3.* [b] *2. par. tit. 2. c. 7. §. 3.* [c] *l. 2. ff. qui potio. in pig. habe.* [d] *Verb. reſt. 6. q. 7.* [e] *Arg. cap. ea te de iureiuran.* [f] *fl. pupillus. ff. quæ in fraud. cre.* *Sylueſt. vbi ſupra q. 8.* [g] *verb. reſt. cap. 8.* [h] *Vt colligitur ex cap. quoniã omnibus de vſur. & clẽ. 1. eod. tit.*

num communiter receptum [a] & S. Antoninum. [b]

52 Aduertendum tamen, quod qui alteri mutuum dedit pro reficienda domo, naui, aut alia re ſimili prę fertur omnibus, qui habent hypothecam bonorũ domini illius in ſolutione ex pretio eius conſequenda. [c]

53 Addo præterea, quod qui debitor ſoluendo hunc ordinem non ſeruat, ſuæ conſcientiæ non ſatisfacit, iuxta Hoſtien. Monal. & Sylueſt. [d] ſi ignorantia iuris, aut facti eum non excuſat, [e] niſi quã do creditor aliquis in petendis ſuis creditis in iudicio, aut extra illud fuit alijs diligentior: quia tunc nõ ſolum poteſt, ſed etiam debet prius illi, quam alijs ſoluere [f] modo alij non ſint magis priuilegiati. Et idem, quod hic diximus de debitore ſoluente, eſt dicendum de creditore petente, nempe quod non peccat accipiendo ſuum debitum, quod diligẽtius petijt, ſi alij non ſunt magis priuilegiati, alioqui ſic, violãdo iuſtitiam, quę habet, vt illis priuſquam ipſi ſatisfiat p prædicta. Vnde infertur peccare generos, & nurus recipientes, aut retinentes de bonis ſocerorum, quod eis debetur, ſcientes eorum bona alijs magis priuilegiatis deberi. Aequum etiam nobis videtur, quod Caietanus [g] dicit, quod vſurarius prius debet ſoluere, quod debet per contractus licitos, quibus nõ eſt pauperior factus; quales ſunt emptionis & mutui, quam vſuras inique extortas etiã ſi ante illos contractus fuiſſent extortę. Per quod ſoluitur, quod hic noue quærebatur: debet tamen prius eas ſoluere, quam quod debet per contractus gratuitos, quibus pauperior eſt factus.

Non obſtat, quod Medina teneat oppoſitum, dicens vſuras eſſe magis iniuſtas, magiſque prohibitas iure diuino, naturali, & humano, quam ſit retentio debitorum ex alijs contractibus: quia id non eſt verum: magis enim indubie debeo tibi, quod mihi mutuaſti, quam quod per vſuram tibi ademi: cũ in mutuo nemo vnquam dubitarit, & in uſuris multi: quamuis male, [h] tum ob alia, quæ breuitatis gratia omitto.

Neque obſtant illa tria, quæ quidam hic notat. Primum me dicere, quod quã do bona, quæ ſunt reſtituenda, non ſufficiunt omnibus creditis perſoluendis, & creditores ſunt æquales, reſtitutio eſt facienda pro rata. Secundum, teneri debitorem ad reſtituendum, quando poſterior creditor debitum ſuum exigit. Tertium vtriuſque dicti contrarium eſſe probabilius, quia *qui prior eſt tempore potior eſt iure*. [i]

Cui reſpondetur primo, me non dicere prædicta verba, quæ ipſe dicit, ſed hæc. Si prædictis, ſcilicet priuilegiatis ſatisfactis, aliquid ſupererit, pro rata parte nominum inter hos, ſcilicet nullatenus priuilegiatos, diuidetur: niſi aliqua ſtatuta ſint contraria, vt dicit San. Antoninus, & eſt veriſſimum & quotidianæ praxi receptum.

Secundo, quod ego expreſſe aſſentior dicentibus, quod debitor poteſt, & debet ſoluere prius creditori poſteriori prius petenti, & exigenti debitum, in iudicio, vel extra illud, quã priori nullatenus priuilegiato, propter diligentiam quam in petendo adhibet. [k] Et ita falſum eſt, quod ille ait in ſecunda nota me dicere: ſcilicet debitorem teneri ad reſtitutionem priori creditori, quando poſterior ſuum debitum exigit: quoniam expreſſe contrarium aſſero: quia vt ait lex prædicta diligentia poſterioris in petendo ſuum debitum fecit eum potiorem, ſicut hypotheca, & aliud priuilegium.

Tertio verum eſſe non, quod ille ait, me dicere, ſed debitorem, qui ſciens ſe debere creditorib⁹ chirographarijs nullatenus priuilegiatis, & ſua ſponte non coactus, neque exactus, neque requiſitus ſoluit poſteriori fraudans priorem ea parte, quæ illum contingeret, ſi bona venirent, ſecundum communem ſententiam peccare grauiter, & teneri ad reſtitutionem: eo quod ſoluit, quod alteri debetur. [l] Per quod damnantur multi, qui volentes gratificari quibuſdam, & videntes ſua bona eſſe diuiden da per iudicem ob ſuam mortem, vel ob fugam, vel aliam abſentiam inter creditores non priuilegiatos, diminuendo credita pro rata ſoluunt eis integra, quorum de numero ne ſit, caueat præfatus religioſus, ſi conſuluerit hoc talibus debitoribus.

Quarto, quod incogitanter videtur

[i] *Capit. qui prior de regu. iuris.* [k] *l. pupill⁹. Dig. quæ in fraud. cre.* [l] *Iuxt. cap. ea te, de iureiuran.*

allegare pro ſuo propoſito cap. præfatũ, *qui prior eſt tempore, potior eſt iure*: quia magis probat antiquiorem creditorem debere præferri poſteriori, quam ſuum propoſitum: cum palam ſit creditorem maius ius quærere ſibi credendo, quam petendo, cum ex illo, & non ex hoc naſcatur obligatio contra debitorem. Nec poteſt huic inductioni reſponderi a defendente, quod poſteriori diligentius petenti poſſit iuſte ſolui, niſi id, quod Iuriſconſultus in præcitata lege pupillus, ſentit, nempe non eſſe cætera paria, cum poſterior creditor eſt diligentior in petendo. Et præfata regula, *qui prior*, intelligitur quando cætera ſunt paria. [a]

[a] *Et ſup. ea. adnotauit gl. per l. quoties. vtriuſque eſt per cauſ. potior. vnde sũpta fuit illa regu. ff. de regu. iur.*

QVANDO EST reſtituendum.

54 *Reſtitutio ſtatim facienda.*
54 *Præcepta affirmatiua & negatiua non æque ligant.*
55 *Debitor quoties noue peccat non reſtituendo.*
56 *Reſtituere quis non poſſe commode dicitur.*
57 *Reſtitui non debent bona minoris ordinis cum damno maioris.*
58 *Debitum ex delicto, & contractu quo ad quæ paria.*
59 *Damnum proprij boni, & lucri non reſtituere alienum.*
59 *Inſtrumenta ad ſiuendum neceſſaria quando reſtituenda.*
59 *Confeſſarius abſoluet eum, qui ſemel iuſſus non reſtituit.*
60 *Neceſſitas extrema differt, ſed non tollit reſtitutionem.*
61 *Neceſſitas extrema non tollit reſtitutionem etiam eius, quod in ea capitur, et ea minor minus.*
61 *Commune fieri, & communicandum longe differre.*
61 *Extreme patienti ſatisfit etiam non donando.*
62 *Dominus non fit rei, quæ vſu conſumitur, eo quod iure illam conſumat.*
62 *Dominus conſumens ſuam rem interdum reſtituere tenetur.*
62 *Cauſa limitata limitatum producit effectum.*
62 *Neceſſitas decentis ſtatus differt reſtitutionem.*
63 *Damum debitoris, & creditoris quoad reſtitutionem.*
63 *Damnum quod formidatum reipub. excuſat a reſtitutione.*
63 *Reſtitutionem excuſat metus probabilis peccatorum.*
64 *Debitor ſciens ſe talem, antequã damnetur, reſtituat.*
65 *Confeſſarius quando iuſte differt debitori ſolutionem.*
66 *Debitor differre non poteſt ſoluendo paulatim.*
67 *Reſtituet quis per alium quando, & per quem faciat.*
68 *Teſtanti qui poteſt ſtatim reſtituere nõ ſufficit legare.*

REſtitutio autem facienda eſt ſtatim iuxta Sanct. Thom. [b] ab omnibus receptum. Pro quo eſt cap. ſæpe: [c] quatenus habet, tm̃ fere peccare, q alienum retinet, quam qui accipit. Et quod præceptum reſtituendi, quamuis ſit affirmatiuum, quatenus expreſſe iubet reſtituere: eſt tamen negatiuum, quatenus tacite præcipit non retinere alienũ, inuito ſuo domino. Et præcepta negatiua ſemper, & ad ſemper obligant, quamuis affirmatiua non niſi ad certum tempus, iuxta eundem S. Thomam. [d]

[b] 1.2.q.62. *art. fin.*
[c] *De reſtit. ſpol.*
[d] 2.2.q.33 *artic. 2. & Arch. cap. ſi peccauerit.* 2.q.4. *& in ſumma de pœni. diſt. 5. Panorm. & omnes in c. nouit. de iu. e Caie 2.2. q.66. art. 3.*

55 Ex quo infertur primo, deciſio dubij, quando & quoties quis ob retentionem alieni noue peccet? nam omnes tenent, quod nõ peccat noue ſingulis momentis: & quod pluries quam ſemel peccat communiter, qui illud multo tempore retinet: & quod peccat quoties ponit non reſtituere illud. Et etiam credo, quod quotieſcunque vtitur alieno, quod reſtituere tenetur, quamuis de reſtitutione non cogitaret, [e] & ſecundum aliquos quoties commode reſtituere valens non reſtituit: quod tamen intelligendum eſt, ſi id animaduertit, quamuis non ſtatuat illud non reſtituere: nõ autem alias, ſi quidem illud potius eſt ſtatus peccati, quam peccare.

Secundo infertur, quod quamuis qui nocte in lecto, aut in eccleſia recordat̃, ſe alienum habere, & poſſe commode reſtituere, ſtatim debeat proponere actualiter vel virtualiter reſtituere: non tm̃ ſtatim a lecto ſurgere, aut Eccleſiam egredi, quo id reſtituat: quia id non

poteſt

poteſt commode, & ſatis eſt, id facere, quum commode poterit, boni viri arbitrio. Ad id autem, quod hic quæritur, An hæc commoditas arbitraria referatur ad tempus, vel ad facultatem reſtituendi? Reſpondetur, quod ad vtrumque: ad tempus quidem, per prædicta; ad facultatem autem, per ſtatim dicenda, ſeruando ea.

Tertio infertur, quod ſicut ignorantia probabilis iuris, aut facti quamdiu durat a reſtitutione excuſat: [a] ſic etiam multo magis ab ſtatim reſtituendo excuſabit. Et vt condonatio creditoris pro ſemper a reſtitutione excuſat, ſic ab ſtatim reſtituendo eius voluntaria dilatio excuſabit: ſiquidem permanente hac inuito domino alienum non retinet. Et vt perpetua reſtituendi impotentia perpetuo excuſat, ſic impotentia reſtituēdi ſtatim ab ſtatim reſtituendo excuſat.

a l. quòd te. ff. de rebus cred. cū ei adnotat.

56 Et dicitur non poſſe, non ſolum q eſt in extrema neceſſitate, aut nullo modo poteſt: ſed etiam qui commode non poteſt. [b] Ille autem dicitur commode non poſſe, qui non poteſt ſine dano ſuorum bonorū altioris ordinis, qualia ſūt vitæ, & ſalutis, reſpectu famę & rei familiaris: & qualia famæ reſpectu rei familiaris, [c] aut nun ſine magno damno eorū quæ ſunt eiuſdem ordinis, quod aliqua dilatio parum creditori nocens excuſare poteſt, vt accurate ſanctus Antoninus [d] proſequitur.

b l. Nepos Proculo. ff. de ver. ſign. c. faciat. 22 q. 2.

c Vbi ſupr. dictum eſt. d 2. par. tit. 2. c. 8.

57 Et ita qui ſtatim aliena bona fortunæ reſtituere ſine amiſsione propriorū ſuæ vitæ, ſalutis, aut famæ nō poteſt, ad ſtatim reſtituendum non tenetur: nam quemadmodum iuxta prædicta, [e] nemo tenetur regulariter ad bona aliena inferioris ordinis reſtituenda, cum damno ſuorum altioris ordinis, ſic & multo minus tenetur ad aliena inferioris ordinis, & qualitatis, cum amiſsione propriorū altioris ordinis ſtatim reſtituenda. [f] Sic eadem rōne, qui debet centum aureos ſtatim ſoluendos, ſi non poteſt ſtatim ſoluere ſine magno damno ſuæ rei familiaris, puta non niſi domum ſuam, aut aliquod prædium multo minoris vendat, quam valeat, ad ſtatim reſtituēdum non tenetur.

e In ca. 16. nu. 44.

f Arg. c. cū in cunctis. de elect. & auth. multo magis. C. de ſacroſanct. Eccle.

58 Quod (noſtro iudicio) non ſolum locum habet in debito, quod ex contractu, aut vltima voluntate, ſed etiam in eo, quod ex furto, aut alio delicto naſcitur, vt ſentit B. Antoninus [g] quidquid Caietanus [h] dicat, quia quamuis hæc duo debita, quo ad ſuam originem differant (quia in vnius origine peccatum eſt, & in alterius non) quo ad hunc effectum tamen ſaltem in foro conſcientię, ſimilia ſunt: ſiquidem vtrumque reſtituere tenetur, & in vtroq; totalis impotentia omnino excuſat, & ſic in vtroque mediocris impotentia, mediocriter excuſare debet. [i]

g Vbi ſupr.

h Vbi ſupr.

i Arg. de to to ad partē l. quæ de tota. ff. de rei vend. & c. paſtoralis. §. item ſi to tum. de off. deleg.

Nec obſtat, quod quidam religioſus hic ait, aſſerere me excuſari a reſtitutione eum, qui ſi ſtatim reſtituat, amittet bona, vel ſtatum acquiſitum per vſuras, vel latrocinium, vel aliam iniuſtitiam: cuius contrarium ait eſſe tenendū. Cui reſpondeo primo, mirari me, quod vir alioqui pius, & religioſus imponat mihi etiam religioſo, quamuis indigno, quod ego, nec hic, nec alibi dixi, ſcilicet excuſari quem a reſtitutione ob conſeruādū ſtatum acquiſitum per vſuras, vel latrocinium, vel aliam iniuſtitiam. Imo in hoc ipſo loco [k] dico non poſſe quidem excuſari a reſtituendo aliena, eo quod p illud ſibi videretur euenire ſibi magnum damnū, ea ratione quod reſtitutio alienorum non eſt damnum reſtituentis, cū per id nihil proprium pereat. Et quod paulo poſt dico, [l] eum ſcilicet, qui non poteſt decenter viuere ſecundum ſtatū ſuum, ſi totum quod debet, ſtatim reſtitueret, intelligitur de ſtatu nobilitatis, vel alio iuſte quæſito.

k Num. 49.

l Num. 62.

Secundo, quod quidquid dicat Sotus, & teneat Couarr. vt puto pro grandi ob ſeruantia, qua erat in Sotum, multis, & irrefragabilibus argumentis probamus nos contra Sotum, & quaſdam ſuas nouas imaginationes, [m] eſſe veram illam præcellentem doctrinam, quam explicatius alijs tradit eruditiſsimus Caietanus in locis ibi citatis, quem etiam ſatis tacite videtur ſequi Couaruuias [n] nempe regulariter non eſſe faciendam reſtitutionem bonorum inferioris ordinis cum iactura bonorum ſuperioris, quam præfatus religioſus mordere velle uidetur, licet aperte id non faciat.

m Inſ. n. 89

n In reg. peccatū de reg. iur. lib. 6. par. 1. co. antepenul.

Tertio, quod ego in nihilo recedo a Couarruuia nec Couaruuias a me, quo

ad

ad propoſitum, ſi ſerena mente omnia dicta perpendantur, quod facile, ſi vacaret, & breuitas in hoc libro affectata, id permitteret, monſtratem: nam & ipſe Couarruuias, licet me tacito, tenet [a] idē eſſe iudicandum de dilatione danda de bitori ex delicto, & debitori ex contractu: quod ipſe hic dico.

[a] Vbi ſup. col. 4.

59 Aduertendum tamen, quod non dicitur magnum damnum propriorum bonorum, eo quod ſint magnæ res alienæ reſtituendæ: quia, vt recte Caietan. [b] dixit, illud non eſt ſuorum bonorum iactu ram facere: ſed aliena relinquere. Nec etiam dicitur magnum damnū proprio rum bonorum, non lucrari, eo quod reſtituturus eſt, quia vt idem dicit [c] illud non eſt amittere ſuum, ſed alieno non vti: quod (mea ſententia) non habet locum in inſtrumentis artis, quibus victū ſibi parat, qui reſtituere tenetur, iuxta S. Antoninum: nec etiam damnum propriorum bonorum ab ſtatim reſtituendo excuſat, quando reſtitutionis dilatio etiam magnum damnum, cui eſt reſtituendum, infert, iuxta omnes.

[b] Verb. reſtitutio.

[c] Vbi ſup.

Quarto infertur, quod quamuis æquū nobis videatur dictum Caietani [d] quod ante ipſum S. Antonin. [e] ſenſit: ſcilicet quod confeſſarius non debet abſoluere eum, qui ſtatim reſtituere tenetur, niſi prius actualiter reſtituat, ſi antea a confeſſario iuſſus, reſtituere prætermiſit: qa quamuis fides pœnitenti in his, quæ pro ſe, & contra ſe dicit, habenda ſit: prouideri tamen etiam debet, ne qui ſemel defecit, iterum deficiat: licet, inquam, hoc dictum videatur æquum: talis tamen pę nitens occurrere poſſet, & tales circumſtantiæ temporis, loci, & cauſæ, vt confeſſarius ſolo reſtituendi propoſito contentus eſſe debeat: cum etiam Deus tūc eo (ſua benignitate) contentus ſit, [f] quia non eſt ad amplius faciendum opportunitas. [g] per quæ reſpondetur affirmatiue, ad noue quæſitum, An qui ſubtrahit decimas, aut impedit ſolutionem earū, poſſit abſolui ante realem reſtitutionē, ſi ab ea aliquo ſupradictorum modorū excuſatur legitime, non obſtante Conc. Trid quod [h] prohibet abſolui ante ſatisfactionem eiuſmodi ſubtrahentem, vel impedientem.

[d] Verb. reſtit. c. 6.

[e] 2. par. tit. 1. cap. 8.

[f] Arg. c. dixi & c. magna de pœn. diſt. 1.

[g] Arg. ea. ſi quid inuenti. 14. q. 1.

[h] Seſſ. 22. c. 1

60 Quinto infertur, quod in neceſſitate extrema conſtitutus, non habēs aliud quam quod ad ſuam, ſuorumque vitam eſt neceſſarium, reſtituere non tenetur, niſi creditor eadem neceſſitate prematur, imo neque ſi eadem prematur, [i] niſi dominium eius, quod reſtituendum eſt, ſemper penes creditorem remanſerit, quidquid Ioann. Tabienna [k] dicat.

[i] Arg. c. uō licet 32. q. 5 & l. ſi pſes. C. de aqua quot.

61 Magna tamen circa hoc quæſtio incidit, An ſit vera communis opinio [l] q̄ recentiores ſequuntur in Armilla aurea videlicet eum, qui in extrema neceſſitate, quo ea ſe liberet, aliquid accipit, ad reſtituendum illud non teneri, licet ad pinguiorem fortunam euadat. Ad quam breuiter reſpondeo, oppoſitum eius, q̄ rectiſſime Adrianus [m] defendit, verius & iuſtius eſſe: nam efficaciter probam [n] quod nemo ſit verus dominus rei, qua eget, ad liberandum ſe ab extrema neceſſitate, licet poſſet iuſte eam accipere etiam auctoritate propria, & ea vti, quatenus eſſet ad id neceſſaria: tum quia cōtraria ſententia, non videtur probari vlla lege, vel efficaci ratione, ſine quibus non eſt affirmandum aliquid cōtra ius regulare, & ius regulare habet, [o] id, qđ eſt vnius, ſine conſenſu eius, non effici alterius, [p] tum quia lex illa celebris, quæ eſt ſecunda, [q] non habet, res fieri communes per neceſſitatem, ſed eſſe communicandas: tum quia non patiuntur iura, vt eiuſdem rei dominium ſit penes plures inſolidum. [r] Tum quia legi charitatis, miſericordiæ, ac pietatis, & cuiuſcunq; alterius virtutis ſatis fit, ſuccurrēdo neceſſitatem extremam patienti ſufficienter ad hoc, vt ab ea liberetur, vt palam eſt: at frequentiſſime ſuccurri pōt, & abunde quidem extrema patienti, cōmodando, vel locando ei rem illam, qua eget, non tradendo ei dominium illius, verbi gratia. Aliquis, alioqui ſaltem alibi diues, in montibus Alpibus, vel Pyrenæis niue canis, neceſſitatem extremā alicuius veſtis patitur: & aliquis alioqui pauper, deferens veſtes pretioſiſſimas, holoſericas, pellibus Herminiorum cariſſimis duplicatas, ſiue ſuſſultas, obuiat illi, tenetur quidem ei vnam, vel duas, vel plures, & quotquot ille, ad illā neceſſitatem ſubleuandam eget, cōmodare, vel locare: ſed non dare & transferre in illum illarum dominium: imo, cum ſe in

[k] Verb. reſtit. §. 4.

[l] In 4. libro ſen. diſt. 15.

[m] Vbi ſup. q. 13.

[n] In tra. de redit. Eccl. q. 2. moni. 4

[o] Cap. lega. 24. q. 2. §. cōſiderem⁹. in auth. de trien. & ſemiſ. col. 3. c. cōſuluiſti 12. q. 4. & c. 2. de transla. prælat. p l. id quod noſtrum eſt Digeſt. de reg. iur. q In parag. cum i eadē ff. ad leg. Rho. de iac. r l. 3. §. ex plurib. ff. de acqui. poſſ.

ſe in aliquem locum, vbi neceſſitas illa ceſſaret, reciperent, poſſet illam, vel illas, quam commodauit, repetere, quod nemo negabit, tum quia nemo diceret, quod ſi quis alioqui dies aliquo in loco fame moriens obuiaret alicui piſtori, vt ginti mulos panibus coctis onuſtos aliquo agenti, fieret dominus omnium illorum panum, cum tamen qua ratione fieret dominus vnius, eadem quoque fieret omnium, antequam vllo illorum ad ſedandam famem vteretur. Neque quiſquam diceret, piſtorem obligatum eſſe ad dandum dominium omnium illorũ illi: neque illum auctoritate propria poſſe omnes eos ſibi occupare: imo quilibet eruditus dicet, ſatis facere piſtorem communicando illi eſurienti panes neceſſarios ad illam eſuriem ſedandam, tum quia ridiculum videtur, & grauitati legum contrarium dicere, extremam famem patienti quæri dominium omnium panum, qui in foro venduntur, & ilico ſedata per vnum panem fame, illud ei perdi, & rurſus iterata fame fieri eius, & propulſata ea, definere eſſe illius tum quia gloſſæ receptæ [a] aſſerunt, verbum Communia in loco dicto, *Neceſſitas omnia facit communia*, exponendum eſſe per Communicanda.

a In d. §. cũ in eadem et d. cap. ſicut hi. 47. diſt.

62 Concludo igitur, per extremam neceſſitatem proximi, obligare quidem proximos eius ad ſubueniendum ei tantum quanto eſt opus ad liberandum eum ab ea, facereque ſibi ius capiendi illud, etiã propria auctoritate: non tamen efficere eum ipſo iure dominum illius neceſſarij, & conſequenter teneri regulariter ad reſtituendum, cum ad pinguiorem fortunam peruenit. Dixi, *Regulariter*: quoniam nonnumquam, vt [b] dicemus, ex paruitate rei, & alijs cõiecturis, iuſte credi poteſt, eum ad id non teneri.

b In ſ. n. 18

Non obſtat quod Sotus [c] noue diſtinxit inter eum, qui non habet bona aliqua: vbi extrema neceſſitate vrgetur, nec alibi, & inter eum, qui alibi ea hẽt, & inter illud, quod tempore talis neceſſitatis inſumptum fuit, quales ſunt res ad eſum pertinentes, & inter illud quod inſumptum non fuit, qualis eſt veſtis, aut equus, quo vſus eſt: & concludit, quod q alibi habet bona, ad reſtitutionem expẽ ſi tenetur, & etiam qui non habet ad reſtituendum id quod inſumptum in illa neceſſitate non fuit: ſed non ad id quod in ea impenſum, & conſumptum fuit. Non inquam, obſtat, tum quia ipſe fatetur, quod qui bona alibi habet, reſtituere tenetur etiam inſumptum, & cum vnius regionis bona non adimant neceſſitatem extremam, in quam in alia incidit, fateri debet, quod extrema neceſſitas ſola non facit dominum rei alienæ, vt ea vtatur ſine obligatione reſtituendi tum quod præſupponit falſum, ſignificãs, quod omnis, qui licite vti poteſt eo, quod vſu conſumitur, illius dominus effi citur: quia ipſemet [d] tenet, quod Franciſcanus eius, quod licite comedit & conſumit dominus non eſt, [e] quod nos latiꝰ confirmauimus: [f] tum quod etiam præſupponit falſum, quatenus ſignificat, qđ nemo, qui conſumit aliquid tamquam illius dominus, ſi eſt verus dominus illius, ad illud reſtituendum tenetur: nam qui conſumit panem, & vinum mutuo acceptum, tamquam dominus, & exiſtens verus illius dominus conſumit, [g] tamen ſoluere illud, & ruſtituere tenetur. Et ita quamuis extrema neceſſitas aliquem dominum faceret, quo ad effectum illum ab ea liberandi, non ob id eũ dem ab obligatione reſtituendi liberaret. [h] Siquidem ad ſe liberandum ab ea, ſufficit dominium, quod per mutuũ, vel alium iuſtum contractum, abſq; donatione acquiritur: tum quod neceſſitas ſolum tribuit ius ad accipiendum & cogendum, vt illi detur, quod ſufficit, vt liberetur ab ea, & non amplius, & ad hoc ſufficit mutuo, vel commodato, vel alio contractu iuſte accipere, aut illi dare: quia limitata cauſa limitatum producit effectum. [i]

d Lib. 4. q. 1 de iuſtit. & iur. loquẽs, de extrau. ad conditorem de ver b. ſig. e Iuxta ca. exijt. de ver bo ſign. li. 6. f In d. Tractatu prædicta q. 1. Monit. 14. n. 1. g l. 2. parag. appellata. ff. de reb. cred. h Arg. c. cũ ceſſante, cũ ei adnotat. de appell. i L. non oĩs. ff. de reb. cred.

Concludo igitur, quod qui aliquid in extrema neceſſitate accipit, poſt modũ cum potuerit ad reſtituendum tenebit, ſiue alibi bona habeat, ſiue non, ſiue illud totum conſumat, ſiue non; niſi per coniecturas probabiles iuſte præſumere tur donatio, [k] quoniam vltra prædicta ſequeretur ex contraria opinione, quod ſi aliquis mille militum dux in extrema neceſſitate mille ducatorum aureorum alimenta alicuius priuati hominis, vel villæ comederet, ſoluere ei non teneretur: quamuis altero die direptione aliqua

k Vt ſupra tactũ eſt, & latius dicetur infra n. 118. & 119

qua licite diues euaderet, quod eſt abſordum, & ita non dicendum. [a]

a l. nam q abſurdū. ff. de bonis libert.

Infertur ſexto, eum, qui totum ſtatim reſtituendo, non poſſet decenter pro dignitate ſui ſtatus viuere, ad illud non teneri, quamuis id facere perfectionis eſſet, vt ait S. Antoninus, [b] modo ei ſit animus reſtituendi illi quamprimum poterit, & modo curet, ne quid in alios vſus, quam neceſſarios & decentes impēdat, quo reliquare aliquid, & paulatim reſtituere poſſit.

b 2. par. tit. 22. cap. 8. col. 7.

63 Infertur ſeptimo, quod quando ex reſtitutione ſtatim facta redundaret dānum corporis, aut animæ eius, cui debetur, non eſt ſtatim facienda: quia nec furioſo, nec irato enſis depoſitus, quo creditur, ſe aut alium percuſſurus, reddendus eſt. [c] Neque eadem ratione volenti bellum facere, aut litigare iniuſte, ſua pecunia qua, id faciat, & fortiori rōne, ſi ex ea magnum damnum reipub. obueniret: ſiquidem eius bonum priuato præponitur. [d] Et conſequenter nemo debet facile condemnare Reges, aliosve Principes, qui aliqua iudicio eius aliena retinent, credentes probabiliter ex eorum reſtitutione, ſua regna paſſura magna incommoda, & bella iniuſta. [e] Quæ tamen non procedunt, quando æqualia, vel multo maiora mala probabiliter crederentur euentura ex retentione, quam ex reſtitutione.

c Ca. ne qs. 21. q. 2.

d Cap. licet de reg. & auth. de reſtit. & ea q̄ part. §. licet col. 5.

e Argu. l. ſi quis fumo. ff. ad legem Aquil.

Depoſitarius enim, qui ſicut putat ex redditione gladij furentis, vel alius penes ſe depoſiti, ſecuturam percuſſionem alicuius iniuſtam, ita credit ex retentione ſecutura eſſe maiora mala, puta, furentem, vel alium cum cognatorum, & amicorum turba, ſe & ſuam domum cū his, quæ in ea ſunt incenſurum, reſtituere tenetur, argum. a ceſſante ratione iurium prædictorum quæ iſtā fundant, qđ aliquando ſcimus euenisse. Et idem dicendum videtur, quando probabiliter creditur, quod ex reſtitutione ſtatim facta, ſequerētur adulteria, fornicationes, aut alia peccata mortalia, quæ indigentia reſtituenti, aut eius filijs, aut filiabus ſuaderet: quia, vt dicit San. Antoninus [f] hæc mala ſine comparatione ſunt maiora, quam damnum, quod creditor ex dilatione ſui debiti patitur, imo ſunt bona altioris ordinis, quam fortunæ, quæ creditori debentur.

f V bi ſupr.

64 Infertur octauo, quod multi damnantur ob non ſolutionem debitorum, nullum ſibi de ea ſcrupulum conſciētiæ incutiendo, credentes ſe antequam per ſententiā condemnētur, nō teneri: quia quoties qui alienū iniuſte retinet, & cō ſiderat, aut cōſiderare debet, ſe illud debere, & proponit formaliter, vel virtualiter non reſtituere ſine vlla iuſta cauſa, q̄ eum excuſet, toties mortaliter peccat, iuxta Ioh. Maiorem: [g] nam quemadmodum qui concubinam retinet, non eſt pœnitens, ſed pœnitentiæ illuſor, & confitendo peccatum peccato apponit, ſic qui opere & voluntate, ſine iuſta cauſa alienum retinet, non eſt vere pœnitens, iuxta Sçotum. [h]

g In 4. diſt. 15. q. 26. vt ſup. eod. ca. n. 55. declarauimus.

h In d. libr. ſen. diſt. 15. q. 2.

65 Infertur nono, quod confeſſarius non poteſt pœnitenti dilationem concedere, quando certo ſcit, eum ſoluere poſſe, niſi concurrat aliqua cauſa prædictarum ſupra, [i] quæ ab ſtatim reſtituendo excuſet. Quibus adnumerarem caſum, in quo videret confeſſarius, debitorem nolle ſe reſoluere ad totum debitū ſtatim reſtituendum, ob aliquod emolumentum inde ſibi proueniens, & creditorem nolle concedere dilationem, parum ſibi nocuam, & numquam, aut non tam cito, nec tam vtiliter, atque dilatio nem concedendo, ſuum recuperaturum & ea conceſſa debitor ſuam fidem obſtringit ſe ad certum tempus ſoluturū. His enim concurrentibus confeſſarius dilationem & abſolutionem concedere poſſet, iuxta mentem Angeli, [k] nam tūc confeſſarius veriſimiliter credere pōt, quod creditor illo contentus foret, ſi ſciret, vt ipſe ſecretum intimum conſcientiæ debitoris.

i Eod. n. 62 & ſeq.

k In verb. reſtitutio vlt. §. 5. poſt Directorium.

66 Infertur decimo, quod qui debet, & ſtatim totum reſtituere poteſt, & nō vult niſi certam partem in ſingulos mēſes vel annos, quouſque ſolutionem finierit, non eſt abſoluendus, quidquid dicant Hoſtienſ. & alij Summiſtæ, iuxta Adria. [l] dicentem, quod confeſſarius, q̄ talem abſoluit, eum magnopere decipit; quia qui debet & poteſt commode reſtituere, & non reſtituit, eſt in peccato mortali, per prædicta: quod Ioannes Maior [m] ait, non ſolum procedere in debitis ex delicto & furto, ſed etiam in alijs

l In 4. de reſtit. col. 17.

m In 4. diſt. 15. q. 28.

alijs mutuo, aut alio iusto mõ cõtractis.

67 Vndecimo, quod qui non potest furtum, aut aliud damnum datum restituere per se, sine sui manifestatione, nõ dẽt per se, sed per aliam ꝑsonam secretã & fidelem id facere, ad ꝙ confessarius, cui reseratum est peccatum aptior alijs videtur, modo pro fideli habeatur. Caueat tñ, quia si persona media non restituet, non liberaretur debitor ab obligatione, vt exprimit S. Antonin. [a] etiam quando pro fideli haberetur, si dominiũ rei restituendæ in eũ, qui restituit trasla tum fuit: quamuis non quando translatũ non fuit, & iuste acceptum fuit. [b] Et idẽ S. Antoninus addit, ne multum fidant prædicatoribus & confessarijs pecuniã potius, quam salutem animarum quæré tibus, & consultum fuerit syngraphã a creditore accipere, in qua confiteatur, se accepisse tantam summam, per N. ꝙ solutione eius, quod alius sibi debebat, sine nominis expressione, & eam pœnitẽ ti tradere. Et in hoc casu restitutio differri potest, quousq; inueniatur ꝑsona, per quã fideliter, & secreto fieri possit. [c]

68 Infertur duodecimo, quod qui statim restituere põt, & non restituit, quis testamento relinquat, vt restituatur, securus non discedit, si aliquid ex prædictis eum nõ excusat nisi quando id fecit, quia probabiliter credit, quod suus hæres melius præstabit, & nisi hoc persuasum hẽret, stat in ipse ꝑ se restituere. [d] Addo tñ, quod qui non potest statim restituere debet remissionis schedã, aut dilationem a suo creditore petere, iuxta S. Tho. [e] receptũ, nisi tali petitione peccatum manifestaretur per supradicta, [f] aut aliquod scandalum sequeretur. [g]

Quæsitum est autem a multis; An defunctus detineatur in Purgatorio donec eius debita soluantur? Resoluo negatiue iuxta S. Tho. [h] & Adrian. [i] quia fieri potest vt moriatur martyr, vel statim post Baptismum, quem recta ire in cœlũ docet fides Catholica, [j] vel cum cõtritione ad omnem pœnam deletam sufficiẽti, [k] vel absolutus virtute Iubilæi ad id efficacis. [l] Non obstat, ꝙ Angel. dixit, cõtrarium, [m] in illis verbis, *Vt a peccatis suis soluat liberari*, quia, vt olim prælegẽdo illud Salmanticæ, diximus loco verbi, *Valeat*, quod refertur ad defunctum, debet legi, *Valeant*, quod referatur ad hæredes: ita quod significat per restitutionem debitorum defuncti hæredes liberari a peccato suo negligẽtiæ: aut germanius, quod intelligatur de ope tribuẽda mortuo, accidẽtaliter per preces creditorum, vel pauperum bene satisfactorum: nam vt ait S. Thom. [n] solutio debiti parum prodest defuncto, nisi accidẽtaliter, modo prædicto. Quare risu, aut potius commiseratione digni sunt filij, & alij hæredes, qui miserentes plurimum defunctis quod propter debita teneantur in purgatorio, non miserentur sibi, quod tenentur in statu infernali notabiliter eorũ solutionẽ negligẽtes, aut differentes, ꝙ plus satis frequenter cõtingit.

[a] *Par. 1. c. 4. §. 1.*

[b] *Iuxt. nota ta in cap. si gnifi cante de pign.*

[c] *Ang. ver. b. rest 3. §. 2.*

[d] *. 2. q. 62. ar. 8. ad 2.*

[e] *Eo. c. n. 31*

[f] *Arg. c. nihil. de præscr. pc.*

[g] *In Quolibet, 6. ar. 13*

[h] *In Quolibet 3.*

[i] *Ca. Baptismi, vicesi. de cõsec. d. 4, cap. cum Martha de celeb. Miss. & ca. debitum. de Baptism.*

[j] *Iux. c. mẽ suram. ad iunct. gl. de pan. dist. 1.*

[k] *l Extraua. 1. de pan. et remiss.*

[l] *Per c. in literis de Baptis.*

[m] *In 4. de restit. q. 10. p 2. 2. q. 62 art. 2.*

[n] *Vbi sup.*

DE IMPEDIENTE bonum alienum.

69 *Impediens a consequendo aliquo bono quis teneatur restituere, 70. & 73.*

69 *Restitutio præsupponit debitum legale.*

69 *Priuatio præsupponit habitum.*

70 *Testamentum, uel legatum qui facit mutari, tenetur restituere.*

71 *Intellectus. l. 1. §. deniq. ff. de aq. pl. ar.*

71 *Argumẽtũ a cõtrario quando validũ.*

72 *Iustitia distribuẽdi beneficia, & officia publica multum differt a iustitia distribuendi communes pecunias communitatis singularibus.*

73 *Beneficiariorum malus electo r uel collator, cui restituet.*

73 *Impediens malo animo cur non restituit, & impediens metu sic.*

74 *Restituẽt qui suffragantes siue votãtes.*

DVbitatur hic, An qui alium a consequutione officij, beneficij, aut alterius boni impedit, restituere teneat? In quo ꝙis multum dissentiant doctores, vt patet ꝙ Adrian. [o] & quæstio sit difficilis, eamq; Caiet. [p] ad nubes efferat, omnibus tñ ppensis, nobis placet quod Adriano non displicuit, quamuis illud non asseruerit scilicet qđ omnis & solus ille impediẽs regulariter restituere impedito, & damnum passo tenetur, *qui impedit illum a consequendo officio, aut beneficio, aut alio bono ita ei debito, vt haberet ius in eo ius perfectum, quod appellant ius in re acquisitum per dispositionem inter ꝙuos aut vltimã voluntatẽ, collationẽ, cõfirmationem,*

nẽ, aut aliũ modũ legitimũ, aut erat ei de iuſtitia debitũ. Ita q̃ hẽbat acquiſitum ali quod ius imperfectũ, q̃ appellant ad rẽ per iuſtam promiſſionem, emptionem, ſtipulationem, electionem, præſentationem, oppoſitionem ſiue concurſum, exſpectatiuam, regreſſum, coadiutoriam, primogenitum, legitimam, aut alium titulum, qui non dat ius perfectum, per quod acquiritur bonum, ſed quoddam imperfectum, per quod illi conuenit, & acquiritur aliqua actio vel officium iudicis ad iure petendum: niſi impediatur p modos iuſtitiæ cõtrarios videlicet vim, metum, dolum, mendacium, aut aliam fraudem, & iam ſi alias odio, vel mala intentione impediat.

Mouet nos ad id primum, quia ex definitione reſtitutionis,[a] colligitur, quod vbi non eſt debitum legale, non eſt qđ reſtituatur, quod etiam affirmat Caietanus [b] & etiam Sotus. [c] At nemini, cui nõ eſt ius in re, vel ad rem, vel officium iudicis ad petendum eſt debitum legale, licet forte ſit debitum morale, & antidorale. [d] Ergo non debetur eius reſtitutio.

Secundo, quod reſtitutio, ſiue reddi-
tio præſupponit ablationem, ſecundum
mentem omnium, quam Sotus, [e] exprimit. At cui nihil iuris eſt, nihil iuris auferetur: quia priuatio præſupponit habitum. [f] Ergo, &c.

70 Tertio, quod qui blanditijs, ſiue vi, metu, mendacijs, & dolo, facit teſtamentum mutari, aut legatum in alium tranſferri, reſtituere non tenetur, [g] Ergo neque qui impedit, ne collator, præſentator, vel elector conferat, præſentet, aut eligat illum: vel Rex, vel alius, qui poteſt conferre aliqđ officium, vel aliud ius illi vel illi, tenebit illi aut illi reſtituere. [h]

Dixi, *Qui mala intentione, &c.* quia intentio nocendi, aut malum iniuſtum inferendi neceſſitatem reſtituendi non inducit, quamuis in foro conſcientiæ, peccatum inducat, niſi adijciatur ei op⁹ aliquod exterius iniurium, & contrariũ legibus iuſtitiæ, vt lictor mala intentione ſuſpendens iuſte damnatum, licet peccet, non tamen tenetur reſtituere quidquam, & miles in bello iuſto occidens hoſtem, vel diripiens ciuitatẽ malo animo & ſine peccat quidem, ſed nõ tenetur reſtituere: quia licet tranſgrediatur leges charitatis, vel aliarum virtutum, non tamen tranſgreditur leges iuſtitiæ ſpecialis, quarum tranſgreſſio ſola eſt iniuria, & obligat ad reſtituendũ, vt probamus cum communi. [i] Qua ratione etiam Sotus, quem poſt hæc ſcripta legimus, diſcedit a Scoto, Paludano, & communi, [k] quatenus aiunt, intentionem malam ſine opere iniurioſo inducere obligationem reſtituendi.

Per quæ ſoluitur negatiue illud noue quæſitum, An qui odio alicuius famulũ proſequitur, & efficit, vt herus eius dimittat eum, qui non poteſt inuenire alium, qui tantum ſalarij ei ſoluat, quantum dimittens, teneatur reſtituere? Reſpondendum enim eſt quod non: niſi efficeret, vt herus contra iuſtitiæ legem ante lapſum temporis conuenti, eum dimitteret. Non obſtat l. Proculus, [l] quam Caiet. [m] citat: quia illa & l. fluminum, [n] pro nobis faciunt, habent enim eum, qui fodit puteum in ſuo, non teneri vicino, licet inciderit venas, per quas fluebat aqua in eius puteum.

71 Neq; obſtat. l.º 2. quam citat Scotº, quia vitioſa eſt allegatio, & videtur voluiſſe citare l. 1. [p] quatenus ſignificare videtur, eum qui puteum effodit, aut aliud opus in ſuo facit, vnde damnum vicinus accipit, non teneri de damno, ſi non faciat animo nocendi, ſignificans a contrario ſenſu, quod tenetur, ſi eo animo faceret. Reſponderi enim poteſt primo, quod argumentum a contrario ſenſu, licet alioqui ſit validiſſimum in iure, [q] nil tamen valet, quoad ea quibº contrarium exprimitur in iure, iuxta gloſſam celebrem & receptam, vt tradit ibi late Felinus, [r] pro qua textus, optimus in cap. a nobis 2. [s] & Secundũ omnes communiter intentio mala ſine opere iniurioſo non obligat ad reſtituendũ damnum, vt prædictum eſt. Quæ ſolutio roboratur ex eo, quod Vlpianus ibi noluit innuere obligationem reſtituendi propter malum animum induci, ſed vt clarius confirmaret dictum Marcelli, negantis eo caſu actionem de dolo dari, dixit, non eſſe locum actioni de dolo ſine malo animo, ſine quo dolus non datur, [t] facit pro hoc, quod prædictæ leges, [u] quæ ſunt ipſiuſmet Vlpiani, neque alia

lex

a Poſita ſupra num. 6
b In d. q. 62 art. 2.
c Vbi ſup.
d Vt colligitur ex gloſ. & aliis Inſtit. de act. in princ. & in l. ex hoc iur. ff. de iuſtit. & iur.
e Vbi ſup.
f l. decẽ ff. de verb. ob ligat. ca. ad diſſoluẽdũ, de deſponſ. impub.
g l. fin. C. ſi quis aliq. põt prohib.
h Argum. l. illud. ff. ad l. Aquil.
i In tract. de red. præd. dict. q. 2. mo nit. 4
k In 4. q. 7. art. 3. ad col. 17.
l ff. de dãn. infect.
m Vbi ſup.
n §. fi. eod. titul. off. de nou. oper. nunt.
o §. deniq; l. ff. de aq. plu. arc.
p
q l. 1. ff. de off. eius cui mand. eſt iur. & cap. Apoſtol. de his quæ fiũt a prælat. ſine conſenſ. cap.
r In cap. ſignificaſti. de for. cõpe.
s De ſent. excommu.
t l. dolũ. C. de dolo.
u Fluminũ & Procul⁹.

lex ponderat bonum vel malum animū: sed solum an quis iure, vel iniuria in suo faciat opus, quo nocetur proximo.

a Ind. q. 68 art. 2. Non obstat, quod etiam S. Thom.[a] significat actum, malo animo factum inducere restitutionem in aliquo casu, quo bono animo factus non induceret, tum quia S. Thomas non loquitur de actu solo animo malo facto, sed malo animo iniuste facto, & ita intelligendus est de actu iniurioso alteri, vel modo iniurioso facto, puta per vim, metum, dolū, vel fraudem, de quo statim dicemus, tū quia etiam idem S. Thom. videtur legisse prædictum. §. denique. & quia non occurrit sufficiens responsio tentauit aliqua parum firma. De quibus vnum est, quod ait teneri quem aliquo casu ad restitutionem, seu non secundum æqualitatem, cum restitutio sit actus iustitiæ commutatiuæ, quæ obligat ad æquale.[b] Alterum, quod æquiparat in hoc collationem beneficij cum proposito firmo conferendi, quod nullo iure vel ratione necessario probari potest, & reprobatur ea manifesta quòd qui proposuit firmiter conferre alicui beneficium, si mutata voluntate alteri contulerit, valet collatio, & nō tenetur restituere, nec peccat si æque dignus est. At qui iam contulit vni si mutata voluntate conferat alteri, peccaret, & non valeret collatio, & teneretur restituere, etiam si secundus esset longe dignior. Tertio quòd odium, vel malus animus sine opere iniurioso obligat ad restitutionem, quod cum saluare nititur Sotus, parum sibi constat.[c] Quare dicta S.[d] Thom. reducenda videntur ad ea, quæ firma ratione probantur, & tribuenda obseruantiæ, qua solet esse in sacros canones, & sacras leges adeo magna, vt nec latum vnguem ab eorū verbis recedere sit solitus, quod quia non aduerterunt Scotus, Paludanus, Caieta. & alij, putauerunt S. Thom. sensisse contrarium, in quo etiam Sotus se satis inuoluit.

b Secūdum eundem ibi dem, art. 1.

c Vt videre est vbi sup.

d In illa re sponsione ad 4.

e Vbi sup. 72 Non obstat etiam ratio Caietani[e] scilicet, quod officia, & beneficia sunt bona communia, quæ sunt singularibus diuidēda, & ideo qui ea male distribuit aut male impendit, contra iustitiam distributiuam facit, vt qui male distribuit, vel impedit bene distribuere centum aureos communes singularibus plebis, & consequenter quemadmodum hic restituere tenetur, iuxta omnes, ita & ille tenebitur. Non inquam, hæc ratio obstat, tum quia illa solum militat in beneficijs, & officijs publicis, & ita quoad alia nihil probat, tum quia non est eadē ratio de distributione centum aureorū communium facienda alicuius communitatis in singulos eius, & de distributione beneficiorum & publicorum officiorum communium Ecclesiæ, vel Reipublicæ in singulos eius, nam vt perspicaciter ait Sotus,[f] non sunt beneficia, & munera publica communitatis, ita debita ijs, inter quos sunt diuidenda, vt centū aurei Communitatis diuidendi singulis eius sunt debiti eis, eo quod beneficia & officia publica sunt instituta principaliter propter seruitium Ecclesiæ, vel Reipublicæ, & non propter eos, qui seruituri sunt. Et collatores eorum non distribuunt, tamquam debita eis quibus distribuuntur, sed tamquam debita seruitio Ecclesiarum, & tamquam electores ministrorum earum, ita quod, per bonam, vel malam electionem eorum non fit principaliter commodum, vel damnum eligendis, sed Ecclesijs, vel rebusp. quib[9] sunt eligendi: sicut præfectus ab aliquo domino ædificio alicui construendo, deligendo artifices idoneos, vel minus idoneos, non facit commodum, vel damnū principaliter idoneis, vel magis idoneis, quos ad illud opus deligere omittit, sed domino: & si quid damni dat, non tenetur restituere illis, quos omittit deligere, sed ipsi domino, cuius ædificium est male, vel non adeo bene constructum.

f Vbi sup.

Confirmantur hęc, eo quod licet iustitia distributiua illud, aut illud officium, vel beneficium, aliquibus dare obliget, regulariter tamen nemini ius perfectū, quod appellant in re, quo suum fiat, concedit, nec imperfectum, quod appellant ad rem, quo debitum illi fit, & possit illud iure petere, quamuis sit dignior, nec vnquam talis vsus in Ecclesia, aut Republica Christiana fuit, etsi sæpe sæpius diuisor non dando digniori, aut dando indigno peccet. Sed quando centum aurei communes sunt particularibus plebis distribuendi, vnusquisque eorum ius aliquod habet, eo quod illis debetur, &

suam

ſuam partem,aut ſaltem quantum debe tur ex ea petere poteſt. Dixi ſupra in cõ cluſione non eſſe reſtitutionem faciendam impedito,quia reipub.vel,alij iniuſte læſo facienda eſſet,vt ex proxime dictis colligitur.

Dixi,*Niſi impediat per modos iuſtitiæ cõtrarios*, videlicet vim,metum,dolum, mendacium, &c. quia ſi per hos modos impediret,teneretur. Vnde ſi mentiens me eſſe mortuum,aut non eſſe eius conſanguineum,aut eſſe ſpurium, aut ignarum, aut malum, aut per alias fraudes, aut per vim faceret mutari teſtamentũ, aut legatum, aut collationem, aut præſentationem beneficij,officij,aut alteri[9] boni,& commodi factam,aut iam decretam reſtituere mihi tenetur, iuxta omnes,[a] etiam iuxta Gerardum,relatum ꝑ Adrianum,[b] licet ipſe plus ceteris i hoc ſe extendat.

a Per l.1. & 2. C. ſi quis aliqu. teſta. ꝓhib. & l.ſi.ff.de hær.inſtit.

b Vbi ſup.

Ratio vero,cur mala intentio damnificandi hanc neceſſitatem reſtituendi non inducit, mendacium autem, fraus, aut comminatio,& alij modi iniuſti ſic, eſt quod intentio ſola damnificandi eſt contra charitatem,ſed non contra iuſtitiam commutatiuam,cuius actus eſt reſtitutio,& mendaciuni,fraus,& comminatio ſunt cõtra iuſtitiam,quia per hæc iuſtus modus acquirendi, qui impedito competit,impeditur. Non tamen tenetur reſtituere, quantum impedit, nec quantum ſoluere deberet, ſi eripuiſſet iam ius penitus acquiſitum,aut debitũ: ſed quantum conſideratis circumſtantijs,iudicio boni viri videbitur, vt communis dicit in alijs caſibus,ſaltem iuxta æquitatem,& conſuetudinem in his ſem per ſeruari ſolitam.

74 Ex quo ſequitur,quod quando beneficia,officia,& cathedræ dantur ꝑ oppoſitionem,ſeu concurſum digniori,exſtante ſtatuto, quod neceſſario debeant conferri candidatis tempore præſtituto concurrentibus,& competentibus, ſi ſatis ſunt in id qualificati,& aliquis impediuit,ne darentur legitimis oppoſitoribus,ſeu concurrentibus candidatis, ſed alijs,reſtituere tenetur,quia illi iam ius quoddam perfectum acquiſierant,ad pe tendum,vt alicui ex ipſis darentur. Quẽ admodum etiam, qui iniuſte ab opere agricolam,a ſcribendo ſcribam,&c. impedit, tenetur reſtituere, quia impedit ab eo,quod ipſi iure conuenit,ſcilicet laborare, aut ſcribere.

Nec obſtat, quod Sotus,[5] ſignificare videtur,quia non loquitur de ſcholaſticis ſuffragantibus alijs,quam candidatis ſed de ſuffragantibus minus dignis candidatorum, de quibus etiam nos in hoc loco antequam eum videremus, diximꝰ eos ad reſtitutionem non teneri,quamuis peccent eo modo, quo collatores, & electores beneficiorum.[d]

c Vbi ſup. col. penult.

d Per ſupra dicta.

Sequitur etiam, quod non tenebitur reſtituere, qui ſine vi,mẽdacio,aut fraude,mihi prohibuit profectionem ad Epiſcopum, cui erat propoſitum beneficiũ alicui digno conferendi, ne me cognoſceret,qui ſi me cognouiſſet, mihi illud contuliſſet,quia illud beneficium adhuc nõ erat meum,nec mihi debebatur,nec ab eo per modos iuſtitiæ contrarios ꝓhibitus fui.

QVAE CAVSAE NON reſtituentem a peccato excuſant.

75 *Reſtitutione adebita excuſant hac nouem.& ſeqq.*

78 *Debitor non omnis ſecurus per remiſſionem,quoad peccatum.*

79 *Debitor non excuſatur, licet debitum non petatur.*

80 *Debitor non liberatur ſpecie perempta.*

81 *Beneficij collatio,vel procuratio non eſt debiti reſtitutio.*

81 *Officium per profanum quando ſit reſtitutio.*

82 *Reſtitutione ob qualem ignorantiam quis excuſatur,& 83.*

84 *Emens rem ab eo quem ſuſpicari debet furem,caueat ſibi.*

85 *Præſcriptio, quæ a reſtitutione excuſat.*

86 *Ceſſio qualis bonorum excuſat a reſtituendo.*

87 *Bona vitæ,ſalutis libertatis,& fama eſſe inæſtimabilia.*

87 *Quæ non eſt neceſſe reddere pro æſtimabilibus,licet ſit interdum vtile.*

88 *Liber homo quis poſſit vendi aſe licet non poſſit ab alio.*

89 *Bona trium ordinum vitæ,famæ,& pecuniæ multum differre.*

89 *Fama, vita, & libertas, & conueniunt, & æstimari non possunt.*

89 *Compensatio, quæ fit pro vita, & fama, non facit eas æstimabiles.*

90 *Fama non æstimatur plus quam vita, licet sic, vt illa compensetur.*

90 *Famam mulier probabilis, quam libertatem æstimat.*

90 *Metus infamiæ, vt excusat a lapsu, vel partum supponentem.*

90 *Intellectus, & inductio cap. officii. de pœnit. & remiss.*

91 *Vita non est amittenda propter famam illustris familiæ.*

91 *Æstimabile aurum etiam maximum fama non etiam minima.*

91 *Adultera de Ecclesia non extrahitur sine debita cautione.*

91 *Fama per æquiualens nequit restitui secundum S. Thomam.*

91 *Fama bonitatis sola inæstimabilis, non alia.*

POrro multa a restituendi obligatione excusant. Primum necessitas, de qua supra [a]. Secundum, remissio, cõdonatio, aut alia satisfactio, qua creditor fiat contentus, quę si est perpetua perpetuo excusat, & si temporalis pro tempore, quo durauerit [b], cõcurrentibus duobus. Prius est, ꝙ fiat per eum, qui donare potest, & liberam suorum bonorum administrationem habeat [c]. Posterius, quod scienter, & sponte fiat sine vi, metu, dolo, aut fraude aliqua.

Ex quibus infertur primo, quod non prodest illa quotidiana satisfactio, qua creditor sit contentus parte debiti propter diffidentiam recuperandi debitũ, natam ex eo, quod ei debitor minatur, quod si pro cẽtum, quæ debet nolit esse contentus quinquaginta pro integra solutione, nihil vnquam habiturus sit secund. Caiet.[d] & ante Syluester. quia de est ei secunda conditio. Secus tamen est de diffidentia recuperandi, quam concipit ob alias causas, vt recte Syluest. [f] insinuauit.

Secundo infertur non esse opus tertia conditione, quam aliqui desiderant, scilicet, quod sit parata solutio, nec illa, quam quidã Theologi relati a S. Antonino h. s. quod pecunia ponatur realiter corã creditore, sed neque, vt verbis oferatur, quod requirunt alij relati per Perusinum [i], & Antoninum [k], quia satis est, vt creditor scienter, & sponte id faciat, vt sentit glossa [l]. imò, vt bene insinuauit Caietanus [m] quando restitutioni obnoxius est pauper, & creditor ita diues, vt remissio, vel dilatio debiti foret opus misericordiæ, consulendum illi est, vt antequam pecunia realiter, vel totaliter præsentetur, remissio petatur: quia quemadmodum actus castitatis liberius in absentia fœminarum, & obiectorum venereorũ exercentur: & abstinentiæ in absentia sauium epularũ: sic etiam liberalitates cõdonandi, & remittendi debita liberius in absentia solutionis, & ante oblatam, præsentatam, & receptã pecuniam, quã post exercẽtur.

Tertio infertur, quod nõ est necesse, quod debitor habeat propositum debitum soluendi, si ei non remittatur, ad hoc vt remissio, & condonatio creditoris valeat, quamuis sic ad hoc vt peccatum dimittatur.

Quarto infertur, quod debitor, qui dicit creditori, se ad soluendum quantum sua facultas fert paratum esse, & simul rogat, vt erga se vtatur misericordia, & liberalitate, consecuta totius, vel partis remissione, fiet liber a peccato, & restituendi necessitate, si soluendi voluntatem habebat, esto quod non fieret remissio: si vero talem voluntatem non habebat, liberatur quidem a restituendi necessitate: non autem a peccato, quod peccabat nolendo soluere, etiam non sequuta remissione: quod etiam insinuauit Syluester: [n] nam debitor, qui ẽt post condonatum debitum, eo animo esset, quod nolet soluere, etiã si posset, licet nõ esset ei condonatum, manifeste peccat volũtate inordinata interiori cõtra septimũ præceptũ, [o] in qđ vtinã multi, qui cõpositiones q̃runt, nõ inciderẽt.

Quinto infertur, quod si aliqua persõna proba tractat cum creditore & dicit, Ego curabo, vt N. soluat tibi tantũ, si tu liberali voluntate reliquum remiseris, idque faciat sine fraude, nullo iniecto metu, aut diffidentia nunquam debitũ recuperandi, & debitor paratus sit facere, quidquid potest, si creditor illi remittit, immunis est a peccato, & a restituendi necessitate. Si autem non habet

a *Eodem nu. 60.*
b *Cap. peccatum ad iuncta glo. recepta, verb. restituatur de reg iur. lib. 6. & l. 1. ff. qui satisdar. cog.*
c *Arg. cap. veniens. de rest. ad iunctis ijs, quæ supra eod cap. nu. 45. diximus.*
d *In dicto art. 8.*
e *Verb. restituat. 7. qu. 1, & 2.*
f *Vbi supra.*
g *In dicta regul. peccatũ. lib. 6.*
h *2. par. tit. 2. cap. 8.*
i *In dicta regula peccatum.*
k *Vbi sup.*
l *In dicta regula peccatum.*
m *2. 2. qõ. 62. art. 6.*
n *Verb. restitu. 7. q. 2*
o *Arg. cap. si res. 1. q. 6. & cap. sæpe. de restit. spol.*

voluntatem ſoluendi quantum poſſet, manet quidem a reſtitutione immunis: ſed non a peccato.

Sexto infertur, quod ſi perſona internuntia dicit remiſſionem libere eſſe factam, & non ita res ſe habet, a reſtitutione debitor immunis nõ fit, imo ſi de eo dubitat, de veritate certior fieri debet: quamquam ſi internuntius eſt ſatis ad id fide dignus, eius dicto excuſatur, quo ad cõtrarium reſcierit. Quod cum reſcierit, ſoluere tenebitur, aut ſoluendi voluntate propoſita, remiſſionem petere.[a]

a Arg. c. cũ ceſſante de appel. adiũcto, c. ſignificante, de pign.

79 Septimo infertur quod nõ excuſatur debitor a peccato, eo quod creditor nõ petat ab eo debitum, ob timorem ét reuerentialẽ, aut ob ignorantiam debiti, ſi iudicio boni viri ſoluẽdo erat: quia eo caſu creditor ſcienter, & ſponte non remittit, aut dat dilationẽ quamuis excuſaretur, ſi creditor ſcit ſibi deberi, & non petit ſine aliquo metu, aut ſine alio reſpectu, qui eum inuolũtarium faciat, quia probabiliter credere poteſt, ſibi ab eo dilationem dari, vt vtiliter adnotarunt Angelus, [b] & Syluester. [c]

b Verb. mora §. 1.

c Eo Verb. q. 1.

Octauo infertur, quod qui aliquid debet in genere; puta hominẽ, bouem, aut equũ, aut tot modios frumenti, aut amphoram vini, a ſolutione, aut reſtitutione non excuſatur, quamuis ſpecies, quas ad ſoluendum deſtinatas haberet, incendio, aut alio quouis caſu fortuito perirent: imo neq; ſi omnia eius bona diſperirent, quia debitor in genere non liberatur ſpeciei peremptione, [d] quamquã debitor ſpeciei, puta illius, vel illius hominis, bouis, equi, veſtis, &c. regulariter excuſatur illius ſpeciei peremptione, ſi abſq; dolo, fraude, & culpa, & ante morã perierit. Nec ét poſt moram, ſaltem in foro conſcientię, ſi ſciretur, quod perinde peritura erat apud creditorem, ac apud eũ, [e] ſiue ex cõtractu, ſiue ex delicto deberetur. [f] Secus tamen ſi conſtaret, aut dubitaretur, quod antequã res perijſſet, dñs vẽdidiſſet, aut ea vſus fuiſſet, [g] & declarat Syluester. [h] Ille autem dicitur eſſe in mora reſtituẽdi, qui tenetur ex delicto, [i] & etiam, qui ex contractu, & non reſtituit ad diem præfixum, vel non ſtatim, atque ſcit, vel ſcire debet, rem eſſe alienam, [k] idque facit ſine iuſta cauſa eam retinendi: nam ſi eam retineret ratione aliquarũ impenſarum, quas bona fide circa eam feciſſet, aut credendo iuſto errore ſuam eſſe non cenſeretur in mora. [l]

d l. incendium. C. ſi certũ peta. not. in l. qã te mihi. ff. de reb. cred.

e l. ſi §. ſi. ff. ad legem Rhod. de iact.

f l. ſi ex legati cauſa. ff. de verbo. oblig. cũ ei adnot. Syluester Verb. reſti. 7. q. 5.

g l. cũ res. §. fin. ff. de leg. 1.

h Verb. reſtitutio 7. q. 5.

i l. 1. ff. de cond. furt.

k Dicta l. quod te, & arg. c. fi. de præſcr.

81 Tertia cauſa principalis a reſtitutione excuſans, ſecundum aliquos Iuriſperitos, eſt dediſſe, aut procuraſſe credi tori aliquod beneficium Eccleſiaſticũ, quod falſum eſt, quia per ſpirituale non poteſt ſolui tẽporale, [m] vt probamus. [n] Et ideo neq; a ſoluendo eo, qđ propter obſequia debetur, id excuſat, quamuis ſi poſt datum aut procuratum beneficium gratis creditor ille cauſa gratitudinis debitũ remiſerit, debitor a reſtitutione liber erit. Et idem per eãdem rationem dicendum eſt de officijs, quæ ſine ſimonia, aut peccato emi, & vendi non poſſunt, quamuis nõ de alijs, quæ licite venduntur & emuntur: quia horum datio, aut procuratio impenſa debitoris facta, idonea ſolutio eſt. [o]

l l. illud. ff. de peti. her. & l. is qui rem commodaſſet. ff. de furt.

m Ca. quã pro. 1. q. 2.

n In c. cum ſecundum de præb.

Quæritur autem hic, an ſit locus præ dictis in officijs ſecularibus, quæ ſine peccato vendi non poſſunt? Reſpondeo non eſſe: quum titulus eſt validus, licet in eo peccetur, quales ſunt multæ venditiones factæ a regibus, vel alijs facultate ad id regia munitis, in quibus faciendis, ſolet nonnumquam interuenire peccatum, ſaltem veniale. Eſſe vero, quando in eo non ſolum peccat, ſed etiam titulus eſt nullus, eadem ratione.

o Arg. c to tum 1. q. 3.

82 Quarta cauſa principalis eſt probabilis ignorantia facti, qua credit id, quod reſtituendum erat, ſuum eſſe, quia forte hæreditate obuenerat, aut illud non debere; quia erat debitum a patre contractum. Et etiam ignorantia iuris obſcuri, [p] præſertim, quando viri ſcientia, & conſcientia prædicti conſulunt ei, quod ad reſtituendum non tenetur. [q] Secus tamen eſſet de eo, qui conſuluit eos, quos credit ſibi placita reſpõſuros, & niſi hoc crederet, eos non conſuleret.

p Iuxta gl. in c. 1. de poſtul. prælat. lib. 6. Verb. de catero.

q Arg. glo. ſing. & recepta in 2. capellanus. de feriis.

82 Et minus qui conſulũt multos, qui dicunt illi, ipſum ad reſtituendũ teneri, & ab alijs cõſulendis non deſiſtit, donec aliquem reperiat, qui ei reſpondeat, ipſum non teneri, & huic potius, quam reliquis fidem adhibet, iuxta Adrianum. [r]

r In 4. de reſtit. q. 88.

84 Dixi ſupra, *ignorantia probabilis*: qa

non

non excuſat craſſa,& ſupina,qualis eſt illa,qua quis emit a milite Miſſale,aut calicem,aut a famulo orbem, aut ſalinum argenteũ,aut ab aliquo iuuene pannoſo ſericum, aut alterius generis pannum, quem credere,aut certe dubitare debebat habuiſſe illum, per furtum, rapinã, aut bellum iniuſtum,non adhibita diligentia debita,ad veritatẽ ſciẽdam. Nec ẽt excuſat ignoratia iuris clari,qualis eſt ea quæ ignorat iniuſtum eſſe rem furto ablatam emere, vt eam ſibi retineat. [a] Quamq̃,quia quiſq; ſibi arctius eſt obligatus quam alteri,poteſt illud tale venditori reddere,aut permutatori, & pretium recuperare, aut quod pro illo dedit,deprecatus eum,qui male accepit,& male dederat, vt illud ſuo domino reſtituat,per dicta ſupra. [b]

Quinta cauſa eſt canonica præſcriptio,aut vſucapio,[c] qui eſt vnus modus ac quirendi dominiũ vtile,aut directũ alicuius rei, aut exceptionem ad retinẽdũ eam,quæ competit,ex eo,quod eam legitimo tempore,modo ad id legitimo, bona fide poſſederit. [c] Et vt nemini vi deamur per incuriam præſcriptionẽ immobilium bonorum vſucapionẽ appellaſſe,monemus, quod quãuis modus acquirendi rem mobilem per poſſeſſionẽ appelletur vſucapio, & modus acquirendi rem immobilem præſcriptio, iuxta vulgarem opinionem commentatorum vtriuſq; iuris: verius tamen videtur,qđ omnis talis modus appelletur vſucapio, & exceptio,quæ ex ea naſcitur,præſcriptio,vt colligit ex multis legibus, [d] do ctiſſimus, ac omni iuga diſciplinarũ omnium encyclopædia toti orbi vſq; ad miraculum Illuſtris Andreas Alciatus,[e] & alij recentiores in alijs locis monſtrant.

Non ſine cauſa diximus,quod præſcriptio canonica excuſat: quia legalis iuris ciuilis,quæ ſacris canonibus nõ conſentit,non excuſat. Et ideo nulla præſcriptio,quæ inchoata fuit,& cõtinuata mala fide, ſeu a ſciente rem eſſe alienam, excuſat: nec etiam, quæ cœpta bona fide, ſi poſtea antequam finiretur, mala ſucceſſit. [f] Vnde nec leges particulares Regnorum,vel ſtatuta Ciuitatum, quibus ſtatuitur, ne poſt aliquot annorum lapſum,debitum peti poſſit, debitorem ſcientem ſe debere, & non ſoluentem in foro conſcientiæ excuſari, iuxta communem,quam tenet Anchar. [g]

86 Sexta cauſa, quæ excuſat eſt ceſſio bonorũ,qua debitor ea relinquit creditoribus, [h] quæ in foro exteriori excuſat, quoad debita ex contractibus orta, quatenus lex ciuilis ſtatuit, ne debitor cedens in plus teneatur,q̃ commode ſoluere poſſit,de ijs,quæ poſtea quæſierit. Quod ipſum eſt dicendum de debitis, quæ ex delicto naſcũtur,quoad intereſſe priuatum partis,non aũt quoad intereſſe publicum:nam quoad illud,qui nõ habet in ære,debet luere corpore. [i] Dixi, *in foro exteriori*,nam in foro conſcientiæ non excuſat, niſi quatenus neceſſitas eũ ſine ceſſione excuſaret, de qua ſupra [k] diximus, hoc eſt, ita quod ei ſuæ artis inſtrumenta, & ad victum neceſſaria iudicio boni viri dumtaxat relinquantur.

87 Septima cauſa eſt impotentia reſtituẽdi ſine vitæ & ſalutis periculo, per ca.officij, [l] cum declaratione,q̃ ſuper illam Innoc.IIII.communiter receptus fecit.Cuius ratio vẽ eſſe,quod vita & ſalus ſunt bona altioris ordinis,quam bona fortunæ,& pecunia æſtimari nõ poſſunt. [m] Et ideo reſtitutio,quæ eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ,quæ ad æqualitatem partes reducit,non obligat ad danda bona altioris ordinis, & inæſtimabilia pro bonis fortunæ,quę inferioris ſũt ordinis. Qui autẽ bona proximo debita cũ periculo vitæ, & ſalutis reſtitueret, non male faceret, ſi magna eſſent, quin laudem promereretur,ob rationes & auctoritates,qbus pulchre Sotus[n] probat, licitum eſt vitam cordate, & prudenter pro defenſione ſui amici & proximi, & ẽt ſuæ rei familiaris, & ꝓ quolibet actu virtutis effundere.Vnde inferimus,verã rationem huius ſeptimæ cauſæ,& excuſationis nõ eſſe, quod homo ſuæ vitæ,& ſalutis dominus non ſit, [o] cũ ſaltẽ eius cuſtos ſit, cum poteſtate ponendi eam pro Deo,pro republica, pro amico, pro ſuis bonis,ẽt pro quolibet actu virtutis.

88 Octaua cauſa eſt impotentia reſtituẽdi ſine amiſſione libertatis,& ſui ipſius venditione,quia quãuis lex vetus [p] ſtatueret,vt qui furto ſublatum reddere non poſſet, venderetur, & ẽt vt debitor ſeipſum aut ſuos filios pro debito ciuili traderet, [q] & quamuis idem nunc ſan

a Arg.ca. Apoſtolica de cler. excomm. miniſt.& cap. ignorantia. de reg. iur. lib. 6. Sylueſt. Verb. reſti.3.q.7.
b Eod.cap. num.9.
c l.1. ff de vſucap. & toto titu. de præſcript. l. 1.C.de vſu cap.trãſfor. & gl.16.q. 3. ſumma.
d ff.de vſu cap.
e In l. vt ſunt. ff. de Verbo. ſign.
f Ca. vt vi gilant,e.ſi. de præſcr.c. poſſeſſor, de reg.iu.li.6.
g In c.peccatum, de reg.iu. li.6.
h ff.de ceſſ. bon.& C.de his, qui bonis ced.
i l.1.§. & generaliter ff.de pœnit.
k & gl.c.non ſatis.86.di.
l & c.ſi res. 14.q.6.
m Arg.l.in ſeruorũ. §. fi.ff.de pœnit.
n Vt dictũ eod.c.nu.6.
o Li.5.q.2. art 6. de iuſtit. & iur.
p l liber homo ff.ad legem Aquil.
q Exo. 22.
r Leuit.25. & 4.Reg.4.

ciri poſſit: numquam tamen in republica Romana, poſtquam Chriſtiana effecta eſt, decretum fuit, vt aliquis pro debito ciuili ſeruus efficeretur, imo, a ſan citum eſt, ne quiſquam ad id compellatur. Ratio huius octauæ cauſæ videtur eſſe eadẽ, quæ ſeptimæ, videlicet, quod libertas ſit altioris ordinis bonum, quã bona fortunæ, & ſua natura inæſtimabile, ſicut vita, & ſalus, [b] & ideo non eſt danda pro bonis fortunæ, quæ ſunt inferioris ordinis, & ſua natura æſtimabilia. Quamquam non male faceret, qui pro facienda reſtitutione, ſe quaſi ſeruũ cre ditori traderet, aut ſe alteri venderet, nulla enim lex diuina vetus, vel noua id vetat, imo neque vlla Romana, imo ſtatuit, ne quis ad id compellatur: & quamuis ius [c] probet emptionem liberi hominis ſcienter factam nõ valere, non tamen probat vendentem ſe ob grandem neceſſitatem peccare Et l. 2. [d] habet, poſſe patrem vendere filium etiam inuitum propter neceſſitatem: & hodie paſſim Chriſtiani in Aethiopia multos emunt, qui ſe ipſos vendunt, aut ſe vendi conſentiunt. Quod licitum permiſſumque eſſe etiam prædictus Sotus [e] ſcripſit. Vnde ſequitur, quod ratio huius octauæ cauſę excuſandi, non eſt quod homo liber ſuæ libertatis dominus nequaquã ſit, ſed prædicta.

89 Nona cauſa eſt impotentia reſtituendi bona ſine famę amiſſione, ſm doctiſſimum Card. Caietanũ [f] dicentem, quod quemadmodum bona vitæ & ſalutis ſunt altioris ordinis, quam famæ: ſic bona famæ altioris ordinis ſunt, quam pecuniaria, & quod nemo ad reſtitutionem bonorũ inferioris ordinis tenetur, cum iactura bonorum altioris.

Contra tñ hoc tenet Ioan. Maior, [g] & Adrianus [h] & poſtea prædictus Sotus reſolutionem prædictam Caietani refutat, [i] ſentiens non eſſe horũ ordinũ rationem habendam, ſed potius eſtimationem famæ cum æſtimatione debiti eſſe conferendam: & quod æſtimatio famæ tantum poſſet æſtimationem debiti ſuperare, quod non teneatur reſtituere, & e contrario ſi debitum ſuperaret eſtimationem famæ, teneretur reſtituere cum illius iactura. Mouetur ad id primo, quod doctrina Caietani videtur ci magis Metaphyſicæ, quã Philoſophiæ morali niti. Secundo, quamuis fama ex ſe maioris ſit æſtimationis, quam aliqua res pecuniaria, magna tamen pecunia pluris quam exigua fama æſtimatur, ſicut quamuis pretioſius ex ſe ſit aurum, quam plumbum, [k] tamen plumbum viginti pondo pluris æſtimatur, quam vnum granum auri. Tertio, quod qui læſæ maieſtatis diuinæ vel humanæ illuſtrem aliquam familiam infamauit, reſtituere ſuo iudicio teneretur ei famam, etiam ſi ipſi ob id mors ſubeunda foret.

His tamen nõ obſtantibus Caietano eruditiſſimo hærendum cenſeo. Primo, quia eius doctrina nõ tam Metaphyſicę nititur, quam Philoſophiæ morali, quæ neminem cõpellit ad dandam ſuam vitam pro debito ciuili, & non alia rõne, q̃ quia hæc eſt inæſtimabilis, & altioris ordinis debitum, vt dictum eſt, quæ eadem ratio militat in fama reſpectu boni pecuniarij: ſiquidem ẽt fama ſua natura bonum eſt inæſtimabile, ſicut ſalus & vita, & ſuperat bonum pecuniarium, iuxta illud. [l] *Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille theſauri pretioſi & magni:* & [m] *Melius eſt bonum nomen, quam diuitiæ multæ*, & Ariſtot. [n] ait, *Honorem eſſe maximum bonorum exteriorum*; quem probat S. Thom. [o] Cui alter Thomas ibi conſentit. [p]

90 Nec obſtat quod quando fama reſtitui nõ poteſt aliqua pecunia eſt compenſanda, tum quia id non fit, eo quod fama ſuapte natura æſtimabilis ſit, ſed quia alia compenſatio fieri nequit, tum quia ẽt pro vita, & ſalute, idem fieri iubetur, [q] quæ tamen ob hoc non dicuntur æſtimabilia, tum quia id non datur pro pretio famæ, quæ nullum habet, ſed pro cõpenſatione damni quod ob eius iacturam obuenit, ſicut etiam mutilato aliquo membro, datur aliquid non pro pretio deperditæ integritatis, quæ nullum habet, ſed pro damno, quod ex eius defectu euenit per leges prædictas, & ea quæ ſupra, [r] citata fuerunt, quorũ conſideratio ad hæc maxime facit.

Secundo, quod S. Tho [s] eodem modo loquitur de reſtitutione famæ, quo de reſtitutione vitæ, aut membri, quæ reſtitui

a In l. ob æs alienum & aut. ſed hodie C. de act. & obli. & in ca. 2. & ibi gl. de pigno.
b l. libertas ff. de reg. iu.
c l. & liberi hominis, cũ 2. ſeqq. ff. de contrahend. empt.
d C. de patr. qui fil. diſſr.
e Li. 4. q. 2. ar. 3. de iu. & iur.
f 2. 2. q. 62 art. 2.
g In 4. lib. ſen. diſt. 15. q. 17.
h In 4. de reſtit.
i Li. 4. q. 6. ar. 3. de iu. & iur. & q. 7. art. 2.
k Ca. duo ſunt. 96. 96
l Eccl. 41.
m Prou. 22
n 4. Ethic.
o 2. 2. qua. 129. art. 1.
p Et in q. 31. ar. 1. ad 2. & q. 103. ar. 2. ad 1. et gl. c. ſuã, de pœnis, et in Extrau. ad cõditorẽ Ioã. xxij. §. rurſus, verbo honori. & verb. ſign.
q In l. 1. § 1. & l. fi. ff. de his, q deie. vel effud. et l. ex hac. ff. ſi quadr. pau.
r Cap. 15. nu. 19.
s 2. 2. q 61. art. 2. ad 1. & 2.

reſtitui nequeunt, nam in vtroque dicit par rependi non poſſe, & in vtroq; dicit
a In reſpon. ad 2. compenſandum eſſe. Et [a] vbi de compẽ ſatione famæ loquitur, ſe remittit ad p̃dictum verſum ad 1. vbi loquitur de cõpenſatione vitæ, aut membri abſciſſi, dicens in famæ reſtitutione idem eſſe faciendum, quod de vita ablata & membro abſciſſo dixerat, per q̃ aperte ſignificat famam æſtimari non poſſe. Et quod id, quod pro ea rependitur, non dat̃ magis pro ſolutione, quam quod redditur pro vita erepta, aut membro abſciſſo. Et quod altioris ordinis ſunt bona famæ, q̃ pecuniaria, & quod non poteſt conferri pretium boni pecuniarij cum pretio famæ, quod nullum eſt, ſed cum damno ex eius iactura ſequuto.

Tertio, quod libertas, fama, & honor, eiuſdem ordinis eſſe videntur, & vt dictum eſt, nemo pro ſolutione debiti ſe vendere tenetur. Ergo nec pari ratione ſe infamare ꝛ. [b]
b Arg. l. illud ad leg. Aquil.

Quarto, quod mulier quæ pro honeſta habetur, potius ſeruitutem cũ bona fama, quam libertatem cum infamia eligere debet. [c] At pro reſtituendis bonis ſe in ſeruitutem tradere non tenetur. Ergo minus tenebitur, quando ob id pro inhoneſta haberetur.
c Arg. l. iſti quidem. §. fi. ff. quod metus cauſa.

Quinto, quod reſtitutio, vt dictũ eſt, [d] eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ, quæ æqualitatem inter accipientem, & eum, a quo accipitur conſtituit, & reſtituere debitum cum iactura famæ eſſet reddere debitum, & perdere famam pro ſolo debito, quæ magna inæqualitas foret.
d Sup. eo. c. num. 6.

Sexto, quod Innoc. III. [e] aperte dicit, quod metus indicandi ſuum adulterium marito, vxorem a reſtituenda hæreditate, excuſat: non diſtinguendo inter hæreditatem magnam vel paruam, & inter famam magnatum & infimatum. Nec vmquam S. Tho. neque aliquis alius claſſicus auctor iſtas diſtinctiones parum (iudicio noſtro) fundatas induxit. Ergo neque nos eas faciamus. [f]
e In c. officij de pœnit. & remiſ.
f Arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. c. ſolita. de maior. & obed.

Septimo, quod non poteſt dici, quod Innoc. III. [g] non ſenſit aperte, quod metus amittendi bona altioris ordinis excuſet a reſtitutione bonorum inferioris ordinis, quia clare dicit, quod metus mali maioris conſequendi ex indicatione adulterij marito facta, excuſat vxorem a reſtitutione hæreditatis, quam ſpurius pro legitimo habitus obtinebit: & cum textus de metu generaliter loquatur, de quolibet iuſto intelligendus eſt: cumq; metus infamiæ talis ſit, [h] etiam de infamiæ metu intelliget.
g In d. cap. officij.
h Dicta l. iſti quidem cum gloſſ.

91 Octauo, quod durum, & nouum videtur id, quod prædictus Sotus ſine aliquo auctore aſſerit, ſcilicet, eũ, qui illuſtrem aliquam familiam infamauit, ad reſtitutionẽ famę cũ iactura vitæ teneri.

Nono, quod ſimilitudo auri & plũbi non concludit, quia vtrumq; ſua natura pecunia eſt æſtimabile: & ideo maior quantitas vnius poteſt pretio ſuperare minorem alterius, ſed fama non eſt res pecunia æſtimabilis, ſicut nec etiam vita, ſalus, & libertas.

Decimo, quod rariſſime continget caſus, in quo bona cito, aut tarde reſtitui non poſſint ſine iactura famæ, faciliori ratione, quam in caſu prædicti c officij, in quo mulier ſuppoſuit ſibi partum, aut ex adulterio occulto filium ſuſcepit: in quo tamen habetur, quod non tenetur id reuelare marito, ſi timet euni, cum tamen ſine metu amiſſionis vitæ ſe in monaſteriũ tutum recipiens reuelare poſſet, quandoquidem Eccleſia eam ſuo marito reſtitui, abſque idonea cautione non permittet. [i]
i Arg. cap. literas, ſub fi. de reſtit. ſpol. & cap. inter alia, de immun. Eccleſ.

Denique facit, quod ſi contraria opinio vera eſſet, ſequeretur, nullum inter reſtitutionem debiti famæ & pecuniæ diſcrimen fore: cum iuxta illam in vtraque magnum damnum eius, q̃ reſtituere tenetur excuſet, & in nulla paruũ, & in vtraq; pretium pecuniarium magnũ, vel paruum reperiatur. Sequeretur etiã, quod ſemper fama per æquiualens reſtitui poſſet, contra ſententiam S. Thom. [k] communiter receptam.
k 2. 2. q. 2. art. 2. ad 2.

Concludimus ergo, quod reſtitutio debiti bonorum omni via poſſibili procurãda eſt, ſed ſi nõ inueniatur ad id idonea, ſine amiſſione vitæ, aut libertatis, aut famæ, non eſt neceſſario facienda. Moderantur tũ opinionẽ prædicti Caie. vt ſolum procedat in fama bonitatis virtutem theologam, & moralem conſequente, & non in fama ex alijs rebus polaris parta, qualis eſt fama ingenij, ſcientiæ, viriũ, ſolertiæ, artiũ, diuitiarũ, & aliarũ rerum ſimilium, in qua opinioni contrariæ

trariæ ſit locus, quia fama harum non videtur inæſtimabilis, vt eſt fama bonitatis, iuxta ea quæ ex Eccleſ. & Prou ſupra citamus, quas duas ſpecies famæ & infamiæ eſſe, & in vtriſq; locum eſſe declarationi, probabimus infra. [a]

a Cap. 18. nu. 20.

DE RESTITVTIONE bonorum incertorum.

92 *Bona incerta quæ dicantur.*
92 *Reſtitutio bonorum incertorum, & reſeruata Epiſcopo.*
92 *Bonorum incertorum reſtitutio, vt fieri poteſt a tenente ea.*
92 *Neque id Epiſcopus vetare poteſt, niſi in quatuor caſibus.*
92 *Epiſcopi abſolutionem eius, qui bona incerta habet, & reſeruare poſſunt.*
93 *Pauperibus reſtituendum, vt poteſt tenens reſtitui.*
93 *Pauperem dici omnia pia opera & pro ſuo ſtatu egentem.*
93 *Compoſitio de incertis, quæ iuſta.*

b Inc. cum ſit de Iudæis quã ibi explicauimus cl. 1. de ad quir. rerum dom. & §. nullius inſt. de rer. diui. d Pſal. 3. & cap. quo iure 8. diſtin. e Iuxta glo. in d. l. 1. & d. §. nulli.

BOna incerta ſunt, *bona debita alicui homini, qui vel quorum quantitas ignoratur, etiam poſt inquiſitionẽ debitam*, iuxta communem ſententiam. [b] Dixi, *Bona*, pro genere: dixi, *alicui debita*, ad excludendum ea, quæ in nullius bonis sũt, & habita pro derelictis, quæ occupantis fiunt. [c] dixi, *homini*, ad excludenda ſacra & religioſa, quæ licet nullius in bonis hominis ſint, ſunt tñ Dei, non ſolum illo titulo generali, quò omnia ſunt eius [d] ſed etiam alio ſpeciali humano. [e] Dixi, *qui ignoratur*, ad differentiã aliorũ, quorum domini ſciuntur, vel inſta inquiſitione ſciri poſſunt. dixi, *vel quãtitas ignoratur*, ad ſignificandum dupliciter aliqua dici incerta: q̃uis gloſſa, [f] ſola illa, quorum quantitas ignoratur, appellet incerta, dixi, *etiam poſt inquiſitionẽ debitam*: quia ante illam non contingit inſta ignorantia, [g] ſi per eam ſaltem hæredes cognoſci poſſent, iuxta S. Tho. receptum. [h]. Quorum reſtitutio pauperibus eſt faciẽda. [i] Et ſm multos Epiſcopis eſt reſerua ta, & per eos tantum facienda, ſecũdum Hoſtien. [k] ſed communis contra, cuius veritatem copioſe [l] probauimus: vbi cõcluſimus eum, qui reſtitutioni eſt obligatus, per ſe ipſum ſine Epiſcopo, & etiã ſine confeſſario, reſtituere poſſe, imo qđ Eps contrarium iubere non pót, nec regulariter in eo contra voluntatem debitoris ſe interponere, ſecundum Angel. [m] Roſel. [n] & alios, quos refert Syluest. [o] q̃ adeo quidem verum videtur, q̃ conſuetudo cõtraria nó valeret, ſiue quia cõtra legem naturalem eſſet, ſiue quia irrationabilis, eo quod Epiſcopis communiter non magnæ curæ ſunt pauperes, iuxta Syluest. [p] Quamquam conſuetudo Epiſcoporum, qui ſibi ipſis reſtitutionem horum bonorum reſeruant, de qua gloſſa [q] mentionem fecit, defendi poſſet intelligendo de abſolutione peccati commiſſi ob illorum non reſtitutionem, & de reſtitutione, & ordine confeſſariorũ, hoc eſt prohibere confeſſarijs, ne abſq; conſilio Epiſcopi abſoluant, aut diſtribuant, ſed non prohibere parti, vt, ſi per ſe velit, non reſtituat, nec ſuam conſcientiam prout debet exoneret. Et hac noua diſtinctione aduerſæ opiniones omnes inter ſe conciliari poſſunt, ſimul & conſtitutiones ſynodales multorum Epiſcopatuum defendi.

m Verb. reſtitut. 2. §. 14. n Eo. verb. §. 2. Piſan. reſtit. 6. Gabr. el. in 4. d. 15. q. 2. col. 18. & Ioan. de Lignano & Cal. in d. c. cum ſit de Iudæ. o Verb. reſt. 8. q. 5. p Vbi ſup. q Cap. 2. de pæn. & remiſſ. lib. 6.

Dixi ſupra, *regulariter*, quia epiſcop[p] interponere ſe poteſt quatuor in caſib[b]. Primus, cum reſtitutioni obligatus, moritur abſq; hærede & exſequutore. Secũdus, cum qui reſtituere tenetur, nõ vult id facere, & contra illum in iudicio proceditur. Tertius, cum qui reſtituere dẽt, non recte diſtribuit. Quartus, cũ huiuſmodi res ab eo, qui eſt, aut fuit manifeſtus vſurarius poſſidentur, ſecundum communem. [r]

r Vbi ſup.

93 Addimus tamen, quod pp omnes rationes, ob quas cõfeſſarius debitorem rerum certarum non ſtatim reſtituentẽ, aut ad certum tempus abſoluere poteſt, a fortiori debitorem incertarum poterit. Et quod ſi reſtitutioni obnoxius eſt pauper, poteſt ſibi totum, aut aliquam partem capere, maxime de conſilio epiſcopi, aut confeſſarij, tamq̃ vnus ex pauperibus per ea, quæ infra [s] dicemus. [t] Neque eſt neceſſe iniungere ei onus orandi, vel alia pia faciendi pro animabus eorum, quibus reſtitutio debebatur, quæ neceſſe non eſſet alijs pauperibus iniungere, quia non eſt textus nec ratio, quæ id probet, quamuis ad ea, quibus alij obligarentur teneretur. [u] Addimus etiam,

s Eod. c. nu. 181. t Et latius in tract. de red. eccleſ. q. 3. moni. 25. nu. 3. u Arg. l. illud. ff. ad l Aquil. & c. inter cæter. de reſcript.

etiam, quod licet pientius esset, pauperiores eligere, & ex his cæteris paribus meliores, [a] non tamen est necesse: quia nulla lege aut ratione id conuincitur. [b]

Per pauperes vero intelligimus non solum personas pauperes, sed etiã Eccle sias, xenodochia, & monasteria, ornamẽtis, luminaribus, ædificijs, & alijs similibus indigentia, secundum Ioan. Andr. communiter receptum, [c] aut alia opera pia, quia reditus Ecclesiastici æque aut magis, quam hæc incerta pauperibus debentur. [d] Et certum est illos in alia opera pia insumi posse, quod latius probam[9] [e] quidquid dicat Petrus Perusinus. [f] Cuius opinioni in legatis pauperibus factis locus esse posset. Imo & pauperes intelliguntur non solum mendicantes, sed etiã alij egentes ijs, quæ sunt eis ad decentiam necessaria. [g]

Per quæ resoluo affirmatiue illud noue quæsitum: An iuste retineat quis illud, quod per compositionem factã cum Camera Apostolica super incertis retinet: modo vere sint incerta iuxta definitionem datam supra, [h] & modo compositio non sit indiscreta: vt quia 20. millia pro 3. vel 4. millibus remittuntur, vt dicit Caietan. [i] quia Papa habet administrationem generalem omnium, quæ debentur pauperibus, per ea quæ tradim[9]. [k] Et ita potest iusta de causa applicare in alia pia, [l] & condonare aliqua iusta de causa, qualis est recuperandi pro illis, q̃ alias non recuperaretur, vel tarde. Aduertant tamen procuratores huiusmodi compositionum, quod sunt in peccato, donec eas adipiscantur, si cum possint non restituant ea pauperibus. Imo & post compositionem, si est eis animus non restituendi sibi condonata, etiam si non iuissent condonata, sicut fur, cui remissum est furtum, peccaret, si esset animo non restituendi illud, etiam si non esset remissum. [m]

a *Ca. est pro banda & c. non satis, 86. d.*
b *Vt in eod. tract. C de moni. 27. n. 1. concludimus.*
c *In c. 1. de test. lib. 6.*
d *C. aurum 12. q. 2. &c. fi. 16. q. 1.*
e *In d. trac. q. 1 mon. 36 nu. 2.*
f *In trac. de canon. par. epis. c. 7.*
g *Vt dixim[9] in d. trac. q. 1 mon. 27. n. 3. & subtil ter Caie. 2. 2. 100. art. 1. ad 7.*
h *Eod. n. 92*
i *Ibidem.*
k *In Cõmẽ. c. non liceat Papæ. 12. q. 2. §. 12. n. 2*
l *Argu. cle. quia contingit. de relig. domi.*
m *Argu. decretorũ supr. nu. 78.*

DE FRVCTIBVS BENEFICIORUM male impensis.

94 *Confessarius quid de impensis beneficiarij iudicabit resolute.*
94 *Impensa omnis inordinata peccatum, sed magis clerici, quam laici.*
94 *Regularis beneficiarij impensa quæ iusta, & quæ non.*
94 *Beneficiarij regularis, & secularis quæ impensa recta.*
94 *Beneficiarius quæ profane impensa nõ restituet.*

COmmunis & vera opinio habet, Beneficiarios impendentes fructus suorum beneficiorum in prauos, vanos, vel profanos vsus, & ab eisdem accipientes, non solum peccare, sed etiam ad restituendum teneri, vt late probamus, declaramus, & limitamus in Tracta. de redit. ecclesiast. [n] Summam quorum huc spectantium in monito vltimo, [o] quam plurima continentem pro paucis, quæ hoc in loco in vulgari posueramus, in gratiam confessariorum de verbo adverbum reponimus.

n *Quæ. 1. 2. & 3.*
o *Dict. q. 2.*

Nempe, quod admonendi sunt confessarij, & consultores beneficiariorum, ne facile peccati mortalis & restitutionis damnent, vel absoluant beneficiariũ confitentem malam bonorum suorum impensam, imo mature considerent. Primum, omnem impensam quorumcunque bonorum a quibuscunque, quocunque modo factam, si est inordinata, hoc est, contra rectam rationem naturalem, diuinam, vel humanam, omnem item retentionem inordinatam esse peccatum saltem veniale: quia illa est prodigalitas, hæc auaritia. hæc est contra virtutem liberalitatis per defectum, illa contra eandem per excessum: & ita vtraque mala, & peccatum saltem veniale, quod probat Sanctus Thomas. [p] Inter impensam autem prodigam, & retentionem auaram beneficiorum de reditibus ecclesiasticis ex vna parte, & similem de reditibus laicis ex altera, hoc distare, quod hæc regulariter est venialis: illa vero mortifera, vt diximus. [q]

p *2. 2. q. 118 ar. 1. & 119 art. 2.*
q *In d. trac q. 3. monito 34. post S. Tho. in d. q. 19. art. 2.*

Deinde animaduertant: An sit regularis, vel secularis. Et si est regularis eadẽ censura censeant impensam factam ex alijs bonis, quoquo modo quæsitis ante vel post professionem, ac de reditibus ecclesiasticis: quia illa omnia sunt ecclesiastica, eo quõ quidquid habebat ante professionem, vt per eam monasterij, vel ordinis, [r] & quidquid post eam quærit, adquirit eisdem, [s] & dictum est in dicto

r *Auth. incensura gresti. C. de sacrosc. eccl. c. in præsentia de prob.*
s *Cap. cum olim. 2. de priuil.*

Tract. [a] & modum reſtituendi male impenſa pono ibidem. [b] Si aũt eſt ſecularis conſideret cuius ſpeciei ſint bona illa, quæ impendit, & non cenſeat eum mortaliter peccare magis quam laicũ, ſi bona illa erant patrimonialia, vel quaſi. [c] Quorum in numero ſunt etiam ea, quæ ratione dignitatis clericalis, miſſando, prædicando, confeſſiones audiendo, & alia ſacra miniſtrando, quæſierit, vt ibidem probatur Idem ſi erant eccleſiaſtica, ſed reliquata ex illa eorũ parte, quæ illi ad decentem vitam erat conueniẽs, [d] etiam ſi auare fuerint reliquata, ſiue reſidua facta. [e] Idem ſi ea beneficiarius ipſe ſit commeritus ex obſequijs eccleſiæ præſtitis vltra ea, quæ tenebatur præſtare inſeruiendo mediocriter ſuo beneficio, [f] vel ſi tantundem dederit Eccleſiæ ſuæ vel pauperibus ex bonis patrimonialibus, quantum de reditibus eccleſiaſticis impenderit. Ita quod tantundem poteſt pro patrimonialibus habere de reditibus beneficij quantum in eleemoſynas, & alia opera pia impenderit, poſtquam beneficium fuit adept⁹, [g] quod eſt maxime notandum. Iudicet etiam bene impenſum, quod datum fuit pauperibus quibuſcunq; etiam alienigenis, & locis pijs extra ſuam parochiam, vel epiſcopatum ſitis, [h] etiam ſi non fuerint data in neceſſitatem naturæ, ſed tm̃ decentiæ p ſonæ. [i] Idem faciat ſi fuerit impẽſum in decentiam, aut vtilitatem Eccleſiæ immediatam, vel mediatam, hoſpitio ſuſcipiendo regem, proceres, & iudices eius: literatos item, & alios amicos, & etiam aliquando inimicos, vt loco & tempore oppertunis proſint, vel non noceant Eccleſiæ, vel iuribus eius: vel litigando pro iuribus Eccleſiæ, vel pro ſua electione, vel prouiſione. [k] Idem ſi fuerit impenſũ in remunerationem obſequiorum a cognatis, amicis, vel famulis ei pſtitorum. [l] Idem iudicet de vere irreuocabiliterq; donatis ad quæuis opera pia, etiam in articulo mortis. [m] Idem etiam de illo ſuo pfluo beneficiarij, q̃ ſeruat in pia opera etiam futura, modo probabiliter ſperentur. [n] Nec putet male impenſum, eo qđ beneficiarius male viuat, & ob id perdat fructus, modo alias canonice poſſideat. [o] Idem item iudicet, de quæſitis p̃ diſtributiones quotidianas, quod de a-

lijs reditibus, [p] & de quæſitis per penſiones, [q] Pro male vero impenſo iudicet reſtitutionem ſuperfluorum ſine iuſta cauſa, & ſine propoſito impendendi pijs operibus, ſaltem futuris probabiliter ſperatis. [r] Beneficiarium autem qui fuerit confeſſus ſe impendiſſe notabilem quantitatem de reditibus eccleſiaſticis male, vane, aut profane extra caſus & modos ſub prædictis comprehenſos iudicet peccaſſe mortaliter, tenerique ad reſtituendum, qua parte poterit illam pijs operibus Iudicet item diuitem: qui gratuito contractu recipit a beneficiario aliqua, ſciens non eſſe patrimonialia, vel quaſi patrimonialia, neque ob cauſas prædictas largita, peccare mortaliter, tenerique ad procurandum. quod donis reſtituat, & reſtituere, ſi ille id non fecerit. [s] De reſtitutione autem lucri, quod in ludis fit, dicetur, [t] & de reſtitutione famæ. [u]

a Quæſt. 1. monit 8. & tribus ſequẽtibus, & 56. & 91.
b Quæſt. 2. monit. 20.
c Per poſita in moni. 20
d Per monitum 26. & duo ſequentia. q. 1. & monit. 44. eadem. qu.
e Prædicto monit. 26. & ſeq.
f Per poſita in q. 1. mon. 29. cap. monito. 27.
g Per idem monitum.
h Per dictũ mon. 27.
i Per idem monit,
k Per ibid dicta & monit. 28.
l Per monit. 36. ead. q. 1
m Per d. monit. 34. 81. & ſeq. diſt. q. 1.
n Per mon. 25.
o Per moni. 29.
p Per mon. 29
q Per mon. 32.
r Per moni. 25.
s Iux. mon. 61. q. 1. & q. 2. monit. 26
t In cap. 20
u In cap. 18

PRAECEPTVM CONTRA ſeptimum peccant hi.

95 *Præceptum contra ſeptimum peccat mortaliter, qui accipit alienum. & ſeqq.*
108 *Mercenario & famulo male ſoluens, vſque ad nu.* 114.
109 *Excommunicatio non ligat eum, qui clam ſua recuperat.*
114 *Debitum tamen legale recuperationem occultam iuſtificat. & ſeqq.*
117 *Legatum pium qui male ſoluit.*
118 *Neceſſitas extrema excuſat a peccato, ſed non a reſtitutione & nu.* 119.
120 *Venatus, & piſcatus prohibitus, & an reſtitutio excuſet.* 125.
121 *Reſtituere q̃ domini iubent inutiliter.*
122 *Cuſtos paſcui, venatus, & piſcatus, &c.* 123. & 124.
126 *Columbarium quod licitum.* 127.
126 *Animalia, qui ferit occidit, vel includit, & nu.* 128.
129 *Apes, & examina earum capiens.*

PEccat primo contra ſeptimum præceptum, qui rem alienam notabilem furatur, vel vult furari. [x]

Secundo qui rem ſuam propriam, credens eſſe alienam accipit, quamuis quo ad forum exterius pœnã non incurrit, ſi

x Vt ſupra nu. 1.

per

per id nemini nocet,[a] nec quoad forum interius ad reſtitutionem obligatur.[b]

Tertio,qui rem ſuam,in quam aliqđ ius alius habebat,contra eius voluntatẽ cõtrectat, vt pignus traditum,aut equũ locatum vel commodatum.[c]

Quarto,qui accipit,aut vult accipere aliquid,ꝙ peius eſt quã furari,eſt enim rapina,[d] & eſt alterius,& peioris ſpeciei ſecundum S.Thomam,[e] ideoque habet circunſtantiam neceſſario conſtendam,[f] & non ſolum de accepto, ſed etiam de honore, quẽ per iniuſtam vim abſtulit,ſatisfacere tenetur, vt alij, qui ſine rei ablatione iniuriam faciũt,iuxta ſententiam eiuſdem S.Thomæ ꝫ & aliorum,& eadem videntur dicenda de illo qui cogit, vel cogere vult ad dandum, vel faciendum aliquid.[h]

Quinto,qui rem ſacram ex loco ſacro, aut non ſacro,aut non ſacram ex loco ſacro furatus eſt, quin & plus peccat, quã fur ſimplex, & alterius ſpeciei peccatũ, nempe ſacrilegium admittit.[i] Et ſi id commiſit effringendo fores,feneſtras,ſeras, tectum, aut parietem Eccleſiæ,eſt excommunicatus ipſo iure,[k] quamuis non ob ſolam effractionem,quam furtũ non ſequitur, nec ob ſolum furtum ſine effractione,licet vtrumque ſit peccatum graue,& propter iniuriam,quæ ꝑ vtrũque infertur Eccleſiæ,puniri debeat,vt[l] diximus. Cui conſequens eſt id, quod Ioannes Maior[m] dixit,ſcilicet, quod qui effracto ſacrario ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum furaretur, excommunicatus eſſet. Locus autem ſacer, quo ad hoc dicitur quælibet eccleſia,xenodochium,baſilica,eremitorium auctoritate Papæ,aut epiſcopi ædificata,[n] aut cœmeterium per illos ſacratum.[o]

99 Sexto peccat,qui recipit aliquid notabile,vt faceret quod facere tenebatur vt iudex, pro ferẽda iuſta ſententia, aut teſtis pro dicenda veritate, aut accuſator pro accuſatione iuſta,ad quam tenetur,aut deſiſtat ab ea iniuſte,[p] & obligatur reſtituere, quod accipit ei,qui dedit, vt dictum eſt ſupra.[q] Et quamuis grauius peccet, qui capit:vt faciat quod facere non debet, aut omittat quod facere debet: non tamen tenetur ex præcepto reſtituere, quod accepit, quamuis ad damnum, quod fecit tenetur,per dicta ſupra.[r]

Septimo,qui alterius iuſſu aliquid emit, & dixu pluris emiſſe,quo ſibi illud plus retineret,iuxta S.Antonin. niſi pro impenſis neceſſarijs acceperit, aut venditor donauit ipſi,& nõ pro quo emit.[s]

Octauo peccat,qui diſtributor onerũ, & cõmodorũ alicuius cõmunitatis, vel alius non diſtribuit iuſte, alijs plus oneris,quã debet imponendo,& alijs minus commodi,quam par eſt tribuendo,ſecũdum Anton. & omnes,quãuis nec odio, nec alio malo animo id faciat, niſi ignorantia probabilis iuris,aut facti eum excuſet,quia iuſtitiam diſtributiuam violat & reſtituere tenetur grauato id, in quo grauauit,ſecundum omnes.[t]

Nono peccat,qui prælatus, aut dominus, cui eſt ius conferendi beneficium eccleſiaſticum,aut officium publicum, confert illud indigno ſecũdum omnes, vt[u] diximus, & reſtituere tenetur, etiã ſi ſit Papa ſecundum omnes, non quidẽ digno, vel digniori vt aliqui dicunt, ſed reip. vel Eccleſiæ, cui damnum intulit per ſupra dicta.[x]

97 Decimo, qui impediunt aliquem etiam ſine malo animo, a conſequutione alicuius boni,officij, aut beneficij,in quo erat ei quæſitum ius in re,vel ad rẽ, vel malo animo a conſecutione alius,in quo nondum erat tale ius quæſitum. Sed in priore illo caſu tenetur ad reſtitutionem, in hoc vero non niſi vi, metu, mendacio, aut minis id faceret, per dicta ſupra.[y]

Vndecimo, qui penam, vel mulctam iniuſtam imponit,vel eſt cauſa, vt alius id faciat,aut ne ſuum ius cõſequatur,cũ reſtituendi obligatione,iuxta omnes.[z]

98 Duodecimo peccat, qui ſibi capit aliqua eorum, quæ in mari amittuntur, neque ſunt piratarum, nec infidelium, ſiue ex naui, ſiue ex mari, ſiue ex littore accipiat, cum reſtituendi obligatione,[a] quamuis ea perirent niſi ille occuparet, qualia ſunt farina, ſaccharum, papyrus: cum ex caritate opem ſuis proximis ferre teneatur,[b] & ſi fuerit in mora reſtituendi, etiam ante monitionem ipſo facto eſt excommunicatus quo ad Deum, licet quo ad Eccleſiam debeat præcedere monitio,

vt

a *Arg.l.inter, §. pen. ff.de furt.*
b *vt ibi.n.2*
c *Sup.n.26*
d *c.pœnale,14.q.5.*
e *2.2.q.66. art.9.*
f *Per prædict.ſup.ca. 6.nu.3.*
g *Vb, ſupr.*
h *Arg.totit.quod metus cauſa, & de his. q vi in Solu. Gregoriano & lib. 6.*
i *cap.quisquis 17.q.4*
k *c.conqueſti. de ſent. excomm.de quo inf. ca. 27. nu.94.*
l *Poſt Pan. Fel. & cõmunem in dict. ca.cõqueſti.*
m *In 4 diſ. 15.*
n *ca.conſtitutus,de reſig.domi.*
o *c.1.de cõſecr. eccleſ. lib.6.*
p *ca.non ſane 14. q.5.*
c. militare, 23.q.1.l.1. & 2. ff.de condict. ob turp. cauſ.
q *Eod. cap. 34.*
r *Eod:capi. nu.33.*
s *Arg:ca.requiſiſti, de teſtam.*
t *Præſertim Cai.2.2.q. 62.art.2.*
u *In c.grauue de præbend.*
x *Eo.n.72.*
y *Eo c.nu. 79.& ſeqq.*
z *Arg.c.fi. de iniur.& l. qui occidit.ff.ad l. Aquil.*
a *ca.excommun. de raptoribus l.ſi quis, ff.de incend.rui. & naufra. & l.deprecatio. ff.ad leg.Rho.*
b *Dict.cap. excommu.*

vt ibi declarat Panorm. Quod locũ habet, niſi periculo mortis etiam nõ adeo probabili ſe obijciat, quo ea ſeruaret, quia tunc ſibi retinere poſſet, eo quod ad opem ferendam cum tali periculo non teneatur. Quamuis etiam tunc ſi dominus iuſte ſperat ſe recuperaturum ſuum per aliud medium, ſcilicet, quia mare adſlictus eijceret aut inueniret alios, qui mercede illud periculum ſubirent, reſtituere tenetur, ſoluta ſui laboris mercede iudicio boni viri, iuxta S. Anton. [a] Angel. [b] & Sylueſt. [c]

99 Quamquam ſimplex, qui crederet illud accipere ſibi licitum eſſe per ſtatuta regionis, aut per aliquam aliam rationem, mortaliter non peccaret, nec ipſo iure excommunicatus eſſet, licet reſpondere teneretur, ſi iudex ſub excommunicationis pena moneret ſcientes ad manifeſtandum. Inter omnes autem conuenit, capta omnino derelicta, vel pro derelictis habita, non eſſe reſtituenda, per ea quæ infra [d] dicentur. Non tamen putatur habitum pro derelicto, qđ in mare ob procellam ad nauim onere leuandam iacitur, [e] quamuis ſit illud, quod dominus deſerit, eo quod exiſtimat, quod licet recuperari ſine probabili periculo vitæ poſſet, neminem tamen illud ſubiturum. [f] Idem dicendum de accipientibus ab ijs, quorum domus & bona igni deflagrant, qui grauius peccant, quam qui ſimpliciter furantur. §

Neque obſtat, quòd quidam ait me affirmare hic, poſſe quemquam capere, & ſeruare ſibi bona Chriſtianorum piraticam exercentium per naufragiũ amiſſa. Non inquam, obſtat, quia reſpondetur primo, me neque affirmare, neque dicere illud, ſed longe aliud, ſcilicet qꝺ peccat, qui capit aliqua eorum, quæ in mari amittuntur, neq; ſunt piratarum, nec infidelium, &c. quod eſt aliud ab eo, quod ipſe imponit. Item quod in meo dicto nulla mentio fit de Chriſtiano exercente piraticam. Tum quod ſolum damno capientem bona in mari amiſſa, ſi non ſunt piratarum & infidelium, & hoc eſt veriſſimum. Quod autem idem ſit de bonis piratarum infidelium omitto dicere, & caſus omiſſus habetur pro omiſſo, & relinquitur iuri communi. [h] Secundo, quod non debuit per ſubaudi-

tionem, & per argumentum a contrario ſenſu corrigere meum dictum, cum huiuſmodi argumenta non debeant ſumi ad probandum id, quod eſt contrarium iuri, [i] & traditur in alijs mille locis, quorum aliqua referuntur a Panorm. & Feli. [k] Et conſequenter ſi eſt verum iure communi, vt ipſe colligit contra me, male profecto colligit per ſubauditionem, & a contrario ſenſu. Tertio, quod aſſerit eſſe verum etiam id, quod colligitur a contrario, de infidelibus, cum quibus eſt nobis bellum iuſtum, & quilibet pius debuit credere, non intellexiſſe de alijs. [l] Quarto, quod nec per ſomnium vmquam intellexi res a piratis raptas non debere dominis earum reſtitui, ſi cognoſcãtur, quamuis de receptis ab hoſtibus iuſtis, & poſtea recuperatis diſtinguatur. [m] Quinto, quod non tam facile debuit damnare ſine vllo auctore id, quod ego ſequutus S. Antonin. Angel. & Sylueſt. æque videor mihi dixiſſe, nempe quod qui cepit aliquid amiſſum in mari, poteſt ſibi retinere, tribus concurrentibus.

Primum, quod illud omnino erat perditum, ſi non ſaluaſſet ipſe.

Secundum, quod perdiderit ſpem recuperandi.

Tertium, quod ſaluans illud maxime vitæ periculo ob id ſe obijceret.

Nec obſtat ratio illa generalis, quod res aliena vbicunque reperiatur, eſt domino reſtituenda, quoniam id non eſt perpetuo verum: fallit enim cum iuſta cauſa contrarium ſuadet. [n] Et in re vſucapta. [o] Et in re pro derelicto habita. [p] Et in clam accepta pro legali debito, iuxta ſupradicta, & [q] & in ea, quã Princeps iuſta de cauſa militi concedit, [r] & in caſu propoſito videtur interuenire iuſta cauſa conflata ex eo, quod dominus ſatis præſumi poteſt habuiſſe pro derelicto, & quod capiens non tenebatur tã grande periculum ſubire, & quod aliquin illud omnino perijſſet. Et quod ſicut vſucapio iuſtificat acquiſitionem rei alienæ, ne incerta ſint rerum dominia, [s] a fortiori videtur iuſtificare cauſam retinendi huiuſmodi acceptum, ne omnino periret, cum lõge peius ſit rem omnino perire, quam eius dominium, penes quem ſit, incertum eſſe, adiuncta præfata

a 2.par.tit. 1.c.15.§.2.
b Verb.nau fragiũ.§.3.
c Eod.Verb. q.2.
d Eo.n.170 de rebus inuentis.
e Secũdum gloſ. Panor. & communem in ca. cum dilecti de accuſat.
f l.ſi quis merces. ff. pro derelt.
g Gab.in 4. diſt.15.q.3.
h l.commodiſſime. ff. de liber. & poſtu.
i ca.a nobis 2.de ſen.ex comm.
k In c.cum Apoſtolica de ijs quæ ſi unt a prela. & Fely. in c.ſignificaſti, de foro competenti.
l Eſtote mi ſericordes. de reg. iur.
m In l.2.& aliquot alijs, ff. de captiuis, & poſtl. reuer.
n Vt in c.nouit, 22.q. 2.
o Tot.tit.ff. de uſuc.
p Tot.tit.ff. pro derelicto.
q c.eo.n.5.
r l.item ſi ſeruberatũ, ff. de rei vẽ. et l.Lucius ff. de euict.
s l.1.ff. de vſucap.

fata ſpei recuperandi amiſſione, & præſumptione derelictionis, & quod fortuna, quæ eſt ipſa prouidentia diuina, inſperatam rei recuperationẽ ei cõceſſit.

100 Decimo tertio peccat, qui non caſu, ſed de induſtria in aliquam domum, aut locum, aut ſegetes ignem immittit, cum reſtituendi obligatione. [a] Et ſi locus erat ſacer, puta eccleſia, aut cœmiterium, aut xenodochium, &c. ipſo facto eſt excommunicatus, & quamuis antequam denuntietur ab Epiſcopo, abſolui poſſit, non tamen poſtea. [b] Sed ſi locus non eſſet ſacer, non eſt ipſo facto excõmunicatus, quamquam excommunicari debeat. Et tales quando dicantur denuntiari aut non, dicetur infra. [c] Auctor vero incendij, aut alterius delicti manifeſti, occultus, non poteſt pœna excommunicationis, compelli ad ſe manifeſtãdum, ſed ad reſtitutionem debitam faciendam ſic. [d]

101 Decimoquarto peccat, qui ſoluit, aut ſolni facit iniuſte, ob debita in carcerem iuſte coniectum, cum obligatione reſtituendi debitum creditori: quãuis miſericordia motus id faciat, [e] niſi ſit adeo pauper: vt neque per ſe, neque per alium probabiliter ſoluere poſſet: quia tunc quemadmodum ipſe ſe ſoluẽdo, & fugiendo nõ peccat, ita nec alius, qui fugæ auctor eſſet, nec reſtituere creditori tenetur, ſecundum communem, quamuis ſecundum aliquos ſic ad compenſandum damnum quod inde carceris cuſtodi eueniet. Contra quos tenet Caietanus quem ſequimur, [f] eo quod, qui e carcere licite fugit ad damna cuſtodis non tenetur: quia illud damnum per accidens ſine intentione eius, qui ſe carcere libera, contingit.

102 Dixi, *Coniectum in carcerem ob debita*; carceratus enim ob delictum, morte, aut abſciſſione membri dignum, licite fugere poteſt, iuxta S. Thomam, [g] ſiue peccatum occultum ſit, ſiue publicum, ſiue condemnatus ſit, ſiue non, [h] quidquid dicat Cardinalis [i] etiam effringendo, aut limando compedes, & etiam carcerem rumpendo, modo vim carceris cuſtodi non inferat, aut alteri iuſtitiæ miniſtro, quidquid dicat Henri. [k] & Sylueſt. [l] vt optime Caieta. [m] defendit, & a fortiori ratione, fugere poteſt is, qui quæritur, vt capiatur iuſte aut iniuſte, cum voluntate ſatisfaciendi tantum, quantum conſcientia recta dictat. Qua eadem ratione poteſt quis alterius fugam ſine peccato iuuare, vt antequam capiatur a iuſtitiæ miniſtro liberetur, quando nec ex obligatione ſui officij, nec ex mandato Regis, nec alterius ſuperioris, nec ex qualitate delicti, nec ex alia re particulari prohibetur, & credit quod ſuo iudicio ſine carcere, & ſine pœna temporaria reſipiſcet a peccato, vt [n] diximus, & infra [o] repetemus, addendo quedam Caietan. [p]

103 Decimoquinto peccat, qui captiuus fugit, aut fuit cauſa, vt alius captiuus a ſuo domino fugeret, cum obligatione reſtituendi eundem captiuum, ſi poteſt, ſin minus æque bonum, aut pretium, & præterea omnia quæ ille fugiẽs furatus eſt, quia quemadmodũ fuit cauſa fugæ, ita & omnium quæ fugam adornans ſurripuit, [q] ſecundũ dicta ſupra, quamquam Chriſtianus captiuus apud infideles, fugiendo non peccet, nec qui ei auxiliatur, [s] ſi tempore pacis, aut iniuſti belli ex parte Infidelium captus fuit. [t] Idem eſt, ſi Chriſtianus iniuſte ab alio Chriſtiano detinetur: ſed ſi captus fuit in bello iuſto ex parte Infidelium, quale eſſet, ſi Chriſtiani tempore inducia-rum, aut pace cum illis conſtituta, Infideles adorirentur, reſtituere honeſtam redẽptionis mercedem tenetur, [u] quãuis non perſonam propter animæ periculum. Ad nullam etiam reſtitutionem tenetur in caſu aliquo, ſi infidelis ad circunciſionem, aut idololatriam Chriſtianum compelleret, quia ipſo facto omnino liberatur, [x] & ita qui liberauit, non peccat, quin bene meretur Sylueſt. [y]

104 Neque oſtat, quod quidam ait, me dicere hic, captiuum in bello captũ non poſſe fugere, & ad ſuos redire, quod ea ratione damnat, quod non diſtinguo inter ſeruum emptum, & bello captũ, vt Sotus diſtinguit. [z] Non, inquam hoc obſtat: quia reſpondetur primo non dicere me id, quod mihi imponit: quia nõ loquor in ſpecie de captiuo fugiente ab hoſtibus ad ſuos, ſed in genere de captiuo fugiente a domino ſuo.

Secundo, quod citat gloſſam, cap. ius gentium 11. diſtin. quæ ſine vlla diſtinctione

a cap. peſſimam 23. q. ult. & cap. ſi quis de iur.
b Panor. & cõs in cap. cõqueſti. & cap. tua de ſen. excom.
c In ca. 27. nu. 93.
d C. quidã, 5. quæ. 1. & Caietan. in Opuſc. libr. 17. Reſpon. 14. reſponſione.
e Ioann. de Platea in l. quoties, de exact. libr. 10.
f 2. 2. q. 66. art. 4.
g 2. 2. q. 66. art. 4. ad 2.
h Syl. Verbo fugere.
i In clẽ. paſtoralis, de re iud.
k Quo li. 9. art. 25.
l Vbi ſupr.
m In dicto art. 4.
n In cap. inter Verba. 11. q. 3. concluſ. 6.
o capi. 25. nu. 38.
p In dicto art. 4.
q Arg. cap. ſi de iniur.
r ca. 18. nu. 15.
s Arg. l. 1. C. ne Chriſtia mancipium.
t Arg. c. dominus, 32. q. 2. & q. 8. c. vt pridẽ.
u Arg. cap. noli. 23. q. 1
x ca. nulla. 54. d ſt.
y Verb. furtum, q. 6.
z Lib. 4. q. 2. art. 2. de iuſt. & iur.

ctione definit, ſeruum in bello iuſto captũ peccare fugiendo a ſuo domino.

Tertio, quod Sotus non firme aſſeuerat diſtinctionem inter ſeruum emptũ, & bello captum: ſed eam ſine vllo auctore allegato facit per verbum, reor, & paulo poſt defert iudicium Iuriſprudentibus, miſcendo aliqua, quæ iuſta dolabra indigent. In quibus eſt, quod capſi quis ſeruum, [a] non probat concluſionẽ præfatæ gloſſæ, in quam ipſam citat. & quod non loquitur de ſeruo fugiente, ſed de ſolicitante eum ad fugiendum, & quod poteſt intelligi de emptitio, quæ reſponſio confutatur. Tum, eo quod, ſi peccatum eſt ſolicitare ſeruum ad fugiendum, a fortiori peccatum erit ſeruo fugere, cum plus delinquat regulariter faciẽs actum, quam conſulens illũ. [b] Tum quod, ex nulla parte illius cap. nec cap. præcedentis, quod ei concordat, poteſt colligi Concilium Gangrenſe, vnde fuerũt illa excerpta, agere de ſeruo emptitio magis, quam de bello capto. Tum quod nullum Iuriſconſultorum reſponſum [c] nec vlla Imperatorum conſtitutio, [d] nec vllus Commentator eorum claſſicus eius nouam diſtinctionem, qđ meminerim fecit. Tum quod ius gentium publicam tantam vel maiorem auctoritatem potuit dare dominis ſuper captos in bello quantam conſenſus priuatus, cum auctoritas publica, præſertim omnium gentium maiorem poteſtatem habeat in perſonas hominum, quam vllus priuatus. [e] Præſertim, qđ cauſa publica inducendi ſeruitutem bello captorum multo iuſtior fuit, quam cauſa priuata, ob quam ſe quis vendit, quia fuit conſeruatio publica vitæ innumerorum bello captorum: & cauſa ſeruitutis per emptionem fuit priuata, & pauciſſimorum. Tum quod Couarruuias in locis per opponentem citatis, [f] nihil de hac diſtinctione meminit, & expreſſe [g] affirmat, peccare ſeruum fugientem a domino, ſi fugeret extra limites hoſtium redeundo ad ſuos, etiam ſi ſit Chriſtianus ab infidelibus iuſto bello captus.

Quarto, quod praxis totius fere Eccleſiæ Chriſtianæ cogit ſeruos redire ad dominos ſuos, niſi ſint Chriſtiani, & inueniantur in regnis, quæ de more antiquiſſimo non ferunt, vt in illis vllus Chriſtianus ſit ſeruus qualia ſunt regna Francorum, & patria communis Roma, quæ donat libertate Chriſtianos ſeruos ſeſe certo modo ſibi ſubdentes. A quibus tamen abſoluendis ſine concepto propoſito redeundi ad dominos ſuos audiui abſtinuiſſe multos eruditos confeſſarios.

105 Decimoſexto, qui recipit aliquid gratuitum ab eo, qui donare non poterat, niſi ignorantia probabilis excuſet, & ad reſtitutionem tenetur. [h] Donare autem non poſſunt Abbates, religioſi, moniales, [i] ſerui, & alij, qui non habẽt aliquid ſuum proprium, & filij, qui ſunt in poteſtate patris. [k] Licet hi cognatis donare bene poſſint, ſi liberam adminiſtrationem haberent, & etiam alijs, ex ſuis bonis caſtrenſibus, aut quaſi caſtrenſibus. [l] Poſſunt etiam illi omnes, cum expreſſa, vel tacita facultate ſuperioris donare Quam habere creduntur, qui cum eorum facultate ſtudent, peregrinantur, ad largiendas eleemoſynas pauperibus, iuxta id qđ alij ſcholaſtici, ſuæ conditionis regulariter faciunt. [m] Et etiam in caſu extremæ neceſſitatis, & etiam magnæ, ſi ad ſuperiorem non pateat confugium, iuxta Panormitanum receptum. [n]

106 Neque etiam vxor, quæ præter dotem non habet alia bona, quæ parapher nalia vocantur, donare regulariter poteſt, ſine expreſſo, aut tacito conſenſu mariti, niſi quando ipſe, ad id tenetur, [o] ſub qua limitatione includi poſſunt octo caſus, quibus vxori donare eſt licitum, quos poſt alios, [p] Syluester [q] ſcripſit. Neque furioſus, qui non habet certa interualla, in quibus ad mentem redire ſolet. [r] Neque pupillus abſque tutoris ſui auctoritate. [s] Neque prodigus, qui habet curatorem, aut eſt ei bonis interdictum. [t] Neque minor 25. annis: quãuis eius donatio valebit, ſi poſt illos eã ratam habuerit. [u] Neque perſonæ Eccleſiaſticæ de reditibus Eccleſiaſticis, niſi ad pia, vel modis tactis, [x] neque hæretici, nec rebelles, nec alij ſimiles, quos lex ob ſua delicta ſuis bonis ipſo facto priuat. [y] Quamquam illi, quibus donata ab illis ſunt, vſque ad ſententiam declaratoriam retinere poſſunt. [z]

Decimo-

a 17.q.4.

b Per ca.1. cum ei adnot.de offic. deleg. & p dicta ſupra eo.ca.n.14.

c In ff. *d* In C.

e Arg.l.liber homo ff. ad l.Aqui. & c. cont n git. de ſent. excom. cũ adnotatis eis, & alibi ſæpe.

f Scilicet c. peccatum, 2.par.§.11. nu.6. & c. 10. nu.10. lib.i.varia. reſol.

g In dict.c. nu.10 approbando p̃ fatam gloſ. *h* Monal.in ſumma.

i c.nõ dicatis. 12.q.1. kl.filiusfamilias ff.de donat.

l Dict.l.filius cũ glo. & commu. m Argu.l. lõgius.ff.de iudic. gloſ. dictica.non dicatis.et l. 2.ff. de turisdic.omn. iudic.

n In cap.ſi quis de fur. & gloſ.d.c. non dicatis.

o Iuxt.gl. capi.q Deo par.33 q.5.

p In 4.diſt. 15.

q Verb.elee moſyn. q 5.

r l.Iulian. ff.deminor.

s l.pupillus ff.de acqui. rerũ dom.

t l.is cui ff. de verb.obl. cum notat. per Bar.& alios.

u l.fi. C.ſi maior factꝰ

x Sup.eodẽ nu.94.

y cap.vergentis.de hæret. ca.cum ſecundum, eod.tit.libr. 6.Iquisquis C. ad legẽ Iuliam maiestat.

z Ang ver. donatio.1.§ 4. Syl. eod. q.1.§.8.

Decimoſeptimo, qui recipit aliquid notabile pro ſe, ſciens non eſſe illius, a quo accipit per contractum, ſiue onero ſum, ſiue gratuitum, [a] cum reſtituendi obligatione, vt dictum eſt ſupra. [b] 107 Decimooctauo, qui ſe ſanctum, de uotum, pauperem, infirmum, aut religioſum, cum non eſſet, ſimulauit, vt hac ſimulatione eleemoſynam ab eo, qui pa tefacta ſibi veritate non dediſſet, obtine ret, cum obligatione reſtituendi, quod datum ei fuit, non illis a quibus accepit: quia iam apud Deum mercedem ſuam conſequuti ſunt, ſed pauperibus, iuxta Scotum communiter receptum, [c] & co pioſius Adrianum. [d] Sotus tamen poſtea, [e] tenuit, quod huiuſmodi hypocrita ad reſtitutionem non tenetur, ni ſi eleemoſyna magna eſſet: ſed commu nis videtur verior, quia quod eleemoſyna ſit magna vel parua nó refert quo ad forum interius, de quo agimus: quia nó refert niſi quoad præſumendum: an ero gans habuerit, aut non habuerit animũ abſolute erogandi, [f] & præſumptio ceſſat in foro interiori, vbi ſola veritas valet. [g] Quam tamen communem limitamus, ne procedat, quando ſimulatio non eſt cauſa finalis, ſed tantum impulſiua, [h] qualis videtur eſſe ſimulatio, qua paruæ eleemoſynæ acquiruntur. Et quo ties ſic quæſitum fuerit, reſtituendum non eſt ei, qui dedit reſtituendum, vt vi detur ſignificare Sotus, ſed pauperibus, vt ait communis, per quos omnia opera pia intelliguntur, iuxta ea, quæ citauimus ſupra, [i] quia cauſæ finales illius eleemoſynæ duæ fuiſſe videtur: ſcilicet, amor Dei, & neceſſitas proximi habiti pro ſeruo Dei: & ideo quamuis hæc ſecunda ceſſet, & ita quo ad pauperem ſimulantem erogatio non valeat, quo ad Deum tamen valet: quia ceſſante vna ex duabus cauſis finalibus, non ceſſat diſpoſitio, & [k] in ipſum Deum dominium trãſiit, eo modo, quo eius, quod diuinæ ſuæ maieſtati donatur, tranſit, [l] & ideo impendendum eſt in ea, quæ ad ipſum Deum ſpecialiter pertinent, ſed non ne ceſſario in ſolas pauperum perſonas.

Nec obſtat, quod quidam damnet hanc meam ſententiam, qua teneo eleemoſynam factam ſimulanti ſe pauperẽ, cum non eſſet, non eſſe reſtituendam fa cienti eam, etiamſi eſſet magna: quia Sotus contrarium tenet. Non, inquam, obſtat: quia reſpondetur primo, me allegato Soto, & perpenſa eius ratione, tenuiſſe, quod nunc teneo. Tum quia ipſe fundatur in præſumptione, quæ nó habet locum in foro conſcientiæ, de quo loquimur contra veritatem, quæ in eo reſpondet. Tum quod datum principaliter amore Dei, licet non acquiratur ei, cui datur, acquiritur tamen Deo, & operibus pijs, quæ ſunt ipſius, vt antea reſpondi. Tum quod cauſa principalis eleemoſynæ, quæ legitime datur, principalior eſt Deus ipſe, quam is, cui ob eius amorem datur. Et quod cauſa finalis eſt potius attendenda, quam impulſiua Et quod cum ſunt duæ cauſæ finales alicuius actus, ceſſante altera non ceſſat ille, ſed conſeruatur ab altera, vt probo in contextu. Et quod opinio Soti procedit nó ſolum in eleemoſyna magna, ſed etiam in parua, quando conſtat largitorem eius noluiſſe dare Deo, nec operibus pijs alijs, ſi non eſſet quærẽda ei, cui datur per multa, quę breuitas En chiridij, & occupationes maximæ non patiuntur ſcribere.

108 Decimonono, qui mercenario diarium ſuum ſtatim non ſoluit, contra illud: [m] *Non morabitur opus mercenarij, &c.* Vel ſoluit quidem, ſed non in ea re, quã debet, ſed alia, puta panno, aut eſculẽto contra eius voluntatem, cum poſſit ſoluere in re conuenta, & ſi in ea non poterit ſoluere, id in quo ſoluet æſtimandum erit, iuxta pretium commune. Et ſi mercenarius eo non indigens illud vẽdit, & nó inuenit pretium, quo accepit, ad damnum tenetur, iuxta S. Anton. [n] & communem. Quod meminiſſe deberent confeſſarij, & admonere concionatores in eis terris, in quibus duces, & alij miniſtri Regum ſoluunt ſtipẽdia militibus in pannis, quibus illi non indigent, quoſq; longe viliori prẽtio ſtatim vendere coguntur. Ad ſoluendum tamẽ diarium temporis, quo ſeruus ægrotauit, non tenetur herus. [o] Et ſi mercenariũ, vel quẽlibet alium famulũ, qui ſuas operas locare conſueuit, nullo pretio ſtatuto ſuſcepit, tenetur ei ſoluere tantum, quanti alium ſimilem conduceret. Et ſi pretium ſtatuendum eſt arbi-

trio

a Alex. 4. par. q. 86.
b Eod. cap. num. 10.
c In 4. lib. ſent. diſt. 15. q. 2.
d In 4. de reſtit. q. 15.
e lib. 9. q. 7. art. 3. de iuſtit. & iur.
f Arg. c. & ſi aſſiones de ſimon.
g ca. tua. et c. is, qui de ſponſal.
h Arg. tex. optimi in l. 2. §. ſi ff. de donat.
i Eo. n 93.
k §. affinita tis. Inſtitu. de nupt.
l Argu. l. ſi quis, ad de elinandum iuncta gloſ. ver. minui. C. de Epiſcopis & cle
m cap. 19. Leuit.
n c. par. tit. 1. c. 17. §. 8.
o Gloſs. in l. ſi quis. §. cũ quidam. ff. locat.

trio heri, taxādū eſt boni viri arbitrio.[a]

Huic loco congruit quæſtio illa iam pridem nobis propoſita: An qui donauit ſua, aut renuntiauit beneficio ſuo, vt poſſet iuſte cooptari in aliquod collegium, in quod ſoli pauperes cooptātur, ſit habilis ad illud? Ad quam nunquam antea fui auſus reſpondere; licet ſæpe rogatus, præſertim Salmanticæ. Tunc autem adduxi multa pro vtraque parte, quorum ſumma omiſſis allegationibus breuitatis gratia eſt. Pro parte negatiua vrgere, quod paupertas prædicta videtur culpabilis procurata, & affectata, quæ non debet prodeſſe. Pro parte vero affirmatiua, quod is eſt vere pauper tēpore cooptationis, quod ſolum ſtatuta requirunt, & quod non eſt factus talis culpa ſua, & quod nemo diceret eum inhabilem, ſi id propter amorem Dei feciſſet, & quod ſtudioſe, ſiue virtuoſe, & meritorie, ac ſatis propter Deum relinquit bona, qui ea relinquit eo fine, vt adipiſcatur locum opportunum ſtudijs & virtutibus, quo aptius maiore cum auctoritate Deo, Eccleſiæ, & Reipubi. inſeruiat: quoq; muniatur qualitatibus & opinione neceſſarijs ad conſequenda loca, in quibus id preſtare valeat. Per quæ tenuimus hanc partem, modo donatio eſſet irreuocabilis ſine vllo pacto de retrodonando, & renuntiatio beneficij ſine pacto, & confidentia illicita de retrocedendo, quoniam alioqui ceſſio eſſet fraudulenta, & ipſo iure nulla, per quam non vacaret beneficium, ſecundum Innocen.[b]

Vigeſimo, qui non vult ſoluere famulis debitum tacite, aut expreſſe conuentum cum illis, cum obligatione reſtituēdi per proxime dicta, vel ſoluere quidē vult pretium conuentum, ſed illud eſt longe minus iuſto.

109 Vnde ſequitur primo, quod maior pars magiſtrorum artium mechanicarum, quales ſunt ſarto res, ſutores, carpentarij, & ceteri qui accipiunt famulos, quos tyrones vocant, vt eos doceant ſuas artes, ob idq; nullam eis mercedem tribuunt, aut exiguam, & interdum etiam pro victu, quē illis præbent, aliquid accipiunt, & ſcholaſtici Salmāticenſes, qui accipiunt famulos: ex conuentione expreſſa, vel tacita, ſe illis certum tempus ad ſtudendum conceſſuros, & panem, & duos denariolos pro obſonio, & ſingulis, in ſingulos menſes, ſingula paria calceorum: & poſtea occupant eos in alijs rebus contra ipſorum voluntatem, adeo, vt non poſſint diſcere illas artes, aut ſtudere, peccant cum magna obligatione reſtituendi damnum, quod illi accipiunt, pter tempus diſcendi, & ſtudendi illis ereptum. Et ſi eos volentes occupant, tenentur illis dare, quantum dediſſent alijs, qui abſque tempore ſtudendi, & diſcendi ipſis ſeruiſſent.

Sequitur ſecundo, peccare cum obligatione reſtitutionis eos, qui accipiunt famulos, conuentione facta, quod nō vacabunt literis, & illis amplius ſtipendiū non tribuunt, quam alijs: quibus facultatem ſtudendi faciunt: quia notabiliter eſt minus ea mercede, quam eorū obſequia merentur.

Sequitur tertio, quod nobiles, qui abſque conuentione expreſſa pueros precibus parentum accipiunt, & præbent illis victum & veſtitum, qualem geſtabant quādo eos acceperūt, & per ſe, aut alios eos elegantia morum, & artibus honeſtorum hominum inſtituunt, quo ad viri fiant, & tandem eos honeſte cultos dimittunt, obligationi iuſtitiæ, qua erga eos tenentur ſatisfaciunt: quia illis, ex conuentione expreſſa, aut tacita plus nō debetur, nec plus illa ætas, nec illud obſequij genus meretur, niſi intercederet lex, promiſſio, aut conſuetudo particularis ad plura obligans.

110 Sequitur quarto, quod qui accipiūt œconomos, emptores, a ſecretis, architriclinos, pueros ſatellites, a pedibus, & alios ſimiles famulos, cum obligatione, vt ſint parati ad illis omnibus diebus & horis, quibus eis placuerit ſeruiendum, & non præbent illis victum, nec veſtitū, ſed certam pecuniam, quæ ipſorum victui non ſufficit, tenentur ſoluere reliquum, quod ad eorum victum, & veſtitū honeſtum, neceſſarium fuerit, & præterea honeſtam aliquam mercedem, pro merito obſequiorum.

Dixi, *cum obligatione, vt ſint parati ad ſeruiendum illis omnibus diebus & horis*: quia ſi non accipiunt niſi vt tres, aut quatuor menſes illis ſeruiant, non tenebuntur

n Fede.cōſ. 18. Ang. & Sylu. verb. familia.

b In c. cum vniuerſorū de rerū permutatione & Rot. in antiq. 7. de rerū & probat. extrauag. i. de ſimon. & extrauag. Pij. IV. & melius noua Pij V. de cō fidentia relata infr c. 23. n. 100.

buntur ad aliud, quam quod obſequia illorum menſium merebuntur, nec ſi eos accipiũt ad aliquas horas diei, quéadmodum aliqui doctores Salmaticenſes aliquos accipiunt in comites, qui eos comitentur, euntes ad prælegendum, & inde redeuntes, & diebus feſtis quando proficiſcuntur ad rem ſacram, aut ab eadem reuertuntur ipſi, aut ipſorum coniuges, non tenebuntur ad ſoluendum plus, quam obſequium illarum horarũ, cum obligatione paratos ſe præſtãdi ad ſeruiendum illis horis meretur.

111 Sequitur quinto, q̃ magnates, qui ſuis famulis dant certam portionem ad victum & veſtitum moderatum non ſufficientem, non obligando tamen eos ad continuum obſequium ſed ſolum, vt habitẽt, aut reſideant certum tempus, vbi reſiderint ipſi, & compareant coram eis ſaltem ſingulo quindecimo quoque die ſemel, non tenẽtur ad ſoluendum plus, quam illam pecuniam, ſi illis, plusquam dictum eſt non ſeruiant: quia nec conuẽtio expreſſa, nec obſequia facta eos ad amplius obligant. Sed ſi pluribus, quam conuentis eorum opera vtantur, tanto plus tenebuntur, quanto plus eos ſibi ſeruiendo occupauerint, & minus temporis, ad agenda ſua negotia eis relinquent, quia illorum meritorum iuſtitia eos ad id obligat per ius naturale & diuinum, *Dignus eſt enim mercenarius mercede ſua*. [a]

a Iuc.10.c. 1.13.q.2.

Vigeſimoprimo peccat, qui clam recipit, quod ſibi deberi prætendit pro vſuris, dolo, aut alio delicto a ſe admiſſo: licet enim ſponte data propter delictum regulariter retineri poſſint, non tamen iuſte peti: & minus tanquam debita legalia recipi, per dicta ſupra. [b]

b Eod.cap. num.41.

112 Vigeſimoſecundo, qui occulte recipit, quod ſuum eſt, vel ſibi iuſte debeẽt, cum commode iure recuperare poſſet, aut qui (etſi commode iure recuperare non poſſit) ſe ob id periculo mortis, aut amiſſionis alicuius membri, qua iudex propter furtum cõdemnare poſſet, obijcit: & qui id facit contra conſcientiam ſibi dictantem, quod ita recuperare peccatum eſt mortale: & qui aduertit vel aduertere debet, quod ex tali occulta recuperatione redundaret magnum ſcãdalum, aut damnum ei, qui habebat eãrem, quam ſic ille recuperauit penes ſe depoſitam: aut pignoratam, aut commodatam, licet ad reſtitutionem nõ teneatur. [c] Non eſt tamen peccatum occulte recipere, quod ſibi vere debetur, qũ alias illud recuperare nõ poſſet propter defectum, iniuſtitiam, ignorantiam, vel affectum iudicis alteri parti fauentis. Et qui quamuis recuperare poſſit, non tamen commode propter rei paruitatẽ, & magnitudinem ſumptus in recuperatione faciẽdi, aut quia ex tali lite ſimultates orirentur, aut licite ſine lite recuperare poſſet, non tamen ſine amiſſione gratiæ, & amicitiæ illius, qui debet, [d] modo in tali recuperatione eę conditiones concurrant.

c Gabr. in 4.d.15.q.3

d Iuxta gl. ſing. in cap. ius gẽtium 1. diſtinct.

113 Prima, ne aliquod ex prædictis inconuenientibus ſequatur. Secunda, ne plus debito ſuo accipiat. Tertia, vt reſtituat damnum corporale aut ſpirituale, quod ex eo in aliquem redundaret. [e] Quarta, vt res quam accipit, non ſit aliena, nec furto, nec latrocinio ablata, nec inualide ab eo, qui debet acquiſita. Quinta, vt caueat, ne iterum tale debitum ſibi ſoluatur, eo quod debitor recordatus illius debiti, vel pœnitens voluntatis non ſoluendi illud ei ſatisfacere velit. Cauebit autem ſatis, ſi quo modo honeſto debitori, aut eius hæredib. ſignificet nihil eos illo nomine vlli debere, ſecundum S. Antoninum. [f] Sexta, vt illud vere & de iuſtitia ſit ei debitũ, multi enim decipiuntur, noſtro iudicio, vſurpantes ex bonis ſuorum dominorũ pro ſuorum obſequiorum ſatisfactione, quibus quamuis aliqua compenſatio remuneratoria debeatur debita gratitudinis & antidoralis, non tamen debetur de iuſtitia vera & legali: obligatio enim gratitudinis, quam antidoralem appellant, non parit actionem, neque ius petendi, ſicut obligatio legalis per notata a S. Thoma. [g]

e Gabr. vbi ſup. Sylu. in Roſa aurea caſu. 37.

f 2.par.tit. 1.c.15.§.1.

g 2.2.q.58. & 100. & ab alijs in l. ex hac iure, ff. de iuſt. et iure & l. ſi & ſi. §. con ſuluit. ff. de petit. hæred.

114 Ad noue autem quæſitum hic reſpondetur affirmatiue, quod Martinus, qui rem depoſitam apud Ioannem, clã accipit pro debito, quod Ioannes ei debet, tenetur reddere, vel manifeſtare ob latam excommunicationem contra id accipientem, vel ſcientem, quia nullo iure conceditur, vt creditor accipiat in compenſationem rem a debitore detẽtam,

tam, si non est sua: & ita est prohibitum per hoc septimum præceptum. Credimus ét decipi eos, qui putant sibi licere auctoritate ppria vlcisci iniurias, quas per iustitiæ ministros non possunt, quãuis glossa [a] (quam Paulus Castren. consulendo sequutus fuit. [b] in impressione antiqua, quod nõ licuit mihi nunc inuenire,) dixit, posse. Et etiam qui accipiunt aliquid occulte ob pœna, quæ illis non debetur ante condemnationem. [c]

Notanda tamen sunt sequentia. Primum, quod excommunicatio generalis Episcopi, qua monitione præmissa excõmunicaret scientes, & nõ reuelantes res subtractas alicui nescienti, quis eas subtraxit, non obligaret eum, qui sic recusauerit: neq; etiam id scientes, modo pro comperto haberent, eas pro debito legali fuisse subtractas: secus tamen si dubitarent, licet recuperans eis dicat, quod ad recuperandum suum, tantum, quod iustum erat accepit: nisi tanta fide & virtute apud eos esset, vt merito propter eius dictum dubietatem ab animis suis depellere deberent. [d]

115 Quæ procedunt, ét si Episcopus iuberet reuelari eos, qui rem illam pro recuperatione rerum suarũ acceperint, vt recte probat Syluester [e] quidquid Rosel. dicat, quod ipsum nobis vr̃, qn̄ da tur excommunicatio specialis ob illam rem, quicquid dicat Syluester: [f] tum quia quamuis specialis sit quo ad rem, tñ, quo ad personas generalis est: tum quia excommunicatio maior generalis non ligat eum, qui mortaliter non peccat, [g] tum quia nemo se, nec aliũ innocentem tenetur prodere præsertim ad damnũ & præiudicium [h] Tum quia, vt idem Syluester ait, si intẽtio iudicis est, vt manifestaretur, quamuis acceperit iustam compensationem, intolerabilem errorem contineret, & ita non valeret. [i] Tum quia clausula huiusmodi poni solita in literis Apostolicis sub forma *significauit*, intelligenda est, quando scitur non fuisse acceptum pro iusta compensatione, aut dubitatur. [k] Nec refert, an res sit deposita vel nõ, quo ad forum conscientiæ, quidquid aliqui dicant. [l]

116 Secundo notandum, quod si is, qui bene accepit, iurare cogeretur, an sciret quis accepisset, posset respondere, se nescire, subintelligendo intra se aliquem, qui male accepit. [m] Tertio, quod indubium est id, quod dixit doctissimus Medina, [n] scilicet, quod modo supradicto recuperans cõtra voluntatem debitoris parati ad soluendum illi peccaret, licet non teneretur restituere per dicta. [o] Quarto, quod licet tertius aliquis non debeat regulariter accipere, etiam occulte, quod est eius, qui restituere tenetur, & non vult, nec commode compelli pót, vt suo creditori satisfaciat. [p] Vxor tamẽ, potest de bonis mariti, qui debet, & non vult soluere etiam contra eius expressam voluntatem, quia est socia adiutrix. [q] Ex hoc faciendo adiuuat eũ ad seruandam animam, modo sine scandalo id faciat. Gab. [r] & prouideat, quo maritus intelligat, se illi non debere, recuperata scheda remissionis ab eo cui soluet, aut alio modo, per prædicta. [s]

117 Vigesimotertio, qui occulte accipit, quod dubitat, an suum sit, ad illius tamen restitutionem non tenetur secũdum Med. [t] quamdiu probabiliter, an suum sit dubitat, an eius, qui accipit quo ad proprietatem: certũ tamen est possessionem eius fuisse illius, qui eam antea habebat, & sic iniuste illam teneri ab eo, qui accipit, donec restituat, aut certo suum esse sciat. & sic tenetur ad restituendum. [u]

Vigesimoquarto, qui non soluit legata pia tempore & modo debitis. [x] ad cuius peccati remissionem non sufficit propositum in posterum soluendi, si tũc soluere sine magno sui detrimento potest per supradicta. [y] quod locum habet, quamuis talia legata fiant tantũ coram duobus testibus: quia iuxta canonica iura valent, [z] non obstante contrario statuto, quod tamquam præiudicans libertati Ecclesiæ non valeret. Imo, qui scriberent illud, & iudicarent secũdum illud, excommunicati essent [a]

118 Vigesimoquinto, qui absq; necessitate extrema aliquid ad edendum aut vestiendum accipit, cũ restituendi obligatione: quia illa licet excuset a tanto, nõ tamen a toto, [b] licet cum extrema quisq; possit sine aliquo peccato accipere, non pro se solum, sed etiam pro alio, qui est in eadem, si de suo nõ habet, nec aliter ei subuenire potest. [c] Remanet

tamen

a l. nullus. C. de iudæ.
b In cõsilio mihi 203.
c Per gl. c. fraternitas. 12. q. 2. & alia, quæ in eius cõmento diximus.
d Arg. glo. sing. in l. Titio fundus. ff. de condi. & dem. & eorũ q̃ addit ei Felyn. in c. cũ cõtingat & reser.
e Verb. fur tum. 1. q. 5.
f Vbi supr.
g Ca. nullus, c. nemo 11. q. 3. vt in ca. inter verba, cõcl. 6. 11. q. 3. dicimus.
h Ca. quis aliquando, vers. non tibi dico de pœn. dist. 1. i Cap. 1. de re iudic.
k Per dicta in cap. inter verba, cõcl. 6. arg. l. si procurator, ff. de condi. indebit.
l Arg. l. illud ad legem Aquil. & ca. 2. de translat.
m Arg. ca. humanę au res, 21. q. 5. et eorũ quę in eius Cõment. dixi, & ét supra c. 12. nu. 8.
n In Codic. ét rest. q. 10.
o Supra eodẽ nu. 112.
p Arg. c. for te, et c. deni que 24. q. 5
q Genes. 1.
r In 4. lib. sent. dist. 15. q. 1.
s Supra n. 118.
t In Cod. c. ét rest. f. 66.
u Arg. eſe pe, de restit. spol. & l. 1. ff. de fur, q̃ habet furtũ fieri, quo ad possessionẽ.
x Ca. quia oblationes, 15. q. 2.
y Eod. cap. n. 66. et 68.
z Cap. relatũ. 1. de testam.
a c. graue, de sent. excõm. Rosel. verb. excõicatio 1. 18. excõica. & infr. tradit. c. 27. n. 119.
b C. si quis de furt.
c Ca. sicut hi. 47. d. & ca. discipulos de consecr. dist. 5.

tamen obligatus ad reſtituendum regulariter exceptis certis caſibus, vt dictũ
a Supr.eod. cap.nu.61. eſt, [a] quamuis oppoſitum communis dicat. Quæ procedere poteſt in re adeo parua, vt probabiliter credi poſſit, dominum eam gratis conceſſurum, & etiam in magna.quando extreme egenti conſtaret eum,a quo accepit non ſolũ eam ipſi mutuaturum, ſed etiam gratis conceſſurum,ſi præſens eſſet,quando eã accipit. Quæ ratio probabiliter credẽdi ex rei acceptæ, & eius domini circũſtantijs colligi poteſt, ſcilicet, num ſit
b In c.de reſtit.q.3. c cap.forte, & c.deniq; 14.q.5. diues,num liberalis, num cognatus, & amicus eius, qui accepit,num eleemoſynas elargiri ſolitus, vt recte prædictus
d In tracta. prædicto. q. 1.num.77. e Quo lib. 8.art.12. f c.24.n.6. g §.cæterarũ,inſti.de l. Aquil.& l. Quintus Mutius, ff. eo. & gl.ũcto textu in ca. ſi læſer. de iniur.& damno dat. h Arg.c.ſi. de cõſue.c. priuilegia. 3.diſt.& l. oẽs populi, ff.de iuſt.et iur. & tradit Angel. Verb.furtũ. §.31. i Gab.in 4. d.15.q.5.ar gu.2.cõcl 5 coroll.1.l.in laqueũ, ff. de acq. rer. domin. k Arg.c.ex tenore, de reſcript l. itaq; fullo ff.de fur. Medina notauit. [b]
119 Inter omnes autẽ conuenit,peccare eos, qui extra neceſſitatem extremã occulte res alterius etiam illi ſuperfluas ad ſibi, aut alteri ſubueniendum accipiunt. [c] Tum quia erogatio ſuperfluorum non ſemper eſt debita pauperibus: tum quia etiam quando eſt debita eis p dominos earum eſt facienda, & ad eos pertinet pauperum & piorum electio, vt [d] probauimus: & conſequenter alius, nec pro ſe,nec pro alio accipere poteſt: niſi vt prædictum eſt, & tradit S.Tho. [e] communiter receptus. Neceſſitas autẽ extrema. quæ ſit, infra [f] dicitur.
120 Vigeſimoſexto, qui aliquod animal domeſticum in prædio ſuo damnũ inferens occidit, aut grauiter percutit: quia nõ eſt ei ius id faciendi, ſed ſolum expellendi ab eo, & includendi, donec de damno dato dominus eius monitus ſatisfaciat, [g] niſi conſuetudo priuilegium, vel aliquod ſtatutum contra diſponeret. [h]
Vigeſimoſeptimo, qui venatum, aut piſcatum, cum iuſte non poſſet, prohibuit cum obligatione reſtituendi emolumentum, quod veriſimiliter impediuit. [i] Et non poteſt iuſte prohibere,niſi concurrentibus quinque. Primum eſt auctoritas regia iuſta,aut conſenſus populi liber a metu,aut præſcriptio canonica ſine vi & metu introducta. Secundum,vt ob occaſionem ferarum extra loca prohibita, non puniat eos, qui non procurãt dolis eas e prohibito loco extrahi,vt extra illum eas accipiant: alias enim punire poſſet: [k] Tertium,vt prohibeat in ſuis proprijs prædijs, quamuis, noſtro iudicio, ſufficit, vt domini aliorum ſua ſponte in id conſentiant. *l Arg.cap. ſciẽti de regu.iur.*
121 Quartum,vt reſtituat omne dãnum, quod illæ feræ alienis prædijs faciunt, quorum domini in damnum eorum non conſentiunt: quamuis in aliorum damnum conſentiant.Parum tamẽ prodeſt quibuſdam magnatibus dicere ſæpius ſe reſtituturos eiuſmodi damna & nunquã reſtituunt. Quintum,vt caueat prohibens,ne ſubditi timentes eũ: & miniſtros eius, & fugientes odium,& indignationem, & minas eorũ, quia eis ſæpe opus habent,ea petere nõ audeãt, quæ peterent ab alijs ſibi paribus: quia eiuſmodi metus,etiam ſi alioqui non eſſet omnino iuſtus inducit reſtituẽdi neceſſitatem, vt dictum eſt. [m] Quod etiã Margarita confeſſorum probat, ſcilicet ne venantes in locis prohibitis occidãt, vel mutilent,ſaltem pro prima vice,quãuis id ſancitum ſit: quia eiuſmodi ſeueritas non eſt exercenda, niſi in conſuetos id facere,& contumaces.Et conſuetudo ſic puniendi, etiam prima vice,iniuſta videtur,quam qui ſeruaret peccaret mortaliter,quod aſſerit Sylueſt. [n] *m Sup.eod.*
122 Vigeſimooctauo,qui ſunt iuſti cuſtodes venatus, aut piſcatus prohibiti, vt ceruorũ,cuniculorum, auium, & ſyluarum cæduarum, aut paſcuorum conſtituti ab ijs,quorũ ſunt illa iura. Cuſtodes,inquã, iurati, aut ſola fide adſtricti fideliter ea ſeruare,& non ſeruant,[o] niſi ſcirent eos, quos contrafacientes inueniſſent, feciſſe id neceſſitate, quæ eos a peccato excuſabat,& nõ permittuut eis plura,q̃ talis neceſſitas exigit. Dixi,*Niſi ſcirent, &c.* quia dubitatio non excuſaret: in dubio enim tutiora ſunt eligenda. [p] Excuſarentur etiam,ſi ſcirent eos, quos in eiuſmodi locis inueniunt, eſſe conſanguineos,aut adeo domini prædictorum iuriũ amicos,vt probabiliter credant illi eorum venatum placiturum. Non tñ ſufficit inuentos tales eſſe, qui ſi facultatem a domino peterent, obtinerent,ſed eam petere nolunt. Ex hoc ſequitur, peccare, cum obligatione reſtituẽdi damnum cuſtodes, qui diſſimulant ſe videre prædicta loca prohibita ingredientes, quo cedant,venentur,aut piſcẽtur in eis propter aliqua dona, aut
n Verb.reſt. 3.q.2. §.4. & Verbo venatio. ſub fin.
o Arg.c.1. & c.qualiter,de pact, & c.ſi vero de iureiur.
p ca.ad audiẽtiam de homic.& c. ſi quis autẽ de pen.diſt. 7. Vbi late de hoc dixi mus.

quia ſunt ſui amici, aut conſanguinei: quia tenentur præſeruare a damno dominum, ob iuramentum præſtitum, & ob fidem datam,[a] quamuis non teneátur per prædicta,[b] reſtituere ea, quæ ob id acciperent.

123 Vigeſimonono peccat cuſtos, qui ſe abſcondit, ne videatur ab ijs, qui talia loca prohibita ingredi volunt, vt ingreſſos intercipiat, aut puniri faciat ſecundum aliquos: quorum opinio dura nobis videtur, ſaltem quo ad eos, qui permittunt ingredi, quo ſemel deprehenſi iterum ingredi caueant: nec ſinunt eos inferre damnum notabile in locis eiuſmodi prohibitis. Tum per ea, quæ diximus in cap. inter verba.[c] Tum quia oppoſitum omnes fere cuſtodes faciunt, idque ab omnibus ſcitur: & ita nemo ſe deceptum dicere poteſt,[d] dixi ſupra, *Cuſtodes*, ideſt conſtituti ab his, qui iuſte prohibent & poſſident: quia conſtituti ab ijs, qui iniuſte, & tyrannice prohibent, ad nil tenentur, licet iurauerint ſe capturos, aut denuntiaturos, quos inuenerint,[e] nam in malis promiſſis reſcinde fidem.[f]

124 Notandum tamen eſt iuſte prohiberi venationē certarum ferarum, certis temporibus, ſcilicet quādo pariunt, aut oua faciunt, aut nutriunt, aut tempore niuis, aut ne illis, vel illis inſtrumentis venatus fiat, aut ne talibus artibus venandi quis vtatur: quia eiuſmodi prohibitiones in populi vtilitatem redundāt. Sed qui talium prohibitionum tempore venātur, reſtituere, quod venati ſunt, non tenentur, niſi poſt iudicis condemnationem, Med.[g] & probatur per glo.[h]

Nec obſtat, quod quidam ait, me dicere hic cuſtodes, qui abſcondunt ſe, e venatores prohibita tranſportantes, libere peccent, & comprehenſi multentur, peccare, & teneri ad reſtitutionem. Non, inquam, obſtat: quia reſpondetur primo, mirari me, quod vir religioſus, imponat mihi etiam religioſo, licet ſe imperfectiori falſum: cum omnino contrarium aſſeram & rationibus muniam, vt patet ex contextu. Secundo, quod tacite inſinuat, me opinari peccare omnes quæ vetita venantur, & paſcua prohibita paſcunt, & vetita extrahi extrahunt, per illa verba, vt libere peccent, qđ ego nec exprimo, nec inſinuo: imo arbitror multos nihil peccare per ea, quæ ſcripſi infra.[i]

Trigeſimo qui prohibet ſuis ſubditis, ne eijciant, aut ne occidant feras, in ſuis prædijs damnum inferentes, cum intentione non reſtituendi integre dānum, aut poſtea cum eſſet notabile, non reſtituit, Gab.[k]

125 Trigeſimoprimo peccat, qui ad venandum profectus, permittit, vt canes ſui noceant alienis aubus domeſticis, puta gallinis, anatibus, anſeribus, & id genus alijs, aut quod ſui equi, aut famuli notabile damnū inferant prædijs, aut ſatis per quæ tranſeunt, aut eorum fructibus, & non vult reſtituere, Hoſtien.[l] Omnibus de venatione prædictis, addo id, quod nemo hactenus attigit, & pauci confeſſarij (meo iudicio) aduertunt: videlicet, quod reges, & magnates prohibentes, ne feræ palantes, quæ non sūt incluſæ, occidantur a dominis prædiorū, quibus nocent, non excuſantur a peccato per propoſitum reſtituendi damna etiam conſequuta reſtitutione, magis q̄ excuſatur fur, aut raptor per propoſitū reſtituendi quod furatus fuerit, aut rapuerit, etiam ſequuta reſtitutione: quia licet per eiuſmodi propoſitum, & reſtitutionem conſequutam excuſetur a peccato, quod admitteret non reſtituendo: non tamen excuſatur a peccato, quod admittit damnificando, aut capiendo aliena inuito domino. Aliud enim peccatum eſt damnificare, furari, vel rapere, & aliud damnum illatum furto ſubtractum, vel raptum non reſtituere: & ita excuſatus ab hoc, non excuſatur ab illo: quia a diuerſis non fit illatio.[m] Qua re qui per feras, vel animalia domeſtica nocet prædijs proximi eo inuito, peccat mortaliter, etiam ſi poſtea cumulatiſſime damnum reſtituat, & conſequenter non ſolum oportet eum pœnitere, & confiteri, quod non ſufficienter, vel non debito tempore reſtituerit damnum illatum: ſed etiam quod intulerit illud inuito dño, quod concionatores prædicare, & confeſſarij meminiſſe deberent.

126 Trigeſimoſecundo peccat, qui habet columbarium illicitum cum notabili aliorum præiudicio.[n] Dixi, *illicitum*, quale eſt, ſi opportunis temporibus alimen-

a Med.c.de reſt. q. 12. col. 3.
b Eod.c.n. 33. & ſeq.
c 11.q.3.
d Arg.cap. ſciēti, de regiur.li.6.
e Arg. cap. f 22.q.4. et c.nō eſt obligatoriū, de reg.iur.li.6
g Vbi ſupr.
h Receptam c. fraternitas.12.q.2.
i ca.23.n.2
k In 4.libr. ſen.diſt.15. q.5. arti.2. concluſ.5.
l In ſumma de pœni. & remiſſ.
m l.Papin. ff.deminoribus, cap.ad audientiā, de decim.
n Arg.cap. ſi bos, de iur.& l.1.ſi quad.pau. fec.dic.

mentum non præbeat, nec circum illud habet agros ſatos, in quibus ſufficiéter, ſaltem pro maiori parte columbæ alantur: nec qui tenet illud eſt paratus ad reſtituendum quodlibet damnum notabile, quod illæ fecerint, quando ei conſtiterit: nec vnum damnũ alio cõpenſatur puta, quia vicinus eius, cui ſuæ columbę nocent, non habet totidem quæ tantũdem ei noceãt, nam concurrentibus aliquot horum tolerari poteſt, iuxta Paludanum [a] S. Anton. & communem: [b] non autem quando ex illis damnum notabile proximi naſcitur, ſicut naſcitur ex columbarijs aliquorum prædiuitum, qui nec ſerunt agros, nec vineas colũt, & habent columbaria columnis cõferta, quæ ex ſatis ſubditorum, vel vicinorum ſuorum viuunt, qui contradicere ob metũ maioris damni non audent, ſecundum Ioan. Maior. [c] Quamquam (noſtrõ iudicio) regulariter non peccant, qui columbaria habent, vbi non eſt lex, quæ ibi p̃hibeat, & eſt conſuetudo, quæ id permittat: & populus non queritur, nec damnũ notabile apparet, attento quod ad populi victum pertinent, & æque fere p̃ſunt ſtercorando, quam noceant paſcendo, & eas reges tolerant, & ſi non eſſent columbæ domeſticæ, eſſent palumbes ſyluaticæ, vt ſunt cornices & aliæ aues, q̃ optime Sylueſter [d] inſinuauit

127 Trigeſimotertio peccat, qui in ſuo columbario certa ſemina ſpargit, aut alia arte vſus eſt, qua columbas ab alijs columbarijs ad ſuum pertraheret, cum oblatione reſtituendi, ſi paruitas eum non excuſat, Med. [e] Quod tamen limitandum videtur, vt procedat tantum in eo, cuius principalis finis eſt alienas ineſcare; non autem in eo, qui principaliter intendit ſuas paſcere, & retinere, ne aliò euocentur. [f]

128 Trigeſimoquarto peccat, qui ſibi accipit, aut includit animalia aliena domeſtica etiam fugitiua, vt eorum lanã, plumas, aut oua in vtilitatem ſuam cõuertat, aut eis vtatur, ſecundum Ioann. Maior. [g] quia ob fugam non deſinunt eſſe cuius erant. [h] Idem dicendum eſt de accipiente animalia domum redire ſolita, vt ſunt, ſues, apes, pauones, columbæ, cerui qui abeunt, & redeunt. Et de illo, qui accipit, aut occidit ea priuſquã illam conſuetudinem reuertendi amiſerint, [i] quam amiſiſſe videntur, cum ad horas & dies conſuetas bis redire deſinunt, poſt q̃ accepta capientium fiunt. [k]

129 Apes tamen, aut examina antequã in alueartjs includantur, & aliæ aues ex alienis arboribus acceptæ fiunt accipiẽtis, qui per hoc furtum non committit, etiam eas in alieno prædio accipiendo, priuſquam ab ingreſſu eius, aut ab adſcenſu arboris a domino prohibeatur: imo nec ſi poſtea, licet tunc iniuriarum teneretur. [l] Prohibitus autem videtur tacite, ſi prædium eſt muro aut ſepe cinctum.

a *In 4. lib. ſent. diſt. 15 q. 2.*
b *2. par. tit. 2. cap.*
c *In practica to 4. lib. ſen. diſt. 15. q. 2*
d *Verb. reſt. 2. q. 4.*
e *In C. de reſtit. q. 3.*
f *Argu. l. ſi qs nec cauſam. ff. de reb. cred.*
g *In 4. libr. ſen. diſt. 15. q. 5.*
h *§. gallinarum inſtit. de rerum diuiſ.*
i *§. pauonũ & §. apiũ. inſt. de rerũ diuiſ. l. naturalẽ. §. 1. & 2. ff. de adquirend. rerum do.*
k *Iuxta gl. l. de quibus ff. de leg.*
l *l. naturalẽ. § pauonum, & parag. ceruos, ff. de acqui. rer. dom.*

DE PARTICIPANTIBVS in damno dato.

130 *Damnum datum a multis diuiſis, uel vnitis ſub duce, uel ſine ille.*
131 *Reſtitutionem debiti, qui fauore uel conſilio impedit.*
132 *Conſulens ſuæ ſcientiæ ob hoc nõ multum confidat.*
132 *Damnum ad aliquod laudando, aut alias animat.*
133 *Ratum habens damnum ſuo nomine datum.*
133 *Ratificans ſuo nomine factum delictũ ſemper punitur, quia fingitur eſſe perſona delinquens.*
133 *Teſtis nocens alij tacendo uerum ut peccat.*
134 *Metus iuſtus a teſtificando & denuntiando ut excuſat.*
134 *Monitus ſub excommunicatione denuntiare, uel reuelare quid faciet.*
135 *Monitus reuelare ad plus tenetur, quam monitus denuntiare.*
136 *Cuſtos ex officio, uel plus teneꝰ, q̃ aliꝰ.*
136 *Iudex non cogens reſtituere reipub. aut priuato.*
137 *Damnum qui dat miniſtrans aliena hæc faciat. nu.* 138.
139 *Furatur qui aliquid ab eo, qui illud dediſſet, aut multa parua.*
140 *Damnum datum cum impenſis, & intereſſe reſtituendum.*
140 *Confeſſarij cur furi non iubent ſoluere impenſas iſtas.*
140 *Dãnũ datũ qui impedit uolenti illud impedire: & qui mittit ad terrendũ ioco, ſi per incuriam dazinũ datur.*

TRigesimoquinto peccat, qui cum multis adunatis sub vno Duce, siue, vt vulgus ait, Caporali, vel sine illo ad furandum, aut damnificandũ vadit. [a]

Restituere autem non tenetur, nisi id quod ad eum peruenit, & id cuius talis causa fuit, quod sine ipso illud nõ fuisset illatum, ita quod si fuit causa totius, tenetur restituere totum alijs non restituentibus, & si partis partem, secundum posita. [b] Vnde si multi singulatim vineã aliquam ingrediantur, alij aliorum ignari, & vnusquisq; suum racemum capiat, etiam quoad vsq; nullus in ea relinquatur, nullus eorũ mortaliter peccat, nec restituere tenetur, & multo minus tota multitudo: quia nullus eorum damnum notabile facit, nec est causa quo fieret, nec in id consentit.

131 Trigesimosexto peccat, qui procurat, vt rex, aut magnas, aut iudex suum cuiquam tollat, vel ne cui, quod sibi debetur restituatur, neue ad id debitor cogatur, quod multi magnates & familiares eorum aduocati & procuratores sæpe faciunt, qui nõ solum mortaliter peccant, sed etiam restituere tenentur.

132 Trigesimoseptimo, qui male consulit scienter & dolose, imo & si bona fide: sed non adhibitis studio & diligentia debitis ad veritatem assequendam. Quare qui consulunt, caueant ne nimiũ suæ scientiæ, vel prudentiæ fidant.

Trigesimooctauo peccat, qui alicuius acumen, aut fortitudinem laudat, aut ignauiam & demissionem vituperat, quo eum ad damnum proximo inferendum moueat, & totum illud damnum restituere tenetur: quia ad id exhortari videtur.

133 Trigesimonono peccat, qui audiẽs aliquem alteri suo nomine nocuisse, illud ratum & gratum habet: quia mandare videtur. [c] Quod solum intelligitur iuxta Angelum, [d] quando qui nocuit, non nocuisset, nisi existimans eum, cuius nomine nocuit, illud ratum habiturum. Sed huic moderationi raro (nostro iudicio) locus erit, quia raro aut numquam continget aliquem nomine alicuius nocere alteri, nisi existimantem illud gratum illi fore, quamquam si eius nomine factum non fuit, aut gratum illi non fuit, quatenus suo nomine factũ est, licet opus in se illi placeat, ad nullam restitutionem tenetur, quãuis peccet. [e]

Nec obstat, quod quidam ait, me dicere hic, teneri ad restitutionẽ qui nec tacite, nec expresse iussit occidi hominẽ sed pro rato habuit quia ratihabitio æq pollet mandato. Cuius contrarium asserit tenendum. Non inquam, obstat: qa respondetur, primo, me nõ loqui de homicidio in specie, vt ipse imponit: quãuis in genere loquar de nocente, cuius species est homicidium. Secundo, quod meum dictum est firmum. Tum, per illam regulam iuris. [f] *Ratihabitionem retrotrahi: & mandato comparari.* Et regulam. [g] *Deiecit, qui mandauit, vel ratum habuit* [h] Et palam est mandantem delictum teneri ad restitutionem. [i] Tum quod præfatæ regulæ non solum habẽt locum in contractibus, & in iudicijs, sed etiam in maleficijs, & delictis, vt habet glossa recepta per omnes, [k] saltem illis, quæ ꝑ alium fieri possunt, [l] imo & alijs, nisi quo ad effectum fruendi libidine, vt pulchre de iure probat Couarruuias. [m] Tum quod ratihabitio non solum habet vim augendi peccatum, vt ait is, qui cõtra nos opponit, sed etiam faciendi incidere quem in pœnam, casus est in capit. cum quis, [n] quod determinat, eum qui ratificat percussionem clerici nomine suo factam, incidere in pęnam excommunicationis ipso iure. Tum quia facilius & fortius obligatur quis ad restituẽdum damnum, quam ad subeundum pęnam. Hanc enim non tenetur regulariter subire in foro cõscientiæ, nec in exteriori antequam condemnetur, restituere autem, sic, vt supradictum est. Tũ quod omnis ratificans delictum suo nomine factum, est puniendus pęna, licet non semper ordinaria, vt late ꝓbat pręfatus Couarruuias. [o] Tum quod ratificans rem suo nomine acceptam, vel iniustam acceptionem, fingitur accepisse propter suam ratificationem: & ita non solum peccat, quia placet peccatum, sed quia fit persona peccantis, & accipientis, secundum totam vtriusque iuris prudentiam, quod non aduertit præfatus religiosus, qui contra nos opponit. Per quod tollitur eius ratio, & consequenter ille qui ratificat incendium domus alicuius, nomine suo factum, magis

a l. 1. ff. fami. furt. fecisse & l. ita vniuersitas ff. ad l. Aq.

b sup. n. 17

c ca. ratihabitionẽ de reg. iur. li. 6

d Verb. fur. §. 20.

e cap. cũ qs de sent. excom. lib. 6. & d. c. ratihabitionẽ d. c. ratum, de reg. iur. li. 6

f lib. 6.

g Hoc iure paragr.

h ff. eod.

i Vt dictũ est sup. eod. c. nu. 14.

k In d. c. ratihabitionẽ.

l Vt Dyn⁹ receptus ait in dict. reg. ratihabitionem.

m In cle. 1. 3 part. §. 1. nu. 5. de homicid.

n De sent. excom. li. 6.

o Vbi supr.

magis tenetur ad reſtitutionem domus incenſæ, quam ad ſubeundum pœnam a iure, vel iudice inflictam, vel infligendã.

134 Quadrageſimo peccat, qui teſtis, a iudice legitime interrogatus, an ſciret tale furtum, ſciens tacet, & ob illud dãnificatus ſuum non recuperat, & reſtituere tenetur,[a] ſi non tacet propter metum alicuius periculi ſui ſtatus, aut perſonæ, aut bonorum iuxta S. Anton.[b] Scotum.[c] & Sylueſt.[d] Notandum tamen eſt, quod ſi Epiſcopus monuerit ſub excommunicatione, vt denuntient, qui nouerint illud: is qui metu tacuit, tenetur parere, ſed non quoadusque eum iuxta ordinem correctionis Euangelicæ moneat: & inducere debet, vt parti læſæ ſatisfaciat, & ſi fur ſatisfecerit, eum denuntiare non debet. nec etiam ſi non ſatisfaceret, ſi illud probare non poteſt, quia quando præcipitur, vt qui talem rẽ ſcit, eam per denuntiationem manifeſtet, intelligitur de eo, qui ſcit, & probare poteſt, vt diximus copioſius quam alij.[e] Sed ſi admonitus ſatisfacere nollet, & admonitor probare poteſt, denuntiare debet: quia alias peccaret, & excommunicationem incurreret, & teneretur reſtituere damnificato de ſuo, qđ ob ſuum ſilentium recuperare omiſit,[f] niſi ob iuſtum metum taceat, vt proxime dictum eſt. Per quæ reſpondetur ad noue quæſitum, ſcilicet: An vxor, filius, aut cognatus alicuius delinquentis, abſcondens aliqua eius bona in aliquo monaſterio, aut alio loco, ne a iudicibus ſequeſtrentur: teneantur ipſi vel alij eius rei conſcij, manifeſtare illa, propter excommunicationem, aut iuramentum, quibus iubentur id facere. Reſponderi enim poteſt, quod nõ, ſi omnia abſcondita pertineant ad compenſandum debitum dotis, vel aliud. alioqui autẽ ſic. Oportet autem cauere, ne iterum peti poſſit id, ad quod abſcondita ſufficiunt inſtar illius, qui clam accipit aliquod de bonis creditoris, in ſui debiti compenſationem: de quo ſupra.[g]

135 Aduertendum tamen ſupradicta procedere in monito denuntiare, & nõ in monito teſtificari, vel reuelare: is cũ tenetur id facere,[h] præſertim ſi iudex poſt ſemiplenam probationem coram ipſo factam, eam ſupplendam præcipit, vt qui illud ſcit ad teſtificandum veniat,[i] quia illi non præcipitur, vt denũtiet, ſed vt teſtificetur,[k] niſi ſit perſona a teſtificando eo caſu excuſata ob cognationem, vel aliam cauſam, de quo intra[l] dicetur.

136 Quadrageſimoprimo peccat, qui conſtitutus cuſtos ciuitatis aut agri non obſtat damno notabili, quod fieri videbat, ſaltem clamando cum obligatione reſtituẽdi in ſolidum, per dicta ſupra.[m] Quamuis qui ad id ex officio non tenetur, licet peccet malitioſe tacendo, reſtituere tamen non tenetur, per dicta ibidem: imo nec peccaret, ſi abſque malitia per negligentiam aut modeſtiam nõ ſe ingerendi negotijs alienis, id facere omittit. Sed ſi ex officio, aut dignitate tenetur impedire, & adminiſtrare iuſtitiã: qa eſt princeps, aut iudex, peccat, & reſtituere tenetur iuxta mentem S. Th.[n] & ſupra dictum eſt,[o] adiunctis etiam ijs, quę S. Anton. & Angel. dicunt, & noſtri ſcribunt.[p]

Quadrageſimoſecundo peccat, qui index non facit parti damnum reſtitui, cum poſſet, ſiue ſit Reipub. ſiue perſonæ particularis, cum obligatione reſtituendi, iuxta Scotum communiter receptum.[q]

137 Quadrageſimotertio peccat, qui curator, procurator, & alienorum negotiorum geſtor, adminiſtrator bonorum alienorum, & filius, qui res ſui patris tractat, qui nomine ſui principalis, & ob eius vtilitatem alicui damnum notabile infert, & ad reſtitutionem in ſolidum tenetur, ſi principales non reſtituant, & ex eorum bonis reſtituere poteſt, ſi adhuc eorum adminiſtrationẽ retinet, & prudenter facit reſtituendo, ita vt ab ipſo poſtea domini repoſcere non poſſint. Et ſi iam dictam adminiſtrationem nõ habet, & eſt ideo inops, vt ſatisfacere nõ poſſit, debet dicere principalib. ſi ignorant, quod ſatisfaciant. Et ſi illi reſtituere noluerint, tenetur reſtituere, ſi poteſt: occulte tamen poterit accipere de eorum bonis tantũdem, quo ſatisfaciat, obſeruatis conditionibus ſeruandis ab ijs, qui occulte ſua debita recuperant: quæ poſitæ fuerunt ſupra.[r]

138 Quadrageſimo quarto peccat, qui occulte aliquid accipit ab eo, cui non

[a] cap. 1. de crim. falſ.
[b] 2. par tit. 1. c. 16. §. 7 & arg. cap. quiſquis. 11 q. 3.
[c] In 4 diſt. 15. q. 2.
[d] Verb. reſtit. 2. q. 6.
[e] In rep. c. inter Verba. 11. q. 3. cõcluſ. 6.
[f] Ioann. de Anan, in c. qui cum fure de furt.
[g] nu. 119.
[h] Iuxt. c. ad noſtram, 2. cũ ei adnotat. per Panor. & alios de iureiur.
[i] Iuxt. c ſi. de iureiur.
[k] Ang. verbo denũtiatio para. 3. l. c. 25. nu. 48. & ſeq.
[m] Eod. nu. 122.
[n] 2. 2. q. 62 art. 7.
[o] eo. nu. 28.
[p] In c. quante de ſent. excõ. & noſ in ca. inter Verb. 11. q. 3. cõcluſ. 6. diximus.
[q] In 4. lib. ſen. diſt. 15. q. 2.
[r] Eod. cap. nu. 13.

displicet acceptio sibi nota: sed occulta sic: is licet peccet venialiter, non tamen mortaliter, quia eius acceptio, aut retētio non est contra voluntatem domini, sed modus solum accipiendi, quod ad peccandum mortaliter non sufficit, vt definierunt bene Adrian. [a] & Caiet. [b] Id quod sæpe filij ob verecundiam parē tum faciunt. Serui etiam & famuli accipientes a suis dominis panem & fructus, quibus vescantur, credentes dominum illa concessurum esse, si ab illo peterent, aut si illic inuenirentur quamuis nollet, vt se inscio acciperent.

a In 4. de restitut.
b In summa verb. furtū.

139 Dixi, *Quibus vescantur*, nam qui caperent ad donandum, vel vendēdum alteri, vt solent aliqui panem coctum, vinum, aut triticum, aut alia similia mortaliter peccarent, & tenerentur restitue re: quia non solum modus, sed ipsum factum inuito domino fit. Qui tamen minutatim vno die quid exiguū, puta quadrantem seu quatrinum, & alijs multis diebus singulis tantundem caperent, nulla vice peccarent, nisi venialiter, etiā si totaliter accepta ad notabilem quantitatem crescerent: modo iā inde a principio, vel post ea non habuissent animū furandi notabilem quantitatem per illa parua furta, siue tamen cum hoc animo siue sine illo perueniatur ad quantitatē notabilem, restituēda videtur illa. Quo fit, vt inueniri possint furta solum venialia, quæ obligent ad restitutionem sub pœna peccati mortalis. Quæ limito procedere in eo, qui continuato tempore, sine magnis interuallis illam notabilem quantitatem conflaret: non enim dicerem teneri ad restituendum sub pena peccati mortalis illos famulos, qui aliquot diebus vnius mensis aliquot eiusmodi furta facerent, & post alium vel duos menses totidem, & post aliquot alios totidem, &c. ita quod in fine triū vel quatuor annorum conflareut summam etiam duplo maiorem, quam sit illa, quæ semel accepta peccatum, & restituendi necessitatem induceret sub pœna peccati mortalis, etiam postquam peruenerint ad notabilem quantitatē, si nunqā percipiēdo illa parua intēdunt peruenire ad illā rōne illa firma, q̄ ceteris paribus magis peccat, qui capit, quā qui retinet, & quod qui capit illa parua sine intentione perueniēdi ad quantitatem notabilem non peccat plusquam venialiter. Ergo nec retinendo illa.

140 Ad dubium autem a quodam hic nobis propositum, scilicet: An fur teneatur restituere impensas, quas furtū passus fecit in quærenda re sibi furto subtracta? Respondeo, quod sic eas, quas vir prudens & bonus facere debuisset: quia earū causa fuit: & non solū fur, sed etiā quilibet alius malefactor tenetur, ad interesse damni, etiam extrinsecum. [d] Roganti autem cur confessarij non obligāt eos ad illud restituendum? responderi potest, quia forte non est confessum eis tale damnum consequutum, aut probabiliter credunt damnum passos contentos fore restituto principali: quod sufficeret, vt censeatur restitutum. [e]

c cap. sæpe. de rest. spol.
d l. quitabulas, & l. is cui. § fi ff. de furt. & gloss. recepta in l. 1. verb. casibus, & verb. consequenter. C. de sent. quæ pro eo. quod int. prof.

Quadragesimoquinto peccat, qui impedit aliquem euntem ad impediendū damnum, quod tertius inferre volebat quarto, & ad restitutionem tenetur, licet aliter non iuuaret tertiū: quia impediēdo opitulaturum, indirecte videtur iuuare nociturum, vt recte innuit Medina. [f] Peccaret etiam cum obligatione restituēdi, qui aliquos amicos aut famulos mitteret ensibus districtis ad terrefaciendum, aut ad alium locum, aut ludū, si ex eo damnum sequeretur, nisi adhibeat diligentiam debitam: ne damnum notabile fieret. [g]

e Argu. l. 1. ff. qui satisdare cog.
f In C. de rest. sit. fol. 39.
g Arg. cap. presbyteris. & ca. lator. & c. cōtinebatur, de homicid.

DE PECCATIS PATRVM circa bona filiorum.

141 *Peculium filiorū quadruplex & seq.*
142 *Clericis quibus quæsita sint quasi castrensia.*
143 *Pater an solus filijs succedat.*
144 *Donatio facta a patre quæ valet, & num.* 145. *& seq.*
144 *Filius seruiens patri quale mixtum peculium habeat.*
147 *Donatio a patre filio facta quatenus reuocanda.*
148 *Filius qui plus alijs patri seruit, quid plus habet.*
149 *Donatio cōiugis facta cōiugi q̄ valet.*
150 *Legatum a patre relictum filiæ, cui dos debetur, vt compensatur.*
151 *Patris heredes quod damnum datū filio restituent.*

a nu.151.

b De qua ibi. c l.castr.ff. de castrēsi pecul. cū ei adnotat.& ī rub. C.eo. d l.fi. C.de inofic.testam. l.1. §. fi.ad Mace. Bar. in l. si forte. ff.de castre. pecul.i tra. de duobus fratribus. e l.cū multa.C.de bonis quæ lib. f Auth.presbyteros.C. de episc. & cler.secundū Hostien sem Panor. & cōmu.in c. quia nos, de testa. & c. constitutus. de resti tu.in integ. g l.nō solū. C. de bonis quæ liber. h Vbi supr. i Dict.l.nō solum.& l. cū oportet. C.de bonis. quæ lib. k Auth.excipitur. eodem tit. & in casu. Authen. item. eod tit. l Authent. item. C. eo. m Per l.6. & 7.Taur. n tit.75.lib. 4. ord.nat. o l.fin.C.de

152 *Filiæ renuntiatio cum enormi læsione & valet.*

QVadragesimo sexto peccat mortaliter, qui pater tractat, aut dat bona filiorum suorum aliquo modo indebito infrascripto, [a] cum obligatione restituendi.[b] Pro quorum intellectu, octo præsuppono.

Primum, quod quatuor bonorum genera, aut peculiorum filij viuentibus parentibus habere possunt, scilicet castrēsia, aduentitia, & profectitia.

Secundum, quod castrense est, *quod filius in bello adquirit*, [c] & hæc bona solius filij sunt, tam quo ad vsumfructum, quam dominium, & in eis pater nihil habet, secundum omnes. [d]

142 Tertium, quod quasi castrense est, *quod filius familias acquirit per officium aliquod publicum*, puta Medici, Aduocati, Scribæ, aut Magistri in aliqua septem artium liberalium, aut quouis alio publico, propter quod stipendium accipit per beneficium Regis, vel Reginæ, [e] & qđ clerici suo officio clericali, aut suis beneficijs curam animarum habētibus, aut non habentibus, cum administratione, aut sine ea acquirunt: quoniam etiā quælibet alia bona clericorum, saltem quæ acquirunt post clericatum, iure cōmuni sunt quasi castrensia. [f] In quibus nil plus habet iuris pater, quam in castrensibus, [g] quod an de consuetudine seruetur, infra dicetur.

143 Quartum, quod peculium aduentitium est peculium filijfamilias non castrense, nec quasi castrense, aliunde quā a patre, & ex bonis eius, & ob gratiam illius principaliter habitum: qualia sunt bona illi hæreditario iure a matre, aut a suis cognatis, aut amicis, & suo labore industria, aut fauente fortuna parta, per notata. [h] In his bonis aut peculijs proprietas est filij, & vsusfructus patris, quā diu viuit regulariter, [i] nisi cum qui donauit, aut reliquit filio, vetuit, ne patri quæreretur vsusfructus, [k] & cum in bonis filij sui cum fratre succedit, secundū ius commune. [l] Dixi, *iure communi*, nam secundum leges Regni Castellæ solus pater filio succedit, [m] & etiam secū dum leges Lusitaniæ. [n] quamuis fratres habeat, nec ad diuidendū inter reliquos fratres tenetur, secundum omnes. [o]

144 Peculium vero profectitiū est peculiū filijfamilias habitum a patre, aut eius causa, aut de eius bonis, nec ad bellum, nec ad officia publica pertinens: & in his tam proprietas, quam vsusfructus [p] est patris. Nobis tamen videtur esse aliquod mixtum, partim aduentitium, partim profectitiū, scilicet, quod filius suo labore, & industria ex bonis paternis, aut in eisdē acquirit, quidqd dicat Syl. nā quāuis recte dicat: quod quidquid filius ex illis bonis acquirit, aut patri acquirit, aut furatur, quod tamen filius ob suum laborem & industriā promeretur, eius est, & tanto plus, quam cæteri fratres, debet habere de bonis paternis, quanto plus quam illi in eis quærendis laborauit, aut certe tm quantum merces solui debet alij extraneo, qui tantūdem laboraret, aut potius diuidium eorum, quæ de bonis, & pecunia etiam clā destine accepta per suam industriam lucratur, per singularem doctrinam Bartoli, [p] quam plurimorum auctoritate fulcit Deius, [q] quod intelligendū est, concurrentibus duobus. Alterum est, quod filius patrē sustentare nō teneatur: quia habet vnde alatur. [r] Alterum, quod expresse aut tacite protestetur se eo animo seruire, vt pater ob suam operam, & laborem det ei tm quantum alteri extraneo dare deberet, si ipse ei nō seruiret. Meritum etiam filij prædictum attendi potest ad effectum, quod pater donare, aut relinquere poterit tm plus ei, quam eius fratribus, quātum alicui extraneo, ob similia merita dare deberet: ita qđ id non cōputetur in sua legitima, iuxta mentē Bart.o [s] Et quamquam hęc duo dicta colligantur ex eo, quod statim [t] dicetur: visum tamen est hic declarare; quia res est quotidiana, & parum ab alijs resoluta.

145 Quintum, donationem a patre factam filio, qui est sub ipsius potestate, nō valere, nec ab illo factam patri, quia pro vna, & eadem persona reputantur, [u] nisi primo, facta a patre in dotem, aut matrimonium. [x] Secundo mobilium facta pro bello. [y] Tertio, vsusfructus, quē in bonis filij aduentitijs habet pater. [z] Quarto facta pro meritis & seruitijs in tantum, quantum pater dare alicui extraneo ob similia merita teneret, iuxta

collat. & l. cū antiqu. C.de inoffi. testam.

p In l.1.§. nec castrē. ff.de collat. bon.

q In l.illud C.de collat. nu.10.

r l.si quis a liberis §. idem. ff. de lib. agnos.et l.Nesenni⁹. ff. de negot. gestis, & l. alimēta. C. eo. cum eis adnotat. p gl. & docto. s In l.1.§. castrēsia.ff. de castren. pecul.et l.si donatione. C.de collat. t In eod.ca. nu. seq. & num. 148. u l.fi.C.de impub. x l.Pomponius ff. fami.ercisc. & ff. de collat.bonor.& C. de eod. dot. per totum. y Cap.fam. ercisc.4. z Vt in l. cum oportet & l.ntn solum. §.sin autē, C.de donat. quæ libert.

iuxta Bartolum communiter receptū. [a] Et in foro conſcientiæ ſufficit ea eſſe vera. [b] Sed in foro exteriori probari debent, nec ſufficit patrem dicere ea vera eſſe, iuxta eundem, [c] quia fides non habetur dicenti de ſe alium benemeritum eſſe, quando id requiritur ad hoc, vt iure aliquid facere poſſit: qualis eſt hæc donatio, iuxta eundem, & communem.

146 Et cū dubitatur, an pater filio donet ob merita, vel ob meram liberalitatem, præſumendum eſt dare ob merita, ſi anteceſſerūt, & alias ob liberalitatem iuxta gl. cōmuniter receptam. [d] Quanto, facta in omnibus caſibus in quibus donatio a marito facta vxori ſuæ, aut ab vxore facta marito valet, qui referuntur in ſumma, [e] quia iuxta doctiſſimum Azonem, [f] donatio inter maritum & vxorem, & donatio inter patrem, & filiū communiter æquiparantur. Notandum tamen eſt, quod donatio patris, & matris facta filio, quæ non eſt remuneratoria, quamlibet valeat, aut eorum morte confirmetur, quia in vita non reuocarunt, ſi tamen excedat quantitatem, de qua patres libere diſponere poſſunt, iuxta varias leges diuerſorum regnorum, quas ſtatim citabimus, & legitimæ reliquorum filiorum præiudicat, reuocanda eſt, quantum opus fuerit ad præiudicium eorum excuſandum. [g]

148 Sextum, quod ſi vnus filius patri ſuo ſeruit, & alij nō, quamuis pater pro remuneratione eius meritorū dare poſſit, quanti illa merita valent, & quātum extraneo alicui dediſſet: ſi tamē nō dat, nec filius in vita cum patre conuenit, vt ſua merita remunerarentur, ſaltē vt extraneo, nec proteſtatur ſe ab eo, aut eo mortuo, ab eius hęredibus petiturum, a ſuis fratribus hæredibus remunerationem aliquam ratione ſuorum meritorū poſcere non poteſt, quia illud amore filiali facere cenſetur. [h]

149 Septimum, quod donatio a marito facta vxori, aut ab vxore marito poſt contractum matrimonium, de præſenti, aut ante, pro tempore, quo contractum iam fuerit, non valet: & donator anteq̄ moriatur cū libuerit, reuocare poteſt, [i] quāuis fiat per tertiam perſonam, & per modum remiſſionis debiti, [k] excepto quando Imperator, aut Rex donat Imperatrici, aut Reginæ, aut illa illi. [l] Et quando donatur pecunia pro reſtauran dis rebus igne abſumptis. [m] Et qñ donator pauperior ob talem donationem non efficitur, quamuis recipiens ditior fiat. Et qñ recipiens non fit ditior, quam uis donator pauperior fiat. Et qñ donatur pro tempore, in quo matrimonium perficietur, ſcilicet, vt res fiat mariti, aut vxoris quando alter eorum morietur. [n] Et qñ donatio fit mortis cauſa, vt donatarius poſt mortē donatoris id habeat, [o] modo ſe in vita reuocandi facultate nō priuet. [p] Et quando vxor marito donat ad aliquem honorem, aut dignitatē conſequendam. [q] Et quando maritus exſtante matrimonio, vxori omnem dotē promiſſam, aut aliquam eius partem remittit, [r] remiſſio tamen alterius debiti non valet. Et quando maritus vxori ſuæ in menſem, aut annum, aut quamdiu ſuperſtes fuerit, pro victu ſuo, & ſuorum certum quid pro æſtimatione fructuum dotis, & non amplius deputat, vt tenet gloſſa. [s]

150 Octauum, quod pater, qui legatū aliquod filiæ, cui debebat dotem, reliquit, videtur reliquere in ſolutionem, aut in partem ſolutionis illius, [t] quia eſt debitum, quod lege debetur.

Quadrageſimoſeptimo infertur peccare mortifere patrem, accipiendo ſibi, vel alteri aliquid notabile a ſuo filiofamilias ex bonis caſtrēſibus, aut fructibus eorum, cum obligatione reſtituendi. [u]

151 Quadrageſimooctauo peccat pater accipiendo ſibi, vel alteri aliquid notabile, quo ad proprietatem de bonis adquirendis ipſi filiofamilias, vel adminiſtrādo ea ita male, vt notabiliter lędatur, ſiue vſumfructum habeat, ſiue non, quo caſu alij fratres hęredes poſt obitum patris damnum illud, cum bona inter ſe diuiſerint, reſarcire tenebuntur. Sed ſi pater vſumfructum eiuſmodi bonorū habebat, & non damnificauit proprietatē, ſed ſolum fructus illorum, nec pater, nec fratres ob illud ad aliquam reſtitutionem tenentur. [x]

152 Quadrageſimonono peccat pater, qui inducit per metum ſaltem reuerentialem, aut dolum, & fraudem ſuum filium, vel filiam, vt ſuæ legitimæ, vel patrimonio renuntiet cum iuramento ſe conten-

[a] *l.2. §.ea ſtrenſ. ff. de caſtr. pecul. & l. ſi dona tione. C. de collation. et l frater à fratre. ff. de cond. indeb.*
[b] *Arg. not. in cap. tua, & is, qui de ſponſ.*
[c] *In l. ſi forte. ff. de caſtrēſ. pecul.*
[d] *In dict. l. ſi dona. C. de collat.*
[e] *Infr. nu. 150.*
[f] *De dona. 147.*
[g] *l. 1. C. de inoff. donat.*
[h] *Arg. l. Neſennius. ff. de neg. geſt. l. prim. & l. alimē. C. eo.*
[i] *l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxo.*
[k] *l. ſi ſponſus. ff. eod.*
[l] *l. C. eodem l. penul.*
[m] *Dig. eo. l. quid ſi vir.*
[n] *l. ſed interim. ff. eo.*
[o] *Vt in d. l. ſed interim.*
[p] *Secundū gloſſ. in d. l. ſed interim.*
[q] *l. quod adipiſcenda. Digeſt. eod.*
[r] *Glo ſi. & ibi Cyn. & Bald. in l. ſi cōſtante, de donat. ante nuptias.*
[s] *In l. ex animo. ff. de don. int. vir. & vxo. per illum text.*
[t] *Cap. qui abſtulerit. 12. q. 2.*
[u] *Arg. c. q abſtulerit. 12. q. 2.*
[x] *Arg. verbo peculiū. §. 24. Syluęſt. eodem verb. q. 15.*

contentam fore dote minore legitima, cum obligatione reſtituendi. [a] Dixi, *per metum, & fraudem*: quia ſi ſponte id faceret, teneretur ad ſeruandum iura mentum etiam ſi enormiter, vel etiam enormiſſime læderetur in foro conſcientiæ: quamuis non in exteriori, quia ex tali damno dolus, aut fraus præſumitur, ſecundum Petrum de Anchar. [b] & late Decius, [c] quæ tamen præſumptio in foro conſcientiæ ceſſat. [d] Qua diſtinctione contrariæ opiniones relatæ per Decium, [e] componi poſſent.

a Arg. a cõtrario c. q̃uis ubi Domini, & alij ac de pact. lib. 5.

b Conſ. 38. et in reg. ac ceſſorijs de reg. iu. li. 6.

c Cõſ. 180.

d Iux. not. in c. is qui, & c. tua de ſponſal.

e In d. cõſ. 180. et 182.

DE PECCATIS MARITI ET vxoris contra ſeptimum præceptum.

153 *Maritus vt peccat accipiendo ex bonis vxoris ſuæ paraphernis.*

153 *Vxor vt peccat capiens ex bonis mariti, etiam ad pia: niſi octo caſibus nu. 154.*

153 *Paraphernalia bona quæ ſunt.*

153 *Eleemoſynam octo caſibus vxor largiri poteſt, & ſeq.*

155 *Dos tota vxori reddenda, licet ornatus eius fuerit nimius.*

155 *Maritus cur non nocet vxori in paraphernis, vt in lucris.*

155 *Vxor etiam valde dotata non poteſt donare 40. ſcuta.*

155 *Maritus ſine vxore quo poteſt, vbi omnia bona communicantur.*

QVinquageſimo peccat mortaliter maritus, qui ſibi, aut alteri accipit aliquid notabile ex bonis, quæ præter dotẽ vxor habet, quæ Græco vocabulo paraphernа appellat lex vlt. [f] nam alienum contra ius vſurpat. Bona paraphernа ſunt, *quæ vxor ſibi reſeruat præter dotem, quam marito pro oneribus matrimonij dedit.* [g]

f C. de pac. conuen.

g l. ſi ergo. §. dotis. ff. de iur. dot.

Quinquageſimoprimo, quæ vxor ſibi aut alteri accipit ex bonis mariti aliquid notabile contra eius voluntatem pro cognatis, ludis, pigmentis, & id genus alijs, cum obligatione reſtituendi, [h] quia nec eleemoſynam ex bonis mariti, aut communibus abſque eius licentia dare poteſt, niſi primo extreme egenti cauendo tamen, ne ob id maritus egeat extreme. [i] Secundo, vbi conſuetudo regionis haberet, quod vxores eleemoſynã panis, aut vini largiantur, ibi enim credere poteſt, id placiturum marito, quamuis expreſſe id prohibeat quia veriſimile eſt id maritum facere, ne eleemoſynas extra modum conſuetum tribuat. Si autem crederet eum vere nolle, vt etiam conſuetam, & moderatam faciat, debet ſe ab ea facienda abſtinere, iuxta S. Antoninum. [k]

h S. Tho. 2. 2. q. 62. art. 1.

i Ca. paſce. 36. diſt.

k 2. p. ti. 1. ca. 19. §. 1.

154 Tertio, cum facit ad euitandũ ali quod damnum mariti temporarium, vt Abigail [l] fecit. Et eadem ratione, imo fortiori, ſi eam facit ad ipſius damnum ſpirituale euitãdum, vt cum maritus eſt malignus, & illa moderate largitur, vt Deus eum illuminet, & ad pœnitentiam conuertat, modo ſine eius ſcandalo faciat. [m] Quarto ſi maritus eſt amens. Quinto, ſi maritus eſt abſens: quia tunc adminiſtratio domus ad ea ſpectat, niſi per illum, aut ſuperiorem aliter ſtatuatur. [n] Sed quia nec eius dicta, nec ratio iure firmo nitũtur, verius eſt eam in his duobus caſibus non poſſe dare ad ſummum plus, quam eius maritus mentis cõpos, & præſens largiri ſolebat. Sexto, cum maritus pro eius victu certũ quid illi deputat, & ex eo parcius viuendo relinquat aliqua in pauperes eroganda. [o] Septimo, ſi habet bona paraphernalia, de quibus ad voluntatem vxor ſtatuere poteſt: niſi vbi cõſuetudo & ſtatuta prouinciæ aliter decernerent. Octauo, ſi dedit marito dotem ad ſuſtentandum ſufficientem, & nihilominus nouit aliam artem texendi, aut ſuendi, aut acupingendi, vendendi, emendi, aut aliam ſimilem: qua nõ deſerendo debitam domus adminiſtrationẽ lucratur. Quo poſſent conciliari opiniones contrariæ gloſſæ [p] & Theologorum, S. Thomę, Richardi & Paludini. [q] Siquidem ex ita lucrifactis libere impẽdere poteſt, vt ſentit Bart. [r] modo (vt ſancte dixit Aſtenſis) ſua familia eo non indigeat: quia de præcepto charitatis primum domeſticis ſubuenire eſt, [s] & modo lucra non ſint communia inter maritum & vxorem, & adminiſtratio ſit marito reſeruata, vt communiter ſunt in omnibus Hiſpaniæ Regnis.

l 1. Reg. 25.

m Arg. c. nihil de pſcr.

n Palud. in 4. lib. ſent. diſt. 15. q. 3. art. 6 concluſ. 2.

o Iuxta eũdem & vbi ſupra.

p Iſicut. ff. de oper. lib.

q Vbi ſupr.

r In l. Gaio. ff. de alim. & cibari. legat.

s Caput nõ ſatis. 86. di. & l. ſi præſes C. de ſer. et aqua.

Adnotandum tamen, quod ſi maritus eſt prodigus, vel decoctor, poteſt licite

vxor accipere clam aliqua, vt neceſſitatis tempore domui ſuæ prouideat, adeo quod marito, etiam id imperanti, non tenetur omnia, quæ habet, illi tradere.[a]

a Ang. uer. furtum.

Ad noue autem hic quæſitum, reſpõdimus affirmatiue, quod etiam in foro conſcientiæ poteſt vxor totam dotẽ repetere mortuo marito, eſto, quod ille multa ſuperflua impẽdiſſet in eam alendo & ornando: quia iura cum onere conſeruandi eam vxori, faciunt eum dominum eius,[b] & alia quæ tunc attulimus.

b l. doce an cillam. C. de ret uẽd. & in rub. C. de iure dot. & cap. per ueſtras. de don. inter uir. & uxor.

Ad alterum hic noue quæſitum. reſpondimus, quod maritus tenetur reſtituere vxori, non ſolum dotem integrã, ſed etiam ea, quæ bene vel male impendit de eius bonis paraphernalibus: non tamen quæ de lucris communibus: quoniam illa ſola quæ tempore diuortij inueniuntur lucrifacta cenſentur lucra, reliqua enim licet pro dimidio lucrifierẽt vxori: lucriſiunt tamen reuocabiliter, ita quod maritus ad quem ſpectabat libera illorum adminiſtratio, potuit bene vel male adminiſtrando, illa, ſibi & vxori reuocate, vt tradit Ioan. Lup.[c]

c In rub. de donat. inter uir. & ux.

Ad tertium noue quęſitum reſpõdimus, quod vxor etiam ſi maximam dotem dederit marito, non poteſt abſque eius licentia dare illa 40. aureos, etiam ei, qui eam lactauit. Nec obſtant citata in contrarium de pupillo, quẽ aiunt non teneri ad reſtituendum ea, quæ de ſuis bonis clam tutore impendit, nec deponentem, qui de rebus a ſe depoſitis clã depoſitario idem facit, quia vterque horum tenetur ad imputandum illud ſibi in redditione rationum, quod effectu eſt reſtituere.[d] Nec refert, an minutatim iteratis vicibus, an vna eos dederit, cum a principio 40. dare ſtatuerit, per dicta ſupra.[e]

d Arg. c. ueniens. 2. cũ ſimilib. de teſtibus.

e Eod. nu. 140.

Ad alia quatuor noue hic quæſita, ſic in ſumma reſpondimus. Primo, quod ẽt in Portugallia, vbi ipſo iure omnia bona mariti, & vxoris communicantur, donatio mariti de mobilibus, etiam ſine vxoris conſenſu valet: quoniã apud maritum eſt tota adminiſtratio bonorum, & poteſt ſolus regulariter alienare mobilia, licet non immobilia.[f]

f Iuxt. titu. 6. lib. 4. ad fin. & tit. 8. lib. 4. ord. Luſitaniæ.

Secundo, quod tenetur tamen compu tare illi in partem ſuam, imò & facere, quod vxori ſuæ id innoteſcat, vt in partitione tantundem plus ſibi cedat, per prædicta. Tertio, quod donatarius, qui credit maritum non manifeſtaturum id vxori, nec in ſua parte clam illa donatũ computaturum, tenetur eam eius rei ad monere. Quarto, quod idem eſt dicendum de marito, qui in terris, vbi lucra fiunt communia, donat aliqua clam vxore ſua, quia licet impenſa eius prouida, vel prodiga diminuat lucra, non tamen id facit donatio, quæ illi non permittitur ſicut illa.

DE PECCATIS FILIORVM circa bona paterna.

156 *Filius qui de bonis paternis, patre nolente, aliquid accipit, vel eo volente, vel donante & tra legitimum, nu. ſeq.*

158 *Filius fruens fructibus, vel pecunia patris, clam fratribus, & ſeq.*

158 *Legitimam filiorum in ſuarijs regnis, variam.*

159 *Filius ſtudiorum impenſam a patre factam an, &c.*

160 *Filij legitimam non minuit ornatus ſibi à patre datus.*

160 *Filius quæ alimenta ſtudij computat in legitimam.*

161 *Filius donatum patris intuitu nolens conferre, nec fratris impenſas ſtudij ſoluere, nec perditã ludo, vel pœnam delicti non putat in legitimam, & ſequen.*

161 *Filij lucra de patris pecunia facta, & ſequen.*

156 *Vxor quorum iocalium domina, & quorum ſuaria, & ſeq.*

QVinquageſimoſecundo peccat filius, qui aliquid notabile ex bonis patris contra eius voluntatẽ accipit: quia filius nullum ius in bonis patris viuẽtis habet, quam quod debet ali ex eis, ſi ex ſuis non poteſt,[g] ita qđ ex eis acceperit, patri, aut ſaltẽ eius hæredibus, ſingulis pro rata reſtituere debet, niſi pater viuens illud ei condonarit, iuxta S. Antoninum[h] etiam ſi bona, ex quibus id accipit forent ſua aduentitia, aut profectitia, per ſupradicta[i]

g l. ſi quis a liberis. §. idem. ff. de lib. agn.

h 2. par. tit. 2. c. 15. §. 1.

i Eod. cap. num. 153.

Etiam ſi accipiat ad eleemoſynã dandam non egenti extreme, imò & ſi ad dandum egenti extreme, ſi eius neceſſitati

tati mutuando ſubuenire potuiſſet per ſupradicta.[a] Poteſt etiam licite accipere quando probabiliter conijcit patrem ſuum eo cõtentum fore, vt cum de eius licentia peregrinatur, aut in peregrinis gymnaſijs verſatur, tunc enim probabiliter credere poteſt, ratas habiturum patrem eleemoſynas illas, quas inſtar ſui ſimilium facit.[b] Poteſt etiam cum bona ipſius ad eum ſpectant, etiam quo ad vſumfructum, cuiuſmodi ſunt in caſibus relatis ſupra.[c]

158 Quinquageſimotertio, qui filius accipit ſibi, vel alteri ex bonis patris datis ſibi in peculium profectitiũ, vel ex fructibus eorum, vel ex fructibus aduentitiorum pertinentibus ad patrem: imò, vel ex ipſis bonis cum præiudicio vſufructus patris contra eius voluntatem, vel cum eius voluntate plus, quam pater donare poteſt, eo quod excederet ſuam legitimam, & quantitatem, quam pater cuilibet extraneo relinquere poteſt. Quod interdum iure cõmuni ſunt duæ tertiæ partes, & interdum dimidia[d], & iuxta leges Regnorum Luſitaniæ, tertia,[e] & Regnorum Caſtellæ quinta,[f] & etiam tertia ad donandum ea, quibus filijs volet, & ſi mortuo patre illud plus non vult in diuiſionem conferre cũ ſuis fratribus, mortaliter peccat, cum obligatione reſtituendi per ſupradicta iura. Idem eſt ſi vltra legitimam per donationem patris inualidã aliquid accipit.

Quinquageſimoquarto, qui filius accipit fructus ex aliquibus bonis ſui patris viuẽtis de cõſenſu eius, & poſt mortem eius non vult in diuiſionem cũ cæteris fratribus illos conferre, niſi pater permittat, & conſentiat eos accipi ab eo animo remunerandi eius merita, intra tamen quantitatem, quam ei donare poteſt,[h] quod ipſum etiam eſt dicendum de pecunia, quam in peculiũ profectitium a patre accipit, ſecundum mẽtem Bart.[g] Idem quoque dicendum de eo, quod pater nomine filij emerat, cum id labore atque induſtria ſua filius promeritus eſſet:[i]

159 Quinquageſimoquinto peccat, qui filius non vult conferre ea, quæ pater ipſi emit, ſed viuens non tradidit, quamuis ſint libri, arma, aut alia, quæ ſi traderentur viuente patre, bona caſtrenſa, aut quaſi caſtrenſia fierent, quo ad proprietatem, & vſumfructum: quia omnino patris remanent, & ſic inter fratres diuidenda ſunt: licet tempore, quo talia pater emit, filius iam eſſet doctor, aut miles: nam quo illa fierent bona caſtrenſia, aut quaſi caſtrẽſia, neceſſe eſt, vt in vita patris ea tradantur.[k] Et idem dicendũ eſt de libris, quos pater emit, & tradidit filio, qui verſabatur in literarum ſtudijs, ſi doctor effectus, aut iam emancipatus non erat, quia non fuerunt facta bona quaſi caſtrenſia. Verum eſt tamen, non teneri accipere illa, ſecundum æſtimationem, qua empta fuerunt, ſi nunc minoris eſtimantur, iuxta gloſſam,[l] nec ẽt pluris, ſi eorum æſtimatio creuit, iuxta Raphaelem, cuius contrarium tenet Ludouic. Ro. quod verius nobis videtur.[m]

160 Ad noue hic quæſitum reſpõdimus, quod filius non tenetur cõferre illa, quę cum eo præ cæteris pater impendit in veſtitu, cibo, & equitatu, quia id nõ eſt donatio, ſaltem talis, quę in legitima eõ putari debeat, niſi cum pater donauit ei aliquam ſummam, vt de ea pro libito diſponeret, & ipſe ſuo arbitrio in prædictis impendit, quia conferet eam, vt alias donationes.[n]

Adde, quod ſi pater filij nulla bona habebat, & aluit eum in ſtudijs literarũ, non tenetur in parte ſuæ legitimæ computare alimenta, quæ ibi accepit. Sed ſic, ſi pater penes ſe peculium caſtrẽſe, aut quaſi caſtrenſe filij habebat, quia præſumitur, eum aluiſſe tamquam adminiſtrator bonorum eius, iuxta Bart.[o] Quamquam in relictis creditori per vltimam voluntatem diſtinguitur, an debitum eſſet neceſſario, aut voluntate cõtractum, iuxta communem.[p]

161 Quinquageſimoſexto peccat, qui filius id, quod de patris pecunia lucratus eſt, eo mortuo non vult conferre, cum obligatione reſtituendi, præter partem lucri, quam ſuo labore & induſtria meruit, vt quilibet extraneus meruiſſet præcedente proteſtatione expreſſa, vel tacita, per prædicta,[q] quia eam conferre non tenetur per prædicta quæ pars regulariter eſt dimidium eius, quod lucrifecit[r], quem plurimorum auctoritate fulcit Decius,[s] vt diximus ſupra.[t]

162 Idem de filio, qui viuente patre datum,

[a] Eodem c. num. 90.
[b] Argu. l. ſi longius. ff. de indic. cũ ei adnotat.
[c] Eodem c. nu. 141.
[d] Auth. de trien. & ſemiſſ. colla. 3 & auth. noviſſima, C. de inoffi. teſtament.
[e] Lib. 4. ordin. tit. 70.
[f] l. 7. & 8. adiuncta l. 15. Tauri. & Bartol. in tract. de duob. fratr. nu. 1. & 2.
[g] Vbi ſup.
[h] l. filij. ff. fam. herc.
[i] l. 4. C. de caſtr. pecu. Bart. in d. trac. nu. 16.
[k] l. Inl. illud C. de colla. ab omnibus receptam.
[l] Arg. l. ſecundum naturam. ff. de leg. iur. ca. qui ſentit. col. 1. t. 1. li. 6. n Iuxta leges 17. & 18. Tauri.
[m] Vbi ſupra arg. l. 1. C. de dot. promiſſ.
[n] l. Inl. ſi cũ dotem. §. ſi pater. ff. ſol. matrim. & in §. ſciendũ. l. 1. C. de rei ux. act cap. off. de teſtamẽ.
[o] Eod. cap. nu. 144. & ſeq. & nu. 148. & 158. fecit. fin. C. decol lat. & Bar te. in d. trac. num. 23.
[p] Secundũ Bar. in l. 1. nec caſtrẽ. ff. de col. bo.
[q] In l. illud C. decollat.
[r] Nu. 158.
[s] Nu. 162.
[t] Nu. 158.

tum, aut relictum aliquid ab aliquo extraneo ſolius patris, & non ſui contemplatione, mortuo patre, non vult conferre: quia illud eſt peculium profectitiũ per ſupradicta, [a] ſecus tamen eſſet, ſi ei datum, aut relictum, ipſiuſmet contemplatione fuit, aut tempore, quo iam emãcipatus erat. [b] Quod ſi nõ conſtat vtrius contemplatione fuerit datum, id coniiciendum eſt ex qualitate perſonarum, & modo relinquendi, & alijs ſimilibus, iuxta boni viri arbitrium. [c] Idem de filio, qui non vult pro ſua parte ſoluere debita honeſta, quæ ſuus frater in literarum ſtudijs viuente patre, qui eum ad ea miſerat, contraxit, cum obligatione reſtituendi, [d] quamuis conferre in impenſas ſtudij, in quo perſeuerare intendit, non teneatur. [e]

263 Idem dicendum de filio, qui non vult computare in ſuam legitimam mortuo patre ſumptus, quos ille in ſua bona aduentitia, neceſſarios fecit: aut qui in eorum perpetuum emolumentũ redundabant, cum pater eos animo recuperãdi feciſſet, cum obligatione reſtituendi. Secus tamen eſſet, ſi eos animo non petendi fecit, quod ſi non cõſtat, parui prẽſumentur facti ſine animo repetendi: cũ eo vero, ſi ſunt adeo magni, vt fructuũ æſtimationem excedant. [f] Illud conſtat, quod ſi ſumptus non erant ad eadem bona neceſſarij, nec in perpetuam vtilitatem eorum, ſed ſolum in fructuũ quos pater in vita percipiebat, redundantiã, filius mortuo patre illos in legitima ſua computare non tenetur, quia omnia onera, & ſumptus in fructuum vtilitatem redundantes ad patrem, qui vſumfructum habet, pertinent. [g]

164 Idem dicendum de filio, qui mortuo patre non vult computare in ſua legitima bona patris, quæ inſumpſit in ludos, & vſus malos & vanos, in quos frequẽter filij ſcholaſtici pecunias a patre, ad emendum libros acceptas inſumunt, cum obligatione reſtituendi, ſecundum mentem gloſſæ. [h] Idem de filio commit tente aliquod delictum, ob quod pater pœnam ſoluit compellente ad id ſtatuto regionis, ſecus tamen eſſet, ſi pater ſponte nullo cogente ad id ſtatuto ex pietate illam ſoluit. [i] Idem etiam de filio, qui in ſua legitima computare non vult ſumptus, quos pater animo in ea cõputandi in eius nuptijs fecit, ſecus tamẽ ſi abſque tali animo id fecit, quod in dubio præſumitur. [k]

166 Quinquageſimoſeptimo qui gener veſtes pretioſas, & ad feſta celebranda, & alia ornamenta, vt margaritas, annulos, lapides pretioſos, data ſuæ vxori a ſocero, etiamnum exſtantia, mortuo ſocero in vxoris legitima computare non vult, cum obligatione reſtituẽdi, ſi aliud in vltima voluntate non declaratur [l]. Non enim põt dici eorum donatio morte ſoceri confirmata, cum non conſtet, nec præſumatur donatio, ſed conceſſio vſus eorũ, [m] ſed neceſſaria in vſum quotidianum non tenetur computare, nec pretioſa eo pretio, quo conſtituerunt, ſed quo valent tempore collationis, neque in hoc ſi opes, aut dignitas perſonarum adeo ſunt magnæ, vt illarum donatio præſumatur. [n] Nec veſtes lugubres, quia vxoris ſunt. [o] Idem de genero, qui donata vxori ſuæ a conſanguineis eius ſibi retinet: quia, quod cõſanguinei mariti ipſi offerunt, pertinet ad eum, & ad vxorem, quod conſanguinei vxoris, eidem dant [p].

DE PECCATIS falſariorum.

167 *Falſarius, qui numos in ſubſtantia falſauit, cui reſtituet.*

177 *Qui circuncidit, aut attenuat numos.*

168 *Qui ſcripturam pondera, menſuras, aut ſigillum.* 169.

169 *Falſarij Bullarum, qui excommunicati.*

169 *Reliquijs, vel miraculis falſis, vel veris in malum finem vtens.*

169 *Quæſtus turpis reliquiarum quis eſt.*

QVinquageſimooctauo peccat, qui numos in ſubſtantia, pondere, aut forma falſificauit, aut falſis ſciens tales eſſe vſus eſt, iuxta mentem omniũ [q] cum obligatione reſtituendi damnum, quod contingit, quando falſitas ſit circa ſubſtantiam, ſcilicet ſubſtituendo, aut permiſcendo vnum metallum pro altero [r], aut circa põdus minorem pro maiori cudendo, [s] non autem ita contingit damnum, cum ſolum falſificat formã cudendo

[a] *In eod. c. num.* 144.

[b] *l. ſed ſi quid. ff. de vſufruct. Bartho. vbi ſupra nu.* 7

[c] *Arg. l.* 1. *ff. de iure delib. & ca. de cauſis, de off. dele. d. l. ſed Iulian. §. pen. ff. ad Macedo. & Bar. in d. tract. num.* 16. *& Bald. in ad dit. eiuſdẽ. Iux. Bar. & Bal. vbi ſup. nu.* 17.

[d] *Bart. vbi ſup. nu.* 22.

[e] *Iux. Bar. recept. dict. num.* 22.

[f] *l. illud. C. de collat. & communẽ ſuper ea ſcribentiũ.*

[g] *Arg. l. lib. captus. C. de ca. Bar. in d. tract. nu.* 31.

[h] *l. ſi plures. §. in arrogato ff. de vulg. & pupil.*

[i] *Arg. l. ſi quis. §. ſin. ff. de mune. & honor. Bar. vbi ſupra, nu.* 30.

[k] *facit. l. ex parte, §. filius cũ glo. ff. fam. herc. l. Dict. l. ex parte cũ gl. Bal. in addit. Bart. in d. tract. de duob. fratr. m Arg. l. id teſtam. ff. de pecul. & l. mortu. in fi. ff. de do. int. Vir. & Vx. & Bar. vbi ſup. nu.* 22.

[l] *l. filius. ff. de dona. Ang. verb. peculiũ. §. eodẽ verb. q.* 12.

[m] *Per gl. in l. ex re domini. ff. de ſtip. ſeru. et Ang. verb. pecul. §.* 12

[n] *Bar. l. ſed ſi plures. §. in arrogato ff. de vulg. & pupil.*

[o] *In c. quã to, de iurei.*

[p] *l. Paulus. ff. de ſolut.*

[q] *l.* 1. *ff. de contrahẽd. empt.*

[r] *l.* 3. *§. fin. ff. de mune. & honor. Bar. vbi ſupra, nu.* 30. *facit. l. ex parte, §. filius cũ glo. ff. fam. herc. l. Dict. l. ex parte cũ gl. Bal. in addit. Bart. in d. tract. de duob. fratr. m Arg. l. id teſtam. ff. de pecul. & l. mortu. in fi. ff. de do. int. Vir. & Vx. & Bar. vbi ſup. nu.* 22.

[s] *l. filius. ff. de dona. Ang. verb. peculiũ. §. eodẽ verb. q.* 12.

cudendo ſine poteſtate id faciendi, aut imprimendo charactẽrem, & formam alienam, abſque conſenſu eius, cuius erat, [a] quia primis duobus modis proximum damnificauit, & non tertio, reſtitutio autẽ fiet damnum paſſo. ſi ſcitur: ſin autem pauperibus [b] neque excuſatur, quod talẽ ab alio accepit, quia eius error alteri nocere non debet. Si tamẽ ignorabat falſam eſſe, durante ignorantia excuſatur, ſed poſtea ea excuſſa damnificato ſatisfacere tenetur, & ſaltem ſi ipſe fuit in culpa accipiendo falſam pro vera. Et non cui dedit, ſi ipſe pro vera impenderit, & damnum erat notabile: alias non, per ſupra dicta. [c]

168 Quinquageſimonono peccat, qui auctoritate priuata, forficibus, aut alijs inſtrumentis circumcidit, aut aquis acribus attenuat numos, eũ obligatione reſtituendi [d]. Dixi, *Priuata*: quia ſecus eſt ſi hoc fecit publica eius, qui eos cudi iuſſit, vt iuſto maiores ad æqualitatem pretij aliorum redigerentur. Dixi, *Publica*, quia priuata non liceret reducere ad illam æqualitatem, imo quid faceret, teneretur reſtituere id, quod corraderet ei, qui cudi iuſſit, aut monetario, q eos cudit, ſi illud plus perit ipſi monetario, & non iubenti cudere.

169 Sexageſimo peccat, qui aliquã ſcripturam in damnum alterius falſat, aut ea ſciens falſam eſſe vtitur, aut malitioſe abſcondit, aut pecuniam dedit, aut rogauit ſcribam, vt ſibi teſtamentum aut aliam quamlibet ſcripturam falſam faceret, [e] cum obligatione reſtituendi omne damnum, quod inde ſequetur. Et ſi ſunt literæ Papæ, eſt excommunicatus excõmunicatione Papę reſeruata, [f] licet ſolam vnam literam, aut vnum apicem, qui non mutaret illarum ſentẽtiam deme ret, iuxta communem. [g] Quod non credimus eſſe verum, ſaltem quo ad forum conſcientiæ, vt poſt Ioan. Gerſon, tradidimus, [h] & trademus infra. [i] Vt ẽt nõ incurrit, qui hoc fecit in literis quæ iam non valent, quęque iam euanuerũt, ſecundum Richardum. [k]

Sexageſimoprimo, qui falſat põdera, ſtateras, menſuras, aut illis falſis ſcienter vtitur, cum obligatione reſtituẽdi. [l] Idem de illo, qui falſat ſubſcriptionem, vel inſcriptionem, aut ſigillum prælati, aut aliorum quorumlibet, cum obligatione reſtituendi damnum. ſi quod ſequatur, ſecundum S. Antoninum. [m]

Sexageſimoſecũdo peccat, qui vtitur falſis reliquijs, aut veris cauſa turpis quæſtus, vel ebrietatum, & cõmeſſationum mortalium, aut miraculis, & reliquiis nouis ab Epiſcopo non approbatis. [n] Turpis autem quæſtus dicitur, qui quæritur ex venditione, locatione, traditione vel oſtenſione reliquiarũ, & aliorum ſacrorum, cum pacto vel ſine principali ob id aliquid recipiendi, non tamen, qui minus principaliter intenditur, vt cum fit principaliter ob honorẽ, & reuerentiam eorum, ſicut vt plurimũ fieri ſolet, per ea quæ late tradidimus. [o]

DE PECCATIS CIRCA inuenta.

170 *Inueniens aurum vt peccat ſi non reſtituit, aut non quærit.*

170 *Bona quæ nullius, & quæ derelicta, num.* 176.

171 *Pauper pauperi reſtituendum, an poſſit ſibi reſtituere.*

172 *Theſaurus quid, & inuentus cuius ſit, & num.* 173.

174 *Dominium directum, & vtile deſiniuntur.*

175 *Theſauri reſtitutio etiam ante ſententiam faciendæ.*

175 *Theſaurus non eſt omnis pecunia abſcondita.*

175 *Theſaurum prædij empti non reddit emptor etiam ſciens.*

176 *Inueniens al quid vi fluminis in ſuũ fundum tractum.*

176 *Animal laqueo captum inuentũ cuius ſit.*

Sexageſimotertio peccat, qui aliquid notabile alienum inuenit, & ſibi retinet, vel quam cito, & commode poteſt non reddit perdenti, ſi eum cognoſcit, aut ſi non fecit, quæ oportet, vt eũ noſcat, iuxta Scotum receptum. [p] Diximus, *Notabile*, quia minus eo non inducit mortale, per ſupradicta. [q] Dixi, *Alienum*: quia non eſt peccatum etiam veniale accipere ſibi, quod nullius eſt, cuiuſmodi ſunt aues, & feræ, & lapides pretioſi littoris maris, quæ inuenientium, & capiẽtium fiunt, [r] qualia ſunt etiam

quæ

a l. ſine nomine. & l. q nomine. ff. ad l. Cor. de fal.

b Arg. cap. cũ tua de vſur. & dictorũ ſupra eod. in nu. 92. & 93.

c Eod. cap. num. 3.

d Iuxt. glo. recept. in d. ca. quanto.

e Toto titu. ff. & C. ad leg. Cor. de falſ.

f Iuxta ca. ad falſarios de crimine falſi.

g In ca. dura. de crim. falſi.

h In ca. ad audientiã. 1. de reſcr.

i Cap. 27. num. 62.

k In 4. lib. ſent. diſt. 18. art. 12. c. 3i

l Cap. i. de empt. et vẽ.

m 2. par. ti. 2. c. 18. §. 7

n Ca. 2. de reliq. & l. nemo. C. de ſacroſ. eccl. & clarius Concil. Tr. ſeſſ. 25. de inuoc. &c.

o In repe. c. inter verba 11. q. 3. cõcl. 5. & in Enchir. de Orat. cap. 6. nu. 15. & ſeq. & nuper in Comment. c. cũ miniſter. 23. q. 5. nu. 9. & 36. cũ ſequen.

p In 4. lib. ſent. di. 15. q In c. 11. nume. 4. & ſpecialius ſupra eod. c. num. 3.

r §. item la pilli. Inſtit. de rer. diui.

quæ aliquando fuerunt aliquorum, ſed deſierunt eſſe illorum quorum fuerunt, nec ſunt effecta aliorum, vt theſauri, de quibus plura ſtatim. Quales item quę a ſuis dominis pro derelictis habentur.[4] Pro derelicta autem quis habere ſuam rem perditam præſumitur ex coniecturis, de quibus eſt, quod tacet, & non quærit per ſe, vel per alium, in quod allegatur Feder. Senen. [b] ſed ipſe ibi aliquid vltra, mea ſententia requirit, quod infra [c] ponitur. Aut iacit librum apertũ in mare, vel fluuium [d], quamuis id faciat tempore tempeſtatis. Non tamen idem eſſet, ſi iacit eum clauſum, ſaltem illo tempore, [e] & minus id quod vi fluminis fertur [f].

171 Quod ſi per debitam inquiſitionem non apparet, quis perdidit, vel cuius eſt, pauperibus reſtituendum eſt. [g] Et ſi inuentor eſt pauper, poteſt ſibi totam, aut partem illius retinere tanquam vnus ex eis, ſaltem ex conſilio cõfeſſarij, per ea, quæ diximus alibi. [h] Caueat tamen, ne a ſua ipſius cupiditate falſus debitã inquiſitionem omittat, & pauperiorem, quam ſit, ſe ſibi perſuadeat. [i]

172 Sexageſimoquarto peccat, qui caſu theſaurum aliquem occultũ in loco alieno inuenit, & dimidium domino nõ reddit, aut ſi data opera abſq; facultate domini effodiens inuenit, & totum non reddit, ſaltem ſui laboris mercede deducta, iuxta mentem gloſſæ. [k] Pro cuius declaratione diximus, quod *theſaurus eſt pecunia ſub terram, vel alibi abſcõdita ſetuſtiore tempore, cuius dominus ignoratur, & de cuius occultatione nulla eſt memoria,* [l] qui ſecundum ius commune totus eſt eius, qui inuenit illum in eo, quod plene ſuum eſt, quoad dominiũ directum & vtile, & ſi caſu inuenit in alieno, dimidium eſt eius, & dimidium domini loci, vbi eſt inuentus. Sed ſi data opera inueniat in alieno, diſtinguendum videtur, an de conſenſu domini loci fuerit quæſitus, an ſine illo, & priore caſu totus cedet inuentori, poſteriore vero totus domino loci, vt probat prædicta l. 1. & recte reſoluit Syluester [m].

173 Ex quo ſequitur primo, quod creditor, qui theſaurum in domo, quam pignori habet inuenit, & maritus, qui inuenit in terra dotali vxoris, diuidere debet eum, cum debitore, aut cum vxore, & etiã, qui in agro, aut domo ad modicum tempus conductis, imò, & ad longum, nempe ad vitam, aut vitas, aut in emphyteuſin perpetuam, vel ad decem annos, qui etiam longum tempus conſtituunt, vt mox dicetur, quia nullus horũ eſt integer dominus, [n] & ſic dimidium directo domino dare debet. Et econtrario, ſi inuentor habet dominium directum, dimidium dare debet habẽti vtile, vt colligitur ex Bart. [o]

174 Dominium autem directum tantũ dicitur habere is, qui proprietatem rei ſine vſufructu habet, vt qui in emphyteuſin perpetuam, ad vitam dedit, aut ad decem annos locauit. Dominium vero vtile tantũ dicitur habere, qui ſine proprietate habet ius fruendi re perpetuo, vel pro ſua vita, aut plus, aut ſaltem pro decem annis, iuxta gloſſam. [p]

175 Sequitur ſecundo, eum, qui theſaurum in loco publico, aut ſacro, ſiue religioſo inuenit, partiri debere cum fiſco, aut ciuitate, aut prælato Eccleſiæ, cuius eſt ille locus, vbi eſt inuẽtus. Dixi ſupra, *ſecundum ius commune*, quoniã vbi aliæ ſunt de hoc leges, aut de alijs rebus inuentis, illæ ſeruãdæ ſunt, ſed nõ eſt expectanda ſnia iudicis, vt recte monuit Caietanus: [q] quia, licet ille non dicat, hæc reſtitutio non fit in pœnam, cuius ſoluendæ obligatio exigat ſententiam. [r]

Sequitur tertio, quod aliquam pecuniam diſperſam per agrum, aut in ſaccolo retro aliquem parietẽ, aut in aliquo eius foramine inueniens reſtituere tenetur, quia non eſt theſaurus, per ſupradicta, & trad. Bal. [s] Idem eſt de illo, qui aliquam pecuniam metu belli occultatam, aut quo melius ſeruaretur, repoſitã inuenit, quia proprie nõ eſt theſaurus, de quo loquimur. Quare nullũ ius ſibi acquirit, qui eam inuenit, imò tenetur reſtituere illi, qui abſcõdit, aut eius hęredibus, [t] aut pauperibus: quod ſi nõ fecit, mortifere peccat, [u] ſi ex coniecturis apparet, non multum tẽporis fluxiſſe, ex quo poſita fuit. Qui vero emit aliquod prædiũ, ſiue vrbanũ, ſiue ruſticũ, in quo poſtea theſauru inuenit, nil tenetur reſtituere venditori, [x] quãuis ſciens in eis theſaurũ eſſe emerit ab eo, qui id ignorabat, iuxta S. Th. [y] quicquid Ang. dicat.

Sexage-

a l. falſus, §. ſi iactũ, ff. de furt. & lege interdum. ff. de acq. poſ. & §. fi. Inſtit. de rer. diuiſ.

b In conſil. 197.

c Nu. 170.

d Glo. in d. §. ſi iactũ.

e l. qui leuandæ. ff. ad l. Rhod. de iact.

f Arg l. naufragia. C. de furt. ca. excõicationis de rapto.

g Arg. c. cũ tua, & ei adnot. de vſur.

h In Ench. de Orat. ca. 7. num. 54. & ſup. eod. cap. 1. nu. 93. & in Tract. de redditib. q. 3. mouit. 25. num. 3.

i Arg. c. 4. 4. q. 3. Ioã. Maior in 4. lib. ſent. diſt. 15. q. 8.

k Dicti ca. ſi quid, 14. quæſt. 5.

l l. nunquã §. theſaur⁹. ff. de acqu. rer. dom. & melius. i §. theſauros. Inſtit. de re. diuiſ. & me

lius in l. 1. C. de theſaur. lib. 10.

m In aurea Roſa. caſ. 19

n l. 2. ff. ſi ager uect. vel emph. peta.

o In l. ſi ts. §. fin. ff. de acq. rer. domi. & in l. in cauſa. ff. de proc. & §. theſaur. Inſtit. de rerum diuiſ.

p Clemẽ. 1. de reb. Ecc. non ali. & allata per Decium cõſ. 204. & alios a tut.

q 2. 2. q. 66. art. 2.

r Iuxt. glo. illam ſing. c. fraternitas. 12. q. 2.

s In rub. de rer. diuiſ. t l. auctore. ff. de rei vindic.

u Vt ſen. gl. dicti §. theſaurus, Inſt. de rerũ diuiſ.

x Dicta l. a tutore, vbi ſupra.

y 2. 2. q. 66 art. 5.

Sexageſimoquarto peccat, qui theſaurum arte magica, aut alijs diuinationibus, & modis illicitis quærit, quamuis id efficiat in ſuo, & quod inuenit ſit fiſci. [a] Videtur tamen, eum retinere poſſe illum, quouſque condemnetur, quia pœna eſt. [b]

176 Sexageſimoquinto, qui trabem, aut aliquid aliud fluminis vi delatum inuenit, & ſibi accipit, niſi eſſet tale, vt iure præſumeretur pro derelicto eſſe habitum [c] & ſi in ſuo id inueniens, dominum requireret, vt illud inde auferret, aut pro derelicto haberet, aut peteret a iudice, vt cõſtitueret ei terminum intra quem illud faciat, & dominus nil horum curet, ſatis præſumi poteſt, eum id pro derelicto habere, quo ſibi retinendo non peccet [d]

Auis autem, & fera in laqueo etiam alieno inuenta, accipientis fit, [e] niſi vbi contraria conſuetudo ei, qui laqueũ parauit, adiudicet. [f]

DE PECCATIS CIRCA contractus, & primo circa depoſitum.

177 *Fraus ſpecies doli.*
177 *Culpa quid, & quotuplex.* 178.
177 *Dolus quid & quotuplex.*
177 *Fallacia ſpecies doli.*
178 *Caſus fortuitus quid, & idem vni caſus, alteri non.*
179 *De quo nemo niſi in tribus caſibus tenetur.*
179 *Contractus magis obligat eum, cuius gratia fit.*
180 *Contractus per quoſdam tranſit dominium, & per quoſdam non.*
181 *Deponens mutuabile cum facultate vtendi, &c.*
181 *Depoſitarius vt peccat non reddendo, vel vtendo.*
181 *Depoſitarius ſe offerens non ad plus tenetur: niſi, &c.*
181 *Depoſitarius ne de dolo teneatur pactum non valet.*

AD cognoſcendum peccata, quę circa depoſita, commodata, mutuata, pignorata, & locata committuntur præſupponimus primum, quod plurimum intereſt, an quid dolo, an culpa, an caſu pereat, vel peius fiat, & an culpa lata, leui, vel leuiſſima, ideoq; definiendum eſſe, quid ſit vnumquodque illorum. Definiuntur autem a Panormitano [g] poſt Bartolum [h] & S. Thomam. [i]

Secundo, quod ex mente omniũ prædictorum dici poteſt breuiter, quod culpa generaliter ſumpta, *eſt voluntaria inordinatio actus*, vt loquitur S Tho. *aut deuiatio a bono*, vt Bartolus, & quia inordinatio, ſiue deuiatio voluntaria, aliquando fit ſtudioſe, ſiue de induſtria, & aliquando inconſiderate, ideo culpa diuiditur in dolum, & culpam ſimplicem. Dolus autem eſt *machinatio, ſeu circumuentio, ad decipiendum, ſeu fallendum alium adhibita.* [k] Dolus autem eſt duplex. Alter qui fit verbis, & vocatur fallacia. Alter qui factis tantum, & vocatur fraus, vt ait S Tho. [l] Iterum dolus diuiditur in verum, & præſumptum, vt aiunt Bartolus & Panormitanus, nam licet dolus non poſſit probari, niſi per cõfeſſionem partis, vel cõiecturas, quo ad forum exterius, [m] tamen quãdo ſigna ſunt manifeſta, dicimus dolum verum, quando ſecus, dicimus dolum præſumptum. Verbi gratia, librum commodatum reliquiſti noctu in platea a furibus frequẽtata, & eſt perditus, diceris apud homines, vero dolo, eo fine vt perderetur ibi poſuiſſe, ſi autem eũdem librum reliquiſti in platea interdiu, diceris dolo præſumpto reliquiſſe apud eoſdem, licet fieri poſſit, vt neutro caſu coram Deo dolo feceris, vel quod in poſteriore caſu doloſe feceris, & non in priore. Et dolum verum appellauit Bartolus latiſſimam culpam, dolum præſumptum latiorem culpam.

178 Ex quibus infertur primo frequẽtiſſime fieri, quod qui vere coram Deo non eſt in dolo, præſumatur eſſe in eo coram hominibus. [n] Secũdo, fraudem eſſe ſpeciem doli generaliter ſumpti. [o] Tertio, quod omnis dolus eſt culpa, & ita quod promittens indemnitatem alicui de culpa commiſſa per famulum, tenetur de furto ab eo doloſe admiſſo, vt aiunt Bart. & Panor. communiter recepti. [p] Culpa vero ſimplex differt a dolo, quod ille ſcienter & ſtudioſe fit, hæc vero ignoranter, vel negligẽter: & ita eſt triplex lata, leuis, leuiſſima. Lata eſt, quam

a l. vnica. C. de theſa. lib. 10.
b Arg. glo. ſing. c. fraternitas, 12 q 2.
c Arg. l. qui leuandæ. ff. ad l. Rhod. & iuſt. Gab. in 4. li. ſen. diſt. 15. q. 8. ſub fin.
d Arg. d. l. qui leuandæ cum ei adnot.
e l. in laqueũ. ff. de acquir. rer. domi. §. illud quæſt. tum. Inſtit. de rer. diui.
f Ioan. Maior in 4. lib. ſen. diſt. 15. q. 10.
g In c. 1. de commod. & c. fi. depoſ.
h In l. quod Neruа. ff. de poſ. cum not. it. ibi & alibi ſæpe & noſtros Doctores.
i 1. p q. 48. art. 5. & 6. et 1. 2. q. 21. art. 2. & 2. 2. qu. 118. art. 8.
kli. ff. de dolo glo. in re. ſcient. lib. 6. l In dicto art 8.
m Iuxt gl. ca. 2. de renunt. lib. 6. & in l. dolum. C. de dolo.
n Arg. ca. tua de ſpõſ cum ei adnotat.
o Iux. l. ius gentium. §. ſed ſi fraudandi adiũcta glo. ff. de pactu.
p Vbi ſup.

quam regulariter omnes cõmuniter vitant, qualis eſt eius,qui extra domum, aut in ſcamno librum ſibi commodatum relinquit. Leuis vero,*quam regulariter homines diligentes ſuæ profeſſionis euitant*,qualis eſt eius, qui librum aliquem in ſuo cubiculo,oſtio tamen aperto,relinquit. Leuiſſima, *quam homines diligentiſſimi vitare ſolent*, qualis eſt eius, qui librum commodatum intra cubiculum relinquit, quod claue obſerauit, non tamen manu, an bene obſeratum eſſet tentauit,iuxta cõmunem opinionem in prædicto cap & caſus fortuitus eſt *inopinatæ rei euentus,qui præuideri non poteſt,etiam per diligentiſſimum*. Caſu autem fortuito fit, quod ſine vllo dolo & culpa eius, de quo agitur contingit, qualia ſunt, quæ contingunt per bellum inopinatum,furtum latronum,terræ motum, gelu, grandines,fulmina,& alia ſimilia. [a] Monemus autem, quod alij nõ monent, quod aliquis euentus dici poteſt caſus fortuitus reſpectu vnius, & non reſpectu alterius,vt incẽdium domus reſpectu eius, qui incendit, dolo aut culpa dicetur factum,at reſpectu paſſi damnum ſuorum bonorum, aut alienorum per illud, qui nullatenus fuit eius conſcius, caſus fortuitus.

a l.quæ fortuitis. C.de pigno.actio.

179 Tertio,quod regulariter nemo tenetur de damno,quod caſu fortuito cõtingit,niſi in tribus caſibus, primus,qñ culpa præcedit,vt qui equum ſibi vſque ad Bononiam cõmodatum duxit ad Mediolanum, & poſt Bononiæ tranſitum, incidit in latrones,qui ei rapiunt illum. Secundus,cum mora præcedit,& fit deterior,aut perit aliter,quam perijſſet apud commodantem [b] Tertius,cum fit pactum, quod quamuis caſu fortuito amitteretur,ei qui recepit pereat. [c]

b Per ſupra d.a nu.44.

c Diſt.c.1. & l.in reb. ff.eo.& l.1. C.eo.et l.1. §.is, ff de act.& obli.

Quarto præſupponimus,quod quando aliquis contractus in fauorem,& vtilitatem ſolum alterius contrahentium fit, ille regulariter tenetur de dolo & lata,leui,& leuiſſima,alter autem non niſi de dolo,& lata culpa. Et ſi in fauoré, & vtilitatem vtriuſq; fit, vterq; tenetur de dolo,lata, & leui culpa, & non de leuiſſima, nec de caſu fortuito. [d]

d l.contractus, ff. de reg.iu. cum late adnot. ibi per Dec.

180 Quinto præſupponimus,quod ali qui ſunt contractus,per quos dominium rei de vno in alium non transfertur, & aliqui per quos transfertur.De numero non transferentium eſt contractus depoſiti,per quem ſola cuſtodia rei alteri cõmittitur, [e] & regulariter fit in fauoré eius,qui deponit,& commodat.Et contractus commodati,per quem conceditur vſus alicuius rei,quæ vſu non conſumitur, [f] vt cõmodatio gratuita mulæ, libri,veſtis,& id genus aliorum, & regulariter fit in fauorem accipientis,& contractus locati & cõducti, per quem vſus alicuius rei, quæ vſu non conſumitur, pretio conceditur [g] qualis eſt conceſſio non gratuita vſus domus,prædij,mulæ,equi,& id genus aliorum Et contractus pignoris,per quem debitor credito ri aliquid in cautionem pignorat. [h] De numero vero trãsferentium dominium ſunt emptio, & venditio, [i] permutatio,donatio,& mutuum, per quod gratis creduntur res,quæ in numero, pondere & menſura conſiſtunt,& vſu conſumuntur, [k] qualia ſunt pecunia numerata,panis,vinum, & oleum.

e l.1. & l. licet. ff. de poſ.

f Ca.1. cũ ei adnot.de commod.& toto tit.ff.cõ mod.

g Toto tit. ff. & C. de locat. & in Decr. eo. ti.

h l.1. ff.& C. de pign. & eo.tit. in Decretal.

i ff.& C.de cõtrah.empt.

k l.2.§.appellat. ff.de reb. credit.

181 Sexto,quod depoſitum prædictarum rerum in numero,pondere, & menſura conſiſtentium, facta facultate depoſitario,vt eis vtatur,incipit eſſe mutuũ, ſimul ac depoſitarius incipit eis vti. [l]

l l.Quintus ff.depoſ.& clarius in l. certi conditio,§. fi.cũ l. ſeq. ff.de reb.cred.

Sexageſimo ſeptimo peccat, qui deponit rem in numero,pondere,vel menſura conſiſtentem, cum facultate vt ea vtatur,pacto facto,aut intentione principali, vt aliquid lucri inde ei redeat, quia per proxime dicta in effectu mutuat,ſperans inde principaliter lucrum, quod eſſe peccatum [m] patebit Idem de depoſitario qui depoſitum deponẽti petenti reddere non vult, [n] niſi cum deponens in ſuum damnum, aut alienum repeteret,vt quum furens deponens arma,ea ad ſe, vel alium lædendum repetit. [o] Et niſi quando bona deponentis publicata,ſiue confiſcata ſunt: quia tunc depoſitum fiſco reddendum eſt. [p] Et niſi quando latro,apud eum,a quo furatus erat, deponeret. [q]

m Infra n, 206.

n Ca.bona fides, de de poſ.

o Cap. nequis, 22.q. 1.

p Dicta l. bona fides.

q Per eã d.l.

Sexageſimooctauo peccat,qui depoſitarius depoſitum amiſſum dolo,vel lata culpa eius, de quibus ſupra, [r] reddere non vult, [s] quamuis non, ſi culpa leui ſit amiſſum,quia regulariter depoſitum gratia ſolius deponentis fit, & per contractum alterius tantum partis gratia factum,

r Eod.cap. nu. 177.

s l.1.§.vlt. ff.depoſit.

factum, altera pars de culpa leui non te
[a] *Eodē ca. nu. præced.* netur, per ſupradicta. [a] Vnde ſi ob cuſtodiam aliquam mercedem accipit, tenebitur ſi ſua culpa, quamuis leui amittatur, non autē ſi leuiſſima vel caſu fortuito, niſi præceſſerit mora in reſtituendo, vel pactum, quod ad id eum obliga-
[b] *Per prædicta nu. 79.* ret, [b] licet non valeret pactum, ne depoſitarius de dolo teneatur, quia id materiam & occaſionē peccandi præberet,
[c] *Cap. ex parte, de cō ſuet. & l. cō uenti. ff. de pact. dot. l.* quod non licet. [c] Et etiam quando gratia depoſitarij depoſitum factum eſt, tenetur de culpa leui. Et etiam quando ip ſe ſe obtulit cuſtodem, ob quod qui depoſuit alteri diligentiori committere omiſit, iuxta commu. Cuius contrarium
[d] *Ca. 4. nu. 9. & ſeq.* tenuimus ſupra [d] ſequuti Decium, [e] niſi quando ſe ob ſuam vtilitatem obtu
[e] *In d. reg. contractus.* lit, & nō quo gratificaretur deponenti, aut operam ſuam ei nauaret.

Sexageſimonono, qui depoſitarius de poſito contra voluntatem deponentis
[f] *Eod. cap. nu. 213.* vtitur, vt de vtente pignore, infra [f] dicemus.

DE PECCATIS CIRCA commodatum.

182 *Commodans vt peccat ante tempus repetens.*

183 *Commodatarius vt peccat non reddens, aut vtens, &c. &* 184.

185 *Commodatarius remittens per nuntium non reddentem.*

186 *Impenſæ quæ, & quomodo commodatario ſoluendæ.*

186 *Commodatum à mutuo in eius reddi tione longe differt, & ſeqq.*

SEptuageſimo peccat, qui commodans commodatū ante tempus conſtitutum commodatario contra eius voluntatem; & cum eius damno notabili
[g] *l. in commodato. §. ſicut. ff. commod. & c. 1.* repetit, cum obligatione reſtituendi [g] niſi commodans tantumdem damni pateretur ſi non repeteret, ſecundum Angelum, [h] quod ſaluat, quo ad forum
[h] *Ver. cōmodatū §. 4.* conſcientiæ Sylueſter, quando commodatario alio remedio ſibi, quo illud dānum vitaret, proſpicere potuiſſet, quam uis illud commodatum ſibi non fuiſſet, ſed noſtro iudicio, in vtroque foro peccat, qui commodat, & ante tempus reuocat, quia textus indiſtincte loquuntur;

nec vlla ratio in vno foro potius, quā in alio concludit. [i] Et quia licet quis (ceteris paribus) ſibi magis, quam alteri obligetur, [k] in propoſito cetera nō ſunt paria, quia cōmodans ſua voluntate proprię rei vſum alteri concedit, & ſuam fidē ſeruare tenetur. [l] Sed ſi res ad certū vſum, & ad certum tempus commodata non fuit, ſed quouſque commodanti placeret, (quod precarium vocatur) cum liberit, repetere poteſt, niſi quando abſque cauſa, & cum damno alterius repeteret, quia tunc dolo id facere videretur. Sylueſter. [m]

183 Septuageſimoprimo, qui commodatarius ad præfinitum tempus non reddit, aut deterius factum ſua culpa, etiā leuiſſima reddit, quo commodans, non fuit contentus. [n] Idem ſi commodatarius in alium vſum, quam conceſſum, cō modato vtitur: aut diutius, quam conueniſſent, cū damno notabili commodantis, & eſt obligatus ad reſtituendū illud, & rem, quamuis deterior fieret caſu fortuito, quia furtum committit, [o] & omnis fur eſt in mora, [p] & caſus fortuitus ei, qui eſt in mora nocet, vt ſupra dictum eſt. Non eſt tamen fur, nec peccat, ſi probabiliter credit eum, qui commodauit, contentum fore, eo quod ipſe feciſſet, & ideo illud fecit. [r] Nec tenetur de damno commodatarius, ſine cuius culpa res cōmodata perijt, aut deterior eſt effecta ſolo vſu, ad quem commodata fuit, [s] imo ſaltem in foro conſcientiæ, reſtituere non tenetur commodatum, quod perijt, aut deterius effectum eſt alio vſu, ſi certum eſt eodem modo periturum, aut deterius effectum iri, & ſi tempore competenti commodanti reſtitutum fuiſſet, niſi id, quod commodantis ob moram interfuit, Angelus. [t]

184 Ex quo ſequitur, peccare commodatarium, qui rem ſibi commodatam, cum domini damno notabili alteri commodat. [u] Et qui commodatum ſui tantum gratia accipit, vt regulariter accipi ſolet, ſi ſua culpa etiā leuiſſima amittatur, reſtituere tenetur. Sed ſi accipit ob cauſam, & vtilitatem eius, qui commodat, quemadmodum vxor ornamenta & veſtes, quas maritus, aut amicus cōmodat, recipit, quo ornatior ad eū accedat, nō niſi ad damnum dolo, aut culpa lata

[i] *In d. c. 1. de cōmod. & in d. l. in rebus.*
[k] *Ca. ſi nō licet. 23. q. 5. & l. præſes. C. de ſer uit.*
[l] *l. 1. ff. de pact. c. qua liter. eod. ti.*
[m] *Verb. precarium q. 1.*
[n] *Arg. c. 1. de cōmod. cū ei adn.*
[o] *l. qui intenta. ff. de furt. &* §. *placuit Inſti. de oblig. quæ ex de li. l. ſi vt certo. ff. cōmod.*
[p] *l. in re furtiua. ff. de condict. fur.*
[q] *Eod. cap. nu. 179.*
[r] *l. qui rē, ff. de furt.*
[s] *l. ſi cōmodauero. ff. commod.*
[t] *Verb. commodatum. §. 14.*
[u] *l. qui vas. §. ſi ergo. ff. de furt.*

datum tenetur. Et ſi vtriuſque gratia cõmodatur, vel commodantur vaſa argentea, & alia ſimilia ad ſplendide aliquem dominum, vel amicum communem excipiendum, tenetur ad damnum dolo, aut lata, & leui culpa datum: ſed non ad id quod leuiſſima datum eſt. [a] Quamquam Sotus [b] recenter contra omnes dicit, ſe credere commodatarium non teneri de damno dato culpa eius leui, quæ ad mortalem in foro conſcientiæ non peruenit. Sed communis tenenda eſt: quia hæc obligatio non tam deſcendit ex peccato, quam ex natura contractus.

185 Septuageſimo tertio peccat, qui miſit commodatum, pignus, depoſitũ, aut locatum per nuntium non habitum pro fideli, & amittitur dolo, aut culpa eius, & non vult ſoluere. [c] Sed non, ſi miſit per nuntium communiter pro fideli habitum. [d] quia ea, quæ pereunt, regulariter ſuo domino pereunt, & quæ cõmodantur, pignorantur, deponuntur, locantur, vt ſunt domus, beſtiæ, & ſimilia, quorum dominium nõ tranſit in accipientem, manent & ſunt eorum, qui commodant, pignorant, deponunt, aut locant, & ita quomodocunque pereant, eiſdem pereunt, niſi dolus, pactum, culpa, aut mora præcedat, quorum nihil interuenit in miſsione rei commodatæ per nuntium communiter ad illam ferendam pro fideli habitum.

186 Quamuis contrarium ſit dicendũ de rebus mutuatis: puta pecunia numerata, pane. vino oleo, & id genus alijs, quæ vſu conſumuntur, quia dominium eorum tranſit in accipientem, & ideo licet per nuntium fidelem & diligẽtem mittantur, ſi actu non peruenerint ad eos quibus mittuntur, & nuntius nõ fuit electus per eos, non liberatur mittens, iuxta communem. [e]

Septuageſimoquarto, qui commodatarius rem ſibi commodatam non vult reſtituere, niſi ſolutis prius impenſis, quas ipſe iure facere tenetur, quales sũt victus, & curationes exigui pretij, [f] quãuis pro compenſatione alterius debiti liquidi retinere poſſet, [g] & etiam in pignus magnarum impenſarum in eius curationem ab aliquo morbo, aut inueſtigationem, aut alia ſimilia factarum. [h]

a *l. Contractus. ff. de reg. iu. c. 1. cum ei adnot. per Panorm. & alios de commod.*

b *Lib. 5. q 7 art. 3. de iuſtit. & iur.*

c *Arg. cap. ſignificãte. de pignor. Bartol. in l. eum, qui. ff. commod.*

d *l. qui argentum. ff. commod. & Bart. vbi ſupra.*

e *In l. incẽdium. C. ſi cert. pet. & l. quod te. ff. eod. & d. c. ſignificãte. f. l. in reb. §. poſſunt. ff. commod. Bar. in l. diuortia §. impendia. ff. ſol. mat.*

g *Iux. commun. arg. a contrario. l. fin. C. de cõpenſ. & ca. 2. de depoſ.*

h *Dicto §. poſſunt, & Bar. vbi ſupra.*

DE PECCATIS CIRCA locata, & conducta.

187 *Locator non reddens penſionem pro re locata perdita, & ſeq.*
188 *Sterilitas, & fertilitas quæ, & quando minuunt penſionem, &* 191.
189 *Sterilitas non dat remiſſionem his caſibus, & ſeq.*
190 *Penſio emphyteuſis duplex, & quæ minuitur.*
192 *Emphyteuſis, quę perditur biennio nõ ſoluendo.*
193 *Locator in quatuor caſibus poteſt auferre rem locatam, & num.* 194.
195 *Locans domum in malos vſus, vel dolum ſit oſum, & num.* 196.
195 *Caſtitatis ſeruandæ hæc vera remedia.*
195 *Meretricum permiſsio, vt licita, & domus eis, vt locandæ, & an id expediat.*
195 *Permiſsio peccati nulla cum participatione lucri licita.*
195 *Locare domum meretrici, aut alij peccaturo in ea, ut liceat.*
195 *Tributum meretricum tamquam fœdum ab Anaſtaſio ſublatum.*
196 *Dolia, & alia vaſa uitioſa, ſciens vẽdens, aut locans.*
197 *Operarius, qui non laborat iuſte conductori*
198 *Conductor non ſoluens, uel damnificans, num.* 199.
199 *Conductor partiarius, nõ partiens domino locanti arbores.*

SEptuageſimoquinto, qui locat aliqd, & penſione accepta ob crimen commiſſum ſua bona perdit, & nó vult reddere penſionem ſaltẽ pro rata tpis conductori, qui eo nó potuit, vt cõuenit vti, iuxta legẽ. [k] quæ vna cum gloſſa, & cõmunia probat, locatorẽ teneri ad reddendam cõductori totam penſionẽ, vel partem pro rata tpis, ſiue fundus publicetur ob maleficium, ſiue detur militibus: licet non teneatur ſoluere illi intereſſe damni emergentis, aut lucri ceſſantis, eo quod non fuit vſus toto illo tpe, ad qđ conduxit. Idem de locatore, qui cõpellit ad ſoluendam integram penſionẽ domus locatæ conductorẽ eã relinquere coactum

k *l. ſi fundus. ff. loca.*

coactum ob peſtem, & aliam iuſtam cauſam ſuperuenientem ante definitum tẽpus, quia ſolum pro tempore, quo ea vti potuit ſoluere tenetur. [a] Idem de locatore, qui nõ vult deducere partem agricolæ debitam, propter ſterilitatem fortuitam, quam nec fertilitas anni præcedentis, nec ſequentis compenſare pót, [b] quamuis ad id non teneatur eo ſolo, qđ fructus iam percepti damnificentur, ſuripiantur, aut pereant, quia id ſterilitas dici non poteſt. [c] Idem de quolibet locatore, & conductore, qui nõ ſeruat, vel non vult ſeruare leges locationis, & conductionis expreſſas, vel tacitas quæ colligũtur ex infra ſcriptis ſex notabilibus Primo, quod iuxta leges Luſitaniæ Catholicæ fidei propagatricis conſultiſſimas, præfatæ remiſſioni locus non eſt, quia per illas, ad tollẽdas mille difficultates circa hoc occurrentes, ſapiẽter ſtatutum eſt, [d] quod agricola nullam penſionem ſoluat, quando nulli fructus extiterint, & qñ aliqui fuerint, quãuis pauci ſint, integram ſoluat, aut oẽs fructus dño relinquat, de illis ſemẽte deducta, ſi eſt prædium ab eodem ſatum, alias nihil. Diximus: *Remiſſioni*: quia cõpenſationi anni fertilis cum ſterili ibi etiam, vt in alijs regnis, iuri cõmuni locus eſt. [e] 188 Secũdo quod ſterilitas fortuita eſt, quæ contingit ex inſolito calore, frigore tempeſtate, terræmotu, magna alluuione, locuſtis, bruccis, & id genus alijs, quę abſque aliqua culpa agricolæ euenĩũt. [f] Et quamquam multę ſunt opiniones circa definitionẽ ſterilitatis prædictæ omnibus tamen perpenſis, ea vere propior videtur, quæ definit eſſe illam, quam cõuentio partium, aut conſuetudo, vel cõmunis opinio regionis probat, & quod ceſſantibus his eligatur illa Bartoli: ſcilicet, quæ eſt tanta, quæ ex tribus partibus, quæ communiter colligi ſolent, vix duæ tantum colligantur, vt ſi ſolent colligi quindecim modij frumenti, & non colliguntur, niſi decem, quo caſu ſi prædium erat conductum tribus ſcutis, duo ſoluantur.

189 Quamquam item aliqui dicant, quod tunc ſterilitas vnius anni compenſanda eſt cum fertilitate alterius, cũ in dicto præcedenti anno, aut ſequenti duplo plus ſolito colligatur. Verius tñ videtur ſufficere, vt colligatur tñ, quantum pacto, aut conſuetudine ad id conſtitutum eſt, aut plus ſolito tertia parte, quia ad ſterilitatẽ ſufficit, vt tertia parte minus ſolito colligatur. Et in hoc nulla eſt differẽtia, an penſio ſit ſoluenda in pecunia numerata, an alia quauis re. [h] 190 Tertio, quod hęc remiſſio locum nõ habet, cum locator, & cõductor ſunt ſocij partiarij, tam lucri, quam damni. [i] Nec quando ſterilitas ex vitio, aut tenuitate agri, in quo multa herba, vel zizaniæ ſementem ſuffocant, quia hoc negligentiæ agricolæ imputatur, qui eas non extirpat, quod etiam Sylueſter [k] recte adnotat. Neque in penſionibus rerum, quæ in longum tempus, ſ. in decem, vel plures annos, aut in vnam, vel plures vitas, aut in perpetuum conducuntur, & locantur, etiam ſi maior pars rei, ſic ad longum tempus locatæ pereat, etiã caſu fortuito, modo non tota, [m] quod verum eſt, quando exigua penſio exſoluitur potius ad recognitionẽ dominij directi, quam ad ſolutionẽ fructuũ, ſecus autem qñ ita fructibus rídet, quod tantum, aut parum minus ſoluitur, quam ſi ad modicum tempus cõduceretur, tunc enim prædicta remiſſio facienda eſt, qa emphyteuta, ſiue conductor non ſoluit penſionem, tam ad recognitionem dominij directi, quam in fructuum cõpenſationem, quæ communis opinio eſt, quam refert, & ſequitur Iaſon. [m] 191 Quarto, q̃ penſio prouentus, aut merces locationis nõ ſunt augendæ, ꝓpter fertilitatem, quæ euenit ex eo, q̃ fructus per cõductoris induſtriã excreuerint, quia ſua induſtria eidem non debet eſſe damno, nec etiam qñ ex fœcunditate prædij euenit, ſed ſic qñ caſu fortuito contingit, vt ſi res locata fuit molendinum, ex quo conductor communiter percipere quinquaginta ſolet, & qa reliqua molẽdina vicina deſtructa ſunt, hoc anno centum percipit, pro rata penſio augeri debet, ſicut ob ſterilitatem caſu fortuito euenientem diminui ſolet, Panormit. [n] & Sylueſt. [o] quia contrariorum eadem eſt diſciplina.

192 Quinto, quod qui aliquam rẽ propriam Eccleſiæ in emphyteuſin temporariam, aut perpetuam habet, & p duos annos penſionem ſoluere ceſſat, ipſo facto

a Cap. propter ſterilitatem, cum ei adnot. de locat.
b Dicto ca. propter. de loca. l. ex cõducto §. ſi uis. ff. locat.
c l. damnũ. C. de locat.
d Lib. 4. or. tit. 61.
e Vt eod. ti. 61. cauetur.
f Prædicto §. ſi-ſi uis.
g In d. §. ſi uis. & ioã. And. in d. c. propter.
h Arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. & c. 2. de traſ lat. prælat.
i Iuxta gl. receptam in d. c. propter.
k Verb. loc. q. 13.
l l. 1. C. de re emphyt.
m In l. 1. C. de iure emphyt. nu. 20
n In d. ca. propter.
o Verb. loc. q. 14.

&o eam perdit,niſi celeritate ſolutionis mora purgetur,quæ purgatur, ſi ante citationem, vel ſtatim poſt eam ſine alia dilatione ſoluit, iuxta Innocen. & Ioan. Andr. [a] & Bald. [b] quamuis gloſſa & Cardinalis [c] arbitrio iudicis relinquāt, quod verius videtur Sed ſi prædium eſt alterius perſonæ priuatæ,non amittitur ob non ſolutionem ante trium annorum lapſum, ſed moram purgare non poteſt propter maius temporis ſpatiū, quod ad eam faciendam datur. [d] Sed ſi Dominus prædij debet emphyteutę tantum, quantum ſibi debetur, non perdit propter compenſationem, quæ ſolutionis vim habet. [e]

193 Sexto quod qui domum ſuam in certum tempus locauit, ante præfinitū tempus ab ea colonum, vel inquilinum amouere pōt in quatuor caſibus. [f] Primus, qñ in longum tempus, ſcilicet, in decem, aut ad minimū in quinq; annos locatum fuit, & in duobus primis annis penſionem non ſoluit, aut qñ in minus tempus locauit, & die præſtituto nō ſoluit, nec celeriter ſatisfaciat. [g] Secundus, cum ad ſuam habitationē propter aliquam neceſſitatem ſuperuenientem ea opus habet, [h] ſi tamē commode alter ſibi prouidere poteſt, nō dicetur ne ceſſitatem habere. Quæ tamen ſuperuenire poteſt locanti, quia aliam domum non habet,qñ locat, quidquid dicat Syleſter, [i] vt ſi tunc cum alio degebat,& poſt ea vxorem duxit, & cum ea ſeparatim ipſi viuendum eſt.

194 Tertius, qñ domus indiget refectione,qua tempore locationis non indigebat. [k] Sed in hoc, & præcedenti caſu pēſionem pro rata temporis, pro qua aufertur deducere debet. [l] Quartus, qñ conductor abutitur ea,etiam abſque damno illius, recipiēdo meretrices,deſides quoſq;,& lenones,& id genus nihili homines,& tunc nihil ei de penſione remittere tenetur, aut male ea vtitur, & cū damno illius,in cubicula ſues introducendo,arbores cędendo,agrū idoneo tempore non colendo,quo caſu de penſione remittere pro rata debet,& poteſt in iudicio damna petere. [m]

195 Septuageſimoquinto peccat, qui ſuam domum,aut aliam rem locauit ei, quem putabat ea ad peccatum mortale abuſurum,vt qui arma locat ei,quē putat interficere,aut iniuſte alium perentere velle,aut locat domū ſuam,ad vſuras in ea exercendas, quia auxilium ad peccandum mortaliter præbet. [n]

Ad noue hoc in loco quæſita,reſpondimus multa,quorum ſumma eſt. Primo,quod licet poteſtati publicę permittere,vt in aliqua ciuitatis parte ſint meretrices,ſecundum Aug. [o] relatum a S. Thom. communiter recepto, [p] dicente,quod vt Deus permittit aliqua mala, quo maiora vitentur, vel maiora bona ſequantur,ita poteſtas humana imitata eum,id facere poteſt.

Reſpondimus ſecundo,quod nō licet permittere lupanaria eo modo,quo alicubi permittuntut videlicet conſtituendo eis patronos, & locando domos carius, quam locarētur honeſtis, eo quod magis lucrantur,quam illæ,& recipiēdo aliquam turpis lucri partem, quia hic modus continet participationem lucri obuenientis ex peccato,& vt erudite dixit Caietanus, [q] nulla permiſſio peccati eſt licita, cum participatione lucri præcedentis.

Tertio, quod non licet locare meretricibus domos in ea parte ciuitatis, in qua illa non permittit eas habitare,quia legem, & conſuetudinem iuſtam transgreditur. [r]

Quarto,difficile defendi poſſe,quod non peccet mortaliter, qui facit,vel locat domū meretrici, ad meretricandū, ēt in ea parte ciuitatis,in qua permittitur habitare.Tum quia non licet locare domum vſurario,ad exercendū fęnus. [s] Tum quia nullatenus licet dare occaſionem peccandi iuuando,per ſolutionem poſitam ſupra. [t] Tum quia, quamuis poſſit poteſtas publica permittere meretrices,cōſultores,& adiutores earum, & accedentes ad eas, non tñ poteſt efficere,quod illæ & hi non peccent, & negari non poteſt,eum, qui facit,vel locat domū meretrici ad meretricandū iuuare ipſam ad illud. Tū quia fundamenta, quibus contrarium [u] defendimus, ſoluuntur cōcedendo,primo, q̄ licet cuiq; vti iure rem ſuam locandi licite,non tñ illicite. Secundo,q̄ quamuis liceat locare domum ei,quem credit aliquo mō do, in ea peccaturum ad alium finem, quam

a In d. ca. potuit.
b Tit. de lō cat.
c In d. cap. potuit.
d l. fi. C. de iur. emph.
e Arg. c. ſi. de depoſit. vbi Panor. & alij.
f Cap. propter §. 1. cū glo. de loca.
g l. ædem, C. de locat. & d. c. propter §. 1.
h Dict. l. ædem. & d. ca. propter. §. 1.
i Verb. locat. q. 9.
k Dict. cap. propter.
l Dict. c. propter. §. 1.
m Panorm. & Ioan. de Imola in d. c. propter.
n Arg. c. fi. de iniur. & c. 1. de offic. delegat.
o In lib. de ordine.
p 2. 2. q. 10. art. 11.
q Supradicto arti. 11.
r Contra c. quæ contr. mores, 18. diſt.
s Cap. 1. de vſur. lib. 6.
t Eo. c. 14. nu. 33.
u In dicto c. 28.

quam peccandi, & exercendam artem, cuius exercitium non habet peccatum inſeparabiliter admixtum, non tamen ad finem peccandi, nec cõſequenter ad exercendam artem, cuius exercitiũ habet in ſe peccatum inſeparabiliter admixtum, & ita quamuis liceat locare domum peccatoribus: puta concubinario, aleatori, peieranti, & id genus alijs non excommunicatis, ad viuendum honeſte, etiam ſi credantur peccaturi: non tamẽ ex eo cõſequitur, quod liceat locare meretrici domum, ad viuendum meretricando, & exercendo artem, cuius exercitium inſeparabiliter habet peccatum admixtum, quia id nulla humana poteſtate poteſt fieri licitum, cum ſit contra legem naturalem & diuinam,[a] licet iuſta de cauſa permitti poſſit. Contrariũ tamen ſine ſcrupulo affirmat Ioannes Maior. [b] Pro quo facit, quod id ſeruat conſuetudo totius fere orbis Chriſtiani. Et quod prædictum dictũ Auguſtini ab omnibus receptum. vix poteſt exſequi ſine domorũ locatione. Et quod in hac vrbe, ſciente & patiente Papa, locãtur, & ſemper conſueuerunt locari domus meretricibus. Et confeſſarij abſoluunt, & ſemper abſoluerunt locatores earum ſine propoſito abſtinendi a tali locatione. Et q̃ ad contraria, quæ vrgentiſſima ſunt, reſpõderi poteſt procedere in eis, qui locant eo fine principali, vel minus principali, vt meretricentur, non autem in eis, qui locant illis ad viuendum tantum, cum diſplicentia coram Deo vera meretricij, & artis meretricandi. Et q̃d hoc ſignificare videtur, [c] quatenus vetat locari domos vſurarijs ad fœnus exercendum, & quatenus non vetat locari indigenis, ſed tãtum alienigenis: quãuis replicari poſſit, probari quidem ibi, quod permittitur locatio vſurarijs indigenis ad fœnus exercendum in foro exteriori, non tamen quod liceat in interiori, de quo agimus.

Quinto, quod magis expediret non permittere. Primo, quidem, quod difficile eſt defendere, quod liceat eis facere, vel locare domos, in quibus meretricentur, vt dictum eſt, & quod raro locãtur ad tam purum finem viuendi, quod non miſceatur aliquis finis, ſaltẽ minus principalis meretricãdi vel de lucro participandi. Secũdo, quod multi pueri incipiũt hac occaſione prius peccare, qua alioquin inciperent. Tertio, quod libido non extinguitur nec refrenatur, imò accenditur eius vſu ſecundũ Magiſtrum,[d] addito malæ inclinationi ſenſualitatis malo habitu, quia duo vincula fortiora ſunt vno. [e] Quarto, quod caſtitatis habitu reſiſtenti illi malæ inclinationi refrænatur illa, & non lupanari reſiſtentiæ illi reſiſtenti. Quinto, quod finis per eã prætenſus, puta ne honeſtę ſolicitẽtur, non attingitur, viri enim prudentes aiũt eos, qui ad eas ſolicitandas ſunt apti, nõ adire meretrices, imò poſtquam male ſunt eis aſſueti, tanto magis honeſtas ſolicitant, quo maiore impetu naturæ, & vitij feruntur. Sexto, quod ipſemet noui pueros caſtiſſimos venientes ad Academias ex terris, vbi non eſt eiuſmodi occaſio fornicandi, ob eam, quæ in illis ſe offerebat, animas, ſtudia, & corpora ipſa contagio infecta perdere. Septimo, quod meretrices ipſæ, poſteaquam deſinunt eſſe ad illud turpe lucrum aptæ, mille malorum inſtrumenta fiunt. Octauo, qđ mares maiore vigore ſunt ad reſiſtendũ libidini, quã fœminæ.[c] Et fœminis nuſquã hac permiſſione ſuccurritur. Nono, qđ verum remediũ contra libidinẽ eſt ardens amor caſtitatis, vitatio eiꝰ perdendæ occaſionis, vigilantia ad reſiſtendũ coniuncta cũ abſtinentia, ſobrietate, & labore aſſiduo, ſuper omnia gratia diuina, quorum omnium contraria lupanaria requirunt.

Ex his ſequitur primo, peſſimam eſſe permiſſionem, qua Caupones intra domos ſuas, vel in tuguriolis cõtiguis, permittũt meretrices, quo plures eo diuertant, quia non fit auctoritate publica, & eſt ei mixta participatio.

Secundo, eſſe peccatũ mortale quærere lucrum, vel tributum ex meretricio, & fœdis meretricũ opera & lucro, quare nõ immerito Nicephorus,[f] huiuſmodi lucrũ & tributũ appellat vectigal, & portoriũ impurum, deteſtabile, abſurdum, Deoque inuiſum, feris quibuſq; barbaris indignum, & exſecrandũ piaculum: ſummiſq; laudibus effert Anaſtaſium, quod imperiali magnificentia illud omnino ſuſtulit, quod tamen Platina in vita Pontiani tribuit Alexandro.

a Arg. cap. ſunt quidã 25. q. 1.
b In 4. lib. ſenten. diſt. 35. q. 33.
c Dicto c. 1. de vſur. li. 6
d Lib. 2. diſ. 24.
e Cap. 1. de treug. & pace.
f Cap. indignatur. 32. q. 6.
g Lib. 16. c. 20. hiſt. eccleſ.

Cuius rei me iſthæc recognoſcentem, admonuit præcellens Doctor Cæſar Coſta, non ſolum vtriuſque iuris peritia, ſed & hiſtoriæ atque politioris literaturæ cognitione præclarus, nuper a S.D. N. Gregorio XIII. in Referendariorum numero cooptatus: cū antea fuiſſet ſapiētiæ Romanæ Gymnaſta percelebris, & poſt hæc ſcripta, fereque dimidium huius operis typis excuſum, antequam hic locus excuderetur, ad ampliſſimum amplisſimæ Capuæ vrbis olim æmulæ, ab eodem Gregorio, vt eruditiſſimo, ita in eruditiſſimos quoſque propenſiſſimo, Archiepiſcopatum euectus.

196 Septuageſimoſexto, qui dolia, vel alia vaſa vitioſa ſcienter non patefacto vitio, locat, aut ignoraus eorum vitium, pro integris vendit, ob quod vinum effuſum eſt, aut damnificatum, & damnum vini, & intereſſe ſoluere non vult,[a] quānuis ſecus ſit, ſaltem quo ad forum conſcientiæ, ſi ignorans vitium ſimpliciter locauit, dicens conductori, neſcire ſe illa eſſe vitioſa, & ideo diſpliceret, ſi eſſent talia.[b] Quod ipſum eſt dicēdum de omnibus alijs vitioſis, ex quibus damnum ſequi poteſt: qualis eſt equus, qui aquā ingreſſus in eam procidit, & veſtium iacturam affert.

197 Septuageſimoſeptimo peccat operarius, qui conductus ſalario diario fideliter non laborat, ob quod cōductor no tabiliter damnificatur, cum obligatione damnum ad arbitrium boni viri ſatisfaciendi.[c] Idem ſi promiſit, ſe diario pro altero laboraturum, & dolo, aut ſua culpa, id non præſtiterit, vel non vult conductori damnum ob id acceptum ſatisfacere, cum ohligatione reſtituendi,[d] ſecus tamen ſi eum caſus fortuitus impedit, & ſi eſt paratus ad præſtandum, ſed culpa conductoris non præſtat, diarium ei perſoluendum eſt, & etiam ſi præſtare omiſit ob caſum fortuitum ex perſona conductoris contingentem, quando cōductus diarium in alio loco, ſi ille nō conduxiſſet, reperijſſet,[e] alias non in foro conſcientiæ: quæ tamen limitatio no bis non videtur iure probari.

198 Septuageſimooctauo, qui pēſionē rei conductæ eius domino non ſoluit, eo quod ea non vtitur, quia nó vult, aut quia ob aliquem caſum fortuitum, ex parte ipſius contingentem non poteſt, cum obligatione reſtituendi,[f] quod limitant Angelus,[g] & Sylueſter[h] procedere quando dominus, eo quod eam illi locauit, alteri locare omiſit, alias non, ſaltem in foro conſcientiæ. Sed nec hæc limitatio, noſtro iudicio, iure probatur, & aduertendum, quod in illa queſtione, An merces locationis, & quælibet alia penſio ſit ſoluenda in principio, vel fine anni, reſolutio gloſſarum[i] ponitur in illis duobus ſenarijs.

Annua ſi debes, tunc inſpicies caput anni, Anno ſi debes, in fine teneberis anni.

Circa quod varij varie loquuntur, ſed tenendum eſt, quod in primis conuentio partium eſt attendenda, & ea deficiente, conſuetudo regionis, & eis deficientibus, regulariter ſoluenda eſt in fine anni, quando vnica ſolutio eſt facienda, & tempus ponitur cauſa differendæ ſolutionis, vt reſoluit Iaſon poſt alios.[k] Dixi, *Regulariter*: quia illud eſt faciendum, quando ex cauſa propter quam datur, & ex perſona, cui datur, & alijs circunſtantijs aliud conijcitur, vt Panor, cum communi tenet.[l]

199 Septuageſimonono, qui dolo, lata culpa, vel leui, ſua vel ſuorum infert nō tabile damnum rei conductæ, & nō vult illud ſatisfacere:[m] ſecus tamen eſt, ſi ab alio, cui ipſe reſiſtere non poteſt aut non tenetur, aut caſu fortuito, quē nec culpa, nec mora eius præceſſit, per dicta ſupra.[n]

Octuageſimo, qui colonus partiarius locauit alicui prædium ruſticū, aut certam eius partem, nulla arborum mentione facta, & omnes fructus earū percipit, aut eas cędit, aut alius odio exorto ipſius dolo, vel culpa, eas cędit, aut earum fructus diſſipat, & non vult reſtituere domino ſuam partem, vel damnum.[o]

DE PECCATIS CIRCA iura, & tributa Regia, & publica.

200 *Tributa & iura regia, qui non ſoluit, vt peccat.*

201 *Tributa ſine auctoritate imponēs, aut exigens, ut peccat.*

a l. ſed addes. § ſi qs. ff. locat.

b Ang uer. locat. §. 24. & Syluеſt. eodē uerb q. 18.

c Syluеſter ubi ſup.

c l. 1 ff. loc.

b Ang. l. fi. ff. ad l. Rho. de iact. & d. l. ſed addes. §. cum quidam.

d l. ſi uno. §. cū quidam. ff. locat.

e Syluеſt, uerb. locat. q. 12.

f Gloſſ. in d. l. ſi uno. §. 12. item cū quidam

g Verb. locat. §. 11.

h Vbi ſup.

i In l. pen. Inſt. de inutil. ſtip. & in l. 1: C. quando dies lega. ced.

k In l. qui hoc anno. ff. de uer. obl.

l In d. c. pter. de loc. & in c. peruenit. de arb.

m Glo. in l. ſi quis fundus § Celſus. & l. ſi merces. §. qui colonū. ff. locat.

n Eod. cap. num. 179.

o Iux. l. fructus. ff. de uſufru. d. l. ſi merces. §. culpa ff. locat.

201 *Iurium illicite impoſitorum exactor, & vt peccat.*
210 *Clericos qui grauantes gabellis excõmunicantur.*
202 *Epiſcopi inquirant, an clerici gabellis grauentur.*
202 *Gabella rerũ, quas homines ad ſuam neceſſitatem ferunt.*
202 *Gabellas ob merces debens ſic ſerum pandat.*

OCtuageſimoprimo peccat, qui tributa, & iura iuſte auctoritate Pontificia, Regia, aut alia publica conſuetudine immemorabili impoſita, non ſoluit, cum obligatione reſtituendi,[a] quod plane procedit in iuribus debitis, ob prædia, aut alia ad eorum ſtatum pertinentia, aut alia via iuſta impoſitis, cum intentione obligãdi ad mortale, aut per iuſtos contractus locationis, aut alios cũ illis innitos. Et etiam quando per aliã legem, vel iuſsionem iuſtam imponuntur, niſi habuerint intẽtionem tacitam, vel expreſſam impediẽdi obligationem ad pœnam æternam per impoſitionem alterius temporalis, vt infra[b] dicetur, & [c] olim diximus, & nuper latius.[d]

201 Octuageſimoſecundo peccat, qui abſque auctoritate Pontificia, aut Regia aliquod tributum ſubditis imponit, cũ obligatione reſtituendi, quædam enim rapina eſt,[e] & excõmunicatur per bullã cœnæ, cuius tenor ponetur infra.[f] Idem de illo, qui exigit tributa aliqua aperte illicita, aut ſciens talia eſſe, cum obligatione reſtituendi.[g] & etiam ſi dubitat, an ſit licita, vel non, & ſua ſponte iniuſſus, ad id ſe offerit: ſecus tamen ſi iuſſu ſuperioris facit, quia obedientia in dubio excuſat,[h] modo virtute obedientię prius dubietatẽ illam ex animo pellat, & licitam eſſe credat, eo quod pro tali a ſuperiore habetur, vt in cap. ſi quis autem,[i] noue declaramus.

Octuageſimotertio, qui gabellas, & vectigalia licite laicis impoſita, quæ nec Eccleſia, nec Eccleſiaſticæ perſonæ debent, exigit ab eis, & eſt excommunicatus ipſo facto,[k] non obſtante contraria conſuetudine, niſi quando inuehrent, aut emerent ad negotiandum, & mercaturam exercendam, aut haberent facultatem a Papa ad illa ab eis exigendũ.[l]

202 Rogatus a multis, vt hanc deciſionem amplificem, facta mentione gubernatorum laicorum, qui frequentiſsime imponunt ſuperindicta extraordinaria ſuper pane, vino, carnibus, panno, & alijs id genus ad victum, & veſtitum ſpectantibus, quæ Itali vocant Gabellas, Hiſpani Siſſas, Galli Tallias, & Gabellas, & ea perinde petunt, aut peti iubent, vel permittunt ab Eccleſiaſticis perſonis, quæ ad ea ſoluenda non obligantur, ac a laicis. Eorum item, qui vectigalia & gabellas imponunt pro facultate vehẽdi, exportandi, & importandi currus, mulos, & alia iumẽta, vacua, vel onuſta, & perinde petunt, iubent, aut permittunt peti ab Eccleſiaſticis, atque a laicis, quãuis id, quod vehunt, importãt, vel aſportant, ſit de eorum patrimonijs, aut prouentibus Eccleſiaſticis, & in ſuos vſus conuertendum. Rogatus, inquam, hoc, plurima poſſem hic addere, quæ gratia breuitatis omitto, contentus admonere. Primo, eos grauiſsime in his peccare, Deum immunitatemque Eccleſiaſticam offendere, cenſuraſque horrendas, etiam bullæ cœnæ Domini iucurrere, multos canones famoſos infringẽdo, in quibus ſunt cap. bene quidem[m] ca. Eccleſia[n] cap. aduerſus,[o] cap. nouerint.[p] cap. quamquam.[q] Secundo, quod glo. ſingularis[r] dixit, quod iudicio ſui auctoris, tota Italia ob hæc eſt interdicta, & quod de alijs prouincijs, qui earũ facta norunt, teſtificentur, quod profecto auditu horrendũ eſt. Tertio, quod atteſtamur ſæpius a nobis, & noſtris famulis, ſatis multa huiuſmodi vectigalia, ĩ multis regnis exacta fuiſſe. Ideoque iure vereri, ne Deus omnipotens indies magis, & magis iratus, conſultores Principum & Rerumpubl. de prædictis canonibus parum curãtes, & Principes, ac Reſpub. nimium illis credentes, & exactores ſoli auaritiæ inhiantes grauiſsime tandem caſtiget. Quarto, demirari me, quod cũ tot has cenſuras incurrant, tam pauci tamen confeſſarij locorum, vbi hæc aguntur, eas pro dignitate æſtimẽt, & eas incurrentibus abſolutionem denegent, & tam pauci Epiſcopi, qui excommunicatas, & interdictas perſonas, & terras, vbi hæc fiunt, iubẽtur & permittuntur, denuntient: cũ præceptum eis ſit a Cõcilio

a Iux. Hoſtienſem in ſumma de pœnitẽt. & remiſ. & cõmunem.
b Cap. 23. anum. 36.
c In rub. de pœnit.
d In cõmẽ. c. fraternitas. 12. q. 2.
e Panor. in l. ſuper quibuſdam de uerb. ſign.
f Cap. 27. anum. 55.
g Arg. c. 23 ad Rom. & c. 1. de offic. deleg. & p dicta ſup. c. 11. nu. 15.
h Ca. quod culpatur. 23. q. 1,
i De pœnit. diſt. 7. nu. 114.
k Ca. quãquam de cenſ. lib. 6.
l Gabr. in 4. lib. ſent. diſt. 15.
m 96. diſt.
n De conſtit.
o De immun. Eccl.
p De ſent. excommu.
q De cenſib. lib. 6.
r Clemen. præſenti. de cenſib.

Viennensi, [a] vt sub pœna peccati mortalis id faciant, postquã de eo ipsis constiterit, quod tamen facile constare potest, quamuis parte vocata & audita id fieri debeat. [b] Quamquam etiam testor, multos populos Italiæ & gubernatores, & exactores eorum annis, quibus ego sacræ Pœnitentiariæ seruio a summo Pœnitentiario S.D.N. petijsse absolutiones a censuris ob hæc incursis, restitutione promissa, parata, vel facta, quos vtinam aliorum regnorum populi, & rectores imitarentur, Amen.

An autem iura illa, quæ Hispani vocant cochlearia & sedilia, quę soluuntur ex granis in forum importatis, & in aliqua eius parte ad vẽdendũ depositis, & aliæ id genus Gabellæ, quæ in multis regni Castellæ locis, tam a clericis, quam laicis, vt audio, persoluũtur, licite a clericis exigantur, ijs, qui earum conditiones melius, quã nos norunt, delegamus. Addo, quod portoria, & alia tributa Regia & publica non sunt soluenda de ijs, quæ quis ad suam, & suæ familiæ necessitatem secum portat, iuxta ius commune, nec consuetudo contraria valet, ẽm Angelum. [c] Sed contra tenet S. Antoninus [d] quod verius est, & quotidianus vsus comprobat, & bene, quia consuetudo potest inducere id omne, quod lex, [e] & certum est, hoc lege statui posse, vt etiam idem S. Antoninus ait.

Octuagesimoquarto, qui debitor Gabellæ, cui publicanus, siue conductor gabellarum defert iuramentum, aut remittit eius conscientię, vt veritatem pretij, aut quantitatis mercium, quas defert dicat, & acceptat, & non plene eam manifestat, cum obligatione restituendi, [f] quod est verum, etiam retenta opinione [g] quæ habet, quod regulariter, qui fraudat legem temporali pœna munitã, non incidit in spiritualem æternam. Nõ tenetur autem id iurare, & in onus suæ conscientiæ recipere, quia satisfacit dicendo, se paratum soluere, quæcunque se debere publicanus monstrabit.

a *Dict. clc. præsenti.*
b *Per gloss. memorabilem eiusdẽ clem. verb. constiterit.*
c *Verb. pedagiũ. §. 3.*
d *In 2. par. cap. 14.*
e *Ca. fi. de consuet. & l. 2. C. quæ sit longa cõsuetud.*
f *Medina, de restit. q. 13 sub fin.*
g *De qua infra c. 13. a nu. 36.*

DE PECCATIS CIRCA pignora.

203 *Pignoris qualis vsus peccatum.*
203 *Pignoris fructus capere quãdo vsura.*
204 *Pignus cum pacto commissorio capere an liceat.*
204 *Pignus vendere an liceat, & quo ord. ne.*
205 *Pignore vendito minoris, vel maioris debito, &c.*
205 *Pignorans ornamenta Ecclesiastica vt peccat.*

Octuagesimoquinto peccat, qui creditor vtitur pignore cum notabili damno debitoris absque eius voluntate expressa, vel tacita, & nullam habẽs causam verisimiliter credendi dominum id æquo animo laturum, & est furtum, [h] & si cum eius voluntate expressa, aut tacita vtatur, vsuram admittit, [i] nisi sit vsus, qui gratis inter amicos concedi solet, qualis est libri iuxta S. Thomam. [k] Idem de creditore, qui dolo, aut lata culpa, aut leui pignus perire, aut notabiliter damnificari consentit, vel non vult resarcire damnum, [l] secus autem, si culpa leuissima id contigit, & secus si casu fortuito, modo mora nõ præcedat. Nec pactum, quo pignus quocunq; modo periret, debitori periret. [m]

204 Idem de creditore pacisscente cũ debitore, quod non soluente ad certum tẽpus pignus sibi cedat, aut ne post certum diem redimi possit, [n] nisi quando non in lucrum creditoris, sed in pœnam debitoris fit pactum, vt pro vendito iusto pretio habeatur, quod sentit Panor. [o] & S. Anton. [p] & Sylvest. [q] Idẽ de creditore, qui expresse pacisscitur, vt pignus venderetur, non soluto intra certum tẽpus debito, & priusquam venderet, debitori non notificat, [r] nisi etiam conuenerit, ne notificatio esset necessaria. [s] Et licet de pignore non vendendo pactum sit, trina tamen monitione facta, vt luat illud, vendi potest: modo inter monitiones, seu denuntiationes ipsas triduum interijciatur. Si aũtem nulla facta fuit mentio de vendendo, vel non vẽdendo, vnica denuntiatio sufficit, quo transactis duobus annis, propria auctoritate vendere possit, [t] non autem prius sine auctoritate iudicis.

205 Et si creditor bona fide pignus minoris, quam sibi deberetur, vendit, reliquum a debitore petere potest, quemadmodum etiamsi pluris vẽdit restituere

h *l. si pigno. ff. de furt. Pan. in c. 1. de depos.*
i *De quo infra, n. 217.*
k *2. 2. qu. 78. artic. 1. ad 6.*
l *Glo. in l. si credito C. de pigno. actio. m §. si. inst. quib. modis re cõtrahi. obligat. & l. quæ fortuitis, C. de pigno. action. n l. fi. C. de pact. pigno. & c. significante. de pignor.*
o *In d. c. significante.*
p *2. p. tit. 5. cap. 7.*
q *In aurea Rosa casu, 28.*
r *l. si conuenerit. ff. de pigno. actio. Ange. verb. pignor. §. 7.*
s *Gl. in ea. l. si conuenerit.*
t *l. fi. C. de iure domin. impetrã. & Ang. ubi sup. Sylvest. verb. pignus. q. 10.*

tenetur

tenetur. [a] Et quamdiu debitor aliquid etiam ſolum quadrantem debet, creditor totum pignus retinere poteſt, quoad ille ſolutus fuerit [b]. Poteſt etiam creditor pignus a debitore ad tempus præfinitum non ſoluente alteri pignorare, [c] poteſt etiam impēſas iuſtas bona fide in pignus factas repetere: vt ſi erat ager, in eius cultum: ſi erat animal, in paſtum factas, [d] tenetur tñ ad computandam in ſortem fructus ex pignore perceptos, deductis impenſis, quas in eorum collectionem aut conſeruationem fecit. [e]

Octuageſimoſexto peccat qui vaſa ſacra, libros, veſtimenta, & ornamenta Eccleſiaſtica pignorat, [f] niſi fecerit id ex magna neceſſitate, puta redemptionis captiuorum, ſubuentionis pauperum, & aliorum operum Eccleſię multum neceſſariorum. [g]

a Ang. ubi ſup §.8.
b l.quādiu. C.de diſtr. pignor.
c l.1.& 2. C.ſi pignor. det.
d l.ſeruos. ff.de pigno. actio.
e S. Anton. 2.par.tit.1. c.15.§.3.
f l.ſancimus, C. de ſacroſ. eccl. c.i.de pign.
g Arg.d.c. 1.de pigno. & c. aurũ. 12.q.2.

DE PECCATO VSVRAE circa mutua.

206 *Vſura quid: duplex, vera, & palliata.*
206 *Mutuum duplex, verum, & palliatũ, & differt a commodato.*
207 *Vſura vtraque pagina ſpeciatim vetita, eam probans hæreticus.*
208 *Peccatum vſuræ duplex, ſed neutrum vſura meutalis.*
208 *Vſura lege ciuili vetita, ſed valde clam exercita.*
208 *Vſura centeſimæ quæ, & quando licita fuit.*
208 *Vſuram quę intentio ſine facto faciat.*
209 *Intentio ſecundaria nec vſuram, nec ſimoniam facit.*
210 *Vſura eſt lucrum ob dilationem ſolutionis.*
210 *Vendere pluris ob dilationem, aut minoris ob anticipationem. & 228.*
211 *Intereſſe quid quotuplex, & quod peti poteſt.*
212 *Intereſſe lucri ceſſantis petitur ſine his conditionibus.*
213 *Montes Pietatis liciti contra Caietanum & Sotum.*
213 *Dotis ob ſolutionem dilatam quid lucri capere liceat.*

DIcturus de peccato vſurę circa mutua, huic loco ad id opportuno, iuxta promiſſionem in prefatione factã, inſeram ſummam eorum, quæ in Comment. de vſuris [h] ſcripſeram, ad ſcrutandum fundamenta, quibus ſoluerẽtur dubia quædam, quæ anno 1554. ſoluere iuſſerat mihi Vlyſſiponæ Sereniſſimus ille maximus Cardinalis tituli Sanctorũ quatuor Coronatorum omnium virtutum heroicarum panegyri, rerum diuinarum & humanarũ eximia cognitione comitata, & inclytus Infans Portugalliæ, Henricus, tunc frater glorioſæ memoriæ Regis Ioannis eius nominis III. & poſtmodũ regni Luſitani moderator grauiſſimus, patruus obſeruantiſſimus, & obſeruandiſſimus, Regis Don Sebaſtiani huius nominis primi, iuuenis quidem, ſed pacis, & belli geſtis pro ætate Chriſtianiſſimi, & glorioſiſſimi, & gerẽdorum ſpe admirabilis. De quibus nunc lacrymis obortis nihil aliud dicere licet, quam quod ipſe rex dicitur cecidiſſe fortiſſimus, pugnans contra Sarracenos in Africa: quamuis ſint, qui dicant adhuc eſſe in viuis, quia corpus eius omniũ qui prelio aderant magnitudine inſigniſſimum numq̃ inuentũ eſt. Et quod Cardinalis prefatus eius patruus in Regem aſſumptus, & Regia Cardinalitiaq; dignitate glorioſiſſimus, pro regno terreno, & temporali, quod nõ dimittebat omnino pacatũ, ſuſceptus fuit in regnũ pacatiſſimum, æternumque Cœlorum.

h Ca.1.14. quæſt.3.

206 Summa ergo illius Commentarij eſt, quod continet vigintiduo notabilia. In quorum quatuor primis habetur, quod quamuis hoc verbum vſura, prima ſui ſignificatione ſignificet vſum cuiuslibet rei, iuxta illud Marci Tullij, pro Rabirio, *Vſuram huius lucis, &c.* tñ iuxta ſignificationem quam in hac materia communiter habet, ſignificat lucrum proueniens ex contractu mutui, & Græcis dicitur Τόκος, ideſt, partus, quaſi a mutuo partum, & Hebræis appellatur נשך *Neſſchec*, ideſt, morſus, quo mutuans mutuatarium mordet, vt quidam recentiores ſcripſerunt. Et quod contractus mutui differt a contractu commodati: quia per hunc non transfertur dominium rei commodatæ: per illum autem ſic rei mutuo datæ, vt dictum

eſt

a Nu.180. eſt ſupra. [a] Licet conueniant in hoc, q̃ vterque debet eſſe gratuitus, [b] & quod mutuum verũ reperitur in ſolis rebus, quæ vſu conſumuntur, & pondere, numero, & menſura conſiſtunt, puta pecunia numerata, vino, oleo, pane, tritico, & id genus alijs, quæ vſu cõſumuntur. [c]

b Iuxt gloſ. recept. in c. 1. de commod.

c Inſti. quibus mod. re contri. obli. in princ.

Dixi, *Verum mutuum*: quia velatum, ſiue palliatum, etiam in alijs rebus, & contractibus inuenitur. Mutuum enim palliatum eſt, quod ſecundum ſuam formam apertam, & verba contrahentium eſt alius contractus quam mutui, ſecundum vero formam latentem, & mẽtem contrahentium veram, vel præſumptã, eſt mutuum, quale eſt omnis contractus alius a mutuo, in quo quis minoris iuſto pretio infimo, ſiue medio, quærit aliqd propter anticipatam ſolutionem, & cõtra, quo quis vendit alij pretio maiore iuſto ſupremo propter dilatam ſolutionem, [d] qui enim emit. 10. rem ad minus pretio infimo valentem 12. ob anticipatam ſolutionem, in effectu videtur mutuare pretium, quod dat, & illud minus iuſto pretio quod dare deberet, accipere pro vſura qui vero contra vendit rem valentem ad ſummum, & pretio rigoroſo 10. pro 12. ob dilatam ſolutionẽ, videtur mutuare pretium rei, quam vẽdit accipiendo illud plus iuſto pretio, quo res vendita valet pro vſuris, vt in prædictis iuribus probatur. Quod autem pretium ſit infimum, quod mediũ, & quod ſupremum traditur infra. [e] Vnde licet omnis vſura in ſolo contractu mutui verſetur, quia tamen contractus mutui eſt duplex, verus & palliatus, ita duplex eſt vſura, vera, quæ in vero mutuo, & velata, ſeu palliata, quę in mutuo palliato verſatur

d c in vſur. & c. ad audientiam. de empt. & cap. illo uos de pig. cum eis adnota.

e capit. 23. num. 78,

206 In quinto, & ſexto notabili habẽt. Primo, quod aliud eſt peccatum vſuræ, & aliud vſura, quia peccatum vſuræ eſt accipere, vel velle lucrum vſurarium. Vſura vero eſt *lucrum pecunia æſtimabile ſuapte natura quod principaliter vi mutui veri, vel palliati quæritur.*

Dixi, *lucrum*, pro genere, & *pecunia æſtimabile*, ad differentiam lucri nõ æſtimabilis pecunia, quale eſt ſpirituale meriti & gratiæ, quod fit, quando, & quomodo, & cur oportet apud Deum iuxta illud. [f] *Iucundus homo, qui miſeretur, & commodat, ſiue mutuat:* Et illud Euangelij. [g] *Centuplum accipietis, &c.* Quod ꝓprie nõ eſt vſura, licet aliquando metaphoricos ſic dicatur. [h] Et ita mutuare quem, vt præſentetur, vel eligatur ad beneficium, vel vt illud ſibi conferatur, non eſt proprie peccatum vſuræ, licet ſit peccatum ſimoniæ, quæ eſt grauior vſura.

f Pſal. 111.

g Mat. 19.

h Luc. 19. Thom. 2. 2. q. 78. ar. 1.

Dixi, *Suapte natura*: ad differentiam lucri quaſi ſpiritualis virtutis & amicitiæ, quod mutuando quæritur, & nõ eſt vſura, quia ſuapte natura non eſt pecunia æſtimabile, licet multi pluris æſtimarent amicitiam, quam mutuando ali quibus quærunt, quam pecuniam, quæ ex eo ab vſurario quæritur.

Dixi, *Principaliter*, quia licitae eſt intentio minus principalis quærendi aliquid pecunia æſtimabile, vt infra dicit.

Dixi, *Vt mutui*, ad differentiam eius, quod ratione veri intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergẽtis accipitur, quia illud non eſt vſura. [i]

i Iuxt gloſ. ſing. & receptam, ca. conqueſtus de vſur. facit. ca. 2. & cap. ſalubri ter. eo. titu.

Dixi, *Veri vel palliati*, ad includendũ lucrum ꝓ quæritur ex mutuo palliato, de quo ſupra. [k]

k Num. proximo

207 Habetur ſecundo, quod vſura eſt illicitum lucrum, & velle vel accipere illam peccatum mortale, adeo quidem, vt contrarium aſſerere ſit hæreſis, [l] & non ſolum iure humano, ſed etiam naturali & diuino veteris & noui teſtamenti prohibita, x nam prohibetur hoc ſeptimo præcepto Decalogi, *Non furtum facies*, [m] quo omnis rei illicita vſurpatio, qualis eſt vſura, prohibetur, [o] ꝓ eſt, præceptum vtriuſque teſtamenti, & qđ ſpecialiter ꝓhibetur in nono per illud [p] *Mutuum date, nihil inde ſperantes*: contra impium Molinæum & pium Sotum ex Vrbano, [q] per quæ etiam ratio eorum confutatur. Et quod ius diuinum noui teſtamenti ſpecialiter prohibet non ſolum mutuationem cum pacto expreſſo, aut tacito reddendi plus aliquid mutuato, ſed etiam mutuationẽ ſine pacto, ali quo cum intentione principali, vt plus aliquid re mutuata reſtituatur. [r]

l clemen. 1. de vſur. m cap. quia & c. ſuper eo. de vſur. n Exo. 20. o cap. pœnale. 14. q. 5. p Luc. 6. q In c. conſuluit. eod. tit. & Con. Latera ſub Leon X. & ex alijs. r Per ca. 1. 14. q. 6. & alia in dic. notab. 6. ad ducta.

208 In ſeptimo notabili, & duobus ſequentibus habetur, ꝓ ſicut omne peccatum aliud ab vſuræ peccato eſt duplex, mentale tantum, quod eſt voluntas peccandi abſque verbo, vel opere, & mentale,

tale, & reale, quod est voluntas peccandi verbo, vel opere secuto: ita peccatum vsuræ est duplex, mentale tantum, *quod est voluntas lucrandi vsuram opere non secuto*: & mentale, & reale, *quod est voluntas eam lucrandi opere subsecuto*. Et quod vsura mentalis differt a peccato mentali vsuræ, quia non est *voluntas quærendi lucrum ipsum ex mutuo dato intentione principali quærendi illud sine vllo pacto expresso vel tacito*, de qua intelligendi sunt disputantes: An vsura mentalis obliget ad restitutionem? nam de peccato vsuræ mentali tantum nulla est dubitatio, quia sicut nullum aliud peccatum mentale tantum obligat ad restitutionem: ita nec peccatum vsuræ mentale tantũ. Sed disputant. An lucrum quæsitum ex mutuo intentione principali ob illud dato obliget ad illam? ita quod præter peccatum vsuræ mentale tantum, & usuræ mentale, & reale, est vsura mentalis definita supra esse *voluntas quærendi lucrum*, &c. quæ non dicitur mentalis, quia lucrum non sit secutum: sed quia sola intentio mentalis fuit causa principalis quærendi illud quæ hactenus (qđ sciam) nullibi sunt ita declarata. Et qđ nunc etiam legibus secularibus Regum Christianorum est expresse prohibita vsura, & implicite a tempore Iustiniani Imperatoris, secundum communem, de qua Ioann. Andr. [a] Et ita nullus Christianus eam clare exercet, sed verendum, ne aliqui velate, siue palliate, maiorem, quam vnquam exerceant. nã maxima, quæ olim permittebatur, erat centesima, quæ centum mensibus ipsam sortem exæquat, ita vt quoquo mense sors vnum pariat, & duodecim in anno, vt copiose ostendit Barth. Socin. [b] cui concordant Budæus & Alciatus in locis ibi citatis, & alij alibi, & ea tantum in pecunia traiectitia sortis periculum in se suscipiente, in alia vero mercatorib⁹, duæ partes centesimæ, hoc est octo pro centum in anno, & alijs non negotiantibus dimidia centesimæ, hoc est, sex pro centũ in anno, & nobilibus tertia pars, idest, quatuor in anno pro centum. Et nunc aliqui velate, siue palliate accipiunt tam grandes, vt interdum sors pariat decem, & amplius pro centum ab vnis nundinis in alias, quæ tamen tres, aut quatuor in anno occurrunt, & triginta & amplius in anno pro centum. Item antea ex vsuris vsuræ non capiebatur, [c] at nunc cambiorum cambia corradunt. 209 In decimo, & vndecimo notabilibus habetur, quod intentio principalis lucrandi ex mutuo sufficit ad constituendam vsuram, etiam sine pacto expresso, vel tacito, contra impium Molinæum, non autem minus principalis contra Sotum. [d] Tum quia id tenent glos. & Innocen. [e] a plerisque omnibus Theologis & Canonistis recepti. Tum quia casi officia [f] & cap. quid proderit [g] probant, licitum esse Ecclesiæ, & prælato seruire cum spe secundaria, licet non principali, aliquod beneficium obtinendi. Tum quia quãplurima sunt, in quæ quamuis non liceat intendere principaliter, licet tamen minus principaliter. Verbi gratia non licet dicere Missas, & diuina officia audire principaliter propter distributiones quotidianas: minus principaliter tamen sic, iuxta glossam singularem. [h] Non licet etiam principaliter seruire Deo intuitu remunerationis terrenæ, sed minus principaliter sic, iuxta illud. [i] *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem*. Adeo, quod Concil. Trident. [k] definiuit contrarium esse hæreticum. Tum per alia ibi latius adducta: ita qđ licet nullum, neque principale, neque minus principale lucrum tamquam iure debitum ex mutuo exspectari possit, potest tamen tamquam antidorale, & remuneratorium de gratia, & non de iustitia debitum. Ibi etiam cum communi asseruimus, quod tam principaliter, quam secundario possumus sperare lucrum amicitiæ, & gratitudinis ex mutuo: & tam principaliter, quam secundario lucrum pecuniarium ex illa amicitia & gratitudine, sed non nisi minus principaliter, & secundario lucrum pecuniæ ratione mutui. Et consequenter, quod qui post quam principaliter propter lucrum mutuauit, suum peccatum agnoscens, illam intentionem mutat in intentionem minus principaliter accipiendi, si postea gratis datum accipiat, non est vsurarius, vt recte dicit Ang. [l] Et ita non sunt vsurarij omnes, qui cum spe lucri mutuant, sine qua non mutuarent,

a In Mercur. reg. peccatum, de reg. iur. li. 6

b In l. si hæres, §. item, ff. ad l. falcid.

c l. Vt nullo C. de usur. & leg. placuit. ff. eod.

d lib. 6. q. 1. art. 2. de iustit. & iur.

e In d. cap. consuluit. de usur.

f 59. dist.

g 61. d. cũ suis gloss.

h Et recep. in cap. 1. de cler. non resid. lib. 6.

i Psal. 114

k Sess. 6. can. 31.

l Ver. usur.

rent, quia poteſt eſſe finis eorum principalis amicitia, vel amor Dei, & virtutis, & lucrum minus principalis. Nam, vt aliquis finis eorum principalis alicuius actus, non ſufficit quod ille non fieret ſine illo, ſed oportet, quod pluris vel tanti æſtimetur, ac alius finis, propter quem ille fit, vt late probamus [a] & ſupra proxime tetigimus. Neque etiam peccat, qui non mutuat principaliter ob lucrum, bona fide aliquid accipiendo a mutuatario, exiſtimans id ſibi amanter, & gratis ab eo dari, licet id non det tã ob gratitudinem, quam ob timorem, ne pecunia a ſe repetatur, vel ſibi alia vice mutuum denegetur, quamuis ſi poſtea id intelligeret, teneretur ad reſtitutionem illius. ſecundum S. Antoninum [b] & Caietanum. [c] Contra vero, ſi dum ſibi dabatur, exiſtimabat non dari ſibi libera voluntate, ſed coacta, accipiendo quidem peccat, etiamſi a principio ſola caritate mutuaſſet. [d]

Addimus & ibidem, quod ex qualita te rei datæ, ex lucro, vel iactura dantis; & ex eo, quod in tali caſu virtus gratitudinis poſcit, probus pœnitens, & prudẽs confeſſarius conijcere poſſunt, an datũ vltra ſortem dicatur datum libera, an coacta voluntate. Diximus etiam, illũ, qui eo quod a ſuo debitore debitum re cuperare commode non poteſt, mutuat illi pecuniam, vt ſibi hac via alterũ tantum, quantum ſibi debetur recipiat, nó peccare, quia nihil ab eo accipit vi mutui, Ioann. Maior. [e] Adiecimus tamen, hoc caſu cauendum eſſe debitori per chirographi debiti redditionem, vel p ſchedulam ſolutionis eius, ne poſtea ipſe vel eius hæres iterum illud petant, vel accipiant ſpõte ſolutum, per ea quæ dicta ſunt in ſimili ſupra. [f] Non peccat etiam, qui accipit aliquid ob iuſtam mercedem laboris ſui vel famuli numerandi magnam pecuniæ ſummam, quia non vi mutui, ſed laboris numerandi ac cipit, neque qui capit aliquid pro ſumptu, & labore mittendi pecuniam mutuatam longe abſenti. [g]

210 In duodecimo notabili & duobus ſequentibus continetur, quod qui vendit, permutat, aut locat minoris iuſto pretio ob anticipatam ſolutionem, eſt vſurarius. Et e contrario omnis, qui vẽdit, permutat, aut locat maioris iuſto pretio maximo, ſiue rigoroſo ob dilationem ſolutionis, per rationem ſupra poſitam. [h] Et quod in hoc ſæpe videtur peccare, qui emunt, vel locant reditus epiſcopatuum & beneficiorum, Magiſtratuum Prouinciarum Dominiorum, oppidorum, tributorum, vendibilium exactiones, & alios cenſus Regum, Epiſcoporum, beneficiariorum, & aliorum priuatorum neceſſitate preſſorum, multo minori iuſto pretio infimo ob ſolutionem anticipatam vnius anni, & minori ob duorum, & multo minori ob trium. Et contra, qui vendunt, aut locant aromata, cinnamomum, piper, &c. pannum, ſericum, lanas, aulæa, libros, papyrum, & alia ſimilia: boues, vaccas, equas, oues, & alia pecora ijs, qui eorũ indigent ad ſuſtentandum, vel quærendum præſentem pecuniam ex eis proti nus reuendendis minoris iuſto pretio. Vendunt, inquam, vel locant maioris iuſto pretio rigido, & ſummo propter dilationem ſolutionis, & tanto plus addunt pretio, quanto ſolutionis dies longior fuerit.

Dixi, *propter dilationem, vel anticipationem*: quia ſecus ſi id fieret propter bellum, peſtem, vel inopiam victus, vel pecuniæ præſentis. Monemus item ibidẽ cauere ſibi debere eccleſiaſticos, & ſeculares prædiuites, qui agros colonis ſuis pluris iuſto pretio rigido locant propter dilationem ſolutionis ſuorum debitorum, aut propter mutuationẽ tritici ad ſerendum, & victus, aut pecuniæ ad alia neceſſaria cum longa ſolutionis dilatione, quibus rebus fatigant eos ſupra modum adigentes ad viuendum miſerius, quam ſi eorum eſſent mancipia, & eos etiam qui reditus ſuos, quam maximo poſſunt pretio locant in auctionibus publicis, allicientes ad augenda pretia pollicitationibus, & donarijs incrementorum, quæ Hiſpani vocant *Puias*, & dilationibus ſolutionum, cogentes illos facere renuntiationes ab omni iure alienas quales ante noſtram ætatẽ pauciſſimas Hiſpania vidit: nulla habita ratione, quod per huiuſmodi ſubmiſſiones, & ad caſus fortuitos obligationes minuitur iuſtum alioqui pretium conductionis: nec habita ratione, quod locantes

a In d. cap. cum miniſ. num. 37.

b 2. par. tit. 1. ca. 7. §. 6.

c 2. 2. q. 78. art. 1.

d Laur. in ca. ſalubriter. de vſu. & S. Antonin. vbi ſupra.

e In 4. libr. ſen. diſt. 15 q. 29. i pri.

f Eod. cap. num. 113.

g Idem Ioan. Maior. ubi ſupra.

h Nu. 206.

cantes tam exceſſiuo pretio ſunt in cauſa, vt conductores vtantur mendacijs, & malis artibus in vendendis eis, vt pretium, quod ſoluunt ex is corradant, quibus, ni vtantur, impoſſibile eſt illud corradere.

211 In decimoquinto habetur, quod intereſſe generaliter dicitur, *eſſe damnum emergens, & lucrum ceſſans: eo quod aliquid fieri ceſſatur*, ſecundum gloſſam.[a] In qua definitione, coniunctio. *Et*, accipitur pro, *Vel*, & verbum, *Fieri*, prout cõprehendat, Non fieri: eo quod non facere ſit facere. [b] Et quod eſt duplex, ſci licet damni emergentis, & lucri ceſſantis. Exemplum damni emergentis, Habeo pecunias ad reficiendum domum, vel emendum æſtate triticum, aut fœnũ, & eas mutuo tibi, quas quia ad prẽſtitutum diem non ſoluiſti, domus corruit, triticum duplo carius emi, pecora fame interiere, aut aliquod ſimile damnum accepi. Exẽplum inter eſſe lucri ceſſantis. Sum mercator, habeo pecunias, quibus merces emere volo ad negotiandum, eas tibi mutuo, & die præfixo non reſtituis, lucrum, quod ob id facere ceſſo, eſt meum intereſſe lucri ceſſantis

Et quod inter omnes conuenit, vtrũque horum contingens ob mutuum peti poſſe tribus caſibus: primo, quando mora in ſoluendo præceſſit. [d] Secundo, cum id ante, aut poſt moram contingit, mutuum tamen datum fuit per aliquã vim Regis, Ciuitatis, aut cuiuſuis alius. De quo tamen acrius tractatur infra. [e]

Tertio, cum a principio conuenit de ſoluendo damno, quibus tribus caſibus non ſolum licet accipere, & exigere, ſed etiam a principio conuenire de ſumma, quæ vltra ſortem ſibi rependẽda eſt ex veriſimili illo intereſſe dãni, aut lucri, vt late prædictus Sotus ſcripſit, [f] quamuis magis quam alij, hanc materiam reſtringere ſit conatus: quod poſtremum hodie non procedit in materia cambiorum per extrauagant. Pij V. tranſcriptam infra, [g] Et quod tota difficultas ſita eſt in caſu, quo quis ſponte, ſine vi mutuat pecunias expoſitas negotiationi, aut rerum frugiferarum emptioni, ob quarum mutuationem ceſſet a negotiatione, & frugiferorum emptione, an is poſſit capere licite intereſſe lucri ceſſantis contingentis ante moram & culpam, nam Innocentius tenet, quod nõ, [h] quem prædictus Sotus laudat, & ſequitur; proteſtatus tamen, quod contrariam, quæ communis eſt, opinionem nõ damnat quam etiam laudandam eſſe, & firmiter tenendam [i] probauimus 14 rationibus, refellendo quas ipſe pro ſua adduxit. Quæ tamen concluſio intelligenda eſt, dummodo omnis dolus, & fraus palliãdi vſuras abſit, & modo non tamquam res acquiſita, ſed tamquã res in ſpe poſita, & q̃ impediri multis modis poteſt, æſtimetur, etiam in contractibus, in quibus etiã hodie licet a principio cõuenire (in cambijs enim hodie, vt proxime dixi, nõ licet) maxime ſi mutuetur res cum pacto de reſarciendo illo, qñ intereſſe lucri ceſſantis non debetur magis, quam intereſſe extra rem dãni emergentis. [k] Ad hoc regulariter nõ debetur, niſi pacto præcedẽte. [l] Ergo ne que illud. [m] Et quod pecunia mercatoris negotiationi expoſita, vel alterius emptioni frugiferæ rei deſtinata, pluris valet quam altera tanta aliorum, & etiã ipſius, illi non ita expoſita [n] Et ita etiã triticum ſatum, vel ſationi deſtinatum, valet pluris, quam alterum tantum abſolute conſideratum. Et quod quamuis facultas, quæ pecuniæ ad lucrãdum ineſt, abſolute conſiderata, eius pretium non plus augeat, quam ſine illa: conſiderata tamen in eo, qui ſcit, & vult vti ea ad iſte lucrandum, facit vt pluris valeat, ſicut facultas generandi, quæ eſt in tritico, abſolute conſiderata, non efficit, vt plus valeat, conſiderata tamen in eo, qui illud non ſatum habet, aut ſationi præparatum, aliud ſimile ad ſeminandum non habens, facit vt pluris æſtimetur ad effectum, vt vendere, & etiam mutuare carius poſſit, & qui furto illud ſuſtulerit, pluſquam alteri reſtituere teneatur. Et quod qui habet aliquid, qđ communiter, nec ſibi, nec alijs pluris quam 10. valet, pluris illud alteri vendere non poteſt, quamuis illi multo plus valeat, tamen ſi ſibi pluris valet, reſte id vendere poteſt eo pretio, quod ſibi valet accipiendo pro eo tanto plus, quanto ſibi plus valet; iuxta S. Thomã, [o] & Scotum [p] receptos. Et quod ſicut operarius pót accipere pretiũ operarum ſuarum

a In verb. poſſib. l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod int. prof.

b l. ſi mora. ff. ſolut. ma. & glo. l. 2. recepta in princ. ff. de verb. oblig.

c Secundũ eandem gl. d. l. 1.

d Gloſſ. celebris in c. cõqueſtus. de vſur. & alia multa ibi citata.

e Eod. nu. 302.

f Lib. 6. q. 1. ar. 3. de iuſ. & iur.

g Eod. cap. num. 300.

h In ca. ſi. de vſur.

i In præd. cto not. 15.

k Secundũ Bart. & cõ. in d. l. 1.

l l. ſi ſteriles. §. cum per uend. to rem. ff. de actio. empt.

m Arg. l. ſi lud. ff. ad l. Aquil.

n Arg. l 3. ſub fin. ff. de eo quod certo loco. & tradit. Cauet. 2. 2. q. 78. ar. 2. quod antea ſenſit Scot. in 4. li. ſen. diſt. 15. q. 6

o 2. 2. q. 77 art. 1.

p In 4. lib. ſent. diſtin. 15. q. 2.

ſuarum, quas omiſit ad preces alterius, qui eas ſoluere promiſit, ſic & mercator lucrum, quod ad preces mutuatarij omiſit propter promiſſionem de reſarciendo intereſſe.

212 In decimoſexto notabili, & trib⁹ ſequentibus continetur, quod non ſunt neceſſariæ tot conditiones ad iuſte capiendum intereſſe lucri ceſſantis ex mutuo, quot Conradus [a] & quidam alij alibi requirunt, licet aliquot earum ſic. Prima enim eſt, vt hic lucrandi modus non tantum ſibi placeat, quantum negotiationis, quod tenet etiam Syluеſter, [b] quæ tamen non eſt neceſſaria, nam iuſtum & iniuſtum non in bonitate, aut prauitate animorum & intentionum, ſed in rerum & operum externorum æqualitate, & inæqualitate conſiſtit. [c] Vnde & recte ait idem Sotus [d] nihil referre, an mutuans ſit rogatus, & quæſitus a mutuatario, an vltro mutuet, modo quod ad iuſtitiam commutatiuam pertinet, ſeruetur. Secunda, quod intereſſe ſit verum, quæ neceſſaria eſt. [e] Tertia, qđ mutuatio, vel nõ ſolutio ſit cauſa amiſſionis lucri, ſecundum omnes, qualis non eſt ſecundum Caietanum & Medinam, [f] quando mutuans pecuniã habet aliam, qua negotietur. Quæ tamen limitatio nõ procedit, ſi aliam pecuniam ad alios fines, veluti ad fortuitas neceſſitates deſtinaſſet, neque negotiationi committere vellet, quod prudentiæ eſt. Quarta, vt dandis vſuris nõ ſit aſſuetus, quia ex tali conſuetudine præſumeretur voluntas exercendi vſuram: quæ tamen conditio non procedit in for[illegible] naſcientiæ, in quo veritas preuale[illegible] ſumptioni [g] & fieri poteſt, vt qu[illegible] alijs vſurarius ſit, & in hoc nor[illegible]inta, vt non recipiat intereſſe p[illegible]am conſtet, quod veriſimiliter [illegible]is fuiſſet. Quod in materia cam[illegible]m videtur hodie ſtatutum per exagãtem Pij V. tranſcriptam infra. [h] xta, vt mutuatarius non egeat extreme, quæ non videtur neceſſaria: quia non tenetur ex præcepto ſubuenire illi gratis, imo ſatisfacit mutuando, vt cum poterit ſoluat, per dicta ſupra, [i] & mutuare ſine intereſſe, eſſet donare. Septima, vt mutuans ob hoc, non incurrat infamiam vſurarij apud ſimplices, æſtimantes, illud intereſſe eſſe vſurã ob ſimilitudinem, cum omnis ſpecies mali fugienda ſit, [k] quæ conditio, quamuis ad euitandum peccatum ſcandali neceſſaria ſit: non tamen ad euitandam vſurã, & obligationem reſtituendi, quæ ex ſola iniuſtitia naſcitur, per dicta ſupra, [l] quale non eſt peccatum ſcandali, quod eſt contra caritatem. [m] Octaua, quod cauſa principalis mutuandi ſit ſubſidiũ neceſſitatis vitæ, ſalutis, honoris, aut bonorum proximi: quæ tamen non eſt magis neceſſaria, quam prima per dicta in ea, licet ſit honeſtiſſima. Noua, vt non capiat, neque paciſcatur totum intereſſe, quod veriſimiliter exſpectatur, ſed ſolũ tm̃ quantũ valet illa veriſimilis exſpectatio: imo, quod nec hoc nunc in cambijs fieri poſſit, videtur probari per prædictam extrauagantem vt ibi dicam. Et quod conſequenter, qui cogitur ſoluere pœnam, vel intereſſe creditori ſuo, eo quod mutuatarius ſuus nõ ſoluit ei mutuum ſtato die, licite poteſt ab eo recipere illud, quod ſic ſoluit: & etiam compenſationem damni accepti ob venditionem rerum ſuarum minoris, quam valerent, aut emptionem tritici, & vini cariori pretio, eo quod ſtato die debitũ ei non ſoluit: quia non accipit ratione mutui, ſed ratione intereſſe creditori ſuo emergentis, ſecundum omnes, etiam ſi promiſſio de ſoluendo eiuſmodi damno nõ præceſſerit. [n]

Ibidem etiam continetur, quod non poſſint quidquam capere iuſte ratione intereſſe lucri ceſſantis ij, qui nolũt, vel non poſſunt negotiari, nec res frugiferas emere & mutuant ad intereſſe: neq; illi mercatores, qui certa pecuniæ ſumma negotiantur, & non maiori, & aliam quam habent ad intereſſe mutuant: neque qui multas pecunias in nundinas important, & emptis mercibus ſuo propoſito ſufficientibus reliquas pro intereſſe mutuant: quia nullum intereſſe verum prætendere poſſunt per prædicta. An autem, qui ſuas, vel aliorum grãdes pecuniarum ſummas alijs atq; alijs tradunt in vnis nundinis, ſoluendas in alijs cum aliquo lucro, aliqua ratione defendi poſſint? dicetur infra. [o]

213 In notabili vigeſimo, & duobus ſeqq. continetur, quod montes Pietatis erecti

a *In q.3.de contract.*
b *Ver.uſur. q.19.*
c *Ariſt.2. & 5.Ethic. & D.Tho. 2.2.q.38. artic.10.& q.59.art.2.*
d *lib.6.q.1. art.3.de iuſtit.& iur.*
e *Iuxt.mentem gloſ.& omnium in d.c.conqueſtus.*
f *Vbi ſupr.*
g *cap.tua deſponſ.*
h *Nu.3*
i *Eod.c.nu. 60.*
k *1.ad Tho. 5.& c.cum ab omni de uſu,& honeſta. cler.*
l *Eo.nu.6.*
m *S.Thom. 2.2.q.43. in prin.*
n *Arg.l.numis.ff.de in lit.iur.& l. Iulianus in princ. ff.de actio.empt.*
o *nu.199.*

erecti modo infradicto, sunt liciti, quod contra Caietanum [a] & Sotum [b] probatur efficacissimis argumentis, dilutis eorum rationibus. Modus vero est hic, Aliquis opulentus deputat aliquam quantitatem tritici, vel pecuniarum ad mutuandum quotannis pauperibus, pignoribus ab eis acceptis: quo pro quantitate accepta, & pro tempore, quo ea non soluerint exiguum aliquid singulis mẽsibus soluant pro victu, & salario eorũ, qui habebunt curam dictum triticum aut pecuniam custodiendi, mutuandi, recuperandi, & restituendi pignora tẽpore opportuno.

Et quod gener licite recipit fructus pignoris fructiferi traditi sibi a socero, in securitatem soluendæ dotis, [c] quia non capit eos, vi mutui veri, vel palliati, sed alia ratione, quæ a varijs varia redditur, vt monstrat prædictus Couarruuias, [d] sed nulla satisfacit per ea, quibus breuissime confutamus ibidem cõmunem, & aliam Anan. & aliam Medinæ, & aliã Soti, & aliam Fortunij, olim a nobis probatam, subdentes aliam genuinam fundatam in donatione tacita dotantis, & tradentis pignus, quæ colligitur ex multis in donatione concurrentibus, quæ ibi sinuantur. Ex qua intulimus quatuor. Primũ, quemlibet maritũ, quamuis non sit gener eius, qui tale pignus dedit, posse fructus eius percipere, nõ computando eos in dotem promissam: nisi contrarium exprimatur, quam libet longum tempus solutioni dotis præfigatur, modo obligatio dotem soluendi esset ad præsens tempus, licet solutio differretur accepto pignore Secũdum posse maritum pacisci cum eo, qui dotem promisit, & non soluit, vt quoad soluatur in singulos annos pro subsidio onerum matrimonij pendat tantum, quãtum aliquis mediocriter industrius ex illa dote, ipsa salua capere posset, qđ Panorm. [e] & alij multi relati per Couarruuiam, [f] & etiam Sotus tenent, quidquid Ioann. Lup. [g] dicat. Tertiũ, verum esse, quod insinuauit Sotus: [h] maritum scilicet, qui dotem recepit, & heredes eius in casu diuortij teneri vxori viduæ, aut separatæ ad alimenta prębenda, quæ salua manente dote, dari possunt, quoad illi ea persoluatur.

Quartum, quod iuste obseruari possunt statuta terrarum, vt qui dotem promittit, quoad soluat, & maritus, & ipsius hę redes, quoad dotem viduæ, aut separatæ reddant, certum quid ex centum in singulos annos pendant.

QVI PECCANT PECCATVM vsuræ circa mutua.

214 *Mutuum qui soluit æque bonum, & stato die, ut peccat.*

214 *Vsuram, qui credit non esse peccatum mortale, hæreticus.*

214 *Vsura circomspecte definita, & declarata.*

214 *Vsurarius confiteatur quotics soluit fœnerari.*

215 *Vsura quando mutuare, proposita pœna, &c.*

216 *Pignoris industrius culti fructum retinere an vsura.*

217 *Pignoris fructus quando bene capiantur, cum pacto commissorio.*

217 *Fundi pignorati fructus, qui bene capiantur, & seqq.*

219 *Vsura an sit mutuare rem, ut reddatur cum pluris ualebit.*

220 *Vsura, vt sit mutuare, vt molat in suo molendino. & seqq.*

222 *Donare licet, ut reddat duplũ, si moriatur intra tale tempus.*

223 *Mutuare Regi, ut officium conferat peccatum.*

223 *Medico mutuare, ut medeatur gratis an liceat.*

224 *Mutuare, aut uendere granum pro grano, ut liceat.*

225 *Debitum granum, qui non petit, donec pluris ualeat.*

226 *Mutuans pecuniam argenteam pro aurea, uel contrario.*

227 *Emens triticum, uinum aut oleum, quod elegerit.*

228 *Pretium iustum, triplex, imum, medium, summum.*

229 *Vendere quis tenetur minus quam emit.*

230 *Emens ab eo, quem credit eam nõ habere, & statim locat*

231 *Emens minoris debita lege post soluexda, & seq,*

233 *Mutuans mutuo accepta pro usura ob illa promissa, & seq.*

234 Cen-

a Tom. 2. Dpuscolorũ, Tract. 6. de Mont. Pietatis.

c lib. 6. de iust. & iur. q. 1. art. 6.

c Per c. salubriter, de vsur. & l. pater, ff. de dol. mal.

d In cap. 1. lib. 3. uariarum Resol.

e Dicto ca. salubriter. fVbi supra.

g In repet. c. p vestras not. 6. de donat. int. vir. & uxor.

h lib. 6. q. 1. art. 2. de iust. & iur.

234 *Cenſus ut reſtituendus.*
234 *Extrauagantis Pij V. edita ſuper cenſibus tenor. & ſeqq.*
239 *Mutuans ſub uſura pro re pauperi dãda, uel pro iniuria remittenda.*
239 *Vendere, ut plus Maio ualebit ſit contentus medio eius, quod toto ualebit & ſeq.*
241 *Vendens alicui, quod reuendendum eſt, & emens illud.*
242 *Deponens pecuniam cum pacto, aut intentione lucrandi.*
242 *Vſura in deponendo, & a depoſitario accipiendo.*
243 *Vendens equum maioris, quam ualet, licet poſt tantum ualeat.*
244 *Vſura eſt ſoluere famulis alicuius, ut poſt auctarium capiat.*
245 *Vſura eſt ſoluere ante diem ſtatutum ob lucrum.*
246 *Vſuram iuratam non ſoluere quando peccatum.*
247 *Actio, & paſſio eiuſdem rei dantur contraria bona, & mala.*

OCtuageſimoſexto peccat mortaliter, qui res mutuatas non ſoluit ſtato die in rebus eiuſdem generis, & bonitatis: niſi impotentia, vel cõſenſus expreſſus, vel tacitus creditoris excuſet aut alia ſupradicta. [a] Peccat præterea, qui mutuat aliquid ob lucrum notabile pecunia æſtimabile, conuentum ex preſſe, aut tacite, aut principaliter ſperatum cum obligatione reſtituendi niſi antequam recipiat peniteat, per dicta. [b] Et notandum vſurario non ſufficere, vt confiteatur, quoties ad vſuram dederit, oportet vt dicat, ſi ſcit quoties ſecum animo deliberato dare conſtituit. Et ſi diſtincte ignorat numerum verum, dicat veriſimilem, plus minuſve: vt fieri debet in omnibus peccatis mortalibus, quorum numerus certus ignoratur, vt dictum eſt: [c] & in ſpecie Ioann. Maio. [d] Idem ſi a principio ſine ſpe principali lucri mutuauit ex ſola caritate: & poſtea illam concepit, & popoſcit illud, per ibi dem dicta. Idem de illo, qui non vult proferre diem ſolutionis debiti abſque aliquo lucro: niſi pro ſuo vero intereſſe accipiat, per prædicta.

215 Octuageſimoſeptimo peccat, qui mutuat appoſita pœna niſi intra diem ſtatam ſoluerit ei quem iam a principio credebat ad eam diem ſoluere non poſſe, cum obligatione reſtituendi, ſecundum Scotum, & communem. [e] Idē ſi pœnā exigit ab eo, qui ſine ſua culpa per impotentiam eam non ſoluit, quia regulariter vbi non eſt culpa, pœna eſſe non debet. [f] Idem ſi ſoluta parte debiti totam pœnam exigit, ſaltē quando obligatio eſt diuiſibilis. [g] Sed non ſi pœnam poſuit, vt timore eam incurrendi ſoluat, præſertim optando potius ſolutionem, quā pœnę incurſionē. [h]

216 Octuageſimooctauo, qui creditor vtitur fructu, vel vſu pignoris ſibi tradi-ti cum pacto non computandi illum in ſortem, in quam eſt computāda omnis commoditas, quam ex eo percipit dedu ctis impenſis legitimis, vt ſupra [i] dictum eſt. Quæ deductio eſt in cauſa, quod vſuram non committat, qui tantum in pignore impendit, quantum vtilitatis ex eo percipit. Nec conſequenter, qui equum paruæ vtilitatis in pignus accipit cum onere alendi eum. Neque qui domum egentem tanta, vel maiori impenſa refectionis, quam penſio eius valeat. Non tamen putamus eſſe tutum illud Soti. [k] quod non tenetur in partē ſolutionis accipere fructus collectos ex pignore, quos debitor non colligebat, nec colligere cogitabat. Tum quia ſuffi cit eſſe fructus bonorum debitoris, & eos nullo iuſto titulo a creditore retineri poſſe. Tum quia alioquin dicendum eſſet, creditorem, qui ſolerti induſtria ter tantos fructus colligeret, quam debitor cogitabat, eum ad reſtituendū, quod amplius collegiſſet, non teneri, q palam eſt abſurdum.

217 Octuageſimonono, qui mutuator accipit pignus cum pacto legis commiſſoriæ, ſcilicet, vt niſi ad præfixum diem redimatur, ſit venditum, addēdo, quod omnes fructus, aut pars eorū, quæ vſque ad eum diem caperentur, eſſent ſui. [l] Secus tamen, ſi prædicti fructus manerent debitoris, vel in ſortem, vel intereſſe computarentur: quia pactum legis commiſſoriæ appoſitum in pœnā ſine fraude vſurarum valet: & etiam appoſitum, vt lapſo die luendi pignus eſſet venditum iuſto pretio, [m] quæ ſunt de mente Panormitan. [n] S. Antonini [o]

&

a num. 54.
b Supr. eod. num. 110.
c In cap. 6. nu. 15. ſup.
d In 4. libr. ſen. diſt. 15. q. 29.
e In 4. lib. ſen. diſt. 15.
f Cap 2. de conſtat.
g cap ſuam cum. glo. & communis, de pœn.
h dic. c. ſua l. ſi pac. que pœnam. C. de pact.
i Eod. c. nu. 25. & 26.
k lib. 6. q. 1. art. 2. de iuſti. & iur.
l cap. ſignificauit cum ei adnotat: de pign.
m l. ſi fundus, § ſi. ff. de pignor.
n In d. c. ſignificauit.
o tit. 1. c. 17.

& Sylueſt.[a] Secus item eſt, ſi dñs directus in pignus accipiat prediū feudale.[b] Quod ipſum dixit de dño directo accipiente in pignus prædium emphyteuticum,[c] quem ſequimur: quamuis dubitet Ioann. And.[d] & eiſdem Barba.[e] cōtradicat: modo tria concurrant, quę etiā in feudo concurrere debent.

218 Primum, quod nihil aliud debitū ex contractu emphyteutico præter fructus accipiat. Secūdū, vt illud prædium non ſit effectum melius, ſeu melioratum ab emphyteuta, iuxta Sylueſtrum.[f] Qđ verum eſt, quoad partem fructuum, qui ex melioratione capiuntur, & non quo ad alios, qui ſine illa perciperentur. Tertium, quod emphyteuta dominiū vtile emphyteuſis gratis, aut fere gratis obtinuerit, vt cōmuniter feudatarius ſolet obtinere: nā ſiue ille, ſiue feudatarius ad obtinenda ſua vtilia dominia magnam ſummā pecuniæ ſoluit, non poteſt capere fructus ſibi, ſaltem quando penſio, ſiue reſpōſio pro eis ſoluēda longe minor eſt fructuū valore, iuxta cōmunē, quam ſequuntur Angel. & Sylueſt.[g] & Ioann. Maior.[h] Sed tanto plus ex fructibus retinere poterit, quanto minus pretium iuſto dominus vtilis directo dedit.[i]

219 Nonageſimo peccat, qui mutuat triticum, aut aliquid mutabile, eo pacto vt ſibi reddatur tempore, quo veriſimiliter creditur eius pretium auctum iri, & ipſe vſque ad illud non erat ſeruaturus, cum obligatione reſtituendi,[k] quia lucratur aliquid ex mutuo; ſecus ſi veriſimiliter dubitabat, an tunc pluris, aut minoris eſſet valiturum. Secus item, ſi ad illud vſque tempus ſeruaturus erat, & libertatem ſoluendi intra illud tempus debitori non adimit.[l]

120 Nonageſimoprimo peccat, qui mutuat aliquid mutuabile cum pacto, vel intentione principali, vt in ſuo molendino molat: aut in ſua taberna emat: aut ad ſuam ſcholam veniat: aut in ſuo prædio laboret, iuxta mentem Panor.[n] & debet eum ab illa obligatione liberare, & pro illa iudicio boni viri ſatisfacere,[o] quamuis Sylueſter[p] dicat, vt pauperibus tribuat. Quod procedit, etiam ſi mutuatarius, nil aliud, ob hoc perdat, nec mutuatori aliud commodum acquiratur, quam quod ille ſit obligatus in ſuo molendino molere, aut in ſua taberna emere, &c. quidquid dicant Angel. Roſel & Adrian.[q] quia illa obligatio molendi, aut laborandi, in tali loco eſt lucrū pecunia æſtimabile: & ideo quamuis non teneatur quidquam ex pretio, aut vtilitate iuſta, quam ob illud cœpit reſtituere, tenetur tamen eum ab illa obligatione in futurum liberare, & pro pretio, iudicio boni viri, ſatisfacere. Idē dicendum eſt de mutuante cum pacto, vt ſibi vendat ſuum triticum, vinum, aut lanam etiam iuſto pretio.

221 Dixi, *Cum pacto uel intentione principali*: quia mutuare cum pacto vel intentione minus principali, quod mutuatarius illa ex gratitudine faciet, non eſt vſura, per dicta ſupra.[r]

Nonageſimoſecundo, qui mutuat in Flandriam, aut in aliam regionem proficiſcenti cum pacto, vt ſic dixerim, ut aſſecuraret illud per ipſum dato ei aſſecurationis pretio, etiam iuſto,[s] quia ex mutuo lucratur obligationem aſſecurandi eum ab ipſo, ſecundum communem.[t] Secus ſi libere mutuauit, & poſtea conuenerint, vt mutuator aſſecuraret certo aliquo pretio, quia id nō ex mutuo, ſed ex aſſecuratione lucratur,[u] qui contractus ſecuritatis eſt licitus, & Reipub. vtilis, ſecundum S. Antoninum receptum, vt dicetur infra.[x]

222 Nonageſimotertio, qui mutuat aliquid cum pacto, vt ſi mutuarius intra certum tempus moreretur, liber eſſet: & ſi viueret duplum redderet, quia ex mutuo lucratur illam obligationem ſoluendi duplum, quamuis dubiam,[y] ſecus ſi donaret gratis, abſque fraude, quo donatarius, ſi vſque ad tale tempus vixerit duplum reddat: quia nullum ibi mutuū interuenit, ſed eſt contractus innominatus, do, vt mihi des.[z]

223 Nonageſimoquarto peccat, qui Regi, vel magnati mutuat cū pacto, vel intentione principali, vt ſibi conferat aliquod officium pecunia æſtimabile, licet id, quod tali officio lucratus eſt, reſtituere non teneatur: ſecus, ſi principaliter mutuat, vt eius amicitiam ſibi cōparet cum ſpe ſecūdaria, & minus principali, quod ſibi illud officium conferet, per dicta ſupr. eod. a nu. 209. Idē de eo, qui alicui mutuat cum pacto, vt eum iuuet,

[a] *In Roſa aurea, caſ. 18.*
[b] *c. conqueſtus. c. 1. de uſur. adiuncta. gl. fin.*
[c] *Imol. in c. 1. de feud.*
[d] *In c. 1. de uſur.*
[e] *In d. ca. 1. de feud.*
[f] *Verb. feudum, q. 30.*
[g] *Verb. feudatarius, §. 33.*
[h] *Exo. q. 10.*
[i] *In 4. libro ſent. diſ. 15. q. 31.*
[k] *Argu. l. quæ de tota ff. de rei. uē. dic. ca. paſtoralis, §. ité, cum totum de offic. deleg.*
[l] *c. in ciuit. c. nauiganti, de uſur.*
[m] *Ang. uerbo, uſur. 1. paragr. 30.*
[n] *In cap fi. de uſur.*
[o] *Caieta. in ſumma uerbo uſu. exterior. caſ. 8.*
[p] *Verb. uſu. 1 q. 7.*
[q] *In 4. de reſtit. Gabr. in 4. lib. ſen. di. 16. q. 11. ar. 3. in prī. Ioan. Maio. in eod. 4. d. 25. q. 25.*
[r] *Eod. nu. 209. & in ſpecie dix. t Sylue. uerb. uſur. 1. q. 7. s cap nauigāti de uſu. t In d. c. nauiganti.*
[u] *Caiet. ſūma uerb. uſura exterior. ca. 12. & Io. Maio. in d. 4. libr. ſent. diſ. 15. q. 4. arg. 3. S. Anton. 1. part. t. 1. c. 6. parag. 4 6*
[x] *Eod. capi. nu. 282.*
[y] *Syl. uerb. uſu. 1. q. 36*
[z] *l. natura ff. de preſcr. uerbis.*

iuuet,pro ſe deprecet,vt doceat, vt ſcri bat,aut aliud quid ſimile pecunia æſtimabile faciat. Idem de eo qui medico mutuat cum pacto, vt ſibi medeatur: ſiue ſit alius medicus,qui ſibi poſſit me deri,ſiue non,quidquid diſtinguat Medina. [a] Idem de illo, qui mutuat alteri cum pacto, vt ille ſibi mutuet alia vice alterum tantum, ſecundum gloſſam: [b] quidquid dicat Adrianus, [c] niſi quādo ſolum obligat per pactū ad id, ad quod iure naturali gratitudinis obligatur, ſecundum aliam gloſſam. [d]

224 Nonageſimoquinto peccat, qui mutuat alicui triticum vetus cum pacto,vt alterum tātum recens ſibi reſtituat, ſciens recens melius, & maioris pretij fore, quā ſuum tempore mutui, & ſolutionis,per ſupradicta,& per dictū Sylueſtri, [e] maxime ſi libertatem ſoluendi,quando libuerit,adimit,& obligationē reſtituendi recens imponit.Secus tamen ſi principaliter mutuat, ne ſuum corrumpatur,& valet,aut valebit tanti,vel pluris tpe mutui, vel ſolutionis,quam recens ſibi ſoluendū, ſiue qa eſt maior penuria eiuſmodi tritici, qn mutuo datur, ſiue quia ſiccius eſt recenti, & ideo ex hoc plus quam ex altero capit menſura,ſiue quia eius ſubſtantia eſt melior. Imo non peccaret,qui faceret pactum,vt plus tritici recentis, quā datum eſt reddatur: modo veriſimiliter non valeat pluris illud plus recens reſtituendum, quam vetus,cum mutuatur, vel cum mutuans illud eſt vēditurus, quia in hoc nihil lucratur ex mutuo,qui mutuat. nec qui accipit,perdit quidquam, iuxta cōmunem [f] quamuis mutuator videt damnū, quod ei ex corruptione tritici euenire poſſet,quod iuſte velle pōt abſq; damno mutuatarij, vt recte Sylueſter [g] inſinuat: quia non ēt eſt vſura tempore caritatis annonæ triticum æſtimatum pretio, quo tunc venditur mutuare cum pacto, vt tēpore ſolutionis reddatur triticū pretio, quo tunc valebit,quia in effectu eſt vendere triticum, & dilationem ſolutionis concedere, iuxta omnium mentem, [h] niſi per leges iuſtas eſſet prohibita eiuſmodi tritici anticipata emptio, vt eſt prohibita per leges Caſtellæ tritici,anticipata emptio ad reuēdendū, & etiā pro ſua domo, niſi pretio quo viginti dies ante, & viginti poſt ſacrum diem S.Mariæ Septembris valebit in Metropoli loci,vbi emit. [i]

225 Nonagemoſexto,qui quod ſibi debetur, non vult recipere vſque ad tempus,quo eius pretium creſcat, cum debitor illud tempus expectare non teneatur,quia vult lucrari impenſam, quam in cuſtodiēdo faceret,& periculū amiſſionis vitare.Idem de illo,qui alteri mutuat cum pacto,vt tali tempore, & non ante reſtituat: aut in alio loco extra illum,in quo iure tenetur,reddat, [k] quia illam obligationem, quæ pecunia æſtimabilis eſt,vltra ſortem lucratur.Nō tamen peccat,qui non petit triticum, qđ ſibi debetur, vſque ad annum aut tps, in quo carius erit,niſi directe,aut indirecte debitoris ſolutionem impediat, vt (noſtro iudicio) impedit diues, qui nolens,vt pauper Auguſto anni fertilis ſoluat, prædicit ei, vt illo tritico ad ſuā vtilitatem vtatur, & nullo pudore afficiatur,eo quod nō ſoluit.Ad quas fraudes vitandas prudenter ſtatutum eſt in Luſitania, vt qui triticum mutuo datū ante diem S.Mariæ Aug. non petierit, non poſſit petere vſque ad ſequentem annum.

226 Nonageſimoſeptimo peccat, qui pecuniam argenteam mutuat, vt aurea ei ſoluatur,ſi ideo hoc faciat,vt in æſtimatione lucretur, [l] quamuis bene poſſit pecuniam atgenteam aurea,& aureā argentea emere & vendere, & ēt lucrū aliquod moderatum accipere, [m] quia non lucratur ex mutuo, ſed ex permutatione,emptione vel venditione,ſicut etiam ex commodatione pecuniæ,vt pignori detur,ad oſtentationem diuitiarum, quo aptius vxorem ducat, aut ob alium ſimilem finem,quia ad huiuſmodi fines,etiam pecunia numerata commodari pōt, [n] & tradit Scot. receptus. [o]

227 Nonageſimooctauo, qui triticum, vinum,aut oleum, alicuius prædij ante meſſem,vel vindemiam minoris ob anticipatam ſolutionem emit, quam collecta ſunt valitura, [p] ſecus tamen ſi æquo pretio, licet minori ob periculum, ſi cui ſubijciūtur, emeret. [q] Nec interēſt,an ematur definite triticum talis agri,aut vinum talis vineæ, aut cum facultate

a In Cod. de reſtit.
b Sing. quæ eſt ſecunda.c.1.14. q.3.
c In 4. de reſtit.
d Quæſt.1. eiuſdem c.
e Verb.uſu. 1.q.1.
f In d.c.nauigiam. & c. in Ciuit. de uſur.
g Ver.uſur. 1.q.15.
h In d.cap. Ciuit.de uſur.S.Anto. 2.par. c. 7. §.13.
i l.13.& l. 14.legum Madritij, ann. 1528
k Anton. ubi ſup.
l Hoſtien. in ſumma. de uſur. §. an aliquo ſub finem.
m Caiet. in ſum. uerb. uſur.notab. 2. col. 12.
n l.3.§.fin. & l.ſeq. ff. commod.
o In 4. lib. ſent.diſ. 15
p Panor.in cap. nauig. num.6. per illum text. de uſur.
q l.fiſtulas. §.fruméta. ff.de cōtra. empt.

cultate deligẽdi triticum talis agri, aut vinum talis vineæ, vt libuerit, modo qđ æquum fuerit plus ob illam optionem ſoluat, & ſic intelligendum eſt, quod Gab.[a] & alij ſcribunt.

228 Idem de eo, qui aliquid minoris iuſto pretio, ob anticipatam ſolutionẽ emit, aut carius iuſto pretio, ob eandẽ dilatam vendit, vt dictum eſt ſupra.[b]

Iuſtum pretium intelligo, ſiue ſit infimum, ſiue medium, ſiue ſupremum, qa non conſtat in indiuiſibili: habet enim latitudinem, vt traditur infra.[c] Vnde quis iuſte pannum, cuius pretium infimum eſt decem, & medium decem cũ medio, & ſupremum vndecim, emit de cem, ob anticipatam, vel præſentem ſolutionem, qui non vẽderetur ei, niſi vndecim dilata ſolutione, & contra iuſte vendit quis eundem vndecim dilata ſolutione, quem libenter venderet decem preſentibus. Qui vero emeret minoris anticipata ſolutione, vel maioris venderet dilata, peccaret cum vinculo reſtituendi per ſupradicta,[d] per quæ conciliandi ſunt doctores, qui ſibi contrarij videntur.

229 Notandum tamen vnum non ſolũ decipi exiſtimantẽ, ſe iuſto pretio ſuas merces vendere, quoties nõ pluris, quã emit ſumptibus, & moderato lucro numeratis vendit, vt recte Sotus inſinuauit,[e] quia fieri põt, vt ſumptus eius ſit immoderatus, aut quod deceptus fuerit carius emendo, aut quia abundantia eiuſmodi mercium, quæ confluxerint, illarum pretium diminuerint. Quare ali qñ vendere debebit minoris, quã emit, q̃uis dilata ſolutione vendat, ſi tunc vẽdere volucrit, & aliqñ cum maiori lucro, quam ſolet, ẽt præſenti pecunia vẽdere poterit, quia parum impendit, aut quia contingit emere minori pretio eiuſmodi merces, vbi emit, quam quo detulit, imò ob inopiam augetur.[f]

230 Nonageſimonono peccat is, qui pecora, vel prædia emit ab eo, quem credit ea non habere, & ſtatim certa penſione ea eidem locat, cum obligatione reſtituendi penſionem, quam ex re, quæ nõ erat, ceperit.[g] Secus ſi probabiliter credebat, illa eum habere, & bona fide emit: nec tenetur reſtituere, etiam poſt cognitã veritatẽ id, qđ ex ea inſumpſit bona fide, imò neque id, quod non inſumpſit, & quo factus eſt ditior, ſi qñ ea emit, volebat emere talia, & emit ab illo, eo quod ea obtulit vendenda, & ideo non emit alia ab alio, & ita pro ſuo intereſſe põt retinere, iuxta dicta ſup.[h]

231 Centeſimo peccat, qui centum ſol uenda a ſe, vel ab alio alteri in fine anni emit, vel redimit, ſoluẽdo in principio eius aliquid minus, puta 20. vel 30. ob anticipatam ſolutionem, & tenetur reſtituere, Gabr.[i] Caiet.[k] & latius Antoninus,[l] niſi id faceret, eo quod debitum non eſt liquidum, aut quia labor, impenſæ, aut periculum ſubeunda ſunt in eis recuperãdis, vel illa quibus emit, habet deſtinata negotiationi, aut frugiferorum emptioni, & ex qua veriſimiliter illud minus, quod alteri ſoluit, lucraretur, præſertim ſi id facit rogatu venditoris, Medin.[m]

Nobis tamen videtur verum id, quod Caietanus dixit,[n] & ante illum, & alios Innoc. cui nemo ibi contradicit,[o] videlicet iuſte minoris emi poſſe debita, q̃ non ſunt ſoluenda vſque ad annum fin, vel tertium, vel decennium, &c. quam ſi præſenti die ſoluenda forent. Tum, quia minus eſt habere actionem, quam rem.[p] & alia quæ congerit Dec.[q] Tum quia hoc non eſt mutuare, ſed emere, & non emere numos ſibi ſoluendos, ſed ius, eos ab hinc ad aliquod tps recuperandi. Tum quia hoc ius, quod vno anno eſt inutile, minoris valet, quam ſi eſſet ſtatim vtile. Per qđ periclitatur id, quod ipſemet Caiet dixit,[r] ſ. eum, qui debet centum aureos in fine anni, non poſſe eorundem remiſſionem in principio anni minoris centum emere: nam qua ratione poteſt tertius illam actionem emere, eadem poterit ipſemet, cõtra quem datur, redimere, quidquid in hoc Sotus dicat. Cuius tamen, & Caietani opinio ſaluari poteſt, intelligendo de redemptione facta minoris ob ſolam ſolutionis anticipationem, vt in principio huius caſus inſinuauimus, & ſupradicta procedunt, quando ob alios præcedentes reſpectus minoris emuntur, ceſſante omni fraude vſurarum. Et ad hanc concordiam reduci debet S. Thos relatus, & probatus a S. Antonino,[t] & late Ang.[u] & latius Sylueſter,[x] qui-

a *In 4. lib. ſent. diſt. 15. q. 11. art. 1.*
b *Nu. 210.*
c *Ca. 23. a num. 78.*
d *Nu. 210*
e *Lib. 6. q. 3. de iuſt. & iur.*
f *Arg. nota. in l. pretia rerum. ff. ad l. Falc. ex per Caie. 2. 2. qõ. 77. ar. 1.*
g *Arg. l. 1. & totius ti. ff. de condi. ſine cauſa.*
h *Eod. c. n. 231. Ange. verb. vſu. 1. §. 71. Sylu. verb. uſur. 2. q. 6. Ioan. Maior in 4. lib. diſt. 15. q. 46.*
i *In 4. lib. ſent. diſtin. 15. q. 12. ar. 3. dub. 4*
k *In ſum. uerb. uſur. notab. 2.*
l *2. par. tit. 1. cap. 8. §. 3. & 4.*
m *In C. de reſtit. q. 18. in fine.*
n *Verb. uſu. ſub fin.*
o *In ca. in Ciuit. de uſur.*
p *l. minus. ff. de regul. iur.*
q *In regul. qui actioni. ff. eod.*
r *In dicto notat. 2.*
s *Ad lectorem Florentinum.*
t *2. par. tit. 1. c. 8. §. 4.*
u *Verb. uſur. 2. §. 64*
x *Verb. uſur. 2. quæſt. 14.*

qui idem, quod Caietanus & Sotus ſentire videntur; quæ tamquam quotidiana, & iuridica notanda ſunt. Nó obſtat, quod hinc conſequeretur diuitem poſſe dare alteri centum ſoluenda poſt annũ cum aliquanto auctario: quia reſpondetur negando ſequelam. Tum quia, vt dictum eſt, hæc intelligũtur ceſſante fraude vſuraria, quæ in eo non ceſſat. Tum quia actio, de qua loquimur, iuſte vendi tur, [a] qualem non habet vendendam is, cui dies dat illa.

a l.2.cum ſeq.ff.de hæred.uel act. uend.

233 Centeſimo primo peccat, qui centum mutuó ab aliquo pro lucro decem accipit, & eadem alteri precanti pro lucro aliorum decem ratione mutui ſoluendorum mutuat, Ioannes Maior. [b] Secus tamen, ſi illa decem accipit ratione intereſſe damni, quod alias pateretur, per ſupradicta. [c]

b In 4.libr. ſen.diſt.15. q.9.art.7.

c nu. 211.

234 Centeſimoſecundo, qui emit cenſum perpetuum, vel temporarium, redimibilem, vel irredimibilem ſine conditionibus ad id requiſitis, ſuper quarum numero, & veritate remiſimus Lectoré in Hiſpano. [d] Cuius ſummam ſupra [e] retulimus in hoc latino, excepto illo notabili, cuius ſumma hic ex parte relata fuit; quorum loco ſubijcimus extrauagantem, quam ille numquam ſatis laudatus Pius V. poſt noſtrum in Vrbem appulſum, in hæc verba promulgauit.

d ad no.22 Commentarij ca.1.14. q.3.

e nu.213.

PIVS EPISCOPVS SERVVS ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

CVm onus Apoſtolicæ ſeruitutis obeuntes cognouerimus innumeros celebratos fuiſſe, & in dies celebrari cenſuũ contractus, qui nedum non continentur intra limites a noſtris anteceſſoribus eiſdem cõtractibus ſtatutos: verũ etiã, quod deterius eſt cõtrarijs omnino pactionibus, propter ardentẽ auaritiæ ſtimulum, legum etiam diuinarũ manifeſtum contemptum præ ſe ferunt, non potuimus animarum, prout tenemur, ſaluti conſulentes, & piarum mentium petitionibus etiam ſatisfacientes, tam graui morbo, lethiferoque veneno ſalutari antidoto non mederi.

235 *Hac igitur noſtra conſtitutione ſtatuimus, cenſum, ſeu annuum reditum creari, conſtituiue nullo modo poſſe, niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, & deſui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus deſignata ſit.*

Rurſum, niſi vere in pecunia numerata præſentibus teſtibus ac notario, & in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius recepto integro, iuſtoque pretio.

Solutiones, quas vulgo anticipatas appellant, fieri aut in pactũ deduci prohibemus. Conuentiones directe aut indirecte obligantes ad caſus fortuitos eum, qui alias ex natura contractus non teneatur, nullo modo valere volumus. Quemadmodum nec pactũ auferens, aut reſtringens facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam, quia volumus rem ipſam ſemper, & libere, ac ſine ſolutione laudemij, ſeu quinquageſimæ, aut alterius quantitatis, vel rei tam inter viuos quam in vltima voluntate alienari.

Vbi autem vendenda ſit, volumus dominum cenſus alijs omnibus præferri, eique denuntiari conditiones, quibus vendenda ſit, & per menſem expectari.

236 *Pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cãbium, ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad ſdaria, ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubiectã, ſeu aliquã eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem cõtractu, ſiue aliunde acquiſitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere ex toto irrita ſint, & nulla. Imo, & cenſum augeri, & noue creari ſuper eadem, vel alia re in fauorem eiuſdem, aut perſonæ per eum ſuppoſitæ pro cenſibus temporis, vel præteriti, vel futuri omnino prohibemus. Sicuti etiam annullamus pacta continentia ſolutiones onerũ ad eum ſpectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non ſpectarent.*

Poſtremo, cenſus omnes in futurũ creandos non ſolum re in totũ, vel pro parte peremptã, aut in fructuoſa in totũ, vel pro parte effectã volumus ad ratã perire: ſed etiã poſſe pro eodem pretio exſtingui, non obſtante longiſſimi etiam temporis, ac immemorabili, imo centum & plurium annorum præſcriptione, non obſtantibus aliquibus pactis directe aut indirecte talem facultatem auferentibus, quibuſcumque verbis aut clauſulis concepta ſint.

Cum uero traditione pretij reditus exſtinguendus erit, uolumus per bimeſtre

ante

ante id denuntiari, cui pretium dandum erit, & poſt denuntiam intra annum tamẽ etiam ab inuito pretium repeti poſſe, & ubi pretium nec uolens intra bimeſtre ſoluat, nec ab inuito intra annum exigatur: uolumus nihilominus quandocumque reditum extingui poſſe, præuia tamen ſemper denũtia, de qua ſupra, non obſtantibus his, de quibus ſupra, idque obſeruari mandamus etiam quod pluries ac pluries denuntiatum fuiſſet, nec umquam effectus ſequutus fuiſſet.

Pacta etiam continentia pretium cenſus extra caſum prædictum ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe, omnino prohibemus, contractuſq; ſub alia forma poſt hac celebrandos fœneratitios iudicamus. Et ita (illis propterea non obſtantibus) quidquid uel expreſſe, uel tacite contra hæc noſtra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, a fiſco uolumus poſſe uindicari.

237 *Hanc autem ſalutiferam ſanctionem nedum in cenſu nouiter creando: uerum etiam in creato quocumque tempore alienando, modo poſt publicationẽ conſtitutionis creatus ſit, perpetuo & in omnibus ſeruari uolumus. Declarantes pretium ſemel cenſui conſtitutum numquam poſſe ob temporum, aut contrahentium qualitatem, ſeu aliud accidens nec quoad ultimo contrahentes minui, uel augeri. Et licet legem ipſam ad contractus tam celebratos non extendamus: illos tamen omnes, in quos ſub alia forma peruenerunt cenſus, hortamur in Domino, ut ſingulos contractus cenſuræ bonorum religioſorum ſubijciant, & animarum ſaluti conſulant. Non obſtantibus, &c. Dat. Romæ, anno 1568. 14. Kal. Feb.*

Cui adnotamus aliqua in prædicto.

a ca.1.14. q.3. Comment. [a] noue recognito, quæ, ne Manuale nimiũ creſcat, ptermittimus.

238 Centeſimotertio, qui mutuat cum pacto, vt mutuatarius vltra ſortem ſibi reddendam det aliquid notabile alicui tertio, vel pauperibus: quia non licet vſuram lucrari etiam ad redimendos captiuos. [b] Secus tamen de mutuante, vt ei remittatur iniuria, nõ quidem per rationem, quam S. Antoninus & Sylueſt. [c] reddunt, ſcilicet, quod vnicuique licet ſuam vexationem redimere, [d] quia illud de vexatione iniuſta intelligitur: &

b cap. ſuper eo. de uſur.
c Ver uſur. 1.q.11.
d cap. dilectus 2. de ſimonia.

vexatio, qua iniuria affectus iniuriantẽ in iudicio vexat, non eſt iniuſta. [e] Quare nos hic nouam addimus, ſcilicet, qđ pœna iniuriæ non debetur in foro conſcientiæ. [f] Et quod ſpeciale eſt, vt pacto nudo tollatur ipſo iure actio iniuriarum, [g] & quod non videtur tam quæro re, quod requirit. c. quoniam [h] quam a damno pœnæ, quæ non eſt ante ſententiam alteri in conſcientia debita, liberari. Quo fit, quod mutuare cum pacto, vt nõ ſolum iniuria remittatur: ſed etiã damnum, quod affectus iniuria paſſus eſt, quodq; ſibi in conſcientia debetur, eſt peccatum vſuræ. Non peccat etiam, qui pecuniam, qua vult emere aliquid frugiferum mutuat alteri, cum pacto, vt ſoluat tantum quotannis quantum fructus rei frugiferæ, quam emiſſet deductis impenſis quotannis valerent. [i] Non obſtat quod quidam dicitur dixiſſe, quod illud pœnæ debitum eſt legale: quia non eſt tale ante ſententiam, & ante fit mutuum.

e Iuxta gl. ſingu. receptam, ca. ſi quis contriſtatus. 90. diſt.
f Iuxt. glo. ſing. ca. fraternitas, 12 q. 2.
g l. ſi unius §. pactus ne peteret. ff. de pact.
h 14.q.4.
i Per d. ſupra n. 211.

239 Centeſimoquarto peccat, qui vẽdit triticum, vel aliquid aliud vno menſe pro pretio maiore, quo valiturum eſt alio, ad quem vſque non eſt ſeruaturus, & tenetur ad reſtitutionem eius, quod vltra pretium temporis venditionis acceperit, [k] quamuis poſſet illud mutuare vno menſe vſque ad alium, in quo veriſimiliter plus valebit, vt reddatur æque bonum in illo, vel ante illum, vt recte Sotus adnotat.

k cap. fi. de uſur. & ibi per omnes. Ang. uerb. uſur. §. 34.

Dixi, *Non eſt ſeruaturus, &c.* alioqui enim ſecus, tribus concurrentibus, primum, ne ſummum quo illo menſe valiturum eſt, pretium accipiat, ſed mediũ. Ita quod ſi in vna parte eius valuit decem, & in alia quindecim, & in alia viginti, non niſi quindecim capiat iuxta Alexandrum. [l]

l In l quod te. ff. ſi cert. pet.

Secundum, vt de pretio deducat tantum, quantum ſeruando diminutum fuiſſet iuxta expertorum iudicium.

Tertium, vt deducat impenſas, quas in ſeruando in illud vſque tempus factus erat. [m] Nec obſtat diſtinctio Caietani [n] magis difficilis, quam animabus vtilis: quia quidquid ille dicat, æquius eſt dicere, quod capit. finale de vſur. moderatur cap. in ciuitate: quam quod ille aſſerit.

m Maior ubi ſup. q. 32 n 2. 2. q. 78. art. 1.

Male autem ex hoc loco infert quidam, dicere me non poſſe quem vendere rigoroſo pretio iuſto, ſoluendo tempore, ad quod vſque ſeruaturus erat: ſed tantum moderato, quod ipſe nullatenus ſentio: ſed longe aliud, ſcilicet, quod qui vendit rem pretio, quo valitura eſt aliquo tempore, ad quod vſque ſeruaturus erat; puta menſe Maio, non poteſt iuſte accipere pretium maximũ rigoroſum, quo valebit aliquo die illius mẽſis: ſed mediũ illius, quod valebit toto menſe, collatis pretijs quibus valuit diuerſis diebus illius. Ita quod, ſi aliquo die valuit decem, alio 15. alio 20. debet eſſe contentus 15. Et ſi ſeruaturus erat, vſq; ad certã hebdomadã, & in eius diebus valuit multis pretijs, accipiet medium. Et ſi vendidit pretio, quo valeret certo die vſque ad quem ſeruaturus erat, & in eius varijs horis valuit varijs pretijs, accipiat medium eorum.

240 Centeſimoquinto peccat, qui vendit aliquid dilata ſolutione in aliud tẽpus pretio maximo, quo valebit vſque ad illud. [a] Vbi tamen concluſimus non eſſe vſurariũ pactũ, vt ſibi ſoluatur pretium mediũ minimi & maximi, quo ab emptionis tempore; vſque ad tempus, in quod ille ſeruaturus erat valeret, ſiue ei⁹ pretiũ creſceret, ſiue decreſceret.

241 Centeſimoſexto peccat, qui aliqd ei, qui pecunia indigebat, vendidit cum pacto, aut volũtate principali, vt ſtatim ſibi minoris iuſto pretio reuendat, [b] ſecus ſi ſimpliciter vendidit pretio iuſto, quamuis ſummo, & poſtea, quia emptor vult illud reuendere, & nõ inuenit aliũ, qui emat, idem venditor iterum pretio iuſto, quamuis infimo & pio accipit, Angel. [c] De qua diuiſione pretiorum, & aliquot alijs huc pertinentibus, infra [d] dicetur. Vſus tamen huius determinationis licet iuſtæ, lædere poſſet famam mercatoris, niſi fuerit cautus: & laudarem valde mercatorem, qui id faceret, quando videret neminem alium velle dare pretium iuſtum etiam infimum, maxime ſi daret mediocre. Notandum etiam, quod vſuram admittit qui ſuas merces, quo lucraturum ſe ſperabat, deportat, & dilata ſolutione pluris iuſto pretio etiam ſummo vẽdit, eo quod aliarum aduentu, adeo pretium decreuit, quod non ſolum non lucraretur, ſed etiam perderet, ſi præſenti pecunia etiam ſummo pretio venderet, per ſupradicta.

242 Centeſimoſeptimo peccat, qui commẽdat vel deponit pecuniam apud aliquem mercatorem, aut numularium cum intentione principali, vt aliquod lucrum menſtruum, vel annuum ei ſoluatur ſalua ſorte: & tenetur acceptum reſtituere, quamuis non interueniat pactum, & quamuis appelletur depoſitũ. [e] Nec ignorantia excuſat. [f] Nec periculũ perdendi illã, eo quod mercator, aut ſu gere aut decoquere poteſt. Tum quia illud lucrũ nõ ob periculũ, ſed ob mutuũ depoſito palliatũ accipitur. Tũ quia illud periculum non eſt cõſiderabile per notata. § Secus tamen eſt, ſi abſque pacto & intentione principali, prædictis præfatum depoſitum faceret, & acciperet a depoſitario gratis donante aliqd ob gratitudinem reo quod ex pecunia depoſita fuerit lucratus: etiam ſi libentius ſuam pecuniam penes hunc gratũ, quam penes alium depoſitam haberet. Et etiam depoſitarius illud det ſperans, quod ob huiuſmodi largitionem ab ipſo pecuniam ſuam non auferet, quia oia hæc ſunt gratuita. [h] Vſura tamen eſſet, ſi mercator illud daret, tamquam ad id ob pretium, & vſum illius pecuniæ obligatus, & dominus ob hanc eandem rationem acciperet, aut ſperaret, & etiã ſi principaliter ob hæc deponeret.

243 Centeſimooctauo qui equum, aut aliam rem omnium iudicio non maioris pretij, quam quindecim aureorum ob dilatam ſolutionem viginti aureis vendit, cũ obligatione reſtituendi quinque: licet poſtea propter mortuos alios equos 20. æſtimetur. [i]

244 Idem de eo, qui cũ Rege vel alio, qui ſuis militibus, aut famulis merces & ſtipendia perſoluere intra certũ tempus tenetur, intra quod ob numorũ inopiam illis ſoluere non poteſt, paciſci tur ſe illis ſoluturum, ſi a domino ſibi plus aliquid, eo quod ſoluerit, detur, vt decem pro centum, [k] niſi ratione veri intereſſe excuſaretur: quamuis Rex, vel ille alius in ſuis literis dicat, ſe gratuitã donationem illius pluris facere.

245 Tum quia hoc in effectu eſt mu-

tuare

a Hoſtiẽ. in ſumma de vſur. §. an aliquo uerſi. quid ſi uendas, & nos copioſe ſuper ca. in ciuitate de uſur. diximus.

b Iuxt. tit. 43. Ordin. Regni Luſitaniæ.

c Verb. & ſupra. §. 60.

d cap. 23. nu. 78. & ſeq.

e cap. conſuluit, cũ et adnotat. de uſur.

f Gloſſ. in c. pleriq; 14. q. 3.

g In d. cap. nauiganti, & c. 11. fœneraueris, 14. q. 3.

h Caie. 2. 2. q. 78. art. 2.

i Ioan. Maior in 4. lib. ſen. diſt. 15. q. 31.

k Arg. cap. in ciuitate. de & uſur.

tuare pecuniam, vt ad certum tempus eadem cum aliquo auctario soluatur. Tum quia illa donatio non est vera; cum non ex liberalitate, sed ex necessitate quærendi pecuniam mutuam fiat. [a] Idē etiam de Præfecto ratiociniorum, Quæstore ærario, aut soluendis stipendijs, & mercedibus, &c. obligato, si aliquid ab his, quibus soluere debebat, accipit, vt anticipet solutionem, per prædicta, [b] nisi verum esset interesse, aut iusta actionis emptio excusset.

246 Centesimonono, qui mutui accepti vsuras soluere iurauit, & intra diem statutum non soluit, nec impetrauit absolutionem a iudice, vel a parte: nam licet promissio soluendi vsuras nō valeat: iuramentum tamen soluendi illas obligat, [c] quamuis a iudice potest absolui, [d] & solutas repetere. [e]

247 Non obstat, quod soluens vsuras videtur peccare consentiendo peccato Vsurarij; quia non iurat, nec promittit soluere illas, quatenus earum acceptio est peccatum; sed quatenus est actus de se indifferens, qui bono fine fieri potest virtuosus, iuxta doctrinam Sancti Thomæ, [f] qua eadem ratione acceptio sub vsuris a nolente mutuare, est licita: nam actio eiusdem rei potest esse bona, & passio mala: & contra passio bona & actio mala, iuxta illud glos. [g] de Christi passione; *Actio displicuit, passio grata fuit.*

a *Medi. de resti. in quibus casibus licitum mutuāti, vltra sortem recipere casu 3.*
b *In §. præcedenti.*
c *ca. debitores de iureiuran.*
d *cap. 1. eodem tit.*
e *Dist. cap. debitores.*
f *1. 2. q. 18. ar. 7. 8. & 9*
g *cap. 1. de conf. eccles. vel alt. lib. 6. verb. sanguinis.*

DE VSVRA IN PACTIS de retrouendendo.

248 *Pactum de retrouēdendo quid, quod iustum, & quod vsurarium, & minuit de pretio, sed fructus non admittit, & num. 249.*

250 *Pœnitentis pro se, & contra se in foro conscientiæ creditur.*

CEntesimodecimo peccat mortaliter, qui emit aliquid cum pacto de retrouendendo simulate, animo magis mutuandi, quam emendi, & vsuram cōmittit. Qui autem emit minoris iusto pretio, etiam dempta parte, qua illud pactum præfatum diminuit, peccat quidē peccatum iniustitiæ, sed non vsuræ coram Deo, licet aliquando coram hominibus præsumatur vsura, secundum omnes. Pro quō notandum primo, quod pactum de retrouendendo est pactum, *quo emptor promittit reuendere rem emptam uenditori, quandocunque voluerit, vel intra certum tempus quod licitum est & diminuit de pretio.* [h]

h *c. cū Ioā. de fide instrum. & l. fundi partem. ff. de cōtrahē. emp. & l. si fundū. l si a te C. de pact. inter empt & vend. & Leuit. 25. secūdum Inno. Hostiē. Ioā. Andr. Pan. & cōmunē Canonistarū in c. ad nostram, de emp. & legi flarum i d. l. si fundū, & Cap. de simul. cont. casu. 2. & oēs Theologos in 4. lib. sent. di. 15. i l. 2. C. de pact. inter emp. & vēdit. & glo. recept. & c. illo Vos. Ver. percepti. de pign.*

Secundo, quod emptor non tenetur restituere fructus interim perceptos, nisi a tempore moræ, quam committit simul ac pretium illius, loco & tempore congruis oblatum non accipit. [i] Tertio, quod iuste potest etiam statim locare vē ditori honesta pēsione. [k] Quarto, quod ad iustitiam huius pacti concurrere debent aliqua, primum, vt simulatio, saltē ex parte emptoris, absit, ita vt emptor vere & principaliter intendat emere. Secundum, ne fiat, pactum, vt redemptio fiat maiori pretio, quā emptio facta est. [l] Tertium, quod emptor faciat illud eo solo, vt placeat venditori, & quod malit, ne redimatur: & quod non emeret, nisi putaret esse redimendum, quod tamen nō est iuridicum. Tum quia nullo iure, vel ratione probatur, tum quia sæpe contingit, aliquem posse vere rem aliquā emere cum pacto retrouendendi; quod minuit pretium eius & nō absque illo: quia nō habet satis pecuniæ ad eam iusto pretio emēdam sine illo pacto, sine quo pluris valet. [m] Tum quia multi nollent res aliquas emere, quas tamen rogatu amicorum, quos oportet eas vendere, emūt quidem vere cum prædicto pacto, sed sperantes eas redimendas, quas alioqui non emerent.

i *d. l. fundi partē. ff. de contrah. empt. & d. c. cum Ioā. de fide inst. l ca illo Vos de pignor.*
k *m d. l. fundi partē. ff. de contrah. empt. & d. c. cū Ioan. cū eis adnotat.*
l *n Nu. 234.*
m *o Argu. l. si quod nolis. §. qui assidua. ff. de ædil. edic. p cap. tua. de sponsa.*

249 Nec etiam est necesse regulariter, quod alij dicunt, ne pactum fiat, quod vltra certum tempus id redimi non possit: quia perspicuum est posse fieri pactum de retrouendendo intra solum vnum annum, duos, tres, aut plures: quod in effectu est pactum, ne vltra illa tēpora præfinita redimatur.

Dixi, *Regulariter*: quia post extrauag. Pij V. super censibus relatam supra, [n] in emptione census non liceret illud, quod est nouum & singulariter notandum. Non est etiam necesse, quod alij dicunt, ne empter vsuræ dare solitus sit, eo qđ præsumeretur solitum facere, [o] quia licet ad sic præsumendum in foro exteriori iuuare posset, non tū in foro cōscié tiæ, in quo cessat omnis præsumptio. [p]

n *Nu. 234.*
o *Argu. l. si quod nolis. §. qui assidua. ff. de ædil. edic.*
p *cap. tua. de sponsa.*

250 Nec etiam est necesse, ne fiat pactum, vt ante duos, vel tres annos venditor redimere non possit, & postea sic, quia huiusmodi pactum est licitum, licet pluris valeat, quod véditur cum hoc pacto, quam quod cum pacto quando libuerit redimendi, quamuis non quanti si absque aliquo pacto venderetur. Nec videtur verum illud Ioann. Maioris, [a] quod venditor grauat emptorem pacto quando libuerit redimendi, nisi consentiat, vt emptor aliquid capiat ratione sui interesse, quia qui suo iure vtitur, neminí iniuriam facit. [b] Quamuis contra fraudatores, qui vendunt prædia non sata, & vindemiatas cum pacto redimendi intra annum, & solent redimere paulo ante messem, vel vindemiam, solutis impensis, lege Nauarræ cautum est, vt qui non redemerit ante Pascha, non possit redimere nisi post messem, vel vindemiam. Quinto, quod hic non agimus de coniecturis ad præsumendum in foro contentioso eiusmodi emptorē habuisse intentionem magis mutuandi, quā emēdi, & eiusmodi venditorem magis pignorandi, quam vendendi, siquidem de solo foro conscientię tractamus, in quo pœnitenti pro se, & contra se creditur.

[a] In 4. libr. sent. dis. 15. q. 43.

[b] capi. cum ecclesia de elect. & le. iniuriarū, §. 1. ff. de iur.

DE VSVRA IN societate.

251 *Societas quid, & quæ licita, & vt ineunda nu. seq.*

254 *Assecuratur vt sors & lucrum in societate, &* 255.

254 *Assecuratur vt capitale cum lucro, &* 255.

256 *Intell. nouus cap. per uestras, de dona. probans lucrum sine periculo.*

256 *Sorte salua qui lucratur in Gallia, & Italia.*

257 *Legare numos, vt de reditu Missæ dicantur, an liceat.*

257 *Vsus fructus numorum legatur, & ut fit perpetuus.*

258 *Vsura est dare ad lucrum salua sorte, uel non negotiatnro.*

259 *Deponens pecunias in scripturæ mutui, uel depositi peccat.*

260 *Societas in animalibus, & locatio eorum, quæ licita, &* 261.

CAntesimo vndecimo peccat mortaliter, contra hoc septimum præceptum, qui accipit notabile lucrum ex pecunia in societatem iniustam collata: vel maius, quam debet ex collata in eam, quæ iusta est secundum omnes. Societas autem est *conuentio plurium suam pecuniam, industriam, uel laborem conferentium ad lucrandum.* [c] Et ratio, qua lucrum ex pecunia in societatem collata accipi potest, & non ex mutuata, est secundum San. Thomam, [d] quod dominiū rei mutuatæ cum periculo in mutuatarium transfertur: non autem rei in societatem collatę, imo manet periculo cōferentis, sicut industria & labor periculo ea conferentium. [e]

[c] dicd. 1. & toto tit. ff. pro socio. & insti. & C. eo. tit. c. per uestras, de dona. int. vir. d 2. 2. q. 28 art. 2. ad 5.

[e] l. si tibi areæ meæ. ff. de præscrip. uerb.

252 Ad hoc autem vt societas iusta sit, tria requiruntur, Primum, vt negotiatio licita sit. [f] Secundum, vt pecunia subiaceat periculo eam conferentis, hoc est, vt si pereat tota illi pereat. [g] Tertium, vt in omnibus iudicio prudentis æqualitas seruetur, & pro quantitate partium collatarum lucrum diuidatur, h vt post alios Caietanus, [i] hoc exemplo declarauit, vnus confert mille aureos, alius laborem suæ personæ eisdem æstimatum: alius suam industriam quingentis æstimatam, vt hæc societas licita & sancta sit, ex his omnibus vna summa facienda est, & ex lucro, & iactura pro rata eius quod confert quisque capere debet, vt si isti tres quingentos aureos lucrarentur, duo singulos ducentos aureos caperent, & tertius centum. Sotus tamen, [k] dixit, non esse habendam rationem quantitatis pecuniæ, quam quis in societatem confert, sed periculi cui exponitur. Iustius tamen videtur contrarium.

[f] ca. per uestras. de dona. int. vir. & uxor.

[g] Glos. cap. plerique 14. q. 3.

[h] l. si nō fuerit. ff. pro socio.

[i] 2. 2. q. 78. art. 2.

[k] lib. 6. q. 6 art. 1. de iustit. & iur.

Tum quia id habetur in l. si non fuerit. ff. pro socio, & paragrapho de illa Institu. de societat.

Tum quia hoc nouum inuentum, quo adhuc nulli negotiatores vsi sunt.

Tum quia longe clarius, & securius est dicere, societatem exæquandam esse iudicio peritorum, qui æstiment pretium pecuniæ collatæ cum conditione expressa aut tacita, vt in primis conferenti restituatur, si nulla eius iactura facta fuerit, & pretium industriæ, & laboris ea conferentium absque ali-

qua

qua ſpe quidquam pro illis referendi, niſi lucrum adſit, quiq; ſimul conſideret nullam vſuræ, nec iniuſtitiæ ſuſpicionē eſſe, ex eo quod ei, qui pecuniam cōfert de conſenſu eius minus lucri, quam par ſit detur, ſi eſt perſona, quæ donare pōt. Per quod multæ ſocietates iuſtificantur quas aliquot prædiuites cum ſuis famulis, amicis, aut cognatis exiguæ induſtriæ contrahunt, quo eis fidem, honorem & diuitias concilient, & conferendo in ſocietatem magnas ſummas pecuniæ, ſolum ad dimidiam, aut tertiam, aut quartam lucri partem eos obligant, quamuis etiam defendi poſſent dicendo, potius eſſe locationes cum ſalario in certo, quam ſocietates.

252 At ſi vnus pecuniam, & alius pecuniam, & opera confert, vterque pecuniam quam cōtulit accipiet, & ex lucro, qui pecuniam & operam contulit, pluſq̄ alius arbitrio mercatorum percipiet [a] Quando autem alius pecuniam, alius operam, aut induſtriam in ſocietatem cōfert, tota iactura pecuniæ erit eam conferentis, & tota laboris eius qui eum ſubijt, & induſtriæ eius, qui eam adhibuit ſiue iactura in principio, ſiue in medio, ſiue in fine negotiationis fiat, iuxta Bartolum & Bald.[b] & S. Thomam, [c] quæ vera opinio eſt, maxime in foro conſcientiæ, iuxta Angelum & Sylueſt.[d] Tū quia alioquin pars pecuniæ, ad quam ſoluendam alius teneretur, a periculo libera eſſet, quoad eum qui contulit, & conſequēter, quoad illam partem, eſſet mutuum & non ſocietas.

253 Tum quia ſi in fine ſocietatis lucrum eſſet, antequam diuidatur, qui pecuniam contulit, eam in primis accipere deberet. Tum quia non liceret paciſci, vt dimidiam, aut tertiam, aut quartam partem pecuniæ perditæ alius, qui laborem, aut induſtriam poſuit, perſoluat, qa nullam ex illa partem ſumit, ſi nullum īueniatur lucrum finita ſocietate, imo tota eam conferenti reſtituitur. Tum qa, vt qui pecuniam contulit eam perdit, ſic qui laborem, aut induſtriam adhibuit, ea perdit, quæ interdum tanti & pluris æſtimantur, quam pecunia collata: nam tantus poteſt eſſe labor, & tanta induſtria, vt licitum ſit paciſci, vt qui ea confert, duas partes ex lucro, & dūs pecunię vnam ſolam accipiat Verum tamen eſt, q̄ ſi pecunia conferretur cum pacto, vt cōis eſſet, & communiter inter illos ſicut lucrum diuideretur, iuſtum eſſet vt pecunia perdita, omnibus periret, ſecundum omnes. [e]

254 Notandum, quod periculum pecuniæ collatæ vitare poteſt eam conferēs, facta cum ſocio conuentione, vt ſe faciat ſecurum, ſiue (vt aiunt) aſſecuret ſuſcipiē do in ſe periculum eius, conſtituto ei p̄tio illo ſecuritatis, quo eum tertius aſſecuraret, aut vt tanto minus de lucro cōmuni accipiat, nam qua ratione tertius poteſt eum aſſecurare, eadem poteſt & ſocius, vt recte Sylueſt. dixit.[f] Quæ confirmantur ex eis, quæ pridem reſpondimus Vlyſſipone, contra quandam maximi pōderis ſocietatē iniquā, oblata alia iuſta, q̄ colligi poterat ex Maiore,[g] & Cajetano,[h] & Sylueſt.[i] videlicet, q̄ fierent tres contractus. Primus ſocietatis, in quā alius pecuniam, alius operam & induſtriā conferat. Secundus, quo qui operā confert, aſſecuret alterius ſortem iuſto pretio accepto, aut altero tanto ex lucro remiſſo. Tertius, vt ad tollendas ſuſpiciones & moleſtias rationum, qui operam præſtat, lucrum incertum lucro aliquo certo redimat, aut ex lucro veriſimili, ſed incerto tantundem certi retineat. Pro quo facit efficaciter, q̄ nemo negat eum, qui confert aliquam pecuniam in ſocietatem poſſe aſſecurari de ſorte, & de aliqua certa parte lucri ineundo ſuos contractus aſſecurationis & lucri cū tertio, & qua ratione poteſt inire cū tertio eadem etiam cum ſocio poteſt, ceſſante omni fraude, & ſimulatione.

255 Addo, quod poſſunt fieri eodem tempore, vt monſtrat p̄citatus Ioan. Maior,[k] & non ſolum formaliter & explicite, ſed etiam æquiualenter & implicite. Vt ſi quis negotiator publice proteſtetur, ſe paratum ad accipiendam pecuniā a quocunque volente illi conferre illam in ſocietatem, cum pacto de aſſecuratione ſortis ad rationem 4. pro centum, & lucri certi 4. pro duodecim incerti lucri. Ita quod ex lucro incerto veriſimili 12. ex centum accipiat quatuor pro aſſecuratione ſortis, & quatuor pro certificando lucro duodecim, & conſequenter non teneatur reddere, niſi quatuor.

Et

a Ange. & Sylu. verb. ſocietas.

b In l. 1. C. pro ſocio.

c 2. 2. q. 78 art. 2. ad 5.

d Verb. ſocietas.

e Vbi ſupr.

f Verb. ſocietas, 1. q. 2. dixit.

g In 4. libr. ſenten. diſt. 15. q. 49.

h in Tom. 1 Opuſculor. tracta. 31. reſpon. 11.

i Verb. ſocietas. 1. q. 1.

K Dicto 4. lib. ſen. diſt. 15. q. 49.

Et poſtea alius ſciens, hanc proteſtationem, confert ei centum, dicens, Ego confero tibi centum in ſocietatem negotiationis cum ſecuritate ſortis, & redemptione lucri incerti, iuxta proteſtationē tuam.

256 Pro quo, præter prædicta vrget ca. per veſtras, [a] ſic noue inductum: tibi Papa iubet, vt marito vergente ad inopiā, dos deponatur apud aliquem mercatorem, quo ex parte lucri honeſti, onera matrimonij ſuſtentet, & ita intētio eius fuit, vt dos ſalua ſeruaretur, ſiquidem ob hoc iubebat illā a marito auferri, & ita videtur noluiſſe, vt ad lucrum & dānum mercatori traderetur, quod erat eā periculo obijcere, voluit item, certum aliquod lucrum inde prouenire, ad matrimonij onera ſuſtinenda. At hæc duo fieri non poſſunt ſine aſſecuratione, & lucri incerti pro certo redemptione. Ergo Papa tacite voluit illa fieri.

257 Facit etiam, quod in multis Galliæ locis, quando in ea prælegebamus, audiuimus, & nunc in aliquot Italiæ partibus, & montibus idem ſeruari quod Eccleſiæ, & viduæ, & pupilli more antiquo conferebant ſuas pecunias mercatoribus, quo quatuor ſecura pro centum in ſuam ſuſtentacionem lucrarentur, quæ conſuetudo defendi nullo modo poteſt, per intellectum, quem Ioan. Andreas & nonnulli alij [b] aſſignant, ſcilicet quod in fauotem Eccleſiarum, viduarum & pupillorum, cum illo lucro mutuari poterat, quia eſſet vſura, quę neque etiam ad redimendos captiuos admitti poteſt. [c] Nec vllo alio modo defendi poteſt, quā dicendo, quod exordium cœpit ab hoc ſocietatis modo, qui fit cum ſecuritate, & redemptione prædictis, & continuatus fuit vſque ad illud tempus. Ad quod conijciendum facit, quod vix tertiā partem lucri dubij veriſimilis, quod ſibi pro ſua rata regulariter obuenire poſſet, accipiebant: nam veriſimile lucrum centū ad minus erat 12. vel 15. & non recipiebant, niſi quatuor pro centum, quod ſignificat, illos reliquas duas partes pro ſe curitate eiuſmodi, & redemptione dubij pro certo relinquere. Pro quo facit etiam, quod Caietanus ſcripſit. [d] Intelligimus tamen hoc, ceſſante omni fraude, & ſimulatione, & vt coram Deo formaliter, aut æquiualenter prædicti tres contractus veri fiant. De quibus omnibus copioſius ſcripſimus in prędicto Cō ment. [e] reſpondendo ad quædam Soti argumenta. Et quidem optarem, vt epiſcopi, vel ſaltem Pontifex Maxim. declararet, prædictam conſuetudinem eſſe iuſtam, eo quod præſumēdum ſit quod in terris, in quibus a tempore immemoriali illa inoleuit, habuit originem huiuſmodi licitam, & ita bona cōſcientia ſeruari poſſe, monitis præſertim deponentibus & depoſitarijs, vt tres prædictos contractus faciant, vel habeant pro factis. Pro quo facit, qđ conſuetudo immemorialis facit præſumi titulum requiſitum ad eius valorem. [f] Licitum eſt etiā pactum, in quo qui pecunia aliena negotiatur, omne lucrum domino illius tradit, & ei a domino certū quid, & ab omni periculo liberum pro labore, & induſtria ſoluitur, quia huiuſmodi cōtractus non eſt ſocietatis, ſed locationis, & ideo ſi iactura eius dolo, vel culpa, aut illius miniſtrorum contingeret, ſatisfacere domino tenetur, quia gratia vtriuſque fit, per dicta ſupra 5.

Ad quæſita hic de pecunia legata parocho, & beneficiario alicuius Eccleſiæ, vt perpetuo ſingulis menſib. tot Miſſę pro legante dicantur, quot ex lucro illius, ad rationem quinque pro centum quotannis dici poterunt? Reſpondeo legatum eſſe licitum, quia licet legare vſumfructum pecuniæ, [h] & quia tale onus licite adijcitur [i]. Et quòd expediret, vt legatarij emerent ea cenſum perpetuum irredimibilem ad rationem vnius pro viginti, ſi inuenirent, & ſi irredimibilem non inuenirent, aliqua prędia reditus annui quinque, vel plurium pro centum, & ſi nec ea, cenſum redimibilē, & ſi neque illum, conferant illam alicui mercatori in iuſtam ſocietatem, & quærant aliquem opulentum, qui ſortem, & aliquod lucrum certum, quanto maius poterunt, aſſecuret pro parte lucri veriſimilis, & incerti ad eos ex illa ſocietate prouentura, & ſi non inuenerint tertiū, qui hoc faciat, curent, id fieri ab eodem ſocio, cui illam in ſocietatem contulerunt, per tres contractus initos modo ſu prædicto, [k] & dicant tot Miſſas annuas, quot dicēdis illud ſufficiat arbitrio epi. [l]

a De don. inter uirū, & uxor.

b Dict. cap. per ueſtras.

c Capi. ſuper eod. de uſur.

d In dicto tom. 1. Opuſculorum. Tract. 31. reſponſ. 11.

e Cap. 1. 14. q. 3.

f Ca. ſuper quibuſdam de uerb. ſigni. & l. hoc iure, §. ductus aqua. ff. de aqua quoti. & æſtiu.

g Eod. cap. num. 179.

Ang. et Syl ueſt. ubi ſupra.

h l. 1. & 3. ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſu cō ſum.

i Arg. cap. ſignificatū cum eis, quæ illi ad ijcimus. de præbon.

k Nu. 256.

l Arg. cap. nos quidē. de teſtam. et l. legatū, ff. de admi. rer. ad ciu. pertin. & l. legatum. ff. de uſufr. legat.

258 Centesimoduodecimo peccat, qui det pecuniam in societatem ei, quē scit ea non esse negotiaturum, vt militi, vel clerico indigentibus, in certum lucrum, quamuis tres prædicti contractus societatis, securitatis & redemptionis cōcurrerent, quia non est vera, sed simulata societas, quę mutuum velat, siue palliat.

259 Centesimodecimotertio, qui vere coram Deo pecuniam in societatem cōtulit in lucrum & damnum, sed a socio publicam mutui, aut depositi scripturā accepit, quia mentitur in periculum notabile suæ famæ, & bonorum proximi, qm̄ posset volūtate mutata suā pecuniā depositam, vel mutuatā reposcere, quāuis periret. Quare. eiusmodi scripturā si lucrū participare vult, rescindere debet, quamquam respondimus, hoc locū non habere in eo negotiatore, qui contra intentionem pecuniam conferentis pro honore suo scripturam mutui, aut depositi loco societatis concessit, modo illam conferens scripturam prædictam, quam cito commode potest rescindi faceret. & aliam societatis, si vellet capere potest, & etiam pignora accipere pro se curitate restituendæ sibi suæ pecuniæ, nisi amittatur, & etiam pactsei, ne tali, aut tali mercimonio, nec in tali, aut tali loco, aut tempore, cū tali, aut tali homine negotietur, & si mercator rebus, aut loco, aut tempore, aut persona pacto exclusis negotiatus fuerit, iactura eius periculo erit, qui contra pactum fecit, iuxta S. Ant. [a] Idem de eo, qui confert pecuniam in piscatum nauticum, modo posito infra. [b]

260 Centesimodecimoquarto peccat, qui locat boues, mulas, aut alia animalia pensione iniusta notabiliter, de qua glossa, [c] aut cogit agricolam ad soluendam iustam pro tempore, quo desinit laborare sine culpa sua ob culpam domini, vel casum fortuitum contingentē circa eum vel animalia, iuxta ea, quæ [d] diximus, & glossa, [c] aut cogit ad æstimationem eorum post mortem, aut dānum naturale vel fortuitum sine dolo, aut culpa leui eius euenies, quia hæc domini periculo subsunt, [f] nisi cum agricola paciscatur, vt periculum quocunq; modo eueniret, esset cōmune vtrique, dato ei ob hoc iusto pretio, vel facta debita diminutione pēsionis, quæ sine hoc pacto esset iusta § Quin, & si absque intentione petendi aliquid vltra debitum ab agricola, si absque eius culpa damnū contingeret, ne durius boues exerceat, pāciscitur, vt dimidium damni quoquo modo contingentis ad eum spectet, nō facta ob id aliqua pensionis diminutione, mortaliter peccat. Tum qa qui eius voluntatem nescīunt, scandalizat, vt inquit S. Bernar. [h] Tum quia mori potest sine illius intentionis declaratione, aut mutare intentionem, & postea ipse, aut ipsius hæredes miserum agricolam vexare.

261 Licitum item est tradere animalia in societatem alteri, ea lege, vt lucrum sit commune, sed qui ea recipit, nil ex eo capiat, donec pretium eorum domino persoluatur, & postea sint cōmunia, modo ea, quæ ante sortem recuperatam interierint, dominō intereant, & non recipienti, iuxta S. Antoninum [i] qui alios contraria tenentes cōciliat. Circa quæ, [k] ponit regulam, per quam omnes casus deciduntur, scilicet, quod omnis societas circa animalia, in qua ponuntur pacta quibus alicui sociorum, iudicio boni viri, notabile damnum infertur, est illicita, & recte quidem: quia etiam omnis alia, in qua commoditatum partes non respondent ex æquo partibus in societatem collatis est illicita, per dicta sup. [l]

a 2.par.t.t. 2.cap.7.§. 38.
b Eod.cap. nu.282.& 283.
c In authē. perpetua. C.de sacrosan.Eccl.
d Supra, num. 199.
e l. si &no. § item cum quidam. ff. locat.
f l.sed, & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. sēād. iud.c. 1. de cōmod.c.1. de depo. Gab. in 4. lib sent. di. 15.q.11.ar. 3.dub.2.& Rosel. uer. usura.3.§. 13.
g Arg.cap. cum Ioan. de fide inst.
h In suis contract.
i 2.par.t.t. 1. c.7. §. 39.
k In fine il lius.§.
l Eod. cap. num.2.

DE VSVRAE PARTICIPANTIbus, & eam non restituentibus.

262 *Vsuram qui suadet, aut sub ea petit, vt peccat.*

263 *Peccatum non est ad minus peccandum inducere.*

264 *Vsurario a non uolente restituere, qui accipit solutionem crediti in malos fines, vel impedit, ne gratis mutuetur, & seq.*

265 *Pignus ab vsurario emptum, restituendum.*

265 *Vsurarij bona non sunt obligata, & fiunt ementis..*

265 *Dominium rei quæsitæ per vsuras quærit vsurarius.*

265 *Dominiū rei emptæ ab vsurario quærit emptor.*

265 *Vsurario rē datā, vt vēdicat, q dedit.*

266 *Acci-*

266 *Accipiens rem notabilem ab vsurario quando restituet.*
267 *Vsuras pro alio exercens, etiam famulus obligatur,*
267 *Proxeneta vsurarum qui peccat.*
268 *Vsurarij vxor, quæ peccat viuendo de bonis sui mariti. & 269.*
270 *Vsurariorum filij, & famuli, qui peccant de bonis eorum viuendo.*
271 *Vsurarij gener recipiens ab eo dotem, vt peccat.*
272 *Dotem ab vsurario datam retinendi remedium.*
273 *Vsura non est marito vsus pignoris pro dote dati, & 274*
275 *Vsuras, qui iudex iubet solui, aut non restitui, & aduocatus procurator, & testis, qui ad id auxilium præbens, restituere tenentur. nu. 277.*
276 *Vsurarium instrumentum faciens, vt peccat.*
278 *Vsurarius vsuras, & fructus pignoris restituat.*
279 *Vsurarium manifestum ante restitutionem absoluens peccat.*
279 *Vsurario manifesto nullum detur Sacramentum, nisi, & 280.*
279 *Vsurarij testamentum nullum, nisi hæc præcedant.*
280 *Vsurarius quis manifestus, & a quo absoluendus, & nu. 281.*
282 *Piscatorum, ac diuitum eiusmodi societas vsuraria, & 283.*
283 *Socius industriam adhibẽs, quid de suo impendere debeat.*

CEntesimodecimoquĩto peccat mortaliter, qui inducit aliquem, vt sibi, aut alteri tertio det ad vsuram, quia peccato mortali consentire peccatum mortale est, [a] quanto magis ad illud inducere? Qui autem accipit ad vsurã ab eo, qui ad id est paratus, aut petit ab aliquo mutuum simpliciter & quia alius non vult gratis mutuare, accipit sub vsuris non peccat mortaliter, nisi ob finem mortalem accipiat: nec etiam venialiter si ob causam iustam accipit, sed sic si absque ea accipit, aut ob finem venialem, scilicet ob vanitatem & ludos veniales, aut vt eius negotiatione diuitias accumulet, cum alias habeat, vnde honeste viuat, iuxta mentem S. Thomæ, [b] & nostrorum doctorum, [c] quos Caietanus [d] explicat. Quamuis igitur accipere ad vsuram licitum sit, non tamen petere, vt sibi ad vsuram detur, quia est petere aliquid, quod alius sine peccato facere non potest quod numquam licitum fuit iuxta S. Antoninum [e] & Caietanum, [f] sed sic ab eo mutuum petere. At si rogatus petat vsuras sibi promitti, nec vellet sine illis mutuare, potest sub ijs licite accipere.

263 Constitutus tamen in extrema necessitate, non peccat inducendo ad mutuandum sibi sub vsuris eum, qui sine illis mutuare non vult, iuxta Innoc. receptum, [g] quia hoc non est proximum ad peccandum inducere, sed consulere, vt minus peccet, hoc est, potius peccatum vsuræ, quam homicidij committat, quod licitum est, [h] verum etiam videtur S. Antonino [i] non peccaturum, qui mutuum ad vsuram ob ignorantiam, aut inconsiderationem peteret; aut quia scit frustra se rogaturum eum, vt gratis mutuet, quod tamen nobis securum non videtur propter rationes, quas modo tetigimus.

264 Centesimodecimosexto peccat, qui ad vsuram capit aliquas merces ad res vanas, graue æs alienum contrahendo, & vxorem, & liberos notabiliter damnificando, vt insinuat Sotus, [k] quamuis non loquatur ille de capiente ad interesse, nec de emente (habita fide de pretio) merces, quas præsenti pecunia vendit, quod Hispani Mohatram vocant, idem tamen est dicendum de illo. [l] Et notandum, quod qui mutuat ei, quem scit vsurarium in fines malos, aut vanos, nõ potest licite capere ab eo solutionem, si facta ea, vsuras restituere non posset, quia qui mutuat in malos fines, non habenti vnde sua debita soluat, dignus est, cui non soluatur, si alijs debitoribus non potest soluere, [m] quod ad forum conscientiæ videtur restringendum, vel ad casũ, quo debita essent æque priuilegiata, per dicta supra. [n]

265 Centesimodecimoseptimo peccat, qui suadet volenti mutuare gratis, vt non mutuet, nisi ad vsuram, aut volenti contrahere, vt contractum vsurarium faciat, cum obligatione restituendi in solidum. [o]

De emente autem pignus ab vsurarie

a Cap. 1. ad Rom. ca. notum. 2. q. 1.
b 2. 2. q. 78. art. 4.
c In c. super eo. de vsur.
d In sũma de verbo vsur. & 2. 2. q. 78. art. 3.
e 2. par. tit. 1. c. 9. §. 14.
f 2. 2. q. 78. art. 4. & Tomo 1. Opus. Trac. 31. responso. 13
g In d. cap. super eod.
h Capitu. si quod veri⁹. 33. q. 2. Angel. verb. usura, 2. §. 2. Syluest. eo. verb. usur. 2. q. 1. & Caiet. 2. 2. q. 78. art. 4 & in d. respons. 13.
i Vbi supra.
k Li. 6. q. 1. ar. 5. de ius. & iur.
l Ar. l. illud ff. ad legem Aqui. & c. dudum, 2. de elect.
m Gab. in 4 sent. dist. 15 q. 11. Sylu. verb. usur. 8. q. 7.
n Eod. cap. a num. 52.
o Syluest. uerb. usura 7. q. 2.

rio amissum, ob non solutionem vsurarum perinde iudicandum, ac de emente rem alienam, secundum mentem Scoti,[a] quia nec vsurarius videtur quærere dominium, nec dominus pignoris perdere illud iuxta dicta.[b]

Alia vero, quæ hoc in loco in Hispano scripsimus declarando, dico primo verius esse, quod bona vsurarij non sunt obligata pro vsuris extortis, quia nullo iure probatur huiusmodi obligatio, & ita tenent Ioan. And. Pan. & communis,[c] per illum textum inductum ibi a Pan.[d] contra gloss.[e] quam etiam ibi Domin. & Fran. reprobant. Secundo, quod dominium rei per vsuras lucrifactæ transit in vsurarium, secundum glossam[f] respondentem illi capitulo contrarium significanti, quæ communiter ibi recipitur. Tertio, quod dominium rei venditæ per vsurarium, transit in emptorem, ita, qđ non potest auferri ab eo, qui soluit vsuras pro earum restitutione, vt Panorm. cum communi Modernorum tenet.[g] Quarto quod debitor potest recuperare rem, quam pro vsuris soluit vsurario, si penes eum est, imo & si penes alium titulo gratuito, saltem quum desunt vsurario bona ad restituendum.[h]

Ex quod infertur, quod qui aliquid notabile accipit gratis ab vsurario, in eadem specie, qua fuit datum illi, vel etiã in alia, si sciebat eius bona non sufficere ad vsuras restituendas, aut probabiliter dubitabat, peccat mortaliter, si non vult restituere ijs, quibus vsurarius tenebatur.[i]

266 Centesimodecimooctauo peccat qui institor, negotiorum gestor, tutor aut curator, habens potestatẽ ad negotiandum, & dandum sub vsuris, & recuperandũ eas, & etiam, qui nomine suorũ principalium dedit ad vsuras, vel recuperauerit eas, cum obligatione restituẽdi, eis non restituentibus,[k] etiam si merus exsequutor illius fuit, aut famulus, q solum pecuniam dedit, & pignora, aut solutionem vsurarum accepit, quãuis nulla vtilitas ex eo ipsi obueniret,[l] quidquid alij dicant, & etiam Sylvest.[m] Quod tñ est restringendum ad famulos, qui sciũt pecuniam, quam ferunt mutuam ad vsuram mitti, & quam recipiunt pro solutione vsuræ recipi, & non extendendum ad alios, qui id ignoranter faciunt, quãuis, sciant suos principales aliquando vsuræ dare solitos.[n]

267 Quibus addo, quod nunc interrogatus, An prædicti ministri teneantur restituere ante excussionem principaliũ? Respondi, quod sic, quia non censentur accessorij, vt fideiussores, sed vt principales delinquentes, & ita magis obligati, quam iubentes.[o] Idem de eo, qui est interuntius vsuræ ex parte vsurarij principaliter, vt lucrum illi, & sibi vtilitatem comparet, quales sunt communiter proxenetæ, quos Itali Sensales, Hispani *Corredores* vocant. Quod est restringendum ad eos, qui rogarunt, vt daretur ad vsuram, non autem ad eos, qui simpliciter rogarunt, vt daretur mutuum,[p] dixi *principaliter ex parte vsurarij*, quia si principaliter interceſſit ex parte indigentis rogans vsurarium paratum ex se ad mutuandum ad vsuram, vt illi mutuaret, non peccaret.

268 Centesimodecimonono peccat vxor vsurarij, quæ sciens maritum nõ habere amplius, quam ad restituendas vsuras extortas, viuit ex eius bonis, cum ex suis, aut consanguineorum bonis, aut ex suo labore honeste viuere possit.[q] Qđ, nostro iudicio restringendum est ad eũ, qui viuit de eisdem bonis vsura acquisitis, quorum dñium in vsurarium nõ trãsijt, qualia sunt pignora frugifera, & ad eam, quæ sumptuosius, q̃ eius statum deceat, viuit: non tamen ad eam, quæ solũ impendit ea, quæ in eam, eo quod vxor eius est, & ob dotem allatam impendere tenetur maritus, quia tanto & plus obligatur maritus ad eam sustentandam, quam ad vsuras restituendum,[r] quidqd Sylvester[s] & alij dicant, neque ad hoc necessarium est, quamuis sanctum, eam maritũ tempore opportuno ad eas restituendum inducere, & Deum, vt eum cõuertat precari, neque amplius, quam alia vxor tenetur in prædictorum bonorum custodiam, conseruationem, & amplificationem incumbere, neque, vt vsurarius res incertas restitutioni obnoxias retineat, & Episcopus cum ea, vt de illis tamquam pauper viuere possit dispensẽt, neque vt sit in extrema necessitate, quidquid Sylvester,[t] & alij dicant quia nullo iure, neq; vlla ratione,

ea

a In 4. lib. sen. dist. 13.
b Supra, eo. cap. ad nu. 203.
c In c. cum tu, & in ca. tua.
d De usur.
e In vtroq; c. & in c. 2. eo. tit. lib 6.
f Ca. si qs u sur. m, 14. q. 4.
g In d. cap. cum tu.
h Per l. si et me, & Titium. ff. de re bus cred.
i Iux. S. Bernar. in suis contractib⁹.
k Arg. c. sicut nõ suo, 46. dist. & c. fi. de inju. Sylu. qui alios refert, verb. usur. 7. q. 4.
l Per supra dicta eod. c. n. 18. & p determinata a Cae. i sum. & 2. 2 q. 62. ar. 7.
m In d. q. 4
n Arg. cap. quid culpæ tur, 23. q. 5. & c. 2. de const.
o Per dicta sup. e. n. 17.
p B. Anton. 2. par. tit. 1. ca. 9. & 13.
q Iux. Carnin. in clẽ. 1. q. 8. de usur. & Imo. in eadem clem. n. 55.
r Arg. l. assiduis, ff. qu. pot. in pign. hab.
s Verb. usura, 8. q. 2.
t Vbi sup.

ea eſſe de neceſſitate iuſtitiæ probari poteſt.

269 Quod ipſum fere dicendum eſt de vxore alterius cuiuſlibet non habentis vltra ea, quæ tenetur ſoluere, vel reſtituere. [a] Idem quoque de liberis, qui aliter viuere non poſſunt, ſed non de illis, qui alijs inſeruiendo victum quærere poſſunt, niſi ſeruitia patri facta id mereantur: quia ad hos ſuſtentandos pater non tenetur. [b]

270 Idem etiam de famulis, qui ſui victus impenſam lucrantur, & de filijs, & famulis ignorantibus bona, quibus ſuſtẽtantur, vſura parta fuiſſet. Et de merentibus tanta, quanta expendunt, & iniuſtum ſtipendium afferendo vtilitatẽ rei familiari, laborando, effodiendo, aut aliquid domi efficiendo, aut eam adminiſtrando, modo ne eandem rem pro vſura ſolutam in ſtipendium accipiant. [c] Sed non eſt idem de his, ſiue filijs, ſiue famulis, quorum opera, quamuis ſit licita, non tamen affert tantum vtilitatis rei familiari, quantum impenſæ. Qualis eſt eorum, qui non niſi ad comitatum, aut menſam, aut alias res ſimiles ſeruiunt, iuxta S. Bernardinum. Et multo minus ſi ad res iniutiles, vt ad alendos canes, accipitres, &c. [d]

271 Centeſimouigeſimo peccat, qui capit dotem a ſocero vſurario, cuius bona ſoluendis vſuris, quas debet non ſuffi ciunt, ſciens id, aut debens ſcire, quod noſtra ſententia, intelligitur non ſolum quando res ipſæ vſura acquiſitę in dotẽ dantur, & quando dos eſt extra modum ſed etiam quando in pecunia, aut in alijs rebus, quarum dominium ad vſurarium transfertur, moderata, & neceſſaria datur, quia capit ab eo, qui nec donare, nec dotare ſine peccato poteſt, & quia vxor ſine marito illam dotem reſtituere non poteſt, ſi illa vult & maritus repugnat, maritus peccat, & non illa, modo ſtatuat mortuo marito, aut quam citius poterit, reſtituere. Et cum maritus vult, & illa non, vxor peccat, & non maritus, qui tamen de tali dote participare non debet. Et ſi inter vtrumque conuenit de non reſtituendo, vterq; in ſtatu damnationis verſatur. [e]

272 Hoc tamen remedio vti poſſunt, ſi ſocer ſatis habet ad reſtituendum res certas, & multas incertas debet, poſſunt enim petere ab Epiſcopo, vt adiudicet ijs non habentibus, quo ſe ſuſtentent, illa bona dotalia, quæ pauperibus eſſent reſtituenda, iuxta dicta. [f] Quod autem diximus, vxorem abſque conſenſu, & licentia mariti ſui vſuras reſtituere non poſſe, intelligitur quando ex illarum reſtitutione ſcandalum ſequitur, & non quando ſecreto abſque eiuſmodi ſcandalo id faceret, per ſupradicta. [g]

273 Centeſimouigeſimoprimo peccat ſocer, qui genero ſuo, cui dederat pdium frugiferum in pignus ſoluendę dotis, mutuat tantum, quantum debet ei pro dote, vt ei relinquat illud ad percipiendum ex eo fructus, quos ille poteſt percipere. [h]

274 Quia ratio, qua cap. ſalubriter, quo hoc conceditur genero, aut alteri matrimonio coniuncto, non habet locũ in eo, qui tantumdem mutuat ei, eo prædio in pignus accepto, quamuis gener bene poteſt ſocero, vel alij, qui liberaliter mutuauit, omne ius, quod in pignus habet liberaliter concedere, modo non faciat id principaliter ratione mutui, ſed alia iuſta, per dicta, [i] & quia id nullo iure prohibetur, quod etiam Sylueſter ait. [k] Quæ autem ſit illa ratio, & ad quas perſonas extendatur, tradimus no ue ſupra. [l]

275 Centeſimouigeſimoſecundo peccat iudex, qui vſurario vſuras adiudicat aut eum ad eas reſtituendas non cogit. [m] Idem de procuratore, & aduocato, qui iuuant in hoc vſurarium, aut obuiant reſtitutionem earum petenti, cum obligatione reſtituendi in ſolidum. [n]

276 Neque excuſantur, quod ſcripturæ in ſuperficie iuſte viderentur, ſi conſcientia dictabat, eſſe factas pro vſuris, iuxta Hoſtienſem, [o] vbi hoc non ait Innocentius, licet eum ad id citet Sylueſt. Idem de notario publico faciente inſtrumentum ſimulatum, quod licet formaliter licitum contractum contineat, vere tamen continet vſurarium, vt cum vere res pignoretur, ſcribit, quod venditur, vel pro centum decem datis, ſcripſit cẽtum, vel econtrario, ita vt pro contractu iniuſto, iuſtum deſcribat, cum obligatione reſtituendi, niſi principalis reſtitu at P cum efficaciter ſocius damni inferendi

[a] *Arg. l. illud. ff. ad legem Aqui. ca. dudum 2. de elect. bl. ſi quis a liber.* §. *ſed ſi filius. ff. de lib. agn.*

[b] *Supr. eo. n. 92. Angel. uer. reſtitutio. 1. §. 20. & Sylueſt. uer. uſura. 8. q. 5.*

[c] *Gabr. in 4. lib. ſentẽ. diſt. 15. q. 3*

[d] *Arg. uer bo. reſtitut. 1. §. 21.*

[e] *Cap. peccatum, de reg iu. li. 6.*

[f] *Eo. n. 153*

[g] *De uſur.*

[h] *Supr. eo. c. nu. 203.*

[i] *Verb. uſura. 3. q. 4.*

[k] *Eod. capi. nu. 213.*

[l] *Arg. ca. poſt miſerabilem &c. Michael. de uſur.*

[m] *Per d. ſup. eod. c. a nu. 17.*

[n] *In d. cap. Michael.*

[o] *Per ſupra dicta eo. ca. num. 11. & 12.*

di fuerit. Quamuis ſi hoc in fauorem eius, qui mutuum accepit, fecit, quia indigebat, & vſurarius gratis mutuare nolebat, neque ſub vſura cum ſcriptura cõtinente aperte illam, reſtituere non tenetur: licet mortaliter peccaret, & eſſet excommunicatus, vbi excommunicantur tales contractus ſimulatos facientes. Sicut nec eſſet ob ſcripturam apertã vſuram continentem, quia per eam, nec dãnum intulit, nec eius cauſa ſufficiẽs fuit cum ea, & qui accipit, & qui mutuum dedit æque vti poſſint, niſi eam faciat in locis, vbi ex ſtatuto iniuſto, aut iniqua conſuetudine, qui mutuum ad vſuram accipiunt, ad eam ſoluendam compelluntur, quia tunc reſtituere tenetur per dicta ſupra, & per Sylueſt. [a] Certum eſt etiam Notarium ad mercedem, quã pro labore ſcripturæ contractuum vſurariorum accipit reſtituendam non teneri, quamuis in eo peccet, quia ſuam mercedem accipiendo non peccat contra iuſtitiam, quæ ſolum imponit neceſſitatem reſtituendi per dicta ſupra. [b]

277 Idem de teſtibus eiuſmodi inſtrumentorum vſurariorum, quia eiuſmodi contractus abſque teſtibus non valent. [c] Quæ procedunt, non ſolum in teſte, & notario ſciente, contractum eſſe vſurarium, ſed etiam in dubitante, qui antequam dubietatem exuerit, teſtificatur, vel facit inſtrumentum vſurarium, [d] cũ late ibi a nobis traditis, quamuis aliquã to minus peccaret, per ea, quæ [e] ſcripſimus. Dixi, *Antequam dubietatem exueret*: quia ſi per opinionem alicuius doctoris ſolemnis ſulcitam ratione, illam exueret, poſſet id bona conſcientia facere, per dicta. [f]

278 Centeſimouigeſimotertio peccat qui vſurarius non reſtituit, quod vltra ſortem accipit, vel fructus pignoris ei dati perceptos, vel quos percipere potuit. Nec excuſat eum, quod mutuatarius multum eius pecunia lucrifaciat, cõtra impium Molinæum, quia non ratione lucri mutuatarij, ſed mutui eas recipit. Quod ſi ipſe non reſtituerit, hęres eius tenebitur reſtituere, & ſi fuerint multi, quiſque pro ſua parte tenebitur. Et ſi quis eorum non habet vnde reſtituat, alius ad id pro ſuæ hereditatis parte, quantum feret, obligabitur? Imo, & legatarij, & donatarij, & qui gratuito acceperunt aliqua ab vſurario, tenebuntur reſtituere, ſi quæ obuenerunt ad hæredes non ſufficiant, quatenus facti ſunt locupletiores, per ſupradicta. Ad reſtituendum tamen, quod ſuo nomine pecunia vſuraria emit, non tenetur, iuxta Io. Maior, [h] & commun. [i]

279 Centeſimonouageſimoquarto peccat ſacerdos, qui vſurarij manifeſti confeſſionem audit, vel eum abſoluit, vel aliquod aliud Sacramentum ei miniſtrat antequam vſuras, quoad poterit reſtituat, aut præſtet cautionem de reſtituẽdo cum pignoribus, vel fideiuſſoribus, ijs a quibus eas extorſit, ſi præſentes ſũt alioqui ijs, qui eis acquirere poſſunt. Et ſi non ſint tales, Epiſcopo, aut eius Vicario, aut ipſius proprio parocho, coram perſonis fide dignis, aut aliquo notario ex ordinarij mandato, ita vt in cautione exprimat veram ſummam debiti, ſi ſcitur, ſin autem, arbitrio recipientis. Qui ſi ſcienter obligationem minorem debito receperit, ad reſtituendum reſiduum tenebitur. Et vſurario nolenti hoc facere, nemo debet eſſe teſtis in teſtamento, nec confeſſionem eius audire, nec ipſe debet in loco ſacro ſepeliri, & eius teſtamentum ipſo iure eſt nullum. Si vero pignora, vel fideiuſſores dare nõ poteſt, iuret ſe dare non poſſe: quæ omnia continet cap. quamquam, [k] quin etiam is, q eum in loco ſacro ſepeliret, niſi prius pdictis præſtitis, excommunicatur, [l] vt infra dicetur.

Quod ſi vſurarius in periculo mortis eſt, & vult prædicta præſtare, ſed non poteſt, a quolibet ſacerdote eius confeſſio audiri poteſt, & abſolui, & obtẽta ab eo facultate Epiſcopo eius promiſſionem declarabit, vt ſi conualuerit, ipſum, & ſi moriatur, eius hæredes, ad reſtitutionẽ compellat. [m]

280 Porro vſurarius manifeſtus dicitur, qui palam, & notorie ad vſuram mutuat, aut ſuas res ob dilatam ſolutionem carius iuſto pretio rigido manifeſte vendit. Et non eſt neceſſe, vt quibuſuis petẽtibus tribuat ſicut aliqui dicunt, ſed q eius mutuatio, quando fit, ſit manifeſta. [n] Neque hoc requiritur, ſed ſatis eſt, vt poſtea per ſententiam, aut alias, illud palam, & notorium fiat ſecundum prædictum

[a] *Verb. uſura, 7. q. 7.*
[b] *Eo. n. 12.*
[c] *Sylueſt. ubi ſup. q. 9.*
[d] *Arg. c. 3. Eccl. & ca. dubius, de hæret. & c. ſi quis aũt. de pœnit. diſt. 7.*
[e] *Ibi. n. 86.*
[f] *Ibi. n. 85.*
[g] *Capi. tua nõ de uſu.*
[h] *In 4. libr. ſen. diſt. 15. q. 38.*
[i] *In c. cum tu. de uſur.*
[k] *De uſur. lib. 6.*
[l] *Per cle. 1. de ſepul.*
[m] *Arg. c. ſi quis ſuadẽte, 17. q. 4. & aſſerit Sylu. uerb. reſtitutio. 6. q. 1.*
[n] *Panor. & Anto. Burgenſi. c. ad noſtram de emp. & uẽ.*

ctum Anton. & citatos ab eo, quod iustius videtur.

281 Per sacerdotem vero in hoc casu intelligimus non solum parochum, sed etiam quemlibet confessarium, potestatem audiendi sacram confessionem eius legitimam habentem. [a] Ceterum, qui alijs acquirunt, sunt liberi in patris potestate constituti, & serui proprij, aut bona fide possessi. [b] Notarius autem in hoc casu extraneo non acquirit, nisi illud mandato ordinarij faciat, secundum glossam: [c] quod intellige, quo ad effectum satisfaciendi præcepto Ecclesiæ in hoc casu, nam quo ad alios acquireret ijs, quibus stipulatur, vt Perus. [d] recte declarauit.

282 Centesimouigesimoquinto peccat qui confert aliquam pecuniam in societatem nautarum volentium ire piscatũ in mare longinquum, & non habentium commeatum, & alia in id necessaria, eo pacto, vt tanta sibi lucri pars obueniret, quanta cuiuis alij nautarum, & vt euentus nauigationis sit illorum periculo: & quod ex lucro futuro primum prædicta pecunia ei soluatur, & si nullum fieret, vel adeo exiguum, vt non sufficeret ei soluendæ, quisq; pro sua rata illã soluat, nautæ vero vacui maneant. [e] Tũ quia, vt ait Bald. [f] socius, qui non est particeps pecuniæ in societatem collatæ, non debet soluere aliquam partem eius in negotiatione perditæ. Et is non communi cauit suam pecuniam nautis, cuius iactu ræ, participes esse voluit. Tum quia vult esse socius omnium lucri euentuum, at iacturæ non nisi vnius. Tum quia vult, vt tota sua sors principalis sit sibi salua. [g]

283 Credimus tamen, eum hanc conditionem adijcere posse, vt casu, quo tota pecunia, siue sors ab eo collata, aut eius pars amitteretur, nautæ soluerent eã partem, quam de ea impenderent in impensas, quas domi facerent, quia quum alius in societatem suam pecuniã, alius suam industriam & laborem confert, q laborem & industriam confert, non debet de lucro deducere totas sui victus impensas, sed eas solas, quas vltra dome sticas faceret, [h] & licet contrarium videatur verius Salic. [i] & esset verum quãdo tale pactum non interueniret, non tamen esset, quando interueniret, quia pactum illud non est iniustum, cum illi nõ obligentur ad sortem soluendam, nisi pro ea parte, quam impendissent in impensas, quas domi fecissent, in quo nulla inæqualitas in hac materia reprobata inuenitur. [k]

a *Arg. cle. dudum. de sepul.*
b *§. 1. & 2. instit per quas persõ. nobis acqu.*
c *Dict. cap. quãquam. uerb. mandatum.*
d *In d.cap. quamquã.*
e *Arg. glos. memorabilis & quæ latius ibi Bal. in l. 1. C. pro socio. nu. 6. quem sequitur Ia. in § sequẽs Instit. de actio. nu. 46. & eorum, quę ait uter queTh. 2. 2 q. 78. art. 4. ad 5.*
f *In d.n. 6.*
g *Cont. glo. receptam in l. si fuerit. ff. p socio.*
h *Iux. Bal. in d.l. 1. nume. 9.*
i *In d.l. 1.*
k *Arg. l. sed & si §. quod autẽ 2. ff. de peti. hære. & l. cum duobus, §. quidam Sagariam. ff. pro socio.*

DE VSVRA CIRCA cambia.

284 *Mutuum quod uis cum pacto, vt mutuans assecuret, vsura.*

285 *Mutuum pecuniæ ab vno numeratæ assecurando eum absq; pacto.*

285 *Assecuratio licita & utilis.*

285 *Vsuras nauticas esse nunc vetitas quo sensu.*

285 *Vsura non est aliquid pro fideiussione accipere.*

286 *Cambium quid, & quid sit siccum, et est septuplex.*

287 *Pecunia eadem numerata plus alij valet.*

287 *Permutatio antiquior emptione, & licita etiam in pecunia.*

287 *Pecuniæ finis peculiaris quis, & qui alij septem, in quos locari potest pretio, licet non mutuari vel commodari.*

287 *Commutatio omnis æqualem ualorẽ commutatorum requirit.*

287 *Cambium etiam pecuniæ pro pecunia, utriusque ualorem æqualem requirit.*

287 *Permutatur id quod est pro eo quod nondum est.*

288 *Cambium primum per officium mutandi licet, sed non est in usu.*

288 *Cambium secundum per minutum licet etiam priuatis, etiam in Hispania.*

289 *Pecunia cur maiori pretio præfixo exponi potest.*

290 *Cambiũ tertium per literas licet quatuor seruatis, & quod merces cambientis incerta.*

290 *Cambium tertium de uno loco ad alium valet, sed non de tempore ad tempus.*

291 *Cambium quartum translationis realis licet.*

291 *Pecunia ut merx est uendibilis, sed nõ ut est pretium.*

292 Cam-

292 *Cambium quintum ratione intereſſe veri, ſed non falſi lucri.*
293 *Cambium ſextum per cuſtodiam pecuniarum licet.*
293 *Campſor capit & reddit pecuniã dupliciter, re, & chirographo.*
293 *Deponens qui apud campſorem gratio cuſtodientem vſurarius.*
294 *Cambium ſeptimum præſenti pecunia pro abſente licet, hoc ſeruato.*
294 *Contractus nominati, & innominati in hoc pares.*
294 *Pecunia vna octo de cauſis plus valet quam alia.*
295 *Pecuniæ pretium auctoritate priuata vt mutari poteſt.*
295 *Mutuans pecuniam alicubi, quando plus recipere poteſt alibi.*
295 *Pecunia præſens tanto plus valet abſente, quanto diſtantior, & nume.* 296.
297 *Cambia vſitata pecuniæ minoris pro maiore vt liceant. numero* 298. & 299.
300 *Bulla Pij V. de Cambijs, & quæ poſt non ſint licita.* 301.
302 *Mutuare regibus ſub vſuris vt licitum.*

CEnteſimouigeſimoſexto peccat mortaliter contra hoc ſeptimum præceptum, qui quærit lucrum notabile ex cambijs ſiccis, vel realibus contra iura naturalia, diuina, vel humana iuſta exercitis. Pro cuius & aliorum intellectu, inſeremus huic ad id opportuno loco ſummam Commentarij capit. final. de vſur. quod eſt vnum de quinque prædicto Manuali adiunctis, quorum ſummam huc pertinentium huius latini opportunis locis inſerere in eius præfatione promiſimus.

284 Summa igitur prædicti Commentarij huic loco opportuno inſerenda eſt quod in primis quinque numeris habetur, quod principium illius capituli, aliter intelligitur a gloſſa Hoſtien. Ioan. Andr. & alijs in illud commentantibus, aliter a Ioan. Maiore, Caietano, Sylueſtro, Medina, & Soto in locis ibi citatis, quod ipſemet olim ſequutus fueram, & quod eorum intellectus nullatenus quadret contextui eius, multis rationibus perſpicue mõſtratur, licet ſit verus in ſe videlicet, quod mutuare alicui pecuniã traijciendam per loca periculoſa, eo pacto, vt mutuatarius faciat eam aſſecurare a mutuante, accepto in id aliquo pretio, eſt pretium vſuræ quia vltra ſortem quæritur mutuanri obligatio, vt aſſecuretur ab eo pretio aliquo accepto. Et quod ſecundus intellectus eſt, quod mutuans pecuniam traijciendam per loca periculoſa, ſuſcipiendo periculum in ſe ob aliquod pretium, eſt cenſenſus vſurarius. Cuius ſtatuendi ratio noua, & germana redditur, per quam monſtratur, non fuiſſe Gregorio animum reprehendendi aſſecurationes, quas quotidie in magnam Reipub. vtilitatem fieri videmus: ſed neque declarare, quod mutuare cum pacto, vt mutuatarius teneatur facere aſſecurare permutantem, ſit vſura, quia hoc indubium erat & indignum vt tanta opera declararetur, neq; fuiſſe animum decernendi eſſe vere peccatum vſuræ, mutuare ſuſcipiendo periculum in ſe, & aſſecurando pretio iuſto ei, qui vere vult pecuniam per loca periculoſa traijcere, & vere vult eam ſibi aſſecurari iuſto pretio: quia hoc coram Deo, & in foro conſcientiæ licitum eſt, vt ibidẽ monſtratur, ſed fuit animus obuiandi q̃ plurimis vſuris palliatis quæ fiebant mutuando cum aſſecuratione, ſuſcepto pro ea pretio quamplurimis, qui volentes, ſibi mutuari, & non inuentes qui gratis mutuarent, fingebant ſe velle traijcere pecuniam in alias terras, & velle ſibi eam aſſecurari, addito pretio iuſto, quo inuenirent mutuatores.

Obuiauit autem inducendo præſumptionem iuris, & de iure, qua qui hoc faceret præſumeretur vſurarius, & ita nõ dixit, eum, qui hoc faceret, eſſe vſurarium, ſed cenſendum, hoc eſt, præſumendum eſſe vſurarium. Quæ prouiſio digna fuit ſanctitate & eruditione Gregorij noni, & firmatur ratione prædicta, per quam ſoluuntur argumenta, per quę prædicti, & etiam nos intellectum communem reliquimus.

285 In nu. 6. 7. & 8. habetur, quod confitenti ſe mutuaſſe pecunias alteri, earum ſecuritatem depoſcenti, quo eas mari, aut alijs periculoſis locis transferret, & ſine fraude ipſe eidem ſecuritatem præſtitit pretio, quo ab alio eam accepturus

erat nulla reſtitutio eſt præcipienda a confeſſario. Et quod principio illius ca. ſolum eſt locus in mutuante pecuniam numeratam, quod multis fundamentis probatur. Et quod illud communiter receptum, vſuras nauticas eſſe prohibitas per ius Pontificium prædicti cap. intelligendum eſſe illas vetitas quo ad forum exterius, ſi ob mutuum pecuniæ numeratę accipiantur: & etiam quo ad interius, ſi propter pecuniæ, aut alterius rei mutuationem ſumuntur, ſed non ſi, & quatenus ob ſolam ſecuritatem præſtitam recipiuntur (nulla ratione habita ſaltem principali mutuationis certę quã titatis) modo non accipiantur maiores, quam ab alio tertio pro eadem ſecurita te reciperentur: quæ eſt noua & ſingularis reſolutio. Et quod errat impius Molinæus in locis ibi citatis, aſſerens licere mutuanti accipere vſuras a diuite, quia prædictũ cap. nauiganti, hét non licere vſuras accipere ab his, qui traijciunt pecunias in partes vltramarinas cauſa negotiandi, quod palam eſt non fieri a pauperibus. Et quod, quicquid Laurentius dubitet in loco ibi citato, fideiuſſor poteſt accipere aliquid pro fideiuſione, [a] vbi hoc notat Bart. receptus, quum per ſupradicta aſſecurans poſſit pro ſecurita te aliquid accipere, & fideiuſſor ſit in effectu aſſecurator, & non capit vi mutui, ſed vi fideiuſſionis, modo ceſſet fraus, qualis eſſet, ſi nollem tibi mutuare, niſi mihi fideiuſſorem N. præſtes, quo cum conueni, vt pro eo certum quid accipiat inter nos partiẽdum, aut quod liberatus a me fideiuſſione, illud mihi tradat, aut nolens ſine lucro mutuare, mitto te ad fratrem meum, aut alium, cui pecunias miſi, qui tibi eas mutuet, cum pacto, vt ego pro te fideiuſſeam, & poſtea nolo fideiubere, niſi certa aliqua re mihi abs te data, quamuis teneri etiam poſſet his caſibus, non ineſſe vſurã, cum nihil vi mutui taciti, vel expreſſi accipiatur, ſed ſolum vi alterius contractus longe differentis ab illo iuſte illi appoſiti.

a l. hoc iure. §. 1. ff. de donat.

286 In 9. & 10. nume. continetur, quod *cambium proprie eſt commutatio vnius rei pro alia*, & quod diuiditur in cambiũ pecuniæ numeratæ, & cãmbium aliarum rerum: quia multis de cauſis infra expreſſis, alia pecunia, plus valet vni, quã alia alteri, & econtrario. Et quod cambium, vt a vulgo vſurpatur, *eſt omnis contractus pecuniæ pro pecunia non gratuitus, ſiue ſit permutatio, ſiue emptio, ſiue depoſitum, ſiue quius alius.* Et diuiditur in reale, & ſiccum. Et quod cambium ſiccum, iuxta S Antoninum, & alios Theologos, ibi citatos, eſt *cambium fictum, & non verum*, & ſic accipitur in extrauag. Pij V. infra ad verbum num. 300. relata. Sed Laurentius in dicto Commen citatus, qui ante omnes de hoc meminit, dicit, cambiũ ſiccum eſſe, *quo campſor prius dat, quam accipiat*: quod ipſum etiam Syluester ait.

[b] Et quia dat antequam accipiat, dicitur ſiccum. Reale vero contra, *quo campſor prius accipit pecuniam, quam det* Et quod aliæ diuiſiones Caietani, Medinæ, Soti, & aliorum non videntur vtiles. Et quod ex mente omnium poteſt vtiliter dici, ſeptem eſſe genera cambiorum. Primum ratione officij mutuandi, quod non eſt in vſu. Secundum, per minutum, quo præſens pecunia pro præſenti commutatur. Tertium, per literas. Quartum, per translationem. Quintum ob intereſſe. Sextum, pro cuſtodia. Septimum per commutationem pecuniæ præſentis pro abſente.

b In verb. vſura 4.

287 In nume. 11. & tribus ſequ. continetur, quod permutatio eſt antiquior emptione, quæ cœpit poſt inuentam pecuniam numeratam, & quod pecunia fuit inuenta, vt eſſet pretium, quo neceſſaria vitæ emerentur, & vt rerum venalium eſſet menſura quædam publica. Et quod poſtea ſequuta eſt permutatio pecuniæ pro pecunia, & ars cambiendi, quæ eſt ars negotiandi pecunijs vltro citroque dandis, & accipiendis, & licet Ariſtotel. non ſit viſa licita, tamen ordinata ad quærendam ſuſtentationem, vel alium finem honeſtum, etiam Chriſtianis licet ex mente Sancti Thomæ ibi citati & recepti. Et quod licet primus finis pecuniæ ſit emptio & venditio, ſunt tamen alij ſeptem ſecundarij, in quos ea licite vtitur, cambiendo, permutando, opes oſtentando, ornando, aſpectus eius delectando, & iure ſiue ſucco eius medicando. Et quod excepto mutuo & commodato, licite præbens eam poteſt capere pretium pro eius vſu, qui autem mutuat, & fingit ſe locare in aliquem vſum

præ-

prædictorum, in quo pro vsu eius aliquid accipiat, peccat coram Deo cordiũ scrutatore. Et quod in omnibus commercijs, & contractibus iustitiæ commutatiuæ est seruanda æqualitas, ita quod tanti valeat acceptum quanti datum, & econtrario secundum omnes ibi citatos, præsertim Scotum. [a] Et ita sicut in emptione iusta tanti debet valere merx, quanti pretium pro ea datum, & tanti vsus rei locatæ, quanti pensio pro ea soluenda, & tanti equus dandus pro mula, quanti mula pro equo danda. Et consequenter in commutatione, & cambio pecuniæ, tanti debet valere danda, quanti accipienda, & quod huic consequens est quod in nullo cãbio, in quo pecunia pro pecunia datur, potest accipi aliquid vltra iustum valorem pecuniæ, quam dat ratione cambij, quatenus est permutatio, nisi adiungatur alia iusta ratio accipiendi, quia si cambium aliarum rerum, quod est naturalius, antiquius, & magis necessarium non est iustum, nisi seruata æqualitate valoris vtriusque rei campsæ, a fortiori cambium pecuniæ pro pecunia non erit iustum, non seruata æqualitate valoris vtriusque pecuniæ. Et qđ qui dat nunc pecuniam pro alia maiore post vnum, vel duos, vel plures menses reddenda, iniuste facit per prædicta, qa vult accipere rem maioris valoris pro re minoris, via permutationis, imo secundum Hostiensi ibi citatum admittit vsuram pessimam, & quod non est necesse ad iustitiam permutationis, quod Syluester, & Sotus ibi citati aiunt, quod res accipienda per permutationem, iam sit in rerum natura, & in dominio eius, cum quo res alia permutatur, quia nullo iure id cauetur, neque vlla ratione probatur, imo contrarium ostenditur, eo quod res nondum nata emi, vendi, & promitti potest, per ibi citata.

[a] *In 4. libr. sen. dist. 15 q. 2. art. 2.*

288 In 15. num. & tribus seqq continetur, quod prædictum primum cambium per officium licitum est, nam, quidquid aliqui ibi citati dicant, posset constitui a Republ. officium mutuandi egentibus cum salario de publico constituto: imo, & præstituto aliquo paruo lucro reddendo a mutuatarijs vltra sortem pro labore officiarij instar montium pietatis. quod ibi copiose probatur.

In 19. & 20. num. continetur, quod iustum est secundum cambium, vocatum vulgo per minutum, quo quis cambit p̃sentem pecuniam pro præsenti, puta, numos minoris valoris, pro numis maioris, vel contra, puta quadrantes pro Iulijs, vel Iulios pro scutis, aut contra, modo fiat ex officio a Republ. in hoc moderato lucro instituto, secundum plerosq; omnes. Et quod credimus etiam priuatis licere accipere aliquid exiguum, minus quam quod campsori assignatur, non sola ratione cambij, sed alicuius interesse singularis, laboris, trædij, impedimenti, & aliarum incommoditatum. Et quod licet in legibus Hispaniæ vetitum sit, ne quis officium campsoris sibi auctoritate propria sumat, non est tamen speciatim vetitum priuatis, ne cambiant priuatim occurrente occasione officij campsoris, specie, licet iuste vetari possit ex causis ibi expressis. Et quod habens aliquam monetam, quæ ratione materiæ, vel alicuius singularis interesse pluris saltem sibi valeat, quam publica lege æstimetur, potest illam permutare pro alia, recepto illo pluri, præsertim in foro conscientiæ, quia quidquid dicat Medina, quamuis illa moneta æstimata sit a Republ. certo pretio, ad vsum suum principalem, q est esse pretium, & licet nemo cogi possit ad dandum pro illa maius pretium quam constitutum: propter tamen alium secũdarium vsum, & singulare interesse, iuste potest aliquid amplius accipere, qđ etiam Sotus affirmat. Et quod hoc cambium est iniustum, quoties campsor plꝰ lucri, quam sit lege, vel consuetudine statutum recipit, & quoties pecuniam adulterinam, prauam, fractam, aut vsu non receptam compermutanti tradit, aut eum in pretio decipit.

289 In nu. 22. & alijs decem seq. continetur, quod tertium cambium, vocatum per literas, est iustum, & Reipub. necessarium, quia per illud virtualiter transfertur pecunia de vno loco in alium, quam libet remotum, virtute literarum, quibꝰ efficit campsor, vt tradatur tanta pecunia in alio loco, quanta ei datur, in quo ipse dat literas, & aliqd amplius pro iusta mercede. Et qđ dicitur cambium per literas, quia communiter fit per eas, quamuis etiã fieri possit per nuntiũ, vel

per ipſum campſorem . Et quod ad iuſtitiam requiritur, primo, vt ſeruetur ęqualitas valoris inter pecuniam datam, & accipiendam: quia in omnibus contractibus tam nominatis, quã innominatis, ſeruanda eſt æqualitas rerum commutatarum, iuxta prædictam omnium, præſertim Scoti. ſententiam.

Secundo, quod campſor non accipiat plus iuſta mercede, & quod illa non creſcit ex eo ſolo, quod tardius ſit accipienda pecunia virtute literarum, vel eo qđ a principio non traditur ei pecunia vel pars eius, ſed exſpectat ſolutionem vſq; ad tempus, quo certum fiat literis ſatisfactum eſſe: neque decreſcit ex eo, quod tota pecunia ſtatim ſoluatur, vel intra breuius tempus ſolito, quia per dicta ſupra, [a] propter anticipationem, vel dilationem ſolutionis, iuſtum rei pretium nec augetur, nec minuitur.

a Eodem c. nu. 228.

290 Quare qui minoris cambiunt, accepta præſenti pecunia per literas, quas vocant cambij, quam dilata ſolutione per literas, quas vocant crediti, non poſſunt excuſari, quod iuſtum ſummum pretium mercedis excedant, quamuis intra latitudinem iuſti pretij pluris cãbire poſſint, dilata ſolutione, quam ſtatim facta, per dicta. [b] Excuſari, inquam, non poſſunt ratione mercedis huiuſmodi cambij, licet ratione intereſſe veri aliquando forte excuſari poſſint, iuxta infra dicenda. Et quod tertio requiritur quod campſor, qui dat pecunias ſoluendas in alijs quamlibet remotis locis, ſciat vel probabiliter credat quod perſona, cui eas dat, habeat pecunias vel fidem, & voluntatem ſatisfaciẽdi literis, quas de ſoluendis illis ſibi tradit, quod ſatis ꝓbat prædicta extrauag. relata infra. [c] Et quod alioqui vſuram iniquã admittit, & iniquiorẽ ſi eas tradit cũ pacto, quod ſi non ſoluantur intra tres menſes ibi campſori ab eis, ad quos remittitur ſolutio, ſoluatur intra ſex mẽſes Romæ cum lucro cãbij, quo ibi erat ſoluendo, & lucro recambij Romæ ſoluendo Addo nunc quarto eſſe neceſſarium, vt locus, in quo eſt ſoluenda pecunia, longe diſtet a loco, in quo dantur literæ: alioqui enim eſſet cambium de tẽpore ad tempus, quod non licet, & non de loco ad locum quod licet. [d]

b Eod. nu. 239. & inf. c. 23. n. 78.

c nu 380.

d Vt ex eo. Commẽt. n. 67. colligit, & ſatis probatur prædicta extrau.

Et quod, attento ſolo iure naturali & diuino, æque iuſte poteſt fieri hoc cambiũ per literas de Ciuitate vnius Regni ad aliam eiuſdem, ſicut ad aliam alteri? Regni, quod & Sotus ſibi contrarius in locis ibi citatis tenet, quauis in aliquot Regnis iure humano id prohibeatur ad tollẽdas palliatas vſuras, inducẽdo prę ſumptionem earum, quod tamen ceſſante fraude, & fictione non ligaret in foro conſcientiæ, [e] modo tanto minus lucri acciperet campſor, quanto minus interuallum, inter vtramque Ciuitatem interiaceret, quod multis rationibus ibi probatur. Imo & concluditur, quod iura illa particularia humana, quantum ꝓſunt vno reſpectu, tantum obſunt altero. Et quod prædicta iura particularia deberent reſtringi ad cambia, in quibus campſor dat pecuniam in vno loco, & accipit literas de ſoluendo ei illam in alio, & non extendi ad illa, in quibus cãpſor recipit, quia per illa ſolet frequenter vſura palliari, per hæc autem non, imo multum commodari habentibus neceſſitatẽ transferendi pecuniam ſuam ſecure in alium locum. Et quod laudanda fuit lex bon. mem. Caroli V qui præſcripſit pretium moderatum, quo campſores ſuorũ Regnorum cambirent: quæ tamen, iuxta id, quod ibi præſagiuimus, non fuit vſu recepta: quamquam nihil aliud per eam fiebat, quam reductio mercedis cambientium, ad quantitatem, in qua nos eam cognouimus etiam poſt annum 1530 quando tranſlatio vnius ducati Salmantica Romam fiebat minoris groſſo, ſiue dimidiato Regali, quæ tamen nunc cõſtat tribus fere Iulijs ſiue Regalibus, & contra, Roma Salmanticam fiebat vno Carolino, ſiue tribus quartis Iulij, ſiue Regalis, & nunc conſtat fere quatuor Iulijs, quæ cariſtia neſcio qua iuſtitia coram Deo defendi poſſit.

e Arg. c. tuę & c. is qui. de ſponſal. & ibi not. a.

291 In num. 41, & duobus ſeq. continetur, quod licitum eſt quartum cambium per trãslationem realem, quod fit prius emendo, vendendo, permutando, aut per alium contractum innominatũ, quærendo pecuniam valentem minoris in aliqua Prouincia, quam in alia, eo qđ ibi non recipitur, vel eius materia non tanti ibi, quanti alibi æſtimatur, aut quia eſt deformata, fracta, raſa, reſecta,

aut

aut iniuſti ponderis, & poſtea realiter transferendo in aliam, vbi aliquo reſpectu pluris valet. Et quod pecunia emi, & vendi poteſt, quidquid aliqui dicant cum Soto, qui licet neget, eam emi poſſe, concedit tamen poſſe permutari, non ſolum tamquam ſimplex metallum, ſed etiam tamquam monetam, quæ octo rationibus, pluris, vel minoris iuſto pretio, lege & ſtatuto valere poteſt, quæque conſiderata, vt quædam merx eſt res vendibilis, & vt Sotus ait, campſibilis, licet non conſiderata, vt pretium.

292 In num. 34. & ſeqq. continetur, qđ licitum eſt quintum cambium, quo campſor recipit aliquid vltra ſortem veri in tereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis, quod incurrit campſor ceſſando ob id ab alio iuſto cambio, vel mercimonio, vt proximi neceſſitati cambiendo ſuccurrat cum pacto ſoluendi ei tantum quantum fuiſſet aliter lucraturus, quia, & mutuare ſic liceret per dicta ſupra. [a] Dixi, *ceſſando*, quia ſecus eſſet, ſi non ceſſaret, vt mercator, qui quamuis mutuauerit vnam pecuniam, mercatur alia tantum, quantum mercaretur, ſi non mutuaſſet illam. Quibus addo nunc, Pium Quintum [b] ſtatuiſſe, ne a principio certum intereſſe præfigi poſſit in cambijs.

293 In num. 36. & quatuor ſeq. continetur, quod licitum eſt etiam ſextum cambium, quo quis lucratur ob cuſtodiam pecuniarum, vt lucrantur argentarij, ſiue bancharij auctoritate publica conſtituti ad cuſtodiendas pecunias, quas iudices iubent apud eos deponi, quaſq; alij ſinguli deponunt, ea lege, vt habeat eas paratas ad reddendum, ſimul ac petitæ fuerint, habeantq; librum rationum depoſitarũ & redditarum, ſalua iuſta mercede pro tempore, quo penes eos fuerint, quia huiuſmodi officium eſt vtile Reipubl. & dignum ſalario publico, vel priuato. Et quod etiam auctoritate priuata fieri poteſt, vt aliquis habeat cuſtodiam pecuniarum talium, vel talium perſonarum volentium prædicta lege ſiue pacto apud eos ſuas pecunias deponere, quia id in effectu eſt contractus locationis ex parte campſoris, vel depoſitarij, & conductionis ex parte deponentiũ quem iuſtum eſſe clamant omnes tituli de locat. & conduct. Et qđ duobus modis fit depoſitio pecuniæ apud campſorem, ſcilicet numeratione, & traditione chirographorum acceptorum ab eis pro pecunia numerata. Et quod duobus etiam modis fit redditio, ſcilicet numerando, & tradendo chirographos, quibus rogat alium campſorem, vt pro eo numeret. Et quod non eſt verum id, quod Sotus, & aliqui mercatores dicunt, in Hiſpania campſori deberi quinq; de mille, cum redditur in numero, cuicunq; reddatur, & cum per chirographum, nihil. Tum quia nulla talis lex eſt. Tum quia contra omnia iura eſt, quod alius a deponente ei teneatur ſoluere præfata quinq;, quæ deponens debet ob cuſtodiam, & prædictas rationes campſorum. Quæ quidem allegatio licet eſſet iuſtiſſima, mihi tamen aliquando capienti pecuniam virtute chirographi e longinquo remiſſam parum profuit. Et quod nulla certa merces videatur eſſe præſtituta prædictis campſoribus pro prædicta cuſtodia, & opera iure cõmuni, neq; particulari ſalem Hiſpano, & ideo, ceſſante conuentione, definienda eſt boni viri arbitrio, penſatis pẽſandis. Quamquam video, q̃ in vrbe non ſolum non ſoluitur propter hoc bancharijs, ſed etiam habetur & agitur ab eis gratia deponentibus, eo qđ lucrantur vtendo pecunia depoſita in cã biendo & negotiando, imo in aliquibus partibus Hiſpaniarum & Galliarum, etiam gratia refertur reddendo 6. vel 7. pro centum in anno: licet certum ſit, hos poſtremos vſuram committere, ſi ex pacto expreſſo, vel tacito ea accipiunt, & illos primos, ſi ex pacto cuſtodiunt gratis pecunias depoſitas, & facultatem vtẽdi pecunia accipiunt pro ſalario cuſtodiæ ſibi alias debito, ea lege parati ſint eas reddere ſimul ac petuntur: & vtroſq; obligatos eſſe ſoluere iuſtam mercedem, niſi poſt cuſtodiam pecuniarũ, gratis ea condonetur, quia vt dictum eſt ſupra, [c] pecunia depoſita facta facultate depoſitario illa vtendi, mutuata cenſetur. Et ideo quidquid ob eius vſum vltra ſortẽ ex pacto expreſſo, vel tacito accipitur vſura eſt. Dixi, *poſt cuſtodiam*, quia donatio antea facta vim pacti vſurarij haberet, vt ex ſe patet.

[a] *Eod. cap. nu.* 211.

[b] *Per extra uag. infr. trãſcriptã.*

[c] *Eod. capi nu.* 180.

294 In num. 41. & 11. ſeq. continetur, quod etiam eſt licitum ſeptimum cambium, quod fit per commutationem præſentis pecuniæ pro abſente, & quod nil refert quo ad hoc, an commutatio fiat p emptionem, quæ eſt contractus nominatus, aut permutationem, vel per contractus do, vt des, vel facio, vt des, &c. q̃ ſũt innominati, quia licet contractus nominati ab innominatis differamt, quo ad aliqua, quo ad hoc tamen non differunt, vt dictum eſt ſupra,[a] quia ſicut emptio, & venditio reddũtur iniuſtæ ex inæqualitate valoris mercis & pretij & ex augmento pretij ob dilationem ſolutionis, & diminutionem eiuſdem propter anticipationem ſolutionis, ita etiam permutatio, & contractus do, vt des, & alij innominati. Et q̃ ex hoc infertur nil referre, an contractus, quo cãpſor dat, vel accipit pecuniam in vno loco, vt det, vel accipit eandem cum lucro in alio, appelleť emptio, vel venditio, vt Caie. ait, aut p̃mutatio, vt Sotus, & aliquot alij, aut do, vt des, aut do, vt facias dare, vel facio dare, vt des, &c. q̃ iuri propius videtur: eadẽ em̃ menſura iuſtitia eius, quocũq; nomine appelletur, metienda eſt. Et qđ vt dictum eſt, ſm̃ S. Tho. & receptam sẽtentiam, pecunia etiam, quatenus pecunia eſt, commutari poteſt, & ex eius cõmutatione negotiado lucrum quæri. Et qđ octo poſſunt eſſe in cauſa, quare vna moneta poteſt valere pluris, vel minoris quam alia. Primum diuerſitas metalli. Scđm, diuerſitas bonitatis eiuſdẽ metalli. Tertiũ diuerſitas formæ & ponderis. Quartũ, diuerſitas locorum. Quintum, reprobatio totalis, vel partialis. Sextum, temporis diuerſitas. Septimum, copia, vel defectus. Octauum, abſentia, vel præſentia. Et quod vna pecunia numq̃ valet pluris, vel minoris ex eo, q̃ citius, vel tardius danda, vel accipienda ſit, in quo graviter multi mercatores, & mutuantes erraſſe videntur. Et quod, qui centum ducatos mutuat ad annũ, ſi intra illud creſcat eorũ valor auctoritate publica, debent ſolui eidem totidem in fine anni, ſi eos eo vſque erat ſeruaturus, vel mutuauit cum pacto, vt redderentur ei cẽtum alij eiuſdem metalli & formæ, ſiue maioris, ſiue minoris in fine anni valerent, qđq̃ Sotus, cui reſpõdetur ibi, ſcribat: imo, & ſi non erat ſeruaturus eos, neque fecit prædictum pactum, ſed ſimpliciter mutuauit illos aureos in auro, ſecũdum Bart. communiter receptum. Et q̃ ſicut quælibet alia merx plus valet, vbi eſt inopia eius, quam copia, ita numus aureus pluris valet, vbi eſt magna inopia auri, & argenteus, vbi eſt magna inopia argẽti: quia pecunia, vt prædiximus, quædam mers eſt. Pro quo vltra alia citamus legem in hoc ſingularem 5. [b]

295 In nu. 13. & 14. ſeq. continetur, qđ̃ non obſtat prædictis, quod auctoritate publica conſtitutum eſt pretium monetæ publicæ, quod non poteſt mutari priuata, neque quod aurei non valeant plures Iulios, vel Regales tempore inopiæ eorum, quam copiæ, quia id eſt verũ eo reſpectu, quo eſt pretium, & quoad effectum cogendi quem ad accipiendũ eos pro pluri: non tamen eo reſpectũ, quo ſunt merx & campſibiles, ſiue commutabiles, & quo ad effectum vendendi volẽti eos quærere, præſertim data eorum penuria, quod in Vrbe paſſim factitať, nam, vt audio a fide dignis, licet pretiũ ſcuti aurei ſtatutum expreſſe a Principe ſint vndecim Iulij, & tacite per conſuetudinem aſcenderit ad vndecim cũ dimidiato, tamen propter penuriam ſolet cõ mutari cum quærente ſcuta aurea in auro, additis vno, duobus, vel tribus obolis ſiue baiocis, licet nemo cogatur illo pretio accipere. Et quod pretium pecuniæ in nundinis augetur ob multitudinẽ volentium accipere per viam cambij, & ob paucitatem volentium cambire, & econtrario, minuitur ob paucitatem volentium capere, & multitudinẽ volentiũ dare. Idem tamen limitandum eſſe ad multitudinẽ volentiũ dare, vel accipere per viam cambij liciti, ſicuti aliarũ merciũ valor creſcit per multitudinem volentiũ eas iuſte emere, non autem per multitudinem volentium eas rapere vel furari. Et quod ducatus pluris valet in Luſitania, quam in Caſtella, & q̃ Marapetini Caſtellæ æquantur Reais Luſitaniæ. Et conſequenter, quod mutuans centum ducatos in Luſitania iuſte capere põt aliquid vltra centum in Caſtella, & e contrario mutuans centum in Caſtella, iniuſte accipit centum integros in Luſitania, ſi alia ratio accipiendi, quam mutui

non

[a] *Eod. nu. 187.*

[b] *Quæſt. 4. eſt. ff. de eo. quod certo loco.*

non interueniat. Et idem dicendum de alijs locis,in quorum altero minoris,vel pluris valet,quam in altero Et ſic, qui mutuat centum ducatos in Hiſpania no ua, non poteſt capere totidem integros in veteri, nec in Italia, & minus in Gallia,& Flandria,& q̃ pecunia præſens plu ris valet ex ſe,quam abſens præſenti cæteris paribus, eo quod ex ſe requirit laborem,impenſam & periculum in tradu cendo,ꝓm Cald.quod auctoritate Caie. Sylueſt. & Medinæ, & rationibus firmis contra Sotum probauimus,licet per accidens contingat,vt ſine labore, & impẽ ſa ementis poſſit deferri abſens,quia ſatis eſt, quod ex ſe ſine illis fieri nõ poſſit. Et conſequenter, quod recte conſulit Card.[a] iuſtam fuiſſe emptionem,qua q̃dam Genuæ centum ducatis præſentib⁹ emit centum & ſex exiſtẽtes in Alexandria.Et quod eadem ratione ſola lege naturali,& diuina attenta,poſſet quis iuſte emere centum ducatis præſentibus Medinæ, centum & vnum exiſtentes Hiſpali,q̃uis ſint Ciuitates eiuſdem Regni Caſtellæ.Et quod tanto minoris põt emi abſens,quanto maior eſt diſtantia.Et cõ ſequenter, quod aliquando abſentia effi cit,quod ducatus abſens valens pluris in loco ſuo,quã præſens in loco ſuo, æqualis pretij ſit in loco præſenti minoris valoris,& aliquando minoris, & aliq̃ maioris, iuxta diſtãtiam locorum maiorem vel minorem vtriuſque,& iuxta differẽtiam maiorem valoris vnius, & valoris alterius,cuius exempla ibi ponũtur. An autem ſicut abſentia pecuniæ minuit ei⁹ valorem,ita & præſtatio eius abſens, & futura poſt annum, vel aliud tẽpus maius, vel minus minuat valorem eius, ita quod præſtatio eius præſens valeat plus quam illa,magnæ quæſtionis videt? Ad quam faciunt addu&ta ſupra ad probandum, quod debitum poſt aliquot tẽpus poteſt emi iuſte pretio minore præſẽti.[b] 296 In nu.68.& ſeq. quod in principalibus emporijs Hiſpaniæ, Galliæ, & Belgij habentur tres, vel quatuor nundinæ certis temporis interuallis diſtinctæ. Et quod ſunt aliqui,qui habent magnã quãtitatem pecuniarum, quibus nullas merces emunt,ſed in fine p̃dictarum nundinarum tradunt eas ijſdem,quib⁹ antea, vel alijs volentibus eas accipere ſoluendas in nundinis,in alijs Ciuitatibus eiuſdem, vel aliorum regnorum proxime futuris,cũ aliquo certo,vel incerto lucro, & in fine aliarum nundinarum recipiũt illam quantitatem cum illo lucro per ſe, vel per ſuos inſtitores,ſiue actores,& ſtatim tradunt eas alijs,vel eiſdem ſoluendas in nundinis, vel alijs terminis ſtatis alterius Ciuitatis, & in fine illorum faciunt,quod in proxime præteritis Et ita non ſolum conſeruant ſuam pecuniam, ſed etiam eius lucro viuunt,& ditantur. Et quod non abs re dubitatur an hoc genus cambij liceat.

Quibus nunc addo,eſſe huic dubio ſimile illud, in cuius ſolutione ſubſtitim⁹ ante aliquot menſes, D. Emanuel a Sa Doctor doctiſſimus iuxta ac pijſſimus,& ego,interrogati a quodam reuerendiſſimo animarum ſalutis ſuæ gentis ſitienti Epiſcopo,An ſit licitum illud genus cãbiendi,quo tota Italia hodie formaliter & reliquum orbis virtualiter vtitur,vti dicitur,nempe,quod multi habentes pecuniam numeratam,& nolentes, vel nõ potentes vti arte mercandi, nec emere prædia,quorum reditu ſe ſuſtentent, vtuntur arte campſoria in hunc modum, quod Genuæ,vel alio in loco Italiæ, dãt pro ſcuto Marchæ, quod valet Lugduni 67. ſoluendo ibi in proximis nundinis, 65. vel 66. plus, vel minus prout fuerit prolixius, vel breuius tempus inter dationem,& ſolutionem numquam tamen dant 67. quia tunc nihil lucrarentur, & accipiunt ab his,quibus dant pecuniam, literas ad quoſdam tertios,qui illa ſcuta in illis ſoluant ſibi, vel actoribus ſuis, q̃ rurſus dant illa ſcuta ſibi ſoluta eiſdem, vel alijs,ſoluenda Genuæ,vel alibi inter minis ad id ſolitis, cum auctario certo, vel incerto determinando a deputatis in id,& mox illa ſcuta ſoluta cum auctario p̃dicto,dant eiſdem,vel alijs ſoluenda in alijs nundinis proximis Lugduni,dando vt prædictum eſt ſexaginta quinque vel 66.&c.pro ſcuto Marchæ, & ita cõtinuo ſua cambia renouãtes ſuas pecunias augent: vtriuſque dubij ſimilitudo colligitur ex eo, quod in vtroque genere cambij campſor dat pecuniam alibi, & alio tempore ſoluendam cum aliquo auctario certo, vel incerto. Et quia vtriuſque reſolutio eſt perneceſſaria omnibus

[a] *In conſil. 11.de uſur.*

[b] *Sup.eodẽ. cap.n.230.*

omnium fere negotiatorum totius orbis Chriſtiani confeſſarijs, eam faciam diuina ope, quam breuiſſimam. Pro parte negatiua facit, quod hi videntur in effectu mutuare, & accipere aliquid vltra ſortem pp dilationem temporis, quod eſt vſura. [a] Pro affirmatiua vero facit, quod infinitus eſt numerus Chriſtianorum honeſtorũ, qui hac arte viuunt, nã non ſolum mercatores, & campſores qui eam palam exercent, ſed quamplurimi alij diuites, infimates, mediocres, & ſummates, etiam Eccleſiaſtici, vtuntur ea, deponendo, ſeu commendando ſuas pecunias campſoribus, vel mercatoribus prædicto modo negotiantibus cum pacto, vel intentione principali, vt eis cedant partes incertæ, vel certæ lucri incerti, pro quantitatibus a ſe commẽdatis: qui omnes confitentur, abſoluuntur, & communicant quotannis, & temerarium videtur eos omnes, & eorum confeſſarios damnare. Facit item, quod vt ait Cald. [b] ſine huiuſmodi cambijs omnia cõmercia cum extraneis Regnis ceſſarent, & propria pauperiora fierent.

297 Pro reſolutione igitur eorum dico primo, non poſſe illa defendi, niſi per reductionem ad aliquam ſeptem ſpecierũ cambij ſupradictarum, & quod non poſſunt reduci ad primam, neque ad ſecundam, neque ad quartam, neque ad ſextam, vt palam eſt id perpendere volenti. Secundo, quod nullatenus poſſunt illa defendi, quatenus eo maius auctarium accipiunt, quo plus temporis interiacet inter dationem & ſolutionem, niſi ratione veri intereſſe, quia id lucri fit ratione dilationis temporis ad ſoluendum, quod nullatenus licet, vt prædictum eſt. [c] Tertio dico, quod poſſunt ſaluari reducendo ad tertium & quintum, modo pecunia quæ datur in cambium alibi ſoluenda ſit deſtinata mercaturæ, vel reb. frugiferis emendis, ita quod cauſa principalis, quare ceſſatur ab illis, ſit illius datio ad cambium, modo item ſeruentur illa, quę in illis ſeruanda eſſe ſupra diximus, & prædicta Extrauagans requirit.

Quarto dico, quod etiam defendi poſſunt, quatenus reduci poſſunt ad ſeptimũ, quo pecunia abſens maior emitur, vel commutatur præſenti minori, vel datur pro ea, quia vt [d] dictum eſt pecunia abſens ſuapte natura minus valet, quam præſens eam vendenti, commutanti, vel alias danti. Oportet autem, quod in eis ſeruentur illa, quæ in illa ſpecie cambij ſeruanda eſſe diximus, & conſequenter aduertant, an eadem pecunia in eo loco diſtanti valeat pluris, quam in præſenti, & collato illo pluri cum minori, quo propter abſentiam valet, reducant ad æqualitatem, quæ, vt prædictum eſt, [e] in omni commutatione, quocumque nomine cenſeatur, lege ipſa naturali & diuina requiritur. Quare ſi eadẽ pecunia pluris valet Lugduni, quam Metinæ, carius debet emi Metinæ, quam eadem pecunia exiſtens Metinæ emenda eſſet Lugduni, & e contrario. Quo forte iuſtificantur cambia illa, quæ paſſim fiunt a Metina Vlyſſipponem, & Vlyſſippone Metinam, licet enim tam diſtet Vlyſſippo a Metina, q̃ Metina ab Vlyſſippone: longe tamẽ minoris emitur Metinæ ducatus exiſtens Vlyſſippone, quam ducatus exiſtẽs Metinę ematur Vlyſſippone: quia idem ducatus pluris valet Vlyſſippone, quam Metinæ.

298 Aduertant item, quod ſicut neceſſarium eſt ad iuſtificandam emptionem, commutationem, vel dationem, vt ſit actualiter, vel virtualiter vera merx venditoris, quæ ematur, vel cõmutetur, vt præſupponunt l. 1. & 2. [f] ita etiam oportet ad iuſtificationem huiuſmodi cambij per reductionem ad ſeptimum, vt accipiens pecuniam præſentem, & vendens, vel commutans pro illa abſentem, habeat illam in loco ſolutionis ſaltem virtualiter, & quod dans præſentem, vere velit illam abſentem emere, vel cũ illa commutare, alioqui eſſet ficta emptio, & mutuum palliatum, & conſequenter vſurarium, & illicitum per dicta ſupra. [g]

299 Dixi, *ſaltem uirtualiter*, quia ſufficit, quod habeat eam ſub credito, ita q̃ certo ſciat, vel ſaltem probabiliter credat, quod tradet eam is, ad quem deſtinantur literæ.

Aduertant etiam, quod ſicut emens rem aliã abſentem minoris, quam valeat cõi æſtimatione notabiliter, etiam detracto eo, quo minus valet propter abſentiã: peccat mortaliter, & tenetur ad reſti-

a ca. in Ciuitat. de vſur. cum citatis ſupra eo. nu. 210.

b In dicto conſi.

c Supr. eod. ca. nu. 210.

d Supr. nu. 294.

e Supr. eod. num. 287.

f ff. de contrahen. em. & §. pretiũ cum ſeq. Inſtitu.

g Eod. cap. num. 230.

reſtitutionem in foro conſcientiæ illius partis notabilis, quæ ad iuſtum pretium requiritur, ita etiam campſor, qui præſenti pecunia emit abſentem, notabiliter minoris, quam valeat communi æſtimatione propter illam abſentiam, etiam detracto, quo minoris valet propter abſentiam, peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem illius partis notabilis. quę ad iuſtum pretium requiritur. Et conſequenter, qui cãbiens, dat pecuniam minoris valoris, pro pecunia maioris valoris ſoluẽda alio loco ei, qui nec realiter, nec credito eã ibi habet, peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem, quia virtualiter vſuram committit. Nec ad excuſationem ſufficit quod ignoret, eũ illã habere, vel non habere, ſed oportet, vt ſciat, vel probabiliter credat eã habere, quia ignorantia etiã facti eius, q̃ oportet ſcire, non excuſat, [a] qualis eſt hæc. [b]

Quinto, quod tam in his duobus generibus cambiendi, quam in alijs debẽt ſeruari contenta in extrauagan. Pij V. quæ ſic habet.

a 1.q.4.§. *notandum.*
b Arg.cap. innotuit, cũ glo.de elec.

PIVS Epiſcopus, &c. In eam pro noſtro paſtorali officio curam diligenter incumbimus, infra. Primum igitur damnamus ea omnia cambia, quæ ſicca nominantur, & ita confinguntur, vt contrahentes ad certas nundinas, ſeu ad alia loca cambia celebrare ſimulent, ad quæ loca ij qui pecuniam recipiunt, literas quidem ſuas cambij tradunt, ſed non mittuntur, uel ita mittuntur, vt tranſacto tempore vnde proceſſerant, inanes referantur, aut etiam nullis huiuſmodi literis traditis pecunia ibi denique cum intereſſe repoſcitur, vbi contractus fuerat celebratus. Nam inter dantes & recipientes vſq; a principio ita conuenerat, vel certe talis intentio erat, neque quiſquam eſt, qui nundinis aut locis ſupradictis huiuſmodi literis receptis ſolutionem faciat. Cui malo ſimile etiam illud eſt, cum pecuniæ ſiue depoſiti ſiue alio nomine ficti cambij traduntur vt poſtea eodem in loco, vel alibi cũ lucro reſtituantur, ſed & in ipſis cambijs, quæ realia appellantur, interdũ (vt ad nos perfertur,) cãpſores præſtitutum ſolutionis terminũ lucro ex tacita vel expreſſa conditione recepto, ſeu etiã tantummodo promiſſo differũt. Quæ oĩa nos vſuraria eſſe declaramus, & ne fiant diſtrictius prohibemus.

Porro, ad tollendas quoque in cambijs quãtum cum Deo poſſumus occaſiones peccandi, fraudeſque fœneratorum, ſtatuimus ne deinceps quiſquam audeat ſiue a principio, ſiue alias, certum & determinatum intereſſe, etiam in caſu non ſolutionis paciſci, neque realia cambia, aliter quam pro primis nundinis vbi illa celebrantur, vbi vero non celebrãtur, pro primis terminis iuxta receptum locorum vſum exercere, abuſu illo prorſus reiecto, cambia pro ſecundis, & deinceps nundinis ſiue terminis exercendi. Curandum autem erit, in terminis, vt ratio habeatur longinquitatis, & vicinitatis locorum, in quibus ſolutio deſtinatur, ne, dum longiores præfiguntur, quam loca deſtinatæ ſolutionis deſiderant, fœnerandi detur occaſio. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnat. Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo. Kalend. Feb. Pont. noſtri anno ſexto.

301 Nota primo ex hac Extrauag. id, quod dixi, [c] ſcilicet, ſola & omnia cãbia ficta & ſimulata hic appellari ſicca, & omnia & ſola vera, realia, quod colligit ex verb. *ſicca*, adiuncto verbo, *& ita finguntur*, & verb. *realia*, & toto orationis contextu: & ita non damnat omnia cambia, in quibus campſor dat prius quam accipiat, licet omnia illa appellentur ſicca, ſecundum Laurentium. [d]

c Supr. nu. 286.

d Sup. relatum in nu. 294.

Nota ſecundo ex verſiculo, *vt contrahentes, &c.* ad iuſtitiam cambij per literas requiri illud tertium, & quartũ quæ ſupra [e] diximus eſſe neceſſaria, videlicet, q̃ cãpſor ſciat, vel probabiliter credat, eum cui dat pecunias poſſe ſoluere vbi promittit, & quod literæ dentur ad alium locum diſtantem.

e num. 285 & 297.

Nota tertio, quod eſt vſura nomine cambij perſonata illud lucrum, quod capiunt campſores nomine cambij, vel recãbij a debitoribus propter dilationem, quam concedunt eis vſque ad proximas nundinas, quod etiã probat cap. conſuluit. [f] Sed non adeo clare, quod eſt limitandum ſaltem quo ad forum conſcientię, quãdo pro vero intereſſe id caperet, per proxime dicta, [g] & prius ſupra. [h]

f De vſur.
g nu. 297.
h Eod. cap. num. 259.

Nota quarto, quod licet iure communi licuiſſet ante hanc Extrauag. conuenire a principio, vel poſtea ante terminũ ſolutionis ſuper intereſſe veriſimili, vt certum quid ſolueretur, ad eo quod

dixit

dixit Med. [a] ſoluendum eſſe intereſſe veriſimile, conuentum a principio, licet in fine appareat nullum futurum fuiſſe, cui conſentit Sotus, [b] poſt eam tamen non licet in hac materia cambiorum, li cet in alijs ſic, quum a iure antiquo non recedatur pluſquam exprimitur, [c] quod tamen limitandum eſt, quo ad forum conſcientiæ, quando certificatio eſſet æqua coram Deo, quia hæc lex, vt ex ea patet, fundatur, quo ad hoc in præſumptione, cui non eſt locus in illo foro. [d] An autem idem ſit in mutuo, quod in cambijs, dubitari poſſet, & diſputando vtraque pars defendi. Sed quia hæc lex in hoc eſt exorbitans a iure communi, iuſtior videtur pars negatiua.

Nota quinto, quod non poſſunt exerceri cambia, niſi quo ad proximas nundinas, vel proximos terminos ad ſoluendum cambia præfigi conſuetos, quod tamen arbitror limitandum eſſe, quo ad effectum carius cambiendi, ad ſecũdas, vel tertias nũdinas, quam ad proximas. Non enim videtur Pius prohibere, ne maior dilatio detur debitori ſine vllo maiori campſoris lucro. [e]

Nota ſexto, quod per hæc ſolui poteſt quæſtio quotidiana, quam ſæpe in Vrbe fuimus interrogati. An liceat vni Hiſpano dare alteri Romæ centum ſcuta pro centum ſoluendis ab eo in Hiſpania cũ aliquo augmento? Ad quam breuiter reſpondemus, primo, quod non per viam intereſſe lucri ceſſantis, ſi non habebat illa deſtinata ad mercãdum, vel ad emẽdum aliquid frugiferum, quia nullũ verum tale intereſſe prætẽdere poteſt, per proxime dicta. [f] Secundo quod non poteſt etiam per viam emptionis & commutationis rei præſentis cum re abſente, ſi ille nec formaliter, nec virtualiter habet illa in Hiſpania per ſupradicta. [g] Tertio, quod poteſt per viam emptionis vel commutationis rei præſentis cum abſente, ſi alter vere habet illa ſcuta, q̃ vendit in Hiſpania formaliter, vel virtualiter in reditibus beneficij, vel aliorũ bonorum, vel in tali credito, quod probabiliter creditur per literas eius deſtinatas ad aliquem cognatum, vel amicũ tradenda eſſe ea ibi, per ſupradicta. [h] Idque duplici ratione. Prima ratione abſentiæ, ob quam valet minus. Secũda ratione valoris, quia plus valent hic centum, quam ibi totidem. Quarto, quod licet etiam per viam mutui, præſuppoſito, quod eadem pecunia valet hic plus, quam ibi, imo, & ſi non valeret plus, facta facultate mutuatario ſoluendi in Vrbe, aut ſi malit in partibus cum cambio, quo traductio illorum in Vrbem conſtabit, quia hoc caſu nil videtur capi vltra ſortem, niſi ad ſummum intereſſe damni emergẽtis, præſertim, ſi qui dat, eget illis, vel putatur eis opus dabiturus in Vrbe.

Non obſtat deciſio illa S. Antonin. [i] quod vſuram committit, qui campſor Romæ dat alteri centum ad agendum ſua negotia ſoluenda Pariſijs intra octo menſes cum auctario quinque vel octo, quem ſequitur Sylueſter, [k] & Gregorius Lopes. [l] Tum quia loquitur de mutuante, vel de illo, qui ſola ratione dilationis datæ ad ſoluendum accipit aliqd vltra ſortem, quod colligitur ex dilatione octo menſium, & ex eo, quod eadem pecunia plus valet Pariſijs, quã Romæ, quod numquam licet. [m] Supradicta vero procedunt in illis, quia alia ratione, quam mutui, vel dilationis, accipiunt plus: puta ratione emptionis rei, quæ minus valet ob abſentiam, vel ob locum in quo eſt, vel ratione intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis.

Nota octauo, quod id, quod vulgo dicitur, ſcuta & ducatos, quibus vtuntur mercatores, & campſores in nundinis cambiendo eſſe maioris pretij, & diuerſos ab illis, quibus vtuntur in emendis rebus neceſſarijs & mercibus, nõ eſt intelligendum, quod ipſi mercatores augent, vel minuunt pretium eorum, vel quod apud eos pluris valent, ſed quod ducatus, vel ſcutum cum auctario, quod ſoluendum eſt pro eo aliò remittendo, vel aliunde remiſſo valet pluris, & quod quantum debeat eſſe illud auctarium arbitrantur ipſi tamquam boni viri, & in arte periti, attenta varia variorum locorum diſtantia, & maiore copia, vel penuria pecuniæ cãpſibilis, & merito: quia res indefinitæ arbitrio boni viri ſunt finiendæ. [n] Vnde non omnes ducati cũ auctario ſuo, quibus vtuntur in cambiendo ſunt eiuſdem pretij, ſed varij, & maioris, & minoris iuxta varietatem loco-

[a] *In C. de reſt. fol. 132*
[b] *lib. 6. q. 1. art. 3. de iuſtit. & iur. c. l. præcipimus, C. de appell.*
[c] *d capi. tua. & c. is qui de ſponſal, cum eis ad notat.*
[d] *e Arg. l. qſ fauore. C. de leg. & c. qſ ob gratiam de reg. iur. lib. 6.*
[e] *f nu. 297.*
[f] *g Eod. nu. 298.*
[g] *h Eod. nu. 298.*
[h] *i 2. par. tit. 1. c. 7. §. 30.*
[i] *k Ver. uſu. 4. q. 13.*
[k] *l l. 31. par. 5. tit. 11.*
[l] *m Per cap. in Ciuitate de uſur. & cap. ad noſtram de empt.*
[m] *n l. 1. ff. de iure delib. cap. de cauſis, de offic. delegat.*

locorum,ad quæ, vel vnde remittuntur ſoluendi, & ita non ſunt damnandi,tãquam fictitij,vt aliqui,quos in prædicto Cõmentario ſequuti fuimus,damnant. 302 Defendere autem illos, qui mutãt ſub vſuris Regibus, &c. aliquo modo eos cogentibus, non videtur facile.

Tum quia id iure naturali eſt, peccatum, vt dictum eſt, [a] quale ob nulla mala vitanda admittendum eſt. [b]

Tum quia pro nulla re licet mentiri, [c] & mentiri, & ad vſuram dare parificari videntur.[d] Tum quia ſaltem multi eorum ratione intereſſe non poſſunt illas accipere, quia pecuniam,quam mutuãt non habent paratam ad exercendã mercaturam, nec ad prædia,& cenſus emendos, vt ſatis definit Sotus. [e]

Tum quia ratione cambij non videtur poſſe accipere, quia non eſt licitum cãbire cum lucro in loco ad eundem, neque in nũdinas ſecundas,vel tertias per predicta : & Reges capiunt mutuum nõ ſoluendum vere in locis extra ſua domi nia ſitis,licet fingant illud in ſuis literis, & omnia cambia ficta reprobantur.

Tum quia,vt audio, capiunt illas pecunias cum promiſſione ſoluendi auctarium ad rationem 5.8. aut 10. pro 100. in anno, quod ad nullum genus cambij liciti reducitur.Tum denique,quia difficile eſt reducere huiuſmodi lucrum, ad lucrum cambij ſeptimæ ſpeciei,& ad nullum alium iuſtum poteſt reduci. Quare conſulendum videtur viris pecuniosis non exercentibus mercaturam, neque intendentibus emere prædia, vel cenſus, etiam ſi non mutuarent,vt ſine vllo temporali auctario gratis principaliter mutuent ſuas pecunias prædictis Regibus pro ſpirituali virtutis & meriti, ſperantes minus principaliter aliquã remunerationem antidoralem,aut certe emant ab eis cenſus iuſto pretio cum pacto redimendi conſtitutos ſuper reditibus publicis illarum,vel illarum Ciuitatum, vel ſtatuum, habentibus vero pecunias deſtinatas ad lucra prædicta mutuent ſub intereſſe verisimili lucri ceſſantis.

a Supr.nu. 211.
b cap.itane & c.tolerabili 9.3.q.5.
c Gloſ.iuncto text.recepto.in ca. ſi aliquid, 22.q.4.
d In c.ſuper eo. de uſur. e lib.6.q.1. ar.3.de iuſ. & iur.

DE OCTAVO PRAECEPTO Decalogi,non ſis falſus teſtis. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum octauum quid principaliter & quid ſecundario prohibeat.*
2 *Teſtans ignotum eſſe verum,& peccat.*
3 *Peccatum verborum ſeptuplex,& præcipue ex intentione iudicandum, & num.4.*
3 *Mendacium,quid,quotuplex, & quod mortale, etiam in iudicio.*
5 *Miracula falſa, & vitam ſanctorum fictam prædicans.*
6 *Promiſſio quæ obligat ad mortale,late.*
7 *Deliberatio,quæ ad obligationẽ ſufficit.*
8 *Simulatio, & Hypocriſis mendacia factorum, & quæ mortales.*
9 *Iudicium temerarium quid, & crebro parit mendacium.*
10 *Contumelia, conuitium, & improperium quid.*
11 *Honor quid, & quæ inhonoratio mortalis.*
12 *Correctio iuſta, qua contumelia carere debet.*
13 *Suſurratio quid,quæ mortalis, differt a detractione,& contumelia. & ſeqq.*
15 *Deriſio quid, quæ blaſphemia, & quæ mortalis,num.16.*

PRo fundamento dicendorum in hoc cap. præſupponimus primo, & ex mente Sanct. Thomæ recepta, [f] quod hoc præcepto principaliter prohibetur latio falſi teſtimonij iudicialis,& veri celatio : & ſecundario omnis ſignificatio inordinata verborum,ſignorum,& factorum, quæ fit mentiendo,inhonorando, ſuſurrando,detrahendo,maledicẽdo, detrahendo. De quibus omnibus, quo ordine poſita ſunt, dicetur.

Secundo præſupponimus, quod omnis ſignificatio huiuſmodi eſt, ſaltẽ peccatum veniale,per tradita ſupra.[g] Tum quia eſt iniuria verborum, & quæcumque talis eſt ſaltem venialis.Mortalis autem eſt omnis, & ſola illa, quæ fit animo notabiliter iniuſte nocendi in bonis ſpiritualibus,aut temporarijs, quamuis non noceat : & illa, quæ fit nocendo notabiliter,

f 2.2.q.112 art.5.ad 2. & latius Alex. Halen. in 3 par q. 1.
g Prælud.7

tabiliter, aut dando cauſam ita nocendi ſine tali animo: aduertẽdo tamen, aut aduertere debendo per illam notabiliter noceri, aut cauſam notabilis nocumenti dari, alias non: quamuis iniuria grauiſſima ſit, iuxta mẽtem S. Thomæ [a] declaratam vtrobique per Caietanum.

Primo igitur peccat mortaliter contra hoc præceptum teſtis, qui facit aliquid ex ſeptem poſitis infra, [b] nam falſum teſtimonium ob tria eſt peccatum mortale; iuxta S. Thomam, [c] quod probatur per capit. 1. [d] puta ob iuramenti violationem, quæ fere ſemper eſt mortalis. [e] Ob iniuſtitiam, quæ etiam eſt mortalis, quum eſt notabilis, alias non per ſupradicta, [f] & ob perniciem mendacij.

2 Ad noue autem hic quæſitum, An teſtis teſtatus aliquid eſſe verum, neſcius eſſe tale, ſed credens cuipiam illud affirmãti, teneatur reſtituere illud, quod ob id condemnatus ſoluit? Reſpondeo non teneri (licet peccet grauiter) ſi affirmans eſſet tantæ probitatis, vt ei confitenti, communicanti, & Chriſtiane viuenti merito credi poſſit, quia iuſte credere põt, ſe nemini in iuſtitiam feciſſe, [g] alioqui ſic: & etiam ſi contrarium reſcierit, quia contrarium credere debet, nam in claris non eſt locus coniecturis. [h]

Secundo peccat, qui mentitur notabiliter nocendo, iuxta illud. [i] *Os quod mentitur, occidit animam.*

Dixi, *notabiliter*: quia alioqui ſolum venialiter peccaret per ſupradicta. Mendacium autem *eſt ſignificatio falſi, uel putati falſi pro uero*, ſecundum Auguſt. [k] nam illud quod additur, [l] de animo fallendi, non eſt neceſſarium ad eſſentiam mendacij: ſed ad maiorem eius grauitatem ſecundum mentem eiuſdem ibidem, & omnium, & ita eſt actus contrarius virtuti, quæ appellatur veritas, quæ dirigit ita nos ad conformandum dicta, & facta noſtra, vt vera dicamus, & fidẽ ſeruemus, iuxta S. Thomam. [m] Narratio autem fabularũ Aeſopi, aut aliarũ ſimiliũ ſignificando exiſſe, aut tacite eas non eſſe veras, non eſt mẽdaciũ, ut recte Caiet. inſinuauit: [n] qa nõ ſignificatur per eã falſum pro vero,

3 Diuiditur autem mendacium, primo in formale tm̃, quo ſignificatur verũ putatum falſum. materiale tm̃, quo ſignificatur falſum putatũ verum, & mixtum, quo ſignificatur falſum, putatũ falſum, vt declarat S. Tho. [o] Secundo diuiditur in iocoſum, quo tm̃ delectatio queritur. Officioſum, qđ nemini nocet, & alicui prodeſt, quæ duo nõ ſunt mortalia, ẽt ſi a religioſo, aut ab alio cuiuſuis ſtatus perfectionis dicantur, niſi iuramento firmentur, aut cũ magno ſcandalo dicantur, aut animo non abſtinẽdi ab eis: quamuis eſſent mortalia, aut cõtra conſcientiam, quæ illa eſſe peccata mortalia dicaret ſm̃ vtrumque Thomã: [p] Pernitioſum, quod alicui in reb. ſpiritualibus, corporalibus, aut tparijs nocet, & eſt mortale, qñ dicitur cũ intentione notabiliter nocendi, aut notabiliter nocet. Ad quas tres ſpecies reducuntur illæ octo, quas S. Auguſt. poſuit, [q] quarum quælibet ſuo genere eſt mala, etiam ſm̃ Ariſtot. [r] quia eſt inordinatus actus, vt ſupra dictum eſt, & ita non poteſt dici abſque peccato, ſaltem veniali, etiam pro vita, vel anima alicuius ſeruanda, [s] vt ait ẽt S. Thom. [t] qui [u] ſenſit, omne mendacium iudiciale, etiã leue eſſe mortale, qđ verum eſſe de mẽdacio rei ad iudiciũ pertinentis, & non alterius dixit ibi Caiet. & ſentit alibi. [x] Nos tm̃ aſſeruimus, [y] quod mendaciũ de re leui, ẽt pertinente ad iudiciũ, non eſt mortale, cõſentiente doctiſſimo, nec minus Chriſtiano doctore Magiſt. Fratre Martino a Ladeſma profeſſore huius noſtræ Academiæ Conymbricenſis celeberrimo, qui gloria, & magnũ decus eſt illuſtriſſimi Ord. Dominicani, quod ipſum fecimus [z] poſtquam legimus Sotum de rõne tegendi ſecreti, vbi [a] idem tenet, cõcludendo, nullum mendacium eſſe mortale, eo ſolo, quod in iudicio exteriori, vel interiori dicatur, quod extra illud dictum, tale nõ eſſet, nec per conſequens qñ non eſt notabiliter dãnoſum, nec iuratum, ſed tm̃ eſſe veniale, vt ẽt infra [b] repetemus. Ita quod per ſolam circunſtantiam iudicij, niſi alia concurrant, non fit mortale. Per quod ceſſat oppoſitio cuiuſdam docti fundata in alio noſtro dicto infra [c] f. reum mortaliter peccare, negando veritatem iudici competenti iuſte interroganti:

[a] *Vbi ſup. & qõ. 73. art. 2.*
[b] *Cap. 25. num. 39.*
[c] *2. 2. qõ. 78 art. 4.*
[d] *De crimi. falſ.*
[e] *Per ſup. dict. in ca. 12.*
[f] *Inc. 114 num. 1.*
[g] *Arg. glo. ſing. l. Titio fundus. ff. de cond. & demonſt. ornata a Felyn. in c. cũ contingat. de reſcript.*
[h] *l. cõtinui §. cum ita. ff. de uerb. oblig.*
[i] *Sapiẽ. 1.*
[k] *Inc. homines. 22. q. 2.*
[l] *In §. ille ſub c. beatus eadem cauſ. & q. 2. 2 qõ. 110. art. 3. ad 5.*
[m] *In d. qu. 110. art. 1.*
[o] *Vbi ſup. art. 1.*
[p] *In ead ẽ 2. 2. q. 110. art. 3. & 4.*
[q] *In c. primis. 22. q. 2.*
[r] *In 4. Ethi.*
[s] *Cap. ſuper eo. de uſur. & in d. c. primũ.*
[t] *Vbi ſup. art. 3.*
[u] *In q. 69. arb. 1.*
[x] *In d. qõ. 110 art. 4.*
[y] *In c. fratres. nu. 27. de pœn. diſtin. 5.*
[z] *In repe. c. inter uer ba. 11. q. 3. a Membro. 2. q. 7.*
[b] *Cap. 21. num. 37.*
[c] *Eodem, num. 37.*

roganti: qui tamen non peccaret negando extra iudicium alteri, quia ibi præter circunstantiam iudicij concurrunt saltem duæ aliæ, scilicet iuramentum, sub quo respondet reus, & quod lex diuina & humana obligant dicere verum, quando iudex competens iuste interrogat, iuxta S. Thom. receptum, [a] & probat tit. de interrog. actio. & q fit notabile damnū accusatori [b] aut Reip. cui notabiliter itereſt crimina puniri. [c]

4 Tertio peccat, qui mentitur in materia fidei sacræ scripturæ, vel morum, quia de sua natura est mortaliter pernitiosum, iuxta S. Thom. [d] quod ibi limitat Caietanus non procedere qñ id fit per solum multiloquium, vel alias sine animo, & periculo nocendi notabiliter, & persuadendi aliquod falsum alicui. Vnde infertur, non esse mortale allegare falsē in pulpito, vel in cathedra, dicendo tale quid esse in illo, vel in illo [e] vel lege, quod est in alio, aut tribuere Augustino, Hieronymo, Bartolo, vel alijs, quod alius dicit.

5 Quarto peccat, qui concionando, falsum miraculum, sciens tale esse, narrat: aut data opera vitā alicuius Sancti aliter quam sit fingit, iuxta Caietanum, [e] quia est pernitiosum notabiliter, quoniam ex parte dicentis fides & exitimatio miraculis Christi, & eius sanctorum adimitur.

Quinto peccat, qui promissionē obligantem ad mortale nō adimplet eo modo, quo debet, [f] quia species mendacij, notabiliter pernitiosi est talem fidem, & promissionem non adimplere.

6 Porro promissio, quæ obligat ad mortale, *est omnis vera deliberata, & voluntaria, etiam nuda, rei licitæ, possibilis, & notabilis, quam mutatio rerum status non enervauit.*

Dixi, *Omnis*, vt non solum comprehenderet promissionem factam Deo, quale est votum, de quo supra, [g] sed et homini, etiam hosti, [h] & non solum expressam: sed etiam tacitam. [i]

Dixi, *Vera*, ad excludendā fictam, quæ fit aīo non obligandi, vt sentit S. Tho. [k] Quamuis peccet significando habere animum se obligandi, quem non habet, etiam mortaliter, si alicui notabiliter noceat, vel intendat nocere per p̄dicta.

Ex quo infertur, non obligare promissionē, cuius causa principalis nō est vera, si ei, qui promisit, non erat aīus se obligandi absq; ea, nec refert quo ad forum conscientiæ, vtrum causa exprimatur, aut taceatur: quia opinio Collect. & Pan. [l] qui expressionē causæ requirunt, intelligit in foro exteriori, in quo absque ea animus obligandi nō p̄sumitur, vt recte insinuauit Syluester: [m] non autem in foro conscientiæ, in quo soli veritati standum est. [n]

7 Dixi, *Deliberata*: quia facta absque deliberatione ad id necessaria non obligat per ea, q̄ sup. [o] de voto dicta sunt. Ex quo colligi potest, quod illa deliberatio sufficit, & requiritur, quæ sufficit, & requiritur ad votum.

Dixi, *Voluntaria*, quia metu, aut dolo extorta non sufficit in cōscientia, nisi adsit iusta S. Tho. [p] nec ēt in foro exteriori: quia quāuis regulariter actori actio detur, reo tñ exceptio cō ceditur. [q]

Dixi etiam, *Nuda*, quia iure naturali, diuino & canonico etiā illa obligat. [r]

Dixi, *Rei licitæ*, qa illicitæ nō obligat. [s]

Dixi, *Possibilis*, quia promissio rei impossibilis non obligat. [t]

Dixi, *Notabilis*, quia cum furtum rei notabilis non sit peccatum mortale, licet veniale sit, vt supra dictū est [u] a fortiori, nec violatio promissæ rei exiguæ erit mortalis: quamuis venialis sit, quæ aūt res sit notabilis supra dictum est. [x] Per quod a mortali excusantur, qui p̄o mittunt alicuius noie salutem alicui se dicturos, aut alia mandata parui momēti ad aliquem perlaturos, & postea non perferunt. Et qui precationē Angelicā, & alia similia parua pollicentur, etiam si iuramento, aut voto idipsum confirmassent secundum eos, quos in hac tra ductione sequimur. [y]

Dixi, *quam mutatio rerum status non enervauit*, quia tali mutatione superueniente, non obligat, iuxta Senecam lib. de benefic. approbatum per S. Thom. [z] vt si is, cui promisi ensem, insaniuerit. [a] Vel si quam promisi ducere, fornicata fuerit. [b] Vel si quod tempore promissionis erat licitum, fiat illicitum. [c] Vel si altera pars eā remittat, vel pro sua parte non impleat, id cuius causa promissio facta est. [d]

Dixi,

a In 2.2.q. 69.art.1.et q.76.art.1.
b Cap.quisquis.7.q.8.
c Cap. ut fama. de sent. excom mun. & l. ita uulneratus, ad l. Aquil
d In d.qu. 110.art. 4.
e Vbi sup.
f Cap. iuramēti.22. q.& cap.1. de pact.
g Cap.12. num.14.
h cap.noli. 23.q.1.
i l. labeo, & l. item quia. ff. de pact.
k 22. qu. 110.art. 3. ad 5.& fa cit c. huma na.22.q.5, & l. obliga tionum. 1. ff. de actio.
l In c.1. de don. & in c, si cautio. de fid. inst.
m Verb.pa ctum. q. 4.
n c. humanę aures.2. 2.q.5.et c. tua de spō.
o c.12.nu. 24. & 26
p 2. 2. q 89.art.7.
q l.2.C.de mut,stip.et l. ad inuidiā. C. de his quæ ut r cap. 1.de pact.et l.1. ff.cod. tra ds Inno. in c.nouit. de iu. & Fel. in prooemio Greg.n.25 & in c.quę in eccle. de constit. nu. 55.post Bar to. & extrau ag. ad re prim.uerb. denunt.
s c.in ma gis.22.q.4.
t l. impoßibiliū. ff. de reg.iu.c.ne mo ad im poßibile.co. tit.lib.6.
u c.17.n.3
x c.17.n.4
y In d.c 18 n.10.et 40
z 2.2. qu. 100.art.3. ad 5.
a c. ne qs. 22.q.2.
b c. quēad modum.de iureiur.ubi glo.
c Arg. ca. Quintaual lis.de iureiur.
d l.cū pro ponas.C.de pact.c.peruenit. 1. de iureiur.

Dixi, *Cuius causa, &c,* quia si alicui absolute aliquid promiseris, sine respectu rei ab eo promissæ : contra, ille aliquid tibi promiserat sine respectu rei a te illi promissæ non liberaberis ab obligatione ex eo, quod tibi nõ satisfaciat : nec contra, ille ex eo, quod tu illi non satisfacias . [a] Quæ non sunt intelligenda de qualibet mutatione, sed de illa, quam si promittens præcogitasset . non promisisset, cui fides habenda est in foro conscientiæ, [b] & etiam exteriori, si iudicio prudentis viri consideratis negotij circunstantijs nequaquam promississet, si illud præcogitasset: qua de te copiosius [c] scripsimus .

8 Sexto peccat, mortaliter, qui factis rem aliquam falsam pro vera in damnum notabile alterius significat : vt qui vult apparere bonus, aut facit quo appareat talis, nolens esse talis, quia est mendacium pernitiosum : nam mendacium dicitur etiam in factis, qualis est simulatio qua significamus esse, qđ non est, & hypocrisis, qua significatur bonus, qui non est talis iuxta mentem S. Augustini & Isidori explicatam per S. Thomam [d] asserentem, paria esse factis, aut verbis mentiri : facere autem aliquid quo quis appareat bonus, quum non sit, sine notabili alterius damno solum est veniale. sed facere opera, quib. bonus appareat, cum non sit, sine intentione ostendẽdi se bonũ, non est etiam veniale, iuxta mentem omnium, quam recte Caietanus, explicat, [e] nisi collime tur illud in aliquem finem malum. puta, vt aliquas hæreses doceat, aut aliquã dignitatem eccleſiasticam aut temporariam, qua indignus est, consequatur, aut nisi in tali simulatione suum vltimum finem constituat, iuxta Alex. [f] & Caietanum. [g] Peccat etiam, saltem venialiter, qui vult bonus videri, cum nõ sit, etiam si id ad ædificationem proximi referat : quia non sunt facienda mala, vt inde bona eueniãt. [h] Ad noue hic quæsitum, scilicet, An peccet, qui fingit se talem genere, conditione, gradu, &c. qualem requirit optio ad collegia, vel alia munera ? Respondemus, quod sic per dicta . [i]

9 Septimo, qui per leuia, & minus ido nea indicia, aut signa, in iudicio, aut extra illud, firmiter iudicat de proximo aliquid mali in eius damnũ notabile, vel quod peccat mortaliter, aut est in peccato mortali : quia est mendacium mentale pernitiosum contra illud . [k] *Nolite ante tempus iudicare,* secundum mentem S. Thomæ . [l] Qualis est, qui damnat peccati mortalis aliquem bonæ existimationis, aut incognitum, eo solo quod videat eum cum muliere secreto loquẽtem, vel eo quod videat ali quem comedere mane, aut sæpe in die ieiunij ex præcepto, quia forte causam non ieiunandi habet, aut eo quod vidit aliquem, non ita familiariter atque solebat cum aliquo versari, aut leuem aliquam iram ostendere, quia non omne odium, & omnis indignatio mortifera est, vt supra [m] diximus, & alij similes, qui firmiter facile iudicant alios occidisse, vel furatos fuisse .

10 Octauo peccat, qui alicuius honorem notabiliter intendit lædere, vel lædit, aut causam dat lædendi per contumeliam, conuitium, vel improperium, secundum S. Thomam, [n] iuxta cuius mentem *contumelia* est *significatio alicuius mali culpæ facta præsenti,* vt appellando furem .

Pro quo facit l. 1. [o] *Conuitium* vero, *significatio facta præsenti alicuius mali culpæ, vel pœnæ, vel defectus naturæ,* vt appellando furem, vel cœcum, [p] *Improperium* autem est *significatio beneficij tempore necessitatis ei collati,* quamuis hæc nomina frequenter confundantur.

11 Quæ tria sunt contraria honori : quoniam honor est *exhibitio reuerentiæ in testimonium alicuius excellentiæ maximæ virtutis,* secundum S. Thomam [q] de quo nos latius.

Dixi, *lædere intendit, &c.* quia si huiusmodi significatio fieret causa iustæ castigationis, aut correctionis, non esset peccatum : nam Christus appellauit discipulos stultos, [s] & Apostolus Galãtas insensatos. [t]

12 Dixi, *Iuste,* & ita cum causa principalis eius est correctio, & non ira : quia si hæc esset causa principalis, graue peccatum foret, & frequenter mortale, vt ait Syluester, [u] cui addo primo S. Thomam dicere, [x] quod quamuis hoc absq; peccato fieri possit : ht tamẽ rarissime,

vbi

a Iuxta notata in d.c. peruenit, & dicta l. cum proponas.
b Iuxta gl. sing. ca. significasti.
1. de homicid.
c Super gl. d.c. quemadmodum.
d 2.2. qõ. 111.
e In summa uerb. Hypocrisis.
f 2. par. de Hypocrisi.
g Vbi sup.
h Rom. 3. & neque. c. denique. 14. q. 6.
i Sup. c. 17. num. 167.
k 1. ad Cor. 4.
l 2. 2. qõ. 66. art. 6.
m Cap. 14. num. 15.
n 2. 2. qõ. 72. art. 2.
o ff. de iniur.
p l. si non conuiti. C. de iniur.
q 1. 2. q. 2. a 2. & melius. 2. 2. q. 63. art. 3.
r In d. restigationis, pe. c. in uer ba. 11. q. 3. conclu. 3. & seq.
s Lucæ vlt.
t Ad Gal. 3.
u Verb. cõtumelia.
x In eod. art. 2.

vbi ait Caiet. numquam id fieri posse, nisi quando specialiter Spiritus sanctus
a 1. Offic. inspirat, dicente Ciceron. [a] *Omnis animaduersio, & castigatio contumeliæ vacare debet.* Secundo, quod vt absque peccato fiat, etiã propter correctionem, oportet, vt solum significetur vitium, cuius correctio prætenditur, alioqui enim esset mentiri, & sic peccaretur. [b] Tertio,
b cap. 1. 22. q. 2. eũ qui cõtumeliã alteri facit, aio eũ infamandi pter peccatũ cõtumeliæ, ẽt detractionis cõmittere, & non sufficere confiteri, quod alteri dixerit contumeliam: sed oportet confiteri, quod eam dixit,
c nu. 456. & intentione eum infamandi, vt ibi supra [c] diximus.

13 Nono peccat, qui bonam amicitiam aliquorum intendit notabiliter lædere, vel lædit, aut dat causam lędendi per sũ surrationem, animaduertens, vel ani-
d Sup. n. 2. maduertere debens, se id facere, per dicta. [d] Susurratio autem est *significatio inordinata mali culpæ alienæ, vel pœnæ, vel defectus naturæ alteri facta, per quam*
e 2. 2. q. 74. art. 2. *seritur discordia, vel causa discordandi inter eos*, secundum S. Thomam, [e] secundum quem ibidem, eo differt a contumelia, quæ lædit honorem, & a detractione, quæ famã, quod hæc lædit amicitiam: & est grauissimum peccatum, secundum eundem ibidem, & non debet absolui, donec, quo ad eius fieri poterit, illos inter se reconciliet: aut si id præstare non potest, damnis inde sequutis
f Ver. inuidia. §. 6. iudicio boni viri satisfaciat, iuxta summam Rosel. [f] a nostro tamen iudicio
g cap. proximo. nu. 59. absoluendus est, modo firmiter hoc facere proponat, per dicta supra. [g]

h Matt. 10. 14 Dixi, *Bonam amicitiam*, quia sanctum est (iuxta illud. [h] *Non veni mittere pacem, sed gladium*) tollere malam,
i Acto. 23. qualis est concubinariorum, qualis erat Iudæorum contra S. Paulum. [i]

k Eod. n. 2. Dixi, *Notabiliter*, quia exigua læsio non est mortalis per supradicta. [k]

Dixi, *Per susurrationem*, quia si fieret per ordinatam significationem, non esset peccatum per ea, quæ dicta sunt de
l lib. 5. q. 5. de iust. & iur. bona amicitia: & de tali necessario est intelligendum id, quod ait Sotus, [l] dicens licitum esse vni minuere de amicitia duorum, quo cum eorum altero amicitiam contrahat, cum quo absque illa diminutione non potest: & id quod sub
dit non esse scilicet plusquam veniale, minuere amicitiam aliquorum, nulla Inter eos inimicitia inducta, necessario etiam est intelligendum de diminutione, quæ non lædit notabiliter: quia neminem excusat a mortali lędentem aliũ notabiliter propter vtilitatem suam, vel alienam. [m]

15 Decimo peccat, qui notabilem erubescentiam, vel animi perturbationem, per derisionem intendit inijcere alicui, vel inijcit, aut dat causam illius, aduertere debens se id facere, per prædicta. [n]
Derisio autem est *significatio inordinata mali culpæ, aut pœnæ, vel defectus naturæ ad inijciendam erubescentiam*, secundum S. Thom. receptum, [o] secundum quem eundem, eo maior derisio est, quo maior est, qui deridetur, & minus debet derideri. Quare maxima est Dei, Sanctorum, & rerum ei sacrarum, [p] sed hæc etiam est blasphemia, vt ait Caietanus. [q] Proxima huic est derisio parentum, [r] Et huic proxima, bonorum & iustorum. [s]

16 Derisio etiam aliorum qualificata vt supra, est mortalis, secundum omnes: in quam sæpe Aulici incidunt, qui sine vlla miseratione eo magis aliquem deridendent, quo magis erubescit.

Dixi, *Inordinata*, quia ordinata, vt iocosa de exiguo aliquo malo alterius, vt paruo rubore suffundatur, est actus virtutis Eutrapeliæ. quem S. Thomas [t] iucunditatem vertit, & inclinat ad recte vtendum ludicris. Venialis autem quãdo inducit magnam & notabilem perturbationem, iuxta omnium sententiã. Differt autem ab alijs verborum peccatis: quia eius finis est, vt quis turbetur & erubescat, secundum S. Thom. [u]

Vndecimo peccat, qui maledicit, &c. vt supra in secundo præcepto, [x] dictum est, hoc addito, quod maledictio non accipitur hic pro maledicto, sed pro imprecatione mali, iuxta S. Thom. [y]

m cap forte & c. denig. 14. q. 5. et c. non est putãda, 1. q. 1.
n num. 2.
o 2. 2. q. 73. art. 1. & 2.
p Isai. 27.
q In d. ar. 2
r Prou. 30.
s Ioan. 12.
t 2. 2. quæ. 168. art. 2.
u In dic. q. 75. art. 1.
x ca. 12. n. 80. & infra c. 23. n. 117
y Vbi supr. q. 76.

DE DETRACTIONE siue murmuratione.

17 *Bonis in quinque honoratijs nocens & peccat.*
17 *Detractio quid, quotuplex, & quæ mortalis.* & 18. 21. & 22.

19 *Fama quid, vt hic accipitur, & quotuplex.*
20 *Famæ damnum notabile quid &* 21. 22. 23.
24 *Detractor quod falsum imponens peccat mortaliter,&* 25.
26 *Detractor, qui secretum detegit peccat mortaliter,&* 27.
28 *Prodigalitas etiam famæ regulariter non est mortalis.*
29 *Detractor, qui suum crimen detegit etiam tortus.*
30 *Detractor non est accusator, aut alias iuste crimen detegens. & seqq.*
34 *Detrahit qui inuentor libelli famosi illum legens num.* 34.& 35.
36 *Detractor quis audiens, vel referens mala, vel bona tacens.nu.* 37.& 38.
37 *Detractor quis iudex inquirens, interrogans, vel iubens denuntiari, vel uisitans, aut procurans occulta scire, nu.* 39.40.& 41.
42 *Rest tuere famam, vel alias compensare læsor, & hæres tenentur.& seqq.*
44 *Famam non læsam tentans eam læde re non restituat, etiam si &c.*
45 *Fama læsa mendacio aliter quam læsa vero restituenda.*
46 *Famæ restitutio condonari etiam iuste potest, nisi &c.*
46 *Debitum condonat is, cui principaliter debetur.*
47 *Famæ ablatio an compensetur ablatione reciproca.*
47 *Famæ debitum non tam facile tollitur, ac actio iniuriarum.*
47 *Famæ restitutio excusatur vitæ, vel salutis periculo,& obliuione,& nu.* 48. *& seqq.*
49 *Reus negans quis non infamat accusantem.*
50 *Famam qualis relator mali non restituit.*

DVodecimo peccat mortaliter, qui alicuius aliquod quinque bonorum honorabilium, scilicet laudis, honoris, famæ, gloriæ, & reuerentiæ, quæ infra[a] definientur, notabiliter intēdit lædere, vel lædit, aut dat causam lædendi: quod frequenter fit per detractionem, secundum S.Thomam, [b] secundum quem ibi dem, & latius tradita per nos. [c] Detractio siue murmuratio, vel infamatio, q̄ pro eadem re hic sumuntur, definiri potest esse *significatio alicuius mali cuiuspiā hominis non canonizati inordinata, expressa siue directa,& tacita, siue indirecta: qua læditur, vel periclitatur eius fama, uel gloria.*

18 Dixi, *Significatio*, pro genere, in quo conuenit cum mendacio, & cū oīb. alijs verborum peccatis supradictis.

Dixi, *Alicuius mali*, ad comprehendendum omne malum culpæ, pœnæ, & defectus naturæ, & etiam diminutionem boni.

Dixi, *Cuiuspiam & non alterius*, per statim dicenda.

Dixi, *Hominis non canonizati*, quia infamatio famæ & gloriæ Dei, Angelorum & Sanctorum, imo & creaturæ irrationalis, quatenus est creatura Dei, quo ad eius naturam, non est detractio: sed blasphemia, siue id fiat ad honorandum, siue infamandum, siue iocandum, & deridendum, secundum mentem S. Thomæ, [d] licet Angeli & canonizati no stri proximi sint, iuxta S. Augustinum de doct. Christiana, relatum a S.Tho. [e]

Dixi, *Inordinata*, quia non est mala, imo bona significatio iuridica, vt dicit S. Antoninus. [f]

Dixi, *Expressa, siue directa*, ad includendam illam, qua directe significatur malum aliquod.

Dixi, *tacita uel indirecta*, ad includēdam illam, qua dicendo bonum significatur malum, qualis est illa, qua quis dicendo quod monachus est robustus, rubicūdus, pinguis, artis venādi & equitandi valde peritus, significat tacite, q̄d carni magis, quam spiritui seruit.

Dixit, *Læditur*, & non, Tollitur, ad includendam læsionem partis famæ.

Dixi, *Aut periclitatur*, ad includendam significationem mali, qua non lædi tur fama: sed est causa sufficiens lædēdi ex parte significantis, vt quum significatur malum alicui non credenti illud propter suam virtutem, vel vtilitatem dicentis, vel auctoritatem fide digni oris ei contradicentis.

Dixi, *Fama, vel gloria*, quia significatio mali, quatenus tollit honorem, non est detractio, sed contumelia, ut supra. [g] Non addidi tamen, vt Sanct. Thomas & Antonin. & communis verbum, *Aliena*; quia

[a] *cap.* 23. *num.* 9.
[b] 2.2.*q.* 73. *art.* 2.
[c] *In repe. c. inter verba* 11.*q.* 3. *con clus.* 6.
[d] 2.2.*q.* 73 *art.* & *q.* 13 *art.* 1.
[e] 2.2.*q.* 24. *art.* 10.
[f] 2.*part tit.* 8. *cap.* 4. *in princ.*
[g] *Eo.nu.* 1.

quia non solum est detractor, qui alium, sed etiam qui se ipsum infamat, vt idem Sanctus Antoninus dixit, [a] & sentit Caietanus, [b] dicentes, peccare eos, qui seipsos infamant: quamuis metu tormentorum id faciant: quod tamen [c] modera mur. Non etiam addidi. *Secreto*, vt prædicti: quia quamuis regulariter detractio in absentia fiat, potest tamen fieri in præsentia, vt sæpe fit: nam qui alteri præsenti malum significat, quo eum infamet, quamuis id (vt communis dicit) sit cõtumelia, quatenus tollit honorem, est tamen etiam detractio, quatenus famam tollit, vt idem S. Antoninus, vbi supra explicauit, & probatur per illud. [d]

Qui furatur, vt adulteretur, per se loquẽdo, magis adulter est quam fur.

19 Porro fama, vt hic accipitur pro bona tantum, est *existimatio bona de aliquo, qua putatur bonus, vel habilis in aliquem bonum vsum.*

Dixi, *Existimatio*, pro genere, vt non solum comprehendat opinionem communem, sed etiam particularem & singularem vnius, vel alterius per infra dicenda.

Dixi, *qua putatur*, ad includẽdam existimationem, qua quis putatur habere aliquod bonum, quod non habet, vel nó tantum, quantum putatur habere.

Dixi, *bonus*, propter existimationem, qua putatur habere virtutes Theologales, vel morales.

Dixi, *Vel habilis*, &c. ad includendum existimationem, qua quis putatur habere prudentiam, & alias virtutes intellectuales, & literas, artes, sagacitatẽ, industriam, habitudinẽ, vires, vel alias dotes animi, vel corporis inditas, vel quæsitas.

20 Vnde sequitur, quod fama est duplex. Altera, qua quis putatur esse bon[o] moraliter. Altera, qua putatur vtilis ad aliquem finem. Quamuis autẽ præfata quinque honorabilia differant inter se, quoad alia, vt traditur, [e] quoad materiã tamen pœnitendi, & confitendi parum differunt: & ideo quidquid hic de lædente famam dicitur, intelligi potest de lædente alia. Famæ vero & aliorum quatuor bonorum honorabilium damnum est duplex, Leue & Notabile. Leue est, quod non est notabile. Notabile autem damnum, *quod est causa, vt infamato ali quod bonum notabile animæ, corporis, vel pecuniarum auferatur, aut putetur tali bono indignus*, quod aperte sentit Caietanus [f] quamuis non ita explicet. Bonum autem notabile animæ, corporis aut honoris dicitur, *quod viro prudenti, & bono tale videbitur: consideratis circumstantijs personæ, loci, temporis, & alijs*, [g] quamuis supra [h] visi fuerimus determinare quantitatem damni notabilis pecuniarij.

21 Detractio porro diuiditur primo in septem species, secundum Alex. Alensem, [i] & S. Thomam. [k] Et tres secundum Scotũ. [l] Sed, vt [m] diximus, reducũ tur ad duas, quæ sunt significatio mali falsi, & mali veri secreti. Secũdo diuidit in formalem tantum, & materialem tantum, & formalem & materialem simul, vt [n] mendacium diuisimus. Formalis tm est, *quæ fit animo lædendi, & non lædit.* Materialis tantum est, *quæ lædit, & non fit animo lædendi.* Formalis, & Materialis simul est, *quæ fit animo lædendi, & lædit.* Porro quælibet detractio suo genere est peccatum mortale: quia longe maius bonum est talis fama, quam pecunia. [o] Et læsio pecuniæ, qualis est furtum, est suo genere mortale, vt dictum est, [p] ergo & detractio. Dixi, *Famæ morum*, quia secus est de detractione famæ aliorũ bonorum, vt mox dicetur. Est autem mortale, quoties fit animo famam proximi notabiliter lædendi: aut absque tali animo, eam notabiliter lædit: aut dat causam eiusmodi læsionis aduertẽs aut aduertere debens probabiliter, ex suo dicto aut facto tale damnum inferri, vel illatum iri. Veniale tantum est, quoties fit animo lædendi parum, aut sine malo animo parũ nocet, aut notabiliter, sed ignoranter, vel sciens, vel inaduertenter, quum non teneretur aduertere. [q]

22 Decimotertio peccat mortaliter, qui peccatum falsum mortale alteri imponit: quia per hoc bona fama morum alicuius notabiliter lædit, nisi per aliquam circumstantiam damnum famæ notabile, & periculum eius probabile excusetur.

Dixi, *Peccatum*, quia detegere falsos defectus naturales, puta, [r] luscus, claudus, mancus, gibbosus, ignarus, & alia huiusmodi, quæ non pertinent ad bonam

[a] 5.par.tit. 8.ca.4.§.i. versi primo modo.
[b] 2.2.q.75 art.2.
[c] Vbi sup.et inf.nu. 29.
[d] Ethic.5.
[e] In dict.c. 23.nu.9.
[f] 2.2.q.73. art.2.
[g] Arg.l.1. ff de iur.de lib. & c.de causis, de of fic. deleg.
[h] cap.proxi mo, nu.3.
[i] 2.par.q. 146. mẽb. 1. sub fin.
[k] 2.2.q.73 art.3.ad 3.
[l] In 4.libr. sen. dist.15 q. 4.
[m] Vbi sup.
[n] Sup.eod. nu.2.
[o] Prou.22. & Eccl.41
[p] Sup.c.pro ximo, n.2. & seqq.
[q] Arg.c.2. de cõsti.§. notandum. 1.q.4.sub c.turbatur.
[r]

famam morum, non est suo genere, nec regulariter mortale, vt prædictum est: quia id de se non infert damnum notabile famæ, nec dat illi causam, vt vbi supra probamus.

Dixi, *Mortale*, quia imponere, vel detegere veniale non est de se mortale: quia de se non infert damnum famæ notabile per proxime dicta.

Dixi, *De se*, quia per accidens potest esse mortale: vt cum expositione, vel detectione venialium cuiuspiam fama notabiliter læditur. Vnde quidquid aliqd dicant, inter impositionem, & detectionē venalium & mortalium hoc interest, quod horum detectio non infert de se damnum notabile, illorum vero sic: & ita nonnumquam hæc est mortalis, & illa venialis. Et consequenter non est vsque quaque verum illud S. Anton [a] & Sylstri, [b] scilicet, detractionem, quæ generalibus verbis sua natura tam mortalia, quam venialia comprehendentibus fit, non esse mortalem: quia imo est, quando cum damno notabili, aut magno ei⁹ periculo fit, aut coram eiusmodi personis, de quibus credi potest, eos tam maculas mortales, quam veniales concepturos esse: nisi expresse aut tacite non nisi de solis venialibus verba fieri admoneantur.

Dixi, *Falsum*, quia longe rarius excusatur a mortali, qui imponit falsum mortale, quam qui detegit verum mortale, vt mox dicam. Per falsum autem intelligo etiam verum putatum falsum, quæ est detractio formalis tantum, quæ quo ad detegentem est perinde malum, ac si falsum esset. [c]

Dixi, *Alteri*: quia imponere sibi non est mortale regulariter, & de se. [d]

25 Decimoquarto peccat, qui imponit peccata venialia falsa, aut defectus naturales, vel pœnæ falsos cum talibus circumstantijs, quod inferunt damnum famæ notabile, vt ex proxime dictis colligitur: Noui quemdam virum insigniter eruditum & probum, ab adipiscendo egregio quodam munere impeditum, per culpas veniales vanitatis & iracundię falsas, & quēdā aliū per defectus generis, visus & viriū naturalium falsos, ab amicitia valde vtili, & honorabili repulsum, per ꝙ proxime dicta confirmātur.

26 Decimoquinto peccat, qui peccatū verū mortale secretum alterius detegit inordinate: nisi aliqua circumstantia excuset a mortali: quia licet longe grauius peccet ratione falsitatis, qui falsum imponit, quam qui verum secretum detegit: ex parte tamen nocumenti famæ pares sunt, quod sufficit ad hoc, vt detractio sit mortalis, per dicta. [e]

Dixi, *Secretum*, quia detegere notoria facti, vel iuris, uel famosa sine mala intentione nocendi, non est peccatum saltem mortale, quamuis illi, quibus deteguntur, ea ignorent: nec in regione vbi deteguntur, scirentur: vt si quis in Lusitania diceret, illum, vel illum in Castella fustibus ictum fuisse, etiam si ille sit in Lusitania præsens, & ab ijs quibus dicitur cognoscatur, vt copiose [f] probauimus quatuor fundamentis, & trium contrariorum solutionibus muniuimus, & sentit Caietanus, [g] & ante illum Ioan. Maior. [h] Addidi, *Notoria iuris*, quia quæ contra ordinem iuris diuulgata propter infamiā diuulgari non possunt in eo loco, ad quem illa non peruenit, Sotus. [i] Et idem dicendū de detectione illorū, quæ cito diuulganda sunt, facta ei, qui ea cito cogniturus est, iuxta S. Thom. [k] quem ibi retulimus.

27 Dixi, *Alterius*, quia detegere ꝓpria peccata vera, & secreta, & imponere sibi falsa suo gñe, & regulariter non est, nisi veniale: quamuis per illud notabiliter fama lædatur, aut omno amittatur, vt magister Sotus, [l] explicuit, & multo ante Adrianus [m] sensit, quem ille non citat.

28 Quia prodigalitas regulariter non est peccatum mortale, vt sentit S. Thomas, [n] & detectio proprij peccati, nō est iniustitia, sed prodigalitas famæ, iuxta glo. memorabilem, [o] & per alia, quæ adduximus alibi, vbi conciliando cum hac opinione contrariā Caietani diximus, illam defendi posse, quando ex ipsius infamia damnū animæ, aut vitæ proprię, aut alienæ, aut honoris, aut bonorū alienorū sequitur. Animæ ꝓpriæ, vt quando indigens notabiliter fama ad se honeste continendum eam prodigit. *Animæ alienæ*, vt qui pro iusto habitus hæreses, aut alia turpissima sua delicta detegit, quod probabile est fore causam, vt alij in eadem incidant. *Vitæ propriæ*, vt

a in 21. par. tit. 8. c. 4. in princ.
b Verb. detractio. §. 2.
c Arg. c. homines. 22. q. 2.
d Vt infra. nu. 27. dicetur.
e Sup. eodē ca. num. 2.
f In di. rep.
g Tomo 2. Opusculor. tract. 31. responsi. 9.
h Dist. 21. q. 2.
i lib. 5. q. 10 art. 2. de iastit. & iur.
k In 3. lib. sen. dist. 19. q. 2. art. 3. ad 1. & 2.
l lib. de ratione tegendi secreti vl detegendi. mēb. 1. q. 3.
m In 4. de restit. q. 35. & quolibet pag. 17.
n 2. 2. quæ. 120. art. 2. & 3.
o In Proœnio Gregoriano uerb. prodigal.

vt qui crimen aliquod detegit, ob quod eiusdem, aut alicuius membri iacturã mereatur. *Infamiæ alienæ*, vt qui monachus, aut monialis, seipsos infamant peccatis, quæ ipsorum ordini, aut monasterio notabilem infamiam inferunt. *Bonorum alienorum*. vt quũ is, cuius opera ad sui gubernationem Respubl indiget, ob illam se facit ad id ineptum. In quibus quatuor casibus nemo negat, esse peccatum mortale seipsum infamare, quia præiudicat alteri, vel sibi in his, quæ iure renuntiare non põt, qualis est salus animæ, & ad illam necessaria. [a] Qualis est etiam vita & amissio mẽbri & corporis. [b] Aliorum vero præfatorũ communis, & nostra opinio procedat regulariter extra hos quatuor casus: quãquam hæc conciliatio omnino vtrorũque mentibus non congruit: quæ omnia limitantur procedere, quum nõ peieratur, quia omne periurium suo genere est mortale, vt dictum est supra. [c]

29 Ex quibus sequitur a fortiori, regulariter non esse mortale de se confiteri crimina falsa, aut vera occulta ob metũ tormentorum, cum facere illud sponte non sit tale. Est tamen mortale in quatuor casibus proxime dictis, nisi cũ aliquod tale detegit persuasus torquendũ esse, donec confiteatur, aut vitam amittat, vt singulariter & noue dixit Sotus, [d] quia in eo casu, vt ille ait, non tam mortis suæ dat causam, quã vna morte multas redimit, quem, [e] sequuti fuimus, quamuis nũc displiceat, nisi quando certus esset per alias coniecturas, quam per minas iudicis, quod vsque ad mortem torquebitur, vt quia solitus est iudex fœuire ita torquendo. Tum quia negare non possumus, hoc esse causam suæ occisioni præbere, quod nemini licet. [f] Tum quia scire non potest veram iudicis voluntatem esse ad eo firmatam, quamuis eam verbis iratis explicet. Interdum enim iudices fingere solent.

30 Dixi, *Inordinate*, quia qui iuridice id facit, non peccat, vt qui iuste accusat, imò meretur, alijs circunstantijs in id necessarijs concurrentibus, vt S. Antoninus [g] tenet, & nos [h] copiose probamus, quamuis priuatæ vtilitatis causa accuset, nec secreta monitio præcedat, vt ibidem probauimus post Adrianũ [i] & Sotum, [k] quidquid Sylvester, [l] & Cajetanus [m] dicant: quia iuste detegit, ni si odio, aut vindictæ immoderatæ appetitu id fiat.

31 Idem dicendum de eo, qui sine accusatione, absque tamen mortifera intentione detegit peccata vera aliorum secreta, quando & quomodo sua detectio Reipub. cõuenit, quo ea puniat, aut caueat, ne proximus damnum spirituale aut tẽporarium accipiat. Vt qui denuntiat hæreticum, ne corrumpat: proditorem, ne prodat: lepra, aut peste laborantem, aut alio morbo contagioso, ne suo morbo alios inficiat: inhabilẽ ne ordinetur, aut ei beneficium conferatur, aut ne indignus ad hereditatẽ admittatur: latronem, ne furetur: periurum ne suo falso testimonio noceat, aut adulterum & homicidam, vt ab alijs caueãtur, & alios similes assuetos, & ad nocendum præparatos, de quibus alibi [n] diximus: quia hoc non fit inordinate: quoniam iure conceditur, [o] & consequenter potest quis latronem, & furta eius occulta detegere ad euitanda damna Reipub. & priuatorũ, etiam sine correctione fraterna, si per eam non speratur correctio, alias non, nisi præuia illa, si de illis specialiter, & iuridice interrogatus non fuerit, iuxta Io. Maiorẽ. [p]

32 Vnde non peccat, qui causa vitandi damnum corporale, aut spirituale innocentis crimen alterius detegit: nam Paulus sciens Ioannem equũ furatum fuisse, cuius Petrus falso accusatur; & iniuste condemnabitur, nisi Paulus peccatũ secretum Ioannis detegat, si ob id Petrus liberandus fuerit, detegere tenetur, [q] & latius tradimus, [r] per illud, [s] *Erue eos, qui ad mortem deducuntur*, & alia: quod postea tenuit Sotus. [t] Sic et non peccat, qui vt testis coram suo iudice, & superiore delicta, & defectus proximi detegit quia hoc non detegit inordinate, vt late [u] probauimus. Nec qui sua delicta, culpas, & defectus suo iudici, & superiori confitetur, quando, cur, & quomodo iure diuino & humano potest, aut debet: quia hoc non est detegere inordinate, vt [x] copiose probo, multa peculiaria de hac re attingendo.

33 Dixi, *Nisi aliqua circumstantia excusset a mortali*, tunc enim non esset peccatum,

a Cap. iurauit cũ ei ad notat per alios, & ẽt per nos, de prob. c. teno. de re iudic.
b l. non tãtum. ff. de appel l. liber homo. ff ad l. Aquil. c. contigit. 1. de sent. excõ. glo. sing. l. pactũ inter hæredem. ff. de pact.
c Vt dictũ est sup. ca. 12. num. 3.
d De rõne teg. & de te mẽb. 3. q. finali.
e Vbi sup. f Cap. si nõ licet. 23. q. 5.
g 2. par. ti. c. 4. ante §. h Vbi sup. i In 4 de Corr. frater. col. 17. uers. ad 2.
k In d l. b. de rõteg. memb. 2. q. 5. pag. 10.
l Verb. accusat. o. q. 3.
m 2. 2. qu. 73. art. 7.
n Vbi sup. a nu. 854 usque ad nu. 855.
o l. si quidem. c. de iniur. l. si quis, & l cũ qui. ff. eod. cũ additis, ubi supra n. 848
p In 4. li. sent. distin. 25. q. 2.
q S. Thom. 2. 2. qu. 70. art. 1.
r Vbi sup. num. 702.
s Prou. 24
t Lib 5. q. 7. art. 1. de iust. & iur.
u Vbi sup. num. 698.
x Vbi sup.

catum, aut non nisi veniale. Vt cum quis peccata mortalia eius, qui se de illis iactare solet absque intentione eum lædendi detegit, quia eius fama saltem notabiliter non læditur, vt [a] diximus, & qui absque intentione lædẽdi detegit personæ, quæ non oberit, & forte proderit: qualis est is, cui dicere perinde est, ac nulli dicere, quales etiã parentes, & alij, qui credũtur nullatenus nocituri, nec publicaturi. [b] Quare illud Caietani [c] detectio mali parenti facta non est peccatum, limitandum est, nisi huiusmodi peccatum esset, & eiusmodi parẽs, vt detectio facta ei plus, vel æque noceret filio, quam facta alijs.

34 Decimosexto peccat, qui inuenit scriptum, in quo aliquis sua peccata ad memoriam suæ confessionis scripserat. & ea diuulgat, nisi essent talia peccata, quorum euulgatio parum famæ noceret. Idem de illo, qui legit, etiam si non diuulget schedulam, in cuius principio scriptum erat: Memoriale meorũ peccatorum, aut aliud simile, quod scire teneretur eius auctorem nolle ea ab alio legi, vt [d] diximus: quia licet forte non inueniat notabiliter lædentia, dat tamẽ iustam lædendi causam, quod sufficit per prædicta.

35 Decimoseptimo peccat, qui libellũ famosum componit, in illo peccata aliena falsa aut vera occulta scribens, & in publicum proijcit, quo legatur, aut talẽ libellum inuenit, & non rupit, sed diuulgauit. [e]

36 Decimooctauo, qui peccata aliena vera, vel falsa audita ab alijs aliter quã audiuit, augendo illa, vel certitudinem illorũ notabiliter alijs refert, quia perinde facit, ac si tanquam a se visa referret, & ita idem est iudicandum de vtroque. [f] Dixi, *Aliter, &c.* quia alioqui nõ peccaret, saltem mortaliter si alias non intẽdit famam eius notabiliter lædere, nec lædit, nec dat causam iustam læsioni, & non affirmat illud verum esse, nec scire, sed solũ audisse, nec aliquid aliud, quod esset iusta causa credendi interuiniat, puta auctoritas personæ cum additione aliquorum rem certiorem facientium, quibus probabilis causa credendi audiẽtibus pbeatur, vt [g] dictũ est. Dixi. *Absq; animo notabiliter lædendi*, quia ille nõ solum, hoc, sed quodlibet aliud colloquium facit mortale per dicta sup. [h] quamuis adderet se nõ credere.

37 Decimonono peccat, qui audit detrahentem mortaliter, assentiendo, vel non resistẽdo, quum id facere deberet: nam qui audit detrahentem, plus & minus æque atq; ille peccare pót, & ét mereri, qui enim audit incitando alium, & interrogando, quo diceret, potest plus, quã qui dicit peccare, iuxta Adrianũ [i] per decretum Vrbani, [k] quod tamen nõ loquitur de eo, qui audit, & est causa mali, sed de eo, qui malum non esse defendit, & ob id melius probant duo capitula S. Augustini, [l] vt [m] diximus: qui autem audit, nec præbendo ad id causam, nec impediendo eo se delectans, tantum, quantum, qui dixit, ceteris paribus, peccat, iuxta S. Tho. [n] Qui tamen audit sine assensu & delectatione, quod ita detrahatur, licet non cõtradicat ob verecundiam, aut aliam non prauam rationem humanam, non peccat mortaliter, nisi in tribus casibus, iuxta S. Tho. [o] Primus, si est superior, puta iudex, parens, aut magister, qui resistere tenentur. Secundus, si aduertit ex eo magnũ damnum dicenti, vel alteri euenturum vltra infamiam, & quod contradicendo vitare poterat. Tertius, qñ fama eius, cui detrahitur, notabiliter læditur, vt [p] post S. Antoninum, & Caietanum [q] probauimus, qui vero resistit verbis, aut gestu tristi, aut alijs signis ad illud idoneis, regulariter merelur, vt ibidem addimus.

Vigesimo peccat, qui interrogatus de vita, & moribus alicuius, vel alias cum teneretur ad notificãdas virtutes illius tacet eas cum eius notabili damno boni quæsiti, vel quærendi per supradicta.

38 Vigesimoprimo peccat, qui iudex inquirit specialiter, vel per viam inquisitionis procedit cõtra aliquẽ, nulla precedente infamia, quia intendit lædere famam illius, aut lædit, aut dat causam læsioni inordinatæ contra iura, quę prohibent specialiter procedi per viam inquisitionis contra aliquem, iusta infamia non præuia. [r] Nec sufficit, qđ sciat esse duos, aut tres testes, quibus eius delictũ probari possit, [s] & a fortiori minus, quod sint aliqua indicia, vt [t] euidenter

[a] *Vbi sup.*
[b] *Cap. hoc videtur. 22. q. 5.*
[c] *2. 2. qu. 73, art. 2.*
[d] *In c. sacerdos. de pœn. distin. 6. n. 8. & 9*
[e] *5. q. 1. c. 1. & 2. l. 1. C. de libel. famos.*
[f] *Arg. cap. dudum. 2. de elect.*
[g] *In dict. repe. num. 450.*
[h] *Eod. ca. num. 1.*
[i] *Quoli-bet. q. 2.*
[k] *Cap. qui aliorum, 24 q. 3.*
[l] *Cap. illo. c. qui exigit. 22. q. 5*
[m] *vbi sup.*
[n] *2. 2. qu. 73. art. 4.*
[o] *Ind. qu. 73. art. 4.*
[p] *Vbi sup. num. 548. & 549.*
[q] *Verb. detractio.*
[r] *Cap. superbis, & c. qualiter, et quando. 2. de accus.*
[s] *Per cap. inquisitionis. eod. tit.*
[t] *vbi sup.*

probauimus, [a] quod Sotus [b] & Caiet. [c] non ſatis diligenter aduerterũt propter dictum quoddam S. Thomæ non bene intellectum, vt ibi declaramus.

Dixi, *Specialiter*: quia generaliter inquirere poteſt, nulla perſona, nec vllo de licto expreſſo. [d]

Dixi etiam, *Per viam inquiſitionis*: qa per viam accuſationis legitimæ poteſt, vt ſupra dictum eſt. Sufficit autem, quod delictum ſit notorium, licet delinquens ſit occultus, adhoc, vt quæri de eo poſſit generaliter: ſed non vt quæratur nominatim, an ille id fecerit, vt ibi cõtra prædictos cum Innoc. communiter recepto diximus, & latius, & neruoſius in Comment. rubricæ. [e]

39 Vigeſimoſecundo, qui iudex interrogat reum poſt confeſſum delictum de ſocio, aut auxilium præbente, ſi adhuc erat occultus extra caſus infra ſcriptos, in quibus id facere licet, eadem ratione qua ſupra. Idem eadem ratione de reo, qui ſocios occultos indicat extra caſus prædictos, vt [f] diximus.

40 Vigeſimotertio peccat, qui Prouiſor, Vicarius aut Officialis generaliter omnibus ſubditis præcipit, vt qui viderunt, aut audierunt talem delinquentẽ, denuntient, ſecundum Sotum. [g] ratione ſupradicta: quia ideſt contra ius, per qꝫ ſubditi non tenentur denuntiare delinquentem, vt eum puniat: ſed vt damnũ, quod fecit reſtituat, quod poteſt reſtitui abſque eius denuntiatione. Oppoſitum tamen melius vſum fuit, [h] & idem nunc videtur, tum quia talia mandata generalia intelligenda ſunt ſecudũ ius, [i] & ita intelligenda ſunt, ſalua fraterna correctione, & conſequenter quando ea eſt neceſſaria, iuxta S. Thom. [k] cõiter receptum, hoc eſt, ſi fur, aut læſor ſecreto admonitus noluerit reſtituere. Tum qa vſum ferendi eiuſmodi mandata recepiſſe videtur eccleſia. Tum quia Caiet. [l] dixit non peccare iudicem interrogãdo reum, iam confeſſum ſuum delictum de ſocijs generaliter, quando ſunt tales, de quorum alijs poteſt interrogare, de alijs non, ſi eius intentio non ſit interrogare, niſi de illis, de quibus iure poteſt, & debet. Tum quia illic affatim eius fundamentis reſpondimus, quamuis fateamur, melius fore, vt iubeat ſola illa, quæ ſunt notoria, vel publica per famã, denuntiari. [m]

41 Vigeſimoquarto peccat, qui prælatus, Iudex, Viſitator, aut quiuis alius priuatus procurat, aut vult noſcere peccata ſecreta alicuius, a quo, quãdo, cur, & vbi non debet, aut qui compellit carcere detentum ad ſtatim iurandum ſe dicturum verum in omnibus, de quibus interrogatus fuerit, & interrogat particulariter de omnibus & ſingulis caſus partibus, ob quẽ carcere detinetur rõne ſupradicta, & hi plus peccant, quam qui audiunt ſimpliciter detractionem mortalem cũ aſſenſu, qm̃ illi ſunt tanta, vel maior cauſa detractionis, quam qui cum ſimplici aſſenſu audiunt detractionem mortalem, & ſupra dictum eſt, peccare mortaliter eum, qui cum aſſenſu detractionem mortalem audit.

FAMA QVOMODO reſtituatur, aut condonetur.

VIgeſimoquinto peccat, q non vult reſtituere damnum famæ notabile datum iniuſte a ſe, vel ab eo, cuius hæres eſt, alteri illud non condonanti, ſi nulla cauſa excuſat, quia damnum famæ neceſſario reſtituendum eſt, vt late, [n] probamus. Tum per textum memorabilem. [o] Tum quia bonum famæ maius eſt, quam bonum pecuniarium, p & damnum boni pecuniarij neceſſario eſt reſtituendum. [q] Ergo & damnũ famæ, vt tenent S. Thomas, [r] S. Antonin. [s] & communis, S. Thomas Richardus & alij, [t] & Hoſtienſis. Vnde licet abundantia [u] boni pecunarij ei, cui debetur interdum debitorem a reſtituendo, ſaltem ſtatim excuſet, abundantia tamen bonæ famæ non item, imo ad reſtituendam eam magis obligat, vt recte Ioan. Maior. [x] probat. Quin etiam ſicut qui notabiliter famam læſit per vnum peccatum habentem alia notoria peccata mortaliter peccat, ſic ad reſtitutionem damni tenetur, vt recte Adrianus [y] probat, & S. Thomas [z] ſentit perpendente id Caietano quidquid in hoc Palud. [a] in fine ſenſerit.

43 Imo & qui ob vitæ periculum, aut alias rationes famam reſtituere non poteſt, eam cõpenſare tenetur, vt qui aliũ per-

a Nu.580.
b De ratio. teg. memb. 2.q.6.uerſ. at uero. & clarius paulo poſt, uerbo tertium dubium.
c 2.2.q.69 art.2.
d l. cõgruit ff. de offic. præſi. & c. 1. de offi.ordin.
e De iudi. a num.77.
f Vbi ſupr. num. 585.
g Vbi ſupra pag.fin.
h In d.rep. concluſ. 6.
i l.ſi procurator. ff. de condict. in deb.ca. cauſam q. de reſcript.
k 2.2.q.33 art.1.ad 1.
l Tomo 1. Opuſculor. Tract.a.31. reſponſ.5. ad 1.
m Iuxta c. qualiter & quando, 1. cum ei ad. no. de accuſat.
n In repet. c. inter uer. 11.q.3. cõcluſ. 4.
o In c.quis quis, 5.q.1.
p Prou. 22. & Eccleſ. 41. cum alijs relatis ubi ſupr. nu. 218.
q ca.peccatum, de reg. lib.6. cap.ſi res aliena, 14.q.6.
r 2.2.q.62 art.2.
s 2.part.tit. 2.c.2.§.3.
t In 4.lib. ſent.diſt.15.
u In ſumma de pœnit. uerſ.quid & accuſatore.
x In di.diſt. 15.q.16.
y Quæſt.11. z 2.2.q.72 art.
a In 4.diſt. 10.

percutit, aut manum abscindit, quam re
stituere non potest, iuxta legem diuinā[a]
renouatam [b] & declaratā ibi per Do-
ctores.[c] Nec infamans excusatur saltem
quando mentiendo infamauit, eo q̄ in
alijs duplo, vel triplo magis eiusdē famā
augeat, iuxta eundē, [d] vt ibi supra dixi-
mus. Nec etiā excusatur, eo quod infa-
mat[o] se ab infamia liberauerit suis opti
mis factis, falsitatē eius, q̄ sibi impositū
fuit docens, aut abolita corū apud quos
infamatus fuit mala, quam ipsi concepe
runt, opinione, eo quod vanitatem de-
trahētis intellexissent, iuxta Adrianū. [e]
Quod quamuis [f] sequuti fuimus, nunc
tn non sequimur, quia eius rationes so-
lum probant teneri ad restituendū dam
num, quod infamatus accepit, quamdiu
infamatus mansit, sed non ad famæ iam
recuperatæ restitutionem.

Porro addo primo, quod infamatus,
quando ex sua infamia Respublica dam
num capit, tenetur ad procurandam re-
stitutionem famæ suæ, quando est perso
na publica, iuxta S. Gregorium [g] & S.
Thomam, [h] & declarationem cuiusdam
dicti S. Aug. [i] positam vbi supra. [k]

Addo secundo, quod damnum acceptum a male infamato durante infamia non est integre restituendum, sed tātū, quantum prudenti & bono viro visum fuerit, secundum Sotum, [l] quod nostro iudicio intelligendum est de damno bo ni quærendi, & non de damno boni iam quæsiti. [m]

44 Dixi, *Damnum datum*, quia volitū, & non datum, eo q̄ dari non potuit, vel pœnituit, non est restituendum, quia vo lens nocere, noxa non sequuta, peccat quidem, sed non tenetur restituere, per sæpe dicta. [n] Vnde qui detrahit alicui apud aliquos animo infamandi eum, ēt per inuidiam, odium, vindictam, quæstū, aut aliam rationem iniustam, si illi ob id malam opinionem nō conceperunt, nec bonam amiserunt, non tenetur restituere famam, quia eam non abstulit, licet in eo peccet, vt Adrianus [o] determinauit, quem sequimur. [p]

Addo tertio, quod tenetur restituere qui immodice laudando alium, alterius famam notabiliter extenuat, secundum dū eundē, [q] quales multos in Curijs, au-
lis, scholis, imo & religionibus reperias.

45 Addo quarto, quod qui famam alie nam mentiendo læsit, debet eam restituere, asserendo se fuisse mentitum, aut saltem dixisse falsum, imo & testes addu cere, si opus fuerit, quo eis dissuadeat, quibus contrarium persuasit, secundum Sotum. [r] Quorum postremum durum videtur nobis putantibus satis esse iura-re, si alias ei non crederetur. Tum quia maiorem causam dat credendi reuoca-tionem iurando eam, quam dederat cre dendi falsum, quod eis sine iuramento dixerat. Tum quia numquam fuit in vsu. Tum quia testibus tunc demum ad sum mum esset opus, quum esset suspicio il-lum ad reuocationem precibus vel pre-tio, & non conscientia inductum.

Addo quinto, quod etiam infamans detegendo delictum verum occultum re stituere tenetur, iuxta S. Thomam [s] cō-muniter receptum, non quidem asseren do se falsum dixisse, sed male loquutum fuisse: quod non sufficere dixit Hostiē-sis. [t] Et ideo Ioan. Maior, [u] asserit, opor-tere, & satis esse ita dicere, quando tale delictum de tali dixi, illud verum existi mabam, sed adhibita postea diligentia, inueni me praue loquutum. Qui modus licet aptior sit, quia nullum mendacium continet, neque ex eo tam facile, atque ex cōmuni colligi potest verum esse id, quod male dictum fuit, non tamen vi-detur tutus quoad viros prudentes & doctos, apud quos præstaret restituere laudando sæpius virtutes, quas habet, eis persuadendo, vt pro tali habeant, nul la mentione facta mali antea per eum detecti, licet vere, iuxta Caiet. [x]

46 Addo sexto, dicere Sotum, [y] eum, q̄ verū dicendo infamat non teneri ad tā-tam restitutionem, ad quantam, qui mē tiendo id facit. Quod non videtur nobis tutum, quia licet plus peccet, non tamē plus nocet. At restitutio, cum actus sit iustitiæ, vt [z] dictum fuit, potius respicit nocumentum, quam modum nocendi.

Dixi, *Ab eo cuius hæres est*: quia hæres detractoris, nō solum in iudicio exterio ri, sed etiam in interiori tenetur resti-tuere, secundum Adrian. [a] id efficaciter probantem & asserētem, ita mortaliter peccare hæredem, qui prædictam com-pensationem pro defuncto non facit, ac si non solueret talia debita.

Dixi

a *Exod.* 21
b *Per ca.* 1. *de iniur.*
c *Et l. ex hac, ff. si quadr. pau.*
S. Thom. 2. 2 *q.* 62. *ar.* 2. *& in* 4. *receptū ab alijs, dis.* 15 *q.* 1. *art.* 6.
d *In* 4. *libr. sent. de restit. q.* 34.
e *In dic. q.* 34.
f *Vbi supr. nu.* 861.
g *Homil.* 9. *super Ezechiel.*
h 2. 2. *q.* 72 *art.* 3.
i *In c. nolo,* 12. *q.* 1. *& ca. non sunt audiendi.* 11. *q.* 3.
k *nu.* 268.
l *lib.* 4. *q.* 6. *art.* 3. *de iust. & iur.*
m *Arg. c. fi. de iniur.*
n *In c. præced. & ubi sup. n.* 685.
o *Quoli.* 11. *littera R.*
p *Vbi supr. nu.* 773.
q *In dicto Quolibet. col. penult.*
r *lib.* 4. *q.* 6. *art.* 3. *de iust. & iur.*
s 2. 2. *q.* 62. *art.* 2. *& in* 4. *lib. sent. dist.* 15. *q.* 2 *art.* 5. *ad* 2.
t *In d. quer. quid de accusatione.*
u *In d. dist.* 15. *q.* 16.
x 2. 2. *q.* 72 *art.* 3.
y *lib.* 4. *q.* 7 *art.* 3. *de iust. & iur.*
z *Sup. cap.* 18 *nu.* 6.
a *Quolibet.* 11.

Dixi, *Condonanti*, quia obligatio restituendę famę ab infamato condonari potest, vt sentit S. Anton. [a] eum noo referens illud exprimit Adrianus, [b] & post hunc Sotus. [c] Tum quia potest quis damnum suorum bonorum cõdonare regulariter, secund. glos. receptam, [d] & fama est de bonis nostris. Tum quia potest qs remittere, quod sibi debetur in casibus a iure non prohibitis, ex quibus hic non est. [e] Contrarium tamen tenet Caietanus f & Ioan. Maior. in d dist. 15. q. 16. Ad quorum fundamenta responderi potest. Primo, concedendo peccatum esse, se ipsum sine causa infamare, & etiam interdũ infamiã condonare, sed negando ex hoc casu sequi eius remissionem non valere, quia etiã interdũ peccat qui amittit sua bona, aut debitũ remittit, g eius tñ remissio valet, si aliud nõ obstat. Secundo, q damnum infamiæ principaliter tangit infamatum & minus principaliter bonum publicum, & sufficit cõdonatio eius, ad quem damnũ principaliter pertinet, [h] cum adductis ibi late per Hippol. nam si mille modij tritici mihi ab aliquo comburantur, non solũ mihi, sed etiã ciuitati damnũ fit & pauperibus, qui sibi de eo prouidere emptione, aut eleemosyna potuissent, sed q a ad me solum principaliter pertinent, & ad ciuitatẽ & pauperes minus principaliter, mea sola condonatio comburentẽ illos liberat, vt copiosius [i] diximus. Opinio tamẽ Maioris & Caietani posset habere locum in illis quatuor casibus, in quibus supra [k] dictum est peccare mortaliter eum qui sese infamat. Per quæ respõdetur ad noue quæsitum, quod nõ solum potest condonari aliquãdo famæ restitutio, ad hoc vt condonatio valeat, sed etiam ad hoc, vt condonatio sit iusta, & meritoria, quando scilicet fit iusta de causa, & alijs circunstantijs cõcurrentibus, cum quibus etiam alterius debiti remissio est meritoria. [l]

Dixi, *Alteri*: quia nemo tenetur eam sibi restituere, nisi in prædictis quatuor casibus in quibus remissio famæ non valet, & detractio est peccatum mortale.

47 Ad primum noue hic quęsitum, An qui se mutuo infamarunt, per compensationem restituendo excusantur? Respõdeo negatiue. Tum quia non videtur esse locus in hoc compensationi per dicta Panor. post alios. [m] Tũ quia damnum illi illatum, per reciprocam infamiam non tollitur, sicut debitum vnius per debitum reciprocum alterius. [n] Ad secundum, quod condonatio infamiæ factæ petenti generaliter veniam omnium de tractionum excusat restitutionem earũ, ad quas verisimilis intentio condonantis extenditur, & non aliarum. [o] Ad tertium, quod infamatus conuersando familiariter cum infamante, videtur quidem remittere iniuriam, [p] non tamen obligationum restituendi sibi famam, quam abstulit, sicut nec alius creditor per conuersationem cum debitore remittit debitum. [q]

Dixi, *Cessante causa*: quia sunt aliquot causæ ab hac restitutione excusantes, e quibus est iustus timor mortis & salutis, quamuis teneatur ad resarciendum damnum alia via, quia quatuor sunt bonorum ordines, videlicet, animæ, corporis, famæ, aut honoris, & pecuniæ. & bona primi ordinis sunt potiora bonis secundi, & secundi potiora tertij, & tertij potiora quarti, vt [r] tractauimus & nemo tenetur restituere bona inferioris ordinis cum iactura bonorum superioris, quamuis sic cum iactura bonorum, aut inferioris ordinis, vt singulariter Caietanus [s] determinauit. Cuius determinationem in hac traductione [t] defendimus aduersum Sotum. [u]

Ad dubium autem, quod videtur hoc consequi, An hic, qui suo mendacio fuit causa, vt alius perderet maxima bona, excusaretur a restituendo, si restitutis eis perderet locum honoris, quem habebat in populo ratione diuitiarum? Respondeo concedendo sequelam, quo ad talem restitutionem, quæ non posset fieri sine tantæ falsitatis detectione, non autem quo ad aliam. [x] Porro ex eisdẽ causis est tanta obliuio dictæ infamationis, vt perinde sit, ac si numquam dictũ fuisset, secundum S. Antoninum, [y] ne pro restitutione famæ, reuocatio infamiæ fiat, quamuis mea sententia, resarcire deberet iudicio boni viri, pecunia beneficijs, aut laudibus damnum, si qđ a tempore illatæ infamiæ vsque ad eiusdem obliuionem fuerit passus.

a 2. *par. tit.* 2. *ca.* 1. §. 3.
b *In* 4. *de restit. q.* 33.
Quolib. 11. *c* *De ratione teg. vel deteg. secr. mẽb.* 1. *q.* 3. *d* *Verb. restituat. cap. peccatum. de reg. iur. lib.* 6.
e *cap. statutum*, §. *si qd adiũcta gl. de resc. li.* 6. *c. exigit. de cens. eo. lib. per locũ ab speciali. f* 2. 2. *q.* 73. *art.* 2. *& in sũma Ver. detractio. g cap. quid dicam*, 4. *q.* 4. *Arch. in cap. si ut hi.* 47. *dist. h ca. quamuis pactum iuncta glos. de pact. lib.* 6. *& glos. l. de uno de re iud. i Vbi supra nu.* 878. *&* 883.
k num. 28.
l Iuxta gl. ca peccatũ de reg. iur. lib. 6.
m *In c. bona fides. de depos.*
n *l.* 1. *ff. de compens at.*
o *Arg. l. cũ Aqui. ff. de transact.*
p *l. non solũ* §. 1, *ff. de iur.*
q *l. cum de indebito. ff. de prob.*
r *In d. repe. concluſ.* 4. *& seq.*
s 2. 2. *q.* 62 *art.* 6. *ca.* 3. *et in paruis Opuscu. lib.* 17. *resp.* 14.
t *Sup. c. pro ximo. num.* 89. *& seq.*
u *Lib.* 4. *q.* 6. *ad* 3. *de iust. & iur.*
x *Iux. c. off. de pœnit. & remiss. sup.* 16. *nu.* 43. *declaratũ.*
y 2. *par. tit.* 2. *c.* §. 3.

Dixi, *Ac ſi numquam dictum fuiſſet:* quia ſi qua eius memoria reſtat, reſtitui debet. Tum quia ſingulariter Caieta. [a] determinauit, eum, qui adoleſcens falſo apud æquales iactauit ſe cũ tali puella rẽ habuiſſe, & poſtea ſenex illius peccati & damni, q̃ proximo intulit recordatus eſt, apud eoſdem mendacium reuocare teneri. Tum quia difficile eſt certo ſcire, id in perpetuam obliuionem veniſſe, cum q̃ quis vno die non meminit, altero die recordetur. Tum quia interdum tanto firmius credimus, quanto quis detractionẽ, quam fecit poſt tot annos & poſt tam frequentem confeſſionem, ac communionem nõ curat reuocare. Adde, quod Caietanus ſentit huic moderationi non eſſe locum, niſi in detectore veri ſecreti, nam ſecundum ipſum impoſitor falſi, tenetur ad reſtitutionem, non obſtante obliuione. Quod durum nobis videtur, deberet enim ſufficere ſaltem quærere ab eo, apud quem id impoſuit, nũ alicuius delicti, quod de tali dixiſſet, meminiſſet? & ſi reſponderet negatiue, eum rogaret, ne ob aliquod ſuum delictum eum petorem putaret, teſtans ſine aliqua expreſſione, falſum ſibi dixiſſe.

48 Ex eiſdem eſt etiã diuulgatio eius, quod male detectum fuit, facta alia via, quamuis teneretur reſtituere damnum interiecto tempore a tempore infamię, vſque ad diuulgationem acceptum, vt ſingulariter ſentit Adrianus [b] & nos probamus. [c]

Dixi, *iuſte*, ad ſignificandum, q̃ ſicut nullus lædens iuſte famam alterius, vel ſuam peccat, ita nec tenetur ad reſtitutionem, non autem ad ſignificandum, quod omnis, qui detrahit iniuſte, ad id tenetur, excuſatur enim ob prædictas cauſas, & quoties non dedit iuſtam cauſam credendi, vel non fuit ei adhibita fides, vel læſio fuit parua.

49 Vnde non obligatur accuſatus de vero crimine ſecreto, ad reſtituendum famam, quam accuſator amiſit, eo quod illud non probauerit, illud confiteri non tenebatur, quamuis negando peccaret. Nec etiam ſi confiteri tenebatur, ſi non reſpondet accuſatorem calumniari, ſed decipi. Nec quamuis reſpondeat calumniari, ſi ſibi non credatur, eo quod iudices, & alij credunt, accuſatorem (quamuis intentum probare non potuerit) contra ſuam conſcientiam non accuſaſſe, vt pulchre hæc omnia Caietanus [d] probauit. Et contraria communis, [e] & aliorum, [f] procedere poteſt in accuſato, qui ad confitendum crimen obligatus, nõ ſolum illud negat, ſed etiã affirmat ſuam accuſationem calumnioſam eſſe, & id perſuadet, quidquid Caietanus [g] de hac re ſubtiliter magis, quam ſecure diſputet. Ad noue hic quæſitum reſpondeo, eum, qui ad pœnam debita minorem a iudice damnatur, eo quod negat veritatem, quam tenebatur confiteri, non obligari in conſcientiæ foro ad ſubeundam eam, ad quam damnatus fuiſſet confeſſa veritate, quia in eo non tenetur ad pœnam, donec a iudice damnetur. [h]

Dixi, *ad pœnam*: quia debitum, & intereſſe citra cõdemnationẽ, imo & poſt iniquam abſolutionem, debetur. [i]

50 Nec item obligatur, qui delicta alie na a ſe audita otioſe, abſque tamen affirmatione ſolum refert, quamuis audientes ea credant ſecundum Adrianum [k] & Sylueſtrum, [l] quia non dat eis iuſtã cauſam credendi, niſi circumſtantia per ſonæ, vel alia eam iuſtam efficeret, & ni ſi referens exiſtimet, aut exiſtimare debeat, quod audientes ea ita credẽt, perinde, ac ſi affirmaret, per rationes poſitas, [m] nec qui ſtulte refert delictũ ſcientibus illud, quamuis tunc de illo non cogitent. Nec quando, qui dicit adeo leuis eſt, & qui audiunt adeo graues, vt eius dicto nihilo moueantur. Nec quando is, in quem dicitur, adeo vilis eſt, & abſque aliqua fama in illa materia, vt nullam notabilẽ iacturã faciat. [n] Nec q peccatum alienum cum tali ſui auctoris penitentia refert, vt abſque aliqua infamia eum honoret. Nec qui ſolam occaſionem remotam infamiæ præbuit, vt qui ioco quamdam monialem interrogauit, Cur filium ſuum ad fores Eccleſiæ, aut xenodochij exponi feciſſet? & illa apud Deum, & homines valde queritans, apud aliquos in prauam ſuſpicionem venit. Nec etiam iuxta Sotum, [o] detractor conſpicuus, & dignitate antecedens, reſtituere tenetur famam alicuius hominis infimæ ſortis, quia, vt ipſe ait, eum excuſat pretioſæ famæ amiſſio, quam

[a] *In 2.2.q. 62. art.2. ad 2.*

[b] *In 4. de reſt.q.33.*

[c] *Vbi ſupra a n.659.& a nu.804.*

[d] *2.2.q.62 art.2.ad 2.*

[e] *Richard. Scoti, & aliorum, diſ. 15.art.5.q. 1. & Scoti, q.4.art.3.*

[f] *In alijs quæſtionib. ibidem.*

[g] *Vbi ſupr.*

[h] *Iuxt.glo. receptamin ca.fraterni tas,12.q.2. & S.Thom. 22.q.62.ar tic.3.pro q. bus text. in §. i hac ſub c. ſiue,33. q.2.*

[i] *l.2.not.cũ cõmuni, in c.quia pleri que,de immun. Eccl.*

[k] *Vbi ſupr. eo.tit.ſub fi.*

[l] *Verb.de tractio.q.4.*

[m] *In dicta concluſ. 4.*

[n] *Iuxt. Adrian.in d. Quolib. 11.*

[o] *lib.4.q.6. art.3.de iuſtit. & iur.*

quam in eiusmodi restitutione faceret, vt a restituendo aliquo exiguo bono, qs excusatur ob magnam iacturam suorum quam ob id faceret. Quod vt nouum, ita videtur durum in praxim deductum, ni si alia iusta compensatio fieret, aut obtineretur condonatio.

DE DETECTIONE siue reuelatione secreti.

51 *Secretum confessionis non reuelandum etiam metu mortis, nisi uno casu.*

52 *Secretum quid, & quotuplex, & cuius detectio mortalis.*

53 *Epistolæ clausæ quæ apertio mortalis.*

54 *Secreta pernitiosa reuelanda, non autẽ alia, etiam metu.*

55 *Confessio, quæ multis videtur & nõ est Sacramentalis.*

56 *Correctio fraterna quando non necessaria.*

56 *Fama proximi seruanda, quando aliter ipse potest seruari.*

57 *Reus quis confitendo crimen non peccat.*

57 *Reus quis consortes tegere, aut detegere debet.*

58 *Confessarius, quos reos se, & consortes reuelare iubebit.*

59 *Iudex, qui reum de se, & consortibus interrogando, & torquendo peccat.*

60 *Secretum nulli noxium, etiam iubenti non reuelandum.*

61 *Reuelatio mali proprij, & neglectus famæ, quæ mortalis.*

62 *Secreti promissi detectio peior, quam non promissi.*

VIgesimosexto peccat confessarius, vel quiuis alius, qui detegit aliqd peccatum, quod iuste, aut iniuste medio confessionis Sacramentalis didicit (quãuis sit veniale), absque facultate iusta de causa a pœnitente facta. Et consequenter etiam interpres confitentis lingua, confessario ignota. Et laicus, cui aliquis in extrema necessitate confitetur, & doctor, a quo consilium de confessis petitur. Et qui se confessarium finxit, quo alicuius peccata nosceret, etiam si tormentis adactus, & quamlibet maximo metu mortis id fecerit, quia omnes isti obligantur ad subeundum potius mille mortes, quam id facere, vt prædict[9] Doctor,[a] dixit, & nos ante ipsum copiose,[b] scripsimus.

52 Pro cuius, & aliorum declaratione dico primo, quod secretum in genere definiri potest, *esse, id, quod a nemine, vel a tam paucis scitur, quod neq; est famosum, neque notorium*, ex mente S. Thomæ,[c] & eiusdem, & Scoti,[d] & Caiet.[e]

Dico secundo, quod diuiditur in secretum, quod de se ab vno solo sciri potest quales sunt soli, & omnes actus interiores animæ hominis, & in secretum, qđ de se a plurimis sciri potest, qualis est omnis actus exterior, qui non est famosus nec notorius, quod rursus diuiditur in tres species, Prima, quæ de se sine vlla promissione scientem obligat ad se celandum regulariter, quale est omne occultum, cuius detectio noceret animæ corpori, honori, vel famæ, vel fortunis alicuius.[f] Secunda est, cuius celatio a sciente expresse, vel tacite promissa est. Tacite promittitur, cum id colligitur ex modo dicendi secreto, nulla de celando expressa promissione facta, vt doctor subtilis[g] sentit. Tertia, ad quam celandam lex diuina positiua confessionis sacramentalis obligat.[h] Tale est omne peccatum Sacramentali confessione detectum.

Dico tertio, quod prima species secreti præcipitur illa lege naturali generali de non nocendo proximi animæ, corpori, honori, vel famæ, aut fortunis, quæ decerpitur ex septem præceptis secundæ tabulæ Decalogi,[i] quæ probant non esse nocendum proximo aliquo modo. Secunda vero prohibetur lege naturali de præstandis promissis.[k] Tertia vero etiam per legem diuinam positiuam de seruando secreto confessionis, & ideo tã obligat, quam aliæ duæ, quia obligat, quotquot illud directe, aut indirecte sciunt sub pœna peccati mortalis in omnibus casibus, vno solo excepto, scilicet qñ pœnitens iusta de causa illius detegẽdi facultatem facit, vt[l] tale probauim[9]. Et secunda magis obligat, quam prima, quia obligat in omnibus casib[9], in qbus prima, & aliquot alijs, nam qui promisit seruare secretũ, ex quo seruato graue dãnum

a Lib. de ratione teg. membr. 3. quæst. fi.
b In c. sacerdos. de pœn. dist. 6. a nu. 116. vsque ad nu. 163. & post ipsũ in d. repet. concluſ. 6.
c 2.2. q. 70. art. 2. ad 2.
d In 4. libr. sent. dist. 21. ibi recept.
e 2.2. q. 11. art 3.
f Cap. si peccauerit. 2. q. 1. & notatur i c. qualiter & quãdo, 1. de accus.
g Vbi supr.
h De qua supra ca. 8. nu. 3.
i Exod. 20.
k l. 1. ff. de pact.
l In d. ca. 8. diximus, et in d. c. sacerdos, a n. 30.

num alteri non infertur, non debet detegere illud, etiam præcipiente ſuperiore. At prima ſpecies non æque obligat, quod enim quis ſcit aliter, quam p ſecreti commiſſionem, tenetur reuelare ſuperiore præcipiente, etiam ſi ex eo ſeruato nullus læderetur, ſecundum Sanctũ Thomam. [a]

a 2.2.q.70. ar. 1.ad 2.

Verum eſt tamen quod promiſſio ſernandi ſecreti parui momenti non obligat, niſi ad ſummum ad veniale, vt recte Caietanus dixit, [b] ſicut nec ſecretum, de occultis parui momenti, & venialibus obligat ad maius. Non enim magis pecco detegendo riſũ tuum immoderatum venialem ſecreto mihi dictum, quam ſi riſum eundem ſecreto a te fuſum detegerem, ſecundum eundem.

b In dicto art. 1.

Dico quarto, quod omnis detectio peccati confeſſione Sacramentali detecti, aut per eius medium ſciti, eſt peccatum mortale, excepto caſu prædicto, ſiue illud ſecretum ſit, ſiue publicum, ſiue graue, ſiue leue, ſecundum omnes. Quãuis interdum ſit mortale triplici ratione, vt cum peccatum detectum eſt occultum, & graue, quia eius celatio eſt tacite promiſſa. Interdum duplici, vt cum eſt publicum, & leue. Interdum vero vna tãtum, vt cum eſt leue per prædicta, veluti quando peccatum confeſsũ eſt parui momenti, aut publicum, tunc enim non eſt peccatum mortale, niſi per legem diuinam & canonicam, quamuis ſit veniale, ob eius ſecretum tacite a cõfeſſario promiſſum. Vnde videtur, quod confeſſarius, qui reuelaret peccatum graue tenetur confiteri circumſtantiam prædicti duplicis, vel triplicis vinculi, ſi adeſſet, per prædicta ſupra. [c]

c Cap. 6.

Dico quinto, quod detectio ſecreti aliarum duarum ſpecierum eſt mortalis, niſi fiat in caſu a iure permiſſo, aut res ſit tam parui ponderis, quod eius detectio nemini notabiliter noceat, & abſq; intentione notabiliter nocendi fiat, qa quamuis id obuiet legi naturali prædictæ de non nocendo, nec reuelando malo ſecreto, vel ſecreto commiſſo, propter tamen paruitatem damni definit eſſe mortalis, ſicut mendacium etiam eſt cõtra illam, & non eſt mortale, niſi ſit notabiliter nocens, vt dictum eſt ſupra. [d]

d Eod. n. 2.

Et furtum paruæ rei contra legem quidem naturalem eſt, [e] non eſt tamẽ mortale, per prædicta. [f]

e l. 1. ff. de furt.

Ratio autem, quare detectio peccati, etiam leuis confeſſi ſit mortalis, eſt, qa licet per eam parum lædatur proximus, plurimum tamen læditur Sacramentum confeſſionis, & publica vtilitas quatenus retrahit pœnitentes a confitendo, ne cõfeſſa peccata publicentur, quæ colligitur ex iure Canonico. [g] Oportet autẽ, vt ſciatur ſecretum eſſe parui ponderis, ad hoc, vt eius detectio non ſit mortalis quia ſi probabiliter dubitetur, an ſit grauis ponderis, mortalis eſſet. [h]

f Sup. c proximo nu. 2.

g Ex c. ſi diligenti, & notatis ibi de foro cõp.

h Arg. ca. ſi quis autem de pœn. diſt. 7. & eorum quæ ibi late tradimus.

53 Vigeſimoſeptimo peccat mortaliter, qui referat, aut legit literas obſeratas, aut ſcripturas alienas, quæ in ſecreto obſeruabantur, animo lædendi aliquẽ notabiliter, vel lædendo, aut aduertens, vel aduertere debens, quod inde poſſet notabile damnum ſequi, per prædicta, [i] niſi ex conſenſu expreſſo, aut tacito eius, a quo, vel cui mittuntur, id faciat, aut de auctoritate legitima, [k] vt tempore belli Prefecti finitimis hoſtium locis eas referant. Prælatus item, & prælata eas, quæ ſuis monachis, aut ab eis mittunt. [l] Peccat autem, ſed non niſi venialiter, q aperit ſine conſenſu, imprudenter, putans eas ad ſe miſſas, aut ob curioſitatẽ, ſine vlla intentione nocendi notabiliter & ſine vllo nocumento notabili, aut periculo probabili eius inferendi, ſola cauſa ſciendi noua, vel captandi riſum ex barbara compoſitione, aut ex eleganti voluptate, quia id non eſt contra caritatem Dei, nec proximi neceſſario habendam, peccaret tamen mortaliter, ſi id faceret cum prædicta intentione, vel prædicto nocumento, aut periculo certo, vel probabiliter dubio nocendi, quia eſt falſarius, [m] & quia vtitur re aliena contra voluntatem domini, & ita admittit furtũ, [n] per alias rationes, quas ſcripſimus alibi. [o] Nec obſtat, quod hæc ratio videtur idem concludere in caſu proxime præmiſſo, quia in illo paruitas, vel (vt ita dixerim) nullitas damni excuſat a mortali vt in quacumque alterius præcepti materia, iuxta dicta. [p]

i Sup. eo. c. nu. 2.

k Argu. l. iuſto. ff. de acqu. poſſ. l Cap. non dicatis, 12. q. 1.

m Vt ait gl. approbata. ca. cũ olim. de off. dele.

n l. 1. ff. de furt. §. placuit, Inſt. de obliga. quæ ex delict.

o In d. c. ſacerdos.

Adde his illud quotidianum S. Antonini [q] ſingulariter aſſerentis, inimicum mittentis, vel eius, cui mittitur, epiſtolã abſque aliquo peccato referare poſſe, ſi

p In ca. 11. nu. 4.

q 2. par. tit. 1. c. 22. § 5

per

per illam aliquod damnum sibi parari iu ste timet, quod videtur habere locum, etiam quando probabiliter timetur, datum iri per eam aliquod damnum iniustum alteri, & quo illud impediat, illā reserat,[a] cauendo tamen, quoad eius fieri poterit, ne cui vllum damnum iniustū inferatur.[b]

54 Vigesimooctauo, qui secreta in iniustam aliorum perniciem non vergentia Ciuitatis, concilij, aut exercitus ad eorum magnum damnum reuelat, etiā si metu tormentorum, aut amissionis vitæ id faciat, per prædicta.

Vnde sequitur Hispanum a Gallo in bello captum, quantalibet tormentorū vi torqueatur, non posse, salua conscientia, secreta iusta exercitus Hispani, ad ipsius conseruationem necessaria detegere, nec contra, Gallum Hispanis secreta exercitus Gallicani, nec illum, qui de lictum alienum secretum violenter sciuit, vt idem prædictus doctor singulariter affirmat, quamuis hoc, & quod de secretorum testium litigantium detectione nullis tormentis facienda dixit, moderanda nobis videntur, vt solum procedant, in damno irreparabili, vt qa mors vel mutilatio membri sequeretur, non autem quando sola pena pecuniaria, vel alia ex illis, quæ facile a detegente reparari potest, timetur, vt ibidem innuimus.

Dixi, *in iniustam aliorum perniciem non uergentia*, nam talia reuelari possūt, exemplo illius prudentissimi, & fidelissimi Chusiai, qui consilia Absalonis pessima Dauidem admonuit,[c] & Elisei, qui iniqua secreta Regis Syriæ Israelis Regi denuntiauit,[d] non enim peccat, imo bono fungitur officio, qui denuntiat cui quando, & quomodo oportet, peccatores, peccata, & stratagemata damnosa Reipub. aut proximo, quia hoc iure potest, & debet fieri, vt latius,[e] probauimus, per varia iura,[f] de quibus est capi. præterea,[g] quatenus habet eum, q scit aliquem rem habuisse cum consanguinea eius, quam vult ducere, teneri denū tiare, quo iniustum matrimonium, & peccata, quæ ex eo orirentur, impediantur. Quæ etiam procedunt in presbytero, potest enim etiam ille proditiones, homicidia, & alia delicta parata, denuntiare absque periculo irregularitatis ob id incurrendæ, modo protestetur, se id solum facere ad cauenda mala, quæ imminent, vt sine sanguinis effusionis pœna impediantur, vt pulchre Caietanus[h] probat,[i] licet protestatio solum videatur necessaria quo ad forum exterius, per dicenda. k Presbytero, inquam, etiam iurato seruare, & non detegere illa secreta secundum Innoc. receptum,[l] modo illa aliter quam per confessionem Sacramentalem nouerit, per eam enim solam cognita in nullo mundi casu detegi possunt, iuxta communem, & veram opinionem, quam copiose[m] probauimus, excepto vno, de quo ibi, & supra[n] diximus.

55 Dixi, *Sacramentulem*, quia oportet esse talem, per quam pœnitens vere conhteatur peccata sua, non enim sufficit dicere, *Hoc tibi dico in confessione*, iuxta Innoc. Panor. & communem,[o] etiam si genibus flexis, & signo Crucis fronte signata, id fiat, absque proposito confitendi peccata, & absolutionem accipiendi: qa talis detectio non est Sacramentalis, nec maiori secreti vinculo obligat, quam aliud extra confessionem detectum, vt recte determinat Sotus, P & ante ipsum clarius, & firmius Caietanus, q quem ille non refert, cuius rei ignorantia multi grauiter errant, & eis, quibus detegunt, ingerunt scrupulos, an debeant illa detegere, dum super eis denuntiandi fertur excommunicatio, vel vt testes coram iudice sistuntur, vel vrgentur necessitate denuntiandi, eo quod sunt Reipubl. aut proximo pernitiosa.

56 Aduertendum tamen, quod detectio peccati occulti, etiam alteri pernitiosi, non licet, nisi fraterna correctione prmissa, iuxta illud, r *Si peccauerit in te frater tuus*: s præsertim si ea sciens probabiliter credit suis precibus, & admonitione secreta, illa impeditum iri, secundū S. Thomam t receptum communiter. Dixi, *probabiliter credit*, alioqui enim posset, & deberet statim iudici denuntiare. Ex quo sequitur in proditionib° contra Rempub. paratis, & hæresibus ad docendum alios directis raro fraternam admonitionem secretam necessariam esse: raro enim quis probabiliter credere potest, proditionem, & hæresin sola monitione

a Arg. cap. non in inferenda et eorum, quæ ibi congerim°. 23. q. 3.
b Arg. c. cū cessante de appellat.
c 2. Regū. c. 17.
d 4. Regū. cap. 6.
e In d. c. sacerdos nu. 14. & seqq.
f Per c. non in inferēda 23. q. 3. & §. 1. dist. 83 c. quātæ, de sent. excom. & cap. ipsa pietas. 23. q. 4. et alia 1. 2. de spōs.
g 2. 2. q. 33 art. 7.
i Pro quo sunt c. Episcopus, ne cleric. vel monach. li. 6. & c. prælato, de homic. eo. libr. k Infr. c. 27 nu. 226.
l In c. qualiter, 1. de accusa. Panor. in c. delict. de excess. prælat. & alios alibi.
m In d. c. sacerdos, a n. 116. ad 151
n Proxime, nu. 51. & c. 8. num. 17.
o In ca. omnis, de pœn. & remiss.
p Vbi supra memb. 2. q. 7. art. 1.
q 2. 2. q. 70. art. 1.
r Matth. 18.
s Relatum in c. si peccauerit, 2. q. 1. & in c. non. de iud.
t 1. 2. q. 33. art. 7.

nitione omnino cessaturas. Aduertendū item, quod tunc demum oportet denuntiare personas, & delicta, quando ad occurrendum imminentibus malis id esset necesse: quia si sufficeret generalis admonitio, quod aliqua mala parantur, nō esset facienda declaratio specialis, & si sufficeret sola specialis delictorum, non esset facienda personarum, vt S. Thomas [a] determinauit, & nos latius [b] scripsim⁹ vbi multis rationibus probauimus, seruandam esse famam proximi, quoties si ne illius detrimento, eius animæ mederi possumus.

Aduertendum item, quod sicut bene facit, qui fraterna correctione præmissa, bono animo crimen occultum Ecclesiæ denuntiat (quia quamuis sit qui defendat, correctionem fraternam non esse lege diuina speciali præceptam, nemo tamen fere est, qui neget, eam lege generali charitatis præceptum, (ita qui malo animo id facit, verus coram Deo detractor est, secundum S. Thom. [c]

57 Vigesimonono peccat, qui reus secundum iuris ordinem interrogatus sua delicta secreta grauia non confitetur, & contra qui confitetur illa contra iuris ordinem interrogatus, secundum mentem omnium. Dicitur autem interrogatus secundum iuris ordinem semper, & solum, quando tria concurrunt. Primum, quod iudex interrogans sit competens. Secundum, quod delictum sit probatum plene, vel saltem semiplene, hoc est saltē per vnum testem omni exceptione maiorem, vel per iudicia illi æquipollētia, vel per infamiam plene probatam. Tertium, quod sit notificata illi huiusmodi probatio, vt sciat, in quo statu est, vt colligitur ex S. Thoma, [d] & Caiet. [e] eum pulchre declarante, quos [f] etiam latius muniuimus per multa capita, [g] quibus probatur, neminem se debere prodere⁹: & quemlibet scientem se iam proditum per semiplenam probationem debere iudici præcipienti, vt fateatur, parere⁹.

58 Trigesimo, qui reos consortes suos occultos non detegit in casibus, in quibus id facere debet, aut contra detegit, in quibus non debet. Regulariter autem, non debet, nisi solum in casibus expressis, [h] de quibus est crimen falsæ monetæ, [i] & maleficij, [k] proditionis, [l] & hæresis. [m] Quibus addo, quod rei, qui cō tra se confessi sunt, etiam non interrogati, debent declarare socios, quos iuste credunt præteritorum non pœnitere⁹, imo paratos esse ad noua, cum magno damno publico, aut priuato committenda, nec per Euangelicam correctionem correctum iri, quales sunt regulariter latrones, numorum falsarij, hæretici, stryges, fascinatores, & alij similes. [n]

Quinimo cōfessarij eiusmodi reos monere debent, vt tales socios denuntient, vt particulariter dixit Sotus, [o] quod si non fecerint, nostra sententia, ita peccant hi non admonendo, & absoluendo, ac illi non denuntiando: absoluunt enim impœnitentes contra ius diuinum, & humanum⁹. [p]

59 Trigesimoprimo peccat iudex, qui interrogat reum de seipso, vel de consortibus suis præter iuris ordinem, quia iniuste dat causam notabilis infamiæ proximi, dum extra potestatem suam inquirit, [q] idem si contra omittit interrogare, cum debet, secundum eundem iuris ordinem, quia præiudicat notabiliter Rei pub. cuius interest delicta puniri. [r] Quis autem ille sit iuris ordo, secundū quem debet, vel non debet interrogare reum de se, in præcedenti modo peccandi dictum est.

De consortibus autem non debet interrogare, nisi in casibus a iure expressis, & in illis non nominatim, an sint illi, aut illi, sed generatim, an sint aliqui, & quod doceat reum, si videt eum nescire aut facias facultatem ei consulendi confessarium an teneatur, & quos reuelare: alioquin enim non auderem excusare illum a peccato mortali, præsertim si id faciat persuasus, iustum esse per fas, aut nefas detegere crimina, & quocunque modo seueri iudicis, atque executoris famam sibi comparare, [s] cogendo reos ad bene, vel male detegendū omnes suos socios, etiam iam coram Deo emendatos, etiam si nulla fama, neque indicium sit contra illos. Et minus excusare auderem eum, qui tormentis cogit reos ad reuelandum socios, etiam in casibus, in quibus interrogare permittitur, quando nulla fama, neque indicium, nec præsumptio legitima dictat, eos habere socios, vt recte Salycet. [t] concludit.

Neque

[a] Quolib. 11. art. 12.
[b] In d. c. sacerdos. nu. 14. & segq.
[c] Vbi supr. art. 12.
[d] 2. 2. q. 69 art. 1. & 2.
[e] Ibidem.
[f] Vbi supr.
[g] Per capi. quādo, Versic. non tibi dico, ut te prodas. de pæn. dist. 1. & c. si oia, 6. q. 1. & c. 2. de maio. & obed. & c. 2. de cōsc. & alia.
[h] Et not. in c. 1. de confess. l. 1. C de custo. & exhib. reor. l. fi. ff. ad exhib. l. latrone. l. diuus Adr. ff. de custod. & exhib. l. pro uinciarum. C. de ferijs, & l. 4. §. mandatis, ff. ad l. Iul. pecu. & l. 1. C. de falsi. monet.
[k] l. fi. C. de malefic. & matemat. l. l. pen. & fi. C. ad leg. Iul. maiest.
[m] Ca in fi dei fauorē de hær. li. 6.
[n] Per dicta in dictare pet. cap. inter uerbacō clus. 6.
[o] De rat. te gen. memb. 2. q. 6. pag. 17.
[p] Cap. pæn. 1. & 2. de pæn. dist. 3. c. peccatiue nia. de reg. iur. li. 6. & c. legatur, 24. q. 2.
[q] Contra l. fi. ff. de iuris omn. iud. c. & c. 2. de const. libr. 6.
[r] l. ita uulneratus, ff. ad l. Aquil. & c. ut fama. de sent. excom.
[s] Contra l. respiciendū ff. de pæn.
[t] In l. fina. quæst. 1. C. de accusat

Neque eos, qui in Caſtella, & Italia torquent reos de ſuis delictis conuictos teſtibus, vt confiteantur, quo beneficiũ appellationis amittant, contra communem Theologorum & Iuriſperitorũ ſententiam: niſi cum adeo clare ſunt conuicti, quod in conſcientia tenentur confiteri, & iuſte Iudex præſumit ob ſolã malitiam differendi iuſtitiam eos pernegare, vt late [a] ſcripſimus, limitando communem in hoc caſu.

a In d. rep. c. inter verba concl. 6.

60 Trigeſimoſecundo peccat, qui peccatum ſibi ſecreto communicatum, qđ non vergit in graue damnum alterius, etiam iudice competenti præcipiente, reuelat, ſecundum S. Thomam. [b] Imo ẽt quando vergit in damnum alterius, ſi alia via poteſt illud excuſari: quin, & quãdo alia via excuſari non poteſt, id ſolũ eſt detegendum, quod remedio eſt neceſſarium, nam dictum S. Bonauenturæ, qui contrarium videri poteſt alicui ſentire, reducendum eſt ad prædicta.

b 2.2.q.68. art. 2.

61 Trigeſimotertio peccat Epiſcopus aut alius prælatus, aut publica perſona ad aliorum ſaluti prouidendum conſtituta, quæ ſeipſum infamat, aut ſe notabiliter infamantibus non reſiſtit, aut modeſte ſuæ famę reſtitutionem non petit, ſecundum S. Thomam, [c] licet alij religioſi, quibus ſola propriæ ſalutis cura eſt, iuſte poſſint ferre patienter, quatenus eos tangit, niſi charitas Dei, aut proximi contrarium requirat. Magis enim quandoque prodeſt proximis alacris patientia falſæ infamiæ, quam eius contradictio, nec ob id propriam famam negligunt, cum eam Deo offerant, vt ſentit S. Thomas. [d] Dixi, *niſi charitas, &c.* quia ſicut quiuis religioſus licite curam de ſua fama habere poteſt, & eam tueri, ita ſi degit inter perſonas ad ſe imitandum paratas, ſecus faciendo peccaret grauiter, [e] & a fortiori ſi ſeipſum infamat. [f]

c Quolib. 10. art. 13.

d Vbi ſup. et explic. Caietan. in sũ. verbo. famã propriam.

e Iux. gl. receptam in cap. ſemel Chriſtus, de conſec. diſ. 2 per d. c. nolite. & c. non ſunt audiẽdi. 11. q. 3.

f Arg. ca. ſi non licet, q. 5.

Trigeſimoquarto peccat, qui interrogatus iuridice in viſitationibus de peccatis publicis, aut ſatis generaliter de peccatis, nulla expreſſione facta de occultis, aut iniuſte facta expreſſione de illis, reuelat occulta, ſiue ipſi fuerint ſecreto detecta, ſiue ipſe viderit ea in ſecreto fieri, ſi non erant præparationes ad alijs nocẽdum, aut ſi denuntiat, quæ probare non poteſt, iuxta illud. [g] *Qui ambulat fraudulenter, reuelat amici commiſſum:* [h] quod quatuor decretis, & alijs confirmamus. [i] Tum quia quamuis iuret ſe dictu rum, quod ſcit, vere reſpondere poteſt ſe illa neſcire abſque periurij metu, intelligendo intra ſe, illud ſe non ita ſcire, vt detegere teneatur, [k] quidquid dicat Genesius a Sepulueda, & Sotus, quod neruoſius poſtea confirmaui. [l] Tum quia, q iurat dicere, quidquid ſcit, intelligitur iurare dicere, quod licite poteſt, & non amplius. [m]

g Prou. 11.

h Relatum in c. qui ambulat. 5. q. 5 S. Tho. 2. 2. q. 70. art. 1.

i In repet. c. inter verba 11. q. 3. concl. 6.

k Henri. de Gandauo Quolib. 9. i prin. Adrianus in 4. de correct. frater. §. oſtienſis. col. 6.

l In c. humanæ aures. 22. q. 5.

m Arg. c. 1. de iureiur. li. 6. l. ſi pro curat. ff. de condict. indebit.

62 Trigeſimoquinto peccat, qui ſecreto ſibi commiſſum diuulgat, aduertens, aut aduertere debens inde ſecuturum alterius notabile damnum, aut notabilem diſcordiam, licet non ſit expreſſe rogatus, nec promiſerit ſecretum, etiam ſi erat tale, quod prima facie eius detectio non videretur nocitura, rogatus tamen eius ſecretum promiſit, & poterat ſubeſſe aliqua ratio, ob quam illud roganti notabiliter conueniebat celari. Quamuis ſolum ſit venialis detectio ſecreti, quam conſtat nemini notabiliter nocituram, vt recte Caietanus [n] reſoluit per ſupradicta. [o]

n 2. 2. q. 70 art. 1.

o Et in c. ſacerdos. de pœn. diſt. 6. ad nu 30.

DE NONO PRAECEPTO.

Non concupiſces vxorem proximi tui. Cap. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Amari ſe velle amore mortali, mortale.*

COntra hoc præceptum eiſdem modis peccatur, quibus contra ſextum: quia vtroque eadem explicite, vel implicite prohibentur. Quare modis peccandi contra ſextum, [p] ſolum addimus, quòd peccat mortaliter, qui, vel quæ deliberate cupit, vel gaudet amari amore libidinoſo mortali ab alio, vel alia: quamuis non ſic amet, quia conſentit peccato mortali ſuo, vel alieno, iuxta dicta: [q] vbi dictum eſt, quando voluntas, vel conſenſus in proprium, vel alienum peccatum, & delectatio moroſa ſint mortales,

p Poſitis in c. 16.

q Sup. c. 11. nu. 11.

DE

DE DECIMO PRAECEPTO, Non concupiſces rem proximi tui, & de conſilijs Euangelicis. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 *Concupiſcentia inordinata rei notabilis mortalis eſt.*
2 *Ludus quid, & duplex, & quis venialis, & quis mortalis.*
3 *Ludus cauſa principali lucrandi negotiatio, & communiter mala. numero 4.*
3 *Ludens ludo vetito ſibi lege ad mortale obligante, & etiam licito ab impotente donare, vel coacto, vel dolo, mortaliter peccat, &* 12.
6 *Lex an vlla iuris communis ludi obliget ad mortale.*
7 *Ludus omnis aleæ, & principaliter ob lucrum prohibitus.*
7 *Ludus omnis etiam induſtriæ principaliter ob lucrum, ſaltem venialis, &* 8.
9 *Ludus aleæ rei notabilis clerico ſacrato & monacho mortalis. &* 10.
11 *Ludus de ſe nullus laico mortalis, & quis ei glorioſus.*
13 *Ludere quis dicatur coactus.*
14 *Ludi ſpectator clericus magis peccat, quam laicus.*
15 *Ludentium ſuſceptores, & cæt. vt peccant.*
16 *Peccantium miniſtri quando peccant,*
17 *Ludens diſſimulans peritiam, fallens, & non monens, vt peccat.*
17 *Ludens credito ni iuret, non ſoluat, & tunc, &c.*
17 *Iurans ſoluere perdita quid faciet.*
18 *Promiſsio reciproca, ſiue ſcommeſſa, vel apueſta quæ licita.*
18 *Ludo quæſita non reſtituenda, niſi &c. & num.* 19.

CONtra hoc decimum præceptũ peccat mortaliter. Primo, quicumque inordinate contra iuſtitiam concupiſcit aliquid notabile. Dixi, *inordinate*, quia qui concupiſcit ordinate per emptionẽ, per mutationem, hereditatem, aut aliũ iuſtum titulum, non peccat. Dixi, *contra iuſtitiam, & notabile*, quia qui concupiſcit inordinate contra ſolam liberalitatem, vel parum contra iuſtitiam, ſolum venialiter peccat per citata,[a] iuxta mentem S. Thomæ,[b] explicatam ibi per eius commentatorem. Et quia hic ſolum agimus de tranſgreſſione huius præcepti per ludum, & iocum, quia de alijs[c] actum eſt, pauca de illis præmittimus.

2 Primo, quod ludus & iocus eſt, *actus principaliter factus ad recreandum animũ per voluptatem*, ſecundum Ariſtot.[d] & S. Tho.[e] Dixi, *principaliter*: quia qui magis fit ob lucrum, vel alium finem, quam ob animi recreationem non eſt proprie iocus, nec ludus, ſed actus alterius virtutis vel vitij, qui cum fit factis, appellatur ludus, cum autem verbis, iocus. Et eſt duplex, bonus, & malus. Bonus eſt, *qui fit ad honeſtam animi recreationem ſine vlla mala circumſtantia*, ex quo frequentato generatur habitus, & conſuetudo honeſte ludendi, & iocandi, qui eſt virtus, quam Ariſt.[f] Eutrapeliam vocat. Et quia omnis virtus moralis inter duo vitia extrema exceſſus & defectus interiacet,[g] ita hæc interiacet inter exceſſum inordinatum ludendi, & inter defectum inordinatum ab eo abſtinendi, vt[h] probat Sanctus Thomas: longe tamen frequentius peccatur per exceſſum, quam defectum, quia ludo & ioco æque parce condienda eſt vita, ac ſale cibi, iuxta Cice.[i] receptum.

Secundo præmittimus, quod ludus & iocus malus eſt, qui lege vetatur, vel circumſtantia mala veſtitur, vt plurimum autem, & ſuo genere eſt venialis, quis autem ſit mortalis infra dicetur.[k]

3 Tertio præmittimus, quod ludus exercitus principaliter animo lucrãdi potius eſt negotiatio, quam ludus, vt ex ſupradicta definitione colligitur, quæ negotiatio fere ſemper mala eſt. Tum quia per eam aufertur amicis, quibus erat dãdum, vt ait Ariſtoteles.

Tum quia per eam quis aſſueſcit bonis aleæ ſubijciendis, & multum temporis terere. Tum quia eſt occaſio vt coniuges, liberi, & famuli paruifaciant damna bonorum, & cuſtodiam eorum, cũ maritum, fratrem, aut herum vno aleæ iactu, tantam bonorum iacturam facere videant. Tum quia pauciſſimi, aut nulli per eam ditescunt: imo per eandẽ multa mala & vitia imbibuntur, vt Hoſtienſis

a In addit. c. quãdo de conſec. diſt. 1. & ſupra in ca. 11. n. 4. & c. 17.
b 2. 2. q. 59. ar. 4. & q. 168. art. 3.
c Supra ca. 17.
d 4. Ethic.
e 2. 2. quæſt. 268. art. 2
f Vbi ſupr.
g Iux. eundem. & glo. ſingu. in §. hæc quæ. de pœnit. diſt. 2. ſub capi. charitas 3.
h In d. qu. 268. art. 3.
i 1. Offic.
k Num. 4.

aIn ſum. de exceſſ. plat. *b Arg. eorũ quæ ait S. Tho. de mercatur, 2. 2. q. 77. art. 4.*

fis admonet.[a] Dixi, *fere*: quia finis proui dendi neceſſitati cum probabili credulitate lucrandi a diuite, vel preces, aut iuſſus amici, aut ſuperioris diuitis, poſſent quandoq; huiuſmodi ludum, & negotiationem honeſtare.[b]

c 2. 2. q. 168 art. 3. & in ſumma, uerbo ludus.

Quarto præmittimus, quod ludus nõ fit mortalis ex ſola circumſtantia animi principaliter lucrandi aliquid, etiam no tabile, ab eo, qui donare poteſt, vt probat Caietanus,[c] neque etiam ex nimio & ardenti ludendi appetitu, niſi cum extenditur ad alicuius legis, quæ obligat ad mortale, violationem. Qualis eſt eorum, qui noctes in dies, & dies in noctes vertentes, miſſas præceptas omittunt, aut ſubeunt periculum amiſſionis bonorum, ſine quibus nequeunt ſuſtentare vxores, liberos, ac reliquam familiam ſuſtentandam de præcepto, aut debita ſtatuto tempore ſoluere, aut putãtur inepti ad munera bellica, & ciuilia Reipubl. eis ad illa notabiliter egentis, & timentis, ne pecuniam ad ea neceſſariam eis datam ludo perdant, ſimul & deplorantis eorum vicem, quod cum ſint alias rebus egregie agendis apti, ob hãc vnam rem ad id reputantur inepti. Neq; etiam ex circumſtantia loci ſacri, quia nullo id iure cauetur, niſi cum ſpecialiter talis in eo ludus prohibetur, qualis eſt comœdia rerum prophanarum,[d] aut

d Ca. cũ de corem de vita, & honeſt. e Ca. decet, §. ceſſent de immun. eccle. lib. 6.

niſi fiat cum notabili ſcandalo, vel irreuerentia Dei, vel Eccleſiæ.[e] Imo ſine vllo peccato, & tum merito poteſt quis in eo ob honeſtam cauſam ludere, puta quo infirmus, qui illic eſt recreetur, quo otium pellatur, aut ſolatium capiãt milites, qui eum tempore belli cuſtodiunt, quamuis ſine vlla iuſta cauſa id ibi facere ſit ſaltem veniale iuxta Caietan.[f] Neque ex circumſtantia perſonę,

f In d. quæ. 168. art. 3.

nam ſine vlla culpa, etiam veniali, clericus, & monachus interdum etiam talis & chartis luſorijs ludere poteſt ob honeſtam cauſam, puta ad excitandum, vel recreandum ſocium ægrotum ea re indigentem, modo non frangat legem vllam ad mortale obligantem de qua infra.[g]

g Num. 6.

Neque ex circumſtantia temporis, quia quamuis peccatum ſit totum diem feſtum in ludis præſertim operoſis conſumere, quales ſunt ludus pilæ, prælij vmbratilis, & ſimiles, mortale tamen nõ eſt niſi miſſa, aut aliud diuinum officium præceptum, vel votum omittatur.

Neque ex eo, quod potius fortuna, & euentu, quam induſtria nitatur, niſi alio qui lege prohibeatur, quia imo ludus, q in quantum talis ad relaxationem animi fit, tanto aptior eſt, quanto magis fortunæ, quam arti & induſtriæ nititur, quia intentionem animi magis remittit, & ita contra vulgi opinionem, omnium ineptiſſimus eſt luduslatrunculorum, quem Itali Scacchorum, Hiſpani vero Axedrez, & Galli Eſchez vocant, quia is minus, quam alij animum relaxat, quãuis magis liceat, quam aliquot alij, qui lege prohibentur.[h]

h Iux. gl. receptam in authẽ. inter dicimus. C. de epiſc. & cler. & gl. c. cleric. 2. ubi Panorm. & alij, de vita & honeſta. cler.

4 Secundo peccat mortaliter contra hoc præceptum, qui ludit cum irreuerentia notabili Dei, vel dictis, & factis in ſe mortalibus, vel mortali circumſtantia veſtitis. Dixi, *Irreuerentia Dei*, ob capi. cum decore,[i] & Conc. Trid.[k] quod graueiſſime in hæc fere verba prohibuit: *Mandat & præcipit ſancta ſynodus, ne de cætero quiſquam vllis ſacræ ſcripturæ locis ſtatur ad ſcurrilia fabuloſa, vana, adulationes, detractiones, ſuperſtitiones, impias et diabolicas incantationes, diuinationes, ſortes, libellos, etiam famoſos.* Dixi, *vel dictis, &c.* ad includendos ludos impudicos, & alios de ſe mortiferos.[l] Dixi, *vel mortali circumſtantia veſtitis*: ad includendos ludos, qui fiunt cum notabili ſcãdalo, aut cum notabili alterius nocumẽto, vel periculo eius probabili,[m] & ad excludendos ludos, qui fiunt cum circũſtantijs animi principaliter lucrandi, nimietatis ardoris, & auiditatis ludendi, ſacri loci, temporis, vel perſonæ ſine prędicto ſcandalo, & nocumento, & periculo, & trãſgreſſione alterius legis ad mior tale obligantis: hi enim licet, vt plurimũ ſint mali, non tamen ſunt ob hoc mortales per proxime dicta.

i De uita et honeſt. cler. & c. decet. §. ceſſent. de immun. eccle. lib. 6. k Seſſ. 4. §. fin. l Arg. c. nec ſo'o. 33. quas l. 5. & trad. S. Tho. 2 2. q. 154. art. 4. m Arg. c. nihil de præſcrip. & c. 1 de tornea & c. ad audientiam. de homic.

5 Tertio peccat mortaliter quicunque ludit rem notabilem ludo prohibito ſibi lege obligante ad mortale, vel ludo licito cum eo, qui donare non poteſt, vel a potente donare ad id metu coacto, vel per dolum, & fraudem decepto. Dixi, *notabilem*: quia paruitas excuſat a mortali, vt ſupra dictum eſt,[n] & alias ſæpe. Dixi, *ludo prohibito ſibi*: quia multis prohibetur aliquis ludus, qui non prohibetur

n Cap. 11. nu. 4.

tur alijs, nam multis interdicunt voto, iuramento, aut ſtatutis Collegiorum, & Cœnobiorum aliqua genera ludorum, quæ alijs non ita vetantur.

6 Dixi, *lege obligante, &c.* qualis an ſit vlla humana iuris communis, quæri poteſt? & reſponderi primo, lege obligante ſaltem ad veniale prohiberi communiter omnem ludum, qui magis nititur caſu, & fortuna, quam induſtria & arte, quo luditur ob lucrum principaliter per iura citata, [a] quibus omnibus, tam laicis quam clericis interdicitur ludus aleę in vniuerſum.

7 Per quam ſignificatur omnis ludus, principalius nitens ſorte, aut caſu, quam induſtria, & arte ex mente omnium, de quibus eſt ludus ad tabulas, [b] qui licet multum nitatur induſtria, magis tamen fortuna, de quibus videntur etiam eſſe ludi chartarum luſoriarum, quorum aliqui magna quidem induſtria nituntur, ſed maiore fortuna.

Dixi, *quo luditur ob lucrum principaliter, &c.* ad excludendum eum, quo poti[9] cauſa honeſtæ recreationis, quam lucri paruo tempore luditur, vt quo a pradio, vel cœna luditur cauſa ſolatij, nullius rei pecuniæ lucro propoſito vel ſolum alicuius eſculenti, vel poculenti, quod bis lucrifactum ſemel ſoluatur, vel ſpirituali lucro precum aliquarum pro vincente a victo dicendarum. Tum quia id permittitur. [c] Tum quia ratio legis, quæ tales ludos vetat, eſt refrænare auaritiam, quæ ceſſat in prædictis, & conſequenter ipſa lex. [d]

8 Secundo dico, quod ſimili lege prohibetur etiam ludus, induſtria & arte potius, quam fortuna nitens, quo æque, vel principalius luditur cauſa lucrandi, quã relaxandi animum. Tum quia eſt inordinatus lucrandi actus, cum rei in vnum finem ordinatæ ſit vſus in alium fere ſæpe contrarium, quia ludus ad honeſtam animi recreationem inuentus, vertitur in negotiationem turpem, eandemq; intendentem, & fatigantem ipſum. [e] Tum quia dicta authentica alearum, permittens quatuor genera ludorum induſtria & arte magis quam fortuna nitentium, vetat ne præmium maius, quam vnius ſolidi proponatur vincenti tacite prohibens, ne principaliter auaritiæ cauſa ludatur, etiam ludo permiſſo, tacite etiam limitans legem aliam [f] quæ permittit ludi pecunia ſaliendo, currendo, luctando, &c. qui ſunt ludi magis induſtria, quam fortuna nitentes, ad pecuniã vnius tantum ſolidi.

9 Tertio dico, quod lege, etiã ad mortale obligante, prohibentur monachi, & clerici beneficiarij, vel in ſacris ordinib[9] conſtituti ludere huiuſmodi ludis aleæ, ſiue fortunæ illicitis, notabilem quantitatem, præſertim de fructibns beneficiorum Eccleſiaſticorum. Tum quia prædictam iuſtam legem canonicam tranſgrediuntur. Tum quia præfata capita, [g] iubent clericum ob aleæ luſum deponi ab officio, vel beneficio, quod mortalem culpam præſupponit. [h] Et ita hoc Ioannes Maior, Adrianus & Caietanus [i] ſignificant. Tum quia in prophanum & malum vſum reditibus in pium dicatis vtuntur contra illa multa, quæ citaui mus. [k] Tum quia Concil. Trid. [l] præcipit ſeruari iura ante illud, per Papas, & alia Concilia ſuper ludo, & luxu clericorum ſtatuta.

10 Dixi, *Præſertim de fructibus beneficiorum:* qa idem puto, quo ad peccatum licet non quo ad reſtitutionem, de his, q ludunt de bonis patrimonialibus, nam ratione ſolius ordinis, & profeſſionis interdicuntur eis huiuſmodi ludi. Canones enim prædicti ſine ulla fructuum beneficiorum mentione prohibent eis, huiuſmodi luſus, vt videre eſt in eis, funda tis in illo dicto Apoſtoli, [m] *Nemo militans Deo, &c.* Dixi, *Beneficiarij, uel in ſacris ordinibus conſtituti,* ad ſignificãdum quod de alijs idem, quod de laicis cenſendum, per doctrinam Panor. communiter receptam. [n]

11 Quarto dico, quod non audeo dicere tam graui lege humana prohiberi laicis luſum, etiam principaliter ob lucrũ, etiam magnum. Tum quia prodigalitas eorum de ſe non eſt mortalis, vt S. Thomas receptus ait, [o] & ſupra Peſt ſignificatum. Tum quia non videntur in hoc ſubmitti prædictis canonibus. Tum quia leges prædictæ ſeculares ſuper hoc latæ non videntur obligare ad mortale, ſiue quia intentio legislatorum non fuit illa, iuxta dicenda, [q] ſiue quia quo ad hũc effectum non videntur receptæ, cũ

in

a Ca. epiſc. 31. di. & l. 1. ff. de aleæ luſu. & aleat. & auth. alearum vſus. C. de relig. & ſũpt. fune. & c. cleri. 2. de vita, & honeſt. cler.

b Per d. authẽ. interdicimus, C de epiſc. & cle. & §. interdicimus, authẽ. de epiſc. coll. 9. unde illa ſumitur

c Per l. qẽ in conuiuio ff. de aleæ lu ſu. & aleæ tuncta gloſ. eius, & gl. d. c. 1. 35. di ſtin. & gl. l. ſi tibi. §. 1. ff quarum ter. actio nõ dat

d Iux. l. adigere. § quã uis. ff. de iu. patr. & ca. ſuggeſt. & c. memini mus de appel. & theoriã Panor. ſuper eis poſitam, & receptam.

e Contra c. fi. de uerbo. ſigni. l. legata inutiliter ff. de adim. leg.

f l. 2. ff. de alea luſu.

g 1. 35. diſt. & ca. inter dilectos de exceſ. præl.

h Arg. cap. non afferãm°, 14. q. 1.

i Vbi ſupr.

k In tract. de reditib. eccleſ. qu. 1. mont. 20.

l Seſſ. 25. c. 1. de refor.

m 2. Tim. 2.

n In ca. clerici, 1. de uit. & honeſta. cleric. & in ca. 1. & 2. de poſtul.

o 2. 2. quæſt. 183. art. 7.

p Eod. n. 1.

q Infra, ca. 23.

in omnibus mundi partibus, cuiuſq; ordinis laicos videamus magnam pecuniarum ſummam, & maximam eorum partem principaliter propter lucrum ludere, & à confeſſarijs, ſine propoſito numquam ita ludendi abſolui, quod facere nequirent, ſi in eo mortaliter peccarent, [a] ſiue quia leges illæ non tractant de materia iuſtitiæ, ſed temperantiæ, vel modeſtiæ, quæ vt plurimum ſolum ad veniale obligant. Dixi, *lege humana*, quia ſecus eſſet, quoties ratione loci, temporis, perſonæ, vel modi ludendi prohiberetur eis lege naturali, vel diuina, de reuerendo Deum, & ſacra, vel de curandis rebus publicis, vel priuatis ſuis, vel proximi, vel ſoluendis debitis, ad quæ de præcepto tenentur. Et quidem licet nõ auſim dicere, eos tam forti lege humana teneri, audeo tamen orare omnes præſertim illuſtres, vt ſecũ reputent ſe grauiter, ſaltem venialiter peccare turpemque negotiationem exercere, [b] lucrumque, quod in eis fit, turpe ab omnibus appellari, & ſæpiſſime eſſe reſtituendum. [c] Et eo maiorem apud virtutis ſtudioſos infamiam incurrere: quo cum ſint maiores, maius ſcandalum præbent. [d] Ideoque ſine propoſito ab eis perpetuo abſtinendi non poſſe ſine graui pudore ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum accedere, eoque maiorem gloriam apud Deum, & homines adepturos, quo cum minore pecuniæ lucro, ſola vel pene ſola vincendi gloria propoſita, pro palmario in ſignum victoriæ ad iucundam pugnam pro magnitudine ſua amicos allicerent.

Quinto dico, ad diſcernenda prædicta toties quem principaliter ob lucrum ludere, quoties tanti, aut pluris lucrum facit quam animi recreationem. Dixi, *tanti, aut pluris*: quia ſufficit, vt tanti faciat illud, ac animi recreationem, per ea quæ pridem diximus, [e] non autem dixi, vt Syluester. [f] Qui non luderet, niſi lucrum proponeretur, quia vt aliquid ſit finis principalis alicuius actus, non ſufficit vt ſit cauſa, ſine qua ille non fieret, vt ibi dixi, propoſito euidenti, exemplo de clerico, qui ad preces matutinas non ſurgeret, niſi lucrifaceret diſtributiones, neque miſſam faceret, niſi quam vocant pitantiam ſperaret, tamen maioris facit illa, quam quod propter illa datur. Et ita poteſt quis ludere principaliter recreationis cauſa, quamuis non luderet, niſi lucrum exſpectaret. Suam ergo quiſque in hoc conſcientiam conſulat.

12 Dixi: *Vel ludo licito cum eo, qui donare non poteſt*: quia qui cum tali rem notabilem ludit, ſiue ſit clericus, ſiue laicus, peccat mortaliter, ſecũdum omnes, eiuſmodi eſt ſtultus, puer, mancipium, filius, qui adhuc in patris poteſtate eſt, prodigus, coniux, monialis, monachus, & ſimiles, ſecundum Io. Andr. Cald. & commu nem. [g] Iuſtum tamen videtur id qđ Sotus [h] inſinuat, ſcilicet, filium etiam ſub patris poteſtate conſtitutum, qui de ipſius licentia in ſcholis ſtudet, aut in Curia verſatur, licite poſſe de ſuo commeatu quatuor, aut quinq; de centum, quæ dantur ei, ludo impendere. Cui addo idẽ dicendũ de religioſo, qui ſtudet, aut negotiatur impenſis ſui Abbatis, modo id honeſtæ recreationis cauſa faciat, quia pater & prælatus tacitam eius rei facultatem facere videntur, [i] non placet tamẽ id, quod ille addit, nempe huiuſmodi filium non poſſe a colluſore plura lucrari, quam colluſor ab ipſo. Tum quia omnes communiter contrarium præſupponunt. Tum quia non eſt textus, neque ratio, quæ concludat, pauperem aliquem honeſto loco natum, & etiam plebeium, & mendicum non poſſe amplius lucrari a diuite, quam dives ab ipſo. Tum quia ca. ſi qua de rebus, [k] & §. pupillus, [l] probant, contractum cum pupillo, aut Eccleſia factum valere in alterius præiudiciũ, quamuis in eorum non valeat. Tum quia iniuriam pati poteſt, qui eam facere nequit. [m] Tum quia amiſſa facultate faciendi, & perdendi, facultas patiendi, & lucrandi non amittitur, [n] quamuis eius opinio procedere poſſet in eo, qui falſo dicendo, ſe facultatem habere donandi, & pdendi, allicit aliũ ad luſum. [o]

13 Dixi, *Vel a coacto, &c.* Tum quia metus, dolus, & fraus omnem contractum, quamlibet alioqui licitum ita inficiunt, vt ſit irritus, vel irritandus. [p] Per coactionem autem intelligo non leuem, & conſuetam inuitationem, & inductionẽ, ſed eam, quæ fit iuſto metu, vel tam grandi reuerentiali, vel cũ eiuſmodi exprobratione, vt inuitatus, & rogatꝰ, ſi non luderet,

a Cap. pœnitentia, 1. & 2. de pœnit. diſt. 3.

b Per dicta nu. 2. & 3.

c Vt infr. dicetur.

d Ca. præcipue. 11. q. 3.

e In c. inter verb. 11. q. 3. & in Enchirid. de orat. & hor. canonicis. c. 6. n. 14. & i eius addit. & nuper in comment. c. cũ miniſte. 23. q. 5. nu. 73.

f Verb. ludꝰ q. 2. §. 6.

g In d. c. clericis. 3.

h Lib. 4. q. 5

i Arg. gloſſ. cle. 2. de ui. & honeſt. verb. cõuertendum, & eorum, quæ late ſcripſimus. in ca. cũ ad monaſterium de ſtat. mon.

k 12. q. 2.

l Inſt. de inutil. ſtip.

m l. illud. ff. de iniu. trã ſlata in ca. illud, 15. q. 1

n Per dic. l. illud.

o Arg. l. 2. C. ſi mino. maior ſe eſſe dix

p C. Abbas. cum gloſ. de his quæ vi, & toto ti. ff. quod met. cau. & de dol. & trad. Vterq; Tho. 2. 2. qu. 32. art. 7. ad 2.

ret, vel a ludo discederet, vilis & abiect⁹ reputaretur, secundum mentem eorundem, quos etiam Sotus [a] sequitur, quod quotidianum est.

14 Quarto peccat clericus, vel monachus, qui ludum mortaliter malum spectat, [b] si multo tempore spectat: secus si paruo. [c] Idem si ludo delectatur veniali ter malo, ita q̃ ēt si mortalis esset eo delectaretur, [d] quia facientes & cōsentientes, &c. [e] Idem si eius p̃sentia est causa, quod ludo mortali ludatur, [f] aut si ex officio debeat prohibere, & nō prohibet. [g] Dixi, *Clericus, &c.* quia laicus, qui nō est causa ludi mortalis, nec delectatur eo, quatenus talis est, sed solum industria, & arte ludentium, non peccat secundum mentem omnium.

15 Quinto peccat, qui eiusmodi lusoribus subministrat domum, mensam, candelas, aut alia in ludum necessaria, [h] per quæ probatur peccare, qui consentit peccato, præsertim cooperando, iubendo, mandando, inuitando, vel inducendo, q̃ expresse, vel tacite, directe, vel indirecte facit huiusmodi susceptor. Et quia graui ter contra hoc vrget quidam doctus dubitans, [i] an idem tenuerim, addo, me idem etiam nunc tenere, idque confirmo per tres leges priores, [k] quibus graues pœnæ statuuntur contra eiusmodi susceptores.

16 Et ad inconuenientia, quæ ipse hinc infert, respondeo per ea, quæ supra, [l] respondi pro locantibus domos meretricibus in ea parte ciuitatis, vbi permittuntur habitare, & per ea, quæ Caie. subtiliter distinguit [m] pro dantibus cœnam pro ieiunaturis in die ieiunij, limitata infra, [n] per illa enim defendi potest non peccare famulum mensæ concubinariorum ministrantem, neq; iuuantem concubinam ad se ornandū, neque ministrantes mensis Sybaricis, platorum, neq; opifices, qui calceos, & sandalia, vel vestes vendunt meretricibus, & alios similes, modo id sine vllo consensu in peccatum faciant, quoniam non inducunt; neque iuuant directe ad illud: susceptores autem prædicti tacite, imo vt plurimum expresse inuitant, & iuuant directo, vel quasi, ad huiusmodi ludos mortales, & consentiunt eis. Et ad id, quod insinuat, si non hunc, alium susceptur um eos, respondeo per id, quod dixi supra, [o] contra ministrum mixtum vsurarij, & pro ministro nudo eiusdem, & contra seruū occidentem, quem alij conserui erant occisuri.

17 Sexto peccat, qui dissimulando peri tiam magnam, quam habet in ludendo pila, vel alio eiusmodi ludo attrahit aliū longe imperitiorem ad ludendum, aut falsis talis, vel chartis vtitur, legesve ludi cum notabili damno collusoris transgreditur, quia vtitur dolo, & fraude, de quibus supra. Idem de eo, qui ludit non apposita pecunia cum iuramento de soluendo, quod perdiderit & non soluit. [p]

Per quæ respondeo ad noue quæsita. Ad prima quidem tria, qđ peccat mortaliter, qui scienter ait, se habere plura pūcta, quam habeat, quo lucratur, & q̃ aduertit collusorem errore calculi dicere se pauciora habere, quo perdit, & nō monet, & qui accipit priorem locum, quem manum appellant, quia primus decipit, secundus accipit, quod iam alter lucrat⁹ est, tertius, quia surripit ius aptius lucrādi collusori, quamuis non teneretur restituere quantum ob id lucraretur, sed quantum illud ius prioris loci valet, sicut qui lædit messem non tenetur restituere, quātum illa in area redderet, sed quanti æstimaretur in herba, [q] quæ tria tunc, & tantum procedunt, cum damnū notabile infertur per supradicta.

Ad quartum respondeo, quod inspector ludi non peccat contra legem iustitiæ, eo quod non admonet ludentem errare computando, vel nō capiendo prio rem locum, si id non promisit. Et ita quā uis aliquando peccaret contra legem charitatis, non tamen tenetur restituere ad id enim sola lex iustitiæ obligat, per citata supra. [r]

Ad quintum, quod ludens sub fide sua non iurata non peccat in regnis Hispaniæ non soluendo, quia diuæ memoriæ Carolus Quintus in Comitijs Mantuæ Carpentariæ, siue Madritij anno 1518. vetuit, ne luderetur sub fide soluendi, etiam ludis licitis, qualis est pilæ, simul irritas declarando qualcunque promissiones, obligationes, & fideiussiones, quę ad id præstarentur. Quod ipsum esse seruandum, etiam in alijs regnis iure communi asseruit Adrianus, [s] quod efficaci-

[a] *Li. 4. q. 4. art. 2. de iust. & iur.*

[b] *Ca. clerici 2. de v & hon. cle. & auth. interdici. n. 9. C. de epis. & cler.*

[c] *Per d. sup. c. 11. nu. 4.*

[d] *Gab. in 4 lib sen. dist. 15. q. 11. art. 2. dub. 3.*

[e] *Ad Rom. 1. & c. 1. de offi. deleg.*

[f] *Arg. glos. sing. clem. Archiepo de priuil.*

[g] *Ang. verb. ludos. §. 6.*

[h] *Arg. c. error. 83. dist. & dictorū in d. ca. 11. vbi sup. & c. 17. a nu. 17.*

[i] *In ca. 17.*

[k] *ff. de aleæ lusu & ale at.*

[l] *Cap. 17. nu. 195.*

[m] *2. 2. que. 147. art. 5. sub fin.*

[n] *Capi. 21. nu. 25.*

[o] *Cap. 17. a nu. 18.*

[p] *Arg. c. de b tores deiu reiuran. vt Medin. vbi sup. lat. pro bat.*

[q] *S. Th. 2. 2. q. 62. art. 4. & sup. c. 17 nu. 17.*

[r] *Cap. 17. n. 12. & infra cap. 24. nu. 5.*

[s] *In 4. de restit. q. 12.*

ficaciter videtur probare præfatus Didacus (qui quum superiora excuderentur, solum quidem erat Reuerendissimꝰ Segobiensis, nunc autem est Consilij Hispaniarum Maximi Preses) [a] licet contra tenuerit idem Adrianus [b] & Castrensis. [c]

Nihil tamen prædictus. Præses ait de iurante soluere, sicut nos hic egeramus de solo promittente. Nunc autem aimus, teneri ad soluendum iurantem, vt prædiximus, posse tamen repetere soluta instar solum promittentis soluere vsuras, qui eas non tenetur soluere, nisi iurauerit, & tunc solutas repetere potest, [d] & quod vt iurans soluere vsuras, potest petere absolutionem, antequam soluat, qua obtenta non tenebitur soluere, [e] ita iurans soluere in ludo perdita, potest petere absolutionem, qua obtenta non tenebitur soluere.

18 Septimo peccat, qui facit rei notabilis sponsionem, quæ Italis *Scomessa*, Hispanis *Apuesta*, Gallis *Gagement* dicitur per quam spondentes sibi aliquid mutuo promittunt, in aliquem euentum in certum præteritum, vel futurum, certo sciens, a se assertum esse verum, & id dissimulat, vt alium ad sponsionem inducat, quia dolo, de quo supra, in damnum notabile proximi vtitur, qui enim sine dolo eam facit, non peccat, quia talis sponsio nulli legi iustitiæ est contraria, imo est consona, [f] licet vt plurimum obuiet liberalitati. Neque obstat quod Ioan. Maior, [g] & Adrianus [h] contrarium significare videantur. Tum quia eorum ratio satis examinata idem concludit. Tum quia non dicunt eos, qui sic volũt lucrari, mortaliter peccare, sed absolute peccare, quod etiam nos cum Caietano quasi fatemur, dicentes id fere semper esse liberalitati cõtrarium, & ita lucrum sordidum.

19 Octauo peccat, qui lucratur aliqd notabile ludo, etiam licito, ab eo, q̃ non potest donare, vel a coacto & grauiter tracto, aut dolo, vel fraudulenter, vt prædictum est, & non vult illud restituere secundum omnes Dixi, *Ab eo, &c.* quia secundum veriorem opinionem, quidquid dicat Panorm. [i] & Gabr. [k] nemo lucrifacta in ludo, etiam illicito, ab eo, qui donare potest ea, quæ perdit absque metu, dolo, & fraude tenetur restituere de præcepto, etiam pauperibus, vt satis sentit vterque Sanctus Thomas, [l] & explicant Ioannes Maior, & Adrianus [m] & Caietanus. [n] Tum quia nihil accipit contra iustitiam, cum non accipiat inuito domino, qui sine ludo, & cum ludo donare ea poterat. Tum quia, neq; quod sponsionibus sine fraude lucrifit, neque quod emptionibus & venditionibus in diebus festis, aut locis sacris, quamuis in eo mortaliter delinquatur, est necessario restituendum, quia non obstante illo peccato valent. [o]

Adde, quod qui tenetur restituere lucrifacta in ludo ab vno non potest compensare cum perditis cum alio, nec econtrario: cum perditis vero cum vno potest compensare lucrifacta ab eodem, nõ solum durante eodem ludo ad cuius vsque finem nihil censetur lucrifactum, sed etiam in diuersis ludis, etiam si alij sint liciti, & alij illiciti, siue vterque sit habilis ad donandum siue inhabilis, siue alter habilis, alter inhabilis, quamuis de rigore iuris in hoc vltimo contrarium dici possit, sed sequimur Syluestrum [p] hoc tenentem ex æquitate, saltem quo ad forum conscientiæ, licet arbitrer neminẽ, qui falsis talis, aut chartis, aut alias dolo & fraude lucratur ab alio, compensare posse cum iuste lucrifactis ab eodem, non enim videtur iustum, vt compensentur cum iuste perditis, quo casu procedat opinio contraria. Addo item, quod etiam ministri & inspectores, quibus ludentes ex collatis in medium aliquid conferunt, tenentur restituere, quando lucrans ad id tenetur, alias nõ. [q]

a In c. peccatum, de reg. iur. li. 6 §. 4. nu. 8.
b Vbi sup. q. 22.
c De l. penal. li. 2. c. 2 corollar. 3.
d Cap. debitores, de iureiur.
e Cap. 11. de iureiur. fl. cum ad præsens. ff. de reb. cre. & l. a Titio. ff. de verbo. oblig. per q̃ hoc notant Paulus, & Alex. ibi approbati & Iaſ. & citati per eum ibi, & in d. l. cum ad præsens.
f In 4. libr. sent. dis. 15 q. 15 & seq.
g In 4. de restit. quæ. de ludo.
h In 4. de restit. quæ. de ludo.
i In d. c. clerici, & in c. quia pleriq; de immuni. eccl.
k Vbi sup.
l 2. 2. q. 32. art. 7. ad 1.
m Vbi supr.
n In sũma. verb. ludus
o Iux. gloss. sing. in c. de cet. §. ceſſet de immun. eccl. li. 6.
p Verb. ludus q. 17.
q Gabr. in 4 dist. 15. qu. 11. dub. 6. in fine.

DE CONSILIIS Eccleſiaſticis.

20 *Consilia spernens, vel non implens quã d o peccat mortaliter.*

21 *Consilia Christi præparatione animi seruanda.*

21 *Consultum a Christo statum non esse tam bonum, ac contrarium asserere, hæresis.*

22 *Consilium contra Christi, an peccet monachus charitate annonæ gaudens.*

22 *Charitate annonæ gaudens qui non peccat.*

23 *Peccatum quod non est, omne in Deum potest referri.*

CONtra consilia Euangelica, aut canonica peccat mortaliter, qui ea p contemptum verum non implet, vel proponit non implere, etiam tempore, quo fierent præcepta, vel ait, non esse de se & absolute meliora, quam contraria, vel non licere illa vouere, vel vota seruare.[a] Dixi, *Per contemptum*: quia regulariter omissio simplex implementi eorum alio tempore, quam prædicto, licet.[b] Continet autem vere non omnis, qui non implet, sed qui principaliter ideo non implet, quia ea parui facit, id enim est verus contemptus, iuxta S. Thomam[c] declaratum[d] bene per Caietan. & confuse per Felynum, [e] & fere ad verbum per Archid. [f] & clarius per nos infra. [g] Dixi, *Verum*: quia quo ad forum conscientiæ non sufficit præsumptus, [h] licet in multis casibus citatis [i] per Felyn. præsumatur.

21 Dixi, *Proponit, &c.* quia consilia seruanda sunt præparatione animi, secundum August. relatum a Gratiano,[k] & a S. Thoma [l] & alibi sæpe, hoc est, proposito actuali, vel virtuali adimplendi ea, in quibus casibus de necessitate salutis exsistunt, vbi ibidem de martyrio declarat. Dixi, *Vel ait, &c.* quia q affirmat, statum coniugalem ex se esse æque bonum, vel præstantiorem cœlibatu, aut secularem religioso, non solum peccat, sed est hæreticus per scripta S. Thomæ:[m] quia aduersatur illi. [n] *Si vis perfectus, &c.* Dixi, *De se, & absolute*: quia dicere secũdum quid, & alicui conuenientiorem esse vitam coniugalem, quam cælibem, & laicam quam clericalem, non solum non est hæresis, sed catholicum, & probatum a Paulo. [o]

22 Ad quæsitum hic: An religiosus, qui ad tria consilia Christi, castitatis, paupertatis, & obedientiæ se astrinxit, possit iuste gaudere, quod p̃tium creuerit modiorum tritici, quorum certus numerus a suo Abbate pro suo annuo victu cum facultate vendendi eos, cum placuerit, cõceditur, propter sterilitatem anni, vel aliam causam? Respondetur posse. Tum quod perinde potest ipse gaudere illo augmento, ac Abbas augmento ad suam, & suorum sustentationem applicatorũ. [p] Tum quia quo ad administrationem honestam reditus Ecclesiastici secularis, & regularis æquiparantur, iuxta dictum singulare Cardin. [q] Tum quia de omni eo, quod non est malum culpæ, potest quis bono aliquo fine gaudere, quia omne tale potest in Deum referri, vt resoluit Caietanus. [r]

23 Et caritas tritici non est malum culpæ, sed pœnæ, [s] & ita potest qs gaudere caritate, quatenus per eam luxurantes victu, vestitu, & venereis refrænant, & socordes Dei recordantur, & omnes ad orationem refugiunt. Tum quia pót quis gaudere de augmento pretij, non gaudendo, imo dolendo de causa eius, vt gaudemus de passione Christi, quatenus nos redemit, & dolemus, quatenus eam intulerunt Iudæi, & nepos beneficiarij demortui gaudet de beneficio ei⁹ sibi collato, dolens de morte patrui, & filius gaudet de bonis obuenientibus ei p mortem patris, plorans illam plurimum. Tum quia licite potest quis etiam desiderare malum pœnæ alicui ob aliquem bonum finem, vt metus tyranni, quo Respubl. pace fruatur, Turcarum Principis, quo Christiani tranquillentur, vt [t] dictum fuit post Alexandrum, Sanct. Thomam & clarius Sotum, quamuis desiderare simpliciter caritatem tritici, vel gaudere, quod illa euenerit, principaliter, vt carius vendatur, peccatum est.

a Iux. glos. sing. recep. tã in c. quis aũt 10. dist. declaratã ibi per Doct. & per Felyn. ante & post alios late in c. 1. de constit.

b §. fi. 4. distin. & §. quod præcipitur. 14. q. 1

c 2. 2. q. 186 art. 9.

d Ibidem.

e In c. cum quidam, de tureiur.

f In c. quicũque. 81. dist.

g Cap. 23. nu. 40.

h Cap. tua. de sponsa.

i Vbi sup.

k In c. para tus. 23. q. 1.

l 2. 2. q. 124 art. 3. ad 1.

m 2. 2. quæ. 152. art. 4. & q. 184.

n Matt. 19.

o 1. ad Cor. 7. & ibi docet D. Tho.

p Arg. c. 2. de statu monach.

q In cle. 2. de vit. & honest. cler.

r 1. 2. q. 100. art. 10. & q 8. art. 3. ad 3.

s Cap. non ois. 5. qu. 5.

t Supra, ca. 25. nu. 10.

DE QVINQVE PRAECEPTIS Ecclesiæ principalibus, & primo de Missa audienda festis diebus. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Missam unam totam non audiens sine vesperis ut peccat.*

2 *Missa quæ pars notabilis, & quæ tantũ die festo audienda necessario.*

3 *Missa omittenda quæ causa iusta, & an interdictum.*

4 *Missa ab audienda quæ uidua excusatur, uel laudatur.*

5 *Missa an audienda in parochia.*

6 *Missam*

6 *Missam audire sine attentione debita non sufficit, &* 8.
7 *Missa ab audienda excusatus an teneatur supplere, &c.*
9 *Missa ab audienda qua familia, vel menstruosa excusatur.*
10 *Missam tangentes plurimi errores.*
10 *Missæ & diuinorum cantui nulla lasciua & prophana miscenda.*
10 *Ecclesiam non turbent strepitus, deambulatio, & colloquia prophana.*

PRæcepta principalia Ecclesiæ sunt quinque. Primum, de Missa audienda festis diebus. Secundum, de ieiunando certis diebus. Tertium de soluendis decimis. Quartum, de confitendo semel in anno. Quintum, de cõmunicando saltem in Paschate.

Contra horum primum peccat mortaliter. Primo, quicunq; discretus Missã integram die festo sine iusta causa non audit,[a] etiam si absque vero contemptu per solam negligentiam id facere omittit: quod recte Sylvest.[b] probat, quidqd post Richardum[c] Angelus dicat.[d] Dixi. *Quicumque*: quia quilibet cuiuscumque sit ætatis, sexus, vel conditionis, puer, vel senex, mas vel fœmina, laicus, vel clericus, aut monachus, liber, aut seruus, eam audire tenetur secundum communem, quam tenent Richard.[e] & Card.[f] Ant.[g] Dixi. *Discretus*: ad excludendum discretione carentẽ, quales sunt infans & stultus.[h] Dixi, *Missam*: quia nemo iure communi regulariter tenetur audire de præcepto alia diuina officia, etiam vesperas licet multi iure particulari voti, iuramẽti, statuti, beneficij, religionis, vel cõsuetudinis præscriptæ ad id teneantur; qualis consuetudo videri potest introducta in tota fere Gallia, Nauarra, & aliquot oppidis Castellæ, & Lusitaniæ, licet paucis; quod arbitror fuisse in causa, cur Paludanus[i] dixit teneri omnes ad audiendum vesperas die festo. Credo tamen, p̃dictas cõsuetudines nõ obligare ad mortalem culpam, sed solum ad venialem. Tum quia longe laxius audiuntur vesperæ, quam Missæ: Tum quia pauci se accusare videntur de illarum auditionis omissione tamquam de mortali, & pauciores confitentur eam.

2 Dixi etiam, *Missam*: & non missas: quia nemo ad plures missas die festo audiendas obligatur, etiam in die Natiuitatis Domini (licet in eo ab eodem tres dici possint) præter eos, qui voto, pœnitentia, aut statuto, aut pacto, ad plures audiendas tenentur: quia id nulla lege cauetur, & ideo nulli est imponendum.[k] Dixi, *Integrum*: quia non sufficit audire defectam aliqua parte notabili.[l] Nota bilis autem pars definienda videtur arbitrio prudentis, cum a iure non definiatur,[m] & apparet talis ea, quæ protenditᷣ ab Introitu vsque ab Epistolam, & Graduale inclusiue, vt diximus,[n] simul addẽtes, quod ex vna particula principij & finis potest constitui vna notabilis pars. Et q̃ legẽdo per se post Missam partem omissam, saltem, quæ non esset notabilis vel audiendo lectam ab alio, satisfaceret iuxta auctorem Magar. Confess. vt etiam satisfacit, qui dimidium vnius Missæ, & alterum dimidium omissum alterius audit.[o] Et q̃ licet nonnullis videatur, non satisfacere huic præcepto eos, qui ante benedictionem exeunt, per prædictum cap. Missas, q̃ antea exire vetat, contra tamen putamus, quo ad effectum euitandi mortalem culpam, nisi cum parte notabilem omittunt: quia paruitas in omni materia excusat a mortali, iuxta citata.[p] Dixi. *Festo*: quia nemo vllo alio die hoc præcepto tenetur, etiam clericus vel monachus, imo neque episcopus, quia capi. fin. [q] quod maxime ipsum obligare posset, non dicit, eum teneri, sed non decere, vt vllo die illam omittat. Nullo, inquam, alio die etiam ieiunij, & Quadragesimæ, quoniam cap. solent,[r] quod maxime in contrarium vrget, sublatum est dissuetudine, aut intelligendum est de consilio, vt etiam notant Rosel.[s] & Sylvester,[t] quamuis plurimum deceat, vt audiat eam quicumque id commode facere potest, tempore tam sancto, tamque sacris Domini Nostri Iesu Christi, qui in ea realiter offertur mysterijs dedicato.

3 Diximus, *Sine iusta causa*: quia cum ea licite secundum omnes omittitur, qualis est illa, ob quam non potest audire absq; graui damno animæ, corporis, honoris, bonorum propriorum, vel proximi,[u] qualem habent etiam excõmunicati & interdicti, licet absolutionem

a *Cap. missas. & c. oẽs fideles de cõsec. dist.* 1
b *Verb. missa.* 3 *q.* 2.
c *In quolib.* 1. *q.* 19.
d *Verb. feriæ*, §. 42.
e *Vbi sup.*
f *In d. capi. missas.*
g 2. *par. t. it.* 9. *c.* 10. §. 1.
h *Arg. cap. omnis de pœnit. & remiss. & clemen.* 1. *de homic.*
i *In* 4. *dist.* 15.
k *L. illam. C. de colla. c. consuluisti*, 2. *q.* 4.
l *Per di. ca. missas, ibi tot. as.*
m *Arg. l.* 1. *ff. de iur. de lib.*
n *In Enchir. de Orat. c.* 10. *n.* 43.
o *Ioannes Maior in* 4. *lib. sent. dist.* 45. *q.* 2.
p *Sup. c.* 21. *nu.* 4.
q *De priui. lib.* 6.
r *De consec. dist.* 1.
s *Verb. missa.* §. 13.
t *Verb. missa*, 2. *q.* 1. §. *dicitur, tertio.*
u *Arg. l. Nepos Proculo ff. de Verbo. sign.*

procurare neglexerint, quamuis enim illam, quam consequi possunt, negligendo procurare, peccent, non tamen peccant non audiendo Missam, quam iure neque unt audire.

a Arg. cap. quia diuersitatem. de concess. preb.

Nec obstat cap. fin.[b] quatenus habet, non potentibus eligere sine licentia, nec procurantibus eam, currere tempus electioni præfixum, quia est diuersa ratio, vt ibidem vtrobiq; notatur. Talem habent etiam infirmus, & eius minister, qui sine salutis damno, eam audire nequeunt. Nutrices item, quæ sine periculo nó possunt relinquere eos, quos lactat. Illi etiã, quibus est impedimento aliquod graue negotium, & qui ratione sui officij exire prohibentur; quales sunt aliqui arcium custodes, & domini, & eorum consultores, qui tempore Missæ negotijs moram non patientibus impediuntur. Iter facientes quoque, qui audiendo Missam socios necessarios amitterent. Et pauperes, qui carent vestibus, sine quibus abiq; notabili pudore eam audire non valent, secundum communem, quam Syluest.[c] explicat, quamuis non adeo aperte. Interdictum autem generale non excusat eum, qui iure communi, aut priuilegio speciali eam illius tempore audire potest, de quibus sunt clerici etiam primæ tonsuræ secundum opinionem Io. And.[d] receptam per totam Hispaniam, sed nó per Galliam, quæ contrariam Archid. tempore nostro seruabat.

b De elect.

c Vbi supr. q. 2.

d In c. fi. de sent. excom mun. lib. 6.

4 Vidua item, quæ iuxta regionis consuetudinem post mortem mariti domi se continens eam non audit per dimidiatum, vel integrum mensem, sed non, quę per plures menses, vel annum non audit Sylvest.[e] q. ipsum tenet S. Anto.[f] Sed cõtra seruat insignis quædam Hispaniæ prouincia, in qua nobiliores viduæ toto vno anno de consuetudine domi se continent, & non audiunt eam.

e Vbi supra

f In 2. par. tit. 9. cap. 1. §. 2.

Rogatus autem dicere, An id liceat? Dico primo difficile defendi posse eiusmodi consuetudinem non valere, modo ad alia non egrediantur. Tum quia prædicti fatentur, valere consuetudinem cõtinẽdi se sic, quindecim, vel triginta diebus, & eadem ratione coguntur probare consuetudinem cõtinendi se per 40. 50. 60. & 100. dies, & consequenter per sex menses & annum totum, cum lex de audienda semel in anno missa, aut in duobus, aut sex mensibus, nó sit magis naturalis, vel diuina positiua, quam lex de audienda semel intra quindecim, vel triginta dies. Tum quia negari non potest, posse ferri legem, quæ aliqua iusta de causa præceptum hoc relaxare aliquib⁹ ad semestre, vel annum, & consequenter concedendum est idem fieri posse consuetudine, cum quidquid induci potest humana lege, possit & consuetudine, & hæc cauta videtur iusta in terris, in quibus facile de viduis male præsumit.

g L. de qb⁹, ff de leg. & c. fi. & cõsu. l. Senditor, §. si cõstat. ff. commun. præd.

Secundo dico, laude dignam futuram viduam, quæ hac consuetudine post habita, imitaretur nobiles illas & gloriosas Martham, & Magdalenam Lazari sãcti sorores in eo, quod vt illæ, non obstante luctu, quo fratrem recens mortuum lugebant, egressæ fuerunt ad excipiendũ Dominum Iesum adhuc mortalem, ita ipsa exiret ad videndum eum iam immortalem, & gloriosissimum in sacramẽto exstantem, & exorandum, vt sicut Lazarum e sepulchro eduxit, sic sui mariti animam a Purgatorio (si est in illo) educat. Et dignior haberetur illa, quæ imitaretur viduas illarum regionum, quæ vadunt ad ecclesiam singulis totius primi anni viduitatis diebus, exoraturæ Deum pro suis maritis, & in medio missæ panem & ceram pro illis oblaturæ. Illa item, quæ imitaretur altissimos eosdemque potentissimos, & Christianissimos Lusitaniæ Reges nostros Ioannem huius nominis tertium, & Catharinam huius nominis primam, quos admirabilis cultus & amoris erga Deum exemplo vidimus audire publice missam pontificalem, & vesperas cum concione diei Epiphaniæ, anni 1554. qui erat tertius dies a lamentabilissimo illo funere Principis, imo Principum floris eorum vnici filij, & omnium Regnorum & statuum suorum vnici hæredis, recentique matrimonio coniuncti, incomparabili Principi Ioannæ illius numquam satis laudati Caroli V. filiæ, & glorioſissimi Philippi II. Regis Catholici sorori, Ioannæ, inquam, illi Principi & Dominæ nostræ, quæ in illo lamentabili casu, præsertim in dissimulanda morte, quam clandestine nouerat, quæ ei prægnanti miris modis occultabatur, ne esset causa aborsus,

admi-

admirabilem & inauditam Regij animi erga Deum religionem, erga coniugem amorem, erga soceros pietatem, erga oēs magnanimitatem, prudentiam & cōstantiam adhuc adolescens, totis viginti diebus ab eius morte, ad suum vsq; felicissimum partum monstrauit. Religionem quidem, quod sola in cubiculo secretiori, diuinæ voluntati suam omnino subijciens, ne ab orando pro tanto coniuge tanta perturbatio eam retraheret, præsentiæ diuinæ contemplatione illam mitigabat. Amorem vero erga coniugem, & quocumque temporis momento vacabat, in profusissimas, ac inexplebiles soluebatur lacrymas. Pietatem erga soceros, & ipsis verbo, gestu, & habitu, summum suum dolorem de tanti & tam dilecti filij morte conceptum, pro maxima nepotis habendi desiderio dissimulātibus, se conformabat, dissimulando contra omnem coniugalem affectum summum illum, quo excruciabatur, dolorē, ex omnium dilectissimi morte manantē & redundantem, & nulli vel carissimæ ministræ illum aperiendo, & soceros simul, vel singulatim ad se consolandū frequenter aduentantes, eisdem vultu, & gestibus, quos gerebant excipiendo, & ridentibus, festaq; veste ornatis arridēdo, festaq; se veste ornando, nulla interim de tanto Principe, tantoque coniuge apud eos, vel vllos alios facta mentione, ēt intra suum secretissimum cubile, intra & clausum nullis lacrymis, nullis ad Deum precibus parcebat, donec soceri moniti, quod se sine vlla tamen voce querula, seqe interimebat, accederent consolaturi eam, quæ vultu spem simulans altum premebat corde dolorem, q̄ omnia numquā nec visa, nec lecta, nec audita fuisse arbitror ante illam, cui maximo, eodemque diuino sapientiæ, consilij, fortitudinis, & pietatis dono donata fuerunt.

Tertio dico, quod episcopus regionis, vbi talis consuetudo seruatur, rem se dignam faciet, si suis suorumq; parochorū concionibus suaserit populo suo, vt illa penitus aboleatur, aut saltem ad octo, vel quindecim dies restringatur, vel id de illius consensu in synodo statuat. Nō enim ausim asserere, quidquid alij dicāt posse ipsum ex abrupto suo præcepto eā iuste laicis inuitis tollere.

Caueant autem prædictæ viduæ, ne suam intra domum inclusionem ob vanam mundi gloriam principaliter patiā tur, cum eam in suorum, suique mariti peccatorum pœnitentiam offerre debeant, non minus, imo plusquam in Ecclesia pro eis orando. Caueant item, ne illud extendant vltra suæ conditionis vi duas. [a]

5 Excusatur etiam nupta, quæ sine magno mariti scandalo missæ interesse non potest. [b] Nō dixi tamen, *In sua parochia*: quia satisfacit audiendo extra illam etiā in aliquo oratorio, vel sacello, modo id non faciat ob contemptum eius, vel parochi. [c] Ex quo ibi a contrario sensu Panor. id colligit, siue id faciat iusta de causa, puta quia proprius parochus est concubinarius, excommunicatus, denuntiatus, aut suspensus ab ordinibus, aut vt de uotius ibi audiat, aut illic simul audiat missam & concionem, aut vtiliorem concionem siue sine illa, modo sine contemptu prædicto: Tum per prædictum ca. 2. Tum quia consuetudo generalis tolerata id videtur habere, adeo quidem, qđ secundum Syluestrum. [d] Episcopus suis subditis contrarium præcipere non potest, quia consuetudo est generalis, & vt episcopus non potest tollere, nec restringere ius commune, [e] sic nec generalē totius orbis consuetudinem, q̄ vim eādem habet, [f] & ita excommunicatio, quam contra eam ferret, esset nulla, [g] secundum S. Antoninum & Syluestr. [h] Tum quia Leo X. in breui contento in supplemento priuil. [i] præter alia sic statuit, *Auctoritate Apostolica tenore præsentium notum facimus, omnes Christi fideles vtriusq; sexus, qui non contempto proprio sacerdote parochiali in ecclesiis, fratrum ordinum Mē dicantium dominicis, & alijs festiuis diebus missas audiunt, satisfacere præcepto Ecclesiæ de missa audienda, nec in aliquam labem peccati mortalis pœnamue propterea incurrere*.

Nec obstat Concil. Trid. [k] quatenus habet, teneri quem ad audiendam concionem in parochia sua, si commode potest: quia non agit de missa, sed de concione. Non obstat etiam decretum, [l] quatenus habet, vt episcopi moneant populum, vt frequenter, saltem Dominicis, & solemnioribus festis ad suas paro-

a Arg. cap. quæ contra mores, 8. dist.

b Arg. cap. voluit, 33. q. 5.

c Cap. 2. de paroch.

d Vbi sup. q. 5.

e Arg. c. in ferior, 21. dist.

f L. de quib. ff. de leg.

g Arg. ca. 1 de sent. & re iudic.

h Vbi sup. q. 5.

i Conc. 90.

k Sess. 24. cap. 4 de reform.

l De obseruandis, & euitandis in celebrat. miss. sess. 22

chias accedant, quia non ait, vt iubeant, neque eos teneri, sed solum vt moneant, quod non inducit necessitatem. [a]

a §. fina. 4. distin. & §. quod præcipitur, 14. q. 1.

Obstat tamen fortiter id, quod ibi subditur, posse scilicet, episcopum auctoritate Apostolica iubere circa hoc opportuna, nisi respondeatur non videri debere opportunum, vt cum scandalo tot laicorum, & monachorum tam generalis consuetudo, quam etiam in vrbe seruari videmus, tollatur, præsertim, qđ felic. record Pius quintus in Bulla motus proprij lata mense Iulio 1567. declarauit, audientes missas festis diebus in monasterijs Mendicantium satisfacere huic præcepto. Cuius Bullæ tenor cum moderatione, quam ipsemet dicitur cõcepisse, si publicetur interea, ponetur in fine cap. 27.

6 Secundo peccat mortaliter, qui missam quidem die festo audit, sed intendit animum ijs, quæ attentioni necessario debitę repugnant in aliqua eius parte notabili colloquendo, pingendo, scribendo, dormiendo, & alia huiusmodi faciendo secundum mentem Angeli, [b] Syluestri, [c] & Caietani. [d]

b Verb. feria, §. 41. c Verb. miss. 2. q. 6. d In sũma Verbo. festorum violatio.

Non tamen est tenendum illud S. Antonini, [e] scilicet, eum, qui Ecclesiam adit principaliter ad videndum, aut alloquendum fœminam pulchram, aut ob aliud quoduis illicitum, non satisfacere huic præcepto. Tum quia potest quis malo fine Ecclesiam adire, & bene in ea missam audire. Tum quia præsupponit opere malo, præsertim mortali non posse adimpleri præceptum, quod esse falsum late probamus, [f] & tangimus sup. [g]

e Vbi sup.

7 Et q̃is nõnulli dicant peccare mortaliter eum, qui iusta de causa die festo ab audienda missa excusatur, si nulla prece saltem mentali, id supplet, qua Deum tamquam dominum, & creatorẽ reuereatur, & super omnia diligat, quod sentit Scot. [h] & Angel. [i] moti eo, quod omnis Christianus iure diuino tempore aliquo ad orandum sub pœna peccati mortalis tenetur, vt diximus, [k] & quod hoc Ecclesia fieri decreuit Dominicis, & festis diebus, quando missa auditur, non tamen videtur hoc tenendum. Tum quia iustum impedimentum ab obligatione præcepti, de missa audienda nos eximit. Tum per adducta ab Adriano, [l] & supra a nobis. [m] Tum quia licet dilectio Dei super omnia sit finis huiusmodi præcepti, vt ipsi dicunt, non tamen eo præcipitur, quia finis præcepti, non est in præcepto, vt post S. Thom. [n] latius tradidimus alibi. [o]

f In Ench. de Orat. ca. 20. nu. 29. g Capi. 11. nu. 17. h In 3. libr. sent. dist. 9. & 17. q. uni ca. i Verb. feria, §. 46. k Vbi supra ca. 3. nu. 5. l In 4. de satisf. q. quæritur. sub fin.

m Ca. 13. nu. 2. n 1. 2. quæ. 100. ar. 9. o In tracta. de redit. bº eccleſiaſtic. q. 1. monit. 61. n. 3. p Verb. feriæ, §. 42. q Capi. 19 nu. 179.

8 Tertio peccat, qui audiens missam ex præcepto priuatas, vel publicas preces ita recitat, vt missæ auditioni necessariam attentionem non adhibeat secundum omnes. Nec quo ad hoc refert, an preces sint debitæ iure communi, voto, pœnitentia, vel alias, an vero voluntarię nam quidquid dicant Angel. P Gabriel, Maior, Caietanus, & alij multi, quos in d. Enchirid. [q] citauimus, vera resolutio est, quam ibi dedimus, scilicet, posse quẽ eodem tempore satisfacere præcepto de audienda missa, & de dicendis horis canonicis, aut alijs votis, iuratis, vel in pœnitentiam iniunctis, modo non adeo vni rei intendat, vt alteri necessariam attentionem adimat, quod fieri potest, cũ nemo teneatur ex præcepto audire, & minus intelligere verba sacerdotis, quia satis est, vel ex longinquo missanti adesse, & surgendo, genua flectendo, vel alias actualiter, vel virtualiter exoptare, vt sacerdos, qui pro omnibus loquitur, orat, & sacrificat, a Deo exaudiatur, quod facile facere potest, etiam horis canonicis necessariam attentionem adhibendo, præsertim quando horas, & preces prædictas tunc temporis recitat, quo nec audire, nec intelligere sacerdotem potest, vel quia longius abest, vel quia submisse & secreto sacerdos loquitur, vel audiẽs surdus est, vel ob alia similia. Quare cõtrariæ opinioni locus est, quo ad melius esse, vel cum alteri rei attentio necessario debita subtrahitur: adeo quod si eam neutri rei adhiberet: neutri satisfaceret, iuxta illud glossæ. [r]

rl. nemo. C. de assess.

Qui binos lepores vna sectabitur hora,
Vno quãdoq;, & quãdoq; carebit vtroque.

9 Quarto peccat dominus, pater, vel herus, qui notabiliter negligendo, vel in opera, quæ differri poterant occupando seruum, filium, vel famulum, est causa, ne die festo missam audiat. [s] Nec ferenda videtur consuetudo illa, qua nobiles puellæ, numquam ad missam, nec

s Arg. c. duo 23. q. 4. & c. fi. de iniu.

concio-

concionem antequam nubant egrediun tur, maxime ſi ad alia nuptiarum, vel lu dorum feſta ducantur, aut feneſtræ eis permittantur. Quamuis excuſentur, ſi a parentibus prohibeantur. Angelus [a] & Sylueſt.[b] ſed non illi, niſi ſaltem aliquot ſolemnioribus feſtis miſſas eis domi, vel foris permittant. Quando autem filia adoleſcens excuſatur, mater etiam, quæ ad illam cuſtodiendam domi remanet, excuſabitur. [c] Ad noue hic quæſitum, reſpondemus fœminas non excuſari ab audienda miſſa die feſto ob menſtrua, quæ illis contingunt, niſi debilitas alia in id ſufficiens eis accedat. [d]

10 Quinto peccat mortaliter, qui dicit non offerri in miſſa idem ſacrificium in cruentum, quod in cruce fuit oblatum cruentum, vt definit Conc. Triden. [e] aut in miſſa non offerri verum & proprium ſacrificium, aut quod offerri in ea ſacrificium non eſt aliud, quam nobis Chriſtum ad mãducandum dari. [f] Aut Chriſtum non feciſſe ſacerdotes Apoſtolos per illa verba. *Hoc facite, &c.* [g] Aut miſſæ ſacrificium tantum eſſe laudis & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem ſacrificij in cruce peracti, non autem propitiatorium, vel ſolum prodeſſe ſumenti: neque pro viuis & defunctis, pro peccatis, pœnis, ſatisfactionib. & alijs neceſſitatibus offerri debere. [h] Aut blaſphemiam irrogari Chriſti ſacrificio in cruce peracto per miſſæ ſacrificium, aut illi per hoc derogari. [i] Aut impoſturã eſſe miſſam celebrare in honorem ſanctorum, & pro illorum interceſſione apud Deum obtinenda. [k] Aut canonem miſſæ, errores continere. [l] Aut ceremonias, & veſtes miſſæ eſſe malas. [m] Aut miſſas, in quibus ſolus ſacerdos ſacramentaliter communicat, illicitas eſſe. [n] Aut quod nihil ſubmiſſa voce dicendum ſit in miſſa. Aut lingua tm̃ vulgari eam celebrari debere. Aut aquã nõ miſcẽdam eſſe vino in calice offerẽdo. [o] Aut non eſſe optimum omnium pro animabus purgatorij ſuffragium. [p]

Idem Concil. [q] iuſſit, vt iubeant epiſcopi, ne fiat vlla conuentio ſuper dicendarum miſſarum mercede, neque in miſſis nouis offeratur quidquam magis coacte, quam ſponte. Et quod nulla miſſa dicatur extra Eccleſiam, aut oratorium, quod non ſubiaceat viſitationi ordinarij. Et quod nullus presbyter notorie criminoſus eam dicat, nec diuinis officijs interſit. Et quod nulla cantio laſciua, vel profana miſceatur cantui, etiam organico, nec in ea fiant ceremoniæ inuſitatæ, nec cum ſuperſtitioſo candelarum numero. Et quod nõ fiant in Eccleſia actiones, & colloquia vana, vel profana, deambulationes, ſtrepitus, clamores. Idem [r] concilium, iubet ordinarijs, vt moneãt teneri parochianos ire ad audiendam concionem in ſuis parochijs, quoties commode potuerint.

a Verb. feria. §. 42.
b Verb. miſ. q. 2.
c Arg. cap. acceſſoriũ, de reg. iur. lib. 6. cum citatis.
d Arg. c. ad eius, 5. diſt. & capi. de purific. poſt partum.
e Seſſ. 22. ca. 1.
f Ibidem
c. non.
g Canon. 2.
h Canon. 3.
i Canon. 4.
k Cano. 5.
l Canon. 6.
m Cano. 7.
n Canon. 8
o Canon. 9.
p In eodem Concil. ſeſ. 25. in prin.
q Seſ. 22. in Decret. de obſeru. & euit. in celeb. miſſ.
r Seſſ. 24. cap. 24. de reform.

DE SECVNDO PRAECEPTO Eccleſiæ de ieiunando.

11 *Ieiunia determinantia ius naturale omnia iuris humani, &* 12.
13 *Ieiunium non frangit potus, nec medicina; nec prægustatio.*
14 *Ieiunium bina comeſtio, & collatio mutina frangit.*
15 *Ieiunijs qui cibi ſetiti.*
16 *Ieiunio a ſeruando triplex cauſa, quos excuſet.*
17 *Ieiunio liberat bonum etiam mercede ſic exercitum.*
18 *Ieiunium quæ peregrinatio, & cum ſuore deſcordia tollit, &* 19.
20 *Ieiunium quæ cauſa tantum putatiua & dubia tollit.*
21 *Ieiunia circa, etiam epiſcopus, & alij prælati ſic diſpenſant, &* 22.
22 *Præceptum Eccleſiæ totum, aut pro parte, qua poteſt, ſeruandum.*
23 *Ieiunio non omnis ſolutus poteſt edere carnes.*
24 *Ieiunium ad frangendum quis inuitans peccat, &* 25.
25 *Peccatum quando non eſt inuitare ad actum, qui peccatum eſt.*
26 *Ieiunij die quis miniſtrãs cibos peccat.*
27 *Ieiunare quis, licet edat mane, teneat.*
27 *Ieiunium frangit præueniens horam, ſed non veſperas, aut nonam.*
27 *Ieiunet famulus, ſed nemo die Dñica.*

CONtra hoc ſecundum præceptum Eccleſiæ de ieiunando peccat mortaliter. Primo, qui qualemcumque cibum, quocumq; tempore ſumit, credens eius eſu ſe deuictũ iri carnis aliqua grã di tentatione: quia frangit ius naturale,

quo

quo quis tenetur tali casu a tali cibo abstinere, siue ieiunare, ex mente S. Tho. recepti.[a] Quod castitatis cultores, & ei⁹ contemptores alta mente reponant.

Dixi, *Deuictum iri*, quia non sufficit credere se tentatum iri, etiam grauiter, modo speret gratia Dei non se consensurum illi, iuxta dicta supra.[b]

Secundo peccat, qui die ieiunij præcepti ab Ecclesia a media nocte in mediam noctem vescitur pluries, quam semel tantum, vel cibis vetitis, sine caussa iusta, vera, vel putatiua, aut dispensatione, quod asserit S. Thomas[c] & Caietanus[d] efficaciter probat, & S. Thomas cum communi,[e] & Inno. cum communi[f] Nec obstat, quod nulla lex pontificia, vel conciliaris statuat ieiunia per verba præceptiua: quia tota Ecclesia id ꝓ præcepto accepit, vt significat S. Hieronymus[g] & S. Apollonius.[h]

Dixi, *Die ieiunij præcepti.* Tum ad excludendum tantum consultum. Tum ad significandum esse aliquos dies ad id designatos, scilicet, totam Quadragesimã, & quemlibet eius diem, & Quatuor anni Tẽpora, quæ ex tota 76. dist. colligitur esse Feriam Quartã, Sextam, & Sabbathum immediate sequentes, Pentecosten, Exaltationem Crucis, S. Luciæ, & diem Cinerum, iuxta illud vulgatum, *Post Pent. Cru. Lu. Ci.* idest post Pentecosten, post Crucem, post Luciam, & post Cineres: & dies vigiliarum a iure communi, aut particulari præceptarum. Porro Leo X. in quodam Breui, misso ad Legatum Hispaniæ statuit, vt anno, quo Vigilia S. Ioannis incideret in diem corporis Christi, pridie illius ieiunetur, scilicet feria quarta & non quinta illi sacra. An vero vouens ieiunare omni feria sexta, vel sabbatho, possit vesci carne, & non ieiunare die Natalis Domini tali die incidente? Respondeo, ꝙ non.[i]

12 Dixi, *Ab Ecclesia*, ad significandũ, omnia ieiunia Christianorum esse instituta iure humano, & nulla diuino, nec naturali, vel positiuo: nam etsi Quadragesimæ ieiunium antiquitate, & forte præfiguratione præstet, arctiusq; sit ob id seruandum, iuxta S. Thomam[k] & nõnulli, de quibus est ille Franciscanus, vir plane pius & eloquens Tholosas, qui encomium Quadragesimæ aduersus Lutheranos scripsit, iuris diuini illud esse asserant: vere tamen iuris humani est, secundum communem, quam confirmauimus.[l]

Dixi, *A media nocte, &c.* quia ieiuniũ Ecclesiasticum a media nocte priori in mediam sequentem durat, iuxta definitionem,[m] secundum omnium sententiam. nam cap. de esu carnium,[n] quod contrarium significare videri alicui potest, de consilio loquitur,[o] vt ibidem diximus.

13 Dixi, *Vescitur*, quia licet bibere sæpius vinum, aut aquam inter vescendũ, & mane & vespere iuxta S. Thomam receptum,[p] pulchra ratione id asserentẽ: quamuis ad sustentandum & famem sedandam biberet, quidquid aliqui sine textu & ratione ad id idonea dicant. Esto, quod non venialiter peccaret, qui cœpta & nondum finita digestione biberet, non quidem quod ieiunium frãgat, sed quia actum inordinatum agit, nisi iusta causa, puta caritatis, pacis, societatis, sitis, aut alia similis eum excusaret, vt etiam Caietanus ait.[q]

Dixi etiam, *Vescitur*, ad excludendos eos, qui aliquid presumunt causa medicinæ, aut causa prægustandi cibos dominorum, vel infirmorum, quibus inseruiunt, etiam mane, & etiam si cibi prægustandi sint oua, vel carnes & etiam in Quadragesima, quia non sumunt illud in cibum, sed in medicinam: vel vt ex debito officio suis dominis seruiant, ꝓpter quod nec soluunt ieiunium, nec excusantur ab eo. Id quod idem est dicendum de ijs, quos inter comedendum legere oportet, quia possunt præsumere aliquid cœna in finem lectionis dilata, secundum omnes. Et idem de ijs, qui vespertino symbolo, seu collatione die, qua ieiunant, vtunt̃, comedendo, aliqd solius fructus, vel panis, vl̃ vtriusq; iuxta morem regionis modo ne tantum sumatur, vt ieiunium defraudetur, non tantum,[r] ne potus noceat, quod etiam nulla exstante consuetudine fieri potest, sed etiam si ad sustentandam naturam edatur, & quamuis non bibatur iuxta mentem Innocent. & Panor. & communis,[s] explicatam a Caietano[t] & melius alibi,[u] & nos probauimus,[x] ea præsertim ratione, quod cum omnia ieiu-

a 2. 2. q. 147 art. 3.
b capi. 16. nu. 7. & 8.
c vbi supr.
d Ibidem.
e In 4. libr. sen. dist. 15.
f In rub. de obser ieiun.
g In ca. Vtinã. 76. dist.
h In c. ieiunia de cõs. dist. 3.
i Per c. fin. de obseru. ieiun.
k Vbi supr. art. fin.
l in c. Quadragesima, de consecr. dist. 1.
m l. more Romano ff. de ferijs.
n De consecra. dist. 3.
o Iuxt glos. suam.
p In d. qu. 147. art. 6.
q In d. art. 6.
r vt ait Innoc. in d. rubric.
s In d. rub. de obseru. ieiun.
t In sũma uerb. ieiun.
u 2. 2. quæ. 147. art. 6.
x In d. c. solent. de consecr. d. 1.

ieiunia ſint, vt prædiximus, iure humano inducta, poſſunt conſuetudine rationabili præſcripta duriora, vel blandiora fieri, [a] quidquid aliqui dicant.

a Arg. c. fi. de conſuet.

14 Non licet tamen vti mane collatione vſicata veſperi, & prandium in veſperum differre iuxta Caietanum. [b] Et merito, quia illa non fit medicinæ cauſa, nec fieri poteſt ratione vllius conſuetudinis, quia nullibi eſt talis: & conſuetudo, quæ contra ius eſt, non eſt amplificanda, [c] quamuis cauſa medicinæ, debilitatis, complexionis, vel neceſſitatis aliqua neceſſaria agendi, iuſte id fieri poſſet.

b vbi ſupr.

c ca. ad audientiã, de decimis, & ca. odia. de regul. iur. lib. 6.

Dixi, *pluries quam ſemel*, quio vnica comeſtio eſt de eſſentia ieiunij, niſi qua tenus conſuetudo aliquam paruam permittit. Quare qui facta cœna de menſa ſurrexit, voluntate amplius non comedendi, & poſtea redit ad eam, & comedit, videtur frangere ieiunium, ſecundũ Archidiaconum. [d] Pro cuius opinione faciunt ea, quæ de iteratione actus diximus late ſupra. [e] Quod idem videtur de illo, qui facta meridie cœna, ſub noctem ſymbolo, ſeu collatione notabiliter immoderate vtitur (quod frequẽter fit in vigilia Natalis Domini, præſertim in Luſitania, vbi multa ex ſaccharo confecta, & condita propinantur, quo reuera fraudatur ieiunium) & admittit verã cœnam nomine collationis tectam ſeu palliatam. [f] Sola autem ſecunda comeſtio peccatum eſt: non autem tertia neque quarta, vel vlterior: quia illa ſola ieiunium frangit, ſecũdum Durandũ [g] quem ſequuntur recte Angelus, [h] & Sylueſter, [i] quidquid diſputet Ioann. Maior, [k] modo in tertia, vel vlteriore non edantur cibi vetiti: quia quoties quis edit illos, toties mortaliter peccat ſecundum omnes.

d In c. non licet de conſecr. diſt. 1. ec. 6. n. 10.

f Arg. c. 2. iuncta gl. de conſue. li. 6

g In 4. libr. ſen. diſt. 16.

h vbi ſupra parag. 22.

i verb. ieiunium, q. 8. dicto 4.

k In dicta diſt. 15. q. 6 l Maior ubi ſupra.

m cap. denique 4. diſt.

n & vbi ſupra art. fin.

15 Dixi, *Vel cibis vetitis*: quia etiam vnica illorum comeſtione frangitur ieiunium, ſecundum omnes. Sunt autem cibi vetiti carnes, quales non ſunt limaces, [l] oua item & lacticinia in Quadrageſima, [m] in alijs autem temporibus ſolum carnes iure communi, vt ſentit S. Thomas, [n] quamuis nemo id ſatis declaret: quod in orbe ſeruari videmus: tametſi in Hiſpania, & bona parte Galliarum omnia exæquentur. In omnibus tamen ieiunijs ſeruanda eſt conſuetudo quadraginta annorum comedendi oua & lacticinia [o] licet in orbe nouo, & terris noue repertis & alijs, in quibus nondum eũdem eſt talis conſuetudo, ſeruadum ſit præfatum ius commune.

o Arg. c. fi. de conſuet. & l. 2. C q̃ ſit longa cõſuetudo.

16 Dixi, *Sine cauſa iuſta*, quia illa ſecũdum omnes excuſat. Omnis autem iuſta reducitur ad vnam ex tribus, ſcilicet impotentiam, neceſſitatem, & maius bonum, ſecundum S. Thomam [p] explicatum a Caietano. In ſumma verb. 12. ieiunium, cap. 3.

p vbi ſupra art. 4.

Prima, ſcilicet impotentia eximit ab hac lege pueros vſque ad 21. annum, ſecundum eũdem S. Thom. ibid. expedit tamen eis ieiunio aſſueſcere, & ob aliquam vrgentem neceſſitatem ad id cõpelli poſſunt. q Hæc eadem eximit ſenes ſexagenarios ſecundum communẽ, licet S. Thomas nihil de hoc dicat, & merito: quia, [r] alij alijs citius fiunt ad id impotentes, & ideo arbitrio prudentis, aut ſuperioris id relinquendum eſt. [s] Et quidem gratia Deo, octuageſimum annum agens perinde poſſum ieiunare ac cum agerem ſexageſimũ, imo & quinquageſimum. Eadem etiam mulieres grauidas, & nutrices excuſat, quippe quas non ſolum ſibi, ſed etiam alijs edere oportet, & ita vna comeſtio eis non ſufficit, [t] imo peccarent, niſi ita robuſtæ eſſent, vt vna comeſtione ſibi & infantibus ſufficere poſſent. [u] Eadem etiam excuſat pauperes non valentes quærere ſibi cibum ad vnicam comeſtionem ſufficientem, non tamen alios. [x] Eadem excuſat infirmos non valentes, vel non debentes ſimul tantum comedere, quantum eorum ſaluti ſufficiat. Eos item, qui tam infirma ſunt complexione, vt vacuo ſtomacho capitis dolorẽ, vel vertiginem patiantur, aut tota nocte calere, vel dormire nequeant. [y]

q Arg. cap. 3. Ionæ.

r & vbi ait Caiet.

s Arg. l. 1. ff. de iure delib. ca. de cauſis. de offic. deleg.

t Gab. in 4. lib. ſen. diſt. 6. art. 1.

u Caiet. in d. art. 4.

x Palud. in 4. diſt. 15. q. 4. art. 2. concluſ.

y Caietan. vbi ſupra.

Secunda cauſa, ſcilicet neceſſitas, excuſat quem a ieiunando, quoties oportet facere ipſum aliquid impatibile illi, ad vitæ, aut ſui ſtatus, decori conſeruationem neceſſariam, aut ad vitandum damnum aliquod notabile, aut lucrandum aliquid quod raro lucrifieri poteſt. Et omnis alia neceſſitas, quæ a feſto ſeruando excuſat. [z] Non tamen illa ſola, noſtro iudicio, excuſat. Excuſatur enim a ieiu-

z & vbi ſupra addit Caietã. pro quo facit c. licet, de ſenijs.

a ieiunio faber ferrarius, carpentarius, agricola,& quilibet alius,operarius,qui aliter quam aſſiduo ſuo labore non poteſt ſe, aut ſuam familiam ſuſtentare, aut collocare ſuas filias,aut ſtudijs filiorum neceſſaria ſuppeditare,nec ſibi,nec ſuis ad cultum decentē neceſſaria comparare, [a] qui tamen ab obſeruandis feſtis non excuſarentur. Vnde ſequitur,illud Eugenij IIII. non tam priuilegium eſſe, quam iuris communis declarationem,opifices ſcilicet,ſuas artes exercentes, aut colonos, colendis, ſerendisque agris, aut alijs operam dantes, ſiue ſint diuites,ſiue pauperes,ad ieiunia ſub pecato mortali non teneri:& a confeſſarijs abſolui poſſe conſulendo illis,vt in eleemoſynis alijsque pijs operibus occupentur. [b] quia nullus eorum, qui operi laborioſo incumbunt, vt plurimum tam diues eſt, qui ſuo labore ad aliquid ex prædictis non indigeat. Et a fortiori excuſatur, qui ieiunando, non poteſt ad ſuam, aut aliorum ſalutem ſpiritalem, vel corporalem neceſſaria efficere, veluti concionari ex officio,aut obedientia, verbo,aut ſcripto docere,aut confeſſiones audire. [c] Eadem cauſa excuſat eos, qui eiunando,ſuo officio,vt par eſt,ſungi nequeunt,quia vt ieiunium opera neceſſitatis non impedit, ſic nec obligationis,& cōſequēter excuſat magnū iter facturus,ſaltē pedes, & maritus qui vxori ſuę reddere debitū aliter nō pōt,& vxor q̄ ieiunādo marito ſatis placere nequit.

17 Tertia cauſa,ſcilicet maius bonum excuſat eos, qui non poſſunt ieiunando ſanctioribus & melioribus operibus vacare, quibus non ieiunando vacarent, [d] qualia ſunt opera miſericordiæ ſpūalia & corporalia, q̄ ſuapte natura ſunt actus miſericordię,q̄ eſt virtus pīſtantior abſtinētia,cuius actus eſt ieiunīū,iux. Caie. [e] Qui tamen,& Sylueſt.limitant hoc procedere in eis tantū, qui ſine aliqua mercede ob ſolam caritatem faciunt,& non in alijs,qui ob mercedem id faciunt abſque alia ād id obligatione voti,obediētiæ, aut beneficij: quod verum eſt, cum id faciunt principaliter, vt ſe a ieiunio excuſent, [f] nam ſi principaliter cauſa ſe ſuſtentandi, vel miſericordiæ,vel cultus Dei, & minus principaliter propter mercedem id facerent,ab eo excuſarentur: quoniam id,quod principaliter intenditur, debet attendi. [g]

18 Vnde ſequitur,ſolam peregrinationem voluntariam non eſſe iuſtam cauſam excuſandi, niſi cum propter perſonæ auctoritatem aliorum deuotionem auget peregrinando,& ieiunando peregrinari nequit, aut cum ardor deuotionis,ex quo procedit, efficit,vt ſalubrior ſit animæ peregrinatio,quam ieiuniū. [h]

Dixi,*Voluntariæ*,quia ſecus eſſet,quādo eſt vota,præcepta,vel iniuncta in pę nitentiam, & differri commode non poteſt, eo quod tempus implendi accedit, & ſocij,qui tūc ad id ſe offerūt neceſſarij, poſtea dēerunt. [i] Si autem vtrumque commode facere poteſt,non excuſatur,vt recte adnotat Sylueſter. [k] Quod ſi quis dubitat,an opus pium & voluntarium, quod intendit excuſet ab obligatione ieiunandi, conſulat ſuperiorem, qui ſecularibus eſt epiſcopus, & monachis prælatus, ſi facile poteſt adire,alioqui,proepiſcopus, vel parochus, quorū dictō adquieſcat ſecundum Caiet. [l]

19 Excuſatur etiam vxor a ieiunijs voluntarie votis, ſi maritus repugnat,[m] nō autem quoad ieiunia Eccleſiæ, niſi cum ex ipſius ieiunio inter ipſam & maritū notabilis diſcordia,aut odium,aut ſcandalum, rixa, percuſſio aut blaſphemia conſequeretur, [n] quia Deo gratius eſt conſeruare pacem,& impedire prędicta mala, quam ieiunare,ſecūdum eundem dicentem in alia opera pia eiuſmodi ieiunia auctoritate ſuperioris commutari debere, quod magis eſſe conſilij, quam præcepti nobis per prædicta videtur. [o]

20 Dixi, *Sine cauſa uera uel putatiua*, quia ſi quis bona fide credit ſibi iuſtam ad non ieiunandum cauſam eſſe,& ob id non ieiunat,non peccat, ſaltem mortaliter,ſecundum Paludanum, [p] S. Antoninum & alios. [q] illi tamen, qui dubitat, an ſine notabili damno ſuæ ſalutis ieiunare poſſit, confeſſarius conſulere debet,vt experiatur; & ſi per id cognouerit eſſe ſibi notabiliter nociuum,iuſte ieiunando ceſſare poterit & ſi adhuc dubitauerit, ad ſuperiorem pro diſpenſatione confugiat, qui vero hoc noluerit facere,non eſt abſoluendus:quia non eſt ſatis contritus, cum videatur nolle parere Eccleſiæ. [r] Qui autem non poteſt ieiu-

a Et ait idē vbi ſupra, art.3.

b Roſel.verba ieiuniū, paragr. 19. Sylueſt. eo. verb.q.3.

c Secundū Caieta. ubi ſupr. art.3, & in ſūma verb.ieiun. Caſt.3.

d Arg.cap. non mediocriter,de cō ſecr. diſt.6.

e Vbi ſupra art.2.

f Arg.l.& qui data opera, ff ex quibus cau. maior.

g l.ſi qs nec cauſa.ff. de reb. cred. et alia quæ ſic prac c.17.n. 208. addu cuntur.

h Iux.Cai. 2.2.q.147. art.3.& in ſum. uer.ie iun. Caſ.3.

i Iux.Gab. in4.diſt.15 q.3.art.1.

k Verb.ieiuniū. q.9.§. 2.

l Vbi ſupr.

m ca. mani feſtū, & c. noluit, 33. q. 5.

n Iux.Syl. ubi ſupr.

o In 4.lib. ſent.diſt.15. q.4.art.1. p 2.par.tit. 6 c.2.§.an te Syl.uerb. ieiuniumq. 8.et Caie.i ſumma eo. uerb. & in 2.2.q.147. art.3.

q Iux.S.Anton. i deciſ. quarundā, q. Pro quo facit.ca.ad audiētiam de homi.& ca. ieiunijs de ſponſ.

ieiunare totam Quadrageſimam, ſed poteſt bis vel ter in hebdomada, tenetur id facere, eoque ſatisfacit præcepto, ita Caietanus. [a]

21 Dixi, *Aut ſine diſpenſatione*, quia illa excuſat ſecundum omnes: ſolus autē Papa circa ieiunia generalia diſpenſat abſolute, ne quis ieiunij lege teneatur, vel non illis aut illis diebus. [b] Singulariter tamen cum illo, aut illo iuſta de cauſa, ne illo aut illo die ieiunet, etiam epiſcopus videtur poſſe diſpenſare, imo & eo abſente parochus, & quilibet prælatus cum ſuis religioſis, iuxta S. Thomam, [c] quem [d] Caietanus ſequitur. Tum quia licet hoc iure expreſſo probari nequiret, ſatis tamen neceſſitatibus quotidie occurrentibus perſuadetur. Tum quia tam frequenter ſedes Apoſtolica conſuli non poteſt. Tum quia videtur receptum conſuetudine, quæ iuriſdictionem dare poteſt. [e]

22 Ex quo infert Caietanus, [f] non debere prælatos relinquere ſuæ conſcientiæ ſubditos petentes ab ipſis diſpenſationem, vt liceat eis cœnare aliqua de cauſa in die ieiunij, aut ante horam comedere, quia potius debēt eis compati, & benigne diſpenſando a ſuis ſcrupulis liberare, aut ieiunium in aliud pium opus commutare. Notandum tamen ſecundum eundem, quod diſpenſatus, vt comedat die ieiunij pluries, quam ſemel non videtur diſpenſatus, vt carnes comedat: neque diſpenſatus, vt comedendo carnes poſſit ieiunare, videtur diſpenſatus, vt poſſit bis eas comedere: nec diſpenſatus, vt ante horam iuſtam prandeat, videtur a ieiunando liberatus: nec neceſſitas, aut iuſta cauſa, quæ excuſat ab integro ieiunio, videtur excuſare ab omni parte illius: ieiunare enim, [g] vt poteſt, tenetur: quia, vt ille ait, præceptum Eccleſiæ licet in totum ſeruari non poſſit, ſeruandum tamen eſt quo ad illam partem, quo ad quam ſeruari poteſt. [h] Notandum item, quod non excuſatur quis a ieiunio propter eleemoſynam, in quo multi abſque textu & ratione errant, quia debitor vnius rei, ſoluendo aliam non liberatur. [i]

23 Tertio peccat mortaliter, qui iuſta de cauſa excuſatus a ieiunando, cum ſtentari poſſit eſcis ieiunio cōgruis, carne, ouis, aut lacticinijs veſcitur, iuxta S. Antoninum receptum, [k] & probatur ratione poſita ſub finem. [l]

24 Quarto peccat, qui ad cœnam inuitat eum, quem neſcit non eſſe a ieiunio exemtum, & probabiliter credit, aut dubitat ob illam inuitationem ieiuniū fracturum, quod alias ſeruaturus eſſet: quia dat cauſam propinquam peccandi mortaliter ſecundum Caietanum, [m] dicentem, hoc non procedere in eo, qui ſcit inuitatum alibi eſſe cœnaturum: quā limitationem tenuimus primum hic, & poſtea contrarium in quadam additione vulgari lingua ſcripta per multas rationes. Nunc vero alta mente re perpenſa credimus poſſe ſaluari eam ſecūdum mentem eius in eo, qui ex cauſa iuſta inuitat paratum cœnare, puta vrbanitatis, vel amicæ hoſpitalitatis, ad cœnandum ſecum, in quantum cœna eſt actus ſuſtentandi naturam, & de ſe bonus vel indifferens, nullatenus conſentiendo in eum, quatenus eſt fractio ieiunij.

25 Credimus enim licere inuitare, & prouocare iuſta de cauſa alium, ad aliquem actum ſuo genere bonum, vel indifferentem, nullatenus conſentiendo in eum, quatenus fit male, vel eſt malus. Tum quia Deus ipſe inuitat, imo iuuat ad agendum aliqua, quæ ſunt peccata, quatenus ſunt entia, quia quatenus ſunt alia, ſunt ab eo, per quem omnia facta ſunt, [n] vt dictum eſt ſupra. [o] Tum quia licet gaudere de eo, quod eſt peccatum, alia ratione, quam quia tale. De occiſione enim Chriſti gaudemus, qua parte eſt noſtra redēptio, & delemus, qua parte fuit grauiſſimum peccatum, iuxta illud gloſſæ. [p] Actio diſplicuit, paſſio grata fuit, & de occiſione tyranni gaudemus, qua parte eſt liberatio populi, licet alia ratione ſit peccatum. Tum quia licet egenti mutuū petere ſimpliciter ab vſurario, qui ſcitur non eſſe mutuaturus ſine vſuris, imo & accipere ſub eis non conſentiendo in dationem, quatenus eſt mala. Tum quia licet parochiano petere, & accipere a ſuo parocho Sacramēta, in quibus dādis ille peccat, & creditur peccare, vt dictum eſt ſup. [q] Tum quia licet locare meretrici domum, in qua creditur meretricatura, ſitam in ea parte vrbis, in qua meretricari permittitur,

vt

[a] *In sūma ieiu. excuſ. & 2,2. qu. 147. art. 6,*
[b] *Arg. clemen. ne Romani de elect. cap. ex inſinuatione de appel.*
[c] *In 4. diſt. 15. q. 3. art 2. & in di. q. 147.*
[d] *Ibidem.*
[e] *c. cū contingat. de foro compet. & cap. duo ſimul de of fic. ord.*
[f] *dic. art. 4.*
[g] *In dic. q. 147. art. 7.*
[h] *Pro quo aptus text. in c. cum di lecti. de dolo, & cont. cum citatis a glo. & doctorib ibi.*
[i] *l. eum. & l. manifeſti. C. de ſolut.*
[k] *2. par. tit. 7. c. 2. §. 7.*
[l] *Num. proximo.*
[m] *2. 2. qu. 147. art. 4.*
[n] *Ioann. 1.*
[o] *Prælu. 7.*
[p] *cap. 2. de conſec. eccl. vel alta. libro 6.*
[q] *cap. 14. num. 17.*

vt dictum est. [a] Tum quia licet vendere, aut dare peccatoribus non excommunicatis necessaria & vtilia ad sustentationem, licet illa directa ad peccandum, vt ipsi dirigunt, sint peccatum, [b] imo & oportet id facere, etiam excommunicatis extreme egentibus, imo & infidelibꝰ volentibus infideliter viuere secundum omnes. [c] Tum quia licet petere a Gentili, Iudæo, vel Sarraceno, vt confirmet iuramento contractum, licet sciatur, vel credatur superstitiose, & cum peccato iuraturus. [d] Tum quia Beatus Laurēt. dixit Decio Tyranno, *Assatum est iam, Verſa, & manduca*, cum tamen illa versio esset peccatum ex parte assantis. Et multi martyres prouocarunt tyrannos ad sui occisionem, quæ tamen ex parte eorum erat peccatum. Quin & S. Andr. Apostolus prouocauit ad sui crucifixionem, & eius protractionem, resistendo ne deponeretur, quum tamen vtraque tam crucifixio, quam eius protractio esset grande peccatum. Et rationibus in contrarium adductis responderi potest, eas procedere in eo, qui sine iusta causa inuitat, vel consentit in actum cœnandi, vel cum causa quatenus est peccatum, vel est causa, ob quam ieiunium illius diei frangitur. Per quæ omnia declarantur dicta, [e] quæ ad hanc resolutionem sunt reducenda.

26 Quarto peccat, qui paterfamilias, œconomus, tabernarius, hospes, aut caupo, mane aut vesperi diebus ieiuniorum suis filijs, famulis, aut alijs, quorum curam gerit, cibos ministrat, aut ijs, qui suam tabernam, aut cauponam adeunt, propinat eos cibos, quibus illos ieiuniū soluturos sine causa credit, aut saltem dubitat, aut dubitare debet: quia quamuis fortassis non sit causa principij peccati, est tamen causa actus, per quem peccatum exsequitur, secundum Caieta. [f] aut continuationis illius, & ita peccato cōsentit & cooperatur, vt Ioan. Maior [g] tradit, non autem si satis apparet eos nō teneri ad ieiunandum, eo quod sunt iter facientes, adolescentes, senes, infirmi, grauidæ, aut nutrices: aut probabiliter credit habere aliquam causam occultā legitimam non ieiunandi, & illis occulte ministrat, aut saltem sine scandalo alicuius. Ad quæ reducenda sunt, quæ tāto apparatu, ait Gab. [h] Resoluens tamen tabernarios & caupones, qui parati sunt ministrare cibos in die ieiunij quibuscunque petentibus, nulla admonitione de ieiunio facta, nullaque ratione habita, an habeant iustam causam non ieiunandi, an peccent, aut non, mortaliter peccare, quod ex prædictis sequitur.

27 Quinto peccat mortaliter, qui in diebus ieiuniorum cibos vetitos ministrat sine dispensatione legitima, nec cō suetudine id permittente. [i]

Sexto peccat, qui mane comedit in die ieiunij per talem ignorantiam, vel incogitantiam, quæ a violando ieiunio excusat, & ob id non ieiunat, quia non obstante tali esu, perinde poterat ieiunare, ac si nihil comedesset & hora consueta vesci. Palud. in 4. dist. 15. q. 4. art. 3.

Dixi, *Talem*, quia secus est, si est eiusmodi, quæ a violando non excusaret: eo quod iam fractum ieiunium reparare non potest illo die, & alio non tenetur secundum omnes, [k] quidquid dicat Paludanus, [l] vt qui vno die preces horarias omittit, non tenetur altero die recitare, vt late diximus. In Enchir. de Ora. cap. 10. nume. 32. & Angelus vbi supra, paragrap. 3. & 9.

Septimo peccat, qui notabiliter absq; iusta causa horam comedendi, in loco consuetam præuenit, [m] quia ieiunium frangit, quod probat Caietan [n] quidquid dicat Angelus. [o] Secus si iusta de causa id facit, vt quia non vacabit hora consueta comedere, siue ob iter arripiēdum, siue ob hospites, siue ob aliam honestam causam. [p] Licet autem pro libito proferre horam, modo sine superstitione fiat iuxta S. Antonin. [q] ab omnibus receptum. Nec frangunt ieiunium, qui ante vesperas Quadragesimæ comedunt, vel alijs ieiuniorum diebus ante nonam recitatam, quamuis officijs diuinis addicti id facere sine iusta causa non debent, iuxta S. Antonum vbi supra, & Caietan. vbi supra dicto art. 7.

Octauo peccat, qui compellit famulos ad ieiunandum obligatos in diebus ieiunij ad opera illi impatibilia, quę cōmode in alium diem differri possunt, [r] id quod item dicendum est de eo, qui ieiunat diebus Dominicis, quia superstitiose credit, in illis ieiunandum esse

con-

a *Sup. c. 17 num. 196.*

b *cap. audi denique, & c. mensam. 11. b. 3.*

c *Per cap. pasce 86. distin.*

d *ca. mouet 22. q. 2.*

e *In di. nu. 26. et 31. et sup. ca. 20. nu. 20.*

f *In 2. 2. q. 147. art. 4.*

g *In 4. dist. 15. q. 4.*

h *In 4. lib. sent. dist. 16 q. 3. arti. 3. dubio.*

i *Gab. vbi supr.*

k *Arg. c. 2. de obseru. ieiun.*

l *Vbi supr.*

m *Iux. glo. c. Gnum, §. alias, verb. ieiunantib. 25. dist. & Palud. 4. dist. 15. q. 4 art. 4.*

n *2. 2. quæ. 147. arti. 7.*

o *Verb. ieiunium, §. 2.*

p *Iux. Inn. in rubric. de obseru. ieiun. & Syl. Gbi sup. q. 1 dicto 5. & Gabr. in 4. dist. 16. q. 3. arti. 9. & Ang. Gverb. ieiun. §. 2. q 2. par. tit. 6. capit. 2. §. eod.*

r *Palud. in 4. d. 25. q. 4 artic. 2. & Gab. ibidē. q. 3. arti. 1. notab. 4.*

contra conſuetudinem Chriſtianam, [a] ſecus ſi ieiunet ob ſalutem ſuam: ſtudiũ, domandam carnem, aut alios bonos fines, imo meretur. Arg. cap. vtinam 76. diſtinct. quod ibidem, & in capit. ſi quis presbyter tradit vterque Cardin.

a C. ſi quis presbyt. 30. d. & iux. S. Th. in 4. di. 15. q. 3. art. 3.

DE TERTIO PRAECEPTO Eccleſiæ. De ſoluendis decimis.

28 *Decimæ quo ad quotam iuris humani, quo ad ſuſtentationem diuini, & ita quo ad illam tolluntur conſuetudine, & non quo ad hanc, num. 30.*

29 *Decima triplex, prædialis, perſonalis, & mixta,*

30 *Decimam inſolitam non imperat Papa.*

31 *Decima perſonalis, in quo a prædiali differt, & non ſoluitur.*

31 *Decima ſoluenda non deducta impenſa, nec ſemine, &c.*

32 *Decimas debens, vel impediens ante reſtitutionem non abſoluatur.*

32 *Primitiæ, vt decimæ ſoluendæ.*

b Per c. decimæ, c. reuertimini, 16. q. 1.

CONtra hoc præceptum de ſoluendis decimis, peccat mortaliter, primo, qui decimam Eccleſiaſticam iure debitam non ſoluit integre, cui debet, ſecũdum omnes, [b] & illa multa, quæ Innoc. communiter receptus citat, [c] pro quorum intellectu dico, primo, quod lex illa vetus [d] repetita in multis locis ab Innoc. [e] qua vndecim tribus Iſrael iubebantur ſoluere duodecimæ Leuitarum diuino cultui addictæ decimam omniũ fructuum, erat lex iudicialis, quo ad quotam: quamuis quo ad congruam ſuſtentationem, quæ debebatur ei, eo quod erat dicata, & ſeruiebat diuino cultui, erat moralis, & naturalis deducta ex illa generali, *Dignum eſt mercenarius mercede ſua*, [f] ſecundum S. Thomam, [g] declaratum ibi pulchre per Caietan. & late probauimus, alibi: [h] quamuis Innoc. [i] & gloſſa [k] recepti ab omnibus fere noſtris, præſertim a Petro Reuen. in fine ſui compendij, teneant, decimas etiam quoad quotam iure diuino deberi. [l] Sed male: quia certum eſt, eam non deberi lege naturali, cum illa nullum ante Moyſem, nec poſt eum ante Chriſtum, alios, quam Hebræos ligauerit, quod ceſſet, ſi eſſet lex naturalis, [m] & conſequenter erat iudicialis, vel ceremonialis, quas non ſolum eſt verum, ſed de fide, ceſſaſſe a paſſo Chriſto. [n] Vnde Ioannes Maior [o] ait contrarium eſſe hęreſin, licet Canoniſtæ illud tenentes, nõ debeant cenſeri hæretici, & [p] ſpecialiter confutat prædictum Rauennatem mordicus inſequentem Innocentium, eo quod eorum dicta conſequitur præcepta iudicialia legis veteris non exſpiraſſe, quod eſt hæreſis. Nec obſtat dictus §. ille, quia intelligendus eſt, de lege, quæ diuina eſſe ſolebat, aut de lege diuina veteri, quæ nouæ humanæ exemplo fuit, ſicut dixit Caietan. In d. art. 1. & facit in ſimili cap. cum eſſet de teſta. & ad cap. Quadrageſima de conſecrat. diſtinct. 5. apte reſpondet in col. penul.

c In rub. de deci. alias in cap. fi. de paroch. illi proximo. d Exo. 22. e Vbi ſupr. f Lucæ 10. g Quolib. 2 ar. 8. & quo lib. 6 ar. 10. & 2. 2. qu. 87. art. 1. h In repe. c. ius naturæ. 1 diſt. & in c. 1. de deci. lib. 6. & in repet. ca. ad hæc. de præbend. notat. 1. 8. dicto. i Vbi ſupr. k cap. 1. de decim. lib. 6 l Per ca. in aliquib. §. ille de decim, & alia quæ ibi alle gat gloſſ. m Arg. ca. ius gẽtium 1. diſtin. & prin. 5. diſt. n § fi. 4. di. & ca. 1. de purific. poſt part. o In 3. libro ſen. diſt. 37. in quæ. 36. col. 2. p ool. antepen. & ſeq.

29 Secundo dico, triplicem eſſe decimam: Prædialem, perſonalem, & mixtam. Prædialis eſt, quæ prouenit ex fructibus prædiorum: tritico ſcilicet, vino, oleo, &c. perſonalis eſt decima lucri ex ſola induſtria, aut labore perſonæ quæſiti: quale eſt lucrum mercedis, mercis, officij, venationis, &c. [q] mixta eſt, quæ partim ex prędijs, & partim ex induſtria capitur: qualis eſt fœtuum pecudum, & pullorum auium. Et ita hæc lex Eccleſiæ eſt generalior, quam vetus, quæ ſolã decimam prædialem, aut mixtam ſoluere iubebat.

q capit. ad Apoſtolicæ. & ca. paſtoralis, cum gloſ. & eis adnotat. de decimis.

30 Dixi, *Eccleſiaſticam*, ad includendũ triplicem decimam ſupradictam.

Dixi, *iure debitam*, ad excludendum eam, quæ conſuetudine, vel conuentione rationabili, non debetur, quod fere tota Italia ſeruat, & bene quidem, quia quum, vt prædictum eſt, decima non debeatur, quoad quotam iure diuino, poteſt illa diminui, vel tolli, modo cõgrua ſuſtẽtatio iure naturali debita relinquatur miniſtris Eccleſiaſticis. [r]

r Arg. cap. fi. de cõſue. & l. 2. C. q̃ ſit longa cõ ſuetud.

Ex quibus ſequitur primo, quod qui ſoluit minorem partem, quam decimã, vel decimã de vnis fructibus, & de alijs non, modo ſoluat totam partem conſuetam, & de omnibus fructibus decimari conſuetis, ſatisfacit: modo ſuam parochus congruam ſuſtentationem habeat, per prædicta, etiam in duobus caſibus, de quibus Panor. [s] quem ſequitur Angel. [t] quorum quidem prior eſt, quando

s Inc. anobis de decĩ. t Verb. decima, §. 2.

do Papa ſoluere iuberet: quia retenta opinione prædicta Theologorum, ſupra efficaci ratione comprobata, eiuſmodi iuſſus abſq; noua cauſa non eſſet iuſtus & ab eo ſupplicari poſſet. [a] Poſterior vero eſt quando miniſtri Eccleſiæ neceſſitate preſſi decimas peterent: nam, & in hoc caſu nõ eſſet ſoluenda quota decima præciſe, ſed plus vel minus, vel tãtũ prout congrua ſuſtentatio, plus minus, vel tñ requireret: quia hoc iure naturæ, cui humana conſuetudo derogare nequit, debetur: illa vero humano, cui conſuetudo derogat. [b]

31 Sequitur ſecundo, idem dicendum de perſonalibus, quod de alijs videlicet, quod non debentur, vbi eſt conſuetudo legitime præſcripta non ſoluendi eas: qualis eſt fere noſtra ætate in toto orbe Chriſtiano, exceptis ſalariorum famulorum, & famularum aliquarum regionũ Hiſpaniæ. Inter has enim, & alias hoc ſolum intereſt, quod eæ numquam fuerũt debitæ iure diuino, etiam veteri, illæ vero ſic Hebræis tantum: & quod in his deducuntur impẽſæ, & ſolum lucrum decimatur: in alijs non per notata, [c] id tamen eſt certum de lucro illicito, quod eſt reſtituendum, non eſſe ſoluendam decimam perſonalem: de alio vero ſic, modo non ſit per notorium peccatum quæſitum: ex tali enim lucro non eſt accipienda, ne illud approbari videatur, iuxta gloſſam communiter receptam. [d]

Secũdo peccat, qui ſoluit quidem decimam iure debitam, ſed deducit prius impenſas ſationis, aut collectionis fructuũ, aut ſemen ſatum, aut penſionem, q̃ domino prædij ſoluit, [e] aut decimat partem peiorem: quia licet non debetur optima, debetur tamen mediocris. [f]

Tertio peccat, qui ſoluit quidem omnes decimas debitas, ſed non vbi, quando, vel quibus, iure, vel conſuetudine legitima debet, [g] niſi legitimo pacto inter Eccleſiaſticos, & laicos excuſetur. [h]

32 Quibus addo, quod Concil. Trid. [i] ſic præcipit. *Qui decimas, aut ſubtrahũt: aut impediunt, excommunicentur: nec ab hoc crimine, niſi plena reſtitutione ſecuta abſoluantur*: quod intelligimus de ijs, q reſtituere poſſunt antequam ſacroſanctum corpus Domini ſumere debeant, aut moriantur. [k] Condonatio vero facta ab eo, cui debentur, ſufficeret ex mẽte gloſſæ ſolemnis. [l] Nec refert, an dines ſit qui debet, an pauper, vt recte ſignificat Ioan. Maior. [m] quidquid ſentiat S. Anton. [n] niſi quod beneficiarius cõdonãdo diuiti, quod pauperibus eſt erogandum, & diues accipiendo, quod illis erat dandum, peccare poſſent, & teneri ad reſtitutionem, iuxta ea, quę diximus. In tract. de reditibus eccleſ. q. 1. monit. 22. & 61. cit. ſupra cap. 17. nu. 94. & ſpecialius in ca. non liceat. 12. q. 2. §. 1. nu. 5.

Quarto peccat, qui primitias iure, vel conſuetudine legitima debitas non ſoluit, vbi, quando, & quibus debet, [o] & concionator religioſus, vel confeſſarius, qui dehortatur, aut auertit a ſolutione decimarum, eſt etiam excõmunicatus, iuxta dicta infra. [p]

DE QVARTO PRAECEPTO Eccleſiæ, De ſemel in anno confitendo.

33 *Confeſſio omnium mortalium intra annum per ſeipſum neceſſaria: & interdum ante Quadrageſimam: ueniale uero utilis tantum: niſi, &c. & ſequent.*

37 *Confitendo qui mentiens, vel nolens integre fateri peccat mortaliter, & ſeq.*

40 *Confeſſio talis, qualis eius finis, & quis principalis.*

41 *Confitens, qui laico, vel qui confeſſionẽ iterans peccat mortaliter, &* 42.

43 *Pœnitentiam iniunctam, qui non implens peccat mortaliter.*

44 *Conf. ſſarij dictum, qui reuelans peccat mortaliter.*

CONtra hoc præceptum de ſemel in anno confitendo, peccat mortaliter primo, qui non confitetur iam habens diſcretionem, & poteſt omnia ſua peccata mortalia ſemel in anno, cui debet, confiteri. [q] Et quamuis omittere vno anno confeſſionem non ſit, niſi vnũ peccatum mortale: [r] tamen, quoties quis proponit non confiteri toto anno, toties peccat, iuxta oium ſentẽtiã. Quid aũt ſit cõfeſſio (de qua loquimur) ſacramentalis, & quæ ſedecim conditiones, quas requirit, cum quatuor notabilibus, actum eſt ſupra. [s]

Dixi,

a Iuxta ca. ſi quãdo de reſcript.

b ca. fin. de conſuet. ut dictũ eſt ſupra. nu. 28.

c In cap. ad Apoſtolica, c. non eſt, c. ex trãſmiſſa c. paſtoralis, de decimis.

d In d. cap. ex tranſm. e contra c. tua nobis, et ca. non eſt, de decim.

f Ioan. Maior ubi ſup.

g Arg. cap. certificari, de ſepul. & ca. ea te de iureiur.

h ca. Statuimus, & ca. venient, de tranſact. cũ eis adnota.

i In ſeſſ. 25. c. 12. de reform.

k Arg. eorũ quæ dicta ſunt ſupra. cap. 17. nu. 56.

l cap peccatum, de regul. iur. lib. 6. uerbo reſtituatur.

m Vbi ſup. n 2. par. tit. 4. c. 3. §. 7.

o Iux. ca. 1. & ibi decimis, & tradit S. Tho. 2. 2. q. 86. p ca. 2. nu. 145.

q ca. omnis utriuſq; ſexus. de pœ. & remiſſ.

r Vt ſignifi cat glo. ſingul. in ſumma de pœn. diſt. 5.

s cap. 2.

Dixi, *habens diſcretionem*: ad excludendos eos, qui ea carent, [a] eam autem videtur habere puer, qui ob malefactum verecundatur, & bonum diſcernit a malo, & interrogatus, an liceat innocentem interficere? aliena inuadere? ſuperiori maledicere? & alia huiuſmodi negatiue reſpondet. Et interrogatus: an bonum ſit reſtituere panem porrigere? adire Eccleſia? affirmatiue reſpondet. Sed nō omnes eodem tempore, eam conſequūtur, quod diligenter conſiderare debent ij, quibus illi ſubduntur. [b] Porro decēs eſt conſuetudo, vt vno, aut altero anno prius incipiant confiteri, quam communicent, quo maiori cum reuerentia id faciant. [c]

34 Dixi, *poteſt*: quia ſi copiam confeſſarij non habet, aut eſt excommunicatus & nō negligit procurare abſolutionem, aut ex conſilio confeſſarij in longius tēpus confeſſionem differt, aut alias impeditur, non peccat. [d]

Dixi, *peccata mortalia*, quia hoc præceptum non includit venialia, etiam ſi mixta ſint mortalibus, iuxta gloſ. in cap. omnis receptam ibi, [e] & probatam per Conc. Trid. [f] niſi quando dubitatur, an ſint mortalia, [g] aut tanto affectu eſt in illa, quod timet ſe per ea in mortale inducendum, niſi fortiter frænet illa confitendo, iuxta S. Bonau. [h] Quibus conſequens eſt, poſſe quem, ſi velit, confeſſo vno veniali peccato, alterum tacere. [i] Vtile tamen eſt carenti mortali, ſæpius venialia confiteri: quia per id augetur gratia: pœna purgatorij minuitur: & ꝓpoſitum numquam peccandi mortaliter renouatur, & habitus venialiter peccandi diminuitur. [k]

Dixi, *ſemel in anno, & omnia*, propter ea, quæ [l] dicta fuerunt.

35 Secundo peccat mortaliter, qui nō confitetur, etiam extra Quadrageſimā, occurrente caſu, in quo ad id obligatur. Quinque autem caſus [m] attigimus, quibus prædictus Ioan. Maior addit alium, in quo quis nouit, ſe memoriam omniū totius anni peccatorum, in Quadrageſima minime habiturū: quod videtur vtile, ſed non neceſſarium. Tum quia fere omnes in anni decurſu toties peccamus vt veri numeri in Quadrageſima nō me minerimus. Tum quia nulla lege ad id obligamur, & ſine lege non eſt aſſerenda obligatio. [n] Tum quia Conc. Floren. citatum a nobis, [o] cui Trident. conſentit, [p] tantum obligat ad confitenda peccata, quorum meminimus: in quod tamen adhibenda eſt mediocris diligētia, quam ibi determinauimus, ſed non illa noua, quam Maior, ſine textu, & ratione neceſſaria excogitauit, quaque ſcrupulis onerari poſſent pœnitentes.

Tertio peccat, qui non iterat confeſſionem, in quibus caſibus iteranda eſt, ſupra [q] poſitis ſciens, aut ſcire debens ſe ad illud teneri, iuxta mentem omnium. 36 Quarto, qui confiteri poteſt ore ꝓprio per ſemetipſum, & non vult id facere, niſi tantum per ſcriptum, vel nuntiū ob ſegnitiem, aut pudorem. [r]

Dixi, *poteſt*, quia qui per ſeipſum confiteri nequit, non tenetur ad confitendū per alium, nec per ſcriptum, nec etiam per interpretem. Si tamen id faceret, valeret cōfeſſio, & abſolutio, quæ ſcripta mitteretur, ſecundum Paludanus, [s] & clarius Adrianum, [t] quos ſecuti ſumus, [u] & nunc etiam ſequimur, quamuis aliqui contradicant. Tum quia illa, quæ per interpretē fit, ſemper fuit, & eſt in vſu Eccleſiæ, & eam, quæ per ſcriptū a præſente pœnitente fit, probat gloſ. [x] Tū quia falſum eſt de ratione intrinſeca confeſſionis eſſe, vt ſit ſecreta. Conc. em Trid. [y] expreſſe ait, poſſe etiam fieri eā publice: licet nemo ad id teneatur, & ſi id eſſet verum, confeſſio, quam tertius inſidioſe audiret, nō valeret. Tum quia dictum cap. quem pœnitet, habens non eſſe facienda per ſcriptū, intelligi debet quando verbo commode fieri poteſt, ne contradicat prædicto ca. qualis: quod ſecundum vnū intellectū gloſſa habet eā per ſcripturam fieri poſſe. Tum quia hęc opinio miſericordiam Dei, virtutem ſacramenti pęnitentiæ, & deuotionem pę nitentium auget: & oppoſita retrahit a confitendo alienæ linguæ homines, & mutos ſcientes ſcribere, & ægrotos in domum parochi ægrotantis migrare ne queuntes. quod tetigimus. [z]

37 Quinto peccat mortaliter, qui mētitur in confeſſione, affirmando, aut negando aliquod mortale, niſi affirmaret abſque animo ſacerdotem decipiendi, putans ſe ſancte poſſe nimis accuſare. [a]

a Dict. cap. omnis.
b Arg. cap. duo iſta nomina. 23. q. 4.
c Maior. in 4. libr. ſent. diſt. 19. q. 2
d Arg. cap. quia diuerſitatem de conceſſio p̄ben & tradit. S. Anto. 2. part. tit. 9. cap. 8.
e Et in 4. libro ſen. diſ. 16. per oēs.
f Seſſ. 14. ca non. 5.
g Arg. ca. ſi quis autem de pœniten. diſt. 7.
h In dic. 4. lib. ſentent. diſt. 16. ſub fin.
i Io. Maior. & alij, ubi ſupra.
k Syl. uerb. confeſſio. 1. q. 4. §. 3.
l In d. c. 2.
m In d. c. 2 num. 6. & duob. ſeq.
n §. conſideremus authentic. de trient & ſemiſ. col. 3. et cap. conſuluiſti, 2. q. 5
o In ca. fratres de pœnit. diſt. 5. num. 66.
p Vbi ſupra cap. 5.
q Cap. 9,
r ca. quem pœnitet de pœn. diſt. 1.
s In 4. libro ſent. diſt. 17 q. 1. art. 1.
t In 4. de confeſ. q. 1.
u In c. quē pœnit. de pœnit. diſt. 1.
x cap. qualis, 30. q. 5.
y In dicta ſeſſio. 14. ca non. 5.
z In di. ca. quē pœnit. de pœn. diſ. 1. num. 4.
a Vt diximus in d. c. fratres, nu. 37.

Dixi, *mortale*: quia ſi ſolũ affirmaret, vel negaret falſo tantum veniale, non peccaret mortaliter, ſiue propoſuiſſet illud confiteri, ſiue non, quidquid dicat Caietanus, [a] quia mendacium ſolo eo, quod in iudicio interiori confeſſionis, aut exteriori dicatur, non eſt mortale, quamuis ſit de re, quæ ad iudicium, in quo illud fit, pertineat, niſi ſit iuratum, aut no tabiliter pernitioſum. [b] Dixi, eo ſolo: quia vt ſcripſimus [c] poteſt eſſe peccatum, quando quis nullum aliud verum confiteretur: non quidem, quia eſt mendacium, ſed quia irreuerentiam ſacramento facit, non ſubijciendo materiam ad illius exercitium ſufficientem: qualis non eſt peccatum falſum, licet veniale verum ſic.

38 Et quod dictum eſt de veniali, eſt dicendum de mortali, alias legitime cõfeſſo: cum neutrius confeſſio ſit neceſſaria, & vtriuſque ſit ſufficiens materia ſacramenti ſecundum communem Catholicorum. Vnde ſequitur nó peccare mortaliter, vt [d] diximus, confitentem negantem ſe admiſiſſe peccatum mortale, alias legitime confeſſum.

39 Sexto peccat, qui inter confitendũ proponit non confiteri aliquod peccatũ mortale, ſi confeſſarius non interroget: quod agnoſcens confeſſarius procurare debet, vt cum pęniteat peccati nolendi confiteri integre. [e]

40 Septimo peccat, qui confitetur ob finem mortaliter malum: puta, ad conſequendum aditum faciendi aliquid, qđ eſſet mortale, aut ob vanam mortalẽ gloriam: quia ois actus, cuius finis mortalis eſt, ipſe quoq; talis eſt. [f] Dixi, *mortaliter malum*, quia confiteri ob finem venialẽ, non eſt mortale: quãuis enim eximius vir ille Angel. [g] teneat, concionari, Miſſam celebrare, & alia principaliter diuino cultui dedicata facere ꝓpter honorẽ, aut inanẽ gloriam, eſſe mortale, cõtrarium tñ tenendũ eſt, vt latiſſime h demonſtrauimus. Addimus aũt, quod vt aliquis dicatur cõfiteri principaliter, ne notetur, aut infameť in populo, aut ob metũ apparitoris ſiue Merini, aut pęnæ nõ ſatis eſt, qđ alias nõ confiteretur, ſed oportet, vt id æque, aut pluris quã cõfeſſionem & abſolutionem faciat, qđ pauci faciunt, quamuis multi non confiterentur, niſi aliquo reſpectu prædictorum, aut alio ſimili temporario in id mouerentur, per ea, quæ in locis ſupradictis diximus, præſertim [i] diſputando de cauſa principali, & non minus principali actus humani. Vnde ſequitur non peccare mortaliter eos, qui ne ſuam exiſtimationem honeſtam amittant, confeſſario cuidam familiari ſuo confitentur omnia ſua peccata, etiam obſcœna, & poſtea alteri probo & graui ſolum leuiora, quod de ſe non eſt malum, & ſi finis venialis fuerit peccatum veniale erit, & ſi mortalis, mortale, & ſi bonus, qualis frequenter eſt, ſanctus & probus, imo interdum neceſſarius, quidquid dicat Sylueſt. [k] & alij, quorum dictum ad diſtinctionem dicti noſtri reduci poteſt.

41 Octauo peccat, qui confitetur laico, vel clerico non presbytero abſq; neceſſitate, cum poſſit confiteri presbytero, aut cum neceſſitate, animo accipiendi ab eo abſolutionem ſacramentalem, aut detegendo peccata mortaliter ſecreta imprudenter, iuxta Scotum, & communé, [l] & Card. Turrec. [m] quod [n] diximus, intelligendum eſſe ſolum de eo, qui confitetur peccata, quibus abſque peccato mortali ſe infamare nõ poteſt, & de eo, qui ſcit abſolutionem ſacramentalem, datam a laico, etiam in vltima neceſſitate, eſſe ſacrilegium, & eſſe graue peccatum internum ſeipſum infamare, etiam ad veniam a Deo obtinendam, non autem de eo, qui bona fide credens (licet per ignorantiam iuris) licitum eſſe, hoc fecit eo, quod communiter id inter imperitos licitum exiſtimatur: quod tamẽ falſum eſt, iuxta omnes. [o]

Nono peccat, qui confeſſus laico tempore neceſſitatis peccata mortalia, non confitetur eadem poſtea, cui debet tempore, quo confiteri tenetur, iuxta omnes, [p] qui ad confitendum ea non ſecus tenetur, quam ſi nullatenus confeſſus ea fuiſſet. [q]

42 Decimo peccat, qui peccatorum ſemel bene factam confeſſionẽ iterat ſecundo, tertio, & ſepius ꝓpter ſcrupulos, cum periculo deſipiendi ob nimiam de re triſti cogitationẽ, aut cum ſcandalo notabili cõfeſſarij, aut notabili infamia tertij. [r] Dixi, *cum periculo, & ſcandalo*: quia non videtur pluſquam veniale id

facere

a 2.2. *qu.* 69. *art.* 1.

b Vt diximus *in ca. fratres. de pœnit. di.* 1. *num.* 18. & *in c. inter uerb. num.* 735. & *ſupra ca.* 18. *nume.* 7.

c d. c. fratres. n. 22.

d In d. c. 2. *num.* 4.

e Contra *prælu. c. omnis.* & *Concil. Flor.* & *Tridẽt. ſeſſ.* 14. *cap.* 5.

f Cap. cũ miniſter. 23. *q.* 5. *cũ ijs, quæ adijcimus ei.*

g Verb. vana gloria. §. 1.

h In repet. c. inter uer ba. 11. *q.* 3. *concl.* 40.

i In d. cap. cum miniſter, nu. 43.

k Verb. *con feſ.* 1. *q.* 7.

l In 4. *libr. ſent. diſtin.* 14. *q.* 1.

m In c. quẽ pœnitet, de pœn. diſt.

n Sicut in c. 1. de pœnit. diſt. 6. *n.* 7 *vſq; ad* 83. & *in repet. d. cap. inter verb. concl.* 4.

o In diſt. 4. *lib. ſentent. diſt.* 17.

p In 4. *diſt.* 17. & *cap. omnis, de pœni.* & *remiſſ.*

q Vt *dixim⁹ in d. c.* 1. *de pœni. diſt.* 6 *num.* 83.

r vt *dixim⁹ in d. c. inter verb.* 11. *q* 3. *n.* 729. & *in cap. fi. de pœn. diſ.* 5. *num.* 30. & *aliquid in c.* 1 *n.* 98 & 99. *de pœn. d. diſt.* 1.

facere sine illis, licet sit veniale, quia pro curanda est tranquillitas animæ & conscientiæ, quam eiusmodi scrupulosa repetitio diminuit, & ideo semel confessus, & absolutus conuenienter iuxta iudicium docti confessarij, quiescere debet, imò, & credere, se confessum fuisse illa, quæ postea occurrent, quæ nescit, an fuerit confessus, vel non, sed habet probabilem causam credendi se illa cõfessum, quia ob hoc nullo se periculo subijcit, eo quod certo nesciat, se illa confessum non fuisse, morbus enim, quo laborat excusat eum, & facit, vt pro certo habere debeat, quod alius recte compositus pro dubio reputare deberet, eo qđ passio inordinata timoris iudicij cõstantiam ei adimit, & tot dubia phantasia excitat, vt ad timendum numquam se bene confessum inducat, & non sine magna molestia phantasiæ motus sedare possit, per quod multa pericula tam corporis, quam animæ incurruntur, & multa vtriusque opera bona impediuntur, vt recte post alios cõsiderat Caietanus,[a] addens idem dicendum de ijs, qui iterãt confessiones, non quia sunt scrupulosi, sed quia numquam proponunt omnino integre confiteri, vt debẽt, quia mortaliter peccant, non quia iterant (cum ad id teneantur,) sed quia nõ bene iterant, & magnam irreuerentiam tanto sacramento faciunt contra ea, quæ ait S. Thomas.[b] Verum est etiam, quod quamuis nemo ad confessionem peccatorum, semel bene factam iterandam teneatur, sanctum tamen est iterum ea confiteri, si deuotionis causa, cum quieta conscientia, & sine tædio confessariorum, & aliorum bonorum operũ impedimento fiat, quia quamis per primam contritionem, & confessionem remissa fuerit eorũ culpa, frequenter tamen non remittitur tota pœna temporaria hic, vel in purgatorio subeunda, in quã æterna mutata fuit, quæ per secundam, tertiam, & quartam confessionem tollitur, aut diminuitur: tam ratione verecundiæ, qua pœnitens in confessione afficitur, quam ratione virtutis sacramentalis absolutionis, quæ non solum largitur, aut auget gratiam, sed etiam diminuit, & tollit pœnam supradictam, iuxta illud S. Augustini.[c] *Quanto pluribus confitetur in spe veniæ turpitudinem criminis, tanto facilius consequitur gratiam remissionis*, quem ita ibi intelligimus, & sic intelligendus est iuxta Panormit.[d]

43 Vndecimo peccat, qui pœnitentiam sibi a confessario impositam, & a se acceptam in satisfactionem specialem suorum peccatorum mortalium, nõ implet, cum illius meminit, & eam implere possit. Dixi, *acceptatam*, quia non cogitur pœnitens eam acceptare, nisi vt infra[e] dicetur, sed acceptam implere tenetur, vt latius alijs[f] diximus. Tum quia quidqd dicat Caietanus,[g] maiorem vim habet sententia confessarij in foro ipsius, quã alterius iudicis in foro exteriori, quæ tamen acceptata ad implementum sui obligat sub pœna mortalis.[h] Tum quia in dubio hæc est cõmunis intentio confessariorum, & pœnitentium, & innititur illo Euangelij, *Quorum retinueritis, &c.*[i] Dixi, *præceptam*, quia consulta tantum, nec ad mortale, nec ad veniale obligat.[k] Dixi, *in satisfactionem*, quia quæ imponitur in monitionem eius, ad quod tenetur: puta, ut singulis annis confiteatur & communicet, & quod debet restituat, ad nouum peccatum non obligat, quia regulariter exẽssio eius, quod tacite inest, nihil operatur,[l] nec q declarat statuit[m] Dixi, *mortaliũ*: quia, quæ ob veniale imponitur, nõ obligat ad mortale communiter, nisi contemptus interuenerit.

44 Duodecimo peccat, qui post confessionem reuelat aliquid a confessario sibi dictum, consultum, vel præceptum in detrimentum notabile vitæ, salutis, famæ, aut bonorum eius probabiliter redundans, iuxta Paludanum.[n]

DE QVINTO PRAECEPTO Ecclesiæ, De communicando in Paschate.

45 *Communicandum in Pascha, aut ante, vel post octo dies, nisi, &c.*

45 *Communicet quam citius poterit non communicans in Paschate.*

45 *Obligatio, quæ lapsu termini implendi præceptum finiatur.*

46 *Communicat quis scienter in mortali, & ob id peccat.*

47 *Gratia in diuina se esse nemo scit, & quis pie credit esse in ea.*

a *In sum. uerb. confes. condit.*

b *2.2. qu. 99. art. 2.*

c *In c. quẽ pœnitet. de pœnit. dist. 1.*

d *In ca. at si, §. de adult. Vero. de iudic.*

e *Cap. 26. num. 20.*

f *In c. 1. §. ponat se de pœn. dist. 5. num. 13.*

g *In 2. qu. de satisfact.*

h *cap. 2. de maior. & obedien.*

i *Ioan. 20.*

k *§. fin. 4. dist. & ca. fi. 14 qu. 1.*

l *Cap. significasti, de elect. & late Felyn. in c. ad audientiam. 2. de rescript. ubi gloss.*

m *l. heredes palam. §. sed & si no tam ff. de testament.*

n *In 4. lib sent. distin. 11. q. 3. art. 3. col 6. latius Adriã. in 4. de confess. dub. 10 col. 11.*

48 *Communicare bene quis cenſura ligatus poteſt.*

49 *Communio confeßionem actualẽ mortalium prærequirit, niſi, &c.*

50 *Communionis omißio ob odium, quæ mortalis.*

51 *Communionem, quæ copula, vel pollutio, licita, vel illicita impedit.*

51 *Communicans alienum parochianũ peccat, niſi, &c.*

53 *Communio, quo eſu, vel potu eodem die præſumpto impeditur.*

54 *Communicans, vel celebrans pluries, quam ſemel in die peccat.*

55 *Communio quando ob peccatum occultum male, & ob publicum recte denegatur. & 56.*

57 *Communionem non procurans eis, quorum gerit, quam peccet.*

58 *Communicare non licet paruulis, nec alijs ſub vtraque ſpecie, niſi celebrando.*

59 *Communicare, qui tenentur plures in anne, & quoties expediat, & deceat.*

COntra hoc præceptum quintũ peccat mortaliter primo, qui non communicat in Paſcha, [a] nec ante, vel poſt octo dies, iuxta declarationem Eugenij IIII. quam ignorauerunt Panormit. & alij, [b] & S. Anton. [c] ſed eam inter alios citauit Ioan. Maior, [d] niſi de licentia proprij ſacerdotis in aliquot plures dies differat, [e] & niſi ſit excommunicatus, interdictus, aut ſuſpenſus a communione, & nequeat abſolui per impotentiam facti, aut iuris, aut ob aliud impedimentum, quale eſt illud occultum, quo impeditur a faciendo, quod requirit abſolutio. [f] In quo caſu patienter perferendo cenſuram, & pœnam Eccleſiæ, potius meretur, modo pro viribus procuret habilitatem ad abſolutionem cenſuræ & peccatorum, ſanctamque cõmunionem ſecũdum omnes, quod recte explicat Gab. [g] Vbi autem eſt conſuetudo legitima, & præſcripta ſatisfaciendi huic præcepto, communicando quolibet Quadrageſimæ die: qualis eſt in noſtra Conimbrica, & multis alijs locis, ſufficeret cõformare ſe illi, vt diximus. [h] Hortamur tamen, ne quis ſtatim a prima confeſſione in annum integrum dilata communicet, ſed expectet aliquandiu, & poſtea denuo confeſſus ea, quæ in memoriam redierint, & interea peccauerit, mundus ad illam puriſſimam, ſanctiſſimamque menſam accedat. Et quãuis D. Antoninus [i] quem Syluester [k] ſequitur, & etiam Medina [l] teneat, eum, qui in Paſcha reſurrectionis non communicauit, non teneri ſub pœna noui peccati ad communicandum vſque ad alterum Paſcha, quod ipſum dicunt S. Antoninus, [m] & Syluester de confeſſione, contradicente in hoc Medina, [n] nobis tamen contrarium videtur in vtroq; verius. Tum quia ſi, vt Medina dicit, qui intra vnum annum non confitetur, ante finem alterius anni confiteri tenetur: eo quod prædictum cap. omnis, confeſſionem ſemel in anno præcipit, eadem ratione, qui non communicauit in Paſcha, tenebitur ad communicandum ante finem alterius anni, cum idem cap. communionẽ ſemel in anno præcipiat: nam prædictum cap. præcipiendo communicare in Paſcha duo in effectu præcipit, ſcilicet, communicare ſemel in anno, & communicare in Paſcha, & licet lapſo Paſcha non poſſit impleri alterum de communicando in ipſo, poteſt tamen alterum de communicando ſemel in anno, vt in ſimili dicitur, [o] de citato ad comparendum certo die Romæ, qui ſi non poteſt comparere illo die, tenetur comparere quantocyus poſt illum poterit. [p] Tum quia licet quando tempus ad finiendam obligationem præfinitur, eo lapſo, ea finiatur, [q] quando tamen præfinitur, ad dilatandam ſolutionem, non finitur per lapſum ipſius, immo vegetior efficitur, [r] vbi hoc adnotat Panormitan. [s] communiter receptus: at terminus Paſchæ in prædicto cap. præſtitutus, non præfinitur ad finiendam obligationem, ſed ad dilatandam debiti ſolutionem, & declarandum eam fieri poſſe intra annum citra culpam & pœnam. Tum quia non obſtat eorum fundamentum, quod præceptum de ieiunando illo die, & de ſingulo quoque de recitandis horis canonicis elapſo die, non obligant ad ieiunandum, aut recitandum alio die, quia vt ſingulariter melius, quam alij dixit Petrus de Anchar. [t] relatus per nos [u] illa ieiunia, & illas horas præ-

a Cap. omnis. de pœn. & remiſſ.
b In d. ca. omnis.
c In 2. par. tit. 9. c. 9.
d In 4. lib. ſent. diſtin. 17. q. 2.
e Dicto c. omnis.
f Vt in caſu cap. inquiſitioni eum ei adnotat. de ſent. excõ.
g Serm. 21 de Euchar.
h In cap. conſideret. de pœniten. diſt. 5. §. caueat. nu. 1.
i 9. par. tit. 9 c. 9. §. 3.
k Ver. Eucharist. 3. q. 15.
l In ca. de pœnit. dum de confeſ. tractat
m Vbi ſup.
n Vbi ſup.
o In ca. cũ dilecti. de dol. & contu.
p Cui concord. l. Cel ſus. ff. de re cept. arbitr. cum citat. utrobique.
q Cap. ſicut, de ſpõſ.
r Per d. c. cum dilecti.
s Nu. 12.
t In e. c. de celeb. Miſſ. num. 29.
u In Enchirid. de Orat. et hor. Canonic. c. 10. nu. 53.

præcipit Ecclesia tanquam onus illis diebus annexum, quod in istis duobus præceptis confessionis, & communionis nõ facit, quibus determinat tempus confitendi & communicandi, a iure diuino indeterminatum, intra qđ ei satisfaciamus, & sic quamuis obligatio illo die cõmunicandi, eodem elapso cesset, obligatio tamen communicandi intra annũ non cessat, quin manet, vt quantocyus poterit satisfiat, cum annus tacite præfixus fuerit pro dilatione pura satisfactionis, & communicatio in die Paschæ pro onere illius diei.

46 Secundo peccat mortaliter, qui cõmunicat credens, aut credere debens, se mortalis culpæ reum, [a] idem de eo, qui communicat cum proposito non seruandi legem aliquam ad mortale obligantem, aut redeundi ad concubinam relictam, aut ad aliud quodpiam mortale iã confessum post Pascha, aut non restituẽdi alienum, aut non deponendi odium, vel rancorem mortiferum, &c. idem de illo, qui de peccato præterito mortali ob vtilitatem inde acceptam delectatur, quamuis ad illud redire amplius nolit, qualis est, qui delectatur vsura, mendacio, fraude, vel furto, eo quod per ea, bona sibi quæsiuit, aut fornicatione, aut adulterio, ex quibus suscepit liberos, quos impense amat, quia quoties hoc animo deliberato facit, mortaliter peccat, quamuis proponat numquam ad ea redire, licet sine peccato posset gaudere de ijs, & alijs per quodcumque peccatum quæsitis restitutioni non subiectis, modo eum pęniteat peccatorũ, aut saltem non placeant illa sibi, neque quod per ea quæsita, sic quæsita fuerint, [b] ꝙ clare resoluit Ioan. Maior. [c] Licet enim cuiuis delectari de quibusque bonis effectis malarum causarum, modo eis, qua parte malæ sunt, non delectetur. Ille etiam credit, aut credere debet, se mortalis culpæ reum, qui ex ignorantia affectata, siue procurata id ignorat, quia delectatur se nescire illa esse peccata, vel ea non meminisse, ne ad confitendũ illa teneatur. imo, & qui id facit ex ignorantia crassa, qua laborat, qui ad id sciendum, an sit peccatum, vel recordandum an fuerit, non vtitur diligentia, qua cõmuniter suæ conditionis homines vtuntur, iuxta Scotum & communem, [d] ille tamen non credit, nec credere tenetur, se esse mortalis culpæ reum, ad communicandum, absque nouo peccato, qui debita diligentia in recordando & consulendo doctos adhibita, nullius mortalis culpæ conscius est, siue quia talem non meminit, siue quia ignorat esse mortalem, aut se non satis contritum esse. Is enim deuote ac reuerenter communicans non peccat noue, etiam si vere sit culpæ mortalis reus, quin interdum virtute tanti sacramenti veniam consequitur, dum eius calore fit de attrito contritus secundum S. Thomam communiter receptum, [e] non enim est necesse ad recte communicandum scire, se in gratia Dei esse.

47 Tum quia hoc non nisi reuelatione speciali diuina sciri potest. [f] Tum quia sufficit probabiliter credere se in illa esse, quod facere potest, qui se coutritum esse probabiliter credit, & ille se contritum esse probabiliter credere potest, ꝙ vere Deo dicere potest tria, quæ ponit Ioann. Gers. In suo opere tripartito.

Quorum primum est, *Domine omnium peccatorum meorum, saltem mortalium, ex animo me pœnitet, & propono ad ea numquam amplius redire, & ab alijs in posterum cauere.* Secundum, *popono ea omnia, Domine tempore congruo confiteri.*

Tertium, *hæc principaliter facio, & faciam tui amore, & quia tuam immensam maiestatem, & bonitatem offendi, debens eam honorare super omnia, & amare.*

48 Tertio peccat mortaliter, qui communicat contra prohibitionem Ecclesiæ, eo quod est excommunicatus, interdictus, aut suspensus a communione, per proxime dicta: nisi quando huiusmodi censuræ in se nullæ essent, per ea, quæ late diximus, [g] aut iniuste coram Deo, & secreto communicaret, aut in terris vbi id ignoratur, iuxta ea, quæ [h] post Felin. & alios in cap. fin. de testibus cogen. scripsimus.

49 Quarto peccat, qui habens copiam confitendi communicat ante confessionem actualem omnium peccatorum mortalium, numquam antea legitime confessorum, & ante eorum absolutionem, quamuis veram de eis contritionem habeat, iuxta S. Thomam, [i] Scotum &

a 1. ad Corinth. 11.

b Vt in dic. c. inter verba. 11. q. 3. concl. 4. & in addit. c. quando diximus, citãdo alios.

c In 4. libr. senten. dist. 14 quæst. 1 art. 1.

d In 4. lib. sent. dist. 9. & in c. quotidie. de cõsecr. dist. 2.

e In 3. par. q. 76. art. 3.

f Cap. fi. de purgat. canon.

g In repeti. c. cum contingat de rescript. in 2. remedio cõtra exsecutorem Apostolicũ, n. 4.

h In cap. penul. de sen. ex omm. i. 3. part. q. 80. ar. 4. & in 4. distin. 17 q. 3. art. 1. q. 4.

& alios,[a] & gloſſam ſingularem ab omnibus noſtris receptam,[b] quamuis Cajetanus,[c] quem ſequitur Armilla oppoſitum teneat. Cuius opinionem, & fundamenta euidenter refutauimus,[d] quāque Triden. Concil. reiecit.[e]

Dixi, *habens copiam*, quia ſecus, ſi eam non haberet, vt illa gloſſa ſingularis dixit, quam non habet, qui ſine ſcandalo cōfiteri nequit, vt qui in altari inchoata iam miſſa, alicuius peccati non confeſſi recordatur, cui ſufficit contritio de illo, cum propoſito confitendi ad miſſam ſequendam. idem de illo, qui iam venit cum alijs ad communionem ſuſcipiendam, & peccati alicuius non confeſſi recordatur, & non poteſt illud decenter ante illam confiteri, nec a communicando abſque ſui nota abſtinere: poteſt enim communicare cum propoſito illud confitendi, ſecundum Scotum[f] & Sylueſtrum.[g]

50 Quinto peccat, qui omittit communionem, ad quam tenetur, propter odium, vel voluntatē non parcendi, aut non reſtituendi. aut non faciendi aliud, ad quod ſub mortali reatu tenetur, is enim noue peccat: quia nemini malitia ſua debet prodeſſe.[h]

51 Sexto peccat, qui intra vnum diem naturalem poſt habitam copulam carnalem, aut pollutionem illicitam, etiā contritus, & confeſſus communicat, quod[i] late olim ſuaſimus, proteſtati nullum eſſe textum, vel rationem neceſſario id probante, quod multis prudentibus cōfeſſarijs viſum fuit durum. Quare prætermiſſis quibusdam, quæ hic ſuper hoc addidimus, affirmamus idem, quod in poſtrema additione affirmauimus, nempe hoc de rigore iuris non procedere, quamuis multa pro eo faciāt: imo quod vera contritione, puraque confeſſione præcedente, & nullo contemptu, nec diſtractione notabili, nec alio, quod obſtet interueniente, poteſt celebrare, & communicare humiliter, ſecundum Paludanum[k] Sylueſtr.[l] Minus autem procederet in eo, qui poſt pollutionem inter dormiendum abſque peccato mortali habitam (quamuis ex cauſa mortali contingeret) communicaret, aut celebraret, confeſſus illam cauſam, iuxta ea, quæ ibi poſt alios multos diximus. Et minus in eo, qui ex neceſſitate, aut ex officio proprio, aut alterius, neceſſario ab ipſo præſtando celebrat, aut ducitur magna deuotione, iuxta S. Thomam & communem,[m] & nos diximus.[n] Et licet coniugati intra diem, quo debito coniugali ſatisfecerint, communicare de honeſtate non deberent, non tamen peccant, ſaltem plus quam venialiter, communicando, iuxta communem, quā tenet Caietanus.[o] Nec etiam ſi intra diem, quo communicauerunt, debitum coniugale reddunt, ſecundum Albertum Magnum.[p]

52 Septimo peccat, qui hanc ſanctam communionem percipit ab eo, qui non erat proprius parochus, nec ſuperior abſque eiuſdem licentia expreſſa, vel tacita, aut priuilegio, etiam extra Quadrageſimam, aut Paſcha, etiam in articulo mortis,[q] etiam ſit ſit religioſus per dictum Sylueſtrum[r] cōtra alios. niſi ignorantia excuſetur, & qui abſque tali licentia miniſtrat, ſi eſt religioſus, excommunicatus eſt, verumtamen Leo decimus conceſſit cuilibet ſacerdoti ordinis Minorum, vt quouis anni die ſacroſanctum Domini corpus ſecularibus miniſtrare poſſit, excepto ſolo die Paſchatis,[s] & cō ſequenter Dominicanis, & reliquis omnibus, qui eius priuilegijs vtuntur, quod etiam ſcimus, conceſſum eſſe particulariter, & merito Patribus illuſtriſſimi Societatis Ieſu, in audiendis confeſſionibus, & communicandis confeſſis exercitatiſſimis. Et quamuis ob aliqua quibuſdam videri poſſit, hāc exceptionem die Paſchatis reſurrectionis, intelligendam eſſe de omni communione, qua huic p̄cepto ſatisfit, nobis tamen intelligenda videtur de ſola cōmunione die Paſchæ, ſiue fiat ad ſatisfaciendum præcepto ſiue non, quia prædictus Leo Papa ſatis id declarat in prædicta conceſſione attentis verbis, quæ addit ſimili Nicolai V. conceſſioni 149.[u] Nec condemnaremus eum, qui acciperet, aut qui ſanctiſſimū Sacramentum miniſtraret, quando eiuſmodi eſſent perſonæ tempus, & cauſa, vt iudicio boni viri credi poſſit parochū eo contentum fore, ſi intelligeret, propter tacitam quandam facultatem, quæ ex hoc oriri videtur, per ea, quæ in ſimili caſu dicta ſunt ſupra.[x]

53 Octa-

a In 4. d. 9
b In cap. Je homine. de celeb. Miſſ.
c In ſūma verb. communio. & 1. ad Corin. 11. & in d. art. 4.
d In gloſſ. ſumma de pœn. diſt. 5. nu. 31. & ſeq.
e In ſeſ. 13. c. 7. & can. 11.
f In 4. di. 6
g Verb. Euchariſtia 2. q. 7.
h ca. 1. uerſ. nos igitur de poſtul. præl. & l. ita q; fullo, ff de fur.
i In c. 1. de pœn. diſt. 6.
k In 4. di. 9
l Verb. Euchariſtia, 3. q. 10.
m In 4. lib. ſent. diſt. 9. et in 3. par. q. 80. art. 7.
n In d. c. 1.
o In ſumm. verb. communio ſacrament.
p Arg. cap. ut, cum pridē, 33. q. 4.
q Iux. Car di. cle. 1. de priuil. q. 1.
r Verb. excomm. 15. q. 3.
s Dict. cle. 1. de priuil. de qua inf. c. 27. n. 101
t Vt habetur in ſup, priuil. Apoſtol. conceſſ. 106.
u In monumētis ordi. Minorū ſecundo impreſſis.
x In ca. 9. num. 5.

53 Octauo peccat, qui communicat, aut celebrat poſt cibi, aut potus ex propoſito ſumptionem eodem die, elapſa iam media nocte, cũ valet, aut ita ægrotat, vt commode poſſit differre in ſequẽtem diem, quamuis per modum medicinæ, aut ipſam medicinam ſumeret. [a]

Dixi, *ex propoſito*, quia deglutire reliquias cibi præcedentis dentibus inſertas, aut aliquam aquæ guttam, aut particulam alterius rei, lauando os, aut guſtãdo ius, vinum, aut aliud ſimile, abſque propoſito edendi, tamquam ſaliuam, nõ impedit communionem, nec celebrationem, quia non eſt proprie ſumere cibũ, vel potum.

Dixi etiam, *eodem die elapſa media nocte*: quia prius ſumptum non impedit, quamuis prope mediam noctem cœnet, & poſtea non dormiat, nec digerat, iuxta communem, quam [b] cõfirmauimus, licet aliqui contradicant, [c] quod tamen non probat, vt ibi alias diximus. Licet, qui ex cœna noctis præcedentis mẽtem conturbatam ſentit, communicare ex conſilio non debeat, iux Sanct. Thom. [d] quamuis communicando non peccet mortaliter.

Dixi, *cum ualet*: quia infirmus ſequẽtem diem exſpectare commode non valens, communicare poteſt: ſed non celebrare, etiam ad miniſtrãdũ infirmo, nec ad vitandum ſcandalum, etiã iuſſu prælati inferioris Papæ, iuxta comunem.

54 Nono peccat, qui pluries eodem die communicat, vel celebrat, [e] niſi in certis caſibus non peccat, tamen ſacerdos, qui ob infirmitatem, vel alias non celebrando communicat ſine ſtola, & ſuperpellicio, quamuis cap. Eccleſiaſt. [f] hoc ſignificet ſecundum Angelum, [g] vere enim id non intendit, vt recte innuit Sylueſter, [h] quia ſolum loquitur de ſacerdote communicante celebrando, loquitur enim de ſumente corpus & ſanguinem, & qui non celebrando communicant, non percipiunt ſanguinem ſub ſpecie vini, vt ſentit gloſſa recepta, [i] & definit Concil. Trident. [k]

55 Decimo peccat parochus, qui communionem ſubito, ſiue ſecreto, ſiue publice petenti, tempore quo iure communicare tenetur, denegat propter peccatum mortale occultum, quod in confeſſione audiuit, a quo illum non abſoluit, eo q̃ non ſatis eius pœniteret. Tum qa ideſt detractio, & detectio peccati occulti. Tum quia eſt reuelatio peccati ſibi confeſſi, vt diximus. [l]

Dixi, *occultum*: quia ob publicum, & notoriorum poteſt & debet negare, nam meretricibus, & vſurarijs, & quibuslibet alijs peccatoribus notorijs, quantumlibet ſuorum peccatorum eos pœniteat, & ſanctiſſime confiteantur, non eſt publice communio miniſtranda (quamuis ſic in ſecreto) donec publice pœnitentiam agant. aut parochus ab ipſis facta ſibi facultate publice denuntiet iam eos pœnitere, & confeſſos eſſe, aut ex ipſorum bona conuerſatione, aut alio legitimo modo de vitæ emendatione conſtet, vt qui ipſorum prauis exemplis offenſi fuere, eorundem emẽdatione ædificentur, iuxta S. Bonauent. & Paludanum [m] & nos. [n]

56 Notoriũ appellamus, quod eſt manifeſtum eſt p ſententiã, vel per confeſſionem in iure, vel euidentiam rei, quæ nulla tergiuerſatione celari poteſt, [o] & non aliud, licet duobus, tribus, aut pluribus teſtibus probari poſſit, vt [p] late tradit Antoninus receptus a Panor. & alijs.

Dixi, *quod in confeſſione audiuit*: quia ſi alio modo extra eam intellexit, licet denegare publice non poſſit illam tali tempore petenti, poteſt tamen eam ſecrete denegare ſecrete petenti, quamuis debito tempore petat, quia nec detrahit nec detegit peccatum occultum, nec reuelat confeſſionem ſibi factam.

Dixi, *tempore quo iure, &c.* quia in alio non ſolum non poteſt denegare, ſed etiã debet, cum nec ipſe ad prebendum, nec ille ad petendum teneatur, iuxta ſententiam prædictorum. [q]

57 Vndecimo peccat, qui pater, tutor, curator, aut herus, negligit notabiliter procurare vt ſui liberi, pupilli, minores, aut famuli domi ſuę viuentes, & ad communionem obligati communicent tempore debito, maxime ſi ſciat, aut ſcire debeat illos non communicaturos, niſi a ſe moneantur. [r]

Diximus, *ad id obligati*: quia ſecus eſt de alijs, quales ſunt pueri, qui ſecũdum honeſtam conſuetudinem aliquanto tardius communicant, quam confiteantur

[a] *Ca. liquido &c. ſacra. cum eis ad not. de conſecrat. diſt.*

[b] *In d. c. liquido.*

[c] *Per capi. ſi cõſtiterit. de accuſat.*

[d] *2. part. q. 80. artic. 8. ad 5.*

[e] *cap. ſufficit, de conſecrat. diſt. 1. c. conſuluiſti de celeb. miſſ.*

[f] *23. diſt.*

[g] *Verb. ſacerdos, §. 4*

[h] *Verb. ſacerdos, q. 4.*

[i] *In c. comperimus, de conſec. di. 2*

[k] *Seſſ. 21. c. non. 2.*

[l] *In c. ſacerdos, de pœ. diſt. 6. n. 84 & ſup. c. 8.*

[m] *In 4. diſ. 9. q. 4. col. 3. & 4.*

[n] *In c. 1. in princ. nu. 9 & ſeq. et in c. ſacerdos, nu. 63. & 101. de Pœnit. diſ. 6.*

[o] *cap. fi. de cohab. cleri. & mul. et c. fi. iuncta gl. de tẽp. ord.*

[p] *In ca. veſtra de cohab. cler.*

[q] *vbi ſupra & quæ ſup. diximus.*

[r] *Arg. cap. duo 23. q. 4*

ob reuerentiam tanti ſacramenti, illa enim conſuetudo præceptum, [a] quo ad hoc limitat, aut certe declarat, quin dici etiam poteſt eandem declaraſſe præceptum diuinum, de communicando, iuxta illud. [b] *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in uobis, &c.* vt nec in articulo mortis teneantur communicare vſque ad ætatem, in qua ſani tenerentur, quamquam meo conſilio tunc communicarent, niſi valde puerili iudicio eſſent, quin etiam cum prædicto Cardin. addimus, prædictos, qui aliena cura gubernantur, & eorum monitionem exſpectant, non peccare, do nec moneantur, quamuis eorum curam gerentes tardius æquo monendo peccant, qui ſi dubitauerint, conſulere debent, eorum confeſſarios, & eorum conſilium ſequi.

58 Duodecimo peccat, qui laicus, vel clericus non celebrando, communicat ſub vtraque ſpecie, [c] & melius Concil. Trid. [d] damnat eum, qui dixerit Chriſti fideles præcepto diuino teneri ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramẽtum ſub vtraque ſpecie panis, & vini ſumendum, & [e] hæreticum eſſe, qui dixerit, Eccleſiam erraſſe ſtatuendo, vt laici & clerici non conficientes ſacramentum ſub ſpecie tantum panis communicent, & [f] definit, hæreticum eſſe, qui dixerit totum, & integrum Chriſtum ſub vna tantum ſpecie non ſumi, & [g] damnat eos, qui aſſerunt paruulos vſu rationis carentes ad hanc ſanctam communionem obligari.

59 Decimotertio peccat monachus S. Benedicti, qui non communicat ſemel in menſe, [h] & monialis cuiuſuis ordinis, quæ idem non fecerit, [i] quotidie autem communicare, vel celebrare procul dubio de ſe licitum eſt, & melius eſt quam contrarium, quamuis aliqua circumſtantia fieri poſſit, vt hoc ſit melius illo per accidens, iuxta mentem S. Auguſtini, [k] & affirmat S. Thomas, [l] quare qui experitur per quotidianam celebrationem, aut communionem, deuotionis feruorem in ſe erga Deum augeri, & reuerentiam erga ſanctum Sacramentum nõ minui, faciat hoc quotidie, ſin minus, abſtineat aliquando, quo deuotius atque religioſius id faciat, iuxta eundem S. Thomam: [m] adde, quod olim omnes, qui intererãt miſſæ, communicabant, [n] & poſtea etiam laici ſaltem ter, ſcilicet in Paſcha; Pentecoſte, Nataliq; Domini, [o] & diuus Auguſt. omnes ad communicandum, ſaltem ſingulis dominicis cohortatur, [p] certe honorabiliores viri & fœminæ, ſaltem quater, ſcilicet tribus prædictis diebus, & in feſto omnium Sanctorum id facere ad honeſtatẽ deberent, & horum religioſiores ſingulis menſibus inſtar monachorum, & monialium prædictarum, quamquam ad ſatisfaciendum huic præcepto, ſufficit regulariter ſemel in tẽpore Paſchali communicare. [q] An autem ſacramentum Euchariſtiæ ſit dandum damnato ad mortem? dicetur infra. [r]

DE SEPTEM SACRAMENTIS Eccleſiæ in genere. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum quid, & ut gratiam ex opere operato confert.*
2 *Sacramenta ſepetem, tria non iterabilia, quatuor autem ſic.*
2 *Sacramenta circa ſeptem vndecim errores Trideti damnati.*
2 *Sacramentis alia ſunt de eſſentia corũ alia de præcepto.*
3 *Sacramento non credens, vt debet, ea dans, aut ſumens in mortali peccat.*
4 *Sacramenta ſumens ab excommunicato, &c. & dans, vel ſumens in mortali, & inuitans malũ ad dandũ & inhonorãs ea verbo, aut facto, vt peccat.*

DIcturus de Sacramentis ſola confeſſarijs, & pœnitẽtibus neceſſaria, præmitto primo, quod verbum, Sacramentum, primo ſignificat ſecretum, iuxta illud: [s] *Sacramentum regis abſcondere bonum eſt.* Secundo, iuramentum, [t] Tertio, ſignum rei ſacræ, vt accipitur in hac materia. Sed quia duplex eſt ſignũ, vnum φ tantum ſignificat. [u] Alterum vero, φ ſignificat, & facit rem ſignificatam, quomodo acceptum, varie definitur a Magiſt. & alijs, [x] a Ioann. Andr. & alijs, [y] breuiſſime vero definiri poteſt, ex mente Auguſt. [z] vt ibi diximus, quod

[a] *Prædicti c. omnis de pœnit. & remiſſ.*
[b] *Ioann. 6.*
[c] *Vt ſentit gl. 2. c. com perimus, de conſec. di. 2 d Seſ. 21. & in c. 1. & in canon. 1.*
[d] *e cap. 2. & canon. 2.*
[e] *f In cap. 3. canon. 3.*
[f] *g In cap. 4. & cano. 4.*
[g] *h Clem. ne in agro. §. ſane de ſta tu monach. i Conc. Tri. ſeſ. 25. c. 10. de regul.*
[h] *k In c. quotidie, de cõſecr. diſt. 2. l In 3. par. q. 50. argu. 10. & in 4. diſt. 12.*
[i] *m In 4. lib. ſen. diſ. 11.*
[j] *n Cap. per-tract. de cõſecra d ſ. 5.*
[k] *o cap. & ſi non frequẽtius. ea. diſ.*
[l] *p In d. ca.*
[m] *q Per d. ca. omnis.*
[n] *r cap. 25. nu. 23.*
[o] *s Tob. 12.*
[p] *t Authent. ſacramẽta puberũ, C. ſi aduerſus uendi. u ca. ſignũ de conſecr. diſt. 2.*
[q] *x In 4. lib. ſent. diſt. 1.*
[r] *y In rub. de Sacramen.*
[s] *z In c. ſacrificiũ, de conſe. di. 2.*

quod est signum sacræ rei. Dixi, *signum*, pro genere, quia omne Sacramentū est signum, non contra omne signum Sacramentum. Dixi item, *signum*, intelligendo de sensibili, quia quodlibet verum Sacramentum est aliquo quinque sensuū sensibile ex mente Augustini, [a] intelligendo item de signo efficaci seu effectiuo, quia quodlibet illorum efficit, saltē instrumentaliter, gratiam, quam significat secundum S. Thomam, [b] licet Scot[c], & alij sequaces aliter dicant, pro S. Tho. tamen vrget Conc. Trident. [d] Dixi, *rei sacræ*, ad differentiam aliorum signorum alia significantium, & operantium, qualia sunt signa Zodiaci. Intelligendo itē, per rem sacram, gratiam Dei sacram, & sanctificantem, quam quodlibet Sacramentum significat & producit. Cui definitioni consonat illa Augustini, *Inuisibilis gratiæ uisibilis forma*, [d] cum illa additione Magist. [e] *Cuius similitudinem gerit, & causa exsistit*: quia perinde est, ac si diceret Signum visibile, siue sensibile effectiuum rei sacræ, quæ est gratia inuisibilis: nam dicere, quod Sacramentum est visibilis forma, est dicere, quod est signū visibile, seu sensibile, & dicere, quod gerit similitudinem gratiæ, est dicere, qđ per quandam similitudinem significat illam, & dicere, cuius causa exsistit, est dicere, quod efficit eam. Itaq; interrogatus, quid est Sacramentum? breuiter, & secure respondere potest, *quod est rei sacræ signum* (intelligendo per rem sacram gratiam, & per signum, signum sensibile aliquo quinque sensuum) *efficiens instrumentaliter gratiam, quam significat*: Dixi, *instrumentaliter*: quia solus Deus potest creare principaliter gratiam, iuxta S. Thomam per omnes receptum, [f] & ideo ipse solus instituere Sacramentum, vt definit Conc. Trid. mox referendum. Itaque Sacramenta ab alijs operibus differunt in eo, quod ipsa conferunt gratiā ex opere operato, vt habet prædictum Conc. [g] alia vero tantum ex opere operantis, hoc est, vnumquodque Sacramentum per virtutem, & institutionem diuinam, aliquam determinatam a Deo gratiam in anima suscipientis, etiam iudicij expertis, & nec mereri, nec peccare valentis, instrumentaliter producit, modo mortalis peccati obicem non ponat, & ita omnibus parem gratiam Sacramētalem conferunt: quamuis præter illam Deus illud suscipienti aliam maiorem, vel minorem gratiam pro maiori, vel minori merito, & effectu suscipientis conferat.

2 Secundo præsupponimus, quod septem sunt Sacramenta nouæ legis, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Matrimonium, & Ordo, iuxta glossam singularem [h] & doctrinam communem, [i] probatam pridem per Conc. Floren. & nuper per Trident. [k] quorum tria iterari nequeunt, id est, nec dari, neq; prodesse possunt, nisi semel, scilicet Baptismus, Confirmatio, Ordo: alia vero quatuor sic.

Tertio præsupponimus, quod Conc. [l] declarauit hæreticum dicere esse plura, aut pauciora, quam septem nouæ legis Sacramenta, aut aliquod eorum non esse proprie Sacramentum, [m] aut a Sacramētis antiquæ legis non nisi ceremonijs differre, [n] aut nullum eorum aliqua ratione esse alio dignius, [o] aut non esse omnia necessaria, sed aliquod eorum superfluū, quamuis omnia singulis necessaria; non sint, p aut solum significare, & non continere gratiam, aut eam rite accipientib⁹ non semper ex eo opere operato conferre, [q] aut quod horum tria, scilicet, Baptismus, Cōfirmatio, & Ordo non in primāt characterem in anima, & signum quoddam indelebile, propter quod ea iterari non possunt, [r] aut ab omnibus Christianis administrari omnibus posse, [s] aut non requiri in conficiendis Sacramentis intentionem, saltem faciendi, quod facit Ecclesia, [t] aut quod peccato mortali ministri Sacramenti confectio, aut collatio fiat nulla, [u] aut ritus Ecclesiæ omitti, aut mutari per quemlibet prælatum posse⁹. [x]

Quarto præsupponimus, quod quodlibet Sacramentum constat duobus. Quorum alterum est velut materia substantialis. Alterum velut forma substantialis, quæ sunt de essentia, & necessitate Sacramenti, sine quibus omnino est nullum. Requirit etiam alia, quæ sunt de necessitate præcepti, non autem de necessitate Sacramenti, ideſt, quod peccatur conficiendo sine illis, sed Sacramētum est validū, vt in Baptismo aqua est materia

a In cap. de trah. 1. q. 1. & melius ī d. c. sacrificium ibi, uisibilis form.
b 3. part. q. 62. art. 1.
c Canon. 8. sess. 7.
d Relata in d. c. sacrificium.
e In 4. libr. sent. dist. 1.
f 2. 2. q. 1. art. 8.
g Canon 8.
h Capit. ueniens, de trā sact.
i In 4. dist. 1 & in di. ru. de sacram. non iteran.
k Sess. 7. ca non. 1.
l Trid. sess. 7. canon. 7.
m Ibidem.
n Canon. 2.
o Canon 3.
p Canon 4
q Can. 5. 6. 7. & 8.
r Canon 6.
s Canō 10.
t Canō 11.
u Canō 12
x Canō 13

materia ſubſtantialis, & inuocatio ſanctiſſimæ Trinitatis forma ſubſtantialis, ſine quibus nil valet, verba vero illa, Ego, & *Amen*, in forma poſita, ſunt tantum de neceſſitate præcepti, id eſt, peccatur baptizando ſine illis, ſed baptiſmus valet. [a]

a ca. 1. cum ei adnot. de baptiſm.

3 Circa vero prefata ſacramenta in genere peccat mortaliter primo, qui credit aliquid ex damnatis per prædictum Conc. Trid. ſciens vel debens ſcire id eſſe damnatum, & eſt hæreticus, [b] & excõmunicatus, ſi verbo, vel ſcripto id expreſſit, per bullam cœnæ Domini, de qua infra. [c]

b Per ca. ad abolendam de hæret. & per prædict. 13. canon.

c cap. 27. n. 56.

Secundo peccat, qui credens, vel credere debens ſe reum mortalis culpæ, miniſtrat, ſaltẽ ſoléniter, aliquod ſacramẽtum, uel ſuſcipit, niſi ita ſe credat attritum, quod adiuncto calore ſacramenti, fiat contritus, vt diximus latius, [d] quam uis Baptiſmus minorem attritionem, q̃ alia requirit, per dicta ſupra. [e] Nec excuſatur, vt quidam putant ſubita miniſtrandi, aut accipiendi ſacramenti neceſſitate, veluti ſi mortifero vulnere ictus baptiſmum a ſacerdote imperato depoſcit, quia quamuis hoc aliquem prætextum habere poſſit iuxta opinionem eorum, qui dicunt cuiq; peccato mortali proprium dolorem eſſe adhibendum, q̃ vno momento fieri non poteſt, nullo tamen prætextu nititur, veram ſequendo opinionem, quam tenuimus, [f] ſcilicet ſufficere generalem quemdam, qui omnia comprehendat, quod puncto temporis p̃ ſtari poteſt.

d In gl. ſ ũma de pan. diſt. 5. n. 33 per c. illud, 65. diſt. ca. per Eſai. 1. q. 1. ibi, Tale & ibi. Omnia ſacramenta. ecap. 1. nu. 36.

f Sup. ca. 1. nu. 24.

Quare ſacerdos adminiſtraturus ſacramentum aliquod quantumlibet imparatus inueniatur, debitam de omnibus ſuis peccatis mortalibus contritionem habere poteſt, vel attritionem, qua ſe probabiliter contritum eſſe credat. Et quamuis ad alia ſacramenta hoc ſatis ſit, ad celebrationem tamen aut cõmunionem præter contritionem confeſſio actualis peccati requiritur, ut ſupra dictum eſt. [g]

g ca. 21. nume. 49.

4 Tertio peccat, qui ſuſcipit aliquod ſacramentum a ſacerdote excommunicato, interdicto, aut ab eius adminiſtratione ſuſpenſo, & denuntiato pro tali, vel a notorio concubinario, excepto Baptiſmo & communione tempore neceſſitatis. Quis autem ſit concubinarius notorius dictum eſt ſupra. [h]

h capit. 16. nu. 23.

Quarto peccat, qui citra neceſſitatẽ inuitat ad ſacrificandum, aut ad dandũ alteri ſacramentum, quem probabiliter credit exiſtere in peccato mortali occulto, aut publico, & ſine debita de eo pœnitentia illud facturum, ita ut ſit cauſa, cur id faciat, alias, non facturus, vt ſupra dictum eſt. [i]

i ca. 11. nu. 12. & ſeq.

Quinto, qui verbo, aut facto notabilem irreuerentiam alicui ſacramento facit ſecundum S. Thom. [k]

k 2. 2. q. 99 art. 3.

DE SACRAMENTO Baptiſmi.

5 *Baptiſmus quid, quotuplex, & quæ illi ſubſtantialia.*
6 *Baptiſmi errores Tridenti damnati.*
6 *Baptiſmum miniſtrans, vel ſuſcipiens in mortali peccat.*
6 *Obſtetrix ignorans formam baptizandi peccat.*
7 *Baptiſmus a quocumq; collatus ualet.*
7 *Baptiſmus ſine concurſu materiæ, formæ, & intentionis non ualet.*
7 *Baptizans chriſmate ueteri, vel nõ ſubditum, vt peccat.*

SAcramentum Baptiſmi eſt ſacramentũ aquæ naturalis, qua unus ab alio in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti cum debita intentione abluitur. Dixi, *Sacramẽtum.* pro genere, reliqua pro differentia, & A quæ naturalis, ad ſignificandum, qđ hæc eſt eius eſſentialis materia, nec ſufficit alia aqua artificialis, vt roſacea, ſecundum omnes, [l] quod definiuit Concil. Triden. [m] Dixi, *Qua unus ab alio abluitur*, quia nemo a ſeipſo baptizari poteſt. [n] Dixi, *In nomine Patris, &c.* quia inuocatio expreſſa totius ſanctiſſimæ Trinitatis eſt de neceſſitate huius ſacramẽti. [o] Vnde forma Baptiſmi in Eccleſia Romana eſt hæc: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen.* [p] quamquam illa verba *Ego*, & *Amen*. non ſunt de eſſentia ſacramenti, ſed de neceſſitate præcepti. [q] An autem contraueniat ſubſtantiæ, vel tm̃ p̃cepto, qui baptizat, ſolũ dicens: *in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis*, aut Chriſti, tangit gloſſ. [r] & late tractamus. [s] Quo fit, ut

l In 4. libr. ſent. diſt. 3. m Seſſ. 7. ca non 2. n ca. debitũ de Baptiſ. o ca multi. de conſecr. diſt. 4. p cap. 1. de Baptiſ. q Vbi declaratur ſupa nu. 2. r In d. cap. multi. s In repet. c. a quodam. ead. diſt.

ſolus

ſolus Baptiſmus aquæ, ſit proprie Baptiſmus, ſanguinis autem, qui fit per martyrium, & flaminis, qui per pœnitentiam ſine copia baptizandi ſolum metaphoricos. [a]

6 Porro Concilium Tridentin. [b] damnauit eum, qui dixerit baptiſmum Ioan. fuiſſe tantæ virtutis, quantæ Chriſti. [c] Aut aquam naturalem nō eſſe neceſſariam. [d] Aut quod Eccleſia Romana nō doceat veram Baptiſmi doctrinam. [e] Aut non valere, qui miniſtratur per infidelem, etiam cum intentione faciendi, quod prætendit Eccleſia. [f] Aut non eſſe ad ſalutem neceſſarium. [g] Aut non poſſe baptizatum amittere gratiam, ſi vult credere. h Aut non obligari ad vllam aliam legem, quam credendi. [i] Aut quod per eum tollūtur vota poſt ipſum emiſſa. [k] Aut per memoriam eius condonari, vel venialia fieri peccata poſt eū admiſſa. [l] Aut eſſe baptizandum apoſtatam ad fidem reuerſum. [m] Aut neminem baptizandum ante ætatem, qua Chriſtus fuit baptizatus. Aut paruulos non eſſe baptizandos: vel poſtquam adoleuerint eſſe rebaptizandos. [n]

Interrogatus autem Romæ de vltimis finibus Hiſpaniæ, An infans, qui baptizatus ſine ſolemnitate moritur, antequam illa ſuppleatur, poſſit in loco ſacro ſepeliri? Reſpondi non ſolum poſſe, ſed debere. Tum quia Hoſtien. [o] affirmat puerum extractum de ventre matris ſepeliendum eſſe in loco ſacro. Tū quia ſtandum eſt regulæ, niſi probetur exceptio, [p] regula eſt, quod omnis Chriſtianus debet in loco ſacro ſepeliri: & cōſtat huiuſmodi puerum eſſe Chriſtianū charactere chriſtianiſmi inſignitū, [q] & nullo iure ſpeciali prohibetur.

Ad aliam item quæſtionem, An debeat ſepeliri cum ſolemnitate crucis, & luminarium inſtar aliorum infantium baptizatorum ſolemniter? Reſpondeo affirmatiue, ea ratione inſolubili, quod is tam Chriſtianus eſt, quam illi, & tantū gratiæ ſacramētalis habet ac illi, per dicta ſupra, [r] quia exorciſmus & alia, quæ fiunt in baptiſmo ſolenni, non ſunt de neceſſitate ſacramenti, ſed ſolum p̄cepti, ſecundum omnes.

Circa baptiſmum peccat mortaliter primo, qui credit aliquid de prædictis 13. damnatis per prædictum Concil. Tridentin. credens, vel credere debens, ea eſſe damnata, & eſt hæreticus imo & excommunicatus, ſi verbo, vel ſcripto id expreſſit per prædictam bullam cœnæ Domini.

Secundo, qui baptizat, aut permittit ſe baptizari bis, & eſt irregularis, [s] de qua latius infra. [t]

Tertio, qui eſt in cauſa, aut in notabili culpa, vt aliquis ſine Baptiſmo moriatur, aut renuit dare Baptiſmum petenti in articulo mortis: cum nullus eo aptior ipſum baptizare velit. [u]

Quarto, qui baptizat in peccato mortali, aut baptizatur impœnitens, per dicta ſupra. [x]

Quinto, quæ obſtetricis officio fungens, debitam baptizandi formam ignorat, Paludanus [y] & S. Anton. [z]

7 Sexto, peccat, qui cum non ſit presbyter, baptizat abſque neceſſitate, [a] imo & presbyter, qui baptizat citra neceſſitatem ſine exorciſmo, & alijs ſolemnitatibus debitis, vel cum illis extra Eccleſiam, præterquam principum filios. [b] Et clericus qui coram presbytero baptizat ſolemniter eſt irregularis. [c] Non eſt autem neceſſitas recens infantis natiuitas, vt nonnulli male putant, qui infantes recens natos ſine ſolemnitate baptizari faciunt grauiter peccantes. Verum eſt tamen quod Baptiſmus collatus a quocunque, ſiue mare ſiue fœmina, ſiue fideli, ſiue infideli cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia, valet, [d] etiam ſi baptizans eum pro ludicro habeat, iuxta Innocen. [e] Peccat autem laicus, qui (etiam in neceſſitate) baptizat, præſente clerico, & clericus minor præſente presbytero, & mulier præſente viro, & infidelis præſente fideli, niſi aptior ſit excommunicatus aut alio modo impeditus, iuxta communem. [f]

Septimo peccat, qui baptizat ſine forma & materia eſſentiali Baptiſmi ſupra poſitis, aut ſine intentione actuali, aut virtuali faciendi, quod Eccleſia præten dit, nec quidquā talis Baptiſmus valet, & iterandus eſt, iuxta notata per Innoc. & omnes. [g] Et idem de eo, qui durante prolatione verborum ſubſtantialium Baptiſmi, non tingit aqua, ſed ſolum ante, vel poſt illam, [h] vbi hoc ſentit Cardin. S. Xiſti, & S. Thom. [i] vbi id ſatis exprimit

[a] Iuxt. ca. baptiſmi de conſecr. d. 4 & ca. debitum de Baptiſm. & S. Tho. 3. par. q. 66. ar. 11

[b] In d. ſeſſ. 7. per 14. ca non. ſup. Baptiſmo confectos.

[c] Cano. 1.

[d] Cano. 2.

[e] Canon. 3.

[f] Canon. 4.

[g] Canon. 5

[h] Canon. 6

[i] Canon. 7. & 8.

[k] Canon. 9

[l] Cano. 10.

[m] Cano. 11

[n] Cano. 13 & 14.

[o] In ſūma de conſe. cc cleſ. §. et an ſit.

[p] l. 1. ff. de reg. iur. & glo. in l. oīs definitio, eo dē tit. & in rubr. eod. ti. lib. 6.

[q] Per capit. quemadmodū, 23. q. 6.

[r] Eo. nu. 2.

[s] ca. qui his & c. eos, de conſe. diſ. 4.

[t] ca. 27 nu. 246.

[u] dic. c. qui cumque & arg. c. paſce 86. d.

[x] Eo. c. nu. 2.

[y] In 4. lib. ſent. diſt. 5. q. 2.

[z] 3. par. ti. 14. cap. 13.

[a] Dict. cap. conſtat.

[b] clemē. 1. de baptiſ.

[c] cap. 1. de cler. nō ord. miniſt.

[d] c. quicunque c. a quodam, c. conſtat, c. mulier, de conſecr. diſt. 4.

[e] In d. c. de bitum.

[f] In dict. c.

[g] In di. c. 1. de Baptiſ.

[h] ca. detrahe. 1. q. 1.

[i] 3. par. qu. 60. ar. 6. & q. 66. art. 8.

exprimit Caiet. & magis Ioann. Maior. [a] quin & gloſſa [b] dixit: oportere ablutionem concurrere cum verbis, in vltimo inſtanti prolationis eorum, quod tamen non eſt verum, per rationes Caiet. [c]

Octauo peccat, qui vngit baptizatem chriſmate præcedentis anni citra caſum neceſſitatis. [d] Idem de illo, qui abſque iuſta neceſſitate baptizat altetius parochianum, ſine facultate ſui parochi, vel Epiſcopi, aut eius Vicarij. [e] Non tamen ipſo facto eſt excommunicatus, quamuis ſit religioſus, ſicut foret ob adminiſtrationem aliquorum aliorum ſacramentorum, [f] de quo infra. [g] Adde, quod ad hoc, vt aliquis ſit vere baptizatus ſufficit, quod quantulacumque pars eius tangatur aqua quamlibet modica, [h] cuius ratio tam pulchre redditur a S. Tho. [i] Et diximus nos. [i] Quo fit, vt rectè faciant illi, qui cum difficile mulier parit infantem, & timetur de eius morte, antequam totus exeat, procurat baptizare illum fundendo aquam in partem quam iam peperit, & apparet foris.

DE SACRAMENTO Confirmationis.

8 *Confirmatio quid, & quod eſt vere & proprie ſacramentum.*

8 *Cõfirmationis miniſter ordinarius Epiſcopus, & quando presbyter.*

9 *Confirmando ſic, vel ſic, peccat Epus.*

9 *Confirmans exiſtens in mortali peccato, vel omittens ob contemptum, vt peccat.*

9 *Confirmatio Patrinum requirit, & ordinem præcedit.*

COnfirmatio alias vocatur manus impoſitio, [l] & ex mente Magiſtri, & omnium, [m] & vtriuſquæ Thomæ, [n] & noſtrorum, [o] definiri poteſt eſſe *ſacramentum Vnctionis chriſmatis conſecrati, quo Epiſcopus frontem baptizati inungit ſub certa verborum forma.*

Dixi, *Sacramentum* pro genere, reliqua pro differentia. Dixi, *Chriſmatis*, ad deſignandum materiam eius, quæ eſt chriſma, quod conficitur ex oleo & balſamo. [p] Balſamum autem non eſt de neceſſitate ſacramenti, quod efficaciter probat Caietanus, [q] eſt tamen de neceſſitate præcepti. [r] Dixi, *Conſecrati*, quia licet benedictio, vel conſecratio aquæ non ſit de neceſſitate ſacramenti Baptiſmi, conſecratio tamen chriſmatis, vel olei eſt de neceſſitate ſacramenti Cõfirmationis, per rationem S. Thomæ recepti. [s] Dixi, *Epiſcopus*, ad deſignandum miniſtrum qui neceſſario debet eſſe Epiſcopus. [t] Quamuis ex diſpenſatione Apoſtolica poſſit eſſe presbyter, de qua intelligendum eſt capit. peruenit, [u] vt paucis multa reſoluens definit Caieta. [x] Dixi, *Frontem*, ad differentiam Baptiſmi, in quo vertex capitis inungitur. [y] Cuius diuerſitatis ratio adducitur a ſancto Thoma. [z] Dixi, *Baptizati*, quia character confirmationis de neceſſitate præſupponit characterem Baptiſmi. [a] Ille enim eſt ianua omnium ſacramentorum. [b] S. Thomas receptus. [c] Dixi, *Certa, &c.* ad deſignandum formã eius, quæ eſt, *Conſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen.* Cum cuius formæ prolatione debet concurrere vnctio. [d] Cuius conuenientiã aſſignat S. Thom. [e] hoc enim ſacramento baptizatus fit miles Chriſti, ad conſtanter cõfitendum eum, & fortiter pugnandum contra eius inimicos, [f] & ita ſignatur cruce, quæ eſt ſignum Ducis. Quorum omnium bona pars confirmatur a Conc. Trid. quod 8 declarat hæreticum, qui dixerit, Confirmationem non eſſe verũ ſacramentum, aut nullam ei virtutẽ ineſſe, aut eius ordinarium miniſtrum non eſſe ſolum Epiſcopum, vbi ponderãdum eſt quod ait ordinarium, ſignificans poſſe eſſe delegatum diſpenſatione Apoſtolica, vt prædictum eſt.

9 Circa hoc ſacramentum peccat **mortaliter**. Primo, qui non exiſtens Epiſcopus, miniſtrat illud, vel exiſtens Epiſcopus vngit oleo non conſecrato, vel non confecto ex Balſamo, vel non ſeruata prę dicta forma per ſupradicta. [h]

Secundo, qui ſuſcipit illum credens, vel credere debens, ſe mortalis culpæ reum eſſe, per dicta ſupra. [i]

Tertio, qui per contemptum non curat ſe, ſuamque familiam confirmari. [k] Dixi, *Per contemptum*, quia ſola negligentia tantum eſſet venialis cum non videatur vlli præcepto contraria, vt ait Scotus.

a *In 4.d.2 q.2.arg.4.*
b *Dic. cap. detrahe.*
c *To.1.Opuſculor.Tra. 18.q.de collatione ordinum.*
d *Cap.ſi quis deo. eo.de cõſec. diſt. 4. cap quoniã, de ſent.excõ. lib.6.*
e *Cã. inter diximus, 16.q.1.*
f *Clemẽ.i. de priuil.*
g *Cap. 27. nu.101. & ſeq.*
h *Arg.c.nequaquã, de conſec.di.4*
i *3.p.q.66. ar.7.& 68. ar.11.& in 4.d.6.ar.1. q.i.*
k *In c.vul. nu.3.de pœnit.diſt.1.*
l *cap.2.§.p fronti, de ſacr.unct.*
m *In 4.lib. ſent.diſt.7.*
n *3 p.q.72.*
o *In rub.de ſacram.non iteran.*
p *Dic.ca.1. de ſac.unc.*
q *Super S. Tho.in d.q. 72.per c.1. de ſacr.non iteran.*
r *Cap.1.de ſacr.unct.*
s *Vbi ſup. art.3.*
t *Ca.quãto de conſuet. & cõmunis vbi ſupra.*
u *95.diſt.*
x *Vbi ſup. art.8.*
y *Di.c.1.de ſacr.unct.*
z *Vbi ſupr. art.6.*
a *Cã.nouiſſime de conſecr. diſt.5.*
b *C.nemẽs, de presbyt. non baptiſ.*
c *ubi ſup. art.6.*
d *Vt ſup.eo. nu.7. eſt diũ de bap.*
e *Ibid.ar.4.*
f *Cap.1. de conſe.diſ.1.*
g *Seſſ.7. de confirmat. trib.Canon.*
h *Eod.n.6.*
i *Arg.ca.1. de conſecr. diſt.5.*

tus. [a] Contemnere autem videtur, qui potens sumere commode omittit, secundum Paludanum, [b] quod verum est, quo ad præsumptionem fori exterioris, quæ in interiori cessat, [c] in quo ille vere contemnit, qui ideo principaliter omittit, quod parui facit, per ea, quæ dicit S. Thomas, [d] ubi id pulchre explicat Cajetanus & Archidiaconus, [e] quem sequitur Dominicus. [f]

Quarto peccat, qui patitur se sine patrino confirmari, credens, aut credere debens, quod licet hoc non sit de substantia sacramenti, est tamen de præcepto.

Quinto peccat, qui non se facit confirmari ante omnem ordinationem. [g] Conc. Triden. de reform. nullam tamen per hoc censuram incurri, aliquoties respondi. Tum quia eius omissionis negligentia non est mortalis, vt dictum est. Tum quia nullo iure id cauetur, nã nec prædictum Concilium addit aliam pœnam, quam quod non admittatur quis, etiam ad primam tonsuram ante confirmationem. Tum quia, licet character ordinis de necessitate sacramenti requirat characterem Baptismi, non tamen requirit characterẽ Confirmationis. Quin opinamur cum Soto, [h] peccare quidem, sed non mortaliter, suscipientem vel ministrantem, etiam scienter ordinem ante confirmationem, modo id sine contemptu fiat.

DE SACRAMENTO Eucharistiæ.

10 *Eucharistiæ sacramentum polyonymũ & quid.*

10 *Eucharistiæ circa sacramentum errores.*

10 *Communio, quod non requirat confessionem, disputare malum.*

SAcramentum hoc Eucharistiæ polyonymum, siue multinomium est. Vocatur enim Græce Eucharistia, hoc est, bona gratia, quia vt Magister ait, [i] Iesum Christum, qui est omnis gratiæ fons, & origo, continet: Hostia item, Sacrificiũ, Communio, Sacramentum altaris, & viaticum, ob eas rationes, quas reddit Sanc, Thomas, [k] & paulo latius nos reddimus. [l] Definiri autem potest ex mente Magistri, & S. Thom & aliorum omnium, [m] esse sacramentum, *quod sub specie panis & vini, vel alterius eorum, uerũ & corpus & sanguinem Iesu Christi continet.* Dixi, *Sacramentum* pro genere, reliqua pro differentia. In quibus aduertendum, quod vno eodemque modo exsistunt corpus & sanguis sub vtraque specie, sanguis enim vtrobique exsistit intra eius glorioſi corporis venas, & vtrobique corpus sic continens eũ, quam uis sub specie panis continetur corpus virtute verborum sacramenti, & sanguis per concomitantiam eius, & contra, sub specie vini continetur sanguis, virtute verborum sacramenti, & corpus per concomitantiam, secundum S. Thomam receptum. [n]

Circa materiam huius sacramẽti peccat mortaliter primo, qui non credit definita Tridenti vndecim canonibus a Conc. [o] credens, aut credere debens, ea esse definita ab Ecclesia, & prædicto concilio, & si verbo vel scripto id exprimit, est excommunicatus per prædictam bullam cœnæ. Definiuit autem concilium, hæreticum esse dicere verũ Christi corpus, & sanguinem eius non cõtineri realiter in hoc sacramento, vnita eius diuinitati, sed solum in signo & figura. [p] Aut aliquid substantiæ panis, aut vini, remanere in eo post consecrationem, licet eorum accidentia maneant. [q] Aut sub qualibet specie, tam vini, quam panis, & qualibet parte separata ab alia, non contineri totum corpus Christi. [r] Aut licet quando ministratur, aut sumitur sit in eo, non tamen esse ibi post, nec ante sumptionem, nec in reliquijs eius. [s] Aut principalem eius fructum esse peccatorum condonationẽ. [t] Aut non esse adorandũ Latria, siue debita Deo adoratione, dum est in sacramento. Aut non esse faciendum peculiare illius festum, neque deferendum in supplicationibus, siue processionibus, neque populo proponendum adorandum. [u] Aut non licere seruare illud in sacrario, neque deferre ad infirmos. [x] Aut in communione non sumi realiter Christum totum. [y] Aut Christianos etiam discretos, non teneri communicare semel in anno. [z] Aut presbyterum non posse seipsum communicare.

Aut

[a] *In dicta dist.*
[b] *In dicta dist. 7.*
[c] *ca. tua de sponsa.*
[d] *2.2. quæ. 186. art. 9.*
[e] *In c. quicunq; 81. dist.*
[f] *Inca. nullus. 55. dis.*
[g] *cap. 4. sess. 23.*
[h] *In d. dist. 24. q. 1. ar. 4 sub fin.*
[i] *In 4. libr. sent. dist. 8.*
[k] *In 3. part. q. 73. art. 4*
[l] *In addit. c. quando, de consecr.*
[d] *1. n. 131.*
[m] *Vbi supr.*
[n] *In 3. par. q. 76. art. 1. & 2.*
[o] *Sess. 13.*
[p] *Canon 1.*
[q] *Canon 2.*
[r] *Canon 3.*
[s] *Canon 4.*
[t] *Canon 5.*
[u] *Canõ 6.*
[x] *Canon 7*
[y] *Canon 8*
[z] *Canon 9.*

a Canõ 10 b Canõ 11. [a] Aut solam fidem sufficere ad bene cõ-municandum. [b]

Secundo peccat,& est excommunicatus,qui etiam disputando defendit opinionem habentem , licere contrito ante actualem confessionem mortalis culpæ communicare. [c]

c Præfato Canon 11.

DE SACRAMENTO Pœnitentiæ.

11 *Pœnitentia quid,& quot,& quæ partes eius .*

11 *Pœnitentiæ circa sacramentum multa definita Tridenti.*

11 *Pœnitentiam in mortali sumens,uel ab eo qui est in illo,ut peccat.*

POenitere quid sit & an vox pœnitentia sit Latina,& quod pœnitentia est duplex,virtus,& sacramentum,&alia iis annexa,præmilla sunt supra, [d] & ex mẽte ibi citatorum,sacramentum pœnitentiæ est *sacramentum absolutionis, quo sacerdos sibi subditum , & confitentem legitime sua peccata,cum iusto dolore,& proposito satisfaciendi absoluit ab eis* . Dixi, *Sacramentum*,pro genere,reliqua vero pro differentia,quæ tangunt tres partes integrales eius, scilicet Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem , quæ sunt quædam eius materia , de quibus est dictum,[e] generatim,& [f] singulatim.

d In prælu. 10.

e In d. prælud.

Circa hoc sacramentum peccat , primo qui credit , non esse vera definita a Trid.Concil. [g] aut dubitat de veritate eorum,credens, aut credere debens , ea esse ab Ecclesia , & Concilio definita: & si verbo,aut scripto id exprimit, est excommunicatus per bullam Cœnæ prædictam . Definita vero vbi supra sunt hæc, Quod pœnitentia semper fuit necessaria ad veniam peccati mortalis. Quod sacramentum pœnitentiæ nunquam fuit ante aduentum Christi , nec ante mortem,& resurrectionem eius. Quod postea nil prodest nondum baptizato. Qđ Christus principaliter instituit illud per illa verba , *Quorum remiseritis &c.* per quæ eadem fuit data potestas reconciliãdi Deo eos,qui post baptismum mortaliter peccant. Definit item,esse hæreticum dicere , sacramentum pœnitentiæ non esse vere,ac proprie sacramentum , institutum ad reconciliandum Deo peccantes mortaliter post baptismum. [h] Aut vnum & idem esse sacramentum baptismi & pœnitentiæ , & ideo pœnitentiam non recte appellari secundam post naufragium tabulam , [i] quia , vt idem Concilium subijcit,materia & forma eorum est diuersa, & non oportet,vt minister Baptismi sit iudex , sicut minister Pœnitentiæ . Et quia sacramentum Pœnitentiæ nil prodest non baptizato, nec Baptismus relapso post eum in mortale.

f In tribus cap.primis.

g Sess.14.

h Canon 1.

i cap.2. & Canon.2.

Et contra Baptismus prodest non baptizato,& Pœnitentia lapso post Baptismũ in mortale,&c. Aut verba illa, *Quorum remiseritis.&c.* non esse intelligenda de potestate remittendi peccata. [k] Aut ad perfectam pœnitentiam non requiri Cõtritionem, Confessionem, & Satisfactionem , quasi materiam & partes eius . [l] Aut dicere,alium,quam episcopum,vel presbyterum absoluendi potestatem habere . [m] Aut eosdem si mali sunt , eam perdere . Aut non esse iudices ad absoluendum confessum,sed ad declarandum eum absolutum . [n] Admoneo lectorem non excerpere me omnia contenta in canonibus prædictæ sessionis,quia ea,quę pertinent peculiariter ad Contritionẽ , excerpta fuerunt supra , [o] & quæ ad Confessionem , [p] & quæ ad Satisfactionem supra . [q]

k Canon 3.

l Canon 4.

m cap.5. & Canon 10.

n capi.6.& Canon.9.

o In cap.1.

p cap.2.

q cap.3.

Secundo peccat , qui absque Contritione,vel iusta attritione peccatorũ suorum , aut absque proposito ab eis abstinendi, aut restituendi debita , aut exsistens excommunicatus ante absolutionem ab excommunicatione , absolutionem sacramentalem procurat , aut vult absolui ab aliquo non presbytero , aut ab excommunicato denuntiato , aut suspenso, aut si citra necessitatem a paracho alieno,vel a suo notorio peccatore, vel quum scit esse in mortali,& Pœnitentiam non acturum ante absolutionem per supradicta . [r]

r In dictis tribus, c.& in c.9.nu.5 cum seq. et in c.11.nu. 12.

DE SACRAMENTO extremæ vnctionis.

12 *Extrema unctio quid,& unctio cũ uerbis concurrat .*

13 *Extrema unctio quas partes tangit, & quibus*

quibus fit uerbis, & quare morbo, & non violenter morituris datur, numero 14.

15 *Extremæ vnctionis de sacramento multæ ueritates Tridentinæ.*

16 *Extremæ vnctionis contemptus, vel in mortali susceptio mortalis.*

SAcramentum extremæ vnctionis est sacramentum, *quo presbyter vngit oleo consecrato certas corporis partes infirmi probabiliter periclitantis certa verba cum debita intentione proferendo.* [a]

Dixi, *Sacramentum* pro genere, reliqua pro differentia. Dixi, *Presbyter*, ad designandum neminem alium posse illud ministrare, vt definiuit Concil. infra citatum. Dixi, *Vngit*, ad designandum actum ministrandi, qui consistit in vngendo, & fieri debet durante verborum prolatione, aut ante prolationis principium vt in simili dictum est, [b] de baptizante, [c] & de confirmante, [d] & de ordine dicetur infra. [e]

13 Dixi, *Certas partes*. Vnctio enim debet fieri in oculis, naribus, auribus, ore, manibus, pedibus, & renibus. Dixi, *Infirmi, &c.* ad designandum cui fit ministrandum hoc sacramentum, non enim sufficit, vt sit in quouis probabili mortis periculo, in quali est morte damnatus, prælium ingressus, mari & tempestate iactatus: neque quælibet infirmitas sufficit, sed oportet, vt sit talis, quæ probabile mortis periculum minetur secundum omnes: cuilibet tamen eiusmodi infirmo est ministrandum, etiam si iam sit amens & phreneticus, si absque irreuerentia sacramenti id fieri possit, & potuerit ante peccare, & antequam insaniret expresse, aut tacite petierit illud, aut si me minisset, petiturus fuisset, nec in peccato mortali notorio insanierit, quamuis sint, qui ætatem pubertatis requirant, imo & si dubitatur, an sit mortuus, administrari potest sub conditione si non est mortuus, nõ tamen iam aperte mortuo nec incœpta ministratio perficienda est si antea moriatur. Dixi, *Oleo sacro*, ad designandum materiam, quæ est oleum olivarum, per Episcopum consecratum. Dixi, *Certa, &c.* ad designandum eius formam, quæ iuxta Conc. Flor. est hæc, quãdo oculi infirmo vnguntur, *Per istam sanctam vnctionem, & per suam pissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti per visum*. Quando aures, dicendum est, *per auditum*, quando nares, *per odoratum*: quando os *per oris vitium*: quando manus, *per tactum*: quando pedes, *per incessum*. quando renes, *per ardorem libidinis*: quamuis multæ Ecclesiæ vtantur istis verbis, *Et per sanctissimam benedictionem*, loco horum, *per suam pissimam misericordiam*, nec nocet, per mox dicenda, diuersitas verborum, in eũdem scopum tendentium. Quæ fere omnia probantur per illa, [f] *Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmũ, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei*. nam per uerbum, *Infirmatur*, probantur dicta de infirmo vngendo, & per verbum, *Presbyteros*, dicta de ministro, & per verba, *Vngit, & oleo*, dicta de usu & materia, & præterea per verbum *Alleuiabit*, probatur hoc sacramentum conferre salutem corporis, quando spirituali infirmo expedit: & per illa verba, *Et si in peccatis sit, &c.* per hoc sacramentum peccata remitti. Et quia non exprimuntur mortalia, nec venialia intelligenda sunt de omnibus, si reliqua ad id necessaria concurrant. [g] Vnde licet secundum communem principaliter institutum fuerit contra venialia, tamen etiam mortalia remittit. Quo fieri potest, vt aliquis moriens absque hoc sacramento damnaretur, & vnctus eo saluare tur, fieri enim potest, vt aliquis sua peccata confiteri nõ possit, aut quamuis posset non esset illud necessarium ei, quia est iam confessus, sine tamen Contritione, vel Attritione ad remissionem sufficienti, & postea tanta attritio ei superueniat, quæ licet de se non sufficiat ad remissionem, sacramenti tamen calore adiũcto sufficeret, iuxta opinionem S. Thomæ h communiter receptam scilicet p virtutem sacramenti, aliquem ex attrito contritum fieri, iuxta dicta supra. [i] Quare magnæ curæ nobis huius sacramenti susceptio esse debet, vt morientes beati semper viuamus, Amen.

14 Porro ratio cur morbo, vel senio, & non alio modo morienti administratur est, quia sic morientis iudicium, & constan-

a Cap. 1. de sacra. unct.
adiũctis notatis ibi, & in 4. lib. sentent. dist. 23
b Supr. eo.
c Nume. 7.
d Num. 8.
e Num. 17.
f Iacob. 5.
g Arg. c. solita, de maiorit. & obedi. & cap. si Romanorũ 19. dist.
h 3. part. q. 79. art. 1.
i Ca. 1. nu. 40. & 41.

constantia valde turbatur corporis & sẽsuum omnium imbecillitate. [a] Quin & dæmon acrius eum illa hora, quam quauis alia omnium peccatorum repræsentatione, & spectris horrendis affligit. Qđ vsu venire ijs non solet, quibus vita vio lenter eripitur, quia moriuntur integro iudicio & firmo, neque eiusmodi repręsentationibus affliguntur, ideo non ita necessaria est illis, ac huic ista vnctio.

15 Circa hoc sacramentũ peccat mor taliter primo, qui credit non esse vera definita super eo a sacro Concil. Trid. [b] aut dubitat de eorum veritate, credens, aut credere debens ea esse ab Ecclesia & Concilio definita, & si verbo, vel scripto id exprimit, est excommenicatus, per sę pe dictam bullam Cœnæ. Definitum ve ro est ibi, hæreticum esse, dicere extremam vnctionem nó esse vere, & proprie sacramẽtum instıtutum ab ipsomet Domino nostro Iesu Christo, & promulgatum a Diuo Iacobo. [c] Aut non confer re gratiam, sicut alia. Aut non remitte re peccata, nec alleuiare infirmum, aut iam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia curationum. [d] Aut ritum eius, quem obseruat Ecclesia Romana repugnare sententiæ beati Iacobi; ideoque eum posse iuste mutari & contemni. [e] Aut D. Iacobum per presbyteros intelle xisse seniores populi, & non tantum sacerdotes, ideoque posse per alios quam Episcopos, & sacerdotes ministrari. [f] Ne mo tamen inferat ex his, non posse alias Ecclesias alia vti verborum æquipollentium forma, qua licet ipse Dominus illud instituerit, verba tñ formaliter, quibus est ministrandum, non præscripsit. Adeo quod D. Ambrosius verbo indicatiuo, *Vngo te, &c.* vteretur, quæ communis est sententia profunde fundata a Paludano [g] per quod tollitur dubium e longinquo nobis propositum.

16 Secundo peccat, qui ægrotus, vel senex constitut[h] in articulo mortis non petit hoc sacramentum per contemptũ, iuxta omnes. [h] Idem si non petit filio, seruo, famulo, pupillo, aut alij suæ curæ cõmisso per supradicta in simili. [i]

Tertio peccat, qui accipit credens, aut credere debens se mortalis culpæ reum sine confessione, vel contritione, vel tali attritione, quæ calore huius sacramenti vim contritionis attingeret, per supra dicta. [k]

[a] *Ca. null⁹ cõm. his quę ibi scripsimus de pœnit. dist.*
[b] *Sess. 14.*
[c] *Canon 1.*
[d] *Canon 2.*
[e] *Canon 3.*
[f] *Canon 4.*
[g] *In d. dist. 23.*
[h] *In. 4. dist. 23.*
[i] *c. 21. n. 57 arg. cap.*
[k] *Eod. c. n. 1*

DE SACRAMENTO Ordinis.

17 *Ordo in genere quid, & quis eccle siasticus, & quid ordo sacramentum.*
18 *Ordo Theologis septuplex, Canonistis no uemplex, nobis octuplex.*
18 *Ordinis circa sacramentum errores Tri denti damnati.*
18 *Ordinatus ab Episcopo titulari, uel contra Prælati voluntatem, ut peccat.*
18 *Episcopus ordinatus alienum, aut suum sine titulo, ut peccat.*
18 *Ordinatus non renuntiet, nec alienet titulum, nisi sic. &c.*

ORdo generaliter & proprie sumptus auctore Augustl. [l] *est parium dispariumq; rerum sua cuiq; loca tribuens dispositio* quomodo capitur in c. ad hoc, [m] & in rubrica iuris, [n] & quia personæ præstant rebus, ideo hominum ordo præstatior est ordine rerum. [o] Et quia inter homines Deo sacri, siue spirituales præstant alijs, [p] ideo per Antonomasiam appellatione ordinis simpliciter prolati intelligitur ecclesiasticus, sicut appellatione iuris Ciuilis, Romanum, & Apostoli Paulus, [q] & definitur a Thoma Vvaldensi, [r] *esse sacramenta ministrantium habitudo legitima, cuiq; ratione ministerij sui conuenienss*, hinc dicitur ordo Prædicatorum & Minorum. In hac tamen materia accipitur pro sacra ordinatione & actu, quo homines in Ecclesiasticum ordinem cooptantur, vt colligitur ex Conci. Trident. [s] & potius secundum mentem, quam verba Magistri, & aliorum, [t] & glossæ [u] pôt definiri, *esse sacramentum, quo traditur character, & potestas consecrãdi Eucharistiam, uel in id administrandi.* Dixi, *Sacramentum* pro genere, reliqua pro differentia. Porro materia ordinis est traditio rei sensibilis, vt libri, vel calicis, quæ & acceptio, seu tactus earum debent concurrere cum prolatione verborum formæ, ita vt durante ea fiant, quoniam si ante, vel post fierent, ordinatio esset nulla, vt late demonstrat Caietanus [x] & supra dictum est in simili, [y] & de Confirmatione, [z] & de Extrema vnctio-

[l] *Li. 19. de ciuit. Dei. c. 13.*
[m] *89. dist.*
[n] *De ordicogni. & ff. de decre. ab ord. fac.*
[o] *l. 2. ff. de stat. homi.*
[p] *ca. solita. de maior. & obed.*
[q] *§. ius ciui te iuncta gloss. inst. de iur. natur.*
[r] *Lib. 2. de Sacrament. cap 116.*
[s] *Sess. 23. ca non 3.*
[t] *In 4. lib. sen. dist. 24.*
[u] *In suma. 31 dist.*
[x] *In tract. 26 de coll. ord.*
[y] *De Baptismo nu. 7.*
[z] *Num. 8.*

[a] Num. 12. vnctione. [a] Quod fundatur multis, in quibus est cap. fin. [b] quod ipsum tamen in contrarium fortiter retorqueri pót, quatenus habet supplendum, & non iterandum, sed respondendum illud esse referendum ad manus impositionem, & non ad tactum, quorum duorum prius meminit, illa enim non est de substantia sacramenti, vt tactus, seu acceptio, quod recte post alios declarat Sotus. [c] Forma vero est prolatio verborum, quæ pro varietate ordinum sunt varia, sicut & res traditæ sunt diuersæ. Conueniunt tamen in signando traditionem, & acceptionē sacramento substantialem.

[b] De Sacrament. non iteran.

[c] In d. dist. 24. q. 1. ar. 4.

Dixi, *Character*, ad designandum, quod character & potestas, quæ traditur non sunt sacramentum, sed effect⁹ eius. Vnde definitiones eorum, quæ habent hoc sacramentum esse characterem, siue signaculum, & potestatem, debent censeri datæ per effectum, & non per genus, & differentiam, vt illa August. *Fides est credere, quod non vides.* Et illa Azon. [d] *Appellatio est rescissio sententiæ, &c.*

[d] In Rubr. de appell.

18 Dixi, *Consecrandi, &c.* ad distinguē dum ordinem presbyterij ab alijs. Ordines autem sunt nouem secundum Canonistas, [e] quibus constituuntur Tonsuratus, Ostiarius, Exorcista, Lector, Acolytus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, & Episcopus. Quamuis secundum communem Theologorum, [f] solum sint septem dicentium, Primam tonsuram, & Episcopatum non esse ordines, sed officia. Quorum quatuor maiores dicuntur sacri, non quidem, quod omnes non sint sacri, sed quia eis est annexum votum solemne castitatis, non vt essentiale, sed accidentarium est statuto Ecclesiæ. [g]

[e] In c. cum cōtingat. de etat. & qualit. per illū text. & per c. cleros. 21. d. c. perlect. 25. dist.

[f] In d. dist. 24.

[g] c. nullum 38. d. c. decernimus. 23. d. & c. 1. de voto. lib. 6.

Circa hoc sacramentum peccat mortaliter primo, qui credit non esse vera definita super eo a dicto Conc. Trid. [h] aut de eorum veritate dubitat, & si hoc verbo, vel scripto exprimat, est excommunicatus per bullam Cœnæ supra sæpe citam. Definiuit autem Concilium hæreticum esse eum, qui dixerit, non esse in nouo testamento Sacerdotium visibile, vel externum, vel non esse potestatem aliquam consecrandi, & offerendi verum corpus & sanguinem Domini, & peccata remittendi, & retinendi: sed officium tantum, & nudum ministerium prædicandi Euangelium, vel eos, qui non prædicant prorsus non esse sacerdotes. [i] Aut præter Sacerdotium non esse in Ecclesia catholica alios ordines & maiores, & minores, per quos velut per gradus quosdam in Sacerdotium tendatur [k] Aut ordinē, siue sacram Ordinationem non esse vere & proprie sacramētum a Christo Domino nostro institutum, vel esse figmentum quoddam humanum excogitatum a viris rerum ecclesiasticarum imperitis. Aut esse tantum ritum quendam eligendi ministros verbo Dei, & sacramentorum. [l] Aut per sacram Ordinationem non dari Spiritum sanctum, ac proinde frustra Episcopos dicere, *Accipe Spiritum sanctum*. Aut per eam non imprimi characterem, vel qui sacerdos semel fuit, laicum rursus fieri posse. [m] Aut sacram Vnctionem, qua Ecclesia in sacra Ordinatione vtitur, non tantum non requiri, sed contemnendam & pernitiosā esse, similiter & alias Ordinis cæremonias. [n] Aut in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ constat Episcopis, Presbyteris, & Ministris. [o] Aut Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi & ordinādi, vel eam, quam habent, illis esse cum Presbyteris communem? vel ordines ab ipsis collatos, sine populi, vel potestatis secularis consensu, aut vocatione irritos esse. Aut eos, qui nec ab ecclesiastica potestate rite ordinati, nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi & sacramenti ministros. [p] Aut Episcopos, qui auctoritate Romani Pontificis assumuntur, non esse legitimos, ac veros Episcopos, sed figmentum humanum. [q]

[h] Sess. 23.

[i] Canon 1.

[k] Canon 2.

[l] Canon 3.

[m] Canō 4.

[n] Canon 5.

[o] Canon 6.

[p] Canon 7.

[q] Canon 8.

Porro aduertendum est, quod prædictum Concilium non definit vtra opinio Theologorum, vel Canonistarum de ordinum numero sit tenenda, quod sperabamus, quando hæc scripsimus, licet [r] canonistis videatur aliqua ex parte fauere. Quare probabilis videtur vtraque. Mea tamen cui videtur assentiri Medina, [s] salua saniori, est, quatuor Ordines siue ordinationes, scilicet tres maiores, & Episcopatum, esse vere & proprie sacramentum, cui prædicta definitio conuenit,

[r] Canon 2. 3. 4. & 7.

[s] De contin. sacer. li. 1. cap. 17. & 45.

uenit, alios autem potius esse sacramentalia. Et ita quo ad Episcopatum recedo a communi Theologorum, per ca. 1.[a] quæ expresse ponunt quatuor sacros Ordines, & per prædictum 7 can. quib[9] ego bona fide nescirem respondere. Quoad quatuor vero minores, & primam tonsuram, recedo a Canonistis. Tum per rationes Caietani. [b] Tum quia non est eis adiunctum votum castitatis solemne. Tum quia durum videtur damnare omnes, qui accipiunt eos non præmissa cõfessione, vel saltem contritione sufficienti, quorum infinitus videtur esse numerus, quod tamen necesse esset facere, si essent sacramenta vera gratiam conferentia ex opere operato, per dicta supr.[c] Tum quia conferunt eos etiam Abbates.[d]

Secundo peccat, qui credens, vel credere debens se mortalis culpæ reũ, Episcopatum vel alium Ordinem sacrum suscipit secundum omnes: non autem qui alios, secundum eos, qui negant vera esse sacramenta, quos sequmur.

Tertio, qui contrauenit nouis statutis Conc. Trid. quod [e] statuit, vt qui se procurat ordinari ab Episcopo titulari absque licentia sui Episcopi, etiam si sit illius familiaris, & continuus commensalis, & in loco nullius diœcesis, vel exempto, suspensus sit ab exsequutione ordinum, quousq; suo Prælato visum fuerit: Episcopus vero titularis ab exercitio põtificalium per annum. Et [f] quod Episcopus ordinare potest eum, qui fuit familiaris eius per triennium, si beneficiũ statim re ipsa, & sine fraude illi conferat. Et [g] quod nemo promoueatur ad ordines contra voluntatem sui prælati, etiã si prohibeatur promoueri, ob occultum crimen, & extraiudicialiter, & qđ ei qui a suis ordinibus, gradibus. aut dignitatibus Ecclesiasticis fuerit suspensus, nõ suffragetur vlla licentia de promouendo, aut ad priores ordines, gradus, aut dignitates antea consequutas restitutio contra proprij prælati voluntatem. Et [h] quòd Episcopus potest suspendere ad tempus sibi visum sunm subditum ordinatum quacumque auctoritate, absque suo præcedenti examine, si eum inueniat inhabilem. Et [i] quod Episcopus, aut alij sui ministri pro collatione quorumcumque ordinum, pro literis dimissorijs, aut pro sigillo nil quidquam etiã sponte oblatum accipiant. Et notarij, p scriptura, si eis nullum salarium pro officio exercendo sit constitutum, decimam tantum vnius aurei partem accipere possint. Et [k] quod non concedat dimissorias, nisi prius examinatis & approbatis. Et [l] quod nemo ordinetur, nisi prius legitime constet eum beneficium Ecclesiasticum ad victum sufficiens, pacifice possidere. Et quod illud beneficium resignare nequeat, nisi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum sit promotus, eaque resignatio non admittatur, nisi constet aliunde posse commode viuere, & aliter facta sit nulla. Et quod patrimonium, vel pensionem obtinentes promoueri post hac nequeant, nisi quos episcopus iudicarit necessarios vel vtiles, constito prius, quod patrimonium illud, vel pensio satis sunt eis ad vitam honeste sustentandam, & illa sine licentia episcopi alienare nequeant donec beneficium sufficiens adipiscantur, aut aliunde habeant, vnde honeste viuere valeant.

Quarto peccat, qui contrauenit illis præceptis, vel prohibitis, quæ continentur infra.[m] Alij modi peccandi ratione Ordinis colligi possunt ex his, quæ de matrimonio infra [n] dicentur, & de idigna perceptione & administratione.[o]

a Iuncta gl. 32. dist. & allegata in cap.

b In tract. de modo & rit. ord. suscept.

c Eo. c. n. 2.

d Cap. quoniam, 69. dist. ca. cum contingat. cum ei adnotat. per Innoc. Hostiens. Ant. & alios de æt. & qual.

e In sess. 14 ca. 2. de re form.

f Sess. 22. c. 9. de refor.

g Sess 14. c. 1. de refor.

h Ibid. c. 3.

i Sess. 21. ca. 1. de reform.

k Sess. 23. c. 3. de refor.

l Sess. 21. cap. 2. de re form.

m Cap. 25. nu. 63. & seqq.

n Eod. cap. nu. 52.

o Capi. 25. nu. 70.

DE SACRAMENTO Matrimonij.

19 *Matrimonium quatenus sacramentum quid, & quale est apud infideles.*

20 *Matrimonij sacramentum conferre gratiam est de fide.*

20 *Matrimonij materia, & forma quæ, cum exemplis.*

21 *Matrimonium indissolubile regulariter sic in toto, sic in partem soluitur.*

22 *Diuertere ob quæ potest, uel debet, coniux a coniuge.*

23 *Adulterans perdit ipso iure ius exigendi debitum, licite tamen petit.*

23 *Adulterans perdit ius negandi debitum adulteranti.*

23 *Debitum in foro animæ non debetur adulteranti.*

24 *Adul-*

24 *Adulterantis coniux quando religionē ingredi poteſt.*

25 *Sponſalia quid, & quibus modis ſoluũtur, & num. ſeq.*

28 *Sponſalia omnia ipſo iure ſoluuntur per cauſam notoriam.*

28 *Sponſalia duobus modis tranſeunt in matrimonium.*

29 *Matrimonij, & ſponſalia contrahendi quæ ætas legitima.*

29 *Matrimonium regulariter omnis iuſtæ ætatis, & iudicij contrahere poteſt.*

30 *Matrimonij impedimenta quot, & quæ non, nu. 31.*

PRæſupponimus primo, quod ſacramentum matrimonij eſt *ſacramentũ, quo ſit maris & fœminæ coniunctio individuam vitæ conſuetudinem retinens.*[a] Dixi, *Sacramentum*, pro genere. Nec obſtat, quod matrimonium eſt inter infideles non baptizatos, qui non ſunt capaces ſacramentorum, quorum ianua eſt Baptiſmus,[b] quia apud eos non eſt matrimonium, quatenus eſt ſacramentum, ſed tãtum, quatenus eſt contractus, & prædicta definitione definitur ſolum ſacramẽtum matrimonij, ſiue matrimonium, quatenus eſt ſacramentum. Dixi, *Maris, & fœminæ*, ad differentiam ſacramenti Baptiſmi & Pœnitentiæ, quibus fit quædam coniunctio inter Deum & animam metaphorice.[c] Dixi, *Coniunctio*, intelligendo potius vnionem animorum, quã corporum, vt gloſſæ declarant in iurib⁹ ſupra dictis, & eſt textus.[d] Dixi, *individuam*, quia eſt inſolubile hoc eſt, non pót, niſi morte naturali regulariter ſolui nec ſic coniuncti poſſunt alijs altero viuente coniungi, & vterq; alteri debet fidem ſeruare, & debitum coniugale reddere, & ſe mutuo in adminiſtranda re familiari iuuare, & neuter eorum ſine alterius conſenſu continentiam promittere poteſt.

20 Ex quo infertur, Matrimoniũ Chriſtianorum gratiam conferre ex opere operato, niſi obex ponatur iuxta cõem,[e] contra gloſſ.[f] & nonnullos eam male approbantes, quia ex prædicta definitione patet, illud eſſe ſacramentũ, cuius ꝓpriũ eſt ex opere operato gratiam cõferre, & quod approbauit Conc. Trid.[h] mox citã dum, poſt quod non ſolum pro falſo, id quod ait illa gloſſa, ſed etiam pro hæreti eo habendum eſt, & cauenda, aut certe caute legẽda ſunt ea, quæ ſcribit Magiſt. Canus.[i] Addo hic omnia, quæ dicentur in hac materia de viris, intelligenda eſſe de fœminis, & e contrario, niſi quatenus aliud expreſſum fuerit.

Secundo præ ſuppono, quod quamuis diuerſi de materia & forma huius ſacramenti ſentiant, præſertim Adrianus,[k] planius tamen videtur, quod conſenſus expreſſus & legitimus perſonarum ad contrahendum idonearum, ſiue expreſſus conſenſus ad coniungendum ſit materia, & verba, aut alia ſigna, & interdũ taciturnitas, quibus ille exprimitur, ſint forma, quatenus exprimunt conſenſum, vt materia ſtipulationis, quæ interrogatione & reſponſione conueniente fit, eſt conſenſus, & verba ſunt forma,[l] quãuis ad ſtipulationem neceſſaria ſunt verba, & non ſufficit nutus, aut ſigna neq; ſcriptura,[m] ad matrimonium autem ſic,[n] imo interdum auditio, & taciturnitas ſine contradictione, vt quando pater contrahit pro filia præſente, & audiente, tacente, & non contradicente,[o] pro quo aptus text. ibi, & in c. 1.[p] Illa uero verba & ſigna ſufficiunt, & requiruntur, quib⁹ ſignificatur ſtatim vna cum dicto, vel ſigno, alterum alteri ſui corporis poteſtatem tradere, iuxta omnium ſententiam, qualia ſunt illa, *Ego te in meam vxorem accepto*, Et, *Ego te in maritum meum accipio*,[q] & alia eis æquipolentia, vt, *Conſentio in te tamquam in meum vel meam coniugem*, &, *Ab hoc tempore te pro mea vxore vel marito habebo*, aut, *Volo, vt ſis mea vxor vel maritus*,[r] nil enim refert, quid de æquipollentibus fiat.[s]

21 Tertio præſuppono, quod matrimonium interdum diuiditur in torum, etiam quo ad vinculum, & interdum quo ad torum, & habitationem tantum, & interdum quo ad torum tantum, nam diuiditur in totum, antequam ſit conſũmatum copula carnali, per profeſſionẽ ſolemnem religionis approbatæ,[t] quod eſſe de fide diffiniit Conc. Triden.[u] Diuiditur etiam ante conſummationem ꝑ diſpenſationem Papæ iuſta de cauſa factam, ſecundum gloſſam ſingularem,[x] receptam ab omnibus puris Canoniſtis,

a Vt colligitur ex l. 1. ff. de ritu nup. & pri. inſtit. & pat. poteſt. & ex Mag. & aliis in 4. li. ſen. diſt. 26. & in rub. de ſpon. & matrim.

b C. ueniẽs. de presbyt. non bapti.

c Iux. c. debitum, & ei adnot. de bigamis.

d In l. nuptias. ff. de reg. iur. & i c. ſufficiat 27. q. 2.

e In rub. de ſpon. & in 4. lib. ſent. diſt. 26.

f Ca. quidquid, 1. q. 1.

g Vbi ſupra eod. n. 1. dictum eſt.

h Seſſ. 7. ca. non 6.

i Lib. 8. de locis Theologic. cap. 5.

k In 4. de matrimon. q. 1.

l l. 1. in pri. & §. 1. ff. de verbo oblig. cum ei adnotat.

m Per d. l. 1

n Cap. cum apud, & c. tua, de ſpõ. o Iuxt. glo. cõter receptam in ca. honorantur 32. q 2.

p §. porro, de ſponſ. im pub. lib. 6.

q Cap. ſi inter deſpon.

r Ca. ex parte de ſponſ.

s l. ſi ff. mã. c licet de teſtament.

t Ca. ex publico de conuerſ. cõiug. ca. commiſſum, de ſpõ. u Seſſ. 14. canon 6.

x In d. c. ex publico.

& a Theologis canonum peritis contra puros Theologos, excepto Caietano. [a] Quorum opinio adeo seruatur, quod ēt ter, vel quater ad petitiones cōsilio meo antequam in vrbe veniſſem oblatas, fœl. recor. Paulus III. & Pius IIII. per ſuas diſpenſationes diſſoluerunt quædam matrimonia omnino clandeſtine contracta, nondum conſummata, in remedium animarum alioquin probabiliter perituraru. Quod atteſtor ne quis ſequutus Sotum, lib. 7. de iuſt. & iur. contra Caie. vllum ſcrupulum ingerat ijs, qui eiuſmodi ſanctiſſima gratia fruuntur, vel poſt hac fruentur. nam & poſt eum Michael a Medina, [b] Caie. & communē eſt ſequutus.

Diuiditur etiam matrimonium cōtra ctum inter infideles, etiam poſt cōſummationem, ſi altera pars eorū ad fidem Catholicam conuertatur, & altera noluerit ei cohabitatore ſine contumelia Creatoris, & ſine niſu ad peruertēdam, vel inducendam eam in mortale, [c] quia, vt dictum eſt, non eſt inter eos ſacramētum, ſed contractus tantum. Diuiditur autem quo ad thorum & cohabitationē, & non quo ad vinculum propter fornicationem, iudicis auctoritate, iuxta illud, [d] *Quicumque dimiſerit vxorem niſi ob fornicationem, &c.* [e] & etiam propter ſæuitiā coniugis, & ob aliquas alias cauſas. [f] Diuiditur autem quo ad thorum tantū ob fornicationem per ſolam euangelij auctoritatem, ſine alia iudicis ſententia, ſecundum communem, & gloſſam. capit. noſſe, 32. q. 1.

22 Circa quæ alias hic addidi primo, poſſe coniugem Catholicum, vel Catholicam diſcedere a cohabitatione coniugis Lutherani, vel Lutheranæ ad ſuam hæreſin inducentis, [g] non tamen noue contrahere.

Secundo idem eſſe dicendum de coniuge, qui, vel quæ a ſuo, vel ſua coniuge inducitur ad aliud peccatum mortale, & non poteſt ab inducendo retrahi. Palud. in 4. lib. ſent. d. 39. q. 1. col. fin.

Tertio, reſpondiſſe nos cuidam nuptæ poſſe illam recedere a ſuo marito adeo laxo animo, & nimium fidenti, quod inducebat in domum ſuam quoſdā amicos parum pudicos, quibus, vel aliquo eorum cum ea relictis exibat domo, & illi modo directe, modo indirecte, modo verbis, modo tactu, inducebant eam in aliquod peccatum cordis, & in grande periculum operis, & rogatus ab ea ne id faceret, negligebat. Tum quia eiuſmodi maritus ſaltem indirecte inducebat eam ad peccandum. Tum quia non tenebatur ei conuiuere cum periculo mortis corporalis volenti eam occidere, vel venenare, ſiue intoxicare, [h] ad quod reducendum eſt cap. 2. [i] a fortiori non tenebatur conuiuere illi ſub tanto periculo mortis ſpiritualis, quæ tanto grauior eſt corporali, quanto anima præſtat corpori. [k] Tum quia vxor poteſt diſcedere a marito ſine, nolente a furando ceſſare, Paludanus, [l] Tum quia non obſtat, nemi nem poſſe cogi ad peccandum, [m] quia nō poteſt etiam cogi ad apoſtatandum, pōt tamen diſcedere a cōſorte in apoſtaſiam inducente. [n] Tum quia fere caſus eſt in hoc l. ſi lenones. C. de epiſc. audiē, & in c. diſcretionē iu. gl. de eo, q cog. cōſ. vx. ſuę.

Quarto, coniugem a coniuge recedere non poſſe propter morbum. quem alij Gallicum, alij appellant Napolitanum, [o] quia nō poteſt etiam ob morbum lepræ qui eſt æque contagioſus. [p]

Quinto, quod coniux a coniuge non poteſt ob amentiam diſcedere, niſi probabile mortis periculum induceret, per prædicta, quod dolens reſpondi cuidam amico religionem intrare volenti, eo qđ vxor furere cœperat, quia commode poterat eam a ſe offendendo arcere.

Sexto, non peccare vxorem eo, quod non diſcedit a marito adultero, etiam in adulterio perſeuerante, neque eo quod ei reddat, vel petat debitum, etiam ſi publice adulteretur, modo id ei nō placeat (quod fere ſemper contingit) & probabiliter arbitretur eum non deſtituturū ab eo, licet ipſa ei debitum neget. Imo nec maritus peccaret, idem faciendo cū vxore adultera, ſi diſpliceret ei adulterium, & penſatis perſonarum, loci, temporis, alijſq; circūſtantijs fieret probabile, eam non poſſe ab adulterando arceri ſine maximo ſcandalo, & damno publico, vel priuato. Per quod limitanda ſunt capitu. ſi vir. de adult. & cap. 1. 32. q. 1.

23 Septimo, quod coniux adulterans non poteſt exigere debitum a conſorte innocente tamquam iure debitum, ſed poteſt petere tāquam licitū, ſiue publi-

cum,

a In Tom. 1 Opuſculor. tract. 28.

b Libr. 5. de ſacro. Hoſt. continētia.

c Cap. gau demus de diuort.

d Luc. 16.

e Relatum in ca. dixit domin°, 32 q. 1. & c. dominus, eod. cauſ. q. 7.

f Notatas ſuper text. ſing. ca. literas. §. fi. de reſtitu. ſpol.

g Per cap. 2 de diuort.

h Dict. cap. literas ſub finem.

i De diuor.

k Cap. ille. 22. q. 1. & c. præcipimus 12. q. 1.

l Vbi ſupra.

m §. 1. 15. quæſt.

n Per d. c. 3. de diuor.

o Arg. c. fi. §xorem. & c. horrēdus. 32. q. 5. & Alex. in l. ſi cum dotem. §. ſi marit° ff. ſolut. matrim.

p Cap. 1. & 2. de coniu. leproſ.

cum, siue occultum sit adulterium, & siue coniux innocens sciat, siue nesciat illud, quia licet adulterans ipso iure perdat ius exigendi, non tamen perdit ius rogandi, vt concedat illud, si voluerit, eo quod vinculū matrimonij durat nō obstā te adulterio, quodesse de fide prædictum
a Vei sup. Concilium [a] declarauit, & facit illud licitum, cum iure naturali, diuino, vel humano prohibeatur, nam licet Dns in E-
b Matt. 5. & Luc. 16. uang. [b] concedat innocenti facultatem negandi debitum, non tamen negat potestatem reddendi illud, si voluerit, nec adultero facultatem petendi tamquam rem licitam, licet non debitam. Quibus est consequens, posse coniugem innocētem adulteranti denegare debitum sine vlla iudicis auctoritate, iuxta illud, *Frangenti fidem fides frangatur eidem.* [c] quæ
c l. cū proponas. C. de pact. c. peruenit. de iurer. breuis declaratio est mentis Caietani. [d]

d In Tom. Opusculorum, Tractatu 31. resp. 4. Octauo, quod cōiux innocens, etiam si cepit negare debitum adulteranti, & postea adulteretur, tenetur ei reddere, quia per compensationem tollitur, quo ad potestatē negandi hoc crimen, [e] qđ confessarij magnopere aduertere debēt
e Cap. intelleximus de adult. ad præcipiendum multis maritis, qui recedunt a toris vxorum propter presumptum, vel verum adulterium, & se copulant alijs, vt ipsi redeant ad eas, hi enim nullatenus sunt absoluēdi, nisi prius incipiant reddere debitum vxoribus, aut certe cōcipiant propositum efficax reddendi illud. [f]

f Arg. cap. peccatū de reg. iur. lib. 6. cum similibus. Nono, quod non obstant prædicta iura, [g] quatenus habent, non posse coniugem innocentem discedere ab adulterante sine iudicis auctoritate, nisi adulterium sit notorium, quia illa intelligenda sunt quo ad forum exterius, non autem quoad interius, de quo agimus. Per quæ declaranda est glossa. [h]

g Cap. significasti, & c. porro de diuort. 24 Decimo quod interrogatus, an qui
h Cap. 1. 32. q. 1. ante Conc. Trid. clam eontraxit, & consummauit matrimonium, & postea petitus in maritum coram iudice, a quo, quia negauit contractum, & deerant testes, fuit absolutus, & coniux nupsit alteri, posset ingredi religionem? Respondi, non posse. Tum quia nulla religionū, quæ non sit militaris, admittet eum, si verum fateatur, sine licentia debita vxoris, quam in hoc casu illa dare nequit remanens in seculo, præsertim in illo ma-

lo statu. [i] Nec obstat c. Agathosa, [k] quatenus habet, maritum, cuius vxor fornicata est posse rēligionem ingredi, quia id intelligendum est de illo, qui nō dedit vxori causam saltem propinquā adulterandi, vt declarat Panormit. communiter receptus, [l] qualem videtur dedisse consulens. Tum quia, si moreretur is, cui illa nupsit, teneretur eam accipere, etiā si professionem fecisset. [m]

25 Quarto principaliter præsuppono, quod sponsalia non sunt Matrimonium, sed promissio ei⁹, [n] qđ intelligēdum est de promissione mutua siue reciproca, quia licet alterius tm̄ sufficiat ad se obligandū, non tm̄ sufficit ad sponsalia efficienda, nisi altera quoq; pars tacite, aut expresse idem alteri promittat, sm̄ oēs. Arrhæ autem & iuramentum non sunt necessaria, licet illis firmiora fiant.

Porro sponsalia non sunt, vt Matrimonium insolubilia, nam multis modis dissoluuntur. Primo, per partium remissionem, ét si sint iurata, sm̄ communem, [o] etiam si principaliter iurata sint propter Deum, vt cum quis iurat se Matrimoniū contracturum cum aliqua paupere ob amorem Dei, & eleemosynam. [p] Tum quia Deus recipit illud in vtilitatē partis: ideo ipsa potest ei renūtiare. [q] Tum quia alioqui iuramētum in fauorē eius factum, posset ei ob varios respectus præiudicare, [r] licet oppositum teneant Innoc. & Panorm. [s] & Syluester, [t] quorū opinionis color per prædicta tollitur.

26 Secundo, per alterius in religionē ingressum, [u] & cum alia potest alter spō salia contrahere, etiam antequam professionem emittat, [x] cuius opinio probabilior est contraria, quam quidam tenent, ea ratione, quod nouitiatus est iusta causa discedendi ab sponsalibus: eo quod dedit causam, vt ioco & serio, animo irato, & pacato possit improperari ei, quod fuit religiosus, & inconstans, & alia, quę materiam possunt præstare ringendi coniunctis inter se, & cum alijs exteris. Et quod contrarium tenentes concedunt sufficere nouitiatum aliquorum mensium absque professione.

Tertio per alterius matrimonij verbis de præsenti contractum, etiam copula nondum sequuta, per sponsalia itē de futuro, copula cū affectu maritali se-

i Cap. cum sis, c. sanc. c. coniugatus, de conuers. cōiug. k 27. q. 2. l In d. c. discretionem. num. 8. m Iuxta prædictū c. Agathosa. n l. 1. ff. de sponsal. S. Tho. & omnes in 4. dist. 27. o Cap. præter cap. 1. de sponsal. p Iuxta Car. ibidē. q Arg. cap. quāuis pactum de pactis. lib. 6. r Contra l. quod fauore. C. de leg. & cap. quod gratiam. de regu. iur. li. 6. s In d. ca. præterea. t Ver. sponsalia. q. 9. u In d. ca. ex publico, & c. ueniens, qui cleric. uel vouen. x Syl. verb sponsalia. q. 10.

quuta Dixi, *affectu maritali*: quia ſine hoc prima ſponſalia, quoad Deum non dirimuntur, quamuis ſic, quoad Eccleſiam ſecundum iura antiqua, ſecundum quæ ſponſalia tranſibant in Matrimonium p ſolam copulam carnalem, quod ſublatũ eſt per Concil. Trid. vt dicetur infra, [a] concurrente autem hoc prima ſponſalia non dirimuntur, niſi ſecunda eſſet cognata, vel affinis primæ ex coitu licito intra gradum prohibitum. Dixi, *Niſi ſecunda eſſet cognata, vel affinis, ex coitu licito intra gradum prohibitum* nam ſi talis eſſet, neutram in vxorem ducere poſſet ſecundum dicta iura antiqua. Non quidẽ primam, propter impedimentum affinitatis ex illa copula ortum. Non ſecundã propter impedimentum publicæ honeſtatis ex primis ſponſalibus, quoad ipſũ natum, iuxta notata. [b] Dixi, *copula ſequuta*: quia præcedens etiam ſecundum iura antiqua non ſufficeret, [c] quidquid quidã recentiores leuiter dixerint.

Quarto, per alterutrius ad aliam regionem migrationem abſque cauſa probabili, aut cum illa, ſed iudex certũ tempus redeundi præfiniuit, & intra illud non redijt, quæ præfinitio eſt neceſſaria, iuxta ius canonicum, cui eſt in hac reſtandum, quod tempus non præfiniuit, [d] non tamen iuxta ciuile, licet illud, cui nõ eſt ſtandum, tempus præfiniat, [e] præſcribit enim quod abſens in eadem prouincia exſpectetur duobus annis: & ſi in alia tribus, vt tradit S. Anton. [f] & Sylueſt. [g] quod procedit etiam ſponſalibus iuratis ſecundum Panor. [h]

27 Quinto, per ſuperuenientem affinitatẽ ex eo, quod altera pars rem habuit cum cognato, vel cognata intra gradum prohibitum alterius partis, prius quam copulam maritalem cum ſua ſponſa, vel ſponſo haberet. [i]

Sexto, per abſolutionem factam a iudice, eo quod contraxit illa intra pubertatis annos, & perueniens ad illos antequã eis conſentiat expreſſe, vel tacite petit ab eis abſolui. [k] Si tamen ambo, vel alter eorum eſſet minor ſeptem annis, ſpõſalia eſſent adeo nulla, vt ex illis nullum impedimentum publicæ honeſtatis oriretur: & ita alteruter eorum cum cognata, vel cognato alterius matrimoniũ contrahere poſſet. [l]

Septimo, per lapſum temporis præſtituti ad matrimonium de præſenti contrahendum, nam per illum is, per quem non ſtetit, quominus fieret, liberatur, & alteri pœnitentia irroganda eſt, propter fidem violatam. [m]

Octauo, per ſuperuenientiam lepræ, paralyſis, aut alius morbi contagioſi, aut amiſſionis oculi, naſi, aut alius notabilis deformitatis. [n]

Nono, per ſuperuenientem fornicationem alterius, [o] ſiue voluntariam, ſiue coactam. [p] Alterius inquam, nam p ſua nolente parte, quæ innocens eſt, nõ sũt diſſoluenda. [q] Dixi, *ſuperuenientem*: qa per præcedentem non ſunt diſſoluenda, niſi tempore contractus ignoraretur, & ante matrimonium contractum noſcere tur, ſecundum omnes: quæ proxime procedunt in fornicatione ſpirituali, quę fit per hæreſin, aut apoſtaſiam. [r]

Decimo, per votum caſtitatis præcedens illa, [s] quamuis ſequens non diſſoluat: quia alter in alterius præiudicium vouere nequit, excepto voto religionis, quod etiam poſt contractum matrimonium facere, & implere poteſt, [t] quo caſu tenebitur religionem intrare, iuxta Paludanum receptum, [u] qui autem promiſit alicui non ducere aliam, quam illam, non tenetur ducere illam, licet aliã licite ducere nequeat, ſecundum eũdem Paludanum [x] & Adrianum [y] dicentem, neque communem opinionem eſſe contra hoc, neque ſecundam, ſi eſſet, quamuis eam ſequatur (ſed male, noſtra ſententia) Sylueſter. [z]

Vndecimo, per ſuperuenientem inimicitiam capitalem, ob quam diſſolui poſſunt, iuxta Hoſtienſem. [a]

Duodecimo, per omiſſionem implementi eius, quod promiſſum eſt, ſiue voluntariam, ſiue inuoluntariam, vt quum dos promiſſa non præſtatur, ſecundum Ioan. Andream: [b] & cum ſponſa certam dotem ſponſo non promittit, videtur omnia ſua bona promittere, ſecundum gloſſam [c] receptam per citatos a Couarruuia, [d] adeo, quod ſi poſt ſponſalia pauperior fiat, ita vt non poſſit omnia, q̃ tũc habebat tradere, non tenetur eam ſponſus ducere [e].

Decimotertio, per famam impedimẽti ad contrahẽdum inter eos canonicũ. [e]

Decimo.

a Eo.n.28. & c.25.nu. 144.
b In cap. is, qui de ſponſalibus.
c C.ueniẽs 2.de ſponſa lib°, & bi Pa nor. Præpoſiti. & cõmunis.
d Cap.de illis de ſpõſa.
e In l. ſæpe. ff.de ſpõſa. & l.2.C.de repud.
f 3.par.tit.1 c.18.§.1.
g Vbi ſup. q.1.§.4.
h Dict.c.de illis.
i Ca.veniẽs de eo qui cognõ. conſã. vxor. ſua.
k Cap.a nobis, & c. de illis, 1.de de ſpõſ. impu.
l Cap. literas de ſpõſ. impu. & c. 1.eo.tit.li.6
m Ca.ſicut ex literis de ſponſa.cum ei adnotat.
n C.literas de coniug. leproſ. & c. quemadmodum de iure iuran.
o Dict. cap. quemadmodum.
p Iux. gloſ. receptam ibidem & verbo oculis.
q Arg. c.2. de tranſla. prælat.
r Ca.non ſolũ 28. q.1.
s Ca.rurſus qui clerici, vel & ouen.
t Vt ſupra dictum eſt.
u In 4.diſ. 27.q.1.ar.1
x Vbi ſup.
y In 4. de matrimo.q. 2.
z Verb. matri.2.q. 10.
a In ſũma de ſpõſ.§.fi. ob rationẽ ĩ c.2.& c.requiſiuit de ſponſal.
b In cap. de illis, de con dict.appoſi.
c In l. mulier bona ff. de iur. dot.
d 1.par.c.5 n.4.in Epitom.
e Ca. cũ in tua, de ſpõſ.

Decimoquarto, per ſuſceptionem ordinis ſacri, [a] iuxta Antoninum [b] quem ſequitur Præpoſi. [c] quamuis per eum Matrimonium de præſenti nõ diſſoluatur. [d]

Decimoquinto, per ſuperuenientem cognationem legalem. [e]

Decimoſexto, per morum alterutrius contrahentium aſperitatem, ſm Pano. [f]

Decimoſeptimo, per aliquid noue ſuperueniens, quod ſi præceſſiſſet nõ fuiſſent cõtracta, ſecundum mẽtem S. Tho. [g] ad quem alij quinque caſus, quos Præpoſitus [h] ponit, redigi poſſunt.

28 Notandum tamen eſt ſecundum Hoſtienſem [i] & Io. Andreã receptos, [k] ſponſalia in caſibus prædictis regulariter ipſo iure non dirimi, & ideo auctoritate iudicis Eccleſiaſtici dirimenda eſſe. Et ita, qui abſque tali auctoritate cum alia contraheret, grauiter peccare videtur, [l] quamuis non mortaliter, iuxta Syleſtrum [m] ſicut nec venialiter in caſib⁹, in quibus ipſo iure diſſoluuntur: ſcilicet quando alter eorum religionem ingreditur, aut ipſo facto cum alia verbis de præſenti contrahit, aut notorie fornicatus eſt, & alijs caſibus, quos Præpoſ ponit, [n] quin, & generaliter dici poteſt, qđ in nullo caſu, in quo cauſa diſſoluendi ſponſalia eſt manifeſta, tam quo ad veritatem, quam quo ad iuſtitiam, prædicta Eccleſiæ auctoritas non requiritur: quia tales ab ipſo iure abſoluuntur, Syleſter, [o] & idem quando ſponſalia ſunt clandeſtina: quia tunc ſcandalum ceſſat.

E contrario vero ſponſalia duob⁹ modis in Matrimonium de præſenti tranſeunt. Primo, per copulam carnalẽ ſub ſequutam vxorio affectu, ideſt, cũ intentione Matrimonium conſumandi, nam ſi habeatur fornicario affectu, ideſt, ſine intentione ſe cognoſcẽdi tamquam maritus & vxor, ſed tamquam ſoluti matrimonij vinculo, non eſt matrimonium coram Deo, ſed coram Eccleſia ſic, iuxta communem, [p] quidquid dicat Hoſtiẽ. [q] ſecundum antiqua iura, quæ quomodo poſt Conc. Trid. ceſſent ponitur infra. [r] Secundo per declarationem conſenſus, de præſenti verbis aliquo aperto ſigno factam, & non alias quantumlibet ſimul habitent, aut ſponſus eam in domũ traducat & oſcula, & amplexus interueniant, & quamuis copula tentetur. [s]

29 Quinto præſuppono, quod ætas legitima contrahendi Matrimonium in maſculis eſt 14. annorum completorum & in fœminis duodecim, etiam completorum: & ad ſponſalia contrahenda ſeptem in vtriſque: quamuis ſi potentia ſupplet ætatem, contrahere prius poſſunt, quæ tamen vſque ad illam ætatem non præſumitur. [t]

Sexto, quod omnis vtriuſque ſexus ętate legitima & iuſto iudicio præditus, poteſt Matrimonium contrahere, niſi ſpecialiter prohibeatur, vel aliquod impedimentum interueniat inter contrahere volentes. [u] Dixi, *iuſto iudicio*, quia amens tempore amentiæ non poteſt. [x]

DE IMPEDIMENTIS Matrimonij in genere. 9.

IMpedimentum Matrimonij ſecundũ S. Thomam & communem, [y] eſt duplex. Alterum impediens, & dirimens. Alterum impediens tantum. Dicitur autem impediens & dirimens, eo quod facit, vt impediti non ſolum contrahendo peccent, ſed etiam vt ipſum Matrimonium contractum non valeat: non autem eo quod diſſoluat Matrimonium legitime contractum ante illius impedimentum: quia nullum tale eſt. Impedimenta vero huius generis ſunt duodecim, contenta his verſibus:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus, diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſit affinis, ſi forte coire nequibis.

31 Impedimentum vero impediens tãtum dicitur, quod impedit, & non dirimit, id eſt, facit, quod peccent, qui ita impediti contrahunt, ſed Matrimonium contractum valet. Impedimenta vero huius generis ſunt duo.

Eccleſiæ vetitum, nec non tẽpus feriatũ,
Impediunt fieri, ꝓmittunt iuncta teneri,

Ad quæ quidem duo reducuntur alia omnia, licet ſpecialiter dictis verſibus non contineantur, quæ infra tangentur.

a *Argu. extrauagant. antiquæ. de uoto.*
b *In rub. de deſponſat.*
c *In c. de illis, de ſponſ.*
d *Dict. extrauag. antiquæ.*
e *De qua infra eod. c. n. 44.*
f *In cap. veniens, qui cleric. vel vouen.*
g *In 4. libro ſen. diſt. 27*
h *In d. c. de illis.*
i *In d. §. fi.*
k *In d. c. de illis.*
l *Ca. ſi duo pueri, de deſponſat. impub. & cap. ſæculares. 33. q. 2.*
m *Verb. ſpõſal. q. 11. §. ultimo.*
n *In d. c. de illis, col. fin.*
o *Verb. ſponſal. q. 11.*
p *In c. is q., de ſponſal.*
q *Ibidem.*
r *Ca. 25. n. 144.*
s *Cap. fi. de ſponſal. & Aretinus i cõſ. 144. ex facto.*
t *Ca. pubere. de deſpõſat. impub. & c. 1. §. idem quoq; eo. tit. lib. 6. adiunctis gloſsis & cõmuni doctorum.*
u *Ca. cum apud, de ſponſal.*
x *Cap. dilectus, de ſpõſal.*
y *In 4. lib. ſen. diſ. 34.*

DE IMPEDIMENTIS dirimentibus erroris, perſonæ, & conditionis.

32 *Error multiplex, perſonæ, conditionis, formæ, & aliarum qualitatum, & nu.33.*

33 *Error perſonæ, vel conditionis ſeruilis annihilat Matrimonium.*

33 *Matrimonio ab erroneo, quæ auctoritate receditur.*

34 *Matrimonio ſeruorum conſentiens dominus liberat eos, & an uendere poſſit eos, & arcere a debito reddendo.*

34 *Matrimonium contrahens ſeruus, an Dominum uxori præferet.*

34 *Error perſonæ & conditionis dirimunt, ſed non alij.*

PRimum impedimentũ dirimens matrimonium eſt error perſonæ. Eſt autem error perſonæ credere de vna perſona, quod ſit alia; vt quod ſit libera, cum ſit ſerua, vel quod ſit filius talis Regis, Ducis, Comitis, aut alterius, cuius non eſt. Dixi, *talis*: quia ſi credatur indeterminate, quod eſt filius Regis, aut Ducis, nobilis, aut diuitis, non eſt error perſonæ, ſed fortunæ, aut qualitatis, nec etiam ſi credatur filius talis Regis, aut Ducis; ſi talis Regis, & talis filij cognitio nõ habeatur, [a] error etiam perſonæ eſt, credere, quod ſit primogenitus alicuius, cum non ſit, & propter ſpem, quam habet illum in paternis bonis ſucceſſurum, ei nubit tamquam primogenito, iuxta Cald. [b] & Hoſtien. [c] Ang. [d] niſi abſolute conſentiret in eum præſentem: quia tunc Matrimonium valeret, quamuis crederet alium eſſe, iuxta mentem Sanct. Thomæ & communis. [e]

Itaq; primo ob hoc impedimentũ peccat, qui procurat, vt Matrimonium, vel ſponſalia a ſe, vel ab alio per errorẽ contrahantur, quæ alias non contraherẽtur, [f] & probatur per dicta a S. Thomæ, [g] & Matrimonium ſic contractum, nihil valet, ſi fuerit error perſonæ, vel conditionis ſeruilis, ſecus ſi ſolum fortunæ, aut alius qualitatis, [h] qualis eſt credere de paupere, quod eſt diues: de plebeio, qđ eſt nobilis, de infami, quod eſt bonæ famæ: de corrupta, quod eſt virgo. [i]

33 Secundum impedimentum, dirimens Matrimonium eſt, error conditionis ſeruilis, quo quis credit ſeruum eſſe liberum: nam Matrimonium contractũ a libero cum ſerua, quam putabat eſſe liberam: vel e contrario, contractum a libera cum ſeruo, quem putabat eſſe liberum, nihil valet: licet contractum cum libero, vel libera ab eo, vel ab ea, qui, vel quæ credit eſſe ſeruum, vel ancillam valeat, [k] & tradit S. Tho. & communis, [l] & Angel. [m] & communis, [n] & ſi Matrimonium erroneum fuerit clandeſtinum propria auctoritate ſe ſeparare poteſt, quo ad torũ & cohabitationem: ſed ſi eſt in facie Eccleſiæ contractum, quo ad torum ſe ſeparare poteſt, ſed non quo ad cohabitationem, niſi per ſentẽtiam Eccleſiæ, [o] quod procedit etiam ſi dominus poſt Matrimonium eam manu miſerit ipſo inſcio, & cum ea libera facta copulam coniugalem habuerit, qa talis copula habita eſt virtute primi conſenſus, qui nullus fuit: [p] ſi tamen poſtq̃ reſciuit eſſe ſeruam, cõſenſit in eã ſaltem per copulam vxorio affectu habitam, Matrimonium fiet validum ſecundum iura antiqua, licet non poſt Conc. Trid. vt dictum eſt ſupra: [q] ſi autem liber Matrimonium ignoranter contrahit cum ſerua, & nihilomin [r] eam vult pro vxore habere, & illa non vult, non eſt Matrimonium, ſed coget illam Eccleſia, vt conſentiat in illud, iuxta gloſſam, [s] quod eſt verum, ſi illa nondum legitime alteri nupſerit: quæ gloſſa addit, quod dominus tradens ſuam ancillam tã quam liberam libero credenti eam eſſe talem, manumittere illam videtur. Quæ omnia ſunt intelligenda, etiam de libera contrahente cum ſeruo. Et Dñs, q cõſentit Matrimonio ſui ſerui, aut ſeruæ, & locum ad reddendum debitum nõ cõcedit peccat: quia quamuis ſeruus cõtrahẽs Matrimonium inuito domino ad ei obſequendum magis, quam ad debitum reddendum teneatur: ſi tamen, eo conſentiente contrahit, ad illud magis, quã ad hoc tenetur, & quamuis Dominus poſt Matrimonium, etiam ſuo conſenſu contractum eum vendere poſſit, non tamen in tam remotas regiones, vt vs [t] Matrimonij ei impediatur, iuxta cõmunẽ, [u] & S. Thomam, [x] licet honeſtum eſſet, ne ad tam remotas venderet, etiam dum cõtra voluntatem eius contraheret, quam

uis

a Roſ. uerb. impedimẽt. 2. & Sylu. verb. Matrimonium, 8. q. 1. §. 5.

b In c. 2. ne coniug. ſeruor.

c In ſũma.

d Verb. Matrimonium impedimẽt. 4. §. 3.

e In 5. libr. ſen. diſt. 30.

f Ang. ver. matrimon. 4. impedimento, §. 16

g De dolo 2. 2. q. 55. ar. 4.

h Ca. 1. 29. q. 1.

i Ca. 1. § error cad. q. 1

k 29. q. 2. §. iuuta, ſub c. ſi quis libe.

l In 4. libro ſen. diſt. 36 art. 1.

m Verb. matrimonium impedimẽt. 4 parag. 16

n In c. appoſuit. de coniug. ſeruor.

o Arg. c. porro, & ca. ſignificat. de diuort.

p Roſ. uerb. impedimentum. 3. §. 2.

q Eod. n. 25 & 28. c. ad noſtram de coniug. ſeruor. cap. fœmina, & c. ſi quis ingenu 29. q. 2

r Cap. fi. de coniug. ſeruor.

s In c. 1. de coniug. ſeruor.

t In 4. diſt. 36.

uis ad id ſub pœna mortalis peccati, nõ
a In d.c.1. tenetur, iuxta communem, [a] ſaltem qñ
commode in vicinas vendere nõ poſſet.

Errores autem aliarum qualitatum: vt pote fortunarum, nobilitatis, virginitatis, fortunæ, & reliquarum non dirimunt: quia id nullo iure cauetur: imo
b ca.1.29. q.1. et §. in uita, ſub c. ſi quis libe. cad.q. contrarium, [b] & diximus ſupra.

DE IMPEDIMENTIS dirimentibus voti, & cognationis ſpiritualis.

35 *Votum ſolemne caſtitatis impedit & dirimit Matrimonium.*

35 *Votum poſt ſolemne contrahens nulliter contrahit, & excommunicatur.*

36 *Cognatio ſpiritualis tam Baptiſmi, quã confirmationis quid, & ad quos Tridenti reſtrictu, nu.37.*

37 *Patrini ſunt ſolum hodie, qui deſignantur, & quot deſignandi, num 38.*

39 *Patrinus, an fiat omnis tangens, cum nemo deſignatur.*

39 *Cognatio ſpiritualis non naſcitur ex ſolemnitate ſupplente baptiſmũ, & 40.*

TErtium impedimentum dirimens Matrimonium eſt votum ſolemne caſtitatis, quod celebratur profeſſione expreſſa, vel tacita religionis approbatæ, vel ſacri ordinis ſuſceptione, vt
c ea.22.n. 32. dictum eſt ſupra, [c] poſt quod, qui contrahit peccat mortaliter, [d] & eſt excommunicatus, [e] de voto autem ſimplici
d cap.1.de voto lib.6. extraua.1. de uoto, Ioan.22. e clem.1.de conſang.& affinit. dicetur infra. [f]

36 Quartum impedimentum dirimẽs Matrimonium eſt impedimentum cognationis: quæ eſt triplex, carnalis ſpiritualis, & legalis. Cognatio ſpiritualis, quæ matrimonium impedit, & dirimit (nam de non dirimente infra eodem, num.71 agemus) *eſt attinentia duarum perſonarum, quæ ex ſtatuto Eccleſiæ oritur per Baptiſmi, & Confirmationis adminiſtrationem, vel ſuſceptionem baptizati, vel confirmati*, iuxta mentem omnium, [g] quæ olim ſecundum iura antiqua erat triplex, paternitas, compaternitas, & fraternitas: ſecundum dictam gloſſam receptam paternitas eſt, quæ contrahitur inter baptizantem (qui locum patris tenet, ſiue ſit cleric⁹, ſiue laicus, vir aut fœmina) & baptizatum: & inter baptizatũ,
f Eod.c.nu. 73. g In rub.de cogna.ſpiri. S.Thom. & communis. in 4.li.ſen. diſt.40. & glo. ac communis in d. ca.1.eo.tit. lib.6. & patrinum qui locum matris tenet, ſiue ſit vnus, ſiue plures, ſine vir, ſiue fœmina. [h] Compaternitas eſt, quæ contrahitur, inter patrem & matrem baptizati ex vna parte, & ex altera inter baptizantem, & patrinum, vel patrinos, qui ex ſacro fonte ſuſcipiunt, ſi ſunt baptizati, quamuis ſint ſchiſmatici, aut hæretici, & alias non, quia non ſunt eius capaces, iuxta San. Thom & Richardum [i] quidquid alij dicant: neque etiam inter baptizantem, & patrinos baptizati. Fraternitas eſt cognatio inter baptizatum, & filios naturales baptizantis, & patrinorum, etiam non legitimos, & etiam habitos poſt baptiſmum.

h cap.quãuis de cog. ſpirit.lib.6.

i In 4.libr. ſen.diſt.42 art.1.q.3.

Dixi, *olim ſecundum iura*, quia hodie ceſſat fraternitas, & aliqua ex parte cõpaternitas, per Conc. Trident. [k]

k Seſſ.24. ca.2.de refor.matri.

37 Quare loco multorum, quæ hic in vulgari dixi, & nunc ceſſant, ſubijcio tenorem illius cap. quod ſic habet: *Sancta ſynodus ſtatuit, vt vnus tantum ſiue vir, ſiue mulier, iuxta ſacrorũ canonũ inſtituta, vel ad ſummum vnus, & vna, baptizatum de baptiſmo ſuſcipiant: inter quos ac baptizatum ipſum & illius patrem, & matrem, nec non inter baptizantem, & baptizatũ, baptizatiq; patrem ac matrem tantum ſpiritualis cognatio contrahatur. Parochus antequã ad baptiſmum cõferendum accedat, diligẽter ab ijs, ad quos ſpectabit, ſciſcitetur, quem, vel quos elegerint, vt baptizatum de ſacro fonte ſuſcipiant, & eum, vel eos tantum ad illum ſuſcipiendum admittat, & in libro eorum nomina deſcribat, doceatq; eos, quam cognationem contraxerint, ne ignorãtia vlla excuſari valeant. Quod ſi alij vltra deſignatos baptizatum tetigerint, cognationem ſpiritualem nullo pacto contrahant. Eæ quoque cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur, confirmantem, & confirmatum illiuſque patrem, & matrem, ac tenentem non egrediatur: omnibus inter alias perſonas huius ſpiritualis cognationis impedimentis, omnino ſublatis.*

38 Per hoc nouum ſtatutum ceſſat quæſtio, an multi, & quot poſſint eſſe patrini: & an inter fratres baptizati, & omnes filios, vel quos patrinorum, vel baptizantis ſit hoc impedimentum: & an inter baptizatum, & filios adoptiuos patrinorum, & baptizantis: & inter baptizatum, & vxorem, vel concubinam,

vel

vel maritum patrini, vel matrinæ, vel baptizantis, & an cognatio transeat per actionem, vel passionem, in cõiugem, vel concubinam, ante vel post cognitam: & an omnes susscipientes, respondentes, vel tangentes baptizatum, vel qui eorum sint patrini, vel matrinæ: quoniam tota cognatio spiritualis reducta est ad solam eam, quæ est inter patrinum & baptizatum, patrem & matrem baptizati. & inter baptizantem & baptizatum, & patrem & matrem baptizati: ita quod nulla est hodie fraternitas: aut confraternitas: nulla item compaternitas inter baptizantem & patrinos: nulla item inter baptizatum, & coniuges, & concubinos, vel concubinas prædictorum, & minus, inter ipsosmet patrinos Et ideo sine peccato possunt esse patrini maritꝰ & vxor. Nulla item inter respondentes, tangentes, & alios, nisi sint ad id designati: quãuis videatur relinqui dubium: an quando nulli designantur in patrinos, per culpam parochi, vel alterius in necessitate baptizantis, soli & omnes tangentes baptizatum fiant cognati iuxta ius antiquum quod verius videtur, quum a iure antiquo non sit recedendum, nisi quo ad excepta in nouo, [a] & Concilium videtur loqui, quando designantur aliqui patrini, quod ipsum dicendum videtur, quando plures, quam vnus, vel duo designantur, & admittuntur, omnes scilicet cognatos fieri, quia multa fieri prohibentur, quæ facta tenent, [b] in quod facit doctrina Bart. communiter recepti. [c]

40 Notanda tamen sunt tria. Primum, errare illos, qui cum puer in domo baptizatur propter necessitatem sine solemnitate, & postea cum in Ecclesia exorcizatur, & vngitur chrismate, credunt ex hoc posteriori actu oriri cognationem, & non ex priori, cum contra se res habeat: quia posterior actus non est Sacramentum, sed sacramẽtale, per quod nec character imprimitur, nec cõfertur gratia ex opere operato: licet sit actus catechismi & exorcismi, ex quo alia cognatio minor impediens, & non dirimens nascitur, [d] de qua infra. [e] Ob quod multum expediret, vt parochus non solum faceret ea, quæ Concilium prædictum iussit, sed etiam in tali supplemento scriberet illum actum supplendi non fuisse Baptismum, sed tantum catechismum cum exorcismo.

Secundum, cognationem spiritualem Matrimonio iam contracto superueniẽtem non dissoluere illud: sed tantum exactionem debiti coniugalis impedire, vt supra [f] dictum est.

Tertium, quod eodem modo est restricta cognatio, quæ nascitur ex confirmatione, quo quæ nascitur ex baptismo, per prædictum Conc. supra relatum, & ita totum cap. [g] limitatur per illud. Adde, quod non baptizatus non potest esse patrinus, neque contrahere hanc cognationem, [h] baptizatus autem etiamsi sit hæreticus, &c. Sot. & Sylvest. verb. Matrimonium, quæst. 1.

Interrogatus autem dudum, an pater baptizans in necessitate filium suum susceptum ex fornicatione possit contrahere Matrimonium cum illius matre? respondi non posse, quia regula iuris habet, cognationem spiritualem impedientem, & dirimentem contrahi inter baptizantem, & parentes baptizati: [i] a qua non excipitur, nisi baptizans filium suũ, & coniugis suæ, vel sũi: cum qua, vel quo iam contraxit Matrimonium, [k] ea ratione, quod per actum bonum non debet præiudicari Matrimonio sancto antea contracto, quæ cessat in contrahendo, de quali quærebatur, per quod videntur solui argumenta, quæ in contrarium adducit Sotus, [l] qui tamen non fuit ausus tenere contrarium, nec etiam Paludanus.

DE IMPEDIMENTO cognationis carnalis.

41 *Consanguinitas quid, & impedit, & dirimit intra quartum gradum.*

42 *Affinitas quid, & quantum restricta Concil. Trid.*

43 *Copula carnalis perfecta quid, & quæ gignit affinitatem.*

COgnatio autem carnalis seu cõsanguinitas, *est propinquitas duarum personarum, eo quod vna ex altera, vel ambæ ex eadem descendunt*, secundum glossam receptã, [m] pater. n. & filius sunt cõsanguinei, qa vnus ab alio descẽdit: duo ité fratres, qa ambo a tertio descẽdunt.

42 Affi-

a l. præcipimus. C. de appell.

b cap. 1. de Matri. contrac. contra interdictũ eccle. & c. 1. de cler. p sal. prom.

c In l. prætor ait. n. 3. ff. de noui operis nun. & c. per Catechismum de cognat. spiritu. li. 6.

d Eod. capi. nu. 72.

e cap. 16. nu. 34.

f De cogn. spirit. lib. 6.

g S. Tho. in 4. di. 42. q. 1. art. 3.

h cap. 1. de cognat. spirit. lib. 6.

i Per c. ad limina. 32. q. 1.

k In 4. dist. 41. art. 1.

l In arbore consanguin. lib. 6.

m

42 Affinitas vero eſt, *propinquitas duarum perſonarum, quarum vna cum conſanguinea alterius copulam habuit*, ſecundū gloſſam receptam,[a] in qua re copula illicita, & licita ſunt pares, [b] modo ſit per fectа, quæ eſt illa, per quam ſemen viri in vas fœminæ naturale ad generandū mittitur, [c] & non ſufficit ſaltem coram Deo violatio virginitatis, nec quælibet alia turpitudo iuxta gloſſam receptam,[d] & ita non ſufficit actus ſodomiticus, iuxta mentem S. Thomæ & communem,[e] quam Palud. & S. Anton. [f] explicant.

43 Ex quibus ſequitur primo conſanguineos, vel affines intra quartum gradum non poſſe Matrimonium licite cōtrahere, nec contractum valet, [g] ſed pdictum Concilium,[h] limitauit impedimentum affinitatis ex illicita copula natum, ad primum, & ſecundum gradum tantum, ſtatuens in vlterioribus Matrimonium poſt eam contractum non dirimi, & licet contextus illius non addat, non impedire, ſed tantum non dirimere: & ideo potuiſſet aliquis dicere, quod licet Matrimonium contractum per affines ex copula illicita tertij & quarti gradus valeat: peccare tamen contrahentes ſine diſpenſatione: quia a lege veteri nō diſcedimus, niſi quatenus per nouam exprimitur, [i] tamen Pius V. Motu proprio ſuper hoc edito contrarium declarauit, [k] ſcilicet dictam affinitatem, nec dirimere, nec impedire.

Sequitur ſecundo, huiuſmodi contrahentes non ſolum peccare, ſed etiam ex communicatos eſſe, ſicut ſunt conſanguinei, [l] niſi excuſet ignorantia, de quo infra. [m] qui vero contrahunt tantum ſpōſalia intra quartū gradum, peccant quidem, ſed non ſunt excommunicati, niſi copula ſequatur, & ea ſequuta ſic, iuxta communem ſecūdum iura antiqua, per quæ ſponſalia tranſibant in Matrimonium per copulam carnalem ſequutam: non tamen hodie poſt Concil. Triden. [n] quæ tamen ſecundum iura antiqua non procedebant, quoad forum conſcientiæ, niſi in eo, qui vxorio affectu copulam habuerat, alias enim in illo non eſſet verū Matrimonium iuxta omnes, [o] ex quib. infertur, quod huiuſmodi impediti contrahentes ante legitimam ætatem, non ſunt excōmunicati: quia in effectu ſpōſalia tantum de futuro contrahunt, [p] idem de contrahentibus credentibus ſe cognatos, ſi vere non ſunt: nam peccant mortaliter, & non valet Matrimonium, ſi credebant illud non valere, alias ſic, vt recte Sylueſter reſoluit, [q] quod autem dictum eſt de viro contrahente cum muliere, idem cenſetur dictum de illa contrahente cum illo.

a In arbore affinitatis. b ca. diſcretionē, de eo qui cognot. conſ. vxor. ſuæ. c ca. extraordinar. 35 q. 3. d In d.c. ex traordina. e In 4. libr. ſen. diſt. 41 f 3. par. tit. 1. cap. 12. g capit. non debet. de cō ſang. & affinit. h Seſſ. 24. c. 4. de refor. Matr. i l. præcipimus C. de appell. k In extra nag. ad Romanū lata anno 1566 l clem 1. de conſang. & affin. m cap. 27. num. 141. n Vt dictū eſt ſupr. nu. 25. & 28. o In cap. is qui. de ſpōſ. p ca. 1. §. i. de ſpōſ. li. 6 q In Verb. Matrimon. nu. 7. q. 13. §. 5.

DE IMPEDIMENTO cognationis legalis.

44 *Cognatio legalis quid, quotuplex, & quouſque impedit, & dirimit. nu. 45.*

COgnatio vero legalis, *eſt propinquitas ex adoptione al cuius in filium proueniens*, ſecundum mentem prædictorum, [r] & eſt triplex. Prima eſt aſcendētium, aut deſcendentium, ſcilicet adoptantis, & adoptati, & deſcendentiū eius q nec diſſolutione adoptionis, nec emancipatione tollitur, [s] ſecunda quaſi tranſuerſalis, ſcilicet inter adoptatum, & filios naturales adoptantis durante adoptione, & filio naturali exiſtente in poteſtate patris, & non alias, [t] tertia eſt, quædam legalis affinitas, ſcilicet inter vxorē adoptati, & adoptantem, & inter adoptatum, & adoptantis vxorem, quæ durat perpetuo, ſicut prima, [u] porro quæ libet harum cognationū impedit, & dirimit Matrimonium, iuxta gloſſam & communem, [x] licet aliqui contradicant, quoad cognationem tranſuerſalē.

45 Ex quibus ſequitur inter adoptantē & adoptiui matrem hanc cognationem non contrahi, & quod adoptans aliquam in filiam ſuam non poteſt cum illa, nec aliqua eius deſcente intra quartum gradum Matrimonium contrahere: quia ſunt tanquam aſcendentes & deſcendentes. Item, quod non poteſt contrahere cum vxore filij adoptiui eo mortuo, nec filius adoptiuus cum vxore adoptantis eo mortuo: quia eſt cognatio tertiæ ſpeciei: quamuis ſic cum eius matre, etiam filio viuente: quia inter illos nulla cognatio intercedit: Sequitur item, quod adoptiuus cum filia naturali adoptantis hoc viuente, & illa in eius poteſtate manente, Matrimonium contrahere nō poteſt, ſed ſic patre mortuo, aut filia emācipata,

r Poſt gl. c. 1. de cogn. legal. s ca. ata dili gere. 30. q. 3. & §. ergo Inſt. de adoptionibus. t cap. 1. de cog legal. l. qui per adoptionem, ff. de adopt. u l. adoptiuus, ff. de ritu nupt. x In d.c. 1. & in 4. lib. ſen. diſ. 42.

cipata,aut ſi eſt illigitima,aut ipſe eſt iã emancipatus: quia hæc cognatio his modis ſoluitur,ſecundum omnes. [a]

a Vbi ſupr.

Inter prædictas vero tres cognationes hoc intereſt,quod conſanguinei, ſi contrahant inter ſe matrimoniũ intra quartum gradum non ſolum peccant, [b] ſed etiam ſunt excommunicati, [c] ſicut, & de affinibus infra dicemus. Cognati autem ſpiritualiter,vel legaliter,licet peccent, non tamen ſunt excommunicati, ſicut, nec conſanguinei ſola ſponſalia, de futuro contrahentes, iuxta gloſſam receptam. [d]

b ca.non debet,de conſanguini & affinit.

c clem.1.de conſang. & affinit.

d In dicta clement. 1.

DE IMPEDIMENTO criminis, aut delicti.

46 *Matrimoniũ quæ occiſio,& quod adulterium impedit, & dirimit.*& 47.

e Vbi ſupr. & di.39.in expeſit.litera.

f ca.laudabilem.de cõuerſ.in fid.

g cap.ſuper eo.de eo.qui dux. in matrimo. iux. Ioan. And. per Panor. & communem receptum ibid.

h Dict.cap. laudabilẽ,

i In capit.ſi quis viuente 32. q.1. & in ca.1. de conuerſ. in fid.

k c.ſignificauit. de eo qui dux. in matrim.

l ca.ſignificaſti.& ca. ex literis, eod tit.

m Dict.ca. ſignificauit & c. 1.31. q.1.

QVintum impedimẽtum eſt crimẽ. Pro cuius notitia notandum,duo eſſe crimina,quæ matrimonium impediunt,& dirimunt,ad quæ reducuntur illa tria S.Thom. communiter recepti. [e] Alterum eſt occiſio coniugis alicuius cauſa contrahendi cum eius coniuge,quæ facta vtroque machinante pactuo impedit,etiamſi alter infidelis eſſet, & ad eius conuerſionem procurandam patrata fuiſſet, [f] facta vero, altero tantum machinante, non ſufficit, niſi adulterium interueniat. [g]

Dixi, *cauſa contrahendi*; quia occiſio alio fine facta non ſufficit, [h] neque ratihabitio occiſionis ſuo nomine factæ: quamuis ſic iuſſio, aut conſilium,iuxta gloſſas receptas. [i]

Alterum crimen eſt adulterari ſcienter cũ coniuge alterius,& cõtrahere matrimoniũ,vel dare fidẽ de contrahendo.

Dixi, *adulterari*,quia ſi non erat vere coniux, licet putaretur talis, non impedit, [k] impedit tamen ſi ſit verum,quamuis ſit ſolutum,quo ad thorum, vel cohabitationem. [l]

Dixi,etiam,*adulterari*,quia nec datio fidei de contrahendo, nec contractus ſine adulterio ſufficit. [m]

Dixi,*ſcienter*: quia ſi vterque probabiliter ignorat,poſſunt matrimonium cõtrahere,ſimul atque mortuus fuerit,qui impediebat: & ſi alter tantum ignorat, in eius arbitrio eſt,ſublato impedimento denuo matrimonium contrahere,vel non, [n] donec ſciens cum tertia contraxerit, & modo ignorans non reſciuerit ante mortem impedientis, aut poſtquã reſcierit,non habuerit copulam.

n ca.1.eod. tit.

47 Notandum item,quod vt matrimonium inter ignorantem impedimẽtum, & ſcientem valere incipiat, non ſufficit ceſſatio impedimenti, & conſenſus nouus ſcientis:quia oportet,vt etiam ignorans denuo in illum conſentiat,poſtquã ei notum fuerit interueniſſe impedimẽtum, per quod illud matrimonium non valuit,& fiat ei iuſta libertas ad renuendum,ſi voluerit,ſecundum Innocentiũ [o] & Scotum. [p] Satis tamen videntur hæc ei notificari, & dari libertas,quando certior ſit matrimonium nil valuiſſe, ob aliquod impedimentum in genere,& quod non cogitur ad denuo contrahendum, quamuis non exprimatur ſpeciatim impedimentum, ob quod primum matrimonium non valuerit,neque a domo ſui mariti in maiorem libertatem deducatur: quin, & præſtat id facere, quoties non cõuenit,vt illud ſpeciatim nouerit, ſatis enim eſſet tunc dicere gratioſe,ſuſpicor te non eſſe maritum meum, aut vxorem meam aliqua de cauſa, ideo rogo te plurimũ cauſa tranquillitatis meæ conſcientiæ & conſolationis,vt ſi,& quatenus opus fuerit denuo nos pro coniugibus habeamus,ſecundum mentẽ Caietani.2.Tom.opuſculo.tract.12.de matrim.q.2.& in ſum. verb.matrim.pag.9.

o In ſi.c.2. de eo, qui dux.in matrimon.

p In 4.libr. ſen. diſ.35.

DE IMPEDIMENTO dirimente infidelitatis.

48 *Matrimonium,quæ infidelitas impedit quouſque dirimit.*

49 *Matrimoniũ,quod inter infideles nullum,& quod annullandum.*

SExtum impedimentum dirimens matrimonium eſt infidelitas.Matrimonium etenim contractum a fideli cũ infideli,nõdum baptizato nullum eſt,etiã ſi ſit catechumenus,hoc eſt,in fide Chriſtiana inſtructus,& velit baptizari: [q] nã licet, vt ſupra dictum eſt, matrimonium inter ifideles eſſe poſſit, quatenus eſt contractus, [r] non tamen quatenus eſt

q ca.nouit. ubi glo.28. q.1.

r ca.gaudemus.de diuor.& cap. deinde.20. diſt.

Sacra-

Sacramentum, [a] nec etiam vt cõtractus valet, si cõtra leges eorum fiat, [b] & multo minus quando contra leges naturales, vt fit quoties cum pluribus, quam cum vna contrahunt. [c]

49 Notandum tamen, quod matrimonium infidelium non diuiditur, eo quod alter eorum ad fidem conuertatur, licet conuersus licite se separare possit, quo ad cohabitationem a non conuerso, nolente conuerti, quamuis melius faceret conuiuendo ei quousque spes aliqua cõuersionis esset: tamen cum alia matrimonium contrahere viuente infideli nõ potest, nisi cum ipse nollet habitare cum ea absque contumelia creatoris, & sine studio peruertendi eam, aut in peccatũ mortale inducendi: quod procedit etiã in infidelibus, qui contraxerunt in gradibus lege canonica prohibitis, modo secundum leges eorum matrimonia essent valida, [d] imõ, & si infidelis antequã matrimonium contrahat cõuertatur, illum recipere tenetur, [e] siue dicamus per cõuersionem matrimonium dirimi, sicut sensit Panorm. [f] siue per secundum, ad quod cõtrahendum prædicta faciunt facultatem, vt melius dixit S. Thomas. [g] Dixi supra, *cum infideli nondum baptizata*: quia contractum cum fideli hæretica, vel schismatica valet, licet contrahendo peccet, iuxta gloss. receptam, [h] & S. Thomam & alios. [i] Sed contrahens cum non baptizata peccat, & non valet matrimonium: quamuis iam sit catechumena, vt dictum est supra.

a *Arg. ca. neniens, de presby. non Baptis.*
b *Arg. ca. fin. de diuort. &c. de infidelibus de consang. & affinit*
c *Dict. ca. gaudemus.*
d *Per cap. gaudemus. de diuort.*
e *Dict. ca. quanto, & d.c. gaudemus.*
f *Dic. cap. quanto.*
g *In 4. lib. sent. di. 39.*
h *In c. non oportet. 28. q. 1.*
i *In dicta dist. 39.*

DE IMPEDIMENTO dirimente violentiæ, vel metus.

50 *Matrimonium metu iusto contractum, imò & consummatum nullum.*

51 *Metus, quis iustus noue definitus, & declaratus.*

SEptimum impedimentum dirimens matrimonium est violentiæ, vel metus: pro cuius declaratione præmitto primo, quod quamuis omnes contractus, facti per metum regulariter valeant, secũdum glossam & communem, [k] licet noster Fortunius Garcia oppositum tenuerit, [l] & quamuis Sacramenta, in quibus character imprimit, sicut in Baptismo, [m] etiam valeant: contractus tamen, & Sacramentum matrimonij per metum contracta nil valent, [n] quia ita Ecclesia decreuit, ob multa, quæ Panor. & alij tradunt, [o] quæ tamen sola sine statuto Ecclesiæ, vix sufficerent.

51 Præmitto secundo, quod non quilibet metus ad hoc sufficit, sed requiritur iustus, qui cadat in virum constantem, [p] qui definitur a S. Tho. communiter recepto, etiam a Soto [q] esse ille, *quo minus malum maioris euitandi causa, eligitur, ut olim diximus*, [r] & late tradit Couarruuias. [s]

Contra quam definitionem occurrũt hoc in loco in Manuali sermone Hispano scripto, quędam: primum, quod minor timor est iustus mulieri, quam viro, iuxta glossam singularem, & a plurimis laudatam, [t] quæ non esset vera, si hac definitione perpenderetur.

Secundum, quod vera & communis sententia habet, iustum metum iudicis, vel prudentis arbitrio definiendum, secundum glossam, [u] & prædicta definitio satis concludit esse a iure definitum.

Tertium, quod communis Panormit. Præpos. & aliorum multorum habet contra Host [x] quod qui matrimonium metu mortis contractum, metu quoq; mortis consummat, non videtur matrimonium validum facere, & quidem ratione intelligibili, scilicet, quod essentia matrimonij est, vt consensus sit liber, [y] secundum omnes, & cum consensus directus in matrimonium, metu mortis extortus, non sit satis liber, a fortiori consensus indirectus, & per quandam consequutionem resultans, ex copula eodem mortis metu, extorta, nõ erit satis liber: qui tamen secundum definitionem prędictam non potest dici iustus: quippe, quod non eligitur minus malum ad euitandum maius: imò maius malum, scilicet peccatũ mortale ad euitandã mortem corporalẽ, q̃ est malum minus eo. [z]

Quartum, quod nihil male venialiter factu posset dici iusto metu factũ, quum omnis culpa etiã venialis, sit maius malum omni alio malo, quod non est peccatum, secundum Panormit. [a] & omnes Theologos, & Canonistas, & sentit glo. [b] quod tamen etiam Sotus, qui definitionem prædictam sequitur, [c] satis negat.

k *In c. abbas. de his, quæ vi.*
l *De ult. illat. 21,*
m *cap. matores. §. itẽ quær. tur. de Bapt.*
n *Cap. ue niens. 1. c. cum locũ. de sponsal. & text. irrefragabiles in c. significauit, de eo. qui duc. in matrim.*
o *In d. cap. cum locũ.*
p *l. metum. ff. quod metu cauſ.*
q *Ibid. in 4. lib. sent. di. 29. ar. 2*
r *In d. ca. cum locũ.*
s *In epit 4. 1. par. cap. 4. §. 1. a n. 10. & in 2. par. cap. 3. §. 4.*
t *In d. ca. cum locũ.*
u *In c. cum dilectus. de his. quæ vi.*
x *In c. consultationi, de sponſ.*
y *Per d. c. cum locũ.*
z *Iuxta c. ita ne. cum citatis in eo. 32. q. 5.*
a *In c. ſæcris, quod met cauſ.*
b *In ca. ſi aliquid. 22 q. 4*
c *In d. q. 29 art. 3.*

Quintum

Quintum, quod omnis rectus iudex iudicabit metum iuſtum mortis, & mutilationis eſſe iuſtum abſolute ſine conſideratione, an per illum liberatur a maiore malo, vel minore [a] & etiam metum ablationis omnium bonorum, vel maioris partis eorum, ſaltem ſi magna ſunt, [b] & merito, quia vita quædam ſunt iuxta gloſſam receptam iuncto textu, in l. aduocati, C. de aduocat diuerſ. iud. & probatur per l. iſti quidem cum ſuis concordan. ff. quod metus cauſa. & cap. cum dilectus adiuncta gloſſ. de his, quæ vi, metuſve cauſ.

a l. 1. & 2. ff. qđ met. cauſ.

b cap. 1. de reſt. ſpolia. lib. 6.

Sextum, quod etiam omnis rectus iudex conſiderabit in alio alius generis metu, non ſolum malum ipſum obiectũ, ſed etiam circumſtantias fortitudinis, vel fragilitatis, non ſolum ſexus, vt dixit prædicta gloſſ. ſed etiam ætatis, innatæ magnitudinis, vel parvitatis animi, aliorumque accidentium metum paſſi: ita quod eiuſdem mali obiecti metum in alio iudicabit iuſtum, in alio vanum, nõ conſiderando, an metum paſſus liberetur a maiori malo, an a minori.

Septimum, quod ad reddendum actũ inefficacem coram Deo ſufficit quilibet timor, etiam minor iuſto, modo ſit cauſa, ſine qua non, ſaltem principalis eius, vt dictum eſt, [c] & probatur efficaciter: quia leges conſtituentes diſcrimen inter alium & alium metum, ſe fundant ſuper præſumptione, quæ præſumunt aliũ eſſe cauſam actus, alium vero non: & lex fundata in præſumptione, non habet locum coram Deo, ſi veritas ei non reſpõdet, cap. is qui & cap. tua, de ſponſ. cum eis adnotat.

c Sup. c. 17. nu. 30. poſt Adr. & alios ibi citatos.

Octauum, quod quoad hunc effectũ neceſſario recedendum eſt a definitione S. Thomæ communiter recepta, licet ob ſeruanda ſit plurimum, quo ad effectum excuſandi a culpa: facit item gloſſa ſingularis, [d] quatenus notat ex illo capite metum reuerentialem annullare votum pueri vouentis religionem, etiam quo ad forum exterius, cui tamen non conuenit prædicta definitio.

d cap. præſens. 20. q. 3.

Nonum, quod licet ſuſcipiens ordinẽ ſacrum metu iuſto, verum charactẽrem ordinis ſuſcipiat, argum. cap. maiores, §. item quæritur, de baptiſmo, non autem obligatur voto cõtinentiæ illi annexo, [e] tradit S. Thomas, [f] & in ſpecie Angel. § & ita timor, qui non eſt iuſtus ad annullandum Sacramentum, eſt iuſtus ad annullandum votum. Per quæ nuper reſpondimus, non obligari ad preces horarias, & a bellis iuſtis abſtinẽtiam, quæ illi ſunt annexæ, filium cuiuſdam maximi Principis, qui maximo reuerentiali metu patris infantis, & patrui Regis diu conatum accepit, iunctis, quæ concurrebant circumſtantijs: per quæ omnia dicendum eſt, definitionem præfatam iuſti timoris a nemine, quod ſciam improbatam, nec limitatam eſſe neceſſario limitandam: quibus eſt conſequens, qđ licet metus mortis, quo teſtis falſum deponit, non dicatur iuſtus ſecundum definitionem S. Thomæ, nec conſequenter excuſet a peccato, erit tamẽ iuſtus, quo ad infirmandum eius teſtimonium, & quo ad excuſandum eum a pœna ſaltem ordinaria ſecundum definitionem prædictæ gloſſæ communiter receptæ; idque ipſum omninum dicendum de ſcriba, qui metu mortis fecit inſtrumentũ, vel teſtamentum, id eſt, peccare quidẽ, ſed inſtrumentum, vel teſtamentum eſſe reſcindendum. Id etiam ipſum omnino dicendum eſt de eo, qui matrimonium metu mortis contractum, metu quoq; conſummat, ſcilicet peccare quidem, ſed non præſtare conſenſum ſatis liberum, quo matrimonium valeat: porro iuſtus metus, nõ ſolum annihilat matrimonium eius, qui ob illum fingit ſe conſentire, ſed eius, qui vere conſentit, ſecundum S. Thomam & communem, [h] quidquid Cardinalis incaute ibi dicat: ſecundum quos omnes ſi pars coacta poſtea libere conſentiat, ſaltem tacite, altera in ſua voluntate perſeuerante, firmatur matrimonium: quin & ad id cogi poteſt volente parte coacta, per cap. ad id, & ibi notata de ſponſ. & ſi ſponte habeat copulam, videtur tacite conſentire, quo ad forum exterius: non tamen quo ad interius, niſi vere conſentiat. argum. cap. tua de ſponſ.

e Arg. cap. 1. de his quę vi.

f 2. 2. q. 88. art. 11.

g Verb. ord. 3. §. 4. q. 18

h In d. diſt. 29. & d. c. cum locum & in c. abbas, de his, ui.

DE IMPEDIMENTO dirimente ordinis.

52 *Ordo ſacer cur impedit, & dirimit matrimonium, &c.*

Octa-

OCtauum impedimentum dirimẽs matrimonium eſt ordo ſacer. nullus enim ſponte initiatus aliquo ex præ dictis quatuor ſacris ordinibus, poteſt contrahere matrimonium, & ſi contrahit non valet: quia eis eſt annexum votũ ſolemne caſtitatis, quod impedit matrimonium & dirimit, [a] ad quod votũ eos ſuſcipiens obligatur, quamuis eius propoſitum non ſit illud ſeruare, nec ad id ſe obligare. Nec obſtat, quod nemo cogitur vouere, ca. integritas, 32. q. 1. quia Eccleſia neminem ad ordines ſacros cogit, ſed ſolum ſtatuit, vt qui eos ſuſcipit, ſit ad matrimonium inhabilis. Et ſic qui voluntarie ordinatur, voluntarie illam inhabilitatem incurrit, iuxta Scot. in 4. diſt. 37. q 1. & ſi contrahat illud, eſt excommunicatus, [b] de qua infra, cap. 27. & an ſit irregularis dicetur ibidem.

a cap. 1. de cler. cõiug. & ca. 1. & cap. ſi quis eorũ, & ca. erubeſ. ent. 32. diſt.

b Clem. 1. de conſang. & affi.

Dixi, *ſponte*, quia ſecus, ſi iuſto metu initiatur, iuxta dicta ſup. eod. nu. 51.

Porro coniugatus, qui ordinem ſacrũ ſuſcipit inſcia aut inuita ſua vxore, non ſolum peccat cum ſuſcipit, ſed etiam poſtea cum debitum coniugale exigit: & idem ſi reddit illud ſuſceptis ordinibus, ex illius conſenſu legitimo. [c] non eſt tamen legitimus, niſi ipſa religionẽ ingrediatur, vel niſi ſit ſenex, & caſtitatem voueat. cap. Agathoſa 27. queſt. 2. S. Thom. receptus in dicta diſtin. 37. art. 2.

c Palud. in 4. d. 37. q. 1 col. 2.

DE IMPEDIMENTO dirimente ſecundarum nuptiarum.

53 *Matrimonium contrahens cum ſecunda, viuente prima clam ducta, & peccat, & quid aget, fama mortis prioris audita, & ſeq.*

53 *Filius matrimonij putatiui q legitimus.*

54 *Matrimonium contrahens ſecundo, putans mortuam primam quid aget.*

55 *Dubius, credens, & ſciens, in hoc pares.*

56 *Matrimonium contractum a credente illud non valere, an valeat.*

NOnum impedimentum dirimens matrimonium, eſt matrimonium præcedens, quod dirimit ſequens, nullus enim poteſt contrahere cum alia viuente prima, etiam nondum cognita, & clandeſtine ducta, ita tamen, quod valuiſſet matrimonium, & etiam ſi iam prima alteri nupſerit, & liberos ex eo ſuſceperit (quod proh dolor frequenter contingebat ante Conc. Trid.) peccat, nec abſolui poteſt ſaltem ſine firmo propoſito non cognoſcendi ſecundam, [d] nec vlla regionis abſentia, nec temporis longinquitas in hoc prodeſt. niſi denuo contrahat cum illa, poſt habitam de morte illius notitiam, ad quam habendam ſufficeret fama, ſi in longinquum profectus fuit, ſecundum Anton. [e] cui contradicit Panor. ibidem, ſed recte defendit eum Sylueſt. [f] aut ſi erat ſenex, aut prælium ingreſſus, non apparuit, de qua re literas accepit ab his, qui eidem interfuerunt, iuxta gloſſam receptam, [g] quoniam ſi fama orta ex horum aliquo ad eum perueniret, poſſet denuo contrahere cum ſecunda, & ſine peccato cum ea rem habere: porro filij ex ea ignorante primũ matrimonium ſuſcepti, legitimi forent per cap. ex tenore, iuncta gloſſ. communiter recepta, qui filij ſin legit.

d Tot. tit. de ſponſ. duorum.

e In cap. in præſẽtia de ſponſ.

f verb. matrimonium 8. quæſ. 13.

g In c. quoniã frequẽter, ut lite non cõteſt.

54 Illa item peccat, nec abſolui poteſt, quæ contrahit cum ſecundo, credens, probabiliter ſuum primum maritum mortuum eſſe, & poſtea ob nuntium, de eius vita acceptum credens, vel debens credere illum viuere, petit debitum coniugale, aut reddit ſecundo, ſi tamen dubitat, poteſt & debet reddere, ſed non petere, iuxta communem probatam, per cap. dominus de ſecund. nupt. contra quã tamen grauiter vrget, quod ſicut qui facit aliquid, quod credit eſſe mortale, mortaliter peccat, h ita, qui facit aliqd quod dubitat eſſe mortale, mortaliter peccat, [i] vt late probamus, [k] ſuper quo multa dicit Adrian. in quolibet. 2. ſed non ſatisfacit, vt ibidem demõſtramus, vbi diuina ope noue reſpondimus id, q eruditis in Hiſpania placuit, concedendo ſcilicet, quod non debet reddere dutando, ſed credendo, & quod poteſt credere mortuum, quoad effectum redden di, & non quoad effectum petendi, eo q poteſt quis vno tempore ob quædã motiua credere aliquid ad vnum effectum, & alio ob alia contrarium, vel de eo dubitare ad alium effectum. Et ita quando rationes dubitandi, adeo graues ſunt, vt iudicio prudentis neutram partem credere debeat, nec petere, nec reddere debi-

h capit. per tuas, 2. de ſimon. c. fi. de præſcri. i Arg. cap. dubius, de hæret.

k In cap ſi quis autem de pœniten. diſtin. 7. n. 85. cũ ſeq. & infr. nu. 81.

debitum debet, & quando adeo leues, vt vtramque partem credere possit, & reddere, & petere, dubietate sublata, potest & quando sunt mediocres, & tales, vt ob eas in præiudicium alterius non sit credendum, sed in suum sic, reddet credēdo ad hunc effectum mortuum esse, & non petet dubitando de illo, quo adhūc effectum: & si certo intellexerit eum viuere, relinquere debet secundum, & redire ad primum: alias enim adulteraretur [a] & primus eam accipere debet, nisi de eius vita certior facta cum secundo rem habuerit, [b] hæc quæ dicta sunt de vxore nubente secundo, censeantur dicta de marito ducente secundam.

a Dict. cap. dominus. adiuncto c. inquisitioni de sent. excommun.

b cap. cum per bellicā.

56 Peccat item ille, ac illa, qui, vel quæ credens suam vxorem, vel suum maritū viuere, cū re vera mortua, vel mortuus esset, matrimonium cum alia, vel alio contrahit, nec valet matrimonium, si dū contrahit, credit illud nō fore validum, quia non consentit legitime in matrimonium: secus si credit matrimonium valere, licet credat cōtrahendo peccare mortaliter, vt recte Sylvester [c] explicuit, declarando conformes esse opiniones, quæ contrariæ videbantur.

c Verb. matrimonium 8. q. 13. §. 5.

DE IMPEDIMENTO iustitiæ publicæ honestatis.

57 *Impedimentū publicæ honestatis quid, & quam restrictum Trident.*

58 *Matrimonium, vel sponsalia a parentibus contracta, quæ valent.*

58 *Sponsalia inualida etiam publica, non impediunt matrimonium vllum.*

DEcimum impedimentum dirimēs matrimonium est iustitiæ publicæ honestatis, quod definitur esse *impedimētum ab Ecclesia inductum dirimens matrimonium contractum inter sponsum, aut maritum, & omnes cognatos sponsæ suæ, aut mariti intra gradum prohibitum*, iuxta mentem nostrorum, [d] & S. Thomam & alios: [e] sciendum est tamen, quod copula carnalis ad hoc impedimentum nō est necessaria, licet illa interueniente aliud impedimentum affinitatis nascatur, de quo infra, nec erat necesse iure antiquo, vt sponsalia, aut matrimonium iure valerent, quia sufficiebat pure fuisse contracta sine defectu consensus, cap. 1. de sponsal. libro 6. vel sub conditione, sequuta illius purificatione, & impediebat vsque ad quartum gradum: nunc autem iure nouo Concil. Trid. nulla sponsalia inualida producunt hoc impedimētum, neque valida vltra primum gradū: matrimonium autem etiam inualidum per verba de præsenti contractum producere hoc impedimentum, & consequēter differre in hoc a sponsalibus per verba de futuro contractis, declarauit Pius Quintus, [f] quamuis etiam hodie quod de sponsalibus dicitur, dici potest de matrimonio contracto per verba de præsenti inter impuberes, quia illud resoluitur in sponsalia de futuro, per cap. 1. §. 2. de desponsat. impu. lib. 6.

d In d. cap. ad audientiam, & ca. sponsam.

e In 4. libr. sent. d. q.

f In extrauagant. ad Romanum lata anno. 1566.

Ex quibus sequitur primo, quod qui primum contrahit sponsalia cum aliqua & deinde matrimonium cum cognata eius, priorem debet accipere, quia matrimonium cum secunda propter impedimentum iustitiæ publicæ honestatis nullum fuit. Et si cum secunda rem habuit, neutram habere potest, non secundam, propter hoc impedimentum, non priorem, propter affinitatis impedimentum, secundum omnes. in cap. literas de desponsal. impub. & capit. ex literis de eo, qui cogn. consang. vxor.

58 Sequitur secundo, quod hoc impedimentum hodie non nascitur ex sponsalibus, vel matrimonijs contractis inter cō sanguineos, aut affines inter gradum prohibitum, aut cum ordine sacro initiato, aut religioso, quia sunt inualida, licet olim nascēretur, quia non erant inualida ex defectu consensus. Sed nec olim, nec hodie nascitur ex sponsalibus a parentibus factis, siue filij legitimę ætatis sint, siue non: nisi expresse, aut tacite consentiant, aut nisi sint præsentes sine contradictione, vel nisi absentes in id, postquam eis innotuit, consenserint. capit. 1. paragrapho porro, de desponsat. impub. libro sexto.

g In 4. dist. 27. q. 1. a 5.

Sequitur tertio quod illud Paludani [g] cōmendatum a nobis hic i Manuali Hispano, scilicet ex sponsalibus, & matrimonijs inualide & clandestine contractis, non nasci hoc impedimentū quo ad forum conscientiæ, [h] non esse adeo commēdandum, quoniam hodie, etiam

h Per c. tua de sponsal. & ca. 1. eo. tit. vl. lib. 6. cum ibi adnotat.

ex

ex publice contractis, si sunt inualida, non nascitur, sed quo ad matrimonium sic, per dict. extrauagan. Pij V. Et etiam quoad sponsalia, quæ Concil. præcesserunt, argum cap. fin. de const. quoniam hodie, etiam ex publice cõtractis, si sunt inualida, non nascitur, quamuis quo ad ea, quæ præcesserunt Concilium, prodesse possit.

DE IMPEDIMENTO dirimente impotentiæ.

59 *Impedimentum impotentiæ quid, & dirimit, quid faciet sic impeditus, & 60.*

DVodecimum impedimentum dirimens matrimonium est impotentia coeundi. Est autem impotentia impediens matrimonium, *impedimentum perpetuum naturale aut accidentale ad copulam naturalem perfectam*, iuxta mentem Sancti Thomæ [a] & S. Antonini. [b]

Dixi, *Perpetuum*, quia temporarium non sufficit, cap. fraternitatis, de frig. & malef. Illud autem est perpetuum, quod sine miraculo, aut sine probabili periculo animæ, aut corporis tolli non potest, dict. cap. fraternitatis.

Dixi, *Naturale, aut accidentale*, ad significandum ex duabus causis hoc oriri, scilicet, naturali, quæ significatur per verbum *frigidis* positum in rubr de frig. & malefi. & accidentali, quæ per verbũ *maleficiatis*: quoniam ad impedimentũ frigiditatis reducitur omnis alius naturæ defectus, aut excessus, & arctio membri, quæ copulam impediunt, & ad maleficium, siue fascinationem, quodlibet accidentale, quod ex abscissione, castratione, vel alio artificio nascitur.

Dixi, *Ad copulum naturalem perfectam*, quia non sufficit impotentia generandi, quæ in senibus, aut alijs sua natura, aut arte sterilibus inuenitur, iuxta glossam receptam, cap. quod sedem de frigid. & malefic. Porro hoc impedimentum est impediens, & dirimens. [c]

60 Vnde sequitur, non esse verum illud, quod dicunt Paludan. [d] & S. Antoninus, [e] quod qui potens matrimonium contrahit cum impotente, sciens impotentem esse, non potest se separare ab illa contra eius voluntatem, eo qđ est verum matrimon[illegible] & sibi del[illegible] imputa[illegible] impotente: quia fundamentum eorum talium est, cum inter eos nullum verum matrimonium sit, annihilante illud hoc impedimento, quod est impe[illegible]mens, quod etiam infinua[illegible]ret, quamuis idem contrarium dicat. Ex quo subi[illegible]ur, eum [illegible]tem non po[illegible] tali matrimonio ad delectationem carnalem, quamuis illi tanquam frater & soror conuiuere possint. [illegible]nsit Cœ[illegible]rus [illegible]ius gloss[illegible] est, & non potest habere copulam carnalem perfectam, vt quia non potest fundere semen, licite possit niti, vti vxore, ad [illegible] secu[illegible] Caietanum & diximus, in cap. deret. de pœnitent. dist. 5. num. 4[illegible]

a *In 4. libr. sen. dist. 34*
b *I. part. tit. 1. cap. 12.*
c *cap. 1. & 3. de frig. et malef.*
d *In d. 34. q. 2.*
e *2. par. tit. 1. c. 12. §. 3.*
f *Verb. matrimoni q. 9.*
g *In ead. q. 6.*
h *in ca. l. bilem*

DE IM[illegible]

impedientibus, & non [illegible] matrimonium in specie, & pri[illegible] de impedimento conditionis.

61 *Conditio quid, & quotuplex in matrimonio, quæ suspendit, an [illegible] quæ reuocatur, et [illegible] modo, & demo[illegible] 62.*
63 *Conditio [illegible] nuente, de [illegible] catur.*
64 *Matrimonium conditionale solui per [illegible] rum ante conditionem impletam. & 6*
66 *Conditio non[illegible] quo ad [illegible] clesi[illegible]*
67 *C[illegible] matrimoniu[illegible]*

PRimum impedimentum [illegible] impedi[illegible] & non dirimens est conditio[illegible] tem conditio, vbi hic tumi[illegible] *sio alicuius dispositionis futurum fiat*, ex men[illegible] verba eius, & verba [illegible] sonãs notatur per hanc coniunctionem, aliud æquippollens ex mente eorum veluti, *Duco te, vel ducam te in [illegible] si illud, aut illud euenerit.*

62 Conditionum autem in mi[illegible] nijs tria sunt genera, [m] Primũ est [illegible] quæ sunt turpes, & contra substan[illegible] aut bonum matrimonij, qualis est [illegible] *Si curtueris non concipere, [illegible] tra bonum generationis, & [illegible]* *posi.*

ditiorem non inuenero, quæ est contra bonum indiuiduitatis, & illa. *Si uirum ex adulterio quæsieris*, quæ est contra bonũ fidei. Quæ omnes annihilant matrimonium. capit. aliquando, & capit. solet. 33. quæ[illegible]unda dict. cap. fin.

Secundum earum, quæ sunt turpes, aut factu impossibiles sed non contra substantiam, aut bonum matrimonij, qualis est illa, *Si furatus fueris, Si occideris, Si cœlum digito tetigeris*, quæ non annihilant, sed pro non appositis in fauorem matrimoniorum habentur, & matrimonia, in quibus illæ ponuntur, censentur absq; aliqua conditione contracta.

Tertium earum, quæ sunt honestæ, qualis est illa, *Si pa[illegible] meus voluerit. Si tanta dos detur*, quæ si sunt veræ condi[illegible]iones, matrimonium suspendunt, quo[illegible]antur, [a] modo ponantur a [illegible]ensiue, secus enim si [illegible]iue, vel post contra[illegible]uspensiue, cap. prim. de cond. ap[illegible] iuxta intellectum Vincen. quem Pa[illegible]m. & communis probant, & modo [illegible]partes illis expresse consentiant, [illegible]e, altera eas exprimente, & al[illegible]te[illegible]ate, secundum Adrianum, [b] quamuis Innoc. iu[illegible]o cap. fina. requirat expressu[illegible]partis consensum, absque [illegible]fficienti fundamento.

Dixi, *Si sunt veræ conditiones* quales nõ [illegible]t de re præterita, aut præsenti, veluti [illegible] *Si N mortuus est, aut si viuit*, non su[illegible]uia non est vera co[illegible]itio, imo [illegible]sa, matrimonium nullum [illegible]valet: [c] & eadem ra[illegible] causa in illo posita non suspendit, [illegible]undum gloss. [d] vt cum dicitur, *Ma[illegible] tecum contraho, quia talem rem* [illegible]us, vt cum dicitur, *Con[illegible]um, vt talem rem* [illegible]nec dem[illegible]tio, veluti, *Matri[illegible] tecum contraho mercatore, aut do[illegible] talis rei*. Et quamuis hæc tria sci[illegible]ausa, modus, & demonstratio nũ[illegible] suspendant, annihilant tamen [illegible] sunt contra substantiam, aut bo[illegible]atrimonij, [e] aut personæ errorem inducunt, de quo supra, eodem cap. nu. 31. & sequent.

63 Ex quibus sequitur primo, quod qui matrimonium contrahit cum conditione, *Si pater meus voluerit* non esse matrimonium antequam pater consentiat, & quod simulatque consenserit, matrimonium esse incipit, si cõtrahentes ad eius vsque consensum in illa voluntate permaneant, [f] & patre renuente, omnino esse desinit. Magnæ tamen quæstionis est. An cõfirmetur per consensum eius, postquam semel contradixerit præstitũ: pro negatiua enim parte facit, quod primus eius actus videatur attendendus, [g] verius tamen videtur confirmari, si quousque ille consentiat, contrahentium cõsensus duret, alias non, iuxta Card. [h] & Syluestrum. [i] Non minoris autem quęstionis est, quando pater tacet non contradicendo, nec consentiendo expresse. Nobis placet opinio Syluest. vbi supra, quatenus ait, confirmari si per signa colligitur tacere: eo quod ei placeat, & infirmari si colligitur tacere, eo quod displiceat: non autem quatenus ait censendum ideo in dubio tacere, ꝙ placeat: quia id videtur esse contra regulam. *Is qui tacet non fatetur, nec negare videtur, lib. sexto*, & contra aliam, quæ habet, *facta non præsumi, nisi probentur*, [k] quas nõ video quo ad hũc casum iure limitatas.

64 Sequitur secundo, quod si tempore quo apponitur conditio pater est mortuus, & filius ignorat, statim non valet matrimonium: quia conditio non potest impleri, cum mortuus, nec consentire, nec dissentire possit. [l] Si autem scit patrem esse mortuum pro non apposita (quia impossibilis) habenda est, & consequenter censendum matrimonium valere. Ros. verb. Matrim. 5. §. 8. & Syluest. verb. Matrimon. 4.

Tertio sequitur, quod si ante conditionem impletam altera partium voluntate mutata contrahit cum alia absolute, illud matrimonium valebit, licet post illud contractum conditio impleatur, [m] quia in his, quæ ex voluntate solius disponentis pendent implementum conditionis non retrotrahitur ad tempus dispositionis, [n] sed impleta conditione, antequam contrahat cum secunda, perfectum est matrimonium, & ideo cogi potest ab Ecclesia recipere primam, iuxta glos. recept in d. cap. si pro te.

65 Quarto sequitur, referre multum, an quis dicat, *contraho tecum matrimonium*,

[illegible] ict. c. si. de conditi. appos.

f cap. super eo. & capit. per tua:, de cond. appos.

g Arg. l. boues, §. hoc sermone. ff. de uerb. signifi.

h In d. cap. super eo.

i Verb. matrim. 3. q. 4

k cap. cum in iure, de offi. deleg.

l cap. si gratiose de rescr. lib. 6.

m Argu. d. c. super eo. & ca. si pro te, de rescr. lib. 6.

n Iuxt. glo. recep. in d. ca. si pro te.

nium, si permiseris coitum. An *contraham tecũ si permiseris coitum*, vt insinuat Sylu. post alios, vbi sup. quia in priori casu sta tim fit matrimonium, si intelligit de fornicario coitu, quia conditio est turpis, & habetur pro non appositа: & si intelligat de vxorio, simul ac coierit, est perfectum quo ad Deum, & Ecclesiam, quia impleta est conditio, sub qua fuit contractum. In posteriori autem, si intelligit de coitu fornicario, conditio habetur pro non appositа, & sic manent sponsalia pura, & consequenter copula carnali subsequuta, fit matrimonium præsumptum quo ad Ecclesiam secundum iura antiqua, vt mox dicetur: quo ad Deum autem non, nisi copula esset, vxoria: si autem intelligit de coitu licito sunt spõsalia conditionalia, quæ sequuta copula purificãtur, quoad Deum, & Ecclesiam: & transeunt in matrimonium præsumptum quo ad Ecclesiam: quo ad Deum autem fiunt de conditionalibus absoluta, & purificata per conditionis implementum, sed non matrimonium, nisi consensus matrimonialis suspendens actum, vt dictum est, ab vtraque parte addatur, vt est addendus post sponsalia puta, per quæ mens obscura Syuestri declaratur: sed quum prædicta sponsalia non possint purificari, nisi per licitum coitũ, & ille non posset haberi, nisi sit matrimonialis, necesse est consequenter dicere, illa non purificari per illam copulã: aut certe per eam transire illa in verum matrimonium coram Deo, quod nobis videtur verum & firmum secundum iura antiqua, licet non secundum nouum Tridentinum, secundum quod non potest fieri matrimonium nisi præsente parocho, & duobus vel tribus testibus, ut dicetur infra, [a] & tactum est supra, [b] & dicetur infra. [c]

a Eod.cap. nu.69.
b Eod.cap. nu.28.
c cap.25. num.44.

66 Quinto sequitur, quod per hæc verba (*tecum contraho, si te virginem inuenero*) intelligendo per inspectionem honestarum fœminarum, est matrimonium conditionale, quia est vera cõditio, quippe quæ est de re futura & honesta, & intelligendo de inuentione per copulam carnalem, est purum matrimonium quo ad Ecclesiam, quia talis conditio, eo qđ sit turpis habenda est pro non appositа: Et eadem ratione, per illa verba, (*contraham tecum, si te per copulam virginem inuenero*) contrahuntur pura sponsalia. Et per illa. *Contraham tecum, si te virginem per honestas fœminas inuenero*, contrahuntur sponsalia conditionalia, quo ad Ecclesiam, quamquam quoad Deum in nullo casu matrimonium contrahitur, aut sponsalia ante adimpletam conditionem, si vere coram eo, fuit animus suspendendi vsque ad implementum illius, argum. capit. tua, & cap. is qui. cum eis annot. de sponsal.

67 Sexto demum sequitur, quod matrimonium contractum per illa verba, *Duco te in vxorem, si eras Sol orietur*, vel per alia, quę conditionem necessario euenturam importent, esse purum & non cõditionale apud Ecclesiam, secundum S. Thomam & Bonauenturam, [d] Hostien. Card. & Panorm. [e] contra glossam ibi, & alios illam male approbantes, quamuis quo ad Deum, & in foro cõscientiæ, non sit tale, si vere fuit animus suspendendi actum, vsque ad solis ortum.

d In 4. dist. 28. q. 3.
e In ca. per tuas, de cõdit. appost.

DE IMPEDIMENTO interdicti & feriarum.

68 *Matrimonium clam, vel contra interdictum superioris contrahens, vt peccat.*
69 *Matrimonia clãdestina, quæ hodie nulla cum alijs Tridenti statutis.*
70 *Ecclesiæ facies, quæ olim, quæ nunc, quando extra eam, etiam cum causa non contrahitur.*
71 *Nuptias benedicendi tempus Tridenti ampliatum.*

SEcundum impedimentum impediẽs, sed non dirimens matrimonium est interdicti & feriarum, vt cum alicui, ne contrahat matrimonium cum aliqua ob aliquod impedimentum Episcopus, Iudex, aut parochus interdicit, donec cõstet non subesse illud impedimentum, quod apponitur, per tit. de matrim contract. contra interdict. secundum Paludanum, [f] quidquid dicat Angelus. § Valet tamen matrimonium sic contractũ, si vere non suberat impedimentum, licet peccet contrahendo, sicut & peccat, qui contrahit matrimonium per verba de presenti clandestine sine iusta causa, aut publice sine trina denuntiatione, prius

f In 4. dist. 28. q. 2. col. 1.
g Vt recte defendit Sylu. verb. Matrimon. 7. q. 1.

prius in ecclesia facta, quo qui impedimentum inter eos esse sciunt, indicent illud, [a] & est excommunicatus, non qui dem iure communi, sed Episcopali, qua le in plerisque omnibus Episcopatibus Hispaniæ est.

69 Et quia multa circa hoc statuit Con cil. Trident. [b] substituam hic aliqua eius quibusdam sublatis, quæ in vulgari huic loco inserueram.

Primum est errare dicentes, quod ma trimonia clandestina contracta ante illud concilium, nō valent, vel quod filius non potest contrahere matrimonium si ne consensu parentum, vel quod parentes possunt illud irritare.

Secundum, quod matrimonia clande stina etsi contracta valeant, contrahere tamen illa detestabile est.

Tertium quod ob causas ibi expressas statuit in hæc verba, *Sancta Synodus præcipit, vt in posterum antequam matrimonium contrahatur ter a proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus festiuis in Ecclesia inter missarum solemnia publice denuntietur, inter quos matrimonium sit contrahendum, quibus denuntiationibus factis si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesiæ, procedatur, vbi parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat, Ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vel alijs vtatur verbis, iuxta receptum vniuscuiusque prouinciæ ritum. Quod si aliquādo probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiose impediri posse, si tot præcesserint denuntiationes, tunc vel una tantum denuntiatio fiat, uel saltem parocho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur, deinde ante illius consummationem denuntiationes in Ecclesia fiant, vt si aliqua subsint impedimenta facilius detegantur, nisi ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt prædictæ denuntiationes remittantur, quod illius prudentiæ, & iudicio sancta Synodus reliquit. Qui aliter quam præsente parocho, vel alio sacerdote, de ipsius parochi seu ordinarij licentia & duobus, vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit pro ut eos præsenti decreto irritos facit & annullat.*

Quartum, quod *Quicunque sacerdos sine licentia parochi coniunxerit matrimonio aliquos, etiam prætextu immemorialis consuetudinis, moneat suspensus, donec ab ordinario eius, qui coniungere debebat, absoluatur.*

Quintum, quod, *Parochus habeat librum, in quo coniugum & testium nomina diemque, & locum contracti matrimonij describat, quem diligenter apud se custodiat.*

Sextum, quod, *Prædicta Synodus hortatur coniuges, vt antequam contrahant, uel saltem triduo ante matrimonij consummationem sua peccata diligenter confitean tur, & ad sanctissimum Eucharistiæ sacramentum p e accedant.*

Septimum, quod, *Si quæ prouinciæ alijs ultra prædictas laudabilibus consuetudinibus & cæremonijs hac in re utuntur, eas omnino retineri sancta Synodus uehementer optat.*

Octauum, quod, *Hoc decretum in vnaquaque parochia suum robur post triginta dies habere incipiat a die primæ publicationis, in eadem parochia factæ numerandos.*

Aduertendum circa hæc primo, q̄ cō cilium non annullat omnia matrimonia clandestina, sed solum illa, quę fiunt sine præsentia parochi, vel alius sacerdotis facultatem in id ab eo, vel ab ordinario habentis, & sine duobus, vel tribus testibus. Præterea, quod nil expresse decernit, de matrimonio cōtracto in facie ecclesię, sine sacerdotis proprij vel alius præsentia. Et q̄ non valeat, vrget versiculus, *qui aliter.* Et contra, quod valeat facit, quod videtur intelligendus de cōtrahend. clandestine.

70 Aduertendum secundo, quod facies Ecclesiæ alibi dicitur ianua Ecclesiæ, vt in Lusitania, alibi ipsa Ecclesia, vt in Belgio, alibi præsentia multorum secūdum Maior. [c] vt in bona parte Hispaniæ, & vbi est talis consuetudo, ad hoc vt dicatur contrahi in facie Ecclesiæ, sufficit præsentia cognatorum & vicinorum, & idoneus testium numerus, iuxta Panormitan. communiter receptum. [d] Nunc autem per prædictum concilium supra proxime relatum videtur contrahi satis in facie Ecclesiæ, si trina denuntiatione præmissa, contrahatur corā parocho, vel

a cap. cum inhibitio de clandest. de sponsa. & ꝑ omnes in 5. d. 28. q. 1 col. 1. & 4.

b Sess. 24. c. 1. de refor. matrimon.

c In 4. dict. 27. q. 1.

d In d. cap. cum inhibitio.

vel eius locum tenente, & duobus, vel tribus teſtibus.

Tertio aduertendum, quod ſi contra heretur coram parocho & teſtibus, non præmiſſa trina denuntiatione, vel non omiſſa legitime, valeret quidem matrimonium, ſed diceretur clandeſtinum, quoad alios effectus, quam annullationis matrimonij: quia quo ad illos non videtur derogari iuri antiquo, a quo non eſt recedendum vltra quam recedit nouum, [a] Aduertendum quarto, quod hodie etiam cum iuſta cauſa non valebit clam ſine parocho, & teſtibus contractũ, licet antea iuſte potuiſſe contrahi diximus hic, ſequuti Caietanũ. [b] Id enim videtur ſentire conciliũ, qua parte facit facultatem Epiſcopo relaxandi prædictas denuntiationes, quando ei videbitur cõueniens. non tamen facit ei facultatem remittendi præſentiam parochi, & teſtium. Sed (quod valde notandum eſt) fœc. recor. Pius V. declarauit, non eſſe illos neceſſarios, in contrahendo denuo matrimonio, ab ijs, qui illud publice cum denuntiatione ſufficiente contraxerunt: ſed propter aliquod impedimẽtum occultum, eſt nullum, quo ſublato oportet, vt denuo contrahatur, quod fieri poſſe ſine vlla parochi & teſtium præſentia, antequam ad Vrbem veniremus, reſpondimus. Qua declaratione ſacrum Pœnitentiariæ Prætorium frequenter vtitur. Aduertendum quinto, quod licet ſufficiens cauſa relaxandi denuntiationes ſit, quod nobilis cum ignobili, diues cum paupere, ſenex cum adoleſcentula matrimonium contrahere velit, aut quod timeat conſanguineos, iuxta Paludanum [c] & S. Antoninum, [d] nõ tamen ſufficiunt ad hoc, vt Epiſcopus relaxet ſolemnitatem adhibendi parochum & teſtes, vt ſatis colligitur ex tenore Concilij. Aduertendum ſexto, expreſſe determinaria prædicto Cõcilio, Epiſcopũ poſſe diſpenſare circa prædictas denuntiationes, q̃ antea non fuimus auſi conſiteri, niſi in terris, vbi id fieri conſueuit.

71 Circa hoc peccat mortaliter, qui tẽporibus ab Eccleſia prohibitis benedictionem nuptiarum accipit, aut in domum ſuam ſolemniter ſponſam traducit, [e] ſed non, ſi ſolum ſponſalia, vel matrimonium de præſenti contrahit, [f] quia ſola benedictio, & traductio ſolemnis prohibetur, iuxta mentem S. Thomæ & Paludani, in 4. diſtin. 32. Caietan. in ſumma verb. Nuptiarum peccata Sylueſter. verb. nupt. peccata & verb. Matrimonio, 7. quæſtione ſecunda.

Tempora vero prohibita iure antiquo ſunt ab Aduentu vſque ad Epiphaniam, a ſeptuageſima ad Paſcha, & eius octauam, & a tribus Litaniarum, ſiue rogationum diebus ad ſeptimum diẽ Pentecoſtes. [g] Concil. autem Trident. [h] reſtrinxit hæc tempora, in hæc verba: *Ab aduentu D. N. Ieſu Chriſti, vſque in diem Epiphaniæ, & a feria quarta Cinerum vſque in octauam paſchatis incluſiue, antiquas ſolemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obſeruari ſancta Synodus præcipit: in aliis vero temporibus nuptias ſolemniter celebrari permittit.* Conſummare autem matrimonium per copulam abſque ſolemnitate nuptiarum, & abſque traductione ſolemni in domũ nullo tempore prohibetur, iuxta Caietanum [i] quem ſequimur, quamuis Paludanus, [k] & S. Antonin [l] & quidam alij ſine ratione neceſſaria teneant peccare, ſed ſolum prima vice.

DE IMPEDIMENTO ſponſalium, & catechiſmi.

72 *Cognatio ex catechiſmo non dirimit, & an reſtricta Tridenti.*

73 *Lex ſuper metiente trahitur ad mensũ ſi eſt eadem ratio.*

TErtium impedimentum impediẽs, ſed non dirimens matrimonium, eſt quod naſcitur ex ſponſalibus antea contractis. omnis enim, qui poſt contracta ſponſalia cum vna iuſta cauſa contrahit cum alia matrimonium aut ſponſalia, peccat mortaliter ſecundum omnes, & venialiter, ſed grauiter, ſi cum iuſta cauſa id facit ante facultatem ei a iudice conceſſam, vt ſupra eod cap. num. 27. diximus. Matrimonium tamen contractum valet, quia hoc impedimentum ſolum eſt impediens, & non dirimens, vt dictum eſt ſupra.

Quartum impedimentum eſt cognatio ſpiritualis, nata ex catechiſmo. [m] Catechiſmus autem *eſt inſtructio baptizan-*

a l. præcipimus, C. de appellat.

b In Opuſc. Tom. 1. tract. 12. q. 2.

c In 4. diſt. 28. q. 2. col. 4.

d 3. par. tit. 1. c. 16. §. 5

e cap. capellanus, de ſponſ. & capit. nõ oportet, cum tribus ſeq. 33. q. 4.

f Iuxta glo. recep. in dict. capellanus, per illum tex.

g dict. cap. capellanus.

h Seſſ. 24. c. 10. de reform. matr.

i In 4. diſt. 32. & Roſ. verb. impedimentum 13. §. 6.

k In 4. diſt. 32. & Roſ. verb. impedimentum 13. §. 6.

l 3. par. tit. 2. cap. 17.

m cap. catechiſmus de cogn. ſpirit. lib. 6.

di ſolemniter a Sacerdote facta, antequam baptizetur, de articulis noſtræ fidei catholicæ Romanæ credendis. [a] Ex qua inſtructione naſcitur cognatio ſpiritualis inter eaſdem perſonas inter quas ex baptiſmo de qua, eodem capit. num. 36. ſed non eſt tanti effectus, quia hæc impedit matrimonium, & non dirimit, [b] illa vero vtrumque facit.

a cap. ante baptiſmum de conſecr. diſt. 4.

b dict. cap. per catechiſmum.

Ad quæſtionem autem, An hæc cognatio cenſeatur reſtricta per prædictũ Concil. ſicut illa, quæ naſcitur ex baptiſmo & confirmatione? Reſpondeo affirmatiue argum. gloſſ. ſolen. [c] quatenus habet per illud capit fuiſſe ſublata quædam genera publicæ honeſtatis, eo quod fuerunt ſublata ſimilia genera affinitatis. Ex qua colligit ibi Præpoſ. vnum, quod mea ſententia, vt ibi alias dixi, nõ colligitur, ſed ſic aliud noſtro propoſito conuenientius, quod colligit Domin. [d] Nempe, quod cum duo ſic ſe habent, q̃ alterum eſt metiens, alterum menſum, lex corrigens, vel limitans metiens: cenſetur corrigere, vel limitare menſum, ſi eadem ratio militat in vtroque. At conſtat, quod cognatio ſpiritualis, quæ ex baptiſmo oritur, metitur eam, quæ ex confirmatione & catechiſmo naſcitur, & ita concilium limitans illam, videtur hanc quoque limitaſſe.

c In c. non debet, de conſ. & affinit.

d In c. 1. de temp. ordi. lib. 6. col. 3. verſ. ſed fallit quinto, & Francus col. 3. verſ. fallit quarto.

DE IMPEDIMENTO voti ſimplicis, iuramenti, & conſuetudinis.

73 *Votum ſimplex caſtitatis non dirimit matrimonium, & quatenus ſeruandum.*

QVintum impedimentũ impediens tantum, eſt votum ſimplex Caſtitatis. Omnis enim, qui poſt votum ſimplex caſtitatis emiſſum, matrimonium aut ſponſalia contrahit, peccat, etiamſi votum eſſet limitatum ad tempus nondum lapſum, matrimonium tamen valet, [e] etiam ſi vterque vouiſſet, ſecundum communem, & etiam gloſſam, [f] quicquid ei imponatur, & etiam ſi contraheret animo ingrediendi religionem poſt contractum, ſecũdum Richardum, in 4. diſt. 38. Roſellam [g] & S. Antonin. [h] Debet tamen ſeruare votum, qua parte poteſt ſine præiudicio alterius, & ita petere non poteſt debitum poſt conſummatum matrimonium, niſi vt dicitur ſupra, cap. 16. nu. 30. nec reddere priuſquã conſummet, quia ante religionem intrare poteſt, [i] nec matrimonium mortua prima vxore denuo contrahere poteſt, iuxta S. Thom. & cõmunem in 4. diſt. 38. & Archid. [k] etiam ſi iuraſſet contrahere, quia tale iuramentum non liberat a voto, imo per illud redditur illicitum, & non ſeruandum. [l] Peccat item, qui matrimonium cum ea, quam caſtitatem vouiſſe ſciebat, contrahit, [m] matrimoniũ tamen valet.

e cap. 1. de voto. f cap. ſicut dignum de conſecr. diſt. 4. g in 4. diſt. 38. q. 2. art. 3. q. 2. h 3. p. tit. 1. ca. 16. & Sylu. verb. Matri. 7. q. 5. §. 2.

i cap. ex publico de conuerſ. cõiug. k In ca. de eo. 30. q. 1.

l capit. non eſt obligatorium de reg. iuris lib. 6. m Iuxt. gl. ſing. in cap. nõnoumus 17. q. 2.

An autem peccet, qui interrogatus ab eo, qui votum ſimplex caſtitatis emiſit, an valeret matrimonium ſi contraheret illud, reſpondi, valere; dubium eſt: nam Hoſt. tenet quod ſic, & aliqui alij, quod non: ſed conciliari poſſunt, dicendo opinionem Hoſt intelligi, quando tali perſonæ, & tali tempore, loco, & modo reſpondetur, vt voti violandi occaſio detur, & contrarium, quando tali & tali modo reſpondetur, quod nulla talis occaſio datur, quamuis eam ille ex bono reſponſo arripiat, vt recte ſentit Sylu. [n] Idem quod dictum eſt de voto, videtur dicendum de iuramento, [o] & de conſuetudine, quæ induceret ſimile impedimẽtum, ex mente gloſſæ. [p] Cuius exemplũ de filijs duorum compatrum antea hic poſitum omitto, quia ſublatum eſt hodie per Concil. Tridentinum relatum ſupra eodem.

n Ver. matrimonium 9. q. 5. §. 9. o Arg. cap. debitores, & iureiuran. p cap. ſuper eo. de cogn. ſpirit.

DE IMPEDIMENTIS reliquis non dirimentibus.

74 *Matrimonium impediunt, ſed non dirimunt ſeptem delicta & quæ ſint illa.*

74 *Vxoricidium, & mariticidium impediunt matrimonium.*

74 *Pœna vnius correlatiui extenditur ad aliud, ſi eadem eſt ratio.*

74 *Raptus, vt impedit matrimonium.*

74 *Filij proprij ſuſceptio, quæ impedit matrimonium.*

74 *Presbytericidium, vt impedit matrimonium.*

74 *Pœnitentia ſolemnis, vt impedit matrimonium.*

74 *Inceſtus tam cum cognata, quam affini im-*

ni impedit matrimonium, sed Episcopus dispensat. & 75.

76 *Matrimonium fiste contractum, nullum coram Deo, & quo ualidatur, & quo creditur deceptio.*

77 *Matrimonium secundum contrahens, decepta quid agere debeat.*

78 *Protestatio contraria facto inualida, & quæ nocet matrimonio.*

79 *Matrimonij contractus, qui ob finē malum mortalis, uel uenialis.*

80 *Matrimonio sufficit consensus diuerso tempore sic datus.*

81 *Matrimonij contractus in excommunicatione, uel mortali, est peccatum, sed valet.*

82 *Matrimonij usum, impedit scientia nullitatis eius superueniens.*

83 *Matrimonij impedimentum non denuntians: ut peccat, & ut id facere debeat.*

83 *Consuetudo etiam circa sacramentalia induci potest.*

83 *Iulius Anton. Sanctorius Cardinalis S. Seuerinæ laudatus.*

83 *Benedictio nubentium quibus danda, & an præmittenda copulæ.*

83 *Nuptiæ primæ benedicendæ, secundæ non item.*

SExtum impedimentum non dirimēs est incestus, [a] de quo latius dicetur infra num. 75.

Septimum vxoricidium, ca. admonere. 33. q. 2. & quānis Syluester dicat nullo iure probari idem esse de (vt ita dicam) mariticidio, sequimur tamen Paludanum, qui oppositum affirmat. dicta distinct. 34.

Non obstat, quod pœna nō debet extendi vltra suū casum, [b] quoniam fallit in illis correlatiuis, in quibus eadem ratio idem suadet, secundum Panormit. [c] ita hoc resoluentem, & eadem, imò maior ratio suadet idem in vxore, quod in marito, quod etiam Sotus, in distin. 37. tenet, licet huic argumento non rndeat.

Octauum impedimentum est, raptus sponsæ alterius, cap. statutum. 27. qō. 2. quòd tamen per Concilium Tridē. Sess. 24 cap. 6. factum est dirimens, quamdiu rapta in potestate raptoris manserit, in hæc verba: *Decernit sancta synodus, inter raptorem, & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium. Quod si rapta a raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta, illum in virum habere consenserit, eam raptor in uxorem habeat, nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxiliū, & fauorem præbentes, sint ipso iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces, etsi Clerici fuerint de proprio gradu decidant. Teneatur præterea raptor mulierem raptam, siue eam uxorem duxerit, siue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare.*

Nonū, pprij filij de fonte susceptio animo ne vxor debitū exigere a se possit. [d]

Decimū, est Presbytericidum, [e] quānis Panorm. dicat, id locum non habere, quousque in iudicio conuincatur. vbi supra.

Vndecimum impedimentum est pœnitentia solemnis iniuncta & facta. [f]

Duodecimum matrimonium scienter cum moniali contractum. [g] Quoniam vero super impedimento incestus magna fuit disputatio in sacro Pœnitētiæ prætorio, quum ei summa prudentia, miraq; dexteritate tanquam summus Pœnitentiarius præsidebat Cardinalis Alciatus Illustriss. idemque omni iuga disciplinarum encyclopædia clarissimus: An omnis incestus hoc impedimentum pareret, his quæ alias hic dixi, subsituo primum, pleroſque omnes iuris diuini, & humani peritos stricte ac proprie appellare incestum solum coitum, cum cō sanguinea, vel affine in gradu prohibito. [h] Secundum inter omnes conuenire, ex omni incestu oriri impedimentū affinitatis impediens, & dirimens. Tertium inter omnes etiam cōuenire ex incestu cum affine, durante matrimonio admisso oriri impedimentum impediēs matrimonium contrahendum cum quacunque alia. [i] Quartum pleroſque omnes Theologos tenere ex incestu cum cō sanguinea oriri quidem impedimētum affinitatis, nullum tamen aliud siue ante, siue post matrimonium contractum admittatur, in quibus est S. Tho. [k] communiter receptus, & Sotus, [l] S. Antoninus [m] Syluester, [n] quos etiam sequitur Couarruuias [o] Tum quia videtur eis nullo iure id caueri, cum prædicta capitula solū agant de incestu cū affine.

a Cap. 1. & 2. & c. transmissa. de eo qui cogno. consang. uxor. suæ.

b Cap. pœna de pœnit. dist. 1.

c In proem. Greg. & alios citatos ibi per Felyn.

d Cap. de eo. 30. q. 1.

e Di. ca. q presbyteris de pe. & remiss.

f Cap. de his. c. antiqui. 33. q. 2.

g Ca. si er gō. qu. 27. quæst. 1.

h Vt i rub. C. de incest. nupt. & alijs locis infra citandis.

i Per cap. 1. & 2. & cap. transmissa, de eo qui cogno, consang. uxor.

k In 4. di. 84. q. 1. artic. fin.

l distin. 37. art. 2.

m 3 par. c. 15. §. 4. tit. 1.

n Verb. matrim. 7. Imped. 6.

o In epi. 4. cap. 6. in princ. nu. 4.

Tum quia, vt ait Richard. non videtur hoc inductum ob grauitatem criminis, ſed ob iniuriam, quę fit matrimonio per coitum cum cognata coniugis.

Contrarium vero tenent plerique omnes Canoniſtæ cũ Pan. & Præpoſ.[a] quos hic ego ſequutus fui cum Ange.[b] Tum quia, vt ibi dixi, id ſtylus curiæ ſeruat, dũ diſpenſando, vt conſanguinei, qui ſe inceſtu polluerunt, contrahant inter ſe matrimonium, apponit clauſulam, vt ſuperſtes ſine ſpe coniugij maneat. Tum quod cap. ſi duo. 35.q.7. habet, *conſanguineos matrimonio iunctos ſeparari debere, & poſſe cum alijs contrahere*: ſi iuuenes ſunt, ſignificando, vt ait gloſſa indigere diſpenſatione, ſi ſcienter ſe cõiunxerũt, quæ tamen propter iuuentutem dari poteſt. Tum q cap. ſi. 35 q. 8. de conſanguineis concubinarijs, ait, *ſi alter eorũ morte præuentus fuerit, alter, quamdiu viuit grauiter pœniteat, & ſine ſpe cõiugij maneat.* Tum per c. *de inceſtis*, 35. q. 3. ibi. *Inceſtuoſos nullo nomine coniugij deputandos.* Tum quia ratio, quæ ex contextu multorũ ca. 35. cauſæ colligitur, quare multo plus in ſiſtitur in eis ad declarandum inceſtuoſum cum affine non debere contrahere, quã inceſtuoſum cum conſanguinea, vr eſſe, quia de illo plus poterat dubitari, quã de hoc. Tum quia ratio prædicta Richardi eſt firma, cũ inceſtus cum affine, nullo præcedẽte matrimonio, idem faciat. Nam c. ſi quis cum duabus, 33. q. 2. habet, q cum duabus ſororibus fornicatus non debet contrahere etiã cum alia, niſi quædam concurrant, ob quæ diſpenſetur, & vbi ait gloſ. Tum per c. ſi quis cũ matre & filia,[c] Tum per ca. qui propinquam,[d] in quo Papa Fabianus ait. *Qui propinquam ſanguinis uxorem ducunt, & ſeparantur, non licebit eis quamdiu viuunt alias vxores ſibi in coniugio ſociare.*

75 Super hoc autem impedimentum diſpenſare poteſt, & debet Epiſcopus, ſi timeatur incontinentia,[e] & iuxta Paludan.[f] & S. Antoninũ,[g] quos ſequimur contra Pan. & Præp. tenentes,[h] Epiſcopũ non diſpenſare in inceſtu cũ conſanguinea, ſed cum affine. Tum quia plurimi tenent, vt diximus proxime, inceſtũ cum cognata nullũ inducere impedimẽtum. Tũ quia iurib. prędictis permittitur diſpenſatio ſimpliciter. Quin addimus quod ſtante conſuetudine, quod ob nullũ inceſtum diſpenſatio petatur, qñ incontinentia timetur, etiam Epiſcopi diſpenſationẽ non eſſe neceſſariam, ſm Palud. S. Anton. & communem vbi ſupr. quidquid alij dicãt. Imo addit Paludanus[i] hoc conſuetudine ſeruari, cui credimus, ideo q nunquam vidimus, neque audiuimus nullum inceſtuoſum petere diſpenſationẽ a Papa, vel Epiſcopo, niſi ad contrahendũ cum ea, cũ qua inceſtũ cõmiſit, vel eius cõſanguinea ob affinitatẽ inde ortam, quam ſi S. D. N. ſciret, iuberet forte, ne in diſpenſationibus cum inceſtuoſis apponeretur prędicta clauſula, vt ſuperſtes, &c. An autem idem poſſit facere Epiſcopus in impedimento ex alijs delictis orto, dicitur infra, num. 86. 76 De contrahente autem animo ficto, vel inordinato, vel contra cenſuras, & irreuerentiam ſacramenti dicẽdum primo, peccare illum, qui contrahit matrimonium, aut ſponſalia fictę ſine animo vere contrahendi, & non efficere quoad Deũ, & forũ conſcientiæ matrimoniũ, quamuis copula ſequatur, ſi poſtea vere in ea non conſenſit, licet quoad Eccleſiã ſit præſumptũ ſm iura antiqua,[k] quam Sylueſt. declarat.[l] Sed nõ ſecundum ius nouũ Conc. Trid. ex quo colligitur ſponſalia non tranſire in matrimonium per ſolam copulam, vt dictum eſt ſupra.[m]

Secundo dico, quod ad validãdum tale matrimonium factum non ſufficeret cohabitatio cum ea tanquã propria vxore, etiam ſi crederet ſufficere propter confeſſarij, vel alterius auctoritatem, niſi coiret, aut cohabitaret animo denuo cõtrahendo cũ illa, vt recte probat Syl.[n] quia per talem cohabitationem & copulam, non vult denuo matrimonium contrahere, ſed vti antea contracto: quæ limitatio Sylueſt. licet iuridica ſit ſecundum antiqua iura prædicta: non tamen ſecundum ius nouum Concil. Triden. vt proxime dictum eſt.

Tertio, q ex hoc ſequitur, q valeret matrimoniũ cũ alia ſecundo contractũ, antequã primũ nouo conſenſu vtriuſq; confirmaretur, & conſequenter cũ ſecũda cohabitare deberet, ſi abſque ſcandalo poſſet, Ang.[o] & Syl.[p] tamen obligatur ſub pœna mortalis confirmare primum, antequam cũ ſecunda cõtrahat,[q] quia

a In d. c. 1. & 2. de eo, qui cogno. conſangui. vxor.
b Verb. inceſtus. §. 5.
c 35. qu. 3.
d ead. cauſ. & quæſt.
e ca. antiq. ea. in adole ſcẽtia 33. q. 2. & ca. ex literis, 1. de eo qui cogn. conſ. uxor.
f In 4. diſt. 34. q. 1. col. 3.
g 3. par. tit. 1. c. 15. §. 4
i Vbi ſupra col. 4.
k ca. is qui. cap. tua. de ſponſal. & communis ibi.
l Verb. matrim. 4. q. 8. 25. & 28.
m eod. c. n
n Vbi ſupr. q. 1.
o Vbi ſupra §. 25.
p Vbi ſupra q. 8.
q Matri. in 4. diſt. 27. q. 1.

quia tenetur verificare verba, quibus eā decepit, niſi tanta ſit inæqualitas, vt illa præſumere debeat, cauſa decipiendi eā, illum verba contractus dixiſſe, quo caſu tamē tenetur reſtituere damnum famę honoris, vel rei familiaris, ſi quod illa ex talibus verbis pateretur, ſm S. Thom. [a] Porro, ita decepta alteri nubere non poteſt, niſi quādo probabiliter iudicio prudentis, & boni viri crederet, eum, qui decepit, verum dicere, aſſerendo ſe non habuiſſe animum contrahendi cum illa, ſed tantum decipiendi. Vir bonus autem & prudens id arbitrabitur, ſi ſtatim poſt contractum id ei declarauit, & cum alia contraxit, aut religionem profeſſus eſt. Et idem, ſi non ſtatim id declaraſſet, poſtea tamen iuramento id firmat, & eſt alioqui fide dignus, & ſæpe vel ſaltem ſemel in anno confitetur, communicat, & bonorum conſuetudine vtitur, aut ſi ſint adeo diſpares, vt nō ſit veriſimile illum matrimonium cum illa vere contrahere voluiſſe, aut ſi ſint alia eiuſmodi indicia, & ille duxerit aliam, vel profitetur religionem, alioqui enim non eſt tutum ei alteri nubere, quoniam ſæpe diuites, & nobiles, ob egregiam formam & honeſtatem, & alios fines matrimonium cum fœminis plebeijs, & tenuis conditionis vere contrahunt. Quæ colliguntur ex Roſell. verb. matrim. 4. §. 3. & Sylueſt. [b] Quibus addimus ordinis ſacri ſuſceptionem pars eſſe coniecturæ quo ad hoc, cuius eſt matrimonium ſm, aut religionis profeſſio. [c]

77 Quarto dico, quod ſi illa cum ſecundo contraxerit, ante vllam rationem credendi ſe fuiſſe deceptam, non debet, nec poteſt ſecundo debitum reddere, aut petere, ſi autem rationem iudicio boni viri, & prudētis ſatis probabilem ad id credendum habuerit, poterit petere & reddere. At ſi eiuſmodi rationem credendi nacta fuerit, quæ non ſufficiat ad credēdum in fauorem ſuum, ſed ad euitādum præiudicium mariti ſic, reddere debet, & ſi non exigere. [d]

78 Quinto, quod peccat, qui ficte contrahit matrimonium cum aliqua legitimis verbis, proteſtatus prius, ſine iuſta cauſa p nulla verba, quæ diceret, eſſe ſibi animū cōtrahendi cum ea, q̄is eam carnaliter cognoſceret, & in foro exterio ri pro matrimonio iudicaretur, [e] quia illa proteſtatio, quæ facto contraria eſt, nil prodeſt. [f] Dixi, *ſine iuſta cauſa*, qa ſi facit iuſta de cauſa, puta ad ſcādalum aliquod notabile vitandum, non peccat, neq; iudicaretur matrimonium in foro exteriori propter defectum conſenſus, ſm oēs. arg. c. 1. de his, q̄ vi. met. vē cauſ 79 Sexto peccare, qui matrimonium ob finem mortaliter malum contrahit, puta ad liberius adulterandū, occidēdum, &c. ſecundum omnes, quia quam malus eſt finis actus, tam malus eſt ille, [g] vbi late nuper hoc tractauimus. Et ideo nō eſt pluſquam veniale contrahere matrimonium ob finem ſolum venialiter malū. Nec contrahere principaliter propter carnis delectationem, aut pulchritudinē aut diuitias, aut ob alium finem, qui de ſe non eſt mortalis, eſt mortale, eſt tamē veniale, quia illa non poſſunt eſſe finis actus matrimonij, & omnis actus direct⁹ in finem malum, vel principaliter in finem ineptum, eſt ſaltem venialis. [h] Nec contra ſentit Paludanus [i] quidquid dicat Angelus, vt recte ait Sylueſt. [k] Contrahere vero minus principaliter ob aliquod trium prædictorum, vel ob aliud temporale, modo principaliter contrahatur propter Deum, vel quia eſt licitū, & honeſtum, nullum eſt peccatum. Per ibidem ſcripta.

Septimo dicendum, quod quando de voluntate contrahentium conſtat, nō refert quo ad Deum, & forum cōſcientiæ, quibus verbis contrahentes vtantur, qa ſi fuerit vtriuſque voluntas contrahēdi de præſenti, ſit matrimonium, ſi vero de futuro, ſponſalia tantum. [l]

80 Octauo, quod quamuis cōueniret, vt amborum conſenſus ſimul eodem loco & tempore concurreret, nō eſt tamen neceſſarium, quidquid dicat Panorm. [m] ſufficit enim vt altera pars prius, & in alio loco conſentiat, & poſtea quouis tēporis interuallo interiecto, altera alibi aſſentiat, modo prior in ſuo cōſenſu perduret iuxta Hoſtien. & Ioā. Andr. [n] Quo fit, vt ſi altera pars vere conſenſum præberet, altera autem falſe, quæ poſt 10. 20. vel plures dies & mēſes vere aſſentiret, permanēte altera in ſuo conſenſu, verum matrimonium fieret. Conſenſus autem prioris tamdiu dicitur durare, q̄diu

a In 4. diſt. 28. & ibi Palud. q. 1. pro quib. faciūt c. 1. & 2. de adult. cum eis adnot.

b Verb. matrimonium 4. q. 9.

c Arg. c. 1. de uot. lib. 6 & tradit Adri. in 4. q. 4. col. 5. de matrim.

d Arg. c. in quiſitioni de ſen. excom. & ca. dominus, de ſecund. nup. cum concordia illorū noſtra relata ſupra eo. c. nu. 54. & 55.

e Iux. gl. recept. c. tua.

de ſponſ.

f Cap. cum M. & et an not. per omnes de cōſt.

g Cap. cum miniſter, 23. q. 5.

h Vt in d. c. cum miniſter. nu. 30. probauim⁹.

i In 4. diſt. 31 q. 3.

k Verb. matrimonium. 4. q. 4.

l Arg. c. intelligentia de uer. ſign. ca. tua. de ſponſ. & ca. humanæ aures, 22. q. 5.

m In cap. dilectus de ſponſal.

n Ca. ex literis. de ſpon.

diu non recedit ab eo. [a] Dixi, *Legitime*, quia si aliquod impedimentum subesset, quo consensus præstitus redderetur ille gitimus, oportet vt impedimento sublato, denuo ambo consentirent, perinde ac si nullo vmquam tempore contraxissent per dicta supra. [b]

81 Nono dico, peccare illum, qui excommunicatur excommunicatione maiori, vel minori, vel infectus peccato mortali, ante illius detestationem matrimonium contrahit, quia omnis excommunicatus etiam in minori excommunicatione, a percipiendo sacramento prohibetur: [c] & etiam mortali peccato infect⁹ ante pœnitentiam. [d] Valet tamen matrimonium. [e] Quare qui credit, aut probabiliter dubitat de excommunicatione, priusquam contrahat, quærat absolutionem. Caieta. in summa verb. matrimonij.

82 Decimo, peccare illum, qui post cõtractum matrimonium, sciens illud non valuisse, habet rem cum coniuge. [f] Si autem dubitat, perpendendæ sunt rationes dubitandi, nam possunt esse tantæ, vt credere teneatur, & perinde se debeat habere, ac si sciret, & tam paruæ, vt ad nullum effectum credere debeat, & tam mediocres, vt credere debeat ad effectũ non exigendi, & non ad effectum nõ rediendi. iuxta dicta in d.ca. siquis autem, & sup.eod.cap.num.54.& seq.

Vndecimo, quod non tenetur ad credendum subesse impedimentum, eo qđ vnus testis etiam fide dignus & iuratus, & amicus, & proprius parochus id ei assereret, quia licet dictum vnius fide digni sufficiat, vt iuste credere possit secũdum glossam singularem, [g] non tamen sufficit ad inducendum necessitatem credendi, ad id enim oportet esse duos. [h] Minus tenetur credere coniugi etiam cum iuramento affirmanti, se numquam in illã consensisse, [i] quando cum illa contraxit, & præsumere potest mentiri nũc eum, qui se tunc mentitum fatetur. Si tamen leuiter credit, nec petere, nec reddere debitum potest, durante illa credulitate, quam tamen leuiter conceptam, leuiter deponere potest, reuocante coniuge suum dictum, vel habito illo pro mendacio, pro quali haberet Ecclesia, vel ob alia indicia, iuxta mentem Richardi. in 4. dist. 27. art. 1. q. 4. Ang. ver. matrim. 2. §. 14. Sylu. verb. matrim. 4. q. 2.

83 Duodecimo, qui iussus sub pœna excommunicationis, non denuntiat impedimentum, quod scit subesse inter volentes contrahere. [k] Modus autem denuntiandi impedimentum saltem occultum, quod ex peccato nascitur, est, vt prius de illo secreto impedimento moneat, vt ab illo matrimonio desistat, & si noluerit desistere, denuntiet superiori, aut alteri, qui impedire potest, quamuis probare non possit, quia ad impediendũ matrimonium nondum contractum testimonium vnius solius sufficit, [l] vt dixi mus [m] contra Maiorem: in 4. dist. 21. sed si satis intelligit ex sua denũtiatione magnum scandalum sequuturum, quamuis probare possit, ad denuntiandum nõ tenetur, iux. Adria. in 4. de conf. q. 5. dub. 7. vt latius dixim⁹. In rep. c int. ver. 11. q. 3.

Decimotertio, quod quando vnus solus siue sit proprius sacerdos, siue alius q libet, scit aliquos iuste ob iustam ignorãtiam impedimenti cõiugatos, neutri parti dicere debet, etiam si ei fides sit habẽda. Tum quia ex eo nullum commodum sequitur, & magnum incommodum seq potest, cum illi non peccent, & fortassis alteruter eorum hoc rescito, vellet se cũ scandalo alterius separare. Tum quia nemo tenetur alium suum errorem admonere, quando est error facti, vel iuris humani, quod regulariter a vulgo ignoratur, & nullũ tertij præiudiciũ redũdat. [n]

DE BENEDICTIONE nuptiarum.

DE benedictione nuptiarum dicendum primo, peccare illum, qui benedicit secundas nuptias solemni benedictione sacerdotali, quę intra missam fit, vel qui suscipit illam credens, vel credere debens, non debere benedici. [o] Secundo dico decerpsisse me quædam de hac re ex parergo quodam notabili, qđ communicauit mihi illustrissimus & Reuerendissimus Cardin. Iulius Antonius Sanctorius, titu. sancti Bartholomæi, in Insula, S. Seuerinæ vulgo nuncupatus, libertate, animi eruditione, omnigenaque virtute, præsertim iustitia, constantia, zelo fidei, & sanctæ Sedis Apostolicæ omnibus

a Mat. in 4. dist. 27. q. 1

b Eo. c. nu. 47.

c Ca. si cele bra. de cler. excommu. minist.

d Ca. illud. 95. d. ut su. eo. ca. nu 2. dictum est. Ang. verb. matrimon. 2. §. 7.

e Ca. significa sti. de eo. qui dux. in matrim.

f Arg. c. per tuas 2. de Simonia & eorum, quæ latius dixi mus in c. si quis autem de pæ. dist. 7. n. 98. cũ seq.

g In l. Titio fundus de cond. & de monst.

h Iuxt. c. cũ a nobis de testa.

i Arg. c. per tuas, de pro bat.

k Arg. c. 2. de maior. & obed.

l Ca. præterea. 2. de sponsa. m In c. sacerdos nu. 27. de pœn. dist. 6.

n Arg. notat. in §. no tandum, 1. q. 4. & in c. ignorantia. de reg. iur. lib. 6. & eorum, quæ trad. Adri. in 4. de con se. q. 5. dub. 7. colu. 3. & nos in d. c. si quis de pæ. dist. 7. n. 66 monstrãdo veritatem intellectus. Inn. contra communẽ ca. quia circa, de cõsã. & affinit. o Per c. primũ, & ult. de secund. nupt.

nibus clariſſimus, mihi vero cum multis alijs nominibus,tum etiam quod magna pars fuerit, vt huius Enchiridij,ſiue Manualis traductionem ipſe facerem , qua ignominiæ(quam alij nomini meo inuſſiſſent) obuiarem , obſeruandiſſimus. Quorum primum eſt,nuptias primas benedicendas, [a] vnde Conc. Trid.[b] hortatur contrahentes matrimonium ad benedictionem ſuſcipiendam,ante cõſummationem eius,vbi ponderandum eſt,q̃ hortatur,& non præcipit,per quod ſignificat id eſſe de conſilio,& ita nõ eſſe peccatum ante illam cõſummare, etiam prima vice,nec exigendo,nec reddẽdo,nec vbi eſt conſuetudo benedicendi,nec vbi non eſt. Tum per rationes Caiet. [c] Tum per §.final. [d] qui expreſſe habet id nõ eſſe peccatum,ſignificans nec veniale quidem eſſe,quidquid Caietanus abſque ne ceſſaria ratione ibi dicat, modo id fiat ſine contemptu. Omiſſio enim cum illo etiam mortalis eſſet , qualis eſt omiſſio cuiuslibet conſilij euangelici ,iuxta gloſſam ſingularem.[e] Secundum,iure cõmuni nullas ſecundas nuptias eſſe benedicẽdas, [f] cuius ratio non eſt illa,quam dat gloſſa illius,ſcilicet, quod ſacramentum non debet iterari.Tum quia hæc benedictio eſt quid ſacramentale,& non ſacramentum per d.ſup.eo.nu.1.& 2.Tũ quia ſacramenta non imprimentia characterem iterabilia ſunt,vt ibidem dicitur,nã & matrimonium quod ſacramentum eſt iteratur,cap.aperian.31.q.1.& etiam Extrema vnctio, quam verum ſacramẽtum eſſe definit Cõc.Trid.relatum ſupra,eo. nu.15.in quo gloſſ.ca. quidquid, [g] & per Pano. [h] damnata errauit,quatenus dixit in matrimonio non cõferri gratiam. Eſt autem ratio ſolida,quam ſentit Magiſt.poſt Ambro. [i] quod Eccleſia vetuit benedictionem hanc ſuper vllam perſonam reiterari,& quamuis alij alias rationes, cur id vetuerit tradant, nobis ſolidior videtur eſſe alia, quod dedecere videtur,vt benedictiones ſolemnes rerum & perſonarum , quales ſunt conſecratio Eccleſiæ,altaris,virginum,catechiſmus, exorciſmus,ordinum,& aliæ ſimiles iterentur,ne vilipendantur.

Ex quo infertur,quod quidquid inuoluant aliqui , numquam iure communi ſcripto , ſecundæ nuptiæ contractæ ab vtraque parte , vel altera prius benedicta , ſunt benedicendæ. [k] Tum quia ſi benedicerentur ſecundæ , reiteraretur benedictio ſuper vtranque, vel ſuper alteram. [l] .

Non obſtat opinio S.Tho.in 4.diſ.42. recepta per ei[9] ſcholæ viros doctiſſimos ibi,& alibi,excepto tamen Soto, qui forte ne contradiceret S.Thomæ ibi nõ tetigit, qui debet reduci ad terminos gloſſæ prædictæ,id eſt, quod habeat locum , vbi eſt conſuetudo.Per eam enim induci poteſt, vt non ſolum cum virgo nubit viduo quo caſu ille loquitur , ſed etiam cum virgo ducit viduam,vel cum vidua nubit viduo benedicatur , vel reiteretur benedictio,licet rationabilior ſit conſuetudo in primo membro,quam in ſecundo,& in ſecundo quam in tertio, quia hæc prohibitio iuris humani eſt,& ſicut per legem, ita per conſuetudinem contrariam tolli poteſt. [l] Nec obſtat dicere quod conſuetudo in ſacramentalibus non valet, quia quicquid dubitet Roch. cum citatis ab eo [m] contrarium eſt verum,& probatur irrefragabiliter per ca. de trina.iun glo.de conſ.diſt.4.imo & c. 2.de temp.ord. ibi. *niſi conſuetudo antiqua* & glo.eiuſdem,licet aliqui, tam illũ quam illam incaute pro contraria parte eod.c.nu.15.citent,& ſupra, dictum eſt conſuetudinem,qua alijs verbis alibi extrema vnctio miniſtratur,eſſe ſeruãdam ſicut & alijs verbis a Græcis , & Latinis Baptiſmus miniſtratur,& alibi alijs verbis matrimonium per ſacerdotes celebratur,& in ordinibus cõferendis aliud alibi habet conſuetudo extra ſubſtantialia . Infertur etiam,quod contrahentes primas nuptias , & ante benedictionem ſuſceptam iterum contrahentes,debent benedici , quia ratio iterationis in eis ceſſat.

a C.noſtrates,& c.ſpõſus.30.q.5.
b Seſſ.24.c.1.derefor. matri.
c 1.Tomo tract.13.
d Prædicti c.noſtrates.
e Cap.quis autem,10. diſt.
f Cap.1. & c.Vir.de ſecund.nupt.
g 1.q.1.relata ſup.n.20
h In rub.de ſponſ.& ubique.
i In d. diſt. 42.§.fin.
k Per text. irrefragabilem in d.c. uir.
l L.de quibus.ff.de leg.ca.fi.de conſuet.
m In c.fin. de conſuet.

DISPENSARE SVPER impedimentis matrimonij quis poſſit.

84 *Matrimonij omne fere impedimentum legis humanæ , & cur Papa ſemper non tollit .*
85 *Matrimonij omnia impedimenta non dirimentia tollit Epiſcopus .* (tudo.
85 *Impedimẽta dirimẽtia an tollat cõſue-*

85 *Matrimonium clandeſtinum de licentia Epiſcopi hodie contrahitur.*

86 *Matrimonium impedimento ſublato de nuo contrahendum.*

86 *Diſpenſatio difficilius datur in contracto ſcienter quam ad contrahendum.*

86 *Gratiam quæ taciturnitas annullat, & quæ expreſsio.*

87 *Diſpenſatio danda gratis cum aliquatrium cauſarum, alias non, nec cum ea in ſecundo, niſi cum Principibus.*

PRimo dicendum, quod Papa in omnibus impedimentis matrimonij iure humano inductis diſpenſare poteſt, [a] qualia ſunt omnia prædicta impedimenta, tam dirimentia, quam non dirimentia, excepto impedimento conſanguinitatis inter aſcendentes & deſcendentes, & impedimento erroris, & iudicij, quod defectum conſenſus legitimi inducit, quem ſupplere Papa non poteſt, quippe qui eſt iuris naturalis & diuini, vt reſoluimus, [b] poſt illum glorioſum martyrē & Epiſcopum Ioan. Roffenſem in conſilio pro Regina Angliæ, quo defendit illam religione Chriſtiana glorioſiſſimā Angliæ Reginam D. Catharinam incomparabilem, incōparabilis Caroli V. amitam, & poſt alios antiquos, & recentiores, quos ad hoc ille copioſe adducit. Tū quia licet [c] aliquot impedimenta lege diuina iudiciali, aut cæremoniali introducta fuerint, quia tamen illa non erat naturalis, ceſſauit a Chriſto paſſo, ad quem vſque durabat, [d] & ita ſub lege gratiæ non ligat, vt diuina, ſed humana, renouata per ſacros canones. Tum quia ratio naturalis, quæ inerat ei, ob quam conueniebat eam ſtatui, non erat tanta, quæ ſola ſine vlla conſtituti one poſitiua diuina vel humana obligaret, & ita non conſtituebat ius naturale, vt fuſius declaranimus, [e] in quam concluſionem omnes fere orbis Chriſtiani Academiæ conuenerunt, in caſu prædictæ reginæ. Verum tamen eſt, quod Papa non ſolet diſpenſare in gradibus prohibitis, [f] niſi grauiſſima de cauſa, non quia non poteſt, ſed quia non expedit.

In quam concluſionem conflandum eſt quidquid quamplurimi in plurimis locis ordinarijs, & extraordinarijs ſcripſerunt, [g] licet enim Papa diſpenſare poſſit ſuper prædictis omnibus impedimentis, ſuper matrimonio tamen legitime contracto & conſummato nō poteſt iuxta illud, *Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Matt. 19. Contractum autem, & conſummatum inter infideles quomodo diuidatur, vel diuidi poſſit, dictum eſt ſupr. eo c. n. 21. & 49. non autem dicitur conſummatum per copulam præcedentem illud, ſed per ſubſequentem, & idcirco antequam ſequatur religionem ingredi pōt. [h] De matrimonio autē, qđ præſumebatur olim per copulam conſequutam ſponſalia, ni hil dicimus hic, qa iure nouo Concil. Triden. [i] per ſolam copulam non tranſeunt ſponſalia in matrimonium, vt ſæpe dictū eſt præſertim ſup. eo. c. nu. 25. & 28. & inf. dicetur. c. 25. num. 144.

85 Secundò dicendum, quod Epiſcopus diſpenſare poteſt in impedimento a ſe, aut ab inferiori ſuo inducto, ſi q tale inueniretur, imo etiam in impedimento inceſtus, vt ſupra eod. n. 75. diximus, imo, & in omnibus alijs impedimē tis, quæ impediunt, & non dirimunt, iuxta mentem Paludani, [k] & S. Antonini [l] exceptis votis caſtitatis, & religionis, in quibus etiam ipſe Papa, non ſine magna difficultate, & cauſa diſpenſat, & licet ſtricto iure communi, contrarium defendi poſſet, eo quod inferior legem ſuperioris nec tollere, nec moderari poteſt, [m] & non videtur id conceſſum, niſi quo ad impedimentum inceſtus, ſequor tamen eos. Tum quia ex quadam æquitate, & rationis paritate hæc conceſſio extendi poteſt ad illa. Tum quia videtur, quod conſuetudo non tantum id habeat, ſed quod etiam nec a Papa, nec ab Epiſcopo petatur diſpenſatio, quando cum illo impedimento aliud dirimens non concurrit, nondum enim adhuc in tanta æta te vidi, vel audiui id fieri. Votum autem de non nubendo non cenſetur votum caſtitatis, vt tenuimus ſupra, [n] & ita ſeruat ſacræ Pœnitentiariæ prætoriū, quidquid dicat Caietanus, [o] in eo poteſt Epiſcopus diſpenſare, vt in prædicto prętorio aliquando reſponſum eſt.

Dubium autem, an Epiſcopus poſſit diſpenſare ſuper matrimonio clandeſtine contrahendo, quod conſuetudo fere vbique habebat, ſublatum eſt per prædictum

a Arg. c. cū ſta per mū dum 9. q. 3. & c. propoſuit de conceſ præb.

b In c. literas, de reſt. ſpol.

c Leuit. 18.

d 6. §. fina. & ca. 1. de purif. poſt part.

e In repe. c. ad hæc not. 1. de præb.

f Dict. c. 18 Leuit.

g Vt in d. c literas demoſtrauimus.

h Ca. verū de conuerſ. coniug.

i Seſs. 24. c. 1. de refor.

k In 4. diſt. 28. q. 2.

l 3. pa. ti. 1. c. 16. §. 4.

m Ca. inferior. 21. d. cle. ne. Romani. de elect.

n Capi. 12. nu. 43.

o Ibi cita. & ita.

dictum Concilium ſupra relatum, quod expreſſe id concedit.

Tertio dicendum, quod Epiſcopus nõ poteſt diſpenſare in aliquo impedimento, quod impedit & dirimit, ſecundum omnes, niſi quando impedimentum occultum eſt, & matrimonium publicum, & ſeparatio magno ſcandalo foret, & ad Papam, aut eius Nuntium poteſtatem ad id habentem confugi non poteſt propter magnam paupertatem, aut alia legitima impedimenta, vt affirmant Angelus & Sylueſt. quorum dictũ primi euulgauimus Salmanticæ, & propter quorũ ſententiam demonſtratam, ſed non approbatam neque reprobatam a nobis, nonnulli Epiſcopi aliquoties diſpenſarunt, quam tamen tandem approbauimus per argumenta neruoſa. [a]

86 Quarto dicendum quod matrimonium: quod eſt ob aliquod impedimentum nullum, non incipit valere propter diſpenſationem Papæ ſuperuenientem, etiam cohabitatione, & copula ſubſequente: quia Papa non poteſt ſupplere conſenſum iure naturæ requiſitum, [b] vt tradit Panor. poſt Ioan. Andr. [c] & ideo neceſſum eſt, vt denuo contrahatur, qđ tamen clam contrahi poteſt modo tradito ſupra. [d]

Quinto dicẽdum eſt, quod licet olim facilius diſpenſabatur cum impeditis, qui iam etiam ſcienter contraxerunt, & conſummarunt matrimonium, hodie tamen iure Concil. Trident. [e] difficilius diſpenſatur, cuius ea de re verba ſunt: *Si quis intra gradus prohibitos ſcienter matrimonium contrahere præſumpſerit, ſeparetur, & ſpe diſpenſationis conſequendæ careat. Idq; in eo magis locum habeat, qui nõ tantum matrimonium contrahere, ſed etiã conſummare auſus fuerit, quod ſi ignoranter id fecerit, ſiquidẽ ſolemnitates requiſitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eiſdem ſubijciatur pœnis* & infra. *Si vero ſolemnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod poſtea ſubeſſe cognoſcatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tũc facilius cũ eo, & gratis diſpenſari poterit.* Ex quibus colligitur, q̃ cõſummatio illiciti matrimonij q̃olim inclinabat Papam ad diſpenſandum, hodie retrahit, quia omnis expreſſio falſi mouentis Principem ad gratiam cõcedendam, nocet, nõ aũt, q̃libet tacitur-

nitas veri idem facientis, ſed ſolum ea, q̃ tacet verum, quod iura iubent exprimi, ſm Rot. [f] pro quo facit optime lex 2. [g] cui adde idem videri dicendum de tacẽte ita verum quod æquipollenter expri mit falſum, quia de æquipollentibus idẽ eſt iudicium, [h] qua de re poſuimus exẽplum, [i] de Monacho monito a Banchario, quod Papa non concederet ei gratiam tranſeundi ad regulam laxiorem, niſi no uerit eum habitu omiſſo apoſtataſſe, qui dimiſſo eo, vno vel altero die, ſe præſentat Banchario, quo informet Papam de eius apoſtaſia, vt moueatur, ad cõcedendam ei illam gratiam, is enim licet expreſſe non exprimat falſum, tacite tamẽ ſic, ſubindicando, quod non dimiſit habitũ, vt impetraret illam, ſed ob alias cauſas, quibus multi temere dimittunt, & q̃ impetrat diſpenſationem contrahendi cum cognata, cum qua rem habuit tacito inceſtu, videtur æquipollenter tacite dicere, quod non commiſit illum, & ita æquipollenter exprimit falſum, & conſequenter gratia efficitur nulla.

87 Sexto dicendum, quod pr ædictum Concilium, vbi ſup. præter prædicta ſtatuit alia, in hæc verba: *In contrahendis matrimonijs vel nulla omnino detur diſpenſatio, vel raro, idque ex cauſa, & gratis concedatur. In ſecundo gradu numquam diſpenſetur, niſi inter magnos Principes, & ob publicam cauſam.*

Septimo dicendum, quod ſolas tres cauſas habet curia pro iuſtis, ad diſpenſandum etiam in quarto gradu, quæ ſũt defectus dotis competentis: exſtinctio magnæ litis, & quod maior pars ſibi parium ſuæ Ciuitatis, vel loci inſignis, quẽ inhabitat, ſunt ei conſanguinei, vel affines intra quartum gradum, vel ſi eſt ali⁹ locus minor, ſi ipſa non habeat ſufficientem dotem, ad nubendum extra illum. Dubium tamen eſt, an ſufficiat defectus dotis competentis ad contrahendum cum illo, qui eam poſcit, an vero requiratur defectus ad contrahendum cum quo libet ſibi pari & videtur ſufficere. Tum quia beneficium dicitur incompetens vni licet alijs multis ſit competens, [k] & non omnis dignus beneficio in genere, eſt dignus hoc vel illo, vt ſentit vterque Thom. [l] & pretium, quod communiter eſt iuſtũ in vna prouincia, vel vno anno

vnius

[a] *In c. at ſi. § de adult. de iudic. ſequuti Ioan. de Lign. & Panor. ibid.*
[b] *Argu. §. ſed natura lia. Inſtitu. de iure natur. gent. & Ciui. & ca. ius naturale. 1. diſt.*
[c] *In ca. per venerabilẽ. a num. 22. qui filij ſint leg.*
[d] *Eo. m. 47.*
[e] *Seſſ. 24. c. 5. de refor. matrim.*
[f] *In nouiſſ. deciſ. 32. de reſcr. p. n. 5. & Bellam. deciſ. 698. & Felyn. vbi ſupra.*
[g] *C. de Epiſcop. audiẽ.*
[h] *L. fin. ff. man.*
[i] *In prælec. ca. ſi quando, de reſcr. except. 4.*
[k] *Cap. cum adeo, iuncta gloſſ. de reſcript.*
[l] *2. 2. q. 63. art. 2.*

vnius rei, non eſt iuſtum eiuſdem in aliquo particulari loco, vel mēſe, eiuſdem prouinciæ, vel anni, vt dicitur infra. [a]

a Capi. ſeq. nu. 78.

DE SVPERBIA, ET ſeptem peccatis capitalibus. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Virtus, vitium, & habitus quid, & quo tuplex.*

1 *Actus bonus, & malus tripliciter, & quid bonus, ſiue ordinatus ſimpliciter & quare nullus indiuiduo indifferēs, & quis ordinatus.*

2 *Virtutes in medio vitiorum, ideoq; illis duplo pauciores.*

3 *Vitia capitalia e quibus non eſt ſuperbia, ſeptem hoc verbo ſignata. nu. 4.*

TRactaturi de ſeptem capitalibus vitijs, & actibus eorum meminerimus primo, vt ſup. [b] dictum eſt, quod aliud eſt habitus, aliud actus ſiue actio & operatio, & quod habitus eſt: *qualitas mentis, mouens eam ad actus ſimiles illis, ex quibus productus eſt*: & quod eſt duplex, bonus, qui eſt virtus, & mouet ad bonos actus, & malus, qui eſt vitium, & mouet ad malos, & [c] quod actus eſt duplex, vnus indeliberatus, & inuoluntarius, qui neque eſt bonus, neque malus, alius volūtarius & deliberatus, qui eſt triplex, bonus, malus, & indifferens, & quod bonus eſt triplex, ex obiecto tantum, vt ieiunare, & ex circumſtantia tantum, vt loqui ad vtilitatem proximi, & ex vtroque, vt ieiunare ad obediendum præcepto. Malus item triplex, ex obiecto tantum, vt mentiri ad vtilitatem proximi, ex circūſtantia tantum, vt ieiunare ob vanā gloriam, ex vtroque ſimul, vt mentiri ad pniciem proximi, indifferentes autē, quales ſunt innumeri, puta tacere, loqui, comedere, bibere, & ſimilia, quæ de ſe nec ſunt bona, nec mala ſed bene, & male fieri poſſunt, & tale indifferens non reperitur in indiuiduo, iuxta doctrinā S. Thomæ, quam [d] defendimus ea efficaci ratione, quod ſi quis daretur, maxime eſſet qui in nullum finem bonum, neque malum ordinaretur, ſed is non eſt talis, qa eſſet otioſus, & conſequenter malus, ex defectu circumſtantiæ finis, licet ex obiecto eſſet indifferēs, & quod iuxta doctrinam Dionyſij [e] quam potuit excerpere ex Ariſtot. bonum, ſiue actus ſimpliciter bonus, & ordinatus, ſiue meritum, cōſtat ex integra cauſa, id eſt ex concurſu boni tatis obiecti, ſaltem iuſtificati, & circumſtantiarum, tam finis, quam aliarum perſonæ, loci, temporis, &c. Malum autem, ſiue malus actus ſimpliciter, & peccatum ex quocumq; defectu, ſiue obiecti non iuſtificabilis, vel non iuſtificati, ſiue finis ſiue alicuius circumſtantiæ. Dixi, *non iuſtificabilis*, qualia ſunt fornicari & mentiri, quæ nulla circumſtantia poſſunt fieri iuſta. Dixi, *non iuſtificati*, quia frequenter obiectum actus boni ſimpliciter eſt obiectum de ſe malum: ſed iuſtificatur per circumſtantiam, qualis eſt occiſio hominis, quæ cum ſit de ſe mala, iuſtificatur tamen per culpam occidendi, & legem id præcipientem. Itaq; in toto hoc capitulo per actum bonum & ordinatū, intelligemus actum bonum vtroque modo, tam ex obiecto, quam ex circumſtantijs, qui eſt meritum de congruo, vel de condigno, & per inordinatum, omnem actum ordinato contrarium, qui eſt peccatum ſaltem veniale. Idem per vitium, habitum malum, & per virtutem, habitum bonum.

b In Prælud. 5.

c Ex prælud. 6.

d In d. prælud.

e 4. cap. de diui. nom.

2 Secundo, quod duplo plura ſunt vitia, quam virtutes, quia cuique virtuti duo vitia opponuntur, alterum per exceſſum, alterum per defectum, in quorum medio virtus conſiſtit, iuxta illud Horatij, [f] *Virtus eſt medium vitiorum vtrinque redactum*, relatum a gloſſa. §. 3 Tertio, quod ſeptem vitia, quæ vulgus ſeptem peccata mortalia appellat, ſunt ſeptem vitia principalia, quæ Sanc. Gregorius [h] & alij apte docentes capitalia appellant, non quia ſunt peiora, neque etiam quia ſemper, aut ſæpius mortalia, quia aliqua regulariter ſūt venialia, ſicut infra dicetur: ſed quia ſunt fontes particulares, ex quibus alia multa dimanant: ex quorum numero non eſt ſuperbia, iuxta Sanctum Gregorium, [i] & S. Thomam. [k]

f Li. 1. epiſt. epiſt. 18. de ſumptum ex Ariſt. 2. Ethi.

g Ca. caritas. 3. §. fin. de pæ. diſ. 2

h 31. Mor.

i Vbi ſupr.

k 2. 2. quæ. 162. ar. 8. & q. 132. art. 1.

4 Quinimo eſt horum ſeptem, & aliorum omnium Regina, ſecūdum eoſdem (quamuis vulgus contra exiſtimet) pro eorum faciliori memoria retinenda hac

voce

voce(*Saligia*) vtens, intelligendo per literas S, Superbiam, per A, Auaritiam, per L, Luxuriam, per I, primum, Iram, per G, Gulam, per I, ſecundum, Inuidiã, per A, ſecundum, Acidiam. Ad quod aptior eſſet vox Sualigia, octoſyllabon, per quarum primam videlicet, S, intelligitur, Superbia omnium vitiorum Regina, & per V, Vana gloria, quæ eſt vnum ex ſeptem vitijs capitalibus, & per alias ſex prædicta alia ſex, de quibus omnibus, & eorum exſecrandis filiabus ordine, quo propoſita ſunt, dicemus.

DE SVPERBIA Regina omnium vitiorum.

5 *Superbia quid, quotuplex, & eius etymon.*

5 *Superbia ſola de ſe mortalis contemptũ ſubiectionis Dei actu requirit.*

6 *Humilitas ad ſui eſſentiam, non requirit expreſſum ad Deum ſubiectionem.*

7 *Superbiæ quatuor ſpecies, quæ potius ſunt eius effectus & interdum hæreſes. num.* 8.

SVperbia eſt plurimum vſitata, & parum nota: nam multi putarunt eam eſſe omne vitium, quia illa eſt ſupergreſſio legis, quæ per omne vitium fit. Et alij ignorarunt diſcrimen inter eam ex vna parte, & ambitionem, præſumptionem, & vanam gloriam ex altera, adeo q̃ Maior [a] putauit, has eſſe ſpecies illius, quod eſt contra Auguſtinum [b] cõmuniter receptum, alij, in quibus videtur eſſe vterque Thomas communiter recepti [c] quos in Manuali Hiſpano ſequuti fuimus, requirunt ad eius eſſentiam actualem contemptũ ſubijciendi ſe Deo, & legi eius, quod in præſentia non poſſum mihi perſuadere, cũ id (gratia Deo) pauci Chriſtiani faciant, & vere omnes aliquo modo ſuperbiamus. Quare dicendum primo, verbum, *Superbire*, deſcẽdere a verb. *ſupereo* interpoſito, b, cauſa euphoniæ, vnde ſuperbia eſt quędam (vt ita dicam) ſuperitio, & actus, *quo quis ſuperit, ſeu ſupergreditur aliqua*: & ita ſuperbia in genere ſignificat omne, quod ſuperit, ſeu ſuperat, ſeu excellit alia, ſecundũ gloſſam [d] vbi ſuperbia pro dono ſuperante, & excellente alia ponitur. Vnde licet verbum ſuperbus, ſæpius pro elato, & faſtuoſo, & inſolenti accipiatur, vt in illo Maron.

Stirpis Achilleæ faſtus iuuenemq; ſuperbum.

Sæpe tamen pro nobili, excellenti, vel ſublimi capitur, iuxta illud eiuſdem. [e] *e* 1. *Aene.*

Hinc populum late Regem, belloque ſuperbum.

Et illud. [f] *f* 3. *Aene.*

Cecidit q; ſuperbum Ilion.

Secundo dicendum, quod ſuperbia generaliter ſumpta diuiditur in bonam & malam, quod adnotauit S. Thomas: [g] ſuperbia vero mala in habitum ſuperbiæ, & actum eius. Superbia habitus definiri poteſt eſſe *vitium mouens ſiue inclinãs ad appetitum inordinatum excellentiæ propriæ, quatenus eſt excellentia.* Dixi, *vitiũ*, pro genere, quia omnis ſuperbia habitus eſt vitium, non contra omne vitium eſt ſuperbia habitus. Eſt enim ſpeciale diſtinctum ab alijs, vt probe docet S. Tho. [h] Dixi, *appetitum*, includendo amorem & deſiderium excellentiæ, vel gaudium, ſiue complacentiam de ea, ad notandũ, quod eſt vitium voluntatis, & non rationis, vt monſtrat idem S. Thomas. [i] Dixi, *inordinatum*, ad includendum omnem, quo appetitur excellentia de re falſa, vel vera, ſed mala, vel bona in nullum finem, vel malum, aut vanum relata, vel maior merita, & ad excludendum ordinatum, qualis eſt ſolus ille, quo appetitur excellentia de re vera, & bona, & in finem bonum directa, & non maior merita, illa enim non eſt actus ſuperbię, ſed modeſtiæ, qualis eſt appetitus excellentiæ meritæ, ſiue debitæ ſcientiæ, virtuti, viribus, & arti, quibus quis ſecundum rectam rationẽ alteri vult præſtare, iuxta S. Thomam [k] Dixi, *excellentiæ propriæ*, quia illa eſt obiectum actus eius, & non addidi, *ad ſuperandum alium*, quia id nõ eſt neceſſarium, ſufficit enim velle excellentiam propriam immeritam, vel meritam modo immerito ſine actuali relatione præferendi ſe proximo. Dixi, *quatenus eſt excellentia*, quia appetitus eius, quod re vera eſt excellẽtia quædam, ſed non appetitur eo reſpectu, quod eſt talis ſed alio, non eſt ſuperbia, ſed aliud vitiũ circa quidem honores, ambitio, circa poteſtates,

a In 2. *diſt.* 42. *q.* 16.
b Li. *de nat. & gratia.*
c 2. 2. *quæſt.* 162. *art.* 5.
d Iſa. *c.* 60.
g Vbi ſupr. *art.* 1.
h Vbi ſupra *art.* 2.
i Ibidem *art.* 3.
k Vbi ſupr. *art.* 6.

testates, præsumptio, circa gloriam, vana gloria, & circa alia aliud, hæc enim & id genus alia possunt considerari alio respectu, quam excellentię, licet in se sint veræ excellentiæ.

6 Et ita ad essentiam superbiæ non requiritur actualis contemptus Dei, nec legis eius, nec renutus se subijciendi eis, nec despectus proximi, magis quam in alijs vitijs, quæ non inclinant immediate ad illa.

Nec obstat prædicta doctrina S. Thomæ, quia probe saluari potest in superbia, quæ de se est peccatum mortale, nó autem generaliter in omni superbia. Sic nec videtur verum illud Caietani, eum, qui propriam excellentiam inordinate amat, sine actuali contemptu diuinæ subiectionis, non esse formaliter, & directe superbum, est enim formaliter superbus, sed non illa superbia, quæ de se sit mortalis, & ita non omnis superbia directe auertit a Deo, sed sola supradicta, quam diximus esse de se mortalem, de qua intelligitur etiam glossa [a] allegata per S. Thomam quatenus habet, superbiam ex se maius peccatum esse omnibus alijs. Quæ omnia ideo tam accurate dixi, ne plurimos cótinua superbia laborantes nos excusemus ab hoc vitio, dicentes, nos nullam excellentiam cupere cum actuali cótemptu subiectionis Dei, & eius legis, cum quo certe paucissimi Christiani eam cupiunt, & ne plurimos humiles sua laude priuemus, qui frequentissime actum humilitatis faciunt, nó se subijciendo expresse Deo, vel legi eius, qualis tamen non esset ille, quia cum sit contrarius superbiæ, oporteret eum circumstari subiectione actuali, si superbia ei contraria requireret, & expressum cótemptum, & renutum huiusmodi subiectionis, quare sicuti humilitatis actus est subijcere sua bona naturalia minora bonis naturalibus maioribus alterius, & sua dona minora diuina maioribus donis diuinis alterius: & sua bona omnia naturalia diuinę gratiæ alterius, non se subijciendo expresse Deo, vel legi eius, imo sine vlla eorum memoria expressa, vt satis colligitur ex S. Thoma, [b] ita superbiæ actus est præponere quem sua naturalia bona minora maioribus naturæ bonis alterius, & sua minora dona diuina maioribus diuinis alterius, & sua etiã bona naturæ, gratiæ diuinæ alterius, licet non faciat id cum expresso contemptu Dei, vel legis eius, & sicut renuere excellentiam, quia recta ratio id dictat, siue vlla actuali memoria Dei, est actus humilitatis, ita appetere excellentiam immeritam, sine vlla actuali memoria Dei, est actus superbiæ.

7 Tertio dicendum, quod species superbiæ sunt quatuor, secundum S. Grego. [c] declaratum a S. Thoma, [d] prima est putare habere a se ipso solo bona naturę, qualia sunt ingenium, intellectus, memoria, vires, pulchritudo, &c. aut bona fortunæ qualia sunt diuitiæ, honor, potentia, &c. aut bona spiritualia qualia sunt gratia, scientia, prophetia, facundia ad prædicandum, & legendum, &c. quorum nulla habet a se ipso, sed omnia sunt ei data a Deo. Secunda agnoscere quidem illa a Deo sibi data, non tamen gratis, sed ex iustitia, scilicet ieiuniorum precum, eleemosynarum, & id genus aliorum. Tertia, arrogare sibi bona, quæ non habet, cuiuscunque ordinis illa sint. Quarta contemnere alios inordinate, aut velle, vt sibi submittantur, quamuis eum præcedant. Aduertendum tamen huiusmodi falsa iudicia non esse immediatas species superbiæ, sed illius effectus quia hæc consistunt in intellectu, & ratione, illa vero in voluntate, quæ illis infecta iudicium corrumpit, efficitque, vt falsum iudicet verum Corrumpit, inq; eo quod ipsius excellentia maior esset, si ita se res haberet, maius enim est ex se habere, quam ab alio, vel suis meritis, quam dono, vel magna, quam parua, vel maiora, quam alij, vt probe declarauit S. Thom. [e]

8 Circa quæ peccat mortaliter primo qui appetit propriam excellentiam cum actuali contemptu diuinæ subiectionis, vel legis eius, aut cum voluntate se Deo præponendi per dicta. [f]

Secundo, qui adeo amat propriam excellentiam, vt iudicet esse vera quatuor prædicta quæ sunt falsa, vel aliquod illorum deliberate, aduertenter & in specie, quia quadam tenus, licet non actualiter, videtur contemnere subiectionem Dei, & legis eius.

Dixi, *deliberate & aduertenter*, quia secus

a *Psa.* 118.

b 2.2. *quæs.* 162. *ar.* 1. *licet in ar.* 2. *aliud videatur sentire.*

c *In lib.* 23. *Moral.*

d *Vbi supra art.* 4.

e *Vbi supra art.* 4.

f *Num.* 6.

secus si id primo motu passionis, vel per incogitantiam ita iudicaret, secundum S. Thomam [a] communiter receptum. Dixi, *in specie*: quia credere id in genere deliberate, & aduertenter, non est actus superbiæ, sed infidelitatis, secundum S. Thomam. [b]

a Vbi sup.

b In d. ar. 4

Tertio peccat, qui appetit inordinate excellentiam, vel de illa inordinate gaudet, aut lætatur, sine actuali quidem contemptu subiectionis Dei, & eius legis, sed cum notabili irreuerentia eius, vel damno proximi, ex eo resultante, quia hoc mortale est per supra sæpius dicta.

DE VANA GLORIA.

9 *Bona honoraria quot, & quæ, & appetere illa de se non malum.*

9 *Laus, honor, fama, gloria, & reuerentia, quid.*

10 *Gloria uana quid quot, & quæ filiæ eius. & 11. & 12.*

11 *Præsũptio quid, & quæ mortalis, & 14.*

11 *Ambitio quid, & quæ mortalis, & 15.*

11 *Pertinacia quid, & q̃ mortalis, & 31.*

11 *Discordia quid, & quæ mortalis, & 33.*

11 *Contentio quid, & quæ mortalis, & 34.*

13 *Laude falsa, uel alias inordinata gaudere non semper malum.*

13 *Finis aptus spiritualium nil temporale est, & 15.*

14 *Iurisdictionem alienam usurpare mortale.*

14 *Gratiam, uel gloriam æternam, suo arbitrio posse quæri, præsumptio.*

15 *Beneficia incompatibilia, vel plura, quorum vnum sufficit, non licent.*

15 *Beneficium appetendo quomodo quis peccat.*

16 *Iactantia filia prima uanę gloriæ, quid, & quæ mortalis.*

17 *Inuentio nouitatum secunda filia uanæ gloriæ, quid, & quando mortalis, & 18.*

18 *Vestitus qui licitus, qui uenialis, & qui mortalis, & 19.*

20 *Ornatus, fucus, fictio, & auctio pulchritudinis quæ mortalia.*

21 *Confessarius dubius, an confessa sint mortalia, quid faciet.*

22 *Ornans se, ut in coniugem appetatur, uestiens ueste incongrua sexui quis peccat.*

22 *Vestiens se habitu religioso quis mortaliter peccat, & 23.*

24 *Curiositas quid, & quod semper est peccatum, & quando tale, & seq.*

30 *Libri qui purgandi, & qui prælegendi pueris.*

PRimo præsuppono summatim quædam, quæ late tractaui alibi, [c] quod bona honoraria sunt quinque, scilicet, laus, honor, fama, gloria, & reuerentia, & quod laus est, *sermo elucidans magnitudinem alicuius virtutis*, [d] & quod honor est, *exhibitio reuerentiæ in testimonium alicuius excellentiæ absolutæ*, [e] & quod fama *est attestatio popularis de re aliqua*, [f] & quod gloria, *est clara cum laude notitia*, & quod reuerentia *est animi reputatio, qua bonitas alterius magnifit*, & [g] quod hæc quinque conueniunt, primo, quod frequenter alia pro alijs accipiuntur. Secundo, quod nullum eorum est uirtus intellectualis vel moralis. Tertio, quod sũt maiora bonis pecuniarijs. Quarto, quod appetitus, uel cõtemptus horum quinq; suapte natura, neque est bonus, neque vitiosus, sed indifferens bonus quidẽ, quũ est ordinatus, malus, quũ est inordinat⁹. Quinto, quod appetitus eorum, etiã inordinatus, regulariter est venialis, in quinque vero casibus mortalis, secundum communem, quos ibi [h] reduxi ad tres, scilicet cum habetur de malo mortifero, vel de alio, in quo finis vltimus constituitur, saltem ad effectum frangendi legem ad mortale obligantem, vel in finem aliquem mortalem referendo, & quod contemptus eorum inordinatus regulariter est venialis: mortalis autem, cum cõtemnitur laus de gratia Dei gratum faciente manans, vel in eo finis ultimus constituitur, quod nonnulli philosophi, fecerunt, uel in finem mortaliter malum refertur.

c In cap. inter uerb. 11 q. 3. conclu. 4. & nuper in c. cũ minister. 22. q. 5 u n. 47.

d Nu. 47.

e Nu. 48.

f Num. 49.

g Num. 50. & 51.

h Num. 98.

Secundo præsuppono, quod appetitus & contemptus horum quinque ordinatus, est, quo appetitur aliquod horum de re vera, & de se bona, vel indifferrenti in finem bonum directa, non nimium, nec maius quam eius bonitati debetur, nec tamquam testimonium certum, & diuinum, sed tamquam humanum incertum. Et contra appetitus eorum inordinatus est ille, quo appetitur

aliquod horum de re falsa, vel mala, vel indifferenti, in vanum, malum, aut nullũ finem relata, vel de bona maius, quam eius bonitati debeatur, vel tamquam testimonium veritatis certum, vt diuinum & plusquam humanum, vt [a] diximus ex mente S. Tho.[b] & Abulensis.[c]

10 Tertio præsuppono, quod vana gloria pro habitu malo, *est uitium inclinans ad inordinatum appetitum gloriæ*, secundũ mentem S. Tho communiter recepti.[d] Dixi, *appetitum*, ea ratione, qua in definitione superbiæ.[e] Dixi, *inordinatum*, quia ordinatus ad virtutem pertinet. Dixi, *gloriæ*, ad differentiam superbię, ambitionis, præsumptionis, & aliorum vitiorum, quæ licet inclinent ad appetitum inordinatum aliquorum, quæ pariunt gloriã non tamen immediate inclinant ad eius appetitum, nec ad alia, eo respectu, quo pariunt gloriam, sed alijs, vt supra dixi, de superbia, & mox dicam de ambitione & præsumptione, vana gloria vero p actu est appetitus inordinatus gloriæ, p quem generatur & augetur vanæ gloriæ habitus, ex quo vicissim generãtur actus similes illis, ex quibus illa est nata.

11 Quarto, quod vana gloria est uitiũ capitale, & parens aliorum vitiorũ, quæ eius filiæ nuncupantur, quia illa uitia dicuntur esse filiæ alterius, quæ se ad finẽ illius principalem dirigunt, & septem alia vitia sunt, quæ ex se tendunt in manifestationem gloriæ, quæ est finis illius, scilicet iactantia, *quæ inclinat ad declarandam inordinate uerbo propriam excellentiam*, inuentio nouitatum, *inclinans ad ostendendam inordinate eandem ueris factis, laude uera uel uana dignis*. Hypocrisis, *quæ ad idem falsis factis inclinat*, pertinacia, *ad inordinate ostendendum iudicium inclinans*, discordia, *inclinans ad inordinate ostendendum nostram Voluntatem, uolũtati alterius præstare*. Contentio, *inclinans ad inordinate altercandum*. Inobedientia, *inclinans ad inordinate renuendum iussa, saltem quatenus iubentur*.

Quinto, quod præsumptio, & ambitio a uana gloria differunt, & non sunt eius filiæ, sed sociæ magnanimitati contrariæ, secundum S. Thomam.[f] Præsumptio enim, *est uitium inclinans ad appetitum inordinatum eorum, quæ uires, uel merita excedunt*. Ambitio vero, *uitium inclinans ad inordinatum honoris appetitum*.

12 Ex quibus infertur, quod peccat mortaliter primo, qui gloriam, laudem, aut famam appetit de re aliqua, quæ est peccatum mortale, puta ex duello, occisione, mutilatione, vel percussione iniustis, vel iustis in finem mortaliter malum directis: aut cõstituit vltimum finem in aliqua gloria famæ, vel laude, vel pro ea adipiscenda, vel nõ amittenda, proponit frangere aliquam legem ad peccatum mortale obligantem, vt faciunt mulier, q̃ ne infametur, stupro cõsentit, & iudex, qui ne officium perdat, vel vt aliud consequatur, iniuste iudicat, & cõcionator, qui ne pulpitum amittat, tacet vera, de præcepto dicenda, secundum omnes, vt s̃ late dixi. Appetere autem gloriam inordinate de alijs, quæ non sunt peccata, aut non nisi venialia, nec directa in finẽ mortalem, aut non est peccatum, aut solũ veniale.

13 Secundo peccat, qui se, vel alium laudat de aliqua re mortaliter mala, uel falsa, aut uera, & non mortaliter mala, cautsam tamen præbẽs probabilem & verisimilem damni notabilis cultus Dei, aut boni proximi, asserendo se, vel alium bonum sacerdotem, bonum confessarium, bonum iudicem, bonum medicum, bonum præceptorem, cum esset malus, aut certe non tam bonus, cum obligatione restituendi damni, si quod intulit.[h] Dixi, *damni notabilis*, quia alias tantum venialiter peccaret, vt dixi vbi supra nume. 138.

Tertio peccat, qui falsè laudat[g], sciẽs, & aduertens inde aliquod damnum notabile insequuturum, non contradicit, saltem quantum oportet, ad illi obuiandum, quamuis regulariter neque approbatio explicita, neque tacita falsæ laudis erit pluspquam venialis, si fuerit de re bona, aut saltem non, nisi venialiter mala, imo non est peccatum, sed virtus audire sine contradictione falsam laudem, modo ea non delectetur eo respectu, quo est falsa, vel laus mendacium, aut adulatio: alioquin esset saltem veniale,[i] vnde qui de aliqua virtute, ad suum statum necessaria, falsè laudatur, vt cũ vxor occulte adultera de fidelitate laudatur, eam

a *In d ar. 9*
b *2.2.q.14. art. 1. & de malo, q. 6.*
c *Sup. Mat. c. 6. q. 3. ad iunctis, eis quæ idem S. Tho. dixit 1.2.q. 18. ar. 2. 4. et 9 d 2.2. quæ. 142 art. 4.*
e *Supra n. 5.*
f *Vbi supr.*
g *Vbi supra n. 341. & seq.*
h *Arg. c. fi. de iniur. & l. qui occidit. ff. ad l. Aquil.*
i *Ca. 1. 22. q. 2. c. super eo. de Sur.*

eam neque approbare, neque reijcere debet: imo neque peccat falsè laudatus, eo quod gaudeat laudari, non ob falsam laudem: sed quia per opinionem, quam habent alij de virtute suo statui necessaria, euitatur scandalum, vt [a] diximus.

a Vbi supra nu. 137.

Quarto peccat, qui res principaliter institutas ob honorem Dei, & cultum eius, & salutem animarum, principalius, vel æque principaliter ob vanam gloriã facit: quale est concionari, missam celebrare, precari, & id genus alia, secũdum Abulensem [b] & Angelum, verb. vana gloria: quod post alios, [c] efficaciter contutauimus, & in d.c. cum minister. n. 63. dicentes solum esse veniale. Nullum aũt peccatum, imo meritum est facere illa principaliter propter Deum, vel quia sũt honesta & sancta, & secundario propter gloriam, vel laudem humanam in finem aptũ relatam, per ibi dicta post S. Tho. [d] 14 Quinto, qui præsumit cum notabili irreuerentia Dei, vel damno notabili proximi spirituali vel corporali, honorario, vel pecuniario, exercere officium, nescíens illud exercere, vtpote concionando, consulendo, medicando, vt nos post sanctum Thomam [e] latius tractauimus: quamuis non sit, nisi veniale illud exercere absq; irreuerentia, & damno notabili proximi.

b Super Matth. c. 6. q. 3.

c Vbi supra nu. 347. relatos.

d 2. 2. q. 132.

e 2. 2. quæ. 117. in d. c. inter verba nu. 100. cũ seq.

Sexto peccat, qui aliena iurisdictione vtitur, aut sua extra suum territorium, [f] vel absoluit a peccatis, a quibus non potest, aut dispensat, vel commutat vota sine auctoritate ad id sufficienti, secundũ S. Antoninum. [g]

f S. Th. 2. 2. q. 60. art. 6.

g In 2. p. ti. 3. c. 6. §. 4.

Septimo, qui confidit se gloriam æternam sine meritis cõsequuturum, aut meritis sui liberi arbitrij, absq; gratia Dei, [h] quamuis sperare, se (etiam de congruo) gloriam æternam cum auxilio diuinæ gratiæ adepturum, est meritum, & actus spei virtutis Theologicæ, secũdum S. Thom. receptum. [i]

h C. placuit cũ duobus. seq. de conf. dist. 4.

i 2. 2. q. 17. art. 1.

Octauo peccat, qui confidit gratia Dei se priuatum non iri, nec punitum, quantuscunque peccator sit, asserens paradisum hominum causa paratum, & nõ bestiarum; iuxta Richardum. [k]

k In 3. dist. 31.

Nono peccat, qui non abstinet ab occasione, qua semel peccauit mortaliter, associando, videndo, vel alloquendo aliquem: & postea non abstinet ab ea, secundum sanctum Antoninum. vbi supra.

Quod est verum, si propter suam inconstantiam, vel fragilitatem probabiliter putat se succubiturum: alioquin non nisi vt plurimum venialiter, si aliqua de causa ad id redeat, vt diximus. [l]

l Vbi supra n. 433. cum seq. & lat. supra c. 3. a nu. 5.

15 Decimo peccat, qui ambit honorem de re, quæ est peccatum mortale, aut ad cõmittendum mortale, aut in eo vltimũ finem ponit, aut ita appetit, vt malit mortale aliquod cõmittere, quam eum amittere, vel non adipisci. Quod est frequens in ambientibus, præsertim per concursum, & oppositionem, cathedras, beneficia, officia, collegia, collationes, præsentationes, nominationes ad illa, secundum omnes: quamuis alias regulariter, appetitus inordinatus honoris non excedat metas culpæ venialis, vt latius dixi, vbi supra nu. 340.

Vndecimo peccat, qui appetit, vel accipit plura beneficia incompatibilia, sine iusta dispensatione, cap. de multa, de præb. aut plura compatibilia, quam quæ ad suam honestam sustentationem sufficiunt, iuxta glossam singularem, [m] quæ in ius redacta videtur per sanctum Concil. Trident. [n] per quod uidetur sublata moderatio Cardinalis, in cle. gratiæ de rescript. quatenus inquit, illam glossam procedere solum in eo, qui capit plura beneficia (quorum unum ei sufficit) ad viuendum fastuosius, vel ad thesaurizandum, & non in eo, qui quærit illa ad faciendum largiores eleemosynas, & alia opera largiora, quem sequuti fueram, [o] sed postea, [p] nouæ concluſi, quod prædicta opinio Card. non habet locum quoad hoc, quis plura beneficia (quorum vnum sufficit) possit obtinere, sine dispensatione, sed sic, quoad hoc, vt possit dispensari iuste cum eo, qui non vt fastuosius viuat, vult illa, sed solum ad faciendum plura opera pia, in quæ sola impendit reditus eorum, viuendo ex solo reditu beneficij sufficientis.

m Recept. in cap. dudum 2. de elect.

n Sess. 24. c 17. de refo.

o In repet. cap. ad hæc de præb.

p In Miscel. de Ora. Miscel. 55.

Duodecimo peccat, qui accipit beneficium Ecclesiasticum spirituale principaliter propter honorem, aut vtilitatem temporariam, sm S. Antoninum. [q] Qđ limito procedere in eo, qui est eo indignus ob ignorantiam, uel alium defectum: nam supra [r] diximus, quod falsum est esse mortale facere ordinata ad

q 2. par. tit. 3. c. 5. §. 4.

r Eo. c. n. 13

cultum diuinum principaliter ob bona temporalia.

Decimotertio peccat, qui quærit officium aliquod, nesciens exercere illud, secundum S. Antoninum.[a] Quod nō procedit in eo, qui quærit illud fide bona, & animo vtendi consilio peritorum, quando fuerit eo necesse, & credit se habiturum opportunitatem vtendi illo,[b] quod frequens est in omnibus oppidis & pagis, quibus iudices ignari iuris præficiuntur.

16 Decimoquarto peccat, qui per iactantiam, quæ filia primogenita vanę gloriæ est, se, aut suos laudat, cum irreuerētia notabili Dei, aut cum iniuria, vel scādalo proximi notabili, vt Pharisæus, qui dixit,[c] *Non sum sicut cæteri hominum, nec sicut iste Publicanus*: aut cum notabili damno proximi, puta asserendo falso se, vel aliquem suorum esse magnum aduocatum, magnæ sanctitatis, &c. alias enim solum est veniale, iuxta S. Th. receptum vbi supra Alex. Alens. 2. par. ti. de iactan.

17 Decimoquinto peccat, qui per inuētionem nouitatum, filiam secundam vanæ gloriæ adinuenit nouas epulas, nouas vestes, noua exercitia, & ludos: aut alia noua de se mortalia: in finem mortalem directa: aut in iacturam notabilis cultus Dei: aut boni alieni publici, uel priuati, iuxta mentem omnium. Idem de illo, qui vestitu, aut ornatu, animo pellicię di aliquem ad sui concupiscentiam mortalem, licet ea non sequatur iuxta S. Thomam,[d] quia finis mortalis est, & ad minimum tam malus est actus, quam eius finis,[e] idem item de illo qui ea se mente quouis ornatu ornat, vt non desisteret ab eo, etiam si vetaretur aliqua lege ad mortale obligante, ob vanam, quam de eo capit delectationem. Tum quiā contra caritatem Deo debitam facit, & consequenter peccat mortaliter.[f] Tum quia omne peccatum per eiusmodi complacē tiam fit mortale, de tali enim complacētia, & non de qualibet alia debet intelligi illud B. Aug. relatum in c. vnum. §. cæminis. 25. dist. *Nullum peccatum*, inquit, *veniale est, quod non fiat criminale, dum placeat.* Idem de illo, qui ob ornatum omittit adimplere præceptū, vt qui ob eū omittit missam die festo.[g]

18 Nemo tamen peccat ornando se etiam splendide pro sui status decentia, & more regionis, modo id bono fine faciat: imo meretur, licet alius, vel alia ad eius concupiscentiam per accidens alliciatur,[h] solumque venialiter peccat, q etiam si sit religiosus, uel religiosa, se moderate ornat, ob solam vanam leuitatē, ostentando suam pulchritudinem, & elegantem corporis habitudinem, & compositionem absque alio fine, vel circumstantia mortali, imo etiam si notabiliter modum excedendo id faceret, vt egregie adnotauit Caietanus:[i] & merito, quia licet id sit contra virtutem: non est tamen magis contra caritatem Dei, proximi, uel propriam; quam prodigalitas, quæ de se non est mortalis, ut infra dicetur, licet sit contra virtutem liberalitatis.

19 Nec mortaliter peccat, quamuis sic uenialiter, qui contra morem se ornat, modo id non vetetur lege aliqua ad mortale obligante, nec consuetudine illi equipollente, nec qui se ornat splendidius, quam status suus requirit nisi id esset in causa non soluendi debita, vel non præbendi alimenta, cui præbere obligatur, etiā si ob id alius ad mortaliter peccandum mōueatur: qa eiusmodi act⁹ sua pte natura, vt plurimum ad solum uenia le mouet, & ita, qui ob id mortaliter peccat, sua prauitate motus sic peccat, ex mente Caie.[k] quem sequimur: quamuis in hoc, & nōnullis alijs, de quibus statim dicetur, Sylueſt.[l] & nonnulli alij contradicant: quia non satis, vt dixit Caiet. naturam peccati mortalis perpenderunt: neq; etiam fœminæ mortaliter peccant ostentantes pectora nuda, quo pulchriores videantur absq; alia mala intentione mortali, fm eundem: quia id nullo iure naturali diuino aut humano, saltem ad mortale obligante, uetatur: nihil enim aliud est hoc, quam pulchritudinē ostendere, quæ, quamuis summa esset, non tamen adeo incendit, ut ea, cui inest, dicatur peccare, eo quod alius per eam mortaliter peccet: q ille ibidē neruose probat, & deduci potest ex his, quæ de occasione vitanda, dicta sunt,[m] quamquam consuetudo hæc digna sit, vt a locis, in quibus est paulatim exstirpetur: vestire se tamē adeo tenui uestę, ut pudenda trāsluceāt, est mortale tam viro, quam fœminæ: quia

a Vbi supra §. 5. & probat, l. idē iuris, §. 1. ff. ad l. Aqui. & c. non est putanda, 1. q. 1.

b Argu. l. clari iuris, C. de iudic. & c. statutū. §. assessorē. iun. principio, de rescrip. lib. 6.

c Luc. 18.

d 2. 2. quæ. 190. art. 2.

e Cap. cum minister 23 q. 5 & quæ ibi late dixi post eūdem S. Thom. recep. q. 10. ar. 4. & 6.

f S. Tho. 2. 2 q. 24. ar. 10 & 11.

g Cap. missas. de consecra. dist. 1.

h Argu. ca. quisquis. 41. dist. ea. quæ contra mores 8. dist.

i 2. 2. q. 169 art. 1.

k In d. quę. 169. art. 2.

l Verb. ornatus.

m In cap. 3 supra eod.

quia eiusmodi nuditas per se ad luxuriã mortalem prouocat, quod non facit pectorum nuditas, quæ per solam pulchritudinis ostensionem respicit.

20 Non est tamen de se mortale, augere & fingere pulchritudinem maiorem, quam insit, ornatu & fuco: licet sit quædam species mendacij operis, nisi ob luxuriam, vel alium finem mortalẽ id fiat, *a 2.2.q.169 art.2.ad 3.* fm S.Thom. [a] quamuis sit graue venia- *b In c. fucare. de consi. dist.5.* le, sicut diximus, [b] nisi fiat ad deformitatem aliquam obtegendam iuxta eũdem S.Thomam: nullum item est peccatum crinibus siue capillis alienis vti, ad cõmodum ornatum: sicut nec lana aliena, aut aut lino terræ vti ad se commode vestiẽdum: quia de similibus idem iudicandũ, c. dudũ, 2. de elect. & l. illud. ff. ad l. Aquil. q̃uis esset peccatum veniale vti eis fingẽdo esse proprios, quippe, quod esset mendacium operis, iuxta dicta. [c] *c In ca. 18. supra nu. 5.*

21 Et vt confessarius absoluere debet, quem videt, non nisi venialiter in hoc peccare: sic etiam absolutionem negare nõ debet ei, de quo intelligere neqt, an venialiter, an mortaliter peccet: q̃uis psuaderi illi non possit, vt ab eo temperet quia se mortaliter peccare non credit: nec persuadeat ei esse mortale, quod forte tale non est, ne postea id faciens, quãuis non sit mortale, peccet mortaliter, *d 2.par.tit. 4.c.3. e Verb.ornatus.§.7. f Eod. uer. q.9. g In capi. si quis autem de pæn.dist. 7.nu.130.* iuxta S Ant. [d] Rosell. [e] Sylvest. [f] Nostro tamen iudicio cautius ageret resoluẽdo se prius per se, vel alios an sit mortale, necne, & postea impartiretur, aut negaret absolutionem, per ea, p quę [g] dixim⁹ peccare iudicem, qui iudicat, antequam dubietatem animi deponat: aut certe ei persuadeat, antequam eum absoluat, vt proponat ab illo abstinere, si per vires idonea scientia, & conscientia præditos mortale iudicetur: alioqui enim (ni esset valde doctus) non habet sufficientẽ contritionem, aut attritionem.

22 Decimosexto peccat mortaliter quę monialis, vel inhabilis ad contrahẽdum cum aliquibus id scientibus, se illis conspiciendam offert, quo ab illis in vxorẽ sine iusta dispensatione expetatur: q̃uia peccato mortali alieno consentit. Sed q̃ ad nubendum est idonea, licet nubere nolit, imo castitatem, aut religionis ingressum secreto vouerit, licite sui cõspectum facere potest, & se ornare, & velle, vt ab aliquibus in vxorem appetat̃, quo in alijs rebus sibi, vel suis faueant, aut ob alium bonum finem: quia id nullo iure diuino vel humano prohibetur, & consequenter non damnandum. [h] nullatenus *h Cap. consuluisti, 2. q.4.* etiam peccat fœmina, quæ veste virili se vestit, nec vir qui fœminea iusta de causa, veluti ne ab inimicis agnoscatur: aut quia alia veste caret, vel ob honestã sui, aut alteri⁹ oblectationem, fm S Thomam, [i] neque plusquam venialiter, *i 2.2.q.169 art.2.ad 3.* si ob leuitatem id faciat, absque alio fine & circumstantia mortali, iuxta Caietanum. ibidem.

23 Decimoseptimo peccat, qui vestit se habitu religionis in opprobrium illius, aut vt eo ad turpia personatus siue larua tus, aut siue larua vtatur, arg. c cũ decorẽ de vir. & hon. cler. & auth. de sanct. Episc. § fi. col. 9. secus tamen si ad solam leuitatem, aut ad oblectationem, absq; malo fine eo vtatur: modo nullum inde opprobriu m notabile religioni, vel alicui proximo contingat.

23 Porro curiositas, quæ satis cognata videtur huic secundæ filiæ vanæ gloriæ est, *Vitium mouens ad nimis, vel immoderate sciendum*, ex mente S. Tho. [k] & semper *k 2.2.qu.c. 167.& S. Ant.2.par tit.27 cap §.2.* est peccatum saltem veniale, [l] siue quis ita scire velit, per aliquem quinq; sẽsuũ exteriorum, siue interiorum, siue p intellectum: quia est cõtraria virtuti studiositati, de qua S. Thom. [m] & rõi repugnat. Mortale vero tm, quum aliqua circũstantia mortalis ei adiungitur, fm eundem, [n] & Caiet. in sũma verb. curiositas. vt quũ quis scire cupit aliquid, transgrediendo aliquam legem ad mortale obligantem, aut ob finem mortaliter malum, se, vel aliũ obijciendo periculo probabili pdendæ salutis animæ, vel corporis: vel proximum notabili damno honoris, vel fortunarum, per supradicta, & per dicenda. c. seq. de quinque sensibus.

24 Exempla quædam vtilia, & quotidiana sunt de virgine, volente curiosẽ nosse, quanta sit copulæ carnalis delectatio, quamuis eam experiri nolit, nam si eam experiri vellet, aliud peccatum luxuriæ præter curiositatem committeret *o Caie.2.2. q.167. ar 2* ° de illo item, qui vult scire alienum peccatum consultando confessionem sacramentalem alteri factam, P & de illo, qui vt discat aliquid, missam *p Arg.c.omnis, de pæn. & remis.*

præceptam omittit, aut maleficium aliquod conficit, aut diabolo se commẽdat, aut eum in magistrum ad discendum suscipit per multa, quæ diximus. [a]

26 Et de illo, qui cognitionem rerum officio suo necessariarũ negligit, quo nõ necessarias cognoscat, vt parochus, qui ob studium poesis, vel officij mechanici, ignorat res audiendis confessionib⁹, vel alijs agendis, officio suo necessarias, [b] vt diximus [c] de illo qui vitia alterius inquirit animo eum notabiliter infamãdi: facere enim id bono animo, quo præclara imitemur, aut praua ex caritatis regula corrigamus, sine alia mala circumstantia, virtutis actus est, [d] quia id non est appetitus inordinatus, sed ordinat⁹.

27 Exemplum item est de illo, qui appetit scire aliqua secreta ab eo, qui absque peccato mortali, non violando mortaliter legem naturalem vel iuramentum, vel promissionem de secreto seruando, non potest ea illi reuelare, per dicta supra. [e]

28 Et de viro volente videre fœminam nudam, vel eius pudenda, & de fœmina volente videre virum nudum, vel eius pudenda, credens, aut credere debens, ex illo aspectu tali loco, & tempore habito consensum iri actui, aut delectationi mortali, aut pollutionem sequuturam.

29 Et de illo, qui vt sciat quantam in castitate constantiam ipse, & alia habeant, loquitur solus cum sola tempore, & loco secreto credens, aut credere debens, se causam fore, vt alteruter eorum alicui mortali saltem delectationis morosæ consentiat.

30 Et de illo, qui legit, vel audit libros amorum, & gestorum lasciuorum, & luxuriosorum, credens aut credere debens, se vel alium consensurum saltem alicui delectationi morosæ, iuxta mentem Sanct. Isidori, [f] & San. Antonini [g] & certe e Repub. Christiana foret, ne libri Ouidij amatorij in scholis legerentur, nec Martialis, iuuenalis, Catulli, Tibulli, Propertij, Plauti, Terentij, & alij eius generis, nisi purgati a locis libidinis incentiuis.

31 Et consequenter etiam Cœlestina liber vulgo adeo plausibilis, nisi magna ex parte purgatus: quin & reuocarentur in scholas Grammatices, hymni, & orationes, quas collectas vocant, Homiliæ, & auctores Christiani egregie latini, qui fere soli olim in eis prælegabantur, vt late diximus, [h] quo pueri simul cum literis pietatem imbiberent.

32 Decimooctauo peccat, qui per Hypocrisin tertiam filiam vanę gloriæ modo dicto, vel [i] pertinaciam, quartam filiam, inordinate suam opinionem defendit in ijs, quæ ad fidem Catholicam, & mores pertinent, contra communem sẽsum doctorum Ecclesiæ, aut in damnum iniustum proximi notabile: alias enim pertinacia est venialis, præsertim quando se continet intra metas intellectus, credendo & operando secundum communem Ecclesiæ doctrinam. [k]

33 Decimonono peccat, qui per discordiam inordinatam quintam filiam vanæ gloriæ, voluntati alterius non vult suam conformare circa doctrinam boni diuini, aut humani necessarij, ad salutem propriam aut alienam, animæ, vel corporis, aut honoris, vel alterius boni proximi, sm mentem S. Tho. [l] nam solum venialе est discordare sic in alijs, etiam sub pœna venialis tantum præceptis: neque etiam veniale in eis, in quibus etiam sub pœna venialis concordare non tenẽtur: vt non concordare roganti, vt ambo religionem ingrediantur, aut ieiunet, &c. secundum eosdem. [m]

34 Vigesimo, qui per contentionem, sextam filiam vanę gloriæ, contra perspicuam veritatem altercatur circa pertinentia ad sanctam fidem Catholicam, aut ad salutem animæ, aut corporis necessaria: alias enim non peccat nisi venialiter, iuxta Caietanum. [n]

DE INOBEDIENTIA septima filia vanæ gloriæ.

35 *Obedientia, & inobedientia specialis, & generalis quid.*

35 *Inobedientia quæ mortalis.* & 36.

37 *Obediendum, in quo non est superiori,* & 4 *seq.*

42 *Contemptus legis verus quid, & quis præsumptus.*

43 *Legis obligantis ad mortale, etiam receptæ transgressionem, quæ excusant,* & 44.

45 Igno-

a In c. nou. de inu. not. 1. nu. 12. et seq.

b Ca. sacerdotes, 37. dist.

c In Ench. de Orat. ca. 13. n. 175. & in d. nouit. vo. 2. n. 14. & 15.

d S. Thom. 2. 2. q. 167. ar. 2. ad 4.

e Cap. 12. nu. 23. & 18. n. 12.

f Cap. ideo, 37. dist.

g 2. par. tit. 3. c. 7. §. 2.

h In Enchi. de Orat. ca. 19. nn. 172 & seq.

i Sup. c. 18. nu. 8.

k Iux. Caie. in sum. vrb. pertinacia.

l 2. 2. q. 37. art. 1. & Caiet. in sum. verb. discordia.

m Vbi sup.

n In sũma verbo. contentio.

45 *Ignorantia triplex, & quid vnaquæque illarum & 46.*
47 *Ignorantia interdum excusat a pœna legis, & ab ea.*
47 *Officium, vel artem sine peritia, & scientia exercens quis peccat.*
48 *Lex, quæ humana obliget ad mortale, & seq.*
49 *Lex concepta verbo constitutiuo, & nō præceptiuo, quid faciat.*
50 *Legis nullum vnicum verbum originario significatu signat mortale.*
51 *Leges multæ naturales ad solum veniale obligant.*
51 *Lex Ecclesiastica verbis præceptiuis, maxime istis vtens ad mortale obligat secus de sæculari, quæ tamen non tollit pœnam per aliam statutā. & sequ.*
56 *Lex pure pœnalis & mixta, ut differant.*
57 *Pœna magna, vt potest esse iusta sine culpa, & seq.*
62 *Vidua fornicata peccat, fruendo re a marito relicta, ut caste viuat.*
63 *Lex in parte recepta, ad eam ligat.*
63 *Pœna exclusionis a collegio ipso iure incursa non tenetur quis in conscientia.*
64 *Commissum capitur iuste in conscientia: & etiam tacetur.*
65 *Laudemium soluere non tenetur donās sed sic vendens.*
66 *Pœna etiam ipso iure imposita non debetur in conscientiæ foro, nisi, &c. numero 67.*
68 *Consuetudo optima legis interpres.*

DE inobedientia septima filia vanæ gloriæ dicendum primo, quod obedientia, prout est specialis virtus, *est uirtus inclinans ad faciendum, quod iubetur eo principaliter, quod iubetur.* Et contra inobedientia, prout est speciale uitium, *est vitium inclinans ad non faciendum qđ iubetur, eo principaliter, qđ iubetur,* vt singulariter tradit S. Tho. receptus,[a] ita ꝙ ex duobus conficitur inobedientia specialis, scilicet ex non faciendo iussum, & ex animo nō faciendi illud, eo principaliter, quod iubetur. Et econtrario obediētia, prout est virtus generalis, cōprehendit oēs virtutum omnium actus, quibus fit, quod iubetur, siue faciēdo, siue omittendo & inobedientia, prout est generale vitium oēs actus omnium vitiorū, q̄bus non fit, quod iubetur, siue faciendo, siue omittendo, ſm eundem vbi sup. receptum. Et ita non est inobientia nō facere consultum, sed sic non facere iussū, etiam si non obliget ad plusquam veniale, vt probat Caiet. in d. art. 2.

a 2. 2. quæ. 104. art. 2.

36 Est tamen hoc discrimen, ꝙ non facere iussū obligās ad mortale, est mortale q̄uis nō omittat̄ eo ꝙ iubetur. Nō facere autem, quod ad solum veniale obligat, non nisi qñ omittitur eo principaliter quod iubetur, quæ est inobedientia specialis, vt idem ibidem subtiliter declarat. Hoc p̄misso dico, quod peccat, q deliberate omittit facere, quod sibi iubetur satis aperte a superiore, animo eum obligandi ad mortale, nesciens id sibi ab eo iuberi non posse.[b] Dixi, *deliberate*, qa primus motus, quo renuit̄ iussus, solum est venialis, ſm eundem S. Tho.[c] Dixi, *quod sibi iubetur*, quia omittere cōsultum non est de se vllum peccatum.[d]

37 Dixi, *animo eum ad mortale obligandi*, quia alias non peccaret mortaliter. Dixi, *nesciens id sibi ab eo iuberi non posse.* Tum quia non oportet, quod sciat, id ab eo iuberi posse, satis enim est, vt dubitet de illo,[e] quamuis talem dubietatem deponere debet, priusquam faciat, credendo id posse sibi iuberi propter auctoritatem eius, ne faciendo cōtra conscientiam dubiam, peccet, per ea quæ dixi.[f]

38 Si tamen crederet probabiliter superiorem per errorē ei iussisse, aut non iussurū fuisse, si veritatē nosset, nō peccaret non parendo.[g] Tum quia multa sunt, ad quæ superior subditum obligare nō pōt ſm S. Tho receptum,[h] qua e est contrarium præceptis superioris iubentis, scilic. Dei, Papæ, Ecclesiæ, aut alterius,[i] quale illud, ad quod iubentis potestas non se extendit, vt sunt actus omnino interiores, quibus non est opus p̄ceptis exterioribus implendis, vt post eundē ibidem dixi,[k] vt etiam sunt actus spūales respectu superioris secularis,[l] & vt act⁹ gubernādi ciuitatē respectu ducis exercitus.[m] Reuelatio item peccati omnino occulti,[n] & iteratio cōfessionis legitimę respectu omnium, vt dictum est supra.[o]

39 Qualis etiam iussus, ne iubentis superiorem alloquatur, quales asperitates

b Cap. 2. de Maior. & obe. c. 8. q. 1. c 22. q 105. art. 1. ad 2. d §. fi. 3. dis. & Caiet. d. q. 104. ar. 4 e C. ꝙ culpatur. 23. q. 1. f In c. si qs autem. de pœn. dist. 7. n. 81. cum seq. & sup. c. 16. n. 40. & seq. g Ca. si quādo & c. pastoralis, de rescript. h In dict. q. 104. art. 5. & in c. 13. ad Rom. i Cap. si dominꝰ. c. qui resistit. 12. q. 3. k In c. cogitationis. de pœn. dist 1. l Ca. fin. de reb. Ecclesii c. Ecclesia. de const. m l magisterij, C. de iurisd. om. iu. n Ca. erubescāt 32. dis. o Cap. proximo. n. 43. & c. 9. nu. 14. & seq.

religionis, ad quas nec expreſſe, nec tacite regula extenditur,[a] niſi in pœnam cõtumaciæ, vel alius delicti imponantur.[b] Qualia item alia impertinentia ordini, & regulæ, vt ſublatio paleæ a terra, aut intuitio volatus auium diu continuat[o], Sylueſt.[c] Non eſt tamen tale, id quod eſt contra regulam ſuam & ordinem, aut legem, ad quod Prælatus diſpenſare põt, quia ſi iuſta de cauſa id ei iuberet, parere deberet vt ſi præciperet ſubdito, ne ieiunaret tali, aut tali die præcepto per legem, aut regulam, eo quod credit probabiliter eum eſſe ad id impotentẽ: quã uis ſi ſciret ſuperiorem falli non tenere tur per ſupradicta,[d] quicquid dicat Roſella,[e] quia magis oportet obedire Deo, quam hominibus. [f] Dixi, *Satis aperte*, qa ſufficit vt iubeatur verbis claris, vel obſcuris, ſatis id ſignificãtibus. Sufficit em, vt intentio iubentis, quod ita voluit iubere intelligatur. §

40 Dicẽdum ſecundo, peccare primo, qui tranſgreditur legem humanam iuſtã promulgatam & receptam, & non abrogatam, obligantem ad mortale ſine iuſta ignorantia id cauſante, aut alia iuſta cauſa, aut diſpenſatione valida, elapſo tempore, quod ad obligandum requiritur.[h] Dixi, *Legem humanam*, & nõ canonicam, quia etiam contra ſecularem põt mortaliter peccare iuxta gloſ. receptam,[i] quamuis illa mihi hoc non dicat. Dixi, *Iuſtam*, quia iniuſta non obligat, qualis eſt facta a non habente poteſtatẽ,[k] aut principaliter ob vtilitatem priuatam, nõ autem publicam ſm S.Tho.[l] aut contra diuinam naturalem aut ſupernaturalẽ,[m] & quæ ſubditis eſt inæqualis.[n] Dixi, *Promulgatam*, quoniam lex ante promulgationem non obligat, c. in iſtis, §. le. 4. diſ. qꝫ recte defendit Decius. in c. 2. de cõſti.

41 Dixi, *Receptam*, quia antequam recipiatur, ſaltem per maiorem partem vniuerſitatis, cuius pars eſt tranſgreſſor, nõ ligat: qm promulgari videtur cum conditione, ſi recipiatur *ſaltem per maiorem partem*, vt ſingulariter dixit Dominicus in d. §. leges. per recentiores receptus ibi, & in c. 2. de conſt. & profundius Felyn.[o] Dixi, *Non abrogatam*, qm abrogata per aliã legem cõtrariam, aut per conſuetudinẽ, non obligat.[p] Dixi, *Quæ ad mortale obligat*, quia tranſgrediens eam, quæ ſolũ ad peccatum veniale obligat, venialiter tm peccat,[q] qui autem ſolum conſultoriam vel exhortatoriam, nec etiam venialiter peccat,[r] niſi faciat id ex contemptu. [s]

42 Dicitur autem tranſgredi legem ex contemptu quiſquis principaliter moue tur ad id, eo quod illã, vel illius auctorem parui facit: non autẽ qui mouetur & inducitur ad id principaliter ꝓ iram, auaritiam aut aliam cauſam, etiam iniuſtam, ſm vtrumq; Tho.[t] & Archid. in ca. quicunq; 81. diſt. & Dominic. in c. nullus 55. diſt. quantumlibet illud inuoluat Felyn.[u] Nec etiã ad id ſatis eſt conſuetudo peccandi, iuxta S. Tho. mentem,[x] quam optime, & dilucide declarat Caiet. quic quid dicat Richardus,[y] quem ſequitur Angel.[z] quia quamuis conſuetudo multum faciat, ad præſumẽdum prædictum contemptum in foro exteriori, nil tamẽ facit quo ad interius, vbi ſola veritas cõſideratur,[a] vt ẽt illa gloſ. celebris,[b] q̃ dicit, eũ, q̃ ſine iuſta cauſa trãſgredit, vide ri cõtenere, intelligenda eſt m foro exteriori, nõ interiori, ꝓ prædicta. Verum tm eſt, conſuetudinem tranſgrediendi aliq̃ legem multum incitare ad cõtemnenda illam, ideoque ab ea cauendum eſt.

43 Dixi, *Sine iuſta cauſa*, quia hæc ſemp a mortali excuſat, iuxta mentẽ S. Thom. [c] & Archid. in c. vtinã. 76. diſt. & Pan. in rub. de obſeru. ieiu. Illa vero cauſa videt iuſta, propter quam legiſlator ſi præſens foret, eũ excuſaret, per gl. fing. & receptã l. tale pactum. §. qui prouoc. ff. de pact. & etiam cauſa, quæ bona fide pro iuſta habetur, & ob q̃, niſi talem eam iudicaret, cõtra legem non faceret, a peccato mortali excuſat: quamuis non a veniali, iuxta mentem Palud.[d] & Sylueſt. verb. ieiun. q. 8. quod ſingulariter explicat Caieta.[e]

44 Dixi, *Sine iuſta diſpenſatione*, qa ſi eſt iuſta, omnino excuſat,[f] imo & ſi eſt iniuſta, eo ſolo, qđ ſit data ſine iuſta cauſa, modo detur abſq; ſurreptione p eum, q ſine cauſa iuſta valide põt diſpenſare, licet ſic diſpenſando peccet, excuſat ſaltẽ a mortali, ſm omnes, licet qñq; nõ a veniali, iuxta ea, quæ nuper ſcripſimus. § Dixi, *Elapſo tpe*, qa cõſtitutione põtificiæ, vel Imperatoriæ nõ obligant, niſi poſt tẽpus in ipſis ꝓfixum, ſi quod præfigatur, alias poſt duos menſes ab ipſarũ promulgatione facta in prouincia,[h] iuxta opinionem

a Ca. geſta. 74. diſt.
b Cap. dilectus. 2. cap. quoniam, de ſimon.
c Ver. re. q. 6 d Sylu. Vbi ſupra.
e Verb. obedientia §. 10
f Act. 1. & d. c. ſi dominus, 11. q. 3
g Cap. intelligentia de Verb ſign. c. rogo. 11. q. 3 c. dilectiſs. 12. q. 1. Clemẽ. 1. de teſtam. additis gloſſ. & annot. ꝑ Felyn in c. nã, de conſt.
h Cap. 2. de Maior. & obed c. 14. q. 1.
i In c. quæ ī eccleſiarũ, de conſtit.
k Arg. c. 2. de conſt. li. 6. & l. ſi. ff. de iuriſdit. omn. iud. l 1. 2. q. 90. art. 3.
m C. erit autẽ lex. 4. diſt. u Ca. cum oẽs de cõſti. & Panor. recep. in c. 1. eo. tit.
o In c. 1. de treuẽt pac. a nu. 12.
p Cap. 1. de cõſt. li. 6. & gl. & oẽs in c. 1. eo. tit.
q Cap. vnũ §. criminis. 25. diſt.
r §. ſi. 4. diſ. & c. ſi. 14. q. 1.
s Iux. gl. ſin gul. c. quis aũt 10. diſ. & dictũ eſt ſup. cap. 20 nu. 2.
t 2. 2. quæſ. 189. art. 9.
u In c. cum quidã de ieiu. col. 3. & 4.
x 2. 2. quæ. 186. art. 9.
y In Quod lib. 1. q. 19.
z Verb. in obedien. §. i & Ver. feri. §. 42. & alibi ſæpe.
a Capi. tua deſponſ. ca. humanæ. 22. q. 5.
b In c. metropol. 1. q. 7 c 1. 2. q. 96 art. 6. & 2. 2. q. 147. art. 3.
d In 4. diſt. 15. q. 4.
e 2. 2. quæſ. 147.
f Capi. 1. de vot. & cap. de multa, de præb.
g In cõmẽ. c. nõ liceat Papæ 12. q. 2. §. 4.
h Authẽ. vt factæ nouæ conſtitutiones, col. 5.

nionem communem, & veram Anton. quam tenuimus. [a] Quamuis lex inferiorum, quæ non præfigit tempus, simulatque promulgatur, & scitur, liget, iuxta communem (& etiam Pontificia, & Imperatoria, si in illa dicatur, vt iam inde a principio obliget) quoad pœnam intrinsecam irritationis actus per eam prohibiti: nã quo ad pœnam extrinsecam sem per iusta ignorantia excusat, etiam post quemcumque temporis lapsum, licet postea non ita præsumatur sicut antea, cap. præsumitur, de regul. iur. libro sexto.

45 Dixi, *Sine ignorantia iusta causante illud*, quia vt excusetur oportet quod sit iusta, & causa actus, est enim triplex, præfata ignorantia, nempe, Affectata, crassa, siue supina, & iusta. Affectata siue optata est, qua quis ignorat quod scire tenetur: quia non vult scire, quo liberius absque suę conscientię contradictione, vel alia de causa iniusta peccet, iuxta illud: [b] *Noluit intelligere, vt bene ageret*, quæ adeo non excusat, aut minuit peccatum, vt etiam augeat ob circumstantiam mali desiderij. Crassa vero siue supina est, qua quis ignorat id, quod communiter omnes sui ordinis sciunt, quod contingit per culpam latam, de qua supr. [c] quę excusat a tanto, sed non a toto.

46 Iusta vero (quæ a Theologis inuincibilis, & a nostris ꝓbabilis appellatur) est, qua quis ignorat quod non oportet eum scire, [d] & qua communiter hominis eiusdem ordinis adhibita debita diligentia laborant, iuxta S. Thom. [e] qualis est eius, qui petit consilium a viris habitis pro præditis scientia, & conscientia in id sufficienti, qui falsę illi consulunt, [f] & hæc omnino excusat, quando est causa actus: ignorantia enim interdum est peccati causa, interdum non, sed eius comes. Est causa, quando actus non fieret, nisi ignoraretur. Est solum comes, quando peccaretur, etiam si sciretur: & hæc numquam a culpa excusat: illa vero interdum omnino, interdum ex parte, vt prædictum est.

47 Ex quo sequitur, quod non excusantur omnino prælati, medici, aduocati, & alij officiales, qui suas artes exercent sine iusta scientia, & notitia eorum, quæ sua officia & munera prę requirunt: cum inde notabile damnum spirituale, aut corporale proximis euenturum probabiliter credi possit: quia eorum ignorãtia non est iusta, cum sit eorum, quæ sui ordinis homines communiter scire solent, & debent. [g]

Addo his, quod licet ignorantia communiter nequeat esse iusta circa legem naturalem, vel diuinam: quo ad eius dispositionem, & quatenus est talis: potest tamen esse iusta quoad pœnam humanitus statutam, si illa est excommunicationis, secundum Antoninum, in cap. a nobis, 1. de senten. excommun. pro quo est casus. [h] Imo etiã si sit alia quælibet cõmuniter non statuta eadẽ ratione, vt efficaciter defendimus [i] post S. Anton. [k] cui consentit Angelus, [l] & Syluest. [m] & Caietanus. [n] Quod maxime procedit in foro conscientiæ, quo ad quod multos pios quis cõsolari potest, maxime in materia censurarum & irregularitatum.

Quæ lex humana obligat ad mortale.

EST tamen quæstio quam hoc in loco optaueramus, vt definiretur a sacro sancto Concil. Trid. quod & optauerunt alij, in quibus fuerunt Caietan. [o] & Henricus. [p] Quæ lex humana obligat ad mortale. Pro cuius aliquali explicatione di co primo iuxta doctrinam S. Thomæ [q] communiter per Theologos, & Canonistas approbatam [r] non solum leges diuinas, sed etiam humanas iustas, etiam quatenus sunt humanæ, tam seculares, quam ecclesiasticas posse obligare, etiã in foro conscientiæ, ad peccatum veniale, imo & mortale, [s] & alia multa, quæ nuper adduximus [t] addendo, mutando, & detrahendo multa ijs, quæ Castrensis copiose scripsit in duobus libris, de leg. pœnal. in quorũ priori cap. 4. late hoc deducit. Quod ipsum etiam facere possunt statuta ciuitatum, iuxta glossam singularem c. quæ. in eccles. de constit. receptam quo ad hoc: quamuis illa id mihi non satis dicat. Imo & de facto obligant ad mortale illæ leges & statuta, quorum auctores intẽdũt per illa ad mortale obligare, iuxta cõem, saltẽ si vt tales receptæ sunt: ꝙ addo pp 10. dictum infra positũ.

49 Secundo, quod nullæ leges, quarum latores id non intẽderunt, obligãt ad mortale. Tum quia nec vllæ diuinæ con-

[a] *In ca. 2. de constitu.*

[b] *Psal. 35. rela. in cap. adeo. 37. di stin.*

[c] *c. 17. nu. 177.*

[d] *1. q. 4. §. notandum.*

[e] *Vbi supra q. 76. art. 3.*

[f] *Arg. c. ca pellanus iũcta gl. 2. de fer. & corũ quæ tradit, Alex. consi. 1. col. 4. & col. 2. & S. Anto. 1. par. tit. 3. ca. 10. §. 10.*

[g] *Per l. idẽ iuris, §. i. ff. ad leg. Aq. & cap. non est putãda, 1. q. 1.*

[h] *In c. 2. de consti. lib. 6*

[i] *In c. 2. de constit.*

[k] *3. par. tit. 24. ca. 23. sub fin.*

[l] *Ver. ignorantia §. 4.*

[m] *Ver. ignorantia q. 8.*

[n] *2. 2. q. 76 art. 3. col. 2.*

[o] *2. 2. quæs. 186. art. 9. col. 4.*

[p] *De syno. 3. part. art. 1. nu. 270.*

[q] *1. 2. q. 69 art. 5.*

[r] *In cap. 1. de cons.*

[s] *Per c. 13. ad Rom.*

[t] *In Comment. c. frãternitas. 12 q. 2.*

consultoriæ, etiam ad veniale obligant iuxta S.Augustinum receptum [a] & aliquot earum præceptiuarum tantum ad veniale obligant secundũ Caietanum. [b] Tum quia vt dixit S.Thomas [c] receptus a Ioann.Andr. & alijs in cap.relatum de cleric.vel monachor.statuta Dominicanorum non obligant ad mortale, nec veniale: sed solum ad pœnam exteriorem: quia eorum auctores hanc vim illis tribuere noluerunt. Tum quia actus agentium non operantur vltra intentionem eorum, l.non omnis,ff.si cert.petat. l.in agris,ff.de acquirend.rerum domin.

Tertio, quod non obligant ad mortale leges.etiam canonicæ,quæ non habẽt verba præceptiua,vel prohibitiua:sed solum ordinatiua, vel constitutiua, etiam si sint imperatiui modi, qualia sunt illa: facite,dicite faciant,dicant,clementina exiui.§.& quia,de verbo signific. & alia similia, quæ iuxta communem intelligẽtiam non significant præceptum, nec ꝓhibitionem,iuxta S.Thomam communiter receptum, [d] probatum a Panormit. & communi,in cap.nam,de constitut.licet Felin. ibidem contra senserit, col 3. cuius opinio procedit in illis, quæ ponũtur in materia, quæ de se ad mortale obligat, quia fundamenta eius ad illa sola extendi videntur,& id sentit glossa recepta. [e] Quamuis tunc non tam obligat illa lex,quam alia,quę eiusmodi materiam talem fecit. Exemplum cap.statuimus, de transat. in quo verbum, statuere,importat præceptum,eo quod ponitur in materia alias præcepta, scilicet transactionis iustæ, quæ præcipitur seruari. [f] Ratio huius tertij dicti est, quia illa verba vidẽtur significare,quod quãuis auctor eiusmodi legis habeat animũ vt actus transgrediendi illam legem sit vitiosus, licet ante illam fuisset indifferens, & consequenter voluerit obligare ad veniale,quia vt minimũ tale est quilibet actus vitiosus: quia tamen non ꝑcipit,nec prohibet,videtur noluisse obligare ad mortale,iuxta singularem declarationem Caietan. [g]

50 Quarto, quod nullum est verbum Latinum,quod solum in aliqua lege positum sufficienter significet suo significatu originario mentẽ illius latoris fuisse, transgressorem obligare ad mortale, nec consequenter illa verba, *Teneatur, debeat, obligetur*,nec illa, *Præcipimus,Obligamus,Vetamus, Inhebimus, Mandamus, Prohibemus*. Tum quia sunt generalia, & tam apta ad inducendam obligationem ad culpam venialem,quam ad mortalem. [h] Atque ideo in dubio intelligẽda potius de culpa & pęna veniali,quam de mortali: cum leges, quæ recte possunt intelligi de pęna maiori & minori, in dubio de minori intelligẽdę sint.leg. interpretatione, & l.si præses,ff.de pœnis,& cap.in pœnit.de reg.iur.lib.sexto.

51 Tum quia multæ leges etiam diuinæ, & naturales præceptiuæ ad solum venialo obligant,vt probat Caietan. vbi supra qualis est lex de non mentiendo iocose,aut officiose sine damno alterius: qualis item lex de nõ furando minima, de non ridendo immoderate:omnes em̃ hæ leges sunt præceptiuæ: earum tamẽ transgressio est solum venialis, secundum omnes Catholicos. Tum quia S. Thomas agens de præceptis caritatis, [i] & prudentiæ, [k] & iustitiæ, [l] & fortitudinis, [m] & temperantię, [n] ita comprehendit ea quæ obligant ad veniale,sicut quæ ad mortale: quod speciatim tradit Caietan. [o] & a Castro tacito eodem, [p] & nos nuper. [q]

52 Dixi, *De se,& suo originario significatu*: nam de accidentali, quem vsus Ecclesiasticus, & communis interpretatio Conciliorum,Pontificum, & aliorũ Prælatorum, & Doctorum illis tribuit omnia & singula verba præceptiua & prohibitiua posita in lege Ecclesiastica, significant in dubio conditorem eius habere animum obligandi ad mortale,nisi aliud in ea positum contrarium indicet per dict.clement.exiui,paragr.cum autẽ de verborum significat.quæ habet, San. Franciscũ noluisse obligare omnes suos religiosos æqualiter ad omnia, quæ sua regula continet, eo quod ad aliqua ex regula addidit verbum, Præcipiens, qđ ex vi sua ad mortale obligat, & ad aliqua non.

53 Et quamuis responderi posset, esse ibi speciale in hoc verbo, *Præcipio*,posito in ore tam magni Sancti, & auctoris tam sanctæ,& arctæ regulæ,& ad subditos tantæ perfectionis,& a speritatis: q̃uis item forte expediret respondere,

quod

a cap. ult. 14.q.1.
b Tomo 1. tra.25.q.1.
c 2.2.quæ. 180.art.9. ad 1.
d In dicto art.9.
e In cle.1. de testibus verb. exhortamur.
f Per cap.t. qualiter,de pact.& l.1. ff.eod.
g 1.2.q.69 art.c.4.& di.opus.25. q.1.
h Arg.c.1. de desponſ. imp.et princip. regula S.Augu.& eorum, qua habentur 6. Ethicor. de præcepto, q sit act⁹ prudentiæ.
i 2.2.q.44.
k quæst.56.
l quæst.22.
m quæ.147
n qu.170.
o 2.2.quæs: 186.art.9.
p libr.1.de leg.pęn.c 5
q In ca.fraternitas 12.

quod obligatio multarum legum Eccleſiaſticarum antiquarum ſuo priſtino ſtatui obligandi reſtitueretur: quia tamen illa clem. dicit, quod ex ſignificatione, & vi verbi præceptiui naſcitur eiuſmodi obligatio, tutius eſſe cenſeo quouſque aliter interpretur ſancta ſedes Apoſtolica, ſequi prædictos patres clariſſimos, & conſequenter concedendum eſt vnum quod eſt ſatis durum populo Chriſtiano, quod intentio cuiuslibet legislatoris Eccleſiaſtici, vtentis in ſua lege verbo præceptiuo, aut prohibitiuo, eſt obligare ad mortale, vt tenet communis, in dict. ca. nam, niſi per aliquod aliud verbum, aut ſignum exprimatur contrarium, aut ſignificetur. Et a fortiori ſi ita dicat, *Arcte præcipimus:* Vt in clem. dudum, de ſepul. in princ. & adhuc a fortiori ſi ita, *In virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus*, [a] aut, *Sub obteſtatione iudicij diuini*, cum per eiuſmodi additiones obligationis incrementum ſignificetur. Propter quod in ſtius nobis videtur, quod doctiſſimus Medina dicit, [b] quam dictum Caſtrenſis, [c] ſcilicet hoc verbum *(oportet)* in lege canonica poſitum tantum obligare, quam illud *(debet)* aut *(obligatur)* quia vſus ſacrorum canonum, & ipſorum interpretum ita communiter interpretatur, [d] & Fort. [e] a fortiori lex, quæ continet pœnam præſupponentem peccatũ mortale, ad hoc obligat: quamuis verba præcipientia, & prohibentia non contineat: cum illa magis, quã prædicta verba animum ad mortale obligandi ſignificet: nam qui vult aliquid, videtur velle & aliud, ſine quo id eſſe non poteſt. [f] Atque ideo ad mortale obligat lex, quæ præcipit, aut vetat aliquid ſub pœna excommunicationis maioris, aut ſimpliciter ſub pœna excommunicationis, quia de maiori intelligitur, cap. penul. de ſententent. excommun. ſiue addatur, ipſo iure, ſiue non, Caietan. in dict. arti. nono, quia excommunicatio maior præſupponit peccatum mortale, [g] niſi prærequirat monitionem, iuxta Caietanum ibidem num. 338. & Caſtrenſem, vbi ſupra. Non eſt tamen idem de pœna ſuſpenſionis, interdicti, aut irregularitatis, quæ aliquando ſine culpa adhibetur. [h] Sed ſic de æternæ indignationis Dei, & SS. Petri, & Pauli, aut alia ſimili, quæ ſolum in ſtatu infelici peccati mortalis locum habet. Et idem dicendum eſt de lege, quæ continet has & alias coniunctim pœnas temporarias.

54 Quinto, ex hoc quarto dicto ſequitur, quod leges ſeculares ad mortale nõ obligant eo ſolo, quod verba præceptiua, & prohibitiua contineant. Tum quia nec ſignificatio & vis eorum originaria, nec accidentaria inducta per vſum ſecularem, talem obligationem indicant. Cũ manifeſtum ſit, reges & iudices ſeculares numquam regulariter interpretatos fuiſſe ita, vt in eiuſmodi legib. talis obligatio contineretur: quia principaliter pœnas temporarias (quas infligere, & tollere transgreſſoribus poſſunt) reſpiciunt, [i] & non ſpirituales, quas nec infligere, nec tollere poſſunt etiam miniſteriaIiter, vt Eccleſiaſtici. [k] Tum quia eadem ratione neque etiam leges diuinæ obligationem ad mortale inducunt eo ſolo, quod per verba præceptiua ferã tur, vt recte notauit Caſtrenſis in dicto artic. 5. cum vſus iuris canonici ſicut robur diuino non adimit, ca. ſunt quidam 25 quæſtio 2. clem. ne Romani, de elect. ita etiam non addit, vt quatenus eſt diuinum, obliget magis quam ante illũ obligaret, [l] atque ideo voluntas Dei, an fuerit obligandi nos ad mortale, vel nó per ſuam legem in qua ponitur verbum præcipiens, & mãdans, colligenda eſt ex declaratione Prophetarum, Apoſtolorum ſummorum, Pontificum, Conciliorum, aut Doctorum ſanctorum & ſapientum: qui ſua auctoritate, aut rationibus efficacibus illã eiuſmodi eſſe perſuadent. [m]

55 Sexto, quod quouſque contrarium a ſancta ſede Apoſtolica declaretur, probabilius nobis videtur, leges humanas etiam præcipientes (præſertim ſeculares, quæ pœnam temporariam conſtituunt) in dubio ad æternam non obligare, quatenus ſunt leges eius, qui eam pœnam ſtatuit. Tum quia ſi hoc defendi iuſte poſſet, defendi deberet: quia conueniret, vt leges humanæ, quæ ad mortale obligarent, paucæ eſſent. Tum quia multi Catholici, in quibus ſunt Imol. [n] & Felinus, [o] & Caietan. in ſumma verbo clericus, paragr. verum, & verb. ieiunium, paragr. quo ad quartam, tenuerũt nullas leges quamuis pœnas temporarias

a glo. clem. ſi dominũ, §. ideo, que. de reliq. & uener.
b In cap. de pœnit. trac. de ieiunio, col. 31.
c In d. c. 5.
d Iuxt. glo. ca. 1. de reſcript. lib. 6.
e In l. 1. ff. de iuſtit. & iur.
f l. illud, ff. de acqu. hæred. c. præterea, de offi. deleg.
g cap. nemo cap. nullius 11. q. 1.
h cap. ſi ciuitas & c. ſi ſententia, de ſent. excomm. li. 6. & c. ſi quis ſiduam cũ glo. 55. diſt.
i cap. facta 4 diſt. & l. 1. ff. de iuſt. & iur.
k ca. ipſi ſacerdotes 1. q. 1. ca. quẽ pœnitet. de pœn. diſt. 1. uerſi. ipſi. n. & ca. quod neque, 24. q. 1.
l Arg. cap. eis inferior. de maior. et obed. c. inferior, 21. diſt.
m ca. ſecundũ, 19. diſt. cap. de libellis. 20. diſt. clement. ad noſtrum de hareti. cum eis annot. & eorum, q̃ not. S. Tho. quodlib. 6. art. 14.
n In repet. c. cum contingat, de iureiuran. col. 17.
o In cap. 1. nu. 18. ſſ. nõ.

rias non ſtatuant, quatenus ſunt humanæ,ad mortale tranſgreſſoré ſine contéptu & ſcandalo obligare: licet nobis oppoſitum videatur, ſi conſtat legem eſſe iuſtam, & voluntatem legislatoris fuiſſe eius ſimplicem tranſgreſſorem ad mortale obligare. Tum quia in dubio indicare debemus legem eſſe minus pœnalẽ. [a] Tum quia qui de duobus propoſitis alterum affirmat,alterũ negare videtur. [b] Et ita legislator, qui ad pœnam æternã & temporariam poteſt obligare hanc irrogando,illam excludere videt, vt dixit Mat. Matheſ doctor doctiſſimus not.78. Tũ quia conſuetudo antiqua ita vr interpretata,præſertim leges ſeculares,de quarum tranſgreſſione non cõſueuit fieri ſcrupulus conſcientiæ, neque doctis, nec indoctis,neque pœnitentibus,nec cõfeſſarijs neque alijs cuiuſuis conditionis ordinis, vel ſexus hominibus, niſi cum per eas etiam lex diuina, naturalis, aut reuelata, aut canonica infringeretur. Tum quia gentiles legumlatores de pœna æterna nil curarunt,& pauciſſimi ſeculares ex Chriſtianis reperiuntur, qui dicant ſuam intentionem, quando eas ferunt, aliam pœnam temporariam imponendo, eſſe ad æternam obligare, ad quam diuina, vel naturalis non obligat.

56 Tum quia ſatis ſuperque probat Caſtren. [c] legem pure pœnalem,hoc eſt legem,quæ conſtituit pœnam abſque aliqua prohibitione, ad aliquam culpam non obligare,quatenus eſt talis,vt dixerunt Henr. [d] & Angel. [e] & non eſt magna differentia realis inter hãc & illam, quam idem mixtam appellat, quæ prohibet & pœnam decernit,vt ſentit Hér. & probat Sylueſt. [f] qui profecto nó erat dignus tanta reprehenſione,quanta præfatus Alphonſus Caſtrenſ. eum reprehẽdit, eo quod diſtinctionem verbalem & puerilem appellaſſet,qua quamuis,ſicut efficaciter ille probat, pœna non ſemper ad culpam obligare velle, nec præſupponat culpam, [g] & ideo licet qui cõſtituit pœnam, non ſemper ad culpam obligare velle,nec præſupponere obligationem ad illam videatur: communiter tamen ſic,vt probauimus,in cap ita quorundam,de Iudæ.not.1.per illum textũ, adiunctio capi. quod olim.eodem titulo. Regulariter enim ob culpam ſtatuitur, quamuis interdum ob ſolam cauſam, [h] & prædicti Henr. & Sylueſt. loquuntur de pœna cõſtituta ob male commiſſum, vel omiſſum. Et ſicut ex hac noſtra cõſideratione colligit Sylueſter, vbi ſupra vtramque legem ad culpam obligare, quia cum altera obliget,& neutra ab altera in hoc differat, etiam altera dicetur obligare: ita nos contra colligimus, quod cum altera non obliget, & neutra in hoc ab altera differat,etiam altera nõ dicetur obligare: quæ noſtra collectio eo magis eſt recipienda,quam ſua, quo mitior eſt, & magis pœnam minuit. [i]

Dixi in hoc ſexto dicto, *Pœnam temporariam*: quæ nón præſupponit æternam,ad excludendam eam, quæ imponit excommunicationem,aut aliam præ dictarum, quas in quarto dicto diximus præſupponere culpam mortalem.

Dixi etiam, *In dubio*: ad excludendas illas, in quibus vtraque pœna exprimitur: & eas de quarum auctoris intentione conſtat, eum ad vtramque obligare voluiſſe per aliquam aliã legem,aut conſuetudinẽ, aut per aliũ modũ legitimũ.

Dixi. *Quatenus ſunt leges eius,qui ſolã temporariam poſuit:* quia ſi ſunt etiam leges aliorum,qui ad mortale obligare voluerunt, ad illud obligabunt quatenus ſunt tales,per quod reſpondetur ad cap. perpetuo,& c.commiſſa de electio.libro ſexto, quæ pro ſingularibus citantur ad probandum oppoſitum prædictorũ, ſcilicet, quod illa exprimunt vtramque pœnam: & quod loquuntur de legibus pœnalibus,quæ pœnam temporariam impo nunt ei,qui per tranſgreſſionem aliarũ, æternam incurrit, vt pridem poſt Decium [k] reſpondimus, in dicto cap.perpetuo,non enim intendimus dicere vnã legem,quæ pœnam temporariam imponit, tollere æternam per aliam ſtatutã, præſertim quando ſunt diuerſorum Legumlatorum.

57 Septimo, quod ſextum dictum præcedens locum habet, etiam in legibus, quæ ſtatuũ tpenam amiſſionis magnorum bonorum, & etiam famę,& alicuius membri,& vitæ: quia eadẽ ratio in iſtis, quæ in illis militat. Nec obſtat,quod ali qui dicunt, eum, qui periculum magnæ iacturæ bonorum,aut famæ ſubit,morta liter peccare: id enim non eſt verum, vt

dixi-

a cap.in pœnis, de reg. iur. lib.6.et l. ſi præſes, & l. interpretationes ff.de pœnit.

b l.cum prætor.ff. de iudic.& c.nõne, de præſumpt.

c lib.1.c.9. de leg.pœn.

d Quolibet 3.q.22.

e In ſumma verbo inobedient. §.1.

f Eod.verb. inobedient. §.fin.

g cap.1.de bigam.libr. 6. cap.2.§. hæretic. eo. libr.& leg. quiſquis.§. filij,C.ad l. Iul.maieſt.

h capit.ſine culpa de regul.iur.lib. 6. & ca.2. cum glo.de conſtit.

i Argu.d.l. ſi præſes,ff. de pœni.& cap.pœn.de pœn. diſt.1.

k In capit. nam in 2.le ctura de cõſtit.

diximus, [a] cum non adeſt alia circunſtãtia, quæ mortale faciat. Nec etiam obſtat, quòd ſaltem eſt mortale, ſe periculo probabili amiſſionis vitę, aut membri obijcere. & qui contra hanc legem facit, huic periculo ſe obijcit, quia aliud eſt dicere aliquem peccare, eo quod temere ſe tali periculo obijcit, quod eſt quintũ Decalogi præceptum violare, & aliud dicere, eum peccare eo, quod facit contra legem quæ talem pœnam ſtatuit, nã tanta cautione quis hanc legem violare poteſt, vt probabile pœnæ ab ea conſtitutæ periculum, non incurrat.

58 Nec obſtat dicere, quod ex hoc ſequeretur, legem, quæ talem pœnam ſtatueret, iniuſtam fore, eo quod adeo magnam pœnam ſtatuit ob actum, qui non eſt peccatum mortale. Tum quia ad legis iuſtitiã ſatis eſt, vt præſumatur mortale in foro exteriori, quamuis tale non ſit in interiori. Et legislator præſumere poteſt, imo re vera præſumit, eum qui ſine iuſta cauſa legem ſuam iuſtam violat per contemptum legis, aut ipſius auctoris violare, iuxta gloſſam quæ ita intelle ſta eſt vera, [b] & concordat communis, quod certum eſt peccatum mortale eſſe. [c] Tum quia non eſſet iniuſta lex, in qua eius lator exprimeret, ſe nolle, vt illa ſui tranſgreſſorem ad mortale ſine dicto contemptu, & ſcandalo obliget, ſed velle, vt qui ſine iuſta cauſa eam transgredietur, præſumatur per cõtemptum id facere, & ob id pœnam illam incurrere, per dicta S. Thomæ & Caietani, [d] & noſtrorum, in capi. relatum, ne clerici, vel monachi. Et conſequenter etiam iuſta erit lex, quæ tacite hoc contineret, quod noſtrum ſeptimum dictum intendit, cum ſolum intendat, quod legislator, qui talem pœnam temporariam ob contemptum præſumptum exprimit, videtur tacite æternam excludere ab eo, qui ſine contemptu eam violat, q etiam ſatis aperte ſenſit Ioan. Imola, in cap. cũ contingat, colum. 7. de iureiur. reſpondens ad multa argumenta, quæ aptius p hoc, quam per eius reſponſiones ſolui poſſunt. Per quod etiam ſoluuntur argumenta, quæ pro contraria parte, maiore verborum apparatu, quam neruorum robore adduxit, vbi ſupra Caſtren. vt olim explicuimus, in rubric. de pœnit. & nu-

per in vrbe, in dict. cap. fraternitas. Ad quæ facit, q aliquot exercituum ductores noſtra ętate laudati ſunt, eo quod ob minima furta, quæ de ſe non erant mortalia, aliquot milites ad diſciplinam militarem conſeruandam morte affecerũt.

Octauo, quod ſeruandum eſt id, q antiqua conſuetudo declarauit de intentione legum humanarum, quouſque a ſede Apoſtolica aliter declaretur, quia optima eſt earum interpres. [e]

59 Et credimus, quod conſuetudo communis non ſolum plebeiorum & indocto rum, ſed etiam nobilium & doctorum habet, non reputari peccata mortalia in foro interiori tranſgreſſiones legum pu re humanarum, aliquam pœnam tempo rariam continentium in foro exteriori: niſi ſint tales, quæ præſupponant peccatum mortale, vt tranſgreſſiones aliarum legum diuinarum naturalium, aut ſuper naturaliũ. Nec tranſgreſſiones aliarum legum præcipientium non pœnalium, factas per ignorantiam non craſſam, nec affectatam, aut optatam: ſed per incuriã aut obliuionẽm leuis culpæ, aut cum cauſa probabili vera, aut pro tali habita, bona fide ſine dolo, aut credendo intentionem legislatoris non fuiſſe, ita obligare in tali caſu, quod iuri cõſonare videtur, iuxta mentem S. Thom. [f] quod non videtur contra mentem Archid. [g] nec Pan. [h] & aliorum a Felyn. relatorum, [i] ſi bene ponderentur: quin per hoc omnes fortaſſe conciliari poſſiunt.

60 Nono, quod ex prædictis elicienda eſt determinatio plurimarum & perplexarum quæſtionum, quas paſſim interrogantur docti ab ijs, qui important in regna, vel vrbes, vel exportant an eis phibita inferri, vel extrahi, vel permiſſa, nõ ſoluto vectigali & portorio, q Hiſpani. *Alcauata, & Portazgo, & Siſa*, Itali, Galli, *Gabella*, vel *Dogana*, & *Datio*, vocant. Qui item piſcantur in fluminibus vetitis, aut montes vel prata prohibita depaſcunt, aut cædunt ligna in ſyluis eis vetitis: & de alijs rebus ſimilibus, qui ſolam legẽ humanã eccleſiaſticã, vel ſecularem pœnalem, vel non pœnalem violant.

61 Per quæ reſpondetur ad primũ hic nouæ quæſitum, q præſuppoſita opinione, quod non peccat importans, aut exportans vetita: peccat tamen volendo ea

defen-

[a] *In repet. capit. inter verba.* 11. *q.* 3.

[b] *ca. Metropolitanum* 2. *q.* 7.

[c] *Per gloſſ. ſingul. cap. quis autem* 10. *diſt. argum. a fortiori.*

[d] 2. 2. *quæ.* 186. *art.* 9.

[e] *l minime ff. de leg. & cap. cum dilectus de cõſuetud.*

[f] *In* 4. *diſt.* 15. *q.* 3. *&* 2. 2. *q.* 147. *art.* 3. *ad.* 2. *Collect. in c.* 1. *de conſt.*

[g] *In ca. utinam* 76. *dt.*

[h] *In rub. de obſer. ieiun. col. fin.*

[i] *In cap.* 1. *de conſti.*

defendere vi & armis, ne cuſtodes ei auferant illa: quia qui reſiſtit iuſte aggredienti, peccat, iuxta doctrinam Bart. receptam, in l. vt vim, ff. de iuſt. & iur.

Dixi, *Vt vel armis:* quia ſecus, ſi fuga, vel blandis verbis, aut alio modo licito, & honeſto id faceret. Ad ſecundum autem noue quæſitum, q̃ prælatus imponens aliquam pœnam temporariam ipſo iure incurrendam facienti aliquid, præſumitur excludere ſpiritualem, per dictum ſextum, etiam ſi iuberet, ne confeſſarius abſolueret eum, niſi prævia ſolutione, quia ille iuſſus poteſt operari effectus alios ab iſto, & ſic non erit inutilis, Argum. l. ſi quando, C. de inoffic. teſtam. imo etiam poteſt abſolui auctorite bullarum Papæ ante ſolutionem. [a]

a Arg. gloſ. ſing. adiun cto text. cle. 2. verb. offi. de hæret.

62 Ad tertium demum, q̃ vidua realiter fornicata, non poteſt ſana conſcientia retinere bona relicta ſibi a marito ea cõditione, vt caſte viueret, per ſup. dict.

Dixi, *realiter:* quia ſecus ſi tantum mẽte, verbo, vel alio actu citra copulam laſciuo, quia non videtur hoc intendiſſe teſtator, cuius voluntas eſt primum attendenda.

Decimo, quod ſicut lex in nihilo recepta ad nihilũ obligat, vt paulo ante dictum eſt, num. 40. ita lex in vna ſola parte recepta, quoad illam ſolum obligat, [b] quo fit, vt aliquot leges obligent ad ſuã diſpoſitionem principalem, & non quo ad pœnam; quia quo ad illam ſunt receptæ, & non quo ad hanc: & aliquot quo ad vnam partem pœnæ, & non quo ad aliam. Exemplum de extrauag. 2. de rebus eccleſ. quam definitiue pronuntiauimus olim Salmaticæ in illius dioceſi receptam eſſe quo ad ſuam diſpoſitionẽ & pœnam intrinſecam annullationis locationis factæ vltra triennium, non autem quo ad extrinſecam excommunicationis, & conſequenter fieri poſſet, quod aliqua lex humana, etiam Eccleſiaſtica, ligaret quo ad pœnam exteriorem, & nõ quo ad interiorem, licet eius lator vtrãque ponere intendiſſet, ſi quo ad hanc non eſſet recepta, & quo ad illam ſic: ſicut & quælibet fundata in præſumptione ligat in foro exteriori, quoties veritas præſumptioni eſt contraria, iuxta c. is qui, & cap. tua, deſponſalib. Equidem optarem, multas leges pure humanas, ſi

b Argu. l. quæ de tota ff. de rei vẽ dic.

ue pœnales, ſiue non pœnales, eſſe hoc modo, vel alio conſuetudinis, vel declarationis, ſaltem mentalis earum latorũ, quo ad pœnas ſpirituales, & forum conſcientiæ derogatas, quin etia cuperem, vt omnes legislatores in condendis legibus imitarentur auctores inſtituti Illuſtriſſimi ordinis Prædicatorum, quos alij multi clariſſimi ordines imitati ſũt, quatenus earum auctores ad nullam pœnam, etiam minimam animæ interiorẽ, & ad grauem corporis ſubditos obligãt, modo etiam imitarentur eorundem in puniendis eis ſeueritatem, & diligentiã in foro exteriori pœna corporali, vt alia. 63 Porro ad primum hic noue quæſitũ reſpondeo, quod collega vel municeps tranſgrediens ſtatutum imponens pœnam excluſionis collegio. vel municipio, ipſo iure, non tenetur in foro conſcientiæ relinquere collegium, vel municipium, antequam iubeatur id facere, per predicta.

c ca. potuit. de loca. l. 1. & 2. C. de iur. emphy. d Per extra uag. Cum onus latam anno 1565 & relatam ad verbum ſupr. ca. 17. nu. 234. & in commen. de vſuris. nu. 84. e In l. 2. C. de iur. emphyt. f Per l. 3. ff. de eo quod cert. loc. & l. 1. C. de ſẽtent. quæ p eo, quod mter. prof. & gloſ. ca. con queſtus de vſur. g 2. 2. q. 62 art. 2. receptum. h Iux. gloſ. ſing. in ca. fraternitas 12. q. 2. arg. cap. fine. §. i hoc 33. q. 2. & commun. in ca. 1. de conſtitut.

64 Ad ſecundum, quod pœnam commiſſi, ſiue quæ ipſo iure committitur, ſi iuſte capere poteſt is, in cuius fauorem committitur ſi iuſte fuit impoſita, ſecus, ſi iniuſte, qualia ſunt, q̃ in emptione cenſuum ſuper immobilibus imponunt ſub pœna commiſſi, ſiue rei, ſuper qua imponitur in caſum non ſolutionis per biennium dilatæ, quod iniuſte ſolebat olim poni, & nunc per multa, quæ non oportet afferre, quia fel. recor. Pius V. id & aliquot alia, quæ in eiuſmodi contractibus fiebant, prohibuit. [d]

Ad tertium, quod non tenetur quis in foro cõſcientiæ manifeſtare rem in cõmiſſum cecidiſſe. 65 Ad quartum, quod vere donans emphyteuſin, non tenetur ſoluere in foro conſcientiæ laudemium: imo nec in foro exteriori, per allata late a Iaſone. [e] Vendens autem videtur teneri ad ſoluẽdum illud in vtroque foro, quippe quod videtur eſſe pars pretij, ob quod emphyteuſis fuit minori pretio conceſſa, quod non videtur tam pœna, quam intereſſe, quod in vtroque foro debetur. [f]

66 Secundo peccat, qui iuſſus a iudice ſoluere notabilem pœnam ob legem violatam, non ſoluit, ſecund. S. Thom. [g]

Dixi, *Iuſſus a Iudice:* quia non ſoluendo priuſquam iubeatur, non peccat, [h] etiamſi

a Arg. gloſ. ſing. adiun cto text. cle. 2. verb. offi. de hæret.

etiamsi pœna ipso iure, & ipso facto incurratur, iuxta communem, quam tentauit tenere Felynus, in cap. audiuimus de simon. & sensit, [a] & asserit Syluest. [b] & Caietanus, [c] quam semper secuti sumus, & etiam probauimus olim copiose, in rub. de pœnis & nuper in d. cap. fraternitas, veram esse, quando pœna est talis, quæ aliquam exsecutionē requirit. qualis est amissionis bonorum ob hæresin, aut proditionem, [d] qualis est de soluenda tali, vel tali summa, & regulariter alia quæuis. Tum quia regulariter lex humana secularis penalis ad pœnam peccati mortalis non obligat, vt dictum est supra proxime. [e] Et sub lege gratiæ omnis lex penalis continens pœnam temporariam determinatam, est pure humana quo ad illam, quamuis sit quo ad alia diuina aut naturalis. Tum quia non est credendum, legislatorem, (qui præoculis semper æquitatem habere debet) velle facere partem ipsam contra se excusatricem, præsertim quando pœna est grauis corpori, honori, aut fortunis. Tum quia clem. 2 [f] adiuncta glossa. quam didicimus ex solo Franc. Aretino, [g] cuius nemo ex tot cōmentantibus meminerat, probat transgressorem legis non solum a peccato, sed etiam ab excommunicatione ob illud incursa absolui posse ante solutionem pœnæ ob eam debitæ. Tum quia consuetudo, quæ est optima legis humanæ interpres cap. cum dilectus, de consuetud. id habet.

67 Dixi, *Regulariter:* quia id fallit in pœna excommunicationis, suspensionis, interdicti, irregularitatis, amissionis beneficij ipso facto, & aliorum similium, quæ exsecutionem iudicis non requirunt, considerata mente, saltem tacita legislatoris, qui voluit vt pars ipsa contra se foret exsecutrix. Quod quamuis in aliquibus pœnis spiritualibus, & alijs pariis temporarijs iuste velle possit, in alijs tamen grauibus, (vt credimus) non posset, quia præberet magnam subditis peccandi occasionem, qui naturaliter recusant fieri pœnarum contra se ipsos impositarum exsecutores, [h] vt vbi supra diximus respondendo ad fundamenta Canstrensis [i] & communis nostrorum, [k] quo rum opinio locum habet in pœna imposita a testatore iuxta glossam, [l] non eo solo, quod ipso iure & facto incurritur: sed quia potius est legatum conditionale, quam pœna, iuxta Caietanum in summa verbo pœnit. & ante ipsum Panorm. vbi supra sensit. Est etiam eidem locus in pœna conuentionali, quam partes in suis contractibus adhibent, secundum Felyn. [m] & Decium ibidem nu. 2. Quorum opinio, quamuis hactenus placuerit, nunc tamen plurimum displicet. Tū quia Anchar. in dict. cap. possessor. cuius illos ad id auctoritas mouit, non id affirmat. Tum quia nemo quamlibet iustus: & religiosus eam nisi coactus soluit. Tū quia cum in omnibus fere instrumentis contractuum apponantur pœnæ, & frequentissime incurrantur, maxima mundi pars ad magnam restitutionem teneretur, durumque confessarijs esset, negare absolutionem ijs, qui restituendi firmum propositum non haberent, quales essent fere omnes, qui huiusmodi pœnas incurrissent. Tum quia viros honestos dedecet pœnam accipere, nisi quando ob interesse recipitur, [n] quamuis de rigore iuris exigi posset.

68 Tum quia videtur non esse partibus eiusmodi pœnas in suis contractibus constituentibus intentio, vt qui eas incurrit, vltro solutionem earum offerat, vt solutionem debiti principalis offerre debet, sed vt per eas ad obseruationē contractuum cogantur, vt per pœnas ad legum obseruationem. Tum denique qđ non solum communiter tam boni, quam malitia concipiunt: sed etiam consuetudo ita interpretatur. Quare limitanda est eorum opinio, vt procedat in illis pœnis, quæ in satisfactionem interesse debentur, iuxta Anchar. receptum. [o] Hæc enim pœna licet sit pœna ex parte soluentis: non tamen est ex parte recipientis, secundum omnes, & hoc sentit glos. recepta. [p] Itaq; qui eā incurrit ad eius solutionem in conscientia tenetur, aut saltē ad tantā eius partē quantum est verū interesse eius, cui debetur, iuxta late tradita per textum, gloss. & doctores. [q]

DE AVARITIA, SECVNDO vitio capitali, & filiabus eius.

69 *Auaritia quid, & quæ contraria est iustitiæ, & caritati, & 72.*

69 Libe-

a Anch. in cap. felicis, collat. 3. de pœnit lib. 6.
b Verb. pœna, q. 25. & verb. hæresis 48. Maior. in 3. di. 25. q. 3. & in fin.
c In d. q. artic. 1. in fin. Tabi. verb. excommu. 5. casu. 2. §. 1.
d cap. cum secundum, de hæret. libro 6. & l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest.
e Et ca. 17. nu. 202.
f Verb. offi. de hære.
g In l. 4 §. Cato. ff. de verb. oblig.
h Contra c. ex part. de consti. & l. cōueniri, ff. de pact. dot. vt sensit Anchar. in ca. possessor nu. 11. de reg. iur. lib. 6.
i In libr. 1. de leg. pœn.
k In d. c. 1. de consti.
l In c. Raynald. a Panor. & communi ibi recept. de test.
m In cap. 1 de constitu. num. 43.
n cap. suam de pœni. & ca. fraterni tas 12. q. 2.
o ca. peccatum, de reg. iuris, lib. 6. num. 10.
p Quæ vltima est d. c. peccatum.
q In l. 1. C. de sentent. quæ pro eo quod inter. prof.

69 *Liberalitas virtus inter quæ vitia media,&* 70:
70 *Prodigalitas quid & quæ mortalis.*
71 *Pecuniæ dicitur numerata, & quid qd ea est æstimabile.*
72 *Auaritiæ capitale vitium has septem habet filias.*
73 *Iniustitia omnis genere suo mortalis.*
74 *Auaritia in retinendo superflua quæ mortalis.*
75 *Beneficiarius superflua retinens, vel prophanis impendens, peccat mortaliter.*
76 *Duritia cordis quæ mortalis, & confitenda.*
77 *Prudentia vera, & carnis, seu mundi quid,& quo differant.*
77 *Astutia quid,& quod duobus ministris vtitur.*
77 *Dolus,& fraus quid,& sunt genus, & species.*
78 *Pretium rerum iustum, quid, & triplex.* & 79.
79 *Merx penes num cur pluris valet,quã penes alium.*
80 *Valor rei iustus est quo præsenti pecunia vendi potest.*
81 *Pretium non augetur periculo recipientis rem creditam.*
82 *Pretium non auget, nec minuit dilata solutio.*
83 *Pretium auget vtilitas vendentis, non vtilitas, vel necessitas ementis.*
84 *Pretium minuit copia venditorum, & auget paucitas eorum.*
85 *Pretio maiore, uel minore dimidio, ut peccatur.*
86 *Retrouendendi pactũ diminuit pretiũ.*
87 *Pretio minore iusto emere uolens quis non peccat.*
88 *Pretium quando taxandum, & taxatum,& seruandum.*
89 *Emens,uel uendens aliud pro alio,uel vilius pretiosiore, ut peccat.*
90 *Vendens arma iniuste bellaturo, uel alia nociua, ut peccat.*
91 *Emens triticum, uel uinum tempore messis,uel uindemiæ,vt excusetur.*
92 *Emens,uel uendẽs monopolio,uel solus priuilegio,ut peccat.*
93 *Vendens uetita infidelibus, ut peccat, & excommunicatus.*
94 *Pecuniæ publicæ custos, ea & utendo, & emendo, ut peccat.*
95 *Hominis liberi ẽptio regulariter illicita.*
95 *Emptio liberi hominis aliquo perituri licita.*
96 *Emptio Aethiopum liberorum pro seruis usitata: peccatum.*
97 *Proxeneta uendens pluris,quam sit mãdatum,cui restituet,&* 98.

PRænotandum primo, quod *Liberalitas*, est vna virtutum attributarum iustitiæ,quæ dicitur pars eius potentialis,de qua S.Thomas. [a] Quæ ex eius mẽte,& Aristot.4.Ethic.definiri potest,esse. *Virtus inclinans ad appetitum dandi ordinate pecuniam.* Datur autem *ordinate*, cum datur quid, cui, vbi, quomodo, & propter quod oportet. [a] 2 2.*quæ.* 117.

Secundo, quod quia quælibet virtus consistit in medio duorum vitiorum extremorum,quorum alterum opponitur, ei per defectum,alterum per excessum, vt dictum est supra. [b] Ita liberalitas cõsistit inter vitium auaritiæ, quod opponitur ei per defectum appetitus dandi, & vitium prodigalitatis, q̃ opponitur eidem per excessum appetitus dandi. Et consequenter, *Auaritia definitur esse vitium,inclinans ad inordinatum appetitum pecuniæ*, ex mente S.Thomæ, [c] & quod *Prodigalitas est vitium inclinans ad appetitum inordinatum effusionis pecuniæ*, de qua S. Thomas. [d] Ille vero appetitus quærendi, vel effundendi pecuniam,dicitur *inordinatus*, cui deest aliqua prædictarum circunstantiarum. [b] *Eod.cap. nu.*2. [c] *q.* 118.*art.* 1. [d] *Ibidẽ.q.* 119.

70 Tertio notandum,quod quia prædicta inordinatio potest contingere in dãnum alterius,& sine illo, fit,vt auaritia, quæ habetur sine damno alterius,opponatur tantum liberalitati,& de se sit venialis tantum: & quæ fit cum alterius damno opponatur etiam iustitiæ, & de se sit mortalis. Et eadem ratione prodigalitas, quæ fit sine damno alterius, opponatur tantum liberalitati, & de se sit venialis tantum. Prodigalitas vero,quæ fit in damnum alterius, opponatur etiã iustitiæ, & de se sit mortalis, secundum mentem S.Thomæ recedti, in prædictis duabus quæstionibus.

71 Quarto,quod per pecuniam intelligimus hic pecuniam numeratã, & quidquid est ea æstimabile, [e] consequenter, quod appetitus dandi,vel retinendi pecuniam [e] *Iuxt.ca. totũ* 1.*q.*3.

pecuniam per se non est bonus, nec malus, sed indifferens. Ita quod recte ordinatus est bonus, & praue ordinatus est malus, ut supra eod.c.nu.nono diximus de appetitu gloriæ honoris, & famæ.

72 Quinto, prænotandum, quod auaritia est uitium capitale, siue cardinale, iuxta S. Gregorium [a] & S.Thom.[b] quia est fons septem aliorum uitiorum, quę suapte natura tendunt in finem, quem auaritia prætendit. Primum est duritiæ cordis, q̃ est uitium a compassione pauperum auertens, & sæpe ad nimium seruãdam pecuniam tendit. Secũdum inquietudinis mentis, quod est uitium animũ ab ordinata quiete auertens, & frequenter nascitur ex nimio acquirẽdi studio. Tertium uiolentiæ, quod est uitium ad uim inferendam inclinans, & frequẽter in eundem tendit finem. Quartum fallaciæ, quod inclinat ad decipiendum uerbis, & sæpe in eundem fit finem. Quintũ periurij, quod est uitium inclinans ad decipiendum uerbis iuratis, q̃d ad eundem finem sæpe fit. Sextum fraudis, q̃d est uitium inclinans ad decipiendum factis quoad res, quod frequenter fit in eũdem finem. Septimum proditionis, quod est uitium ad decipiendum factis, quoad personas iuxta S.Thom. [c] Et quia supra actum est de periurio, [d] & de proditione, [e] de uiolentia, [f] & de fallacia, [g] de reliquis tribus hic agendum est.

73 Circa auaritiam igitur peccat mortifere primo, qui deliberate & inordinate appetit quærere, uel retinere pecuniã in damnum notabile alterius. [h]

Dixi, *inordinate*, quia ordinate appetere est uirtus.

Dixi, *Pecuniam*, quia appetitus aliarum rerum non est uere auaritia. Dixi. *In damnum alterius notabile*, quia sine illo solum est ueniale, per dicta. [i]

Secundo peccat mortifere, qui inordinate retinet, aut prodigit pecuniam in alterius damnum, quia horum prius est actus auaritiæ, non solum qua parte opponitur iustitiæ, & posterius est etiam actus prodigalitatis utrique contrariæ, & constat omnem iniustitiam suo genere esse mortalem, ut docet S.Thomas receptus, [k] & idem de illo, qui periculo mortis corporalis, aut spiritualis, ppter appetitum pecuniæ quærẽdæ, uel effundendæ se obijcit, secundum mentem utriusque Thomæ. [l]

74 Tertio peccat, qui pecuniam superfluam, hoc est, maiorem, quam necessitas uel decentia status requirat seruat, cupiditate inordinata delectandi se in illa, in dies eam augendo, & non subueniẽdo pauperibus, secundum Caietanum. [m] Quod est certum, si id faciat negando opem extreme egenti, uel transgrediendo aliquam aliam legẽ ad mortale obligantem, per supradicta, & etiam secundum eum, si id faciat ad solum se delectandum eius possessione, non erogando pauperibus occurrentibus, quia transgreditur legem, qua dines tenetur superflua illis errogare: licet enim nullus eorum teneatur illa singulis erogare, tenetur tamen erogare aliquibus, quos elegerit, [n] Adeo, quidẽ, ut ad id cogi posset, sm glos. communiter receptam, & putatam singularẽ, [o] quæ tamen habet duas similes. Ampliatio autem hæc non vẽtenenda. Tum quia æquiparat laicos beneficiariis, quoad necessitatem faciendi eleemosynam, contra S.Thomam & communem, vt infra insinuabitur. Tum quia videtur noua, & nullibi gentium recepta. Tum quia consequeretur eam, quod quolibet tempore, etiã affluentiæ, posset iudex cogere laicos diuites ad dandum superflua pauperibus, q̃ videtur durum, & contra præfatas glossas, quæ significant id solum fieri posse tempore grandis necessitatis, in quo solo posset procedere hæc opinio.

Dixi, *Inordinata*: quia coaceruare ad prouidendũ futuræ necessitati suæ, vel suorũ, maxime filiorum collocandorum matrimonio, vel munere aliquo aut gradu honestãdorũ, vel Reip. cuius est princeps, ab inimicis defendẽdæ, nõ est actꝰ vitiosus, sed prudentiæ: imo nec si id faciat ad augendum suum statum, & se in altiorem ordinem promouendum, quo altioribus uirrutibus seruiat Deo, & Rei pub. iux. sapientiã, vel prudentiã, a Deo immediate acceptã ex mente Caietan. [p] alioquin nullus plebeius iuste suum statum mutare posset, aut nobilis suum augere, quod est absurdum, & ideo non dicendum, [q] nec ob id dicitur hnbere tale superfluum, quod de præcepto pauperibus teneatur erogare, iuxt. dicenda. [r]

a libr. 31. Moral.
b 2.2.quæ. 118. art.7.
c 2.2.quæ. 118.art.8.
d In secundo præcepto in c.12.
e In ca.15.
f In 17.
g In 18.
h ca.pœnale, 14.q.5. adiũcto ca. sæpe, de restit.spol.
i In d.c.11 num.4.
k 2.2.q.59 art.4.
l In dict.q. 118.art.4. ad 3.& 119 art.
m In di.q. 119.art.4. sub fin.
n cap.sicut hi 47.dist. cũconcord.
o In d.cap sicut.
p Vbi supra art.1.
q l.nam q̃ absurdũ, ff. de bon.libe.
r In c. seq.

75 Quarto peccat beneficiarius Ecclesiasticus, qui non erogat superflua q̃sita ex reditibus Ecclesiasticis pauperibus, vel pijs operibus,siue id faciat auare retinẽdo, siue prodige impendendo iuxta mentem S.Thomæ, [a] quia vt recte insinuat Caietanus [b] est contrariũ iustitiæ, non solum legum canonicarum,sed etiã naturalium,quod nos latius olim probauimus, [c] & nuper latissime in tractatu de reditibus eccles. [d]

a Quolib.6 art.12.
b 2.2.quæ. 118.art.4.
c In cap.1. & ca. cum secundum, de præb.
d q.1. monit.24. & 25.

DE FILIABVS AVARITIAE, duritia cordis, & inquietudine mentis.

PEr duritiam cordis, & inquietudinẽ mentis peccant, qui non subueniũt pauperi, quoties tenentur de præcepto obligante ad mortale,quod quando contingat dicetur,in cap.seq.alias enim hęc venialia tantum sunt. Imo, & quia hæc fere numquam sunt mortalia, nisi coniungantur alijs actibus mortalibus, non sunt necessario confitenda, quia satis est confiteri illa mortalia,quæ per prædictã duritiam, & inquietudinem admittuntur,vt recte annotauit Caietan.

DE EMPTIONE ET VENditione, dolo, & fraude filijs auaritiæ factis.

PEr astutiam vero dolum vel fraudẽ peccant primo,qui contrahendo,vel quasi contrahendo,afficiunt alium damno notabili p cõmutationẽ rei minoris valoris,vel pretij minoris pro alia maioris, vel pretio maiori, quia ideſt contra septimum præceptum, & contra illud. [e] *Ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum.* [f] Pro quibus facit primo, quod prudentiæ veræ duo vitia sunt contraria per similitudinem: prudentia carnis, vel mũdi: & astutia in malam partem accepta:nam vera prudentia est virtus,*quæ inclinat ad quærendum uera bona per uere bona media*,iuxta Arist. [g] & S.Tho. [h] Prudentia vero carnis, vel mũdi,*est vitium inclinans ad quærendum bonum apparens: & non exsistens per bona, vel mala media*. Astutia vero,*est uitium inclinans ad quærendum vera bona per media mala*,iuxta eundẽ receptum, [i] Cuius astutiæ ministri sunt duo, dolus, *qui est circumuentio mala ad decipiendum adhibita*, [k] & cõprehendit tam eam,quę fit verbo tãtum,quam quæ facto tm,vel vtroquè modo. Fraus autem,quæ tm facto fit,ita q̃ fraus est species doli, quod eleganter insinuat Iurisconsul. [l] dicens: *fraudem meſſe dolo*, quod solerter exponit Accurs. de illa inhesione,qua species inest generi,& clarius S.Tho. vbi supra.

e 1.ad Thes. 4.
f capi.1.de empt.
g 4.Ethico.
h 2.2.q.57. art.1.
i 2.2.q.55. ar.12.&3.

78 Secundo, quod pretium iustum rei (cuius notitia maxime necessaria est plurimis vtriusque iuris, & aliquot Theologiæ locis intelligendis) *est pretium pecuniarium,quo communiter æstimatur res valere tunc, attenta illius intrinseca bonitate, & vendentis vtilitate, loco,tempore, & copia, vel defectu rerum illius generis,& emptorum,& uenditorum earum,& modo vẽdendi eam, statutum a gubernatore loci, uel domino rei*. Dixi,*Pretium*,pro genere, & *Pecuniarium*, ad excludẽdum pretiũ affectionis. [m] Dixi, *Communiter*,ad excludẽdum pretium priuati affectus,quo vnus,vel alter rem suam æstimat. [n]

Dixi,*Tunc*,quia præsens tantum æstimatio, & quam haberet uendita præsenti pecunia est attendenda. [o]

Dixi, *Attenta bonitate intrinseca*, quia ob eam vna res pluris valet,quam altera eiusdem speciei & quantitatis. [p]

Dixi,*Vtilitate vendentis*,quia venditor tanto pluris vendere potest rem aliquã vnius generis, quam alij similes quanto vtilior est illa ei,quam aliæ illis, secundum S.Thom. [q] & Scotum [r] communiter receptos,secundum quos vtilitas emptori prouentura,vel necessitas habendi eam,nil pretiũ auget.Dixi,*Loco*,quia eadẽ res pluris valet ĩ vno loco, q̃ in alio. [s] Dixi,*Tempore*, eadẽ ratione. [t] Dixi,*Copia,uel defectus*: quic hic auget, illa minuit, ſm omnes. Dixi,*Emptorem,uel uenditorem*:quia copia horum minuit,& defectus auget,& contra copia illorum auget & defectus minuit, etiam ſm oẽs. Dixi,*Modo vendendi*:quia minoris valet merx,quum rogatur emptor,quam quũ rogatur venditor,iuxta illud vulgatum, *Clerone a merces vileſcunt*,quo fit,vt idem pannus,& idem liber maioris valeant in taberna mercatoris,quam in manu proxenetæ quærentis emptorem: & longe minoris valeant spolia,quæ victor exercitus

k l.1.ff.de dol.
l ĩ l.iurisgẽtiũ,§.sed si fraudandi, ff.de pact.
m de quo l. si inẽptione ff. de mino.
n l. pretia rerũ, ff. ad l.Falc.
o l. in lege falcidia. §. fi. ad legem falcid.
p l.ubi autem non apparet, ff.de verb. oblig.
q 2.2.q.77 art.1.
r In 4.d.15. q.2.
s l.1.& toto titu.ff.de eo quod certo loco.
t l.vinum, ff. de rebus cred.

citus vendit ſtatim a direptis hoſtium caſtris,quã alia eiuſdẽ generis,quæ etiam a proxenetis deferuntur vendenda vrbibus pacatis. Dixi, *A gubernatore:* quia illius eſt illud ſtatuere. [a] Dixi, *A Domino:* quia deficiente æſtimatione communi & gubernatoris, poteſt ipſe Dominus illud ſtatuere conſideratis induſtria, impenſa, & labore, quem illis deportandis dẽ vno ad alium locum ſuſcepit, & periculo,quod transferendis mercibus ſubijcit, ſolicitudine item, & impenſa illas conſeruandi. [b]

79 Tertio, quod, vt cum primis dixit Scotus [c] pretium iuſtum non cõſiſtit in indiuiſibili, imo habet latitudinem, cuius extremum inferius appellatur pium & ſuperius rigoroſum,& quod inter illa duo interiacet medium, vel moderatũ. Verbi gratia, vnius vlnæ panni iuſtum pretium dicẽtur decẽ Iulij,vno plus, vel minus: ita q̃ vndecim erunt rigoroſum, nouem piũ,& decem,& quodlibet aliud interiacẽs medium,vel moderatum. Ex quibus infertur primo,non ſolum pretiũ alicuius rei iuſtum eſſe illud, quo communiter in aliqua regione venditur,ſed etiam,quo in hoc loco,tempore, & modo veudendi,cõmuniter haberi põt. Secundo quod non eſt peccatum exſpectare tempus,locum,& caſum,in quo res vilius vendatur, vt aliqui exſpectant fines nundinarum, in quibus vt plurimum ob copiam venditorum,& defectum emptorum, merces minoris valent, & alij auctiones publicas bonorum viuorum, vel defunctorum,& alij delationes mercium proxenetarum,nam neceſſitas venditoris non facit emptionem iniuſtam,vt ꝓbat Caietanus. [d]

80 Quarto, quod dictum illud commune, *Tanti valere rem,quanti vendi poteſt,* [e] intelligendum eſt de pretio, quo vendi põt in illo loco,tpe,& modo cõi vendẽdi venditoris, præſente pecunia, [f] modo ceſſent omne monopolium,fraus,& dolus, iuxta S. Anton. [g] in quibus eſt aſtutia illa depromendi in forum multa venalia quo pretium decreſcat, & emendi deprompta,quo pretium augeatur.

81 Contra prædicta facit primo opinio Medinæ tenentis res carius vendi poſſe credito, quam præſenti pecunia,& vili [h] emi ea anticipata, quia modus vendendi [h] vſ augere,vel minuere pretium ꝓp periculum,quod contingere poteſt:eo q̃ debitor fieri poteſt inops, & impotẽs ad ſoluendum pretium, vel tradendã mercem,vel ingratus, & malignus,qui nolit id facere,ſed eam neruoſe confutat Sotus, [i] & neruoſius confutari poteſt,eo q̃ eſt noua & contra omnes alios Theologos,& Canoniſtas, & quod Eccleſia declarauit id eſſe illicitum, [k] per quod ſoluuntur omnia eius argumenta,cũ ex illo inferatur,Eccleſiã Catholicã determinare pericula illa non eſſe magis conſiderabilia ad augendũ pretiũ,quã ad aliquid dandũ vltra ſortẽ mutuanti,& lege ipſa naturali & diuina,quã vetantur vſuræ,concluditur, illa non eſſe conſiderabilia in mutuo ad augendum pretium.

82 Facit ſecundo,quod præfatus Sotus tenet licitam eſſe emptionem lanarum anticipata ſolutione minoris iuſto pretio, modo illa fiat ante annum, & quod etiam mercator deferens per mare magnam mercium quantitatem,poteſt credito vendere maioris iuſto pretio, quo venderet pecunia præſenti, quæ tñ opinio non eſt tenenda.Tũ quia noua eſt,& rationes eius infirmę, & æque fere concludentes opinionẽ Medinæ,quã reprobat,ac ſuam.Tum quia iuſtius potuit cõcedere mercatoribus aliarum mercium facultatẽ carius vendendi ꝓp verum intereſſe lucri ceſſantis (quã tñ eis prefatus Sotus negat)quam mercatoribus lanarum & mercium nauticarum ꝓp reſpectus,quos tangit,nã quicquid ille dicat,certum eſt nobis cum communi, licere in foro conſcientiæ mercatori carius vendere propter verum intereſſe lucri ceſſantis, monito emptore, qđ vere coram Deo ceſſat lucrari ꝓp dilatam ſolutionem, tñ quanti maioris iuſto vendit merces ob dilationem,& quod ſi nolit emere ea conditione, non emat: qua ſola ratione poſſent etiã defendi ſupradicti emptores lanarũ,& vẽditores nauticarũ mercium ſi vere corã Deo interueniret tãtundem intereſſe lucri ceſſantis,quanti carius ob dilatam ſolutionem vendunt. Dixi, *in foro conſcientiæ:* quia in exteriori difficile excuſaretur, attenta præſertim extrauagante Pij V. [l] quare eædem leges ſeruandæ ſunt in lanis, & nauticis mercibus vẽdendis,quę in alijs.

a l.1.§.cura carnis ff. de offi.Pref. vrb.

b Gab.in 4. d.15.q.10.

c In 4.diſt. 15.q.2.

d In d.art. 1.et in ſumma verb. emere.

e l.2.§.ſi hæres,ff.ad Treb.l.quæ rebatur, ff. ad l.falcid.

l. ſi quis vxori, §. vlt. de furt.

f Arg.l pretia rerũ, ff. ad leg.falc. iunct. Alex. ibi.

g 2.par.tit. 1.c.16.§.2.

per l.1. C. de monopo.

h In C. de reb. reſt. q. 39.

i lib.6.q.4. art.1.de iuſtit. & iur.

k Per ca.in ciuitate, de Iſur.

l Relat.c. 17.n.300.

83 Ex quibus omnibus ſequitur primo, q̃ non peccat qui rem, qua magnopere opus habet, importunitate alterius ei vendit tanto pluris iuſto pretio, quanto damno (ſaltē affectionis) eius venditione afficitur. Secundo, q̃ peccaret, q̃ hoc faceret ob magnā neceſſitatē emptoris, vel magnā vtilitatē, quæ inde illi proueniret, iux. S. Th. & Scot. ſup. citatos, licet honeſtū eſſet, ut emptor, quia ea multū lucraretur, aut ſe iuuaret plus aliquid iuſto pretio venditori daret, ſm eoſdem. Tertio, q̃ licet minoris iuſto pretio aliquid emere, qñ plurimi refert vēditoris eā uendere, & emptoris parui eā emere, & pietate motus emit: vt cū quis emit a paupere ſuā operā ſolo victu, quē ei præbet, ne fame pereat. [a] Quarto, q̃ etiam licet emere minoris prædiū aliquod cū pacto, vt venditor, quandiu uixerit, fructus eius percipiat, aut in tot annos, quā ſi fructus ſtatim percepturus eſſet, [b] pro quo eſt textus in ca. cū Ioan. de fide inſtrum. Quinto, q̃ etiā licet uenditori vē dere dilata ſolutione, tanto plus addēdo pretio iuſto poſtea ſoluendo, quātū credit ſe in eo recuperando inſumpturum, modo proponat id remittere debitori, ſi abſq; impēſis ſtato die ſoluerit, Mai. vbi ſup. q̃ nō vī tutum Sylueſt. [c] quia uendi tor pōt mntare voluntate, aut eius obliuiſci, aut mori, & ita emptor cogi totum ſoluere, ſed occurri pōt omni periculo, tradente uenditore ſchedam ſubſcriptā qua promittat ſe tm̄ de pretio remiſſurum, ſi ſtato die ſoluat quantū iuſto pretio adiecit, ſine cauſę remiſſionis expreſſione, ne in foro exteriori præſumatur uſurarius. Per quæ omnia clarent uerba poſita ſupr. [d] cui addo, q̃ ſi deceptio fuit ultra dimidium iuſti pretij, deberet reſcindi contractus, uel pretiū ſuppleri, vel diminui in vtroq; foro. [e] Imo, & ſi deceptio fuit ultra quartā partē iuſti pretij, cū pacto de retrouendendo in Regnis Luſitaniæ per ſtatuta regia, [f] & ſi deceptio eſſet in parte minore dimidio, & etiam quarta parte iuſti pretij, modo eſſet notabilis, peccaretur cū obligatione reſtituendi in foro interiore, iuxta San. Thom. [g] & etiam in exteriori canonico per viam denūtiationis, ut efficaciter probauimus. [h]

85 Admonemus tm̄ hoc loco id, quod ibi non fecimus, nempe quod ad reſcindendum hac ratione contractum, non ſolum oportet probare rem emptam, uel alias commutatam, tempore contractus tanto pluris, aut minoris ualuiſſe in illa regione, iuxta communem æſtimationē ſed etiam, tanto pluris, aut minoris ualuiſſe in illo loco, & tempore, & modo uendendi, quando, ubi, & quo modo uendita fuit. Et quod etiā emptor, qui prætenderet rē non eſſe empta pretio minore iuſto, probare poterit anno illo tēpore, & loco homines laboraſſe caritate annonæ, bello, uel peſte, aut alia ſimili calamitate, ob quæ fuit tunc abundantia uēdentium res venales eiuſdem qualitatis, cuius erat empta, & penuria pecuniarum, & emptorum, ob quod uenditores rogabant emptores, qui ægre emebant, quo probato, probaretur res empta multo minoris ualuiſſe quam alio tempore, uel loco, per dicta ſupra eodem capitul. num. 78. & etiam uenditor, qui prætenderet rem non eſſe uenditam pretio maiore iuſto, poſſet probare prædicta contrario modo ſe habuiſſe, & ideo non ſunt facile conſulendæ huiuſmodi lites. Tum quia ſunt periculoſæ, tum quia nemo facile condemnare debet in iudicio, uel extra eos contra quos intenduntur, præſertim ſi damnum paſſus ſciebat ſe illud pati, & erat talis perſona, quæ illam, uel eius partem donare poterat, & ſponte abſque ui, metu, & graui neceſſitate [i] id paſſus eſt, quia poteſt iudicari uoluiſſe illud damnum donare, ſecundum Petrum ab Ancharan. [i] quem poſt Salycetum [k] defendimus. [l] Tum quia uia denuntiationis Euangelicæ eſt fragilis contra negantem deceptionem, per notata in dict. ca. noui. & iudices ſeculares iam non permittunt alia uia tractari huiuſmodi lites apud iudices Eccleſiaſticos.

86 Admonemus item per dicta alibi [m] quod pactum de retrouendendo multū diminuit de pretio, & cōſequēter leges, quę loquūtur de deceptione ultra dimidiā, uel quartā partem pretij, debere intelligi de dimidia, uel quarta pretij per tale pactū diminuti, frequenter enim tale pactū quartam partē, uel ampliorem pretij diminuit, arg. extrauagantium, [n] quatenus probāt, annuum cenſum duodecim emi poſſe iuſte pretio 100. cum

pacto

a Syl. uerb. emptio. q. 7.

b Maior. in 4. diſtin. 15. q. 40.

c In roſa aurea caſu 6.

d In præd. 6. peccandi modo.

e l. 2. C. de reſc. uend. & c. cū dilecto. de empt. & vend. cum anno. eis.

f lib. 4 Ordina tit. 14 §. et ſe foſſe t. t. 27. §. 1. & 2.

g 2. 2. q. 77 art. 1.

h In ca. nouit. de iudi. notab. 6. n. 114.

i In c. peccatum de reg. iur. lib. 6. n. 22. argu. l. quiſquis C. de reſc. vēdi. adiūcta l. quod quis ſciens, ff. de cōdi. indeb.

k in authē. ſed hæc, C. de uſur. q. 21.

l In c. nouit de iudic. notab. 6. n. 61.

m Sup. c. 77 a nu. 248.

n 1. & 2. de empt.

pacto de retrouendendo perpetuo, qui ſine illo valeret 200. & amplius.

87 Secundo mortaliter peccat,qui vult deliberate emere,aut per alium contractum obtinere aliquid minoris iuſto pretio pio, aut vendere, vel dare per alium contractum carius iuſto pretio rigoroſo notabiliter,ſecundum omnes.

Dixi,*deliberate*, ad excuſandos innumeros, qui ſenſualitate ad id prouocante,ſine iuſta deliberatione eiuſmodi deſideria concipiunt, Sylueſt. in Aur roſ. caſ. 15. excuſatur etiam a mortali, qui non vult emere rem minoris iuſto pretio,quod valet in loco,tempore, & modo quo emit,ſed ſic minoris pretio pio, quo venditur in officina,aut vbi emptores rogant.Ob quod a mortali excuſantur ſcholaſtici malētes emere libros aliorum diſcedentium, aut vita functorum, minoris iuſto pretio pio,quam in officina bibliopolarum valent apud venditorem,eo modo,quo eos vendit.Et qui ob ſeruant occaſionem emendi pannum,telam aut alia in auctionibus,vel a proxenetis quærentibus emptores mercium ſibi ad vendendum traditarum quæ minus æſtimātur & emuntur: qui vero per ignorantiam probabilem emit, aut vendit notabiliter iniuſte, non peccat, donec id reſciuerit,& ſatisfacere noluerit, iuxta S.Tho.[a] & alios,quos adducimus.[b]

88 Tertio peccat mortaliter, qui vendit triticum, aut aliquid aliud æſtimatū certo pretio iuſto a Repub.maiore notabiliter illo, cum obligatione reſtituendi illum exceſſum,ſecundum Medinam[c] & Caſtrenſem,[d] nec a peccato excuſat pœna in edicto æſtimatorio ſtatuta, ſecundum eoſdem, nec donatio emptoris facta in emptione, quia preſumenda eſt non eſſe facta voluntate libera, ſed neceſſitate coacta.[e]

Dixi,*in emptione*: quia facta poſtea,ceſſante neceſſitate,excuſaret per dicta,[e] qua in re, quod dicitur de laicis, dicendum videtur de clericis, quia quamuis hi legi ſeculari nō ſubijciantur: ſubiecti tñ ſunt legi naturali & diuinæ,quæ præcipit, ne quis ſua vltra iuſtū pretiū vendat Iuſtū autem pretium eſt, q̄ ab habēte in id poteſtatem præſtituitur,ſm oēs q̄ etiam tenendū eſt in terris,vbi limitatur pretium rei in illis collectæ, & non aliunde importatæ,etiam ſi res clericorū æque bonæ ſint, ac importatæ, quia licet ipſi ita ſint exempti a iuriſdictione edicentis,ac exteri,[f] & etiam quo ad aliqua, ſ cōſitēdū tñ eſt,illa quo ad aliqua alia magis ſubijci illi q̄ extera, & q̄ cauſa ,uidēdi neceſſitati ſuæ Reipub.iuſte pōt dari priuilegiū bonis externis, vt tā ſubditi, q̄ exteri poſſint importare illa vēdenda in ſuis terris,excludendo ab eo bona ſuæ terræ,quæ ſunt exemptorū ab eo, quamuis caritatis Chriſtianæ foret, vt Principes eccle.qui maiore miſericordia reſplēdere debent,taxas, & pœnas ſecularīū,quas ob miſericordiā faciūt,ſuis edictis iuuarent. Dixi,*iuſto æſtimatum*, quia æſtimatio iniuſta nō obligat, ſaltē in foro cōſcientiæ,ſm oēs.Arbitror aūt rariſſime ponendā eſſe hanc taxā. Tum quia dat occaſionē vendendi corrupta, & fere inutilia eode pretio, quo ſyncera & vtiliſſima. Tū quia,ſuperueniente maxima neceſſitate,tollitur oīno taxa,& illa non occurrente,parum eſt neceſſaria. Tū quia nemo diutū vult mutuare,nec vēdere credito res taxatas niſi pretio taxæ,etiā tēpore abūdantiæ. Tū quia præbet occaſionē innumerorū peccatorum mortaliū, mille modis taxā fraudātibus, quorū vnus eſt nolle vendere rē taxatā, puta triticū, niſi ematur etiā non taxata,puta vinum duplo, & quadruplo maiore pretio,quam valet,quem ſpeciatim reprobat Medina,vbi ſupra.

89 Quarto, qui ſciens emit vili rē pretioſam, ab id ignorāte, puta aurum,vel equū ſanū,a putante eſſe aurichalcū,vel infirmū,aut cōtra,vēdit vile pro pretioſo,puta plūbū pro ſtanno,ſtannū pro argento, aurū alchymiſticum pro naturali,&c.cū obligatione reſtituendi damnū ſm mentē S.Tho.receptā.[h] Idem de vēditore,qui ſciēs rē vitioſam ſine declaratione vitij vēdit neſciēti,& ea de re non monito ſm eund. S.Thq. vbi ſupra, nec ſatisfacit,dicendo ſe nolle teneri de aliquo eius defectu: & quod vendit cū omnibus ſuis defectibus, exprimendo mendaciter longe plures, quam habeat, etiā ſi occultum inter illos falſos exprimat, ita vt emptor moueatur ad credendum nō ineſſe illi occultum verū, cū iudicat eū mentiri in patentibus,vt cum ait,vēdo hunc equum tibi pro claudo, cæco,

a 2.2.q.77 *art.* 2. & *S. Ant.* 2 *par. tit.* 1. *c.* 16. §. 3.
b In repe.c. nouit de iudi.notab. 6. *nu.* 66.
c Co. de reſtit.q. 36.
d de l.pœn. lib. 1. *c.* 12.
e Sup.c. 17. *nu.* 81.
f cap. decernim⁹, de iudic.& ca.ſi diligēti. de foro comp.
g cap. bene quidem 96. *d.c. eccleſia S. Mariæ de conſtit.*
h 2.2.*q.* 77. *art.* 2. *adīm Cate. in ſummaver. alchymia.*

manco, mutilo,& quouis defectu laborã te, mentiendo circa patentes defectus secũdum Specul. receptum. [a] Tum quia tenetur speciatim declarare defectum, quem ipse scit, & emptor ignorat. Tum quia mouet emptorem ad credendum, ipsum mentiri in occultis cum in patentibus, patenter mentiatur. [b]

Dixi, *sciens*, quia nesciens celando nõ peccat, licet cum resciuerit, tenebitur ad resarciendum damnum emptori.

Dixi, *occultum*: quia manifestum non tenetur declarare, veluti si equus patenter est cæcus, vel claudus, &c. modo non faciat, aut dicat, quo id nõ appareat, nec etiam occultum, quod emptori non erit notabiliter damnosum: nec tale, propter quod desinere emere, licet ægrius esset empturus, modo tantum de pretio detrahat, quanti ob illud vere minoris valet, iuxta eundem Maio. vbi supra post venditionem tamẽ admonere debet emptorem illius vitij, & quod ob id minoris ei vendidit, ne si emptor alteri pluris venderet, esset causa damni illius tertij, vt recte annotauit Caiet. [c] idem de vendente rem quam sciebat cito corrumpendam ementi ad diu seruandum. [d]

Quæritur hic noue, an peccet mortaliter, qui vendit aliquid amissum ipso iure ob hæresin, crimen læsæ Maiest. aut aliam similem causam, emptori id ignorãti, eaq; de re nõ admonito? Respõdeo q̃ sic, quia per sup. dict. vendens aliquid non manifestando vitium occultum illud ignoranti, peccat: & satis superq; vitiosum, quo ad hoc videtur, rem vendendam non esse vendentis, posseq; ab emptore iure auferri, etiam non reddito ei pretio, quo emit: ciusmodi sunt p̃dicta ipso iure amissa secundum Ioan. Andr. communiter receptum, [e] nisi tam occulto modo fuisset amissum, quod probabiliter credit vendens illud nemini detectum iri, nec consequenter rem vẽditam ab emptore euictum iri. Tunc enim cessante causa, ob quam peccaret, cessat peccatum. [f]

90 Quinto peccat mortaliter, qui vendit arma ei, quem scit emere ad nocendum iniuste, aut ad bellum, quod scit esse iniustum, vt tenet S. Anton. [g] vel dubitat, & non est subditus Principis, cui vult militare: subditus enim potest dubietatem deponere, quid autem sit dicendum de illo, qui vendit illa sine vllo malo fine ob iustum lucrum, licet credat ementem iturum ad bellum iniustum, colligendum ex resolutione posita supra, [h] ex quo loco colligitur item, quid sit dicendum de vendente, vel habente venalia toxica, aconita inutilia, chartas lusorias, taxillos, sucos, & pigmenta, & id genus alia.

91 Sexto peccat mortaliter, qui tempore messis, aut vindemiæ emit, tam im moderate oleum, triticum, aut vinum, quo postea carius vendat, vt caritatem inducat. [i]

Dixi, *vt caritatem inducat*, alias enim secus, præsertim ad prouidendum suæ domui alendæ, etiam paulo plus quam egeat, & postea quod superfuerit pretio currente vendat: vel si emit ad prouidẽdum Reipubl. vt Ioseph: Genes. 41. aut pauperibus egentibus, aut ne exportet, vel dissipet: aut ob alios fines honestos, secundum mentem Innocentij. [k]

Ad noue autem quæsita super eo, qđ Itali *Stochi*, & Hispani *Mohatra* vocant, nimirum quum quis, non inueniens pecuniam mutuam, emit credito argentũ factum, vel pannum, aut alias merces, quo statim eas minoris vendendo pecuniam cogat? Respondeo primo, quod vendens illa ei pretio iusto, etiam rigoroso non peccat, alioqui sic, per dicta supra. [l] Secundo, quod non decet eum denuo emere a se vendita, etiam iusto pretio minore illo, quo vẽdit, ne pro iniquo mercatore, vel vsurario palliato habeatur, cuius infamiæ periculo probabili se exponendo peccat. [m] Tertio, quod de rigore iuris ei liceret denuo emere illa iusto pretio mediocri, vel pro minore rigoroso, quo vendidit: quia nulli legi iustitiæ videtur contrauenire, & si alicui legi caritatis scandalizando alios contrairet, peccaret quidem, sed non teneretur ad restitutionem, ad quam solius legis iustitiæ transgressio obligat. [n] ad aliud etiam noue quæsitum super venditione census, respondeo, quod quidqd alias hoc in loco dixerim, non licet hodie post præfatam extrauagãtem Pij V. emere vel vendere censum noue imponendum, vel iam impositum pluris, vel minoris, quã in prima impositione fuit em-

a de resciu. Gen. d. §. 1. nu. 7. Maior. in 4. di. 15. qu. 40. col. 4.

b Arg. c. semel malus. de reg. iur. lib. 6.

c 2. 2. q. 77. artic. 3. pro quo est. fi. de iniur

d l. 2. C de peri. et cõn. rei vend.

e In c. cum secundũ de haret. lib. 6.

f Arg. c. cũ cessante. de appel. & l. adigere, §. quamuis ff. de iure par. & 2. par. tit. 1. ca. 24. §. 11. arg. ca. not. 5. 2. q. 1

h capit. 20. num. 6.

i ca. quicunque. 14. q. 4

k *In c. 1. ne cle. vel mo. & S. Anto, 2. par. tit. 1. c. 23. §. 16.*

l cap. 17. nu. 228.

m Arg. c. nõ sunt audiẽdi 11. q. 3.

n Iux. d. c. 17. nu. 11.

emptum vel venditum propter vitandã fraudẽ, qua quis poſſet ſimulare,ſe eme re cenſum ꝓ ſe magno pretio ad reuẽdẽ dũ illum poſtea tertio minore pretio.

92 Septimo peccat mortaliter, qui facit monopolium cũ alijs mercatoribus, ne illas, aut illas merces minore pretio, quam illo,vel illo vendant, arg.l.1.C.de monop. aut a Principe priuilegium impetrat, ne certi generis merces ab alio, quam ipſo vendantur in populi damnũ notabile, ex mente Roſ.[a] quãuis liceat Principi aut Gubernatori in bonum publicum obligando ad id aliquos, ſtatuere, vt ſoli deputati ab eis talia, aut talia pretio tolerabili minutatim vendãt,puta vinum,oleum, &c.iuxta Roſellam.[b]

Octauo peccat mortaliter, qui emit vel vendit frangẽdo feſta,vt ſupra,[c] vel peierando,[d] vel mentiendo.[e]

93 Nono peccat mortaliter, qui ad terras infidelium res vetitas exportat, velut arma,ligna,& alia ad bellum pertinentia,& eſt excommunicatus, per capit.ita quorundã de Iudæ. & bullã Cœna Domini,quod late declarauimus,[f]

94 Theſaurarius item, aut receptor alicuius ciuitatis, communitatis aut domini,qui emit aut negotiatur pecunia publica in cuſtodiam recepta, per tres leges,[g] quod limitandum eſt procedere ſolũ in eo, qui id facit ſine ſuperioris cõſenſu,vel nõ ſoluendo, quibus debet ſtatis temporibus abſque conſenſu eorum expreſſo, vel tacito, vel ſoluit, ſed cum damno notabili,quod reſtituere tenetur ex mente S.Anto.[h] Item, qui ſocietatẽ habet cum alio, nolens diſcedere ab eo non reſipiſcente,per dicta ſup.[i]

95 Decimo peccat mortaliter,qui emit hominem liberũ nõ conſtitutũ in extrema neceſſitate ſe vendẽdi,vel poſſeſſum ꝓ ſeruo, quem credit aut credere debet illũ non fuiſſe captum in bello iuſto,nec ob crimen libertatem amiſiſſe: ſed furreptum aut captum a latronibus, quales, vt fertur, ſunt multi Aethiopes, & Indi capti a Piratis Chriſtianis,vel latronibꝰ ſuæ regionis,& poſtea venditi exteris ꝓ ſeruis, & obligatur reſtituere illũ ſuæ antiquę liberati,arg.l.liber homo & l.liberi hominis,ff.de contrahen.empt.

Dixi,*non conſtitutum*,propter eos,qui emunt captos male per paganos deſtinantes eos in cibum, ob idq; eos impinguantes,quod paſſim contingit Braſilię, ac in alijs terris, quas incolunt Anthropophagi : licet enim eos emere & illis emptioni ſuæ conſentire.Tum quia vita pretioſior eſt libertate, l. ſeruitutem ibi Fere.adiuncta gl. & l.quod attinet,ff.de reg.iur. Tum quia pater tempore famis extremæ filiũ vendere poteſt.[k] Tũ quia id potius eſt eripere illos a morte iniuſta,ad quod tenemur,iuxta illud.[l] *Erue eos,qui ducuntur ad mortem*,[m] quã emere.Tum per ea quæ tradit Imola[n] & Salycetus.[o] Tũ quia nemo tenetur ad gratis ſubueniendum egenti, etiam extreme:modo commodando, vel mutuando ſatis ei ſuccurrat,per dicta.[p] Tum quia emptio illa temperatur,eo quod huiuſmodi emptis per ſe,vel per alium ſe redimere licet,reddito pretio,quo conſtiterunt, vel ſaltem eo, quod valerent tẽpore redemptionis, ſi vere ſerui eſſent, etiam inuito poſſeſſore : & eo quod redempti fiunt liberi,& non liberti,perinde ac ſi numquam fuiſſent capti inſtar filiorum a patre ob famem venditorũ,[q] deſumpto argumento ab æquiparatis,[r] ex quo fit,vt moneri debeat ſecũdus emptor modũ, quo ille fuit antea emptus : vt ſecundus emptor filij a patre ob neceſſitatem vendẽti eſt monendus.minoris enim valet ob priuilegium redimendi ſe inuito poſſeſſore, vt minoris valet prædium cum pacto de retrouendendo emptũ,iuxta ſupradicta.[s] Non obſtat,ꝙ melius faceret,qui gratis illum ab extrema illa neceſſitate liberaret. Tum quia id non arguit, hoc eſſe malũ, quia bono melius datur.[t] Tum quia vtilius eſt dicere hoc,quam cõtrarium, ne bona opera impediantur, quum illud nemo,vel rarus facturus ſit : hoc vero multi facient, & faciunt,quos arbitror iuſte poſſe capere, etiam intereſſe iuſtum pretij pro eis dati, arg.l.1.cum ei adnota. C.de ſent.q̃ pro eo, ꝙ inter.& alijs ſup. ſæpe citatis.

96 Quæritur autem hic noue, an peccent,cum obligatione reſtituendi,ementes Aethiopes,Indos, vel alios delatos e ſuis terris in alias? Reſpondeo quod nó: ſi ſciunt, aut probabiliter credunt eos fuiſſe a ſe, vel ab alijs cum conſenſu eorum venditos, vel in bello iuſto captos: alias ſecus.Is autem mala fide credit eos

a Verb.emptio,§.23.
b Vbi ſupr.
c capit.13. num.8.
d Vt ſupra cap.12.
e Vt ſup.ca. 18.
f In repet. præd.cap.
g C.de his quæ ex pub. collat.lib.10 adiuncto.c. pœnale 14. q.5.
h 2.part.ti. 1.c.15.§.5.
i cap.17.a num. 251.
k l.2.C.de pat. qui fil. distrax.
l Prou.24.
m Relatum in cap. non in inferẽda 23.q.3.
n In l.2.ff. de pub.iud.
o In d.l.2. C. de patr. qui fil. d.
p Sup.c.17. num.60.
q Iux.præd.tam l.2.
r Ex glo.2. ſolemni ca. miramur ꝺ ſeru.nõ or. & gl.ſi.d.l. ſi q̃ ſeruo, C.de furt.
s capit.17. nu.28.
t l.vbi autẽ ff.de verbo. oblig.

esse seruos, qui scit,aut credit esse famâ publicâ ex fide dignorum relatione ortam, quod dolo, vel vi extra bellum iustũ fuerunt capti, vel in naues introducti,ac postea uolentes nolentes adducti; quod aiunt esse frequentissimum,per illud iuris,[a] quod singulariter probat sufficere iure antiquo ad aliquem vitandũ, famâ quod sit excommunicatus: & quãuis iure nouo nec fama, nec scientia excõmunicationis ad id sufficiat, per extrauag.ad euitanda, Martin.V.relat.inf. cap.27. num.35. sufficeret tamen fama quod est denuntiatus, vt ibi dicetur.

97 Vndecimo peccat mortaliter proxeneta,vel licitator,qui aliquid ad vendẽdum accipit, & sibi partem pretij notabilem retinet,cum obligatione restituẽdi,iuxta Ang.verb.emptio.§.23.nisi pro iusto sui laboris stipendio a domino nõ soluto acciperet, & etiam si pro stipendio acciperet,si gratis se venditurum ,p,misit, [b] quamuis si accipit certo pretio vendendum,retinere potest id quo pluris illud vendiderit, nisi excesserit pretium rigoroſum:talis enim excessus emptori est restituẽdus, iuxta Ang.vbi sup. quod limito procedere,quando expresse, aut tacite agitur,vt id sibi retineat,vt cum conuenit nihil ei pro stipendio dãdum. Contrarium vero quod tenent S. Anton. [c] & Ioan.Tabienna & Iason [d] & etiam Maior,[e]quando id non esset actũ, vt quum quis famulo suo stipendio conducto,vel amico gratis id facturo, tradit aliquid vendendum certo pretio,uel ,p,xenetæ conuento stipẽdio:licet proxeneta,qui sua industria illud pretiosius reddit,cum ad id non teneatur,excessum si bi retinere possit. [f]

98 Duodecimo peccat mortaliter, qui suo stipendio iusto non cõtentus,rei domino dixit,neminem pro illa pluſquam centum dare uelle : & accepta potestate dandi illam eo pretio,uendit centum & viginti,sibi retinens 20. [g] cum obligatione restituendi.

a Arg.glos. sing.in l.Titio fundus, ff.de condi. & demonſ. & not.at, p glos.in cap. qualiter,& quãdo 2.de accuſ.& c. illud de cle. excom. miniſt.

b Arg.cap. nõ ſane 14. q.5.

c 3.par.tit. 8. c.1.§.4.

d In §.actiones Inſt. de actio.

e In 4. diſt. 13.q.41.

f Gabr.in 4. diſtin.15.q. 10.artic.3. dub.4.

g Caiet. in ſum.uerbo, proxeneta.

DE SIMONIA, QVAE PER ſpeciem emptionis, & uenditionis auaritiæ cognata est.

99 *Spirituale, etiam ut hic ſumitur multiplex.*

99 *Spirituale alterum a ſolo Deo alterum ab eo, & homine, ſed utrumque iure diuino uendi uetatur.*

99 *Spirituale humanum anteeedens, & conſequens.*

99 *Spirituale purum, & mixtum, & hoc ut uendi poteſt.*

Definitio rei ſpiritualis.

OMiſſa breuitatis cauſa inquiſitione illa inutili,cur hoc uitium ſimoniæ potius denominetur a Simone, qui uolẽdo emere ſpiritualia illud incurrit, quã a Giezi,uel Balaan,uel Iuda, qui uolendo ea uendere illud incurrerunt, cũ per uenditionem ita committatur,ſicut per emptionem, præmittendum primo, qđ ut ait Ioan.Maior. [h] non est facilis definitio rei ſpiritualis. Cuius ratio,licet eã ille non aſſignet, poteſt eſſe,quod ſpirituale ſiue ſpiritale dicatur omne, quod pertinet ad ſpiritum.Spiritus autem dicitur proprie halitus,iuxta illud,*Spiritus meus attenuabitur*: Improprie uero per figuram metaphoram, ſiue translationẽ appellatur nunc anima.[i] *Tradidit ſpiritũ*, nunc uentus, [k] *tamquam aduenientis ſpiritus uehementis*, nunc omne incorporeum,iuxta illud, [l] *Spiritus eſt Deus*,nũc alia ut ait S.Thomas, [m] & ideo neceſſe uidetur eſſe,ut ſpirituale quoque multipliciter dicatur: & ita in hoc propoſito non capitur pro habitu,neq; pro re pertinente ad illum,neque pro uento, neq; generaliter ,p re incorporea : ſed pro re pertinẽte ad ſalutẽ animæ,quæ eſt cuiuſdam generis ſpiritus improprie accepti.

h In 4.libr. ſen. diſt.25 q.1.

i Ioan.19.

k Act.1.

l Ioan.4.

m 1 part.q. 41.ar.ad 4.

Quare omiſſo ſtylo, quo in uulgari hoc in loco uſi fuimus ſequuti Io.Andr. Panor.& communem,in d.ca.conſulere, de ſimon. adiunctis,quæ S.Th.& cõmunis ait, [n] ſpirituale, ut huc pertinet, *eſt donũ ſupernaturale a Deo datũ,ad animarũ ſalutẽ,uel aliquid aliud inſtitutũ ſupernaturaliter ab eodẽ ad eã efficiendã:uel ab eccleſia poteſtate ſupernaturali,& gratis ſibi data ad cõficiendũ illud,& gratis dãdũ*, quæ definitio ſatis colligi poteſt ex cap. gratia,& c. qui ſtudet [o] & c.quam pio, [p] & ex Durando, [q] & ex S.Tho. [r] & Ioan. And.& Panor.[s] Dixi, *donum*,pro genere.

n In 4.diſt. 25. o 1.q.1. p quæſt.2. q dic.c.25. q.1. r 2.2.quæ. 100.art.13 & 14.

Dixi,*ſupernaturale*: ad includendũ ſpirituale per eſſentiam, ad differentiam

s In c. cõſuſ lere de ſim.

dono-

donorum naturalium, quæ naturaliter dantur. Dixi, *ad ſalutem animarum*, ad excludenda inſignia, ſeu arma, dotes, & victorias, & alia huiuſmodi Regibus, & Principibus aliquot, vel alijs in alium finem, quam ſalutem animarum ſupernaturaliter conceſſa. Dixi, *vel aliquid inſtitutum ſupernaturaliter ab eodem ad eam efficiendam*, ad includendum ſpirituale per cauſam, qualia ſunt Sacramẽta, quæ ipſe ſolus inſtituit: & ſola efficiũt inſtrumentaliter gratiam, vt dictum eſt ſupr. [a] Dixi, *vel ab Eccleſia poteſtate ſupernaturali ſibi data*, ad includenda ſpiritualia, quæ a Ioan. And. & Pan. in c. conſule. de ſimon. vocantur ſpiritualia ſtatuta, qualia ſunt Sacramentalia, & eis annexa ab eadem inſtituta, quibus ſacramenta parantur, conficiuntur, & conſeruantur: vt conſecratio & benedictio Eccleſiæ. vel altaris, vaſorum, ornamentorum, aquæ baptiſmalis, vel benedictæ, exorciſmus, catechiſmus, iuriſpatronatus, beneficia, collationes, præſentationes, renuntiationes, & id genus alia. Dixi, *gratis dandum*. quia omni rei ſpirituali repugnant emptio, venditio, & omnis non gratuita donatio, triplici ratione ſecundum S. Tho. receptum, [b] ſcil. quia non eſt pecunia æſtimabilis: & quia nemo alius a Deo eſt verus dominus eius: & quia origo eius procedit ex gratuita Dei voluntate. [c]

a Capi. 12. n. 1. & 2.

b 2.2.q. 100 ar. 1. in cor. quæ.

Ex qua definitione infertur primo, q̃dam eſſe ſpiritualia, vt hic accipiuntur a ſolo Deo immediate creata, vel inſtituta, vt ſunt gratia gratum faciens, ſeptem dona Spiritus ſancti, & ſeptem Sacramẽta, & gratiæ, quas gratis datas appellant, & iuriſdictio Eccleſiaſtica ſupernaturaliter primum a Chriſto Domino noſtro data, vt diximus. [c] Alia vero miniſterio Eccleſiæ inſtituta, qualia ſunt reliqua p̃dicta. Non tamen ex hoc inferas, quod ſolum priorum venditio eſt iure diuino prohibita, & conſequenter prohibita, qa ſimoniaca: quia etiam venditio poſteriorum eſt eiuſmodi, vt infra tangetur, nu. ſeq. non item putes, quod omne ſacrum eſt ſpirituale, vt hic accipitur. Bona em̃ mobilia, & immobilia Eccleſiaſtica ſunt ſacra iuxt. S. Tho. receptum, [d] & probatur, [e] quæ tñ non ſunt ſpiritualia, vt hic ſumuntur, & ita eorũ emptio etiam iuſta non eſt ſimoniaca: licet ſit ſacrilegia, per cap. p̃dicta, quia definitio eis non conuenit: nam licet dedicentur ad ſuſtẽtationem ſpiritualium, vt ait S. Thom. vbi ſupr. non tamen per benedictionem ſacri conſtitutiuam, quæ de ſola poteſtate ſupernaturali, & ſpirituali fluere poteſt, vt noue reſoluimus nuper. [f]

c In c. nouit. de iud. 3.

d 2.2.q. 99 art. 3.

e In c. nulli. & c. præd. 12. q. 2

Secundo infertur, quod omnia ſpiritualia inſtituta ab Eccleſia, ſunt inſtituta virtute poteſtatis acceptæ, & ideo merito vocantur annexa ſpiritualibus, qa ſunt ſuperaddita humanitus ſpiritualib⁹ datis diuinitus. quædam quidem antecedenter, puta quæ non requirunt in habituro illa, aliud ſpirituale, quam Chriſtianiſmum: vt ius patronatus, ius ſepulturę, calix, & ſimilia. Alia dependenter ſiue conſequenter, quæ requirunt aliquid ſpirituale vltra Chriſtianiſmum: qualia ſunt beneficia & officia Eccleſiæ, quæ eſt doctrina S. Thomæ communiter recepti. [g]

f In ca. non liceat, 11. q. 2. §. 17. a nu. 7.

g 2.2. quæ. 100. art. 4.

Tertio, quod quædam ſunt ſpiritualia pura ab omni rei temporariæ mixtione: qualia ſunt gratia, & dona Spiritus ſancti: alia mixta ex ſpirituali, & temporario, & horum quædam habent plus ſpiritualis, quam temporarij: vt Sacramenta, & actus conficiendi ea, qui conſtant ex parte pure ſpirituali, & labore temporali: alia contra, quorum maior eſt temporalis, & minor ſpiritualis, ut calix ſacratus, & ornamenta ſacra, in quibus materia, quę eſt maior pars, eſt res temporaria, & conſecratio, & benedictio, quæ eſt ſpiritualis minor. Et quamuis neutra horum pretio vendi poſſint, quo ad partem ſpiritualem, neq; eius ratione debeant maioris æſtimari: tamen ea quæ ſunt generis poſterioris vendi, & emi poſſunt ratione partis temporariæ. Ea vero quæ ſunt prioris generis non.

DEFINITIO Simoniæ.

100 *Simoniæ definitio declarata.*

100 *Emptio, & uenditio proprie, & impropriè ſumuntur.*

100 *Simonia abſque re temporali formaliter inuenitur.*

100 *Simonia non eſt emptio, uel venditio artis ſiue conſilij.*

100 *Simo-*

100 *Simonia omnis datio ſpiritualis pro pretio.*

101 *Simoniam vt non facit cauſa minus principalis.*

101 *Cauſa non omnis, ob quam non fieret actus eſt principalis.*

102 *Simonia non eſt dare pecuniam pro alimento, pœna, vexationis redemptione, miſſa, precibus, vel laude.*

SEcundo principaliter præmitto, quod ſimonia eſt *voluntas ſtudioſa emendi, vel vendendi ſpirituale, vel ſpirituali annexum*, ſecundum gloſſam ſolemnem [a] receptam ab omnibus Canoniſtis, in rub. de ſimon. & a Theologis, [b] & a S. Tho. [c] Dixi, *voluntas*, ad ſignificandum, quod ſimonia mentalis, qua quis vult commit tere ſimoniam conuentionalem, vel rea lem, eſt vere peccatum mortale ſimonię etiam non ſequuta conuentionali, nec reali: quia radix malitiæ ſimoniæ, ſicut & cuiuslibet alius peccati, in actu interiori voluntatis conſiſtit, ſm S. Thomã receptum. [d] *Non quod intrat per os, &c.* [e] Tum quia peccata cordis, oris, & operis eiuſdem ſpeciei, & malitiæ ſunt, [f] & conſtat admittere ſimoniam conuentionalem, vel realem eſſe peccatum mortale. Tum quia talis voluntas eſt peccatum mortale ſecundum omnes, & nõ niſi peccatum ſimoniæ: ergo eſt ſimonia: propter quod Maior, [g] male deridet gloſſ. d. c. fi. cui concordat glo. præſ. c. conſulere: putans eam dicere contrarium, quod tamẽ non dicit, imo expreſſe aiunt ambæ gloſſæ eſſe peccatum: ſed non facere quem ſimoniacum, id eſt, de numero eorum, quos iura vocant ſimoniacos, id eſt, punibiles pœnis contra eos conſtitutis: quod quia non ſatis aduerterunt aliqui grauiter in hoc lapſi ſunt. Dixi, *ſtudioſa*, ad excludendam indebilitatam. Dixi, *emendi, vel uendendi*, ad includendum omnẽ voluntatem dandi, vel accipiendi aliqd pro ſpirituali non gratuito: ſed in quoddam pretium, vel intereſſe formaliter, vel æquipollenter temporale, iure id nõ permittente, vel prohibente, per infra dicenda. Dixi *ſpirituale*, ad includendum omne diuinitus datum, vel inſtitutum ad ſalutem animarum iuxta dicta. [i] Dixi, vel ſpirituali annexum, tum ad includendum omne ſpirituale humanitus per poteſtatem diuinitus datam adhibitum ad conficiendum & conſeruandum ſpirituale diuinitus datum, per ibi. dicta. Tum ad ſignificandum, quod in nullo alio, etiam ſacro committitur ſimonia, per prædicta. [k]

[k] *Num.* 99

Ex qua definitione, & eius declaratione infertur primo, quod numquam committitur ſimonia circa corporea vel incorporea, quæ ſunt naturaliter quæſibilia: quia non ſunt ſpiritualia, vt ſpirituale ſumitur in hac definitione, & conſequenter nec circa ſcientiam iuris vel aliam, & artem, & conſilium naturaliter quæſibilia, licet contra ſenſerit gloſ. violans textum, [l] quatenus habet non licere Doctori vendere conſilium ſine ſtudij labore præſtitum, innuens id eſſe ſimoniã: cui conſequens eſt, quod grauiter labuntur Hoſtienſis, Cardinalis & Panormitanus, & aliquot alij, in c. quia nonnulli. de mag. ſentientes committere ſimoniam illos, qui docent aliquam ſcientiam pecunia, ſi habent, vnde ſe aliunde ſuſtentent: quia non vendunt quid ſpirituale, vt hic ſumitur: & grauius Panorm. ſignificans ſcientiam, vel laborem docendi eſſe tale ſpirituale, quod aliquo modo ad quandam permutationem cum beneficio ſpirituali accommodari poſſit. arg. c. ad quæſt. de rerum permu. male ad hoc applicati.

[l] *In ca. non liceat. 13.*

Secundo, quod duplex eſt ſimonia. Altera prohibita, quia ſimonia, ideſt, iure diuino prohibita: altera ſimonia, quia prohibita, non quidem, quod ſolo iure humano ſit prohibita, vt ſentit gloſſ. ca. ex parte de offi. dele. communiter a Canoniſtis recepta, ſed quia iure humano ab Eccleſia per poteſtatem ſupernaturaliter, & diuinitus ei traditam inſtituto, eſt prohibita. Prioris generis eſt voluntas emendi vel vendendi vere ſpiritualia: ſiue a ſolo Deo ſint data, vel inſtituta ſiue ab Eccleſiaſtica poteſtate diuinitus accepta, iuxta dicta, nu. præced. poſterioris generis eſt voluntas faciendi collationes, renuntiationes, vel recipiendi eas factas cum conditionibus, modis, vel pactis in alijs licitis: & etiam in his, niſi ab Eccleſia prohiberentur: & ita frequenter ſimonia committitur ſine interuentu pecuniæ numeratæ, vel rei ea æſtimabilis: nam cum quis renuntiat beneficium ſuum,

a *In ſũma* 1. *q.* 1.
b *In* 4. *diſt.* 25.
c 2. 2. *q.* 100 *art.* 1.
d 2. 2. *q.* 20
e *Matth.* 15
f *S. Tho.* 2. *q.* 71. *ar.* 7. *& dictũ eſt ſupra præ.* 9. *& c.* 16.
g *C. tanta. & tot. tit. de ſimon.*
h *In* 4. *diſt.* 25. *q.* 1.
i *Sup. n.* 99.

ſuum,in fauorem alicuius,vt ille, vel alius renuntiet aliud in fauorem alicuius, vel alius renuntiet aliud in fauorem alterius: vel ſuffragatur cuipiam in aliqua electione , vt alius ſuffragetur alteri : vel renuntiat beneficium ſuum ſimpliciter , vt alius impetret ſibi aliud ab Epiſcopo,vel alio collatore: & alijs ſimilib⁹ caſibus , non datur formaliter pecunia , neque aliquid aliud ea æſtimabile:& tamen eſt ſimonia ſecundum Raymũdum quem ſequuntur Angel.[a] & Sylueſter.[b] Tum quia id tamquam ſimoniam prohibet Eccleſia. Tum quia,id merito prohibet: nam his omnibus datur,vel relinqtur ius ſpirituale cum onere , vt fiat aliquid quaſi pro pretio rei ſpiritualis , vel cauſa principali immediata eam habendi,quod prohibetur , [c] & includitur ſub declaratione tertia definitionis:quæ tamen non procedunt in conditione & modo,quę iure inſunt,[d] modo exprimatur eo ſolo modo,quo inſunt, vt Fely. & citati ab eo ibi declarant. [e] Per quæ pridem defendimus collationem cuiuſdam commendæ factam cuidam adiecto modo , vt ſolueret quadraginta aureos annuos, quos ordinis ſtatuto ſoluere tenebatur,quiſquis eam haberet .

Tertio , quod permutatio beneficiorum,etiam quo ad titulum eſt ſimoniaca, ſi fiat abſque ſuperioris auctoritate , c.quæſitum.& c.pen.de rer permut. quoniam per eam quis vult dare, vel facere aliquid pro quærendo aliquo ſpirituali in quoddam pretium, vel cauſam principalem, & immediatam quærendi illud , licet nõ ſit pecunia æſtimabile,vt palam eſt: quamuis licita ſit , ſi fiat auctoritate ſuperioris: quia id iure permittente fit . [f] Et quia iura ſolum permittunt permutationem beneficiorum, quæ ſunt ꝑmutanti um:ideo Simoniaca eſt permutatio qua quis ius ad rem, quod habet per regreſſum,acceſſum,electionem,præſentationem,optionem,vel aliam nominationem,[g] permutat cum alio ſimili iure, vel beneficio alteri iam quæſito, vel vacanti.per d.c.cum ei adnotat.præſertim per Io.Andr.& Franc.Et idem de permutatione,qua renuntians beneficium minoris valoris reddit pecuniam,vel cõſtituit penſionem annuam alteri permutanti maius ad ęquandum illa : quia id nullo iure permittitur:quamuis quum Eccleſiæ bona inæqualia habentes permutantur,quo ad proprietatem,refundi poſſit ſeparatim pecunia, qua bona i la æquẽtur,c.ad quæſt.de rer.permut. per quod idem heri poſſe auctoritate ſuperioris in permutatione titulorum,dicit Anch. 8 quod commendat Felynus. [h]

Quarto , quod non eſt ſimonia dare , vel accipere alia ratione,quam pro pretio quærendi ſpirituale: puta pro ſuſtentatione miniſtrorum,vel pro liberalitate,vel eleemoſyna,vel pro ſolutione obligationis legis,vel conſuetudinis,vt ſentit S.Thom.& exprimit Caiet.[i] nã præpoſitio(pro)aliquando ſignificat pretiũ, vel cauſam principalem immediatam , in qua ſignificatione accipiendo vniuerſaliter eſt verum , nil pro re ſpirituali , vel ei annexæ poſſe accipi, [k] nil, inquã, etiam paruum,vel minimum ſecundum S. Thomam. [l] Aliquando ſignificat cauſam impulſiuam,vel remotam,vel ſuſtẽtationem, vel aliam ex prædictis , & in hac ſignificatione verum eſt, poſſe accipi aliquid pro ſpirituali,iuxta gloſſ.iuncto text. [m]

101 Quinto,quod licet dare,vel accipere aliquid temporale minus principaliter , & tamquam pro cauſa impulſiua , & excitatiua pro ſpiritualibus. Tum per proxime dicta.Tum per gloſſ.ca.cum eſſet de ſimon.& c.cum ad noſtrã de elect. quæ aiunt , ſimoniam quidem admittere illum,qui prelato inſeruit principaliter ob beneficium Eccleſiaſticum , præſertim interueniente pacto,non autem, qui principaliter ob alium iuſtum reſpectum inſeruit,licet ſecundario,& minus principaliter ob illam ſpem inſeruiat:ꝙ pulchre de more declarat Adrianus . [n] Tum quia gloſſa illa celeberrima , [o] ait peccare quidem eum, qui ſurgit ad matutinas preces principaliter propter diſtributiones quotidianas, non autem illum,qui ſurgit principaliter,vt Deo inſeruiat,& minus principaliter,& ſecundario,vt eas lucretur . Tum quia Vrbanus Papa,[p] & Cœleſtinus [q] determinarunt licere clericis ſeruire Deo in Eccleſijs ob ſpem aſcendendi ad dignitates illarum. Imo Gelaſius [r] dixit eos adhunc aſcenſum ſpe maioris commodi compellẽdos.Tum quia gloſſ.recepta, [s] dicit expreſſe

a *In sũma verb. ſimonia.3.§.3.*
b *Verb.ſimonia,qu.13. nu.4.*
c *In c.ſicut 3.& c. non ſatis de ſimon. c.quã pio.1.q.2. c.fi.de pac. d Ca.ſignificaſti. cum gl.de elect. & c. ad audientiam.2 cum glo.de reſcript.*
e *Arg.l. 3. ff.de leg.1.*
f *Capi.cum olim.c.eum vniuerſorũ de rer.permut.& clarius in c. 1. eod.tit. lib. 6. & clem. 1.eod. tit.*
g *In conſil. 280.*
h *In c.quia verisimile de præsũpt. nu.1.*
i *Vbi ſup.a. 3. & meli⁹ in ſumma verb.ſimo.*
k *Vt probat præd.ctum c.ſicut,&c. non ſatis. de ſimon. & declara. Archid. in c.ordinationes.& c.iudices.1.q.1*
l *In 4.libr. ſen.d.ſt.25 q.3.a.3 ad 1.& dict.q. 100 art.3.*
m *In d.c.iudices,& c. Agatho.63 d.& hi etiã. Archid. & communis. in c.ad Apoſtolicam. de ſimon.*
n *Quodlib. 9.ar.2. ſub litera L.M. N.O.*
o *In c.1. de cle.nõ reſi. ſt.lib.6.*
p *In c.ſi of ſic.59.d.*
q *In cap.q prod. 61.d.*
r *In c. cõſu luit,74.diſ.*
s *In d.c.qd proderit.*

expreſſe per illum textum: licere clerico ſeruire in Eccleſia ad quærendam aliã dignitatem: modo principaliter ob id nõ ſeruiat, cui ſimilis eſt gloſſa.[a] Tum deni que, quod glo. c. conſuluit. de vſur. recepta communiter, confirmata a multis cõ tra Sotum,[b] habet, quod licet peccet, q mutuat principaliter ob lucrum: non tamen, qui principaliter id facit, vt iuuet proximum, quamuis minus principaliter, & ſecundario id ſperet. Cauſam aũt impulſiuam & excitatiuam voco etiam illam, ſine qua non fieret actus: modo ille fiat principalius ob aliam, quam illam vt in hac ſpecie dixit Maior[c] & ante illum ſentit S. Thom.[d] loquens de clerico ſurgente ad matutinas ob diſtributiones, alias non ſurrecturo. Tum quia, vt[e] probauimus, non eſt bona definitio illa Bartoli,[f] qua definit cauſam principalẽ eſſe cauſam, qua ceſſante, ceſſat effectꝰ: tum, quia multis cauſis minus principalibus, ſine quibus actus non fieret, conuenit: tum quia ſecundum eam omnis cauſa, ſine qua non, eſſet principalis: quod eſt falſum, ſecundum omnes, & per ſupradictos textus & gloſſas quæ habent locum ẽt in his, qui nõ ſeruirent Eccleſijs vel prælatis, niſi ſperarent beneficia: & quia actus virtutum, licet fiant vitioſi ob finem principalem temporarium: non tamen fiunt tales ob minus principalem, per adducta in d. c. cũ miniſter poſt Adr. ibi citatum. Alioqui enim omnes fere actus noſtri eſſent vitioſi: quia pauciſſimi fiunt pure propter ſolum Deum, & ſolã virtutem ſine aliquo reſpectu retributionis, quam etiam Dauid habebat, in ſeruiendo Deo, inquiens,[g] *Inclinaui cor meum, &c. propter retributionem*, & vt qui dam dixit,[h] *Quis virtutem ampleƈt. tur ipſam, Præmia ſi tollas?* Itaque vere coram Deo incurrit ſimoniam quicunque dat, vel facit aliquid temporarium etiam minimum, vel ſpirituale pro ſpirituali tam quam pretium eius, vel cauſam principalem, & immediatam eius habendi: & econtrario nemo, qui alia ratione, & minus principaliter dat, vel accipit etiam temporale pro ſpirituali vere corã Deo, in foro conſcientiæ ſimoniam committit: quamuis in foro exteriori interdum præſumatur committere, quæ reſolutio ex prædictis, & ex Archidiacono & Cajetano, vbi ſupr. irrefragabiliter colligit. Per quæ pridem reſpondi, non commiſiſſe ſimoniam, qui mutuauit Epiſcopo non ue prouiſo bonam pecuniæ ſummam principaliter, & immediate, vt ei bene faceret, & ad ineundam amicitiam, ſperans ſecundario ſibi, vel alij gratiam alicuius beneficij: quia non mutuauit pro pretio, neque pro cauſa principali, nec immediata rei ſpiritualis, ſaltem vt hic accipitur.

102 Sexto, quod non eſt ſimonia dare, vel accipere aliquid pro ſuſtentatione miniſtri: quod proculdubio procedit in ſuſtentatione neceſſaria, quo ad vtrumque forum, & etiam in non neceſſaria, quo ad forum conſcientiæ, quoniam licet diuites accipientes pro illa ex facto præſumi poſſint eam admittere: vere tamen non admittunt, ſi non accipiũt pro pretio, vel cauſa principali, & immediata ſuæ actionis ſpiritualis per prædicta: & pauperibus licet in vtroque foro, etiã ex pacto accipere, vt dixit Caie. vbi ſup. quæ ſane differentia non poteſt defendi niſi ratione diuerſitatis inter vtrumque forum, & inter veritatem, & præſumptionem.

Septimo, quod dare, vel accipere pecuniam pro impenſis, vel pœna excommunicationis, vel abſolutionis per iuriſdictionem ſpiritualem impoſita, non eſt ſimonia,[i] etiam ſi pœna non erogetur pauperibus,[k] licet id eſſet melius: Ad q reducendum eſt, quod ait S. Tho.[l] cum alijs quibuſdam.

Octauo, quod neque datio pecuniæ ob vexationis redemptionem eſt vere ſimonia,[m] modo, qui dat iam habeat ius acquiſitum, etiam in poſſeſſione, iux. cõmunem ibid. quæ ampliatio per prædicta procedit quidem quo ad forum exterius, & præſumptionem ſimoniæ: niſi aliquid aliud eam tollat: ſed non quo ad interius, quo ad quod non eſt vere ſimonia, ſi dans nil iuris intendit emere, neque eius dationis cauſa principalis, & immediata eſt iuris poſſeſſionis acquiſitio: licet illa ſit cauſa, ſine qua non daretur: ſed alia, vel amicitiæ conciliandæ, vel lium vel aliorum ſcandalorum, & damnorum vitatio, vt reſpondi de dationẽ cuiuſdam habentis ius firmum impediti accipere poſſeſſionem per arma cuiuſdã nobilis,

a Capi. hoc ad not. 59. diſt.
b Supra 17. nu. 209.
c In 4. diſt. 25. q. 1.
d Quolib. 8 art. 2.
e In cõmẽ. ca. cum miniſter. 23. q. 5. nu. 27.
f In l. 2. §. fi. ff. de donat.
g Pſa. 118.
h Iuuen. ſat. 10.
i Arg. capi. Generabilibus. §. porro de ſent. excomm. li. 6.
k Arg. c. dilectus. de pœnit.
l In 4. ſent. diſt. 15.
m Per text. ſing. in cap. dilectus 2. de ſimon.

nobilis,nil aliud ius prætendentis,quam potentiæ,vel indignationis, & iræ duraturæ, donec aliquid temporale ei daretur. Dixi, *modo habeat ius quæsitum:* quia ante non liceret dare aduersarijs,etiam malitioſe impedientibus eius promotionem ſecundum ſanctum Thomam [a] niſi impedirent vim inferendo:vel procurando pro indigno:vel ſolus ipſe occurreret dignus,qui eligeretur, vt recte animaduertit Sotus. [b]

Nono,quod largiri eleemoſynam pauperi, vel ſacrificio pro miſſa, vel orationibus,non eſt ſimonia,niſi pro pretio, & animo illa emendi daretur: quo animo dare,etiam pro vita æterna eſſet actus ſimoniacus,quidquid aliqui dicant citantes pro ſe S.Thomam. [c] qui hoc non dicit,nam & illud,Daniel. 4 *Peccata tua eleemoſynis redime*,relatum in c.medicina de pœn.diſt.1.nõ eſt intelligendum de vẽditione, & redemptione propria, ſed de impropria, & metaphorica,vt idẽ S.Th. [d] intelligit. Idem de dante alicui,vt excubias in domo defuncti agat: quamuis acceſſorie intelligatur illud Pſalterium recitare debere. [e]

Decimo,quod eſt ſimonia dare, vel accipere aliquod munus a manu,lingua, vel obſequio, [f] quandu obſequia,vel laudes,vel preces,quæ ſunt munera linguę, dantur,vel accipiuntur pro pretio,& cauſa principali, & immediata rei ſpiritualis,vel ei annexæ:vt dum conuenit inter duos,vt alter alterum laudet apud illum vel illum,illo, vel illo loco,vel tempore: aut inſeruiat ſic , vel ſic in illo negotio , vt ſic, vel ſic roget aliquem pro aliquo , & alter dabit ei aliquod beneficium,vel ordinem: ſecus autem ſi non darentur, vel acciperentur in pretium, vel in cauſam principalem & immediatam,vt dantur,& accipiuntur,cum non exeũt fines ſuæ naturæ:quamuis laudes eſſent falſæ, & preces malæ, & obſequia peruerſa,iuxta mentem S.Tho. [g] quamuis gloſ.in c. tuam.de æta.& qualit.cui ſatis cõcordãt Anto.Card. & cõis, contradicat,quo ad preces carnales , & pro ſe, vel pro indigno oblatas, quod tamen ſingulariter refellit ibidem Inno. dicens per eas quidẽ peccari, ſed non peccatum ſimoniæ : ad quod reducendum eſt etiam id , qđ idẽ S.Thom.ait, [h] de rogante pro ſe indigno beneficium . Idem dicendum de dante aliquid cauſa dicendi miſſam, vel facien di alia ſimilia,quæ componuntur principalius ex ſpirituali , quod eſt ipſe actus , qui fit poteſtate ſpirituali ad id conceſſa,& minus principaliter ex temporali , quod eſt labor , qui in eis agendis ſuſcipitur. diſtinguendum eñ eſt an det in pretium, vel cauſam principalem,an ob minus principalem, vel alias rationes ſupradictas poſt vtrumq; Tho. [i] qua rõne Epiſcopi,clerici, monachi,& monachæ, ſiue ſint pauperes, ſiue diuites,ſiue proprij,ſiue alieni ſine peccato accipere poſſunt portiones,eleemoſynas,& ſtipẽdia, quę pia conſuetudine, aut lege naturali diuina,aut humana iuſta ijs,qui tale vel tale opus ſpirituale faciunt , debentur , nõ quidem pro pretio & cauſa principali immediata eorum, nec laboris, qui in opere ſuſcipitur, ſed tamquam pium debitum,vel cauſa excitatiua,& minꝰ principalis,per ſuprad.& per c.ſignificatũ de ꝓb.vbi id latius diximus. Quibus addo , qꝺ ẽt pro pretio,&cauſa principali immediata põt dare quis aliquod tpale ,ꝓ obligatione exercendi munus vicarij Epi,vel parochi,vel capellani,vel concionatoris vnum annum,menſem,aut hebdomadã, ſm Innoc.receptũ,in c.qm̃, ne præl.vic. ſuas.vel ſubeundi laborem,adeundi aliquem locum longinquum , vbi rogatur miſſam dicere,aut aliquem alium actum ſpiritualem agere,quia huiuſmodi obligatio vel labor non ſunt de ſe acceſſoria illis actibus,vt recte declarauit Caiet.& ante illum ſenſit Innoc.vbi ſupra.

Vndecimo,quod non committit verã in foro interiori ſimoniam , qui notario Epiſcopi pro inſtrumento ordinis dat aliquid,etiam amplius,quam debet, vel etiam ipſi Epiſcopo pro paſtellis , præſertim poſt ſuſceptum ordinem ſine vllo pacto:modo non dederit pro ptioforma li, vel æquipollenti ordinis : quamuis in foro exteriori poſſit præſumi contrariũ. [k] Idem arbitror de beneficiario,qui ſolvit aliquid in poſſeſſionis adeptione alijs beneficiarijs,ad quod non põt cogi,[l] etiam ſtante conſuetudine, ſi dandũ vertitur in priuatum,vel publicum profanũ commodum : quale eſt prandium , vel ſympoſium,aut pretium eorũ: ſecus ſi ꝓ fabrica , pauperibus, vel alio pio opere,

vt

[a] 2.2.q.100 *artic.6. pro quo caſus i cap.Matth. de ſimon.*

[b] *Lib.9.q.6 de iuſti. & iur.*

[c] 2.2.q.100 *art.1.ad 3.*

[d] *Ibidẽ, & in 4.li.ſen. diſ.25.q.3. e Hoſt.in ſũma de ſimonia.§.qualiter.verſ.ſi clericus.*

[e] *De quib. in ca. ſunt nonnulli.1. q.1.*

[f] 2.2.q.100 *art.5.explicatam a Caiet.ibi & in ſum.verb. fim.*

[g] *Eademq. ar.5.ad 35*

[i] 2.2.q.100 *art.3.*

[k] *Per c.18. de ſimon.*

[l] *Cap.Iacobus eod.tit. & cap.ex multis,1. q.3.*

vt constat per Panormitanum communiter receptum, in d.c. Iacobus. quod confirmare videtur Concil. Triden.[a] saltem a contrario, quatenus videtur permittere dationem ad pia, si non habeat speciē simoniæ, quod tamen videtur in hoc æquare statutum & consuetudinem: & ita corrigere Panormitanum & communē vbi supra. quem sequitur Alexander, in d.c. ex multis, quatenus contra eorū sententiam exæquat in hoc constitutionem consuetudini, quod ipsum videtur statuere de marcha argenti, vel alia sūma, quæ alicubi datur pro titulo beneficij, ne pro commodo data possit accipi, etiā stante consuetudine: quin etiam puto non posse nunc capi pro rebus pijs, quod consueuit capi pro commodo proprio: quia non erat consuetudo, vt pro illis caperetur: & ea quæ pro commodo proprio accipiebatur, sublata est, & iure cōmuni, etiam pro illis nōn debet capi.[b] Notarium autem, qui magis accipit pro instrumento, quo de ordine maiori datur fides, & Prælatum, qui eo plus exigit pro titulo, quo maius est beneficium, arbitrior esse plane simoniacos: quia vēdunt temporale mixtum spirituali maioris, quam venderent purum,[c] præterquam, quod contrauenium predicto Cōcil. Idem arbitror de dante aliquid presbytero, vel alteri, vt baptizet aliquem in necessitate constitutum, iuxta Panormitanum communiter receptum,[d] quidquid dicat glossa secum pugnans,[e] nam & in necessitate licite accipitur ab hæretico.[f]

a *Sess. 24. c. 14. de refo.*

b *Dict. c. ex multis.*

c *Per prædicta nu. 99.*

d *In c. cum Ecclesia de simon.*

e *In c. baptizandis. 1. q. 1.*

f *Iuxt. gl. in c. præter. §. hac 32. dist.*

DIVISIO SIMONIAE & quid mentalis.

103 *Simonia triplex mentalis, conuentionalis, & realis.*

103 *Simonia mentalis duplex, & vtraque mortalis.*

103 *Simonia mentalis non obligat ad restitutionem, etiam si sit diuinitus prohibita.*

103 *Simoniam nullam mentalem obligare ad restituendum defensum.*

103 *Restituere non obligant opera sola intentione interiori mala.*

103 *Ecclesia non punit interiora, nec exteriora sola intentione mala.*

TErtio principaliter præmitto, quod Simonia est triplex, mentalis tantum, conuentionalis tantum, & realis: simonia mentalis tantum est, *simonia mente tantum concepta, citra omnem conuentionem expressam, uel tacitam, siue res tradatur, siue non*, & est duplex; altera, quæ neque peruenit ad conuentionem, neque ad dationem: altera, quæ peruenit ad dationem citra omnem conuentionē: quarum vtramque esse peccatum mortale simoniæ supra probatum est, & in prædicto commentario. c. fin. vbi nu. 12. probo neutram harum simoniarum mentaliū tantum obligare ad restituendum per eā acceptum, siue id sit spirituale, siue temporarium. & quidem quo ad priorem, in qua realiter nil datur, nec accipitur, omnes conueniunt: sed quo ad posteriorem, qua aliquid datur, vel accipitur, etiam si ne vlla conuentione expressa, vel tacita, contrarium tenet Ioan Maior,[g] & Adri.[h] & Sotus,[i] eo quod vsura mentalis tantum obligat ad restitutionē,[k] & dictū est supra,[l] & latius in commentario,[m] & quia eadem ratio idem debet suadere in simonia mentali,[n] sed nobis semper placuit communis opinio, quam irrefragabiliter probamus.[o]

g *In 4. dist. 25. q. 1.*

h *In quolibet 9.*

i *Li. 9. q. 8. ar. 1. de iu. & iur.*

k *Ca. cōsuluit, de usu.*

l *Cap. 17. m De Sur.*

n *Vbi est in c. mandato. de simon.*

o *In d. com mēt. a n. 12*

Primo, quia illud in secunda parte tā manifeste id dicit, vt nimiæ cuiusdam audaciæ fuerit illud inficiari, adijciēdo ei glossas omnino dissonas.

Secundo, quod ita in hodiernum diē intellexerunt illud glossæ, & fere omnes doctores Theologi, & Canonistæ, in quibus est Innocentius IIII. ibi, quidquid illi imponat Syl. tenens tamen communem,[p] exponit enim verbum *Vtrimque* in eo positum sic, *Id est, ex parte dantis, & accipientis beneficium, qui ideo seruit, vt beneficium acciperet, & ille, qui dedit beneficium, ideo dedit, quia sibi seruiuit*, & ita intelligit illud de secunda simonia mentali, in qua datur, vel accipitur aliquid: in ijs etiam est S. Tho.[q] quidquid dicat Sotus, vbi sup. quod in prædicto cōmentario efficaciter monstramus, vbi etiam idem probamus de Hostien. Ioan Andr. & Caietano, quos aliqui suspicantur fuisse in contraria sententia: nam alij omnes sunt in nostra communi.

p *Ver. simonia, q. 20.*

q *2. 2. q. 100 ar. 6. ad 6.*

Tertio, quod illud cap. non potest intelligi, quomodo illud intelligit Maior,[r]

r *In 4. dist. 25. q. 1.*

vt

vt clare ibidem monſtramus per multa, quæ breuitatis gratia prætermittimus.

Quarto, quod illud cap. non poteſt intelligi, ſicut Adrianus [a] ſentit, quem Sotus vbi ſupra ſequitur. Tum quia, vt contextum in ſuam trahant ſententiam, iubent demi notam rubeam (quæ paragraphum, & diuiſionem ſignificat) poſitam ante illa verba, *Et ad, &c.* & ita tacite, E, maiuſculum ſententijs, & periodis aptũ, quod ſemper prædicta connexione adhibitum eſt, [b] in e, paruum mutari iubent, cõtra perpetuam conſuetudinem a Gregorio IX. hucuſque ſeruatam, nullo ad id producto exemplari: ſicut videmus mutatum eſſe dudum in quadam Pariſiorum impreſſione. Tum per alia omni reſponſione maiora, quæ in d. comment. aſſerimus, præſertim quod impoſſibile eſt ſecundum eorum intelligendi modũ aptare conſtructionem aliquam tolerabilem illi verſiculo, *Eos, &c.* vt eum conſtruere volenti palam erit.

Quinto, quod non obſtat fundamentum aduerſantium, videlicet, quod non poteſt dari ratio apta diuerſitatis, cur vſura mentalis obliget ad reſtituendum, & non ſimonia mentalis, eo quod Panormit. in d. c. final. probat non eſſe idoneas ante ipſum redditas: nec approbat quas ipſe reddit, & merito: quia poſtrema, quæ videtur ei alijs præſtare, præſupponit falſum, nempe quod cap. illud loquitur de illo: qui non dat, vel facit temporarium principaliter pro ſpirituali, ſed minus principaliter, & ſecundario: quod eſt falſum, quia illud cap. agit de ſimon. quæ eſt peccatum mortale, vt ſupra probatum eſt, quale non eſt facere aliquid minus principaliter, & ſecundario pro ſpirituali. [c] Nihil, inquam, obſtat prædicta eorum ratio. Tum quia debemus aſſentiri humiliter declarationi Papæ: licet rationem, qua ille motus fuit, non attingamus, [d] credens non defuiſſe illi rationem ita declarandi. Vnde dicit Ioã. Ana. ibi, quod ratio iuſta illius deciſionis ab auctore petenda erat. Tum quia ſatis apta eſt, quam reddit Caie. ſcilicet, quod id, quod pro vſura datur, coacte datur: quod autem pro ſimonia ſponte: vt quod datur pro emptione, aut venditione. Nec obſtat replicatio Soti, vbi ſupra, videlicet, quod pares ſunt in hoc ſolũs vſuram, & dans aliquid pro beneficio: quia vterq; mallet habere gratis, & vter que ideo dat: quia non poteſt, quod deſiderat habere gratis. Non inquam, obſtat hæc replicatio contra Caietanum quia ad hoc vt conſenſus dantis impediat reſtitutionem, non ſufficit, quod mallet habere gratis, quam pretio: quoniam alioqui etiam omnis venditor teneretur reſtituere pretium ementi, ſed ſufficit conſenſus præſtitus via contractus approbati: & quod datur per viam ſimoniæ dat̃ per viam commutationis, quæ de ſe iure probatur: non autem quod datur per viã vſuræ. Et ideo conſenſum datũ p viam ſimoniæ reputauit Greg. in d. c. ſufficiẽtem ad impediendam reſtitutionẽ: conſenſum autem dantis per viam vſuræ reputauit ad id in ſufficientẽ Vrbanus. [e] Tum quia etiam alia ratio diuerſitatis efficacior ſupradicta noue reddi poteſt, ſcilicet, quod vſura bene ſoluitur, & male recipitur: nam vſuram ſoluere non eſt peccatum, [f] recipere autem ſic, [g] & qui male recipit ab eo, qui bene dat, tenetur id reſtituere danti. [h] At qui per ſimoniã mentalem accipit ab eo qui male dat, bene ſuſcipit ob ignorantiam malæ intentionis, aut ſaltem accipit a male dante: & conſequenter nemini tenetur illud reſtituere, ſaltem ſi præſtet id, propter qđ datum eſt, per regulam ſupra [i] poſitam ſcilicet eum qui bene, aut male accipit ab eo, qui male dat, ad illud reſtituẽdum ex præcepto non teneri: ſaltem ſi illud cuius cauſa datum eſt, fecit, & nulla ſpeciali lege id iubeatur. Et quamuis de accepto per ſimoniam realem ſit lex ſpecialis, quæ id iubet, c. de hoc de ſimonia, nulla tamen talis eſt de accepto per ſimoniam mentalem, imo contraria expreſſe ponitur in dict. c fina. Concludo igitur proculdubio, quod ſimonia mentalis nõ obligat ad reſtituendum qũæſitum per eam, ſiue illud ſit ſpirituale, ſiue temporarium: quod procedit etiam in ſimonia iure naturali vel diuino prohibita. Tum quia illud ca. generaliter loquitur, & ita generaliter eſt intelligendum. [k] Tum quia ſpeciatim agit de ſimonia, qua temporarium fuit datum pro ſtatu ſpirituali religionis, quæ iure diuino prohibet, per dicta ſupra. [l] Procedit etiam quoad vtrumq; forum quidquid dicat Med. [m] qui

[a] *Quolib. 9*

[b] *In d. cap. mandato. de ſimo.*

[c] *Vt ſupra n. 101. oſtẽditur.*

[d] *Arg. cap. ego ſolu. 9. diſt.*

[e] *In d. cap. conſuluit.*

[f] *Cap. debitores de iureiur.*

[g] *Cap. quoniam. de uſur.*

[h] *Cap. non ſane. cõ glo. 14. q. 5.*

[i] *Cap. 17. nu. 32.*

[k] *l. de ptio. ff. de pub. in rem act. ca. ſi Romanorum 19. di. l Nu 110.*

[l] *In Cod. de reſt. in q. de vſur. reſtit. fo. 240.*

qui nescio cur illa verba, *In quo casu delinquentibus sufficit per solam penitentiam suo satisfacere Creatori*, non ponderarit. Procedit etiam, non solum quando altera pars simoniam tantum mentalem cõmittit: sed etiam quando vtraque, quidquid aliquidicant. Tum quia aperte agit textus de quæsito ab vtraque parte in illis verbis, *Vtrinq; taliter acquiruntur*, & nihili facienda est declaratio Maior, vbi supra. Tum quia Innoc. quartus ponit exemplum textus in duobus, quorum alter seruiuit pro beneficio, & alter dedit illud ei pro seruitio.

Procedit etiam non solum in eo, qui quærit alterum eorum, altero dato: quia verba, & ratio textus æque hunc casum, ac illos comprehendunt, per prædicta, quidquid dicat Sot. Procedit etiam in datione cuiuscumque rei temporariæ a manu, siue a lingua, siue ab obsequio, de quibus supra eadem ratione.

SIMONIA CONVENtionalis quid.

104 *Simonia conuentionalis quid & peior mentali tantum.*

104 *Simonia conuentionalis non fit realis, nisi sit vtrimque completa.*

104 *Emi, obligari, & stipulari possunt futura.*

104 *Dominij translatio per simoniam solo iure diuino non impeditur.*

104 *Collatio beneficij pura, quod non possit pendere, fallit hic.*

104 *Excommunicatio pura, quod non possit pendere, fallit hic.*

104 *Emphyteusis amissio pendet a voluntate domini, cui acquiritur.*

104 *Simoniacus celebrans ante completã vtrimque, an irregularis.*

104 *Pensionarius solo lapsu termini nõ excommunicatur.*

SImonia uero conuentionalis tantum, *est simonia conuenta expresse, vel tacite nondum tamen ab vtraque parte exsecuta.* Et est duplex, Altera ex neutra parte exsecuta. Altera ex vna tantum, & vtraq; est peior mentali tantum: quia etiã prior est mentalis, vt illa, quo ad forum interius, & etiam punibilis quoad exterius: cum sit peccatum mortale graue, c. cum pridem, de pact. & c. cum esset, de simon. & probabile: quia est exterior actus. Posterior vero adeo quidẽ quòd (vt audio) grauissimum Rotæ prætorium propter eam commissam super beneficio soleat priuare eo illam committentem: licet, quia non peruenit ad realem, non declaret eum ipso iure illo esse priuatum. Qd satis mite est, quum etiam ab officio deponere posset de rigore iuris: quia pro crimine graue id potest, iuxta resolutionem Panormitani, & Decij. [a] Tum quia obligat ad restituendum acceptum ei, qui dedit etiam ante iudicis sentẽtiam, vt Caietanus annotauit, quod verum est si acceptum est temporale: falsum autem si acceptum sit tale spirituale, quod accipiens non potest reddere danti sine renuntiatione præuia, & collatione superioris subsecuta, quale est beneficium ecclesiasticum: quamuis priuari posset eo propter illud delictum, vt prædictum est & falsius si acceptum est tale, quod nulla tenus auferri potest, qualis est character impressus per sacramentum ordinis, qui nulla potestate humana est delebilis. [b] Dixi, *Ab utraque parte*, quia implementum ex parte promittentis temporale non efficit, vt simonia desinat esse conuentionalis tantum, & fiat realis: quod et concedit Caietanus [c] quem sequitur Sotus [d] quorum tamen vterque negat idẽ esse de impedimento ex parte promittẽtis spirituale, quia secundum eos sufficit illud ad constituendam simoniam realẽ. Primum quidem, quia S. Thomas ait simoniã esse, conferre beneficium ob obsequia futura. Deinde quod credito vendere, est vendere. Sed contrarium est tenendum, donec aliud statuatur, cum Cassiadoro [e] & Gomez, [f] quos ille non citat, dicentibus collationem beneficij per simoniam conuentionalem factam valere. Tum quia, vt illi testantur, id obseruat stylus Curiæ Romanæ, quæ facit ius, c. ex literis. de const. c quam graui. de crimin. fal. cuius in hac re notitiam per eos habitam magnifecimus olim, vt scripsimus in c. si qñ de rescript. in exceptione 4. nu. 3. Tum quia non est sufficiens ratio, qua mouetur Sotus, dicens, quod cõferre, & tradere statim beneficium dilato pretio est simonia mentalis & conuentionalis ab vna parte perfecta: nam etiã

tenetur

[a] *In c. at si cler. nu. 33 de iudic.*

[b] *Cap. ostenditur, capi. quomodo de consec. d. 4. & notat gl. ult, in c. de gradatio de pœnit. lib. 6.*

[c] *2. 2. q. 100 art. 6. ad 6. & in summa verb. simonia.*

[d] *Li. 9. n. 9. ar. 1. de iusti. & iur.*

[e] *In deci. 5. de constit.*

[f] *In regul. Cancel. de trien. q. 12.*

tenetur confiteri, quod dare, & tradere pecunias ſtatim pro beneficio promiſſo, & conferendo tpe, quo vacabit, eſt ſimonia mentalis, & conuentionalis ab vna parte perfecta: & ita confiteri debet incurri pœnas per vtramq;, vel neutrã: & cum ſm eum non incurratur per vtrãq;, per neutram debet incurri. Nó item ſufficit dicere, quod S. Tho. ait, quod eſt ſimonia conferre beneficium ob futura obſequia: ſicut etiam eſt venditio vendere aliquid dilato pretio: qm etiam diximus eſſe ſimoniam dare ſtatim pecuniam pro beneficio poſtea conferendo: ſicut diximus, quod eſt emptio dare pecuniam præſentem pro merce poſt eatra denda. In confeſſo eſt enim emi poſſe merces futuras, etiam nondũ natas, imo & ſpem earum, l. nec empt. ff. de cótrah. empt. ſicut & obligari, l. q̃ nondũ. ff. de pignó. & promitti, [a] & legari. [b] Tũ qa idẽ Sotus fatetur, & recte, vbi ſup. quod trãslatio dominij beneficij per ſimoniã collati impeditur non iure naturali, nec diuino, ſed humano tm̃ eccleſiaſtico. Qđ ipſum eſt dicendum *de translatione pretij per ſimoniam dati*, quidquid ille dicat, ſecundũ Panorm. [c] Caiet. [d] Sylueſt. [e] & cómunem. Et idem a fortiori de alijs pœnis contra ſimoniacos ſtatutis: ergo eatenus eſt dicendum eas incurri, quatenus iure humano id exprimitur, & nullo tali eſt expreſſum, quod magis incurratur p ſimoniam conuentionalem completam ex parte dantis ſpirituale tm̃, quam completam ex parte dantis temporale tm̃. Tum deniq;, quod extrauag. 2. de ſimon. quæ has pœnas induxit, non induxit eas contra omnes ſimoniacos, ſed tantum cótra eos, qui ſimoniam in ordine, vel beneficio committunt. Nec etiam contra hos omnes: ſed ſolum contra eos, qui cómittunt dando, aut accipiendo: ita quod non habet locum niſi in ſimonia, quę ad opus dandi, aut accipiendi peruenit. At Caieta. & Sotus, non poſſunt dicere dationem vnius eorũ, quæ ſunt danda, ſufficere, quia vterq; fatetur non ſufficere dationem pretij, niſi ad dationẽ beneficij p ueniatur. Et quum extrauagans non magis de datione vnius, quam alterius loquatur, intelligenda eſt de vtraque. Multo fortiora ſunt argumẽta, q̃ quẽdam magnum Aduocatũ conſiſtorialem propoſuiſſe in huius grauiſſimo Rotæ Auditorio refert p̃dictus Caſſad. vbi ſup. qui ea, ſoluit, & multo magis q̃ illa obſtat vnũ, quod nos pridem propoſuimus Auditorio noſtro Conimbricæ, quo ſe in inueſtiganda ſolutione exerceret, quam nunquam inuenit, ſcilicet, quod nulla collatio beneficij pure facta ſine conditione poteſt eſſe pendens, ſed ſtatim aut valet, aut eſt nulla, [f] & late traditur per Fely. [g] Ad ſecundam eorum opinionem collatio pure facta cum pacto dandi centũ ad finem anni pendet: ſi em̃ non ſoluantur, valet, ſi ſoluantur non valet iam inde a principio. Item excõicatio pure lata nó pót eſſe pendens c. ad hæc qm̃ de appell. Ad ſecundam eorum opinionem, excõicatio lata per prædictam Extrauag. eſſet pendens: quia ſi ſoluantur illa centũ erũt excommunicati iam inde a principio, & ſi non ſoluantur, numquam. Poſt autem maturam conſiderationem animaduerti, quod hæc omnia æque obſtant Caiet. & Soto, ac Caſſad. & Gomez. & quod ad defendendum omnes eos nouiſſime reſponderi poſſet concedendo quidẽ, qđ iure canonico antiquo nec collatio, nec excommunicatio poteſt eſſe pendẽs: ſed quod illud ius eſt humanum, & non naturale, neq; diuinum. & conſequenter tolli poteſt alio iure ſcripto, vel non ſcripto nouo, c. fi. de conſuet. & quod ius, quod tollitur ex prædicta extrauag. inducto modo ſupradicto, ſtylo curiæ adiuncto, eſt nouum, contrarium in hoc prædicto antiquo: & ita tollit illud tamq̃ poſteri[o] [i]. [h] Pro qua ſolutione vrget, q̃ amiſſio emphyteuſis ipſo iure incurſa, [l] eſt ita in pẽdenti, quod ſi dominus proprietarius anteq̃ illam petat, vel declaret ſe velle petere, moriatur, non cenſetur amiſſa: & ſi petatur ſic. Et idem ſi ipſe emphyteuta moriatur, anteq̃ ab eo illa petatur, p ea multa, quæ dictus Caſſad. adducit. [k] Facit etiam, & prius, quod excõicatio lata ipſo iure contra penſionarium in caſu ſolutionis faciendæ in certo termino, eo lapſo nou cenſetur incurſa, donec is, cui illa debetur declaret, ſe velle illam eſſe incurſam: & illo ẽt poſt menſem & annũ declarante habetur pro excommunicato iam inde a termino lapſo: & ſi antequam declaret moriatur, vel ſoluatur penſio, vel fiat concordia, vel penſionarius moriatur,

a l. interdũ. ff. de uerb. obligat.
b §. ea quæ inſtitut. de legat.
c In d. c. fi. & c. de hoc de ſimonia.
d In ſũma verb. ſimoniæ. & 2. 2. q. 100. ar. 6.
e Ver. ſimo. quæſt. 20.
f Arg. ca. 2. de elec. li. 6
g In c. cõſtitutus de re ſcript.
h Cap. 1. de conſt. lib. 6.
i Per ca. potuit, de loc. & l. 2. C. de iur. emphy.
k In deciſ. 2. & 3. de locat.

riatur, cenſetur nunquam incurſa, vt ſtylus habet, & prædictus Caſſad. affirmat.

a In d.dec. 2.& 3.de locat.

[a] Itaque dici poteſt, quod illa extrauagans interpretata per ſtylum Curiæ antiquum Papa ſciente, & tolerante ſeruatũ probat ſingulariter, quod nullitas tituli, & excommunicatio inductæ per illam, ſint ita in pendenti, quod non ligent, donec ab vtraque parte cõpleatur ſimonia: impleta vero ab vtraq; parte, etiam ſi lõge poſtea impleatur ab altera, cẽſeri eas inductas iam inde a contracta ſimonia. Non ignoro facilius reſponderi poſſe, dicendo, nullitatem tituli, & excommunicationem non inde ab ipſo tempore datæ tituli incurri, ſed a tpe Simonię ab vtraq; parte perfectæ, niſi contrariũ ſeruaret ſtylus antiquus, cui ſtandum eſt.

Succedit tamen qnæſtio non minus quotidiana, quam grauis, An incurrat irregularitatem, qui celebrat poſt cõpletam ab altera parte ſimoniam, & ante cõpletam ab altera? In qua idem videtur reſpondendum, quod de penſionario celebrante poſt lapſum termini ad ſoluendam penſionem ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ præſtituti. Eqdẽ arbitror eam non incurrere, ſaltem quo ad forum conſcientiæ. Tum quia appellans a declaratione excommunicationis, de cuius valore dubitatur, non incurrit irregularitatem, vt pulchre declarat Felyn. [b] Tum quia appellans ante excommunicationem, & ſidens appellationi celebrando non incurrit irregularitatem, ẽt ſi declaretur male appellaſſe. [c] Tum qa, vt ait Panormitanus, [d] pœna irregularitatis punitur ob contemptum, quem prędicti vere non habent, nec præſumuntur habere, attento quod in caſu ſimoniæ non completæ non eſt incurſa excõmunicatio: & in caſu non ſolutæ penſionis credere poteſt penſionarius ſe excuſatũ iri per impotentiam, vel concordiam, vel bonitatem eius, cui debet, quod non volet eum declarare, &c. Facit quod Rota non iudicat irregularem eum, qui celebrat poſt intimationem exſecutorialiũ antequam declaretur, vt ſentit Felyn. [e] quatenus ait, Rotam ſuo tempore iudicaſſe validam collationem factã ab Epiſcopo excommunicato, eo quod non paruerit exſecutorialibus intimatis ante declarationem, quæ fieri non poteſt, niſi ſeruatis quatuor terminis, de quibus ibi per eum. Quare hoc videtur proculdubio tenendum, donec aliud ſtatuatur, excepta ſimonia confidentiali, per quam ipſo iure annullari titulum, & incurri excommunicationem, & alias pœnas probant duę nouæ extrauag. Pij. III, & Pij V. vt [f] notatur. An autem earum exemplo ſtatuere idem in alijs ſit e re Chriſtiana, ſcribetur in comment. prędicto.

f Infra nu. 100.

b In ca. Rudolph. n. 43 de reſcri.

c Iuxta gl. penult. communiter recept. in ca. ſolet, de sẽ. excom. li. 6.

d In cap. ſtoralis, §. Verum de app. & Domi. in d.ca. ſolet. & Fel. in d.c. Rudolph.

e In ca. ad probandum nu. 2. de re iudic.

SIMONIA realis quid.

105 *Simonia realis quid, & in quo peior mentali.*

105 *Simonia realis omnem diſpoſitionem beneficialem annihilat.*

105 *Renuntiatio per ſimoniam realem facta non valet.*

SImonia realis eſt, *ſimonia conuenta expreſſe vel tacite ex vtraque parte cõpleta ſaltẽ quoad aliq; partem promiſſorum vtriuſq; partis.* Dixi, *vel tacite*: qa interdũ fit illa ſine verbis, ſolis nutibus, quibus vnus etiam in momento, vt ait Caietanus, ſignificat ſe facere, vel dare aliquid pro ſpirituali, & alter velle accipere aliquid pro illo, vel factis tantum: puta ſpõdendo, vel faciendo Scommeſſam, vt Itali dicunt, vel (vt Hiſpani) Apueſtam 100 vel 1000. cum epiſcopo, quod non conferet beneficium tale vacans ſuo filio, vel nepoti: & epiſcopꝰ, vt lucretur illa, confert illud ei. Vel vt, quod quidam magnas fecit, dicendo regi percupienti, vt ſucceſſor cuiuſdam epiſcopi mortui ſolueret viginti millia ſcutorum, quæ illi debebat, ſi placet ſuæ maieſtati, ego ſoluam illa omnia ex legitima parte, quę debetur ex bonis maternis filio meo, &c. qui erat dignus epiſcopatu, nihilo expreſſo de epiſcopatus præſentatione, ꝑ qua tacite promittebat: nam ſi rex nihil alias reſpondendo præſentaſſet illum eius filium, & magnas ſoluiſſet illud debitum, cenſenda fuiſſet ſimonia realis, quippe quæ eſſet tacite conuenta, & ab vtraque parte completa. Dixi, *Ab vtraque parte*: quia non ſufficit, quod impleatur ab vna parte tantum per ſupra late adducta. Dixi, noue, *Saltem quo ad aliquam partem promiſſorum vtriuſque partis*,

tis, ad includendum simoniam cuius cõuentionem non implent partes in totum, sed in partem sic, vt cum quis promittit 200. pro renuntiatione duorum beneficiorum, & renuntiatur unum tantum, & soluuntur 100. tantum.

Porro hæc simonia realis, vt minimũ est æque mala ac mentalis, & conuentionalis: quia non solum est mortalis in foro interiori, vt mentalis, & punibilis in exteriori, vt conuentionalis: sed etiam punitur annihilatione, siue nullitate, & excommunicatione, restituendiq; obligatione. Ita quod beneficiarij per eam prouisi, non quærunt vere beneficia, nec faciunt fructus eorum suos, & tenentur relinquere illa, & restituere ex illis perceptos: & ipso iure excommunicantur: & nihil valet præsentatio, electio, cõfirmatio, & quælibet alia dispositio & prouisio, iuxta extrauagantem, [a] quæ etiam satis ponderata probat, nec renuntiationem valere, quod probatur in cap. cum vniuersorum, de rerum permut. secundum vnum intellectum, & ibi Innocentius per Panor. & alios communiter receptus, [b] & licet ita renuntians castigari possit, & priuari beneficio: non tamen perdit ipso iure illud: quia renuntiatio est nulla, vt prædictum est.

a Extraua. 2. de simon.

b Et Rot. 7. de renunt. in antiq.

106 *Missa pro dicenda non debet statui quid certum.*
107 *Spirituali pro præstito dari consuetum potest capi.*
106 *Simonia conuentionalis est promissio sine animo soluendi, & quando realis.*
106 *Simoniam an faciat obligationis antidoralis remissio.*
106 *Mediator simoniæ & capiens sibi ut roget simoniacus.*
107 *Simoniacus non est conferens ob consanguinitatem, amicitiam, vel preces etiam indigno, nisi, &c.*
107 *Simoniæ quædam vsitatæ in Curia inter præsentes, & absentes.*
107 *Renuntiare beneficio intentione ut detur N. licet, eo non expresso.*
108 *Simoniam interdum Papa incurrit, pœnam eius numquam.*
108 *Beneficium spirituale, in quem sensũ est uendibile a Papa.*
108 *Simoniam quam Papa incurrit.*
108 *Papa, & alij prælati, ut possunt spiritualia profanare.*
108 *Papa, & episcopus, ut possunt rem spiritualem integram uendere.*
108 *Beneficium uendi, quo ad partem temporalem, ut calix, & sacra.*
108 *Papæ beneplaciti reseruatio nihil prodest, antequam ei placeat.*
109 *Confidentia quid & quotuplex.*
109 *Confidentia plus nocet, quam simonia etiam realis.*
109 *Confidentia inducit nouam reseruationem.*
109 *Confidentiæ huius mediator excommunicatur, sicut simoniæ.*
109 *Confidentiam hanc non facit promissio conferendi.*
110 *Bulla Pij V. de confidentia cum 2. adnotationibus.*
111 *Pensio beneficialis non potest emi, nec redemi, sed gratis remitti: quia est spirituale dependenter.*
111 *Pensionis emptio, si simoniaca est, non valet sed non excommunicat.*
111 *Vicariæ spiritualis uenditio simoniaca sed non excommunicat.*
11 *Vicaria alius iurisdictionis secularis emptio ualet.*
111 *Simoniacus qui ipso iure suspensus, uel excommunicatus.*
111 *Simonia omnis mortalis, quæ excommunicat, quæ dimittere obligat.*
111 *Simoniam committit emens carius ob spirituale annexum, sed non excommunicatur.*

CAeterum vltra quæsita decisa circa simoniam in ordine, [c] & in beneficijs, [d] & in præsentatione, [e] quæruntur multa noua.

106 Ad quorum primum respondeo, quod non licet episcopo iubere vt certa pecuniæ quantitas detur pro missa dicẽda, & nemo minorem accipiat. Tum quia missa non est pecunia æstimabilis. [f] Tũ per alia ponenda in dicto c. fi. præsertim illud S. Thomæ, [g] quod quamuis constitui possit in aliqua Ecclesia, vt fiat supplicatio in funere eius, qui tantum dederit, non tamen ne fiat pro eo qui tãtum non dederit.

Ad secundum, quod consueta dari pro actibus spiritualibus iam præstitis licite possunt accipi, antequam præsten-

c Infra cap. 25. nu. 68.
d Ibidem nu. 115.
e Ibidem nu. 8.
f Ca. qui stu det 1. q. 1.
g 2. 2. quæ. 100. art. 3. receptum.

tur, imo & interdum peti ad impediendas contentiones, & molestias, quæ alioqui probabiliter putantur futuræ, quod determinat Caietanus in summa verb. simonia, & per supradicta probatur.

Ad tertium, quod est simonia conuentionalis tantum promittere in instrumento publico 100. scuta alteri, vt conferat sibi beneficium sine vllo animo emendi illud, nec soluendi illa: licet Caietan.[a] & Sotus, qui eum sequitur,[b] contradicãt dicentes eum quidem peccate communicando simoniæ mortali alterius, mentiendo item, & scandalizando, nõ tamen simoniam committenao, & ex eo inferẽtes non teneri relinquere beneficium eiusmodi dolo acquisitum: quia ad essentiam simoniæ non est necessaria vera voluntas emendi, quod ipsi præsupponunt sed sufficit voluntas faciendi, aut dandi aliquid, quod formaliter, vel virtualiter est temporale pro spirituali consequendo, per dicta,[c] quod in hoc casu sit, cum vnus eorum velit dare spirituale, & alius promittere in instrumento publico quocunque animo id faciat. Verum tamen est quod inferunt, nempe illum non tenere ad relinquendum beneficium ratione talis simoniæ: non quidem eorum argumento, scilicet, quod non committit simoniam: sed quia illa non est realis, sed conuentionalis tantum, quæ, vt prædictum est, nec excommunicat, neque annihilat actum, neque ad restituendum obligat. Quamuis possit dici simonia realis conuentio, qua conuenirent duo, vn⁹ ad dandum spirituale, alter ad dandum instrumentum authenticum promissionis centum, si alter daret spirituale promissum, & alter traderet instrumentum eiusmodi promissum, etiam si nũquam solueret: quia ex bona parte impleret ꝓ missum tradendo illud quod promissum fuit: & vt prædictum est, sufficit eam impleri ex vna parte, quo ad partem promissorum. Non tamen arbitror esse realem illam, qua quis promitteret temporale, etiam instrumento publico, qđ traderet: quum hoc casu talis traditio instrumenti non sit pars rei promissæ, vt in superiori casu: sed solum probatio promissionis: quod est quotidianum & ideo non tandum l. legatu. ff. de liber. leg.

Ad quartum, quod conferens beneficium ei, cui est obligatus tantum ad antidora, animo se ab illa obligatione liberandi, simoniam committit, secundum Innocen. in ca. tuam, de æta. & qualit. qđ non est verum, nisi conferat pro pretio formaliter, vel virtualiter temporali.[d] Nec tunc esset plusquam simonia mentalis secunda,[e] si non deduceretur in pactum illa remissio, quæ in effectu est donatio, c. veniunt de testam. in quo sensu videtur intellexisse Innoce. vbi sup.[f] Sed si res satis perpendatur, nec tunc est simonia: quia nullum debitum legale, sed solum antidorale remittitur, quod nõ habet vim pretij, vt S. Tho. clarius aperit,[g] & probat consuetudo S. Sedis Apostolicæ, & omnium prælatorum, qui conferũt beneficia his, qui benemeriti sunt de se, vel suis Ecclesijs, vel Repub. quibus sũt obligati sola antidorali obligatione.

Ad quintum, quod mediator simoniæ committit eam, & excommunicatur.[h] Imo, & dans mediatori, seu interessori, vt procuret sibi collationem beneficij secundum Innoc. in d. c. tuã de æt. & quali. quem ibi Ant. Panor. & Bellam. sequunt, & idem Innoc. in ca. tanta de simon. quẽ ibi Fely. seqt: quia, vt ille ait, paria sunt dare collatori, & dare tertio, vt moneat collationem ad conferendum: nisi daretur illi, quod deceret pro labore, quẽ suscipit in semel, vel frequenter adeundo collatorem, & redeundo ab eo, vel in cõpensationem alicuius interesse considerabilis, damni, vel lucri cessantis ipsius mediatoris, vel nisi daret principaliter ad in eundam amicitiam, & secundario, vt postea per illa moueretur ad monendum collatorem, vt conferat ei beneficiũ per prædicta. Per quæ, & hoc proximum dictum, videtur saluari, qui dat munera a manu, a lingua, vel obsequio familiari Papæ principaliter ad ineundam amicitiam cum illo, & secundario, vt impetret ei a Papa aliquod beneficium cum se ad id occasio obtulerit, & postea occasione oblata sine alia illicita conuentione impetrat illud. Secus autem esset si principaliter daret ei, vt rogaret Papam ꝓ eo, vel vt obtineret ei beneficium: quo casu intelligendus est Sotus,[i] & Sylue.[k] contrarium significantes.

107 Ad sextum, quod non est simonia conferre propter consanguinitatem ſm

S. Tho-

a In 2. tom. opusculorũ, opus. 9. q. 2.
b Lib. 9. q. 5 art. 1. de iust. & iur.
c Sup. num. 100.
d Per supra dict. n. 100.
e De quan. 103.
f Fel. inc. ad audiẽtiam 2. de rescr. nu. 10.
g 2. 2. q. 78. art. 2. ad 2.
h Per extrauag. 2. de simon.
i Lib. 6. q. 7. art. 3 col. 2. de iust. et iu.
k Verb. simonia, q. 6.

S.Thomam,[a] quidquid aliqui parũ caute dicant: quia illa nec emitur, nec vendi tur, nec vllo contractu non gratuito quæritur: quod ad simoniam requiritur, per eius definitionem: quod & Sotus vbi sup. probat, quamuis conferens ob illã principaliter peccat secundum Innoc in d.c. tuam, non tamen incurrit censurã, qua simoniacus inuoluitur. Idem eadem ratione dicendum de conferente ob amicitiã licet ob eam indigno conferret. Idem puto de illo, qui pro se indigno precat[b] collatorem, obtinet beneficium, nisi preces pro pretio fiant & accipiantur, quo casu intelligendus est S. Tho.[b] idem de hypocrita, qui ob laudem humanam spiritualia facit: sed alia ratione, scilicet q a nõ dat quidquam spirituale propter laudem secundum eundem S.Tho.[c] nam si daret, vel faceret in pretium laudis, simoniacus esset, per prædicta.

Ad septimum respondeo, quod simonia realis committitur ab eo, qui habito ab Hispania nuntio de aliquo beneficio vacante, conuenit cum aliquo Papæ familiari, vt impetret illud ab eo pro se: & quod ipse cõsentiet certæ pensioni a Papa constituendæ. Et postea familiaris impetrat illud pro eodem monitore, q consentit prædictæ pensionis constitutioni, & expediunt literas nulla mentione facta Papæ de conuentione pensionis constituendæ: quia est conuentio simoniaca ab vtraque parte exsecuta, vt patet. Idẽ & fortius est dicendum de illis, qui habito ex Hispania nuntio de duobus beneficijs vacantibus, conueniunt vt vtrumq; illorum in caput vnius eorum impetretur, & inter ambos diuidatur ex æquo vtilitas eorum & impensa facienda in soluendis pensionibus eis, qui ea sibi impetrant. Et postea is, in cuius caput impetrata fuerunt, nulla de huiusmodi conuentione facta mentione, renuntiat alterum in fauorem alterius, qui contribuit dimidium impensarum: quoniam est simonia ab vtraque parte completa.

Ad octauum, quod simonia realis admissa fuit a duobus Hispanis, inter quos conuenit, vt alter exsistens in Hispania moneret de vacantibus alterum residentem in curia, & is impetraret a Papa illa, & diuiderentur ex æquo vtilitas, & impensa per renuntiationes, per mutationes, vel pensionum constitutiones ad id necessarias. Contra tamen puto de his, inter quos conuenit, vt alter moneret, & alter impetraret vtrique, vel vtri eorum vellet, sine vlla obligatione ciuili alia ab antidorali, quæ naturali iuri inest, vt benefacienti benefaciamus,[d] & postea libere ipse impetrat & resignat, vel cõsentit pensioni pro sua libera voluntate: quia expressio eorum, quæ tacite insũt, non inducit simoniam, vt prædictum est post Felynum.[e]

Ad nonum, quod admittit simoniam, qui habito nuntio de vacante beneficio in Hispania, notum facit illud alicui familiari Papæ, qui obtinet ab eo gratiam conferendi aliud cuilibet Hispano, quẽ ipse nominabit: & postea nominat illum monentem facto pacto, quod illi vel illi pensioni annuente Papa consentiet, & ad securitatem eius necessaria faciet: & postea nominat illum, & ille consentit pensioni prædictæ, nulla de pacto prædicto facta mentione Papæ: quia est conuẽtio simoniaca, completa ab vtraque parte, & non purgata auctoritate eius, qui de illa nil nouit. Secus autem si nullo pacto præcedente nominaret eum, & ille consentiret, quia nulla conuentio illicita interueniret.

Ad decimum dico primo, quod renũtiatio facta in fauorem alterius, id est, adiecto modo, vt conferatur illi, vel illi, est simonia.[f] Nisi fieret in manibus Papæ secundum stylum Curiæ a multis seculis seruatum, a quo tamen cœpit recedere S.D.N. Gregorius III. quamuis permittit, vt vna cum renuntiatione vnius, præsentetur petitio alterius, cui renuntians vellet conferri. Quibus consequens est conuentionem, quæ alias esset simoniaca, desinere esse talem per clausulam adiectam, si, & quatenus Sanctæ Sedi Apostolicæ placuerit, & non aliter, nec alio modo. Quod receptissimum est: sed male intellectum, & peius seruatum ab his, qui prius quam Sedis Apostolicæ beneplacitum accedat, eam, saltem ex parte exsequuntur. E quibus sunt renuntiatarij, qui promittunt renũtiantibus pensionem, vel aliud temporale, si Papæ placuerit. Et qui faciunt concordiam de dando, vel faciẽdo aliqd tẽporalium pro quærendo iure aduersarij:

a 2.2. quæ. 100. artt. 6. ad 2.

b 2.2.q.100 art.5.ad 3.

c Vbi supra ad 4.

d Iux.l. si nõ sortem, §. libertus. ad fin. glo. singul. ff. de condi. ind.

e In cap. ad audientiam de rescript. num. 10. in specie hic dicentem.

f Iux. glo. c. ex par. 1. de offic. del. & c. cum prudẽ de pact.

& poſtea prius præſtãt promiſſa, vel partem eorum, quam Sed. Apoſt. beneplacitum accedat, vt ſentit Gomez. [a]

a In regulis Cancel. de Trie. q. 12.

Secundo, quod renuntiatio beneficij facta, etiam in manibus inferioris ea intentione, vt conferatur alicui cognato renuntiantis, vel alij, nulla cõditione, modo, vel pacto expreſſis valet: & renuntiãs non admittit ſimoniam etiam mentalẽ ſm gloſ. ſolemnem, c. ordinat. 1. q verbo pretio, cõiter recept. & expſſam ſentẽtiã grauiſſimi hac in re auctoris S. Anton. [b] q̃is Pan. & Dec. & citati per eos incaute teneant eum admittere mentalẽ, qđ palam eſt falſum: quia nullatenus cõuenit ei definitio ſimoniæ ſuprapoſita. [c] Cum emptio, vel venditio actualis, vel virtualis, nec vllus contractus non gratuitus, nec vlla voluntas faciendi aliquid horum etiam tale, quale in proximo q̃ſito diximus, interueniat, vt palam eſt: & cautius loquitur idem Decius, [d] q̃uis ſi vellet renuntiare principaliter ob cognationem, vel vt cõferatur indigno eo pecaret, non tamen peccatum ſimonię, ſed aliud iniuſtitiæ, vel acceptionis perſonæ inordinate conceptæ, vel procuratæ. Pro quo facit, qđ mandatum datum ad renũtiandum beneficium in manibus ordinarij libere, & ad petendum ab eo poſt renuntiationem liberam vt prouideat illi, vel illi, non eſt ſimoniacum, imo valet, & renuntiatio virtute illius facta, & collatio ad petitionem mandatarij conſecutæ ſunt validæ, vt Rota declarauit teſtãte Caſſad. [e] Et negari non põt ex illo mãdato colligi intentionẽ renuntiantis fuiſſe, vt conferretur nominato per eũ: ſed quia non fuit id poſitum ſub pacto, modo, vel conditione, ceſſabit ſimonia. Et quod his non obſtet extrauagans Pij V. de confidentia, annotabit inf. ſuper ea. Quamuis certum ſit, quod velle renuntiare cum pacto, vel modo, vt detur illi, vel illi, eſt ſimonia mortalis, etiã ſi nulla ſubſequatur renuntiatio cum pacto, vel ſine pacto per dicta. [f]

b 2. par. tit. 1. c. 5. § 11 c Nu. 100.

d Cõſ. 141. ad ꝑcũdũ.

e In dec. 2. de ſimon.

f Supr. nu. 100.

108 Ad vndecimum de committente ſimoniam cum Papa dico primo, quidquid alias hoc in loco ſcripſerim, alios i alijs ſequutus, Papam peccare poſſe peccatum ſimoniæ in emptione, & venditione cuiuſlibet rei ſpiritualis, ſicut qlibet alius homo, quæ ſunt verba S. Thomæ. [g]

g 2. 2. q. 100 art. 1. ad 6.

Ex quo infertur primo non poſſe ipſum liberare a peccato ſimoniæ alium vendẽtem, vel ementem ab ipſo rem ſpiritualem, qua parte eſt ſpiritualis, quia nec ſe ipſum poteſt ab eo excuſare.

Secundo, quod Papa non poteſt efficere, vt actus, qui eſt ſimoniacus iure naturali, vel diuino abſque adminiculo iuris humani, deſinat eſſe ſimoniacus: qa ſua Sanctitas ſubeſt illis legibus, ſaltẽ quoad vim directiuam ſecundum eundem S. Thomam receptum. [h]

h 1. 2. q. 96. art. 5.

Tertio, quod Papa poteſtatem, cuius ſpiritualitas iure tantum humano inducta eſt, frangendo, vel mutando efficere profanam, vt diximus [i] imo & alij prælati ex iuſta cauſa idem facere poſſunt. [k]

i In c. non liceat Papæ. § 7. nu. 10, k Arg. c. auarum, 2. q. 2.

Quarto, quod Papa poteſt rem ſpirituallem, quæ conſtat ex ſpũali & temporali, vt calix, & veſtes ſacræ, emere & vẽdere, quo ad partẽ tpalem, etiã integrã, & ſanam abſq; ꝓuia exſecratione, uel cõfractione, qua mutatur forma, vt colligitur ex S. Thom. [l] Imo, & alij Prælati ad vſum eccleſiaſticum nihil plus accipiendo ratione ſpiritualitatis, vt ſatis colligitur ex eodem S. Thom. [m] Quamuis non ad vſus profanos. [n]

l 2. 2. q. 100 art. 4. m Li. 4. ſen. diſ. 25. q. 3. art. 1. & 2. n Per reg. ſemet Deo de reg. iur. li. 6. & c. cõperimus de conſ. diſt. 2.

Quinto infertur, qđ Papa nullam pœnã temporalẽ ſtatutã cõtra ſimoniacos, etiam q ſunt tales in rebus ſpũalibus, ét a Deo ſolo inſtitutis incurrit: & qđ põt facere, ne alius eam incurrat: qa omnis talis pœna eſt inducta iure humano, cui nõ ſubeſt ipſe, & põt alios eximere ꝑ ꝑd.

Sexto, quod auctoritas eius de facto eximit a pœnis ſimoniæ omnes, qui cum eo, vel cum conſenſu eius faciunt actum qui alias eſſet ſimoniacus: eſto quod expreſſe eos non liberet, non facta differentia inter prædictas ſimonias: quia quo ad pœnas eadem ratio militat in utraque. Et ideo quidquid dicat Panor. in repet §. qui vero: c. exſtirpãdæ. de præb. ſub fin. & Fely. eum limitans, in c. de cætero. ſub finẽ. de re iudic. in rebus ſpũalibus a ſolo Deo inſtitutis commiſſa, veritas hẽt, quod non eximit a culpa, ſed tm̃ a pœna ſimoniæ, & a culpa, & pœna ſimoniæ, iure tm̃ humano prohibitæ, tum per prædicta, tum per l. quidam conſulebat, [o] & ea quæ de certa ſcientia Principis ueri [p] & cõi [p] dicuntur ab ijs, quos late citat Fely. in c. cum inter, de except. Tum per ſty

o ff. de re iudic. & l. idẽ Vlpian. ff. de excuſ. tut.

lum

lium Curiæ, qui hoc ſeruat, vt ſatis teſtatur Caſſad. deciſ. 2. de ſimon. licet Caiet. contrarium iudicauerit eſſe verius,[a] ſequutus in hoc Panorm. quamuis ſub finem ſe remittat iuriſtis.

a In 2.2.q. 100.art.6. ad 5.

Septimo, quod ex his eſt hauriendæ deciſio quæſtionis, An Papa vendens beneficium, & emens illud cõmittat ſimoniam? Et quidam aiunt abſolute qđ nũquam. Alij quod ſemper. Alij quod non, ſi beneficium eſt ſimplex: ſi aũt eſt cura tũ, ſic. E quibus eſt Panormit.[b] Quorũ primorum opinionem ſequuntur cõmuniter Theologi, quos ſequitur Caieta.[c] noſque ſoliti ſumus ſequi hoc ſyllogiſmo firmo in Barbara. Omne ſpirituale, vt hic ſumitur, eſt inuendibile iure naturali & diuino,[d] non ſolum datum, vel inſtitutum immediate a ſolo Deo, ſed etiã ab eccleſiaſtica poteſtate ſupernaturaliter diuinitus ei data per dicta,[e] & addu cta per Caiet. vbi ſupr. At omne beneficium eſt ius ſpirituale, vt hic ſumitur,[f] & tradit S. Thomas § a quo nullus etiam Canoniſta recedit. Ergo omne beneficium eccleſiaſticum eſt inuendibile. Et confirmatur, ius ſpirituale, clericale eſt a Deo ſolo inſtitutum, cui omnia beneficia ſunt annexa: & quidem adeo, qđ vendito beneficio cenſetur vẽditum ius clericale,[h] & ius clericale eſt inuendibile, per prædicta. Confirmatur etiam eo, qđ ius patronatus eſt inuendibile, ca. de iur. patr. & tenet S. Thom. vbi ſupra, ab omnibus etiam Canoniſtis receptus, quod tamen eſt minus ſpirituale, quam beneficium, quippe quod cadit in laicum tanquam ſpirituale, antecedenter non præſupponens clericatum, nec aliud ſpirituale, præter Chriſtianiſmum, cum tamẽ beneficium ſit tale dependenter, & præſupponens clericatum. cum adeo de reſcript. & c. ex literis, de tranſ. Confirmatur item eo, quod ius decimarũ eſt inuẽdibile: quia deputatum ab Eccleſia miniſtris eius, vt ipſemet S. Tho. ad omnibus receptus, ibidem, ait, & probatur.[i] Octauo infertur, quod quidquid aliq facile detrahant, non arbitror vllum Papam vlla beneficia vmquam ſimpliciter vendidiſſe contra concluſionem prædictam: quamuis ceperit aliqua non via venditionis, nec permutationis, nec ali⁹ contractus non gratuiti: ſed alijs vijs iuſtis. Quæ colliguntur ex eo, quod põt beneficia exſtinguere, & alia alijs vnire, diuidere, & reditus eorum augere & diminuere.[k] Poteſt etiam partem reddituum eorum vacantium, & non vacantiũ de cõſenſu beneficiariorũ, imo & ſine illo ex iuſta cauſa applicare alicui bello pio, vel alijs pijs operibus & neceſſitatibus Sed. Apoſtolicæ, vel alterius, & in iuſtam pẽſionem aliquibus: ac conſequenter annatas, vel cõpoſitiones neceſſitatibus Sed. Apoſtol. vel alijs pijs operibus applicare.

b C.1. de ſi mo. & in c. exſtirpãdæ §. qui uero de præben. a nu.83.

c 2. Tomo tract.9.q.1.

d C.qui ſtudet.1. q. 1.

e Sup. eodẽ nu.99.

f Ca.dilecto de præbẽd.

g 2.2. quæ. 100.art.4.

h Ca.ſi quis obiecerit.1. q.3.

i In cap.altare.1.q.3.

k C. ex parte.de conſt. & c.maiori bus. & c.ex ſtirpandæ ī princ. & §. qui uero.de præben, c.ſi cut unire, de exceſſ. præla. cum eis adnotat

Nono, quod quamuis Theologorum ſententiam, quam omnium profundiſſime confirmat Caiet. vbi ſup. ſequi ſoleã: puto tamen nouiſſime tenendum, primo Caietanũ dicere quædam quaſi metaphyſica in illo tractatu, quæ non ſatis probat. Secundo, quod Papa ſua poteſta te abſoluta, & plena poteſt vendere abſque peccato ex iuſta cauſa beneficia, quo ad partem, quam habent pecuniariam & temporariam: ſicut poteſt vendere alia ſpiritualia, quæ conſtant partim ex ſpirituali, & partim ex re pecuniaria: qualia ſunt calix, veſtis & vaſa conſecrata. Tum quod eadem ratio eſt in omnibus. Tum quia, id quod dicitur vendentem abſolute beneficium, vel aliam rem quæ conſtat ex re ſpirituali, & pecuniaria præſumi, vel videri vendere vtrumq; eſt verum quo ad præſumptionem, & non quo ad veritatem, quæ tollit eam, ſi eſt ei contraria, ca. tua de ſponſal. & ita non includeret illum, qui vere ſolũ temporale intenderet vendere: & minus illum, qui expreſſe proteſtaretur ſe ſolum intendere vẽdere illam, quo ad partem temporalem. Tum quia omnes conſtenter non ſolum Papam, ſed etiam omnes alios Prælatos poſſe vendere caliceꝫ, vel aliam rem conſecratam, etiam integram Eccleſiæ, vel clericis ad vſum ſpirituale, quod quotidie fit. Tum quia nemo negare poteſt, poſſe Papam ex cauſa iuſta donare, & vendere, vel permutare aliquam rem immobilem vnius Eccleſiæ pro alia alterius Eccleſiæ, etiam profana: & aliquam partem reddituum vnius Eccleſiæ pro aliqua re alterius Eccleſiæ, vel etiam laici: quod quidquid dicat Caietanus efficaciter probat cap. ad queſtiones.[m] Tũ quia ſic vendendo, donando, vel permutando nihil ſpirituale vendit, donat, vel *permu-*

l Iuxt. prænon quo ad veritatem, quæ tollit eam, ſi dictum. c.ſi quis obiecerit.

m Et oẽs ti tu, de rerũ permu.

permutat, ſed ſolum temporale. Tum quia non obſtat illud argumentum quod ſuum Achillem facit Caietanus ſcilicet, quod omnia beneficia Eccleſiaſtica ſunt annexa iuri clericali conſequenter: quia non ſunt ita annexa, vt nequeant auctoritate Papæ ſeparari multis modis vt prædictum eſt. Tum quia etiam aurũ, argentum, & ſericum calicis, & veſtis cõ ſecratorum eſt annexum calici, & veſti conſecratis, imo magis quam reditus beneficio: attamen Papa poteſt ex iuſta cauſa vendere illud aurum, argentum, & ſericum alij Eccleſiæ, vel clerico, etiam nõ mutata forma. vt ſupra dictum eſt. Ergo etiam ex iuſta cauſa poterit vendere reditus mille ducatorum alicuius epiſcopatus, vel archidiaconatus habentis reditus decem millium, etiam non ſeparando illos a reditibus epiſcopatus, vel archidiaconatus: & ea lege, vt archidiaconus teneatur illa quotannis ſoluere: Reditus enim beneficij non ita annexi ſunt iuri clericali, quod non poſſint auctoritate ſaltem Apoſtolica diuidi, & vendi, ſaluo exiſtente, & non vendito iure clericali: ſicut venditur pars materiæ calicis, non vendita eius tota materia, neq; conſecratione eis. Et Canoniſtæ, qui tenuerunt contrariam partem communis Theologorum noluerunt dicere id, qđ Caietanus imponit eis, nimium notans eos, & nec per ſomnium imaginati ſunt illa eius quaſi metaphyſica, ſed in noſtrum hunc ſenſum videntur dixiſſe, Papam poſſe vendere beneficia: licet Panormitanus diſtinguendo inter curata, & ſimplicia iure reprehendi poſſit, quia noluerunt dicere, quod plus rei ſpiritualis vendere poſſit vendendo curata, quã ſimplicia: ſed quod vtrumque vendere poteſt ex iuſta cauſa, quoad partem tẽporalem: & neutrum quoad partem ſpiritualem, quo ad ius exercendi curam, vel ius clericale miniſtrandi officia diuina, cui iure naturali, & diuino debetur ſtipendium. Sicut poteſt vendere calicẽ, & veſtes ſacras, quoad partem temporalem, & non quoad ſpiritualem, ſiue conſecrationem. Adde ijs illud, in quo ſæpe grauiter erratur, ſcilicet, quod cõcordię, & aliæ diſpoſitiones ſuper ſpiritualibus, quæ ſine Papæ conſenſu factæ eſſent ſimoniacæ, non ſunt tales, ſi fiant cũ clauſula, ſaluo, vel reſeruato beneplacito Papæ, ſiue S. Sedis Apoſtolicæ, quæ tamen ſi exſequuntur, antequam beneplacitum eius impetretur, fiunt ſimoniacæ: quia fiunt ſub conditione, ſi Papa voluerit: [a] & diſpoſitio conditionalis nihil prodeſt, donec conditio impleatur, [b] & ideo cauendum a tali exſecutione, quæ inducit cenſuras, & annihilat actum.

109 Ad duodecimum, quod ex reſponſione ad decimam præcedentium quæſtionum ſequitur, non eſſe ſimoniacam confidentiam illam, qua quis confidit, quod collator conferet beneficium renũtiatum illi, cui renuntians volet, poſt renuntiationem libere, & ſine vllo pacto, & modo: aut quod patronus præſentabit ad illud ita renuntiatum: quia nullus in ea re contractus non gratuitus, nec voluntas illum faciendi interuenit, neque vllo iure naturali vel diuino talis fiducia prohibetur, ſi aliud non obſtat. Et eadẽ ratione non eſt confidentia ſimoniaca, conferre beneficium, vel procurare vt conferatur alicui ea intentione, & ſpe, quod ille aliquando cedet in fauorem alterius a ſe nominandi, vel ſui ipſius conferentis, vel procurantis: dummodo nullum pactum, nullus modus, & nulla conditio adijciatur, quod certum eſt ſolo iure antiquo attento. Et quod idem ſit attentis extrauagantibus ſel. rec. Pij IIII. & Pij V. ſuper confidentia beneficiorum editis, probatur efficaciter eo, quod illæ nihil prohibent, quod ante illas nõ fuiſſet prohibitum, ſolum eñ diſponunt cõtra confidentiam illicitam beneficialẽ, & non omnem, ſed tñ ſimoniacam, qualis non erat omnis confidentia beneficialis. Tum quia confidentia in genere, eſt certa ſpes de re aliqua, quod ita fuit, eſt, vel erit, & interdum ſonat in bonam partem, vt in illo, [c] *In domino confido*, & interdum in malam, [d] *Qui confidunt in eis*, & conſequenter eſt confidentia licita & confidentia illicita, licita eſt, qua quis ordinate ſperat, illicita qua inordinate. Tum quia hoc conſequitur, quod confidentia beneficialis eſt duplex, licita, qualis eſt illa, qua quis ordinate confidit, qđ collator conferet beneficium fratri ſuo cum primis eo digno: & illicita, qualis eſt ea, qua quis inordinate confidit, quod collator conferet beneficiũ ſuo fratri eo indigno.

[a] *Argum. l. a teſtatore. ff. de condi. & demõſt.*
[b] *Ca. ſi pro te, de reſcri. lib. 6. & §. omnis, inſt. de verbo ob ligat.*
[c] *Pſal. 10.*
[d] *Pſa. 113.*

indigno, arg. cap cum in cunctis. §. fin de electio. Tum quia confidentia illicita beneficialis est duplex. Altera simoniaca, qualis illa, qua quis confidit, quod collator conferet beneficium mediante pretio, pacto, modo, vel conditione expressa, vel tacita digno, vel indigno. Altera non simoniaca, qualis est illa, qua quis confidit, quod collator conferet beneficium ob cognationem, vel amicitiā indigno: sine tamen pretij, pacti, modi, vel conditionis interuentu.

Quod autem extrauagantes prędictę non sint editæ contra omnem confidentiam beneficialem, sed tantum contra illicitam: nec contra omnem illicitam: sed tantum contra illicitam simoniacam patet. Primo, quod principium extrauagantis Pij IIII. sic habet, *Sane licet dudum, eum certam simoniacæ prauitatis speciem, quam beneficiorum confidentiam uocant, &c.* Et ex principio colligitur intentio disponentis. leg. fin. ff. de hæred. institut. Secundo, quod mox declarat se loqui de confidentia, qua quis accepit custodiam alieni beneficij cum pacto, vt postea cedat alteri. Tertio, quod postea ter se restringit ad eam, adijciens, verb. *Confidentiam*, verbum, *Huiusmodi*, quod restringit ad prædicta [a] Quarto, quod Pius V. de eadem omnino confidentia disponit, de qua Pius IIII. vt tam ex ꝓœmio, quam reliquo contextu palā colligitur. Quinto, quod declarant præteritas, de quibus agunt, confidentias fuisse illicitas: quod non potuisset iuste fieri, nisi ante fuissent prohibitæ: cum lex non extendatur ad præterita, [b] & ita quæ confidentia ante illas erat licita, etiam nunc est licita: & e contrario, quæ nunc est illicita, ante erat illicita: & quæ illicita nunc est simoniaca, antea erat simoniaca: & quæ antea non erat simoniaca, nec nunc est simoniaca, licet iuste præsumi possit in foro exteriori per modos ad id inductos a Pio V. per Extrauagantem cuius tenor sequitur, *Pius Episcopus, &c.*

a l. huiusmodi, ff. de leg. 2.

b cap. 2. & ca. final. de constit.

110 *Intolerabilis*, & infra. *Bene quidem, & prouidenter fœlic. recor. Pius Papa IIII. prædecessor noster ad tollendam fiduciariæ mancipationis beneficiorum ecclesiasticorū corruptelam, statuit & decreuit: vt ipso iure vacarent Ecclesiæ, monasteria, cæteraque beneficia ecclesiastica confidentiam a quibuscunque etiam S. R. E. Cardinalibus cuiusuis personæ contemplatione, vel intuitu recepta, liberam illorum dispositionem sibi, & Apost. sedi reseruando: nec valerent ipsorū collationes seu concessiones, nec fructuū, nec pēsionum reseruationes, nec facultates illas transferendi, nec regrediendi, seu accedendi & ingrediendi ad eccles. monasteria & beneficia supradicta, illaq; recipientes, fructus, pensiones, & alias res eorundē indebite perciperent. Prohibēs quibuscumq; etiā sub censuris ecclesiast. ne quid huiusmodi amplius auderent. Ac etiā decreuit oēs, & quascunq; prouisiones, præfectiones, collationes, cōmendas, & alias dispositiones de ecclesiis, monasterijs & beneficijs, nec nō reseruationes fructuū, pensionū, rerū, & iurium, ac etiā transferendi, egrediendi, accedendi, & ingrediendi, aliasq; facultates, siue per se, siue futuros Romanos Pontifices etiā motu proprio, ac consistorialiter, siue ēt per ordinarios collatores, etiam ad patronorum præsentationem, cum interuentu confidentiæ huiusmodi, siue expresse siue occulte, ac de iure præsumpto, & alias cōtra prædicta pro tempore factas, nullius momenti fore, nec cuiquā suffragari: sed ecclesias, monasteria, & beneficia huiusmodi ipso iure vacare, an prædictæ dispositioni reseruata esse: sicq; per quoscunq; etiā per præsumptiones & coniecturas legitimas, & alias eorum arbitrio procedendo (cum alioqui confidentias huiusmodi in lucē erui, & probari non posse constaret) iudicari, & definiri debere. Nec non irritū, & inane quidquid secus contigerit attentari, quemadmodum confectis sup his literis plenius continetur, & infra. Multi. n. ipsa beneficia iure retinere nequeuntes: alij ne cogantur ad sacros ordines, & ad residentiam, ad incedendum in habitu clericali, ut ad bellum ꝓficiscantur, ut inimicos occidant, alij ut alieno nomine lites agant, aut defendant: alij propter crimina incapaces: quidā ut purgato delicto, uel absolutione consecuta illa repetant, eadem in alios deponunt, & in plerisque fructus ipsorū aut eis ministrantur, aut quibus ipsi statuunt, sæpe laicis & inhabilibus, pleriq; vel senes, vel infirmi, vt beneficia in domibus suis perpetuent, illa renuntiarunt, & renuntiāt in alios, qui vel profanā familiam cedentium de fructib. ecclesiasticis alant: vel illa etiānū infātibus, aut nascituris asseruent, facto inter-*

interdum circuitu retroceſſionis, cum reſeruatione fructuum, & aliarum rerum, aut acceſſu, præſertim ab illis qui præſtandorum iurium Cameræ Apoſtolic. ſunt immunes. Alij aut incapaces, aut alijs beneficijs eccleſ. onuſti aut eccleſ. ordini ſeſe mancipare refugientes, aut mere laici beneficia eccleſiaſtica alijs conferenda procurant, & de illis poſtmodum ad libitum ſuum diſponatur, fructus etiam percipientes illorum. Ad hæc plerique ordinarij, & alij collatores, ac etiam patroni laici curant deponenda beneficia, vt fructus, ſeu penſiones capiant eorundem, aliſve faciant miniſtrari. Alia item permulta eiuſmodi admittuntur, quibus immaculata rerum diuinarum puritas impie violatur, diſciplinæ eccleſiaſticæ neruus diſrumpitur, & imminens patratur exitium animarum. Quare nos volentes periculoſam talium audaciam noui iuris ſubſidio cohibere, præſentium auctoritate ſtatuimus, & ſi quis quacumque auctoritate Eccleſiã, vel monaſterium, aut aliud beneficium eccleſiaſticum qualecumque ex reſignatione, vel ceſſione cuiuſcumque perſonæ ſimpliciter, aut cum circuitu retroceſſionis cum regreſſu, uel acceſſu, etiam ſola dimittentis intentione receperit, & illa, vel illud etiam in euentum regreſſus, uel acceſſus, eidem dimittenti, uel alteri poſtea conferatur; aut illius fructus, uel eorum pars alij concedantur, uel penſiones ſoluantur ex eiſdem, hæc confidentia cenſeatur. Itidem ſi ordinarius uel alius collator contulerit antehac, aut cõferat in futurum beneficium eccleſiaſticum quouis modo uacans, ea conditione tacita, uel expreſſa, ut poſtea in alterum pro arbitrio collatoris, ſeu alterius cuiuſcumque cõtra iuris communis ordinationem diſponatur, ſiue ut de eo prouiſus, fructus illius, vel partem ad utilitatem, uel libitum conferentis uel cedentis, aut alterius, relinquat & remittat, ſeu penſionem illi, uel illis, quem, vel quos idem collator, aut cedens, uel alius per ſe, vel alium, ſcripto aut uerbo iuſſerit, ſeu ſignificauerit, perſoluat: & pariter ſi a patrono etiam laico, uel alteri præſentatori, ſeu electori contigerit, aut contingat id fieri. Ad hæc ſi clericus prædictæ Cameræ, aut Cardinalis, aut alius a ſolutione iurium ipſius Cameræ, & vel etiam Cancellariæ Apoſtolicæ exemptus poſt reſignationem, uel ceſſionem alicuius extranei de eccleſia, monaſterio, uel alio beneficio eccleſiaſtico in ſe Apoſtol. vel alia auctoritate factam & admiſſam, illam, uel illud etiam confectis literis Apoſtolicis, & poſſeſſione apprehenſa in eundem reſignantem uel cedentem modico ſpatio interiecto, ueluti duorum, aut trium menſium retroceſſerit, aut retrocedat in futurum, & ex illa retroceſſione fructus Eccleſiæ ſeu monaſterij, aut beneficij, vel eorũ pars, ſeu penſio, ſeu quid aliud ſuper illis reſeruatum: aut regreſſus, ſeu acceſſus, & ingreſſus ad illa uel illud ipſi clerico, uel Cardinali, aut alij exempto ſit fuerit & conceſſus: Poſtremo, ſi quis crimine aliquo abſolutus, aut cum quo ſuper irregularitate diſpẽſatum eſt denuo receperit, quacunque auctoritate eccleſiam, monaſterium, vel aliud beneficium eccleſiaſticum, quod ante, uel poſt commiſſum delictum, aut contractam irregularitatem dimiſerit, in quouis horum caſuum confidentiæ prauitas ſit contracta, caſusque huiuſmodi literis prædictis comprehendantur, ac ſi illis ſpeciatim expreſſi fuiſſent; licet ipſum confidentiæ crimen alterius tantum partis conſcientia ſit admiſſum. Ad probandum uero plene confidentiarum abuſum, inter alias etiam hæ præſumptiones, & coniecturæ habeantur legitimæ, videlicet, ſi quis poſt ceſſum ab ſe Eccleſiam, uel monaſterium, aut beneficium, & publicatam reſignationem ſeu ceſſionem eaptamque a ſucceſſore poſſeſſionem, ſeſe in illa uel illo ſeu rebus illius per ſe, uel alium, ſeu alios de facto iniecerit, aut fructus perceperit, aut quicunque ſucceſſor illi, uel eius propinquis ipſos, aut partem aliquam remiſerit eorundem, ſi recipiens beneficium conſtituerit dimittentem, uel eius parentes, aut propinquos procuratores ad percipiendum, uel locandum fructus beneficij dimiſſi, & illi, uel illis de fructibus perceptis, aut percipiendis donationem fecerit, ſi uel ſola procuratoris depoſitione, uel libris rationalibus menſariorum ex parte dimittentis expeditio, quæ perſonam recipientis concernit, proſecuta ſit, ſimulque expenſæ pro ea neceſſariæ ab illo factæ fuerint. Denique ſi quis p conceſſione alicui facta, quacunque auctoritate de beneficio eccleſiaſtico per ſe, uel aliũ ſeu alios interceſſerit, uel alias in negotio cõceſſionis ſeſe immiſcuerit quoquomodo: deinde aliquid de fructibus talis beneficij de facto etiam per manus poſſeſſoris, ac etiã ſimplicis donationis titulo perceperit, ſeu de illo poſtmodum ad uoluntatem interceſſoris

fuerit

fuerit dispositum quandocunque. Testes autem de quacunque re singulares singulas probare ualeant præsumptiones, & coniecturas, pluresque huiusmodi præsumptiones, & cõiecturæ plenã probationem faciant in prædictis. Ceterum criminosi, & ceteri omnes, qui ad perhibendum in casibus simoniæ testimonium recipi possunt ad prædicta omnia admittantur. Sed ne quisquam etiam uana fiducia fretus non intendendi contra se iudicij in crimine perseueret: utq; hoc malũ grauioris censuræ stimulo usquequaque prohibeatur, & omnes & singulos, qui hucusque ecclesias, monasteria, beneficia fructus, pensiones, aliasue res intercedente hoc confidentiæ vitio receperunt ac retinent, nisi citra ad se reuersi, & resipiscentes celeri dimissione sibi prospexerint, & quicquid tale admiserint in futurum etiam omnibus, & singulis alijs monasterijs, dignitatibus, administrationibus, officijs, & beneficijs obtentis, quæ pariter sub dicta reseruatione comprehendi uolumus: nec non fructibus, pensionibus, & alijs rebus ecclesiasticis: ac etiã Romanæ Curiæ & alijs officijs temporalibus præsentium auctoritate priuamus, & ad futura inhabiles decernimus, & in iuris subsidium excommunicationis sententia innodamus, a qua nullus nisi in mortis articulo constitutus, ab alio quam a Romano Pontifice absolutionis beneficium ualeat obtinere &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Kal. Iun. Pontificatus nostri anno quarto.

Ex qua nota primo, quod intentio prædictorum Piorum non fuit, vt supra dictum est, inducere aliquam prohibitionem nouam confidentiæ beneficialis: sed Pius IIII. intendit renouare antiquam, & Pius V. iuuare illam inducendo modos probandi eam, quæ difficile probatur. Itaque quod non intendit asserere esse veram in foro interiori confidẽtiam illicitam simoniacam in casibus, in quibus statuit pro tali esse habendã, sed q̃ in exteriori est præsumẽda talis.

Secundo nota, quod simonia conuentionalis confidentiæ beneficialis est peior alia conuentionali beneficiali, qua palam emitur vel venditur beneficium, quia per illam non annullãtur acta, nec inducitur censura, antequam ab vtraq; parte impleatur, vt dictum est, supr. numer. 103. per hanc autem sic, quia simul ac quis accipit beneficium in confidentiam prædictam, antequam impleat, qđ promisit, ipso iure est excommunicatus, & ipso iure collatio ei facta est nulla, & tenetur ad restitutionẽ omniũ fructuũ, quos perceperit a die acceptionis.

Tertio nota nouam & amplam reseruationem, qua omnia beneficia collata, & accepta in confidentiam illicitam, & simoniacam sunt reseruata Sedis Apost. collationi, qua ratione peior est hæc simonia conuentionalis, etiam ex vna tantum parte completa, quam alia realis ex vtraque parte exsecuta: quia non aufert ordinario potestatem conferendi, nec reseruat illam Papæ, hæc autem vtrumque facit. Quam ob rem caueant sibi, q̃ eiusmodi beneficia accipiunt per ordinariorum collationem, vel Papæ prouisionem non facta mentione de huiusmodi reseruatione, saltem per clausulas generales ad id suffcientes, quæ tamen communiter in impetrationibus Apolicis inseruntur.

Quarto nota, quod non solum collationes per huiusmodi confidentiam factæ sunt nullæ: sed etiam omnes accessus, regressus, pensiones, & alia quæcunque etiam auctoritate Apostol. reseruata fiduciarijs, siue confidentiarijs huiusmodi, in cessionibus, vel retrocessionibus, quibus postea illa admittunt: quorum de numero arbitror esse plurimos, qui debent sibi cauere. Salua limitatione posita infra eodem cap. num. 12.

Quinto nota casum nouum, in quo fructus beneficiorum per huiusmodi cõfidentiam collatorum, & pensionum cõfidentiarijs constitutarum, reseruantur cameræ Papæ a die collationis, & constitutionis, quod est notandum ad consulendum eis, qui hac in re peccarunt.

Sexto, quod hæc extrauagans in illis verbis, *Sola admittentis intentione*, & in illis, *Conscientia tantum unius partis*, videtur significare contrarium eius, quod supra responsum est ad quæsitum decimũ, scilicet quod sola intentio absque pacto renuntiandi beneficium, vt detur alicui non facit simoniam. Sed respondetur q̃ non intendit asserere per illa verba, qđ sola talis intentio constituat in foro interiori simoniam, sed quod probatio eius

faciat

faciat in exteriori præſumi illam. Tum quia, vt ſupra probatum eſt prædicti Pij nil noui prohibuerunt, & Quintus ſolũ addidit quatuor modos præſumendi ſimoniam in exteriori foro. Tum quia nõ ait per hoc fieri confidentiam: ſed quod cenſeatur, hoc eſt, præſumatur confidentia, vt in ſimili habet cap. fin. de vſur. qđ ibi ponderauimus.

Septimo nota, octo cõiecturas ad præſumendam ſimoniacam confidentiam in foro exteriori. Prima probatio intentionis, etiam tantum vnius partis, quæ tangitur in ver. *Quare*. Secunda in ver. *Itidem*, ſcilicet quod collator ita conferat, vel patronus præſentet, ut poſtea de beneficio, vel fructibus eius ſic, vel ſic diſponatur. Tertia in ver. *Ad hæc*, ſcilicet, quod exemptus a ſolutione iurium Curiæ beneficium acceptum per reſignationem alicuius etiam poſt literas expeditas, & poſſeſſionem acceptam retroceſſerit in eundem, reſeruato ſibi aliquo infra ſpatium duorum, aut trium menſium. Quarta, in ver. *Poſtremo*, quod abſolutus a delicto vel irregularitate denuo accepit beneficium quod renuntiauit, ante, vel poſt delictum, vel incurſam irregularitatem. Quinta in ver. *Ad probandum*, quod quis poſt ceſſum beneficium, & duplicata ceſſione, & capta poſſeſſione a ceſſionario ſe in illud per ſe, vel alium ingerit, & fructus, vel partem eorum accipit, aut ſucceſſor ipſi, vel propinquis eius aliquos fructus remiſerit. Sexta, in illo ver. *Si recipiẽs beneficiũ, &c.* Septima, in verbo, *Vel ſola probatio, &c.* Octaua, in ver. *Deniq; q̃ intereeßerit, &c.*

Nota octauo, quod verbum *admittantur*, & clarius verſic. *teſtes*, ſignificant, quod vnaquaque harum coniecturarum ſola non ſufficit ad plenam probationẽ, quod equidem arbitror æquum: nam dum videtur, quod prima, & octaua, & aliquot aliæ per ſe ſolæ ſufficiant. Quare videtur id arbitrio iudicis librandum. [a]

Nota nono caſum, in quo teſtes ſingulares ſufficiunt contra regulam capit. bonæ, 1. de elect. quod autem ſubdit, *& teſtes criminoſi, &c. admittantur*, commune eſt omni ſimoniæ, c. per tuas, de ſimo.

Nota decimo ex ver. *Sed ne quiſquam*, duos caſus nouos, quibus duo genera beneficiariorum ipſo iure priuantur beneficijs omnibus etiam iuſte obtentis, & fiunt inhabiles ad illa, vel alia obtinenda. Alter eſt eorum, qui ante hanc extrauagãtem acceperunt beneficia per ſimoniam confidentialem, & ſtatim habita notitia de ea non reſipuerunt, & diſerunt illa beneficia, & penſiones per eam obtentas. Alter eſt eorum, qui poſt eam acceperunt, vel acceperint aliqua beneficia, vel penſiones, per eiuſmodi cõfidentias, quæ eſt pœna terribilis, ferenda tamen: quia ſtatuta eſt, [b] quam tamen relaxare, vel ſaltem in ea diſpenſare iuſtæ miſericordiæ fuerit. Et an, vel quos ignorantes liget, dicemus. [c]

Adde noue vndecimo, quod mediator confidentiæ vetitæ a præfatis Pijs ipſo facto eſt excommunicatus: quia per præfata omnis confidentia, de qua ipſi agunt, eſt ſimonia beneficialis, & omnis mediator ſimoniæ in beneficio, vel ordine eſt excommunicatus ipſo facto. [d]

Adde item noue duodecimo, quod promiſſio ſimplex conferendi, vel reſtituendi alicui beneficiũ, nihilo alio addito, non eſt confidentia in præfatis bullis damnata. Tum quia earum verba non aptantur ei, & cui verba legis non aptantur, nec illa aptatur. [e] Tum quia nõ erat ſimoniaca, ante illas bullas: quoniam licebat olim huiuſmodi promiſſio ſimplex, cap. accedens, de conceſſio. præben. & licet poſtea, [f] fuerit ſtatutum, ne illa promiſſio obligaret, non tamen fuit ſtatutũ ea ratione, quod eſſet ſimoniaca: quia ſi talis eſſet, non potuiſſet vmquam valere: & præfatæ Bullæ non damnant confidentiam, quæ ante illas non erat ſimoniaca, per prædicta.

111 Ad duodecimum quęſitum reſpondetur, quod penſio ſolita conſtitui ſuper beneficio Eccleſiaſtico, non poteſt pecunia redimi, neque conſtitui, quod nuper neruoſe proboui coram Illuſtriſſimo, eodemque clariſſimo, Cardinali Alciato, in diſputatione quæ inſeretur prædicto commentario, cap. fin. de ſimon ubi breuiter monſtro penſionem, vt in hac materia ſumitur, a nemine ante nos iuſte definitam. Et quod non eſt beneficium, nec portio fructuum eius, ſed ius non tẽporarium, ſed ſpirituale, aut illi annexũ, non antecedenter vt ius patronatus, ſed dependenter, aut cõſequenter inſtar beneficij,

a Arg. l. 1. ff. de iur. de lib. capit. de cauſis, § 1. de offi. dele.

b l. proſpexit, ff. qui, & a quibus & capit. in memoriam 2. diſtin.

c In comm. c. fraternitas 12. q. 1.

d Per extrauagã. 2. de ſimon.

e cap. indẽnitatibus. §. pœnit. de electio. libr. 6. & l. 4. §. toties, ff. de damn. infe. & bi Bart. & Paul.

f In cap. 2. eo. tit. lib. 5.

nehcij,& ſubinde non poteſt magis,imo minus emi vel vendi, quam ius patronatus, & poteſt gratis remitti, etiam ſine auctoritate conſtituentis, non tamen re dimi anticipata ſolutione ſine auctoritate Papæ. Et quod redemptio ſine illa pretio facta non valet,& non obſtante illa, lapſis annis, ꝓ quibus anticipata eſt, ſolutio poteſt peti. Et denique,quod ſimonia committitur in emptione & venditione illius, ſed illa non inducit excõmunicationem ipſo iure,pluſquam ſimonia,commiſſa ſuper iure patronatus, qa extrauagans ſecunda de ſimonia ſolum excommunicat ſimoniacum in ordine & beneficio, quorum neutrum eſt penſio, & ideo tamquam pœnalis,& reſtringenda, non extenditur ad ſimoniam ſuper ea commiſſam. Secus quando emeretur, vel redimeretur penſio ad quærendum, vel renuntiandum aliquod beneficium, quia tunc videretur committi ſimonia, eo quod datur pretium ad dandum, vel quærendum ius ſpirituale veluti admittitur ſimonia, quando mediatori datur, vt dictum eſt, [a] & eadem ratione idem dicendum videtur de emptione iuris patronatus alterius rei ſpirituali annexæ.

a Sup.eod. n.106.inſi.

Ad decimumtertium de emente,conducente, vel per alium quemlibet contractum non gratuitum quærente Vicariam,& quamuis iuriſdictionem, vel poteſtatem ſpiritualem, etiam ad tempus epiſcopi,vel parochi,vel cuiuslibet alius beneficiarij, reſpondeo in ſumma, quod latius dixi coram eodem Illuſtriſſimo Cardinali Alciato,& inſeretur prædicto commentario, capit. final. de ſimonia. Primo quod committit ſimoniam, capi. licet, de pœnit. & capit.ad noſtram, de ſimon. Secundo, quod meretur priuari, ſed non eſt ipſo iure priuatus officio clericali ſecundum Hoſtien.Panor.& commune. [b] Tertio,quod ipſo iure talis cõtractus eſt nullus,& cõſequenter nõ quę rit talem vicariam,& ita tenetur eam relinquere, vt iuſte pœniteat. [c] Quarto,ꝙ non eſt ipſo iure excommunicatus, [d] qa non admittit ſimoniã in ordine, vel beneficio,quale nõ eſt talis vicaria per adducta a Fel. in ca. poſtulaſti de reſcript. Quinto, ꝙ non eſt ipſo iure inhabilis ad illam, quia nullo iure id cauetur, & ita non eſt dicendum. gl. famoſa in fi. de iure patron. Sexto, ꝙ prædicta non procedunt in iuriſdictione ſeculari ſm Pan. [e] quia circa eã non poteſt cõmitti ſimon. per dict. ſup. [f] Septimo, ꝙ neq; ꝓcedũt in vicaria perpetua,quæ eſt beneficiũ, & conſequenter in illa incurreretur ſimonia, & excommunicatio illi annexa.

b In cap. 1. ꝓ illũ text. & ſequentibus ne prel. Si. ſuas. c Arg.ca.ſi res 14.q.6. d Per extra uagã.2. de ſimon.

e In cap.1. ne prælSi. ſuas. f Eod.nu. 100.

Ad decimumquartum,de pœna ſimoniaci dico primo, omnem ſimoniacum pœna æterna eſſe dignum:mentalem autem tantum nulla pœna temporaria etiã reſtitutionis, conuentionalem autem tãtum pœna tẽporaria ordinaria reſtitutionis accepti,ſi eſt reſtituibile,alioquin, ſi non eſt reſtituibile,extraordinaria arbitraria,per dicenda ibi,& ſupradicta. [h]

g Cle.1.de offic.vica.

Secundo ſimoniacum realem in ordine tam occultum quam publicum eſſe ipſo iure ſuſpenſum quo ad ſe & alios, per textum in hoc omnium optimum, [i] vt hoc ibi dicit Innocentius communiter receptus.

h nu.103.

i In extra uag.2.de ſimon.& per cap. tanta. eod.tit.

Tertio dico,quod ſimoniacus in beneficio non eſt ipſo iure ſuſpenſus,vt ibidẽ dixit Innocentius quatenus ait ſimoniacum in beneficio, acta pœnitentia, & relicto illo poſſe celebrare, quem ſequimur, quidquid vterque Thomas dicat, [k] & Sotus, [l] quia nullo iure antiquo, nec nouo prædictæ extrauagantis id cauet.

k 2.2.quæ. 110.art.6. l Li.9.q.8. art.2.de iuſtit.& iur.

Quarto,quod ſimoniacus realis, tam in beneficio quam in ordine,eſt ipſo iure excommunicatus, excommunicatione reſeruata Papæ, per dictam extrauagantem nouam.

Quinto,quod hæc conſequitur ſimoniacum realem in ordine egere abſolutione ab excommunicatione, & ſuſpenſione: ſimoniacum vero in beneficio, ab excommunicatione tantum.

Sexto dico, nullum alium ſimoniacũ, præterquam in ordine, eſſe ipſo iure ſuſpenſum, & excommunicatum, quia ſi quis eſſet, maxime foret ſimoniacus in beneficio, qui tamen non eſt, per tertium dictum.

Septimo quod nullus ſimoniacus,prę terquam in ordine, & beneficio eſt ipſo iure excõmunicatus,quod recte affirmat Sylueſt. verb.ſimon.quæſt.19. & ꝓbatur:quia nullo iure antiquo vllus ſimoniacus ipſo iure eſt excommunicatus, per prædicta,& ius nouum prędictę extrauagantis ſolum excommunicat ipſo

iure

iure ſimoniacum in ordine, & beneficio. Nam verba illa ipſius, *in officijs eccleſiaſticis*, intelligenda ſunt tantum de officijs, quæ ſunt beneficia, vt in c. de multa de præb. & in c. cum acceſſiſſent. de cóſt.

Octauo dico, quod ſimoniacus ordinatus recipit quidem characterem, ſed non exſecutionem, per ratiouem S. Thomæ, vbi ſupra, & quia character eſt indelebilis, [a] non poteſt illum relinquere.

a cap. quomodo c. oſtẽditur, de cõſe. diſt. 4.

Nono, quod omnis præſentatio, electio, collatio, & quæuis alia diſpoſitio beneficiaria per realem ſimoniam eſt ipſo iure nulla, & conſequenter quæſitum per illam debet relinqui etiam ante ſententiam, quia iure naturali debent relinqui aliena, [b] & quidem cum fructibus, vt dictum eſt ſupra. [c]

b cap. ſi res 14. q. 6.

c cæpit. 17. nu. 25.

Decimo dico, quod committens cum Papa ſimoniam ſuper re ſpirituali nondum profanata, incurrit quidem pœnam æternam, ſed non temporariam per ſupradicta, num. 109.

Vndecimo, quod ſimoniacus etiam tãtum conuentionalis ob cõfidentiam, nil iuris quærit in beneficio per eam obtento, & ipſo iure excommunicatur: & perdit alia beneficia bene quæſita: & fit inhabilis ad omnia. An autem & quos excuſet ignorantia a prædictis pœnis, præſertim ab hac huius noui iuris dicetur, [d] Et quidem non auderem earum damnare illos, qui ante præfatos Pios confidentiam, etiam realem admiſiſſent tempore, quo confidentiæ, etiam ex ſe illicitæ, adeo probabantur in Curia, quod redderetur ius contra non reddentes beneficia in cuſtodiam, & confidentiam accepta. Tum quia illa iure tantum humano eſt illicita, & ita permiſſione Papæ approbatoria potuit fieri & facta fuit licita. [e] Tum quia licet ipſa iure diuino eſſet prohibita, pœnæ tamen nullitatis titulorum, & aliæ, iure humano ſunt ſtatutæ, & ſic quo ad illos dicta permiſſione potuerunt tolli. [f] & ita iure ſtricto defendi poſſet, non fuiſſe per ipſos annihilatas renuntiationes, collationes, & penſionum impoſitiones, factas antea prædicto tempore: & conſequenter non teneri ad relinquenda beneficia, aut penſiones, neque ad reſtituendos fructus vi earum peceptos quia legitime factum pœnam nó mereẽt, l. Gracchus C. ad l. Iul. de adulter.

d In cõmẽt. c. fraternitas, 12. q. 2.

e Arg. c. 1. de conſtitu. lib. 6.

f l. qui condemnare ff. de reg. iur.

ex quo inferretur limitatio eius, quod ſupra dictum eſt, omnem confidentiam, quæ poſt dictos Pios eſt illicita, fuiſſe talem etiam ante illos, ne procedat in ea, quam præfata permiſſio Papæ approbatoria fecit licitam.

Duodecimo dico, quod peccat, qui emit, aut vendit carius bona ratione iuris præſentandi ad aliquod beneficium illis annexum, aut aliquem calicem, aut corporalia, eo quod ſunt conſecrata, aut roſaria, aut alia eo, quod ſunt benedicta per dicta ſupra, [g] licet non incurrat excommunicationem, quia non committit ſimoniam circa ordinem, vel beneficium per dicta. [h]

g Num. 99.

h Sup. num. 100.

DE LVXVRIA TERTIO vitio capitali & eius filiabus.

112 *Luxuria quid in genere, & quid in ſpecie.*

112 *Luxuriæ quibus modis maxime reſiſtitur.*

113 *Luxuria vitium capitale gignit has octo filias.*

113 *Caſtitas quibus modis ſeruatur.*

114 *Cæcitas, præcipitatio, ineonſideratio, & inconſtantia, quæ mortifera.*

114 *Amor ſui hu. us mundi, horror futuri, qui mortifer.*

DE luxuria dico primo, quod luxuria, & luxuriari generaliter ſumpta ſignificant omnem nimiam diffluẽtiam, tam eſus, potus, & veſtitus, quam venereorum, ſed ſpecialiter, vt hic ſumitur, luxuria *eſt vitium inclinans ad inordinatum venereorum uſum*: & actus, ex quo illud gignitur & augetur eſt, inordinatus vſus venereorum, qualis eſt omnis excepto vſu Matrimonij, quippe qui eſt prohibitus ſexto pcepto Decalogi, de quo ſupra, [i] & quoniam omnis habitus quale eſt vitium, augetur ex actibus, ex quibus gignitur, & ad eos inclinat, vt dictũ eſt, ſup. Prælud. ſeptimo, cóſequitur vſu venereorum augeri luxuriam, & conſequenter illo non ſedari, imo accendi, volenteſque eam ſedare debere id facere, reſiſtendo, vel fugiendo, & nullatenus eam experiendo, errareque grauiſſime, qui ſecum conſtituunt, vna, vel altera vice experiti, & numquam amplius. Tum

i capit. 16. nu. 2. & c. nemo, capi. meretrices, 32. q. 4.

per

per illud Apost. [a] *Fugite fornicationem.* Tum per illud Cassiani, de inst. monach. quem S.Thom. [b] & omnes alij sequuntur. *Nullo faciliori modo luxuria, quam suarum occasionum fuga vinci potest: illa enim experientia crescit, habitus, qui quo auctior est, additus naturæ corruptæ, tanto est fortior hostis, fortiusque impugnat.* Quo fit, vt facilius seruari possit castitas virginalis, quam vidualis, imo & vidualis, quã coniugalis absente diu coniuge, quæ magna consolatio vtentium cœlibatu est, vt latius diximus. [c]

112 Secundo dico, quod hoc vitium, præter sex, aut septem, aut plures species, quas habet, de quibus supra, [d] dicitur vitium principale, & capitale, eo qđ ex eo nascunt octo filiæ infernales iuxta S.Gregorium [e] & S.Thom. [f] scilicet cæcitas mentis, præcipitatio, inconsideratio, inconstantia, amor sui, amor huius mundi, horror futuri, & odium Dei: quæ licet etiam ex alijs nascantur, ex hoc tamen frequentius: hoc enim inclinando ad delectationem venereorum, quę est omnium vehementissima, occupat partem animæ inferiorem in appetenda, & procuranda illa, & rursus illa adeo trahit ad idem superiorem sibi valde cognatam, quasi vim inferendo, vt non permittat illi circa vltimum, & alium debitum finem satis intendere, nec media in illum deligere: & impellat ad se, mundumque hunc nimis amandum, futurũque horrendum, tandemque ad Deum vltorem odio habendum. Quo fit, vt eo longius ceteris abesse debeant ab hoc obcœcante vitio contemplationi addicti, literis dediti, Gubernatores, Duces, & Iudices, quo lucidiori prudentia, sapientia, consilio, circumspectione, & constantia indigent, tam ad præfigendos fines, & scopos, quam ad deligendum media, quibus eos assequantur.

Circa quod peccatum luxuriæ, & filiarum eius peccat mortaliter primo, qui peccat contra sextum præceptum, de quo dictum est. [g]

114 Secundo peccat, qui per cœcitatẽ, vel socordiam mentis non proponit explicite pro vltimo fine Deum, & vitam æternam, per dicta, [h] aut per præcipitationem, & inconsiderationem, non deligit media de præcepto deligenda: aut p incõstantiam desistit ab eo, in quo de p̃cepto tenetur perstare, aut ob amorem sui præceptum aliquod transgreditur. Raro autem per has luxuriæ filias quis peccat mortaliter alio genere peccati, quam transgressionis præceptorum Decalogi, Ecclesiæ, vel aliorum peculiariũ ipsum ad mortale obligantium.

Dixi, *raro*, non ratione Caietani parũ tuta, sed quia interdum peccat exponendo se periculo transgrediendi præcepta propter præcipitationem, inconsiderationem, & alia prædicta vitia, non perueniendo ad ipsam transgressionem, iuxta prædicta. [i]

Tertio peccat mortaliter, qui deliberate vult semper, & perpetuo viuere in hoc mundo, sine Dei visione intuitiua, per dicta supra, [k] aut deliberato Deum odio habet, quod est suo genere omniũ peccatorum maximum. [l]

DE IRA QVARTO VITIO capitali, & eius filiabus.

115 *Ira sæpius passio, & est vitiũ capitale.*
116 *Indignatio quæ Christiano mala, & quæ mortalis.*
117 *Maledictio sui, vel Diaboli, vel irrationalis creaturæ, quæ mortalis.*

PRæsupponendum primo, quod ira primum accipitur pro passione animæ sita in potentia irascibili, quæ non habet contrariam, vt aliæ passiones eiusdem, quęque interdum est bona, & interdum mala, vt dictum est. Ira vero prout habitũ vitiosum sonat, vt hic, *est vitium animæ ad appetitum inordinatum vindictæ inclinans*, iuxta S.Thomam: [m] peccatum autem iræ est actus inordinatus volendi vindictam, quis autem actus dicatur inordinatus, dictum est supra, [n] hoc autẽ vitium iræ ea ratione est capitale, aut cardinale, quia ex eo nascuntur alia septem vitia, scilicet indignatio tumor, clamor, blasphemia, cõtumelia, opprobriũ, & rixa, iuxta Sanctum Thomam, [o] quem copiose defendit ibidem alter Thom. Alij addunt istis alias quatuor, scilicet maledictionem, seditionẽ, bellũ, & vindictã: sed maledictio ad contumeliam, seditio, & bellũ, ad rixã redigũtur: vindicta autem est proprius actus iræ.

Peccat

a 1.ad Corinth.6.
b 2.2.q.35 ar.1. ad 4.
c In c.qui sanctus, de pœn.dist.1.
d capit.16. nu.3.
e Libro 31. Moral.
f Recept.2. 2. q. 153. art.5.
g Sup.c.16
h In prælu. 4.nu.11.
i In præl.9. nu. 11. & c.11.nu. 4.
k cap.11. nu.20.
l Per ibid. dic.n.118.
m 2.2.qu. 158.
n Eod.cap. nu. 1.
o In dic.q. 158.art.7.

Peccat mortaliter circa iram, & filias eius primo, qui per eam transgreditur quintum præceptũ, de quo supra, ca. 15. consequenter, qui deliberate vult vindictam notabilem immeritam, vel maiorem merita, vel meritam auctoritate propria, vel contra iuris ordinem, vel principaliter in malum proximi, & non in bonum iustitiæ, quia hic est inordinatus actus iræ, per dicta, & præmissa supra proxime.

116 Secundo peccat, qui committit, prohibitum sub pœna mortalis, vel iussum sub eadem per indignationem inordinatam, qua debita subtrahitur affabilitas, aut per tumorem inordinatum quo qs nimis cogitationibus vindictæ tumet, vel clamorem inordinatum.

Dixi, *inordinatum*: quia hæc tria ordinata, non vitia, sed virtutes sunt. [a]

a Arg. not. in d. ca. 12.

Tertio, qui blasphemat eo modo, quo dictum est supra, [b] vel maledicit creaturæ irrationali quatenus creatura est, iuxta dict. ibidem.

b cap. 12. nu. 83.

117 Quarto peccat, qui ex animo deliberato maledicit imprecando sibi malum, cui non licet consentire, uel proximo malum notabile subratione mali, iuxta illud Apostoli, *Maledici regnum Dei non possidebunt*: & eo grauius, quò maiorẽ reuerentiam, cui maledixit debet iuxta illud, [d] *Qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur.* [e]

c 1. ad Corinth. 6.

d Exod. 21

e cap. plerũque 2. q. 7. & Gen. 9.

Dixi, *ex animo deliberato*: quia indeliberate, vel ore tantum maledicere, non est mortale, si vt communiter maledicũt parentes filijs, & coloni, & muliones bobus, & mulis: sufficit tamen id facere ex animo deliberato etiam momentaneo, licet illico pœniteat, sicut sufficit consensus deliberatus etiam momentaneus voluntatis ad quodcumque aliud peccatũ mortale, vt recte declarat Caietanus. [f]

f 2. 2. q. 76. art. 2.

Dixi, *sibi malum*, cui non potest consentire, quia imprecari sibi damnum boni, quod posset prodigere, nõ est peius, quam eius prodigitas, quæ non est mortalis, per dicta supra, eod. cap. num. 70.

Dixi, *notabile*: quia paruitas excusat, vt sæpe dictum est.

Dixi, *sub ratione mali*, quia sub ratione boni non est peccatum, ut imprecari aliquod malum auerso a Deo, vt ad eũ conuertatur, iuxta dicta. [g]

g Sup. c. 15

Quinto peccat qui maledicit diabolo ratione suæ naturæ, quia illa est bona, & a Deo facta, secus si ratione suæ culpæ, [h] & tradit Sanct. Thom. [i] modo nec plus, nec aliter quam meretur, per proxime dicta. [k] Qui autem maledicit ex animo dicẽdo trado, vel committo te diabolo, vel maledicit aliquam creatutam irrationalem, puta equos, mulos, boues, & alia sensibilia, aut ventos, aquam, caloré, frigus, lapidem, puluerem, arenã, & alia insensibilia, si id faciat, qua ratione sunt creaturæ Dei, blasphemat: si vero, qua ratione est res proximi, perinde est ac si proximo malediceret: si autem neutra prædictarum rationum id faciat, solum venialiter peccat: quippe qui rem vanã exoptat: cum neque bonum, neque malum conueniat rei rationis experti per se consideratæ: quæ resolutio est, S. Thomæ. [l] Quare confessarius debet interrogare confitentem si maledixit alicui rei, an id fecerit ore tantum, aut ore & animo, nulla ratione Dei, vel proximi habita, quibus casibus non est plusquam veniale: aut ex animo, ea ratione, qua est creatura Dei, quo casu est blasphemia, aut qua ratione est res proximi: quo casu perinde peccat, vel non peccat, ac si malediceret proximo: quis vero, & quomodo peccet per rixam, vindictam, seditionem, & bellum, quæ sunt quatuor filiæ iræ, Dixi, [m] & quis per contumeliã & opprobrium, alias duas eius filias. [n]

h Iob. 3.

i Vbi supra art. 6. ad 4.

k nu. 116.

l 2. 2. q. 66. art. 6.

m Sup. ca. 15.

n In c. 18. nu. 11.

DE INVIDIA QVINTO vitio capitali & eius filiabus.

118 *Inuidia quid, & genere suo mortalis.*

118 *Nemesis quid, & quæ mortalis.*

CIrca inuidiam est dicendum, *quod est vitium inclinans ad inordinate tristandum de bono alieno, eo quod suam excellentiam minuit*, iuxta Arist. [o] & S. Thomam, [p] quem pulcre Caietanus ibi defendit. Dixi, *inordinate*, ad excludendam tristitiam ordinatam, ad quam sæpe caritas inclinat, iuxta illud Matth. 5. *Beati qui lugent.* Dixi cætera, ad excludendam tristitiam de bono alterius eo, quod sit suum, quæ pertinet ad odium, & eam, quę est de bono alieno, quatenus est damnosum sibi, vel alteri, quæ potest esse

o 2. Retho.

p 2. 2. q. 36 art. 1.

esse bona,& mala: & eã,quæ nascitur ex eo, ꝙ ille indignus est eo, quæ pertinet ad indignationẽ,quæ est mala, iuxt.legẽ Christianã quãuis non ſm Aristot.vt dicit S.Tho.vbi supra,& ad includendã eã, quæ nascitur ex eo,ꝙ minuit excellentiã suam: & hæc solã pertinet ad inuidiam, quæ semper est peccatum,& suo genere mortale,ſm S.Tho. [a] quia est contrà caritatem inclinantem ad gaudendum de quolibet bono proximi,quatenus est bonum ei. Ratio vero cur inuidiæ vitium dr capitale est : quia parit alia quinque, scilicet,odiam,susurrationem,detractionẽ,in aduersis aliorum lætitiam, & prosperis tristitiam,iuxta Sanctum Greg. [b] declaratum per S.Tho. vbi supra art.4.

a ubi supra art.3.

b 31. Mor.

Peccat aũt mortaliter circa inuidiam, & filias eius primo,qui deliberato dolet de bono notabili proximi,scilicet scientia,honore,fama,diuitijs,fauore,veneratione, & id genus alijs,ea ratione, quod sua per illud excellentia diminuitur,per proxime dicta. Dixi, *Deliberato,& notabili*, quia surreptio & paruitas semper a mortali excusant,vt sæpe dictum est. [c]

c Præsertim in cap.11. num.4.

Secundo peccat mortaliter, qui tristatur eo, quod non sunt ei tanta bona tẽporaria, quanta alijs ob finẽ mortiferũ : quia eiusmodi finis omnem actũ efficit mortalem iuxta dicta. [d] Tristari autem de hoc ob finem venialem , est veniale tantum : & tristari ob bonum, virtus , si ceteræ circunstantiæ adsunt, sicut & tristari eo,quod careat virtutibus, quas in alijs videt ad finem eas quærendi iuxta mentem S.Thomæ vbi supra.

d In prælu. 9.nu.19.

Tertio peccat , qui deliberato tristatur eo,ꝙ Deus bona malis largitur:ꝙ est verum, si id faciat , diuinam in diuidendo bona prouidentiam incusando, secundũ omnes,quod explicat Caieta. [e] definiẽs idem de illo,qui proponit imitari malos in actibus mortalibus, vt fortunarum copia similis eis euadat,contra illud,[f] *Noli æmulari in malignantibus*, quæ oĩa tradimus,in capit.si quis semel, de pœnitent. distinctione secunda.

e Late.2.2. q.49.art.2 & in sum. ma , uerbo Nemesis.

f Psal.36.

DE GVLA SEXTO VITIO capitali,& eius filiabus.

119 *Gula quid, & habet quinque species, & quinque filias.*

120 *Gula non est edere carnes in terra aliena vbi id licet.*

121 *Ebrietatem scienter sibi,vel alij procurare,mortale.*

122 *Carne humana vesci non licet.*

122 *Antropophagi carnibus humanis vescuntur.*

DE gula dicimus primo,quod illa ex mente vtriusque Thomæ [g] & eius dem, & aliorum, [h] *est vitium inclinans, ad comedendum & bibendum inordinate :* & actus eius est esus & potus inordinatus,vel voluntas eum faciendi .

g 2.2.quæ. 148.art.1. & 150. artic.1.

h In 2.lib. sen.dist.41.

Secundo , quod quinque sunt species gulæ,iuxta S.Gregorium [i] contentæ in hoc versu.

Præpropere,laute,nimis,ardenter,studiose.

i 30.Mor. relatum in c. quinque, de consecr. dist.5.

Declaratæ per S.Thom. [k] ideſt, ante tempus , nimium aut nimio ardore, nimia festinatione, nimio apparatu,& nimio sumptu, quæ vtinam vtriusque gladij principes suis sanctis sanctionibus arcerent ab occupandis prouincijs , quas nondum occuparunt,expellerentque ab eis, quas occupatas adeo in carnalia desideria demittunt,vt ad ad cœlestia mẽtes erigere non sinant.

k In dicta q.48.

Tertio dicimus,quod gula dicitur vitium capitale, ea ratione, quia quinque fœdæ filiæ ex eo nascuntur:puta,Hebetudo mentis, Immoderata lætitia,Multiloquium,Scurrilitas,& Spurcitia.

Quarto dicimus,quod gula regulariter est venialis, etiam si absque vtilitate vsque ad vomitum etiam intentum sese quis cibo , & potu ingurgitet , vt sentit Caietan. in summ. verb. gula, quidquid dicant Angelus verb.munditia, & Sylue ster verb.gula incaute dicentes S.Antoninũ [l] affirmare hoc esse mortale : quod non affirmat .

l 2.par.tit. 6.c.4.§.6.

Dixi , *Absque utilitate* : quia ob illam licet sumere ad vomẽdum amplius, quã par est de consilio medicorum.

120 Quinto dicimus,quod est mortalis cum in ea vltimus finis ponitur,cum per eam aliquod præceptũ ad mortale obligans violatur: cum notabile damnum salutis propriæ, aut proximi infertur, aut procuratur:cum debita lege iustitię ob eam non soluuntur.

Sexto peccat,qui vescit carnibus, vel alio cibo vetito,in aliqua regione etiam

tempore,quo liceret ei vesci in sua:sicut e contrario nó peccat vescendo eis in regione, qua transit,vel in qua moratur:licet in sua id ei non liceret. Nauarrus enim, & Lusitanus vescentes in castella die Sabbato extremis vel interioribus partibus animalium, non peccant, licet in suis terris id eis non liceat. Castellanus autem idem faciens in Lusitania, vel Nauarra peccaret, per [a] illud vulgatum.

Si fueris Romæ Romano viuito more.
Et si sis alibi, viuito sicut ibi.

a cap.illa, 12.dist. qđ eius gl.probat.

Quidquid dicat Alexandrinus ibi, & quidam alij alibi, vt sentit Panormitan. in cap.consilium de obseru.ieiun.& Cardinalis, [b] Imola & Bonifac. & Porcius, [c] & alij alibi,quod & communis consuetudo seruat.Idemque seruandum est circa festa & ieiunia, & alia varia variarum terrarum præcepta.

b In clem. 2 q.5.de celebr.miss. et ibi.

c In §.sed & q princ. instit. de iure nat.n.26

121 Septimo peccat quis,cum se scienter inebriat,aut procurat alium inebriari secundum Sanctum Thomam, [d] quia notabiliter vult nocere alteri, & sibi esse nocumento, cui renuntiare non potest, volens se,vel alium rationis vsu priuare.

d 2.2.quæ. 150.art.1.

Dixi,*Scienter*: qa secus,si id fecit ignorantia qualitatis potus, vel inaduertẽtia nimietatis eius,quia tunc, aut nihil, aut solum venialiter peccaret. Idem est de scire debente, [e] vt quia consueuit tali, vel tanto potu inebriari, & eum bibit, non credendo se inebriatum iri: non quod iteratio actus ex veniali mortale faciat: sed quia consuetudo facit, vt ille scire debeat,se eiusmodi potu inebriatum iri, quod satis est secundum Caie. [f]

e l.quod te. ff. de rebus cred.

f 2.2.q.150 art.2.

122 Octauo peccat,qui humanis carnibus vescitur, vel præbet eas alteri edendas citra maximam necessitatem: e iam si neminem ob id occidat, nec occidi procuret,quia vt recte ait Caietanus,vt sola fœmina humana est ad copulam licitam apta, ita sola caro animalis irrationalis est licita,qua vescamur. Quare de more prouide Patres illustrissimæ Societatis Iesu renuunt baptizare Gentiles Antropophagos catechumenos, nó proponẽtes abstinere perpetuo a carnibus humanis,etiam in bello iusto interfectorũ: quia non sunt contriti, nec satis attriti, & consequenter non baptizandi. [g]

g ca.firmissime. 15.q. 1.& per dicta per nos supra,ca.1. nu.39.

123 *Hebetudo mentis,quæ mortalis.*
123 *Latitia animia,quæ mortalis.*
123 *Multiloquium, quod mortale.*
123 *Scurrilitas, & spurcitia,quæ mortalis.*

CIrca vero præfatas quinq; filias gulæ peccat mortaliter primo, qui pmentis hebetudiné se terrenis miscens, & a cœlestibus auocans conscientiam suam non discutit,quando,& quomodo præcepto tenetur, Ang.verb.hebetudo.

Secundo peccat mortaliter,qui ob immoderatam lætitiam, obscœnis cantilenis,verbis,aut gestibus vtitur,intendens inducere,vel credens,aut credere debẽs se, vel alium per eam inductum iri in consensum alicuius actus mortalis, cordis, oris, vel operis, vt recte declarauit Caietanus [h] & probatur per cap. [i] Idem de eo,qui saltat,choreas ducit,& irreuerenter psallit, aut canit, & præsertim in Ecclesijs,& cœmeterijs, [k] Maxime vero,si est sacerdos:nisi parum, & secreto id faceret, Arg.cap.clerici, de vit.& honestate cleric.

h 2.2.quæ. 184.art.6.

i Notum 1. q.1.& c.fi. de in iur.

k Arg.c.cũ decorem de vita & honest.cler. et eorum,quæ diximus in repet.capit. quando, de consecr.dist. 1. & supra c 18.nu.75

Tertio peccat mortaliter,qui multiloquio in irreuerentiam Dei notabilẽ vtitur:aut adeo eo delectatur,vt paratus sit id præferre implemento alicuius præcepti,secundum Sanctum Anton. [l]

l 2.par.tit. 6.c.4.§.4.

Quarto,qui per scurrilitatẽ,vel spurcitiã vestes valde impudicas gestat, aut alias intentione expressa,vel tacita prouocandi ad luxuriam, vel alium finem mortalem,per prædicta.

DE ACCIDIA SEPTIMO vitio capitali, & eius filiabus.

124 *Accidia quid,cur ita,& pigritia dicta filias quinque par.t.*
125 *Desperatio filia accidiæ,q̃ mortalis.*
125 *Pusillanimitas filia accidiæ, quæ mortalis.*
125 *Rancor filia accidiæ,qui mortalis.*
125 *Euagatio mentis quæ mortalis.*

DE accidia dicendum primo, quod illa generaliter sumpta continet, *omnem tristitiam de quocunque spirituali bono*, secundum S.Tho. [m] sed sumpta specialiter, vt hic sumitur,est contraria caritati,& definiri potest,*esse vitium inclinans ad tristandum de bono spirituali diuino,quatenus est diuinũ in eo qui tristatur*, &m mentẽ vtriusque Thom. vbi supra.

m 2.2.qu. 63.art.2.

Dixi,

Dixi, *De ſpirituali*, ad excludendum triſtitiam de bono temporali.

Dixi, *Diuino*, ad excludendum triſtitiam de bonis ſpiritualibus virtutum moralium.

Dixi, *Quatenus eſt diuinum*, quia cõtriſtari de eo quatenus eſt laborioſum, vel aliorum operum impedimentum, nõ eſt accidia, vt aduertit vterque Thomas vbi ſupra.

Dixi, *In eo qui triſtatur*, quia triſtari de eo, quatenus eſt in ipſo Deo, pertinet ad odium eius, & quatenus eſt bonum diuinum in ipſo pertinet ad accidiam, vt ſubtiliter, conciliando S. Thom. ſibi ipſi, diſtinguit ibidem Caiet. Nam bonum ſpirituale diuinum, vt eſt in homine, conſiſtit in caritate, & amicitia inter ipſum & Deum, qua ſe conformat ei, volendo ea quæ ipſe vult, & gaudendo colloquio, & conſuetudine eius, tamquam veriſſimi, & ſupremi amici, & patris, [a] *reuelando ei cum delectatione viam ſuam, & dicẽdo:* [b] *Proba me Deus, & ſcito cor meum, interroga me, & cognoſce ſemitas meas, & vide ſi via iniquitatis in me eſt, & deduce me in via æterna.* Cum ergo quis triſtatur, & eũ tædet eiuſmodi colloquij, ſermonis, & gaudij, hoc peccatum committit, cognatum odio Dei, ſuo genere omnium peccatorum grauiſſimo, ſecundum San. Thom. [c] vt ſupra dictum eſt. [d] Quare etiam hoc peccatum eſt valde graue, ge nereque ſuo mortale, cum deliberato, & aduertente animo admittitur, quod raro videtur contingere. Ex quo infertur, merito vitium hoc vocari accidiam, qa vt acidum frigefacit, & tepefacit calorẽ, ita hoc amorem, & deſiderium boni diuini ſpiritualis ſui, in animo iam aliunde excitatum: & actus ille ſic triſtandi, ſiue triſtitia inordinata, eſt actus, ſeu peccatum accidiæ.

Ex quibus infertur, primo quod qui triſtatur de bono ſpirituali aliarũ virtutum moralium, veluti de reddendo ſuũ alteri quod eſt bonum iuſtitiæ, aut moderato eſu, & potu q̃ eſt bonũ temperãtiæ, &c. non peccat hoc peccatũ, ſed vitij cõtrarij virtuti, de cuius bono tractatur.

125 Secundo, quod ratio, cur hoc vitiũ dicatur capitale ſeu principale, eſt, quia ex eo ſex improbæ filiæ naſcuntur, iuxta B. Gregor. [e] declaratum per S. Thom. [f] ſcilicet Deſperatio, Puſillanimitas, Torpor animæ, Malitia, Rancor, & Euagatio mẽtis. Ratio vero cur a vulgo vitiũ hoc appelletur pigritia, licet incaute qa omnem ignauiam & tarditatem ſignificat, videtur eſſe quod facit hominem pigrũ ad bonum diuinum proſequendum, ea ratione, qua vt delectantia ad ſui proſecutionem mouent, ita contriſtantia remouent, iuxta illud Ariſtot. [g] *Delectatio tenet operantem in opere.*

Peccat autem mortaliter circa accidiam, & filias eius primo, qui per eam omittit aliquid ſub pœna mortali præceptũ, vt communionem, miſſam, vel preces horarias, non tñ inducit circunſtantiam neceſſario confitendã, ſufficit enim confiteri, quid omiſerit, non exprimendo, quod per accidiam id fecerit.

Dixi, *Præceptum*, quia omittere aliud ad ſummum eſſet veniale ex mente Archidiaconi & Cardinalis S. Sixti. [h]

Secundo peccat mortaliter, qui per accidiam, vel prigritiam, vel aliam negligentiam, vel non ediſcit, vel non credit ea, quæ de precepto mortifero ſm ſuum ſtatum tenetur, de quibus ſupra. [i]

Tertio, qui deſperat peruenire in vltimum finem, nempe beatitudinem, & viſionem intuitiuam Dei, & vitam æternam, iuxta dicta, [k]

Quarto peccat, qui tranſgreditur aliquod præceptum mortiferum per puſillanimitatem, qua fugimus ardua: vel per torporem, quo fugimus mediocria, vel per rancorem, quo indignamur in bene monentes, vel per malitiam, qua nos bonorum ſpiritualium tædet, vel per euagationem mentis, qua fugiendo ſancta diuertimus in illicita: quod tamen, vt prædixi, non addit peccato circunſtantiam neceſſario confitendam, quod ob hæc ſit transgreſſus.

De peccato in Spiritum Sanctum.

126 *Peccata in Spiritum ſanctum ſunt deſperatio, præſumptio, impœnitentia, obſtinatio, impugnatio agnitæ veritatis, & inuidia fraternæ gratiæ, & cur irremiſſibilia.*

PEccatum in Spiritum ſanctũ aliquo nomine accidiæ cognatum, definiri poteſt

a Pſal. 36.
b Pſal. 138.
c 2.2.q.34 art. 2. & q. 39. ar. 2. ad 3. & 1.2.q. 37. artic. 4. ad 3.
d capit. 11. num. 13.
e 31. Mora.
f 2.2.q.35. art. 4.
g 8. & 10. Ethic.
h In ca. qui bona, 17.q. 1.
i cap. 11. n. 18. & prælud. 3. nu. 16.
k In prælud. 4.

poteſt ſecundum mente Magiſtri & recentiorum communiter,[a] & S. Thomæ,[b] & gloſſæ,[c] & aliorum alibi, *eſſe peccatum contra bonitatem Spiritus ſancto attributam commiſſum.* Sicut enim quod committitur ex infirmitate, dicitur contra patrẽ, cui attribuitur potentia: & commiſſum per ignorantiam contra filium, cui atrri buitura ſapientia: Ita commiſſum per malitiam dicitur contra Spiritum ſanctum, cui attribuitur bonitas. Peccatum autem in Spiritum ſanctum eſt ſeptuplex. Deſperatio, qua tollitur ſpes venię. Præſumptio, qua impedit bonus timor. Impœnitentia, qua fugatur dolor præteritorum. Obſtinatio, qua omittitur cautio futurorum. Impugnatio agnitæ veritatis, qua relinquitur cognitio veritatis. Inuidia fraternæ gratiæ, qua de gratia proximi quis triſtatur. Quodlibet enim horum ſex peccatorum tollit medium veniæ a bonitate Spiritus ſancti conſequẽdę, & dicunt irremiſſibilia, Matt. 12. non quidem quia ſit vllum peccatum, q̃ vere contrito non condonetur,[d] ſed q̃ hæc ſecundum ſuam naturam repellunt media & principia, quibus remmittũtur peccata, videlicet ſpem, timorem, dolorem, &c. vt tradit S. Thomas, vt ſupra articu. 3. Quamobrem merito dicuntur grauiſſima, quoties pars animę ſuperior conſentit in eis: alias enim ſolum ſunt venialia: quia ſubreptio in omni materia excuſat a mortali.[e]

a In 2. libr. ſen. diſt. 43
b 2.2.q. 14 art. 1.
c c. ſi ſacer. ſub fin. de pœn. diſt. 1.
d cap. quia dnuinit. de pœnit. diſt. 1. & ca. ne mo, de pœn. diſt. 7.
e ca. ſed pen ſandũ, diſ. in 6. & per ſæpe dicta p̃ ſertim c. 11. num. 4.

DE QVINQVE SENSIBVS exterioribus, & de operibus miſericordiæ. Cap. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Senſus exteriores quinque, & quis eorũ vſus malus, & mortalis.*
2 *Miſericordia quid, & eſt virtus moralis maxima.*
3 *Eleemoſynæ actus miſericordiæ, cur dicatur caritatis.*
4 *Miſericordiæ opera ſpiritualia ſeptem, corporalia totidem.*
5 *Eleemoſyna ſpiritualis præſtat corporali, quando vtraque præcepta, & 8.*
6 *Superfluum duplex, naturæ tantum, & naturæ, & ſtatus.*
7 *Status decenter conſeruandus, vel mutandus.*
7 *Reſtitui cur non debeat damnum ob eleemoſynam denegatã conſecutum.*
8 *Eleemoſyna potius in vita, quam poſt eam agenda.*
9 *Eleemoſyna ſpiritualis quando cum vita periculo præcepta. nu. 10. & 11.*
9 *Animæ proximi ſalus præferenda corporis ſaluti.*
10 *Franciſcus Azpilcueta & Xauer Societatis Ieſu laudatur.*
11 *Eleemoſyna a danda egenti extreme nullum votum excuſat.*
12 *Conſilium doloſum vel damnoſum, quod mortale.*

IN præludio ſecundo dictum eſt, quinque eſſe ſenſus exteriores, per quos veluti per quaſdam feneſtellas omniũ externorum ſpecies, ſiue ſimilitudines in animos noſtros intromittũtur, videlicet viſum, auditum, tactum, guſtum, & olfactum, cum multis alijs ad eos pertinentibus: de quibus dicendum primo, quod eorum vſus ſuo genere indifferens eſt, ordinatus quidem bonus: inordinatus vero malus. Ordinatus eſt, quem omnes circunſtantiæ ad actum bonum neceſſariæ circunſtant. Inordinatus vero contra, cui aliqua deeſt: iuxta definitionem actus boni.[f] Eſt autem mortalis, cum ei conuenit definitio peccati mortalis, poſita ſup. prælud. nona. Venialis autem cum non conuenit illa ei, & deeſt aliqua circunſtantia ad bonitatem neceſſariã.

f Poſitã in prælu. 7. n. 1.

Quare per hos ſenſus ille ſolus, & omnis peccat mortaliter, qui videt, audit, olfacit, aut guſtat aliquid, tranſgrediẽdo aliquod præceptum obligans ad mortale: aut, vt aliquod horũ faciat, ſe, aut aliũ, periculo probabili mortaliter peccandi obijcit, aut infert damnum notabile animę, ſaluti, honori, aut bonis proximi, aut animæ, aut ſaluti propriæ, perproxime dicta: Et ideo non videtur neceſſe interrogare aliter pœnitẽtem de peccatis per hos ſenſus patratis, nec vt ipſe confiteatur, tamquam facta per eos: quia non inducunt circumſtantiam neceſſario cõfitendam, vt dictum eſt cap. proximo de peccatis accidiæ, & filiarum eius.

2 Secundo dicendum, quod ex mente S. Auguſt. 9. de ciuit. Dei, & S. Tho.[g] miſericordia eſt *virtus moralis, inclinans ad mi-*

g 2.2.q.30. art. 1. 2. & 3.

miserendum ordinate patientis aliquod malum, vel defectum, & ei subueniendum.

Dixi; *Virtus moralis*: quia non solum est talis, sed maxima earum, quæ dirigũt ad proximum, vt idem ibi probat art. 4.

Dixi, *Ordinate*, quia misereri inordinate, etiam ad subueniendum vitij est.[a] Dixi, *Subueniendum*, quia misereri ad puniendum, etiam ordinate pertinet ad iustitiam.[b]

3 Tertio dicendum, quod interdum actus, & opera misericordiæ, vocãtur etiã opera caritatis:[c] quia licet immediate procedant a misericordia, mediate tamen frequentissime procedunt a caritate, quatenus amor proximi ex ea immediate procedens, est causa miserendi, & volendi ei subuenire. Vocantur etiam eleemosyna: nam verbum, eleemosyna, vt in dic. comment. diximus, interdum accipitur pro re spirituali, vel temporali, qua necessitati alicuius subuenitur,[d] & in illo, Matth. 6. *Cum facis eleemosynam, &c.* & in illo, Luc. 11. *Date eleemosynam, &c.* & interdum accipitur pro actu virtutis, quo fit illa subuentio, secundum mentẽ S. Tho.[e] & eiusdẽ, S. Bonau. & aliorum,[f] & nostrorũ, in d. c. tria, & aliorum alibi: nam verbum, eleemosyna, idem sonat q̃ miseratio. Sicut enim hoc verbum Latinum deriuatur ab illo verbo latino, misereor, ita illud Græcum ἐλεημοσύνη ab ἐλεέω verbo Græco, q̃ sonat misereor.

4 Quarto dicendum, quod cum malorum, & defectuum alia sint corporis, alia spiritus, duplicia sunt opera, seu actus misericordiæ, siue eleemosynæ. Altera corporalia, contenta in illo versu declarato per S. Tho.[g] & per Archidiaconum, in dict. cap. tria, scilicet.

Visito, poto, cibo, redimo, tego colligo, condo.

Id est, esurientem pasco, sitientem poto, captiuum redimo, nudum operio, peregrinum hospitor, ægrotum visito, mortuum sepelio. Altera spiritualia, contenta in illo altero versu per eosdem declarato, scilicet.

Consule, castiga, remitte, solare, fer, ora.

Intelligendo per consule, etiam doce, id est, indigenti consilio consule, ignorantẽ doce, tristem consolare, peccantem corrige, offensam remitte, onerosum porta, ora pro alio. Et quamuis inueniantur alia mala, & alij defectus, ratione quorum miserendum sit: vt frigus, & æstus: nõ tamen ideo hæc diuisio antiqua omittenda est, quod quidam nouatores faciunt. Tum quia alia possunt reduci ad hæc. Tum quia hæc sunt communiora, & frequentiora.

5 Quinto dicẽdum, quod misericordia, seu eleemosyna, siue sit spiritualis, quæ melior est corporali, iuxt. S. Aust. in dic. c. duæ, & S. Thom.[h] siue sit corporalis, est de consilio, vel saltem non de præcepto obligante ad mortale, exceptis duobus casibus. Alter est, cum quis habet superflua naturæ, & occurrit, & petit ab eo aliquis egens extreme.[i] Alter, cum quis habet superflua naturæ, & status, & est alius egens necessarijs ad suum statum, vt sentit S. August.[k] & S. Ambrosius,[l] & S. Thom:[m] quod probatur per adducta ab eo, & a Caieta. ibid. & neruosius in secundo tomo de præcepto eleemosyn. quæ. sexta & Maiore,[n] quamuis Panormitanus communiter receptus, in cap. si vero, de iureiuran. S. Antoninus[o] & suma Rosella verb. eleemosyna oppositum teneant, non recte S. Thom.[p] intelligentes: quorũ tamen opinio est vera, quo ad hoc, vt non teneatur alicui occurrenti egenti: tenetur tamen illi, vel alij qnem elegerit, vt clare resoluit S. Thomas.[q] In quibus tamen duobus non est de præcepto subuenire donando, sed satis est subuenire commodando, uel mutuando, vt diximus.[r]

Extreme autem egere dicitur, non solum qui iam animam agit, vel spirat: sed etiam cum indicia probabilia apparent eo deuenturũ, nisi ei subueniat̃, & nõ se offert, nec exspectatur probabiliter alius, qui ei subueniat, iuxta S. Thos & declarat Caiet.[t] Quo fit, ut ratione necessitatis extremæ nõ possit defendi opinio Soti, dicentis[u] ei, qui est in periculo amittendi suum honorem, de præcepto esse subueniendum. Tum quia ipsemet[x] dicit, & bene hominem esse dominum sui honoris, & famæ, ad condonandũ communiter cum merito, ei qui ademerit, quãuis alia ratione infra[y] defendatur.

6 Sexto, quod superfluũ naturæ, de quo sup. dicit omne id quod alicui supereſt, demptis necessarijs ad vitam suã, & suorum. Superfluum vero status est id, quod supereſt alicui deductis necessarijs

a ca. est iniusta misericordia 32 q. 4.
b ca. omnis & cap. quemẽdat. 43 dist.
c cap. inter operæ caritatis. de spõs. & cap. duæ 45. dist.
d Vt in cap. tria, et in c. duæ. 45. di.
e 2. 2. q. 32. art. 1.
f In 4. libro sen. dist. 15.
g 1. 2. q. 32 art. 2.
h dict. q. 32 art. 3.
i ca. pasce. 84. dist. l. ne care, ff. de liberis agnoscend.
k In ca. qd dicã 14. q. 4. c. hospitales. 25. dist.
l in c. sicut hi 47. dist.
m 2, 2. q. 32 artic. 5. & quodlibet 8. art. 12.
n In 5. dist. 14. q. 5.
o 2. par. tit. 1. cap. 14.
p In d. ar. 5
q In d. qdlibet. art. 12.
r Sup. c. 17. num. 61. & in tract. de reditibus ecclesiast. q. 2. monit. 3.
s In 4. dist. 15. q. 2. art. 4. q. 4.
t In dicto tract. c. 2.
u lib. 5. q. 3 art. 4. de iustit. & iur.
x lib. 4. q. 6. art. vbi sup.
y Eo. n. 17.

ad vitam, ſtatumque decentem ſuum, & ſuorum habita ratione caſuum, nō omnium, qui contingere poſſunt: ſed eorum qui probabiliter timeri, uel exſpectari debent, ſecundum omnes quibus Caiet. addit, & ad eundem etiam ſtatū pertinēt ea, quæ neceſſaria ſuſtentandis filijs, filiabus, mancipijs, famulis, hoſpitibus, cō/uiuijs, muneribus honeſtis, & magnificē tijs moderatis: ſed & ſentit S. Tho. & exprimit Caiet. vbi ſup. & melius Sylueſt.[a] quod neceſſarium ad ſtatus decentiani, non conſiſtit in puncto indiuiduo: ſed habet latitudinem eo maiorem, quo maior eſt ſtatus: quia in vno erit decē plus, aut decem minus: in alio centum plus, centum minus: & alio mille plus, mille minus, &c.[b] & iuxta ea, quæ de pretio iuſto pio, mediocri, & rigoroſo dicta ſūt.[c]

a Ver. elee moſyn. q. 1. §. 3. i Roſa aur. caſ. 53

b Arg. l. 1. ff. de tur. de lib. & c. de cauſis, de offic. deleg.

c Sup. c. 17. nu. 128.

Septimo dicendum, quod ex hoc ſequitur, facile iudicandum non eſſe, aliquem ſecularem plura, quam quæ ſuo ſtatui neceſſaria ſunt habere: cum etiam ille, qui ad aliquod dominium emendū, & mutuandum ſuum ſtatum in aliū maiorem, ad quem idoneus eſt, pecunias congerit, non habet plus, quam ſuum ſtatum deceat, vt dictum eſt.

d ca. præce. nu. 73.

Dixi, [d] *Secularem*: quia Eccleſiaſtici non poſſunt in tot fines, ac illi pecunias coaceruare, vt infra ſeq. cap. attingetur. Sequitur item Roſellam ſine iuſta ratione dixiſſe paucos diuitum confeſſarios ſaluatum iri, ſi eleemoſyna in prædictis duobus caſibus de præcepto foret: non enim tot ſunt, quot putat, huiuſmodi diuites, quibus ſit ſuperfluum ſtatus, cū nec Reges, & magni Principes, qui habent theſauros ad bella, quæ probabiliter contra ſuas reſpublicas timent, aut quæ pro illis gerere debent, ſuperflua habere cenſeantur.

7 Octauo dicendum, quod nemo tenetur ad dandam eleemoſynam de ſuo ſtatui decenti neceſſario, niſi egenti extreme: quia quiſque debet decenter viuere, aut ſtatum ſuum in alium mutare, vt ſingulariter S. Thom. docuit,[e] pro quo eſt cap. quorum.[f]

e In d. q. 31 art. 6.

f 24. q. 1. et princip. c. 1 & 2. 41. di ſtin.

Nono, quod quamuis nō ſoluens debī tum, quando, vbi, & quomodo debet, ad reſtituendum damnum, quod ex illa mora creditor accipit teneatur, iuxta ſupra dicta,[g] qui tamen pauperi eleemoſynā non dat, etiam ſub peccato mortali debitam, nō tenetur ad reſtituendum ei illam eleemoſynam, nec damnum, quod inde illi proueniet, quia, vt latius[h] dixi mus, caritas non obligat ad reſtituendū illud, ad quod alicui dandum, aut facien dum, ſub pœna peccati mortalis obligat, iuxta Alexandrum Alenſem[i] & cōmunem, quā pulchre defendit Adrianus,[k] concludendo ad reſtitutionem nō teneri eum, qui cū verbis, aut factis poſſet, furtum & damnum proximi nō impediuit: niſi ex officio, & iuſtitia ad id teneatur. 8 Omittimus autem hic gratia breuitatis encomiō eleemoſynæ, quam ſibi gratiſſimam eſſe Chriſtus ipſe teſtatus eſt,[l] & per totam ſuam ſacram Scripturam, & ſuos ſacros doctores, quorū ſummus Auguſtinus in ſerm. 4. ad fratres in Eremo, ſic dixit: *Non memini me legiſſe aliquē male mortuum fuiſſe, qui uiuens opera pietatis bene exercuerit.* Quibus adde, ſi placet ea, quæ ſcripſimus, in cap. medicamini de pœnit. diſt. 1. Quare, ut alienum eſt ab omni iuſtitia, per fas, & nefas, quo iure quaue iniuria coaceruare diuitias, ita quoque a prudentia Chriſtiana ſeruare illas, eleemoſynis dum vita manet parcendo, & ad hæredes relegando, iuxta illud Agonis glorioſiſſimæ eiuſdemq; patronæ noſtræ Luciæ ad matrem.

Res ſeruata perit, miſeris data porrigit alas
Ad ſuperos: alæ duplices, argentea laua,
Aurea dextra, Sviamque datori ad deſtera pandit.
Certa præit viuos pietas, incerta ſepultos
Conſequitur: nam quod noſtri eſt dum Svita ſuperſtes,
Arbitrii, mox eſt alieni, vt vita receſſit.

Non eſt item benignitatis Euangelicæ, imo neque humanitatis Ethnicæ paupere petentem a ſe aſperis verbis repellere, etiam cum ad largiendum ei eleemoſynam nō tenemur: licet non ſit mortale, iuxta S. Auguſtinum,[m] quamuis enim non debeatur eleemoſyna realis: debetur tamen benigna reſponſio, vt recte aduertit Maior.[n]

g cap. 17. num. 24.

h In repe. c. inter verb. 11. q. 3. con clu. 6. & in tract. de reditib. eccle. q. 2. mon. 2 i 3. part. q. 87.

k In 4. de reſtit. q. 1. col. 9.

l Luc. 11. et Matth. 25.

m cap. unū ſub. fi. 2. di.

n In 4. diſ. 13. q. 7.

9 Circa vero prædicta opera miſericordiæ, ſiue eleemoſynæ peccat mortaliter primo, qui habens ſuperfluum, etiam tātum naturæ, non cibat, potat, vel veſtit egentem extreme, & occurrentem.

Dixi,

Dixi, *Occurrentem*, quia non tenetur quis quærere alios: niſi id ei ex officio incumbat, per prædicta. Idem de non redimente, ſaltem mutuando captum, quẽ credit alias iniuſte occiſum iri. Idem de non viſitante, non hoſpitante, non ſepeliente, cum extrema neceſſitas proximi ea exegerit, per ſupradicta. Per quod reſpondetur ad noue quæſitum, quod non tenetur ſub culpa mortali quærere eiuſmodi egentes in carceribus, hoſpitalibus, & alijs locis.

Secundo peccat mortaliter, qui grandi, licet non extrema, neceſſitate preſſo, non fert opem neceſſariam, quam commode ferre poteſt, & credit, neminem aliũ eam ei laturum, per dicenda infra.

Tertio peccat mortaliter, qui non facit aliquam de ſeptem eleemoſynis ſpiritualibus prædictis eius extremam neceſſitatem, quo ad animæ ſalutem patiẽti: etiam ſi id non poſſet abſque iactura vitę corporalis facere, quia tenetur quis præferre animam proximi ſuo corpori, vt probat vterq; Thom. [a] Raro tamen eiuſmodi neceſſitatem patitur Chriſtianus, vt diximus, [b] quum per contritionem abſque alia ope ſaluari poſſit. [c] Patitur tamen illam, qui exiſtens in culpa mortali, & proximus morti, putat ſe quia peccatorũ attritione ſaluum fore: & ideo nõ curat eam augere: ad perfectionem neceſſariam, [d] tunc enim videtur extreme indigere doctrina de vera contritione. Eandem etiam neceſſitatẽ patiuntur paruuli Chriſtianorum morti proximi exiſtentes apud infideles, vel apud fideles neſcientes baptizare.

Dixi, *Chriſtianorum*, quia ſm ſententiam S. Thomæ receptiorem, [e] filij infidelium adhuc expertes rationis, ſine parentum conſenſu non debent baptizari. 10 Eandem etiam pati dici poſſunt multi Gentilium in Indijs Braſiliæ, & Peru, morti propinqui, qui conuerterentur, ſi fide Catholica erudirentur. Qualem habuiſſe ſatis videtur arbitratus magnus ille Dei ſeruus Magiſter Franciſcus ab Azpilcueta, & Xauier, unº ex primis decem Illuſtriſſimi, vtiliſſimiq; noſtro ſeculo ordinis Societatis Ieſu, cognatus noſter, & amiciſſimus, Gentiles cuiuſdã Inſulæ, ad quibus prædicandum per varios caſus, variaq; diſcrimina rerum, cũ probabili periculo vitæ profectus fuit, [f] qui poſtea ibi, & alibi Euangelio magno cũ fructu prædicato, anno 1552. traiecit in ampliſſima Chinarum regna literarum ſtudijs, & ſeculari politia florentiſſima, Tartariæq; vt creditur cõtermina: quãuis etiã licite, & heroice potuit ille eiuſmodi pericula ſubire pro animarum illius gentis ſalute: licet non iudicaſſet eã in extrema neceſſitate conſtitutam, nec ſe ad id de præcepto obligatum: vbi admirabili cum exemplo cruces noſtras tolendi, & Chriſtum Opt. Max. crucifixũ ſequendi, vitam Apoſtolicam mortalẽ, quæ illi quoddam martyrium iam inde ab initio prædictæ Societatis fuit, cum immortali commutauit. Cuius rei Altiſſimus, cui tam feruenter in ſeruiuit, multa ſigna dedit, corpus eius in dura caſa montis aſperrimi ſolitarie mortui illeſum præſeruando: Luſitanoſque aliquot caſu illuc appellentes nullo alio vinculo quam caritatis coniunctos mouendo, vt terras ſibi vetitas intrare auſi quærerẽt illud: quæſitumq; naui inferrent: in eaq; ad Goam bis mille leucis, & a Luſitania quatuor millibus diſtantem tranſueherent. Mouendo item innumeram multitudinem, primum Malacę, deinde Goę, ad excipiendum eum de naui honorificentiſſime, & reponendum in Eccleſia, ſimul magna deuotione colendum, vt & nunc colitur. exemplo ſuo adhortans nos omnes, ut Deũ Opt. Max. ex animo oremus & flagitemus, quo multos tanto muneri aptos efficiat, eiſque fortem animum inſpiret commigrandi eo, vbi tanta meſſis, & tam pauci ſunt operarij: vbi etiam ipſe iam pridem vitam finiſſem, niſi ille, quando Vlyſſippone diſceſſit, me iam ſeneſcentem, laboribus animo ſuo conceptis imparem iudicaſſet, ſcribens, vt abſentiam patienter ferrem in terris, præſentiã ſperans in cœlis, Amẽ. Quæ prædicta conſequitur primo eum, qui non eſt parochus, nec prælatus, non teneri cum probabili periculo vitæ ſuæ corporalis ad inuiſendum peſtilentia, aut morbo contagioſo infectum, & in extrema neceſſitate vitæ corporalis cõſtitutum: quamuis ſecus, ſi in extrema ſpiritualis verſaretur, in quod reſoluendum eſt, quod dicit Gabriel in quodam ſermone.

a 2.2.*q.*26 *art.*5.*ad* 3. *q.*32.*art.*5. *&* 6.

b In c.inter uer. 11.*q.*3.

*c cap. dixi. & ca. magna, de pœnit.diſt.*1.

d Iuxt.d.c. 1.*num* 1.

e 2.2.*q.*10. *art.* 12.*et* 3 *part. q.* 68. *art.* 10.

f Vt copioſiº in repet ca. ſi peccauerit 2.*q.*1.*ex plicuimus.*

11 Secundo, nullo statu, voto, aut præcepto humano excusari quem, si alioqui potest, a subueniendo proximo in extrema necessitate constituto: adeo quidem vt etiam clericus religiosus debeat detegere proditiones, & coniurationes contra Rempub. factas: & si opus fuerit in remedium etiam coniuratores ipsos: nec fiet irregularis, licet ob eas illi morte plectantur: modo id faciat protestatus, se id facere, vt periculo imminenti citra sanguinis pœnam obuietur, [a] quod recte adnotauit Caietanus. [b]

Tertio sequitur, magna laude dignos esse, qui sæuiente peste ægrotantibus spiritualia ministrant, licet ad id nõ teneãtur per ibidem dicta.

Quarto peccat mortaliter, qui consulit mortale aliquod proximo, aut dolo vel culpa lata aliquid notabiliter noxiũ, per prædicta, [c] nisi id faceret, quo minus peccaret, iuxta S. Augustinum. [d] Quædã hic antea posita de nõ docente, de ignorantia, consilio, rancore, tristitia, & oratione prætermittimus, ne supra opportunius dicta repetamus.

a Iuxt. cap. prælatis, de homic. li. 6.
b 2. 2. q. 33. art. 7. relatus supra c. 18. nu. 54.
c capit. 14. num. 28.
d Relatum in cap. si qđ verius. 3. q. 2.

DE CORRECTIONE fraterna.

12 *Correctio fraterna quid, & qui ad eam teneantur.*
13 *Correctio fraterna de solis mortalibus facienda.*
14 *Correctionis fraternæ ordo, & quando non seruandus.*
14 *Corrigens intentione mortali, vel cum damno notabili, vt peccat.*

DIcendum primo, quod fraterna correctio vna de septem eleemosynis spiritualibus, *est monitio proximi secreta, aut coram testibus, ut se a peccato emendet,* [e] ad quam pręcepto naturali tenemur omnes, etiam infideles, & etiam Euangelico Matt. 18. omnes fideles, prælati, & subditi, iusti, & peccatores: quamuis magis prælati, quam alij: & qui maioris sunt auctoritatis, quam qui minoris, modo quatuor concurrant. Primum, quod certum sit proximũ peccare peccatum mortale, vel veniale periculosum. Secundũ, ꝙ speretur emendatio: aut saltẽ non timeatur deterioratio. Tertium, opportunitas non solũ personæ, ita quod magis ipse, q̃ alij ad id teneatur, saltẽ considerata eorũ, ad quos id magis spectat, negligẽtia: sed etiam temporis, quæ colliguntur ex vtroque Thoma, [f] Adriano, in 4. de correctio. frater. Soto, [g] Innoc. Panormitano & alijs, [h] Archidiacono & alijs præsertim Turrecremata, [i] quamuis de nõ nullis horum inter illos sit controuersia, quam tollere, in dicto cap. si peccauerit nisi fuimus. Quartum, vt ea commode fieri possit, id est, absque damno notabili salutis, honoris. famæ, & fortunarum corrigentis: nisi emendandus sit in extrema eiusmodi correctionis necessitate, quod raro contingit per supradicta. Nec (quid quid aliqui dicant) excusatur quis ab ea facienda, eo quod sit in peccato mortali, cum nemini sua malitia prodesse, aut bonitas nocere debeat. [k] Cumque quilibet possit ope diuina (quæ numquam faciẽti, ꝙ in se est, denegatur) suorũ peccatorũ pęnitere, & eorũ ueniã cõsequi. [l]

e Arg. c. nouit. de iud. & c. si peccauerit, 2. q. 1.
f 2. 2. q. 33. & S. Thom. in 4. li. sen. dist. 19.
g lib. de rat. teg. membr. 2. q. 2.
h In c. de nouit. de iudi.
i In c. si peccauerit. 2. q. 1.
k cap. 1. de post. præl. l. itaq; fullo. ff. de fur.
l cap ponderet. 60. dist.

Secundo dicendum, quod ex his sequitur responsio ad noue quęsita primo ꝙ non peccat quis peccato mortali omissione correctionis, eo quod non corrigat eum, qui per ignorantiam probabilem die ieiunij, vel festi non ieiunat, vel non audit missam: quia in eo non peccat ille mortaliter, nec venialiter, periculose, quo cessante, cessat præceptum de corrigendo, per prædicta. Secundo, quod peccat, si non corrigit eum, qui peccat ex ignorantia non probabili, uel fragilitate: præsertim quum id commode facere potest, iuxta posita, infra num. 23. Tertio, non peccat negligentia corrigendi, qui transiens per terram hæreticorum, non reprehendit eos tractantes sacramenta, vel imagines irreuerenter, vel docentes, aut prædicantes hæreses, si nulla est ei spes emendationis, imo timor auctioris mali, quia deest secundum eorum quatuor, quę dicta sunt ad obligationem corrigendi requiri.

13 Ex quibus sequitur, quod quamuis laudabile sit corripere proximũ de peccatis venialib. puta risu in ordinato, sermone otioso, nimia audiẽdi curiositate: nõ tñ est mortale id nõ facere, iuxta S. Anton. [m] Cõfessarius aũt nullatenus, nec publice, nec secreto dẽt corripere quẽquã de peccatis ab eo sibi cõfessis, vt recte monuit Sotus, [n] & probatur copiose

m 2. par. ti. 16. cap. 6.
n Vbi supr. mẽb. 2. q. 2.

per

per ea, quæ dixi, [a] nisi pœnitens significaret id esse sibi gratum, inducendo colloquia, vel consulendo super eis. Sequitur item, non esse interdum peccatum, imo meritum, differre correctionem cuiuspiam, quousque in maius delabatur, quo aptius correptus emẽdetur ab vtroque Dixi, *Interdum*: vt cum is, qui debet corrigere probabiliter credit eum, qui peccauit per negationem peccati, vel aliquas alias circumstantias eius non emendatum iri, si tunc corrigatur: & si ex spectetur alius casus, in quo deprehens⁹ corrigatur, sic quia hoc effectu, est temporis opportunitatem exspectare. Qua consideratione excusari videntur, qui pueris ad furtum, & alia vitia procliuibus permittunt occasiones in ea labendi, vt in eis comprehensi vtilius castigari queant.

14 Tertio dicendum, quod ordo corrigendi est, vt primum secreto, & fraterne peccans corripiatur. Deinde, si se ob id non emendat, coram duobus testibus, & postea iudici denuntietur, [b] nisi damni periculum esset in mora, & non esset ei certum sua monitione illum ab eo cessaturum. Si enim de hoc certus esset, nõ deberet statim indici denuntiare, secundum S. Thomam [c] ab omnibus receptũ. Dixi, *Si certus esset*, quia si dubitaret, statim deberet iudici denuntiare. Quod consequitur raro opus esse fraterna correctione secreti circa proditiones Reipubl. & hæreses fidei Catholicæ, quia raro quis pro certo habere potest talem proditionem, aut hæresin penitus cessaturam. Non est item opus secreta admonitione, quando peccatum publicum est iuxta S. Thom. receptum [e] Est autem publicum (vt paulo clarius quam Caiet. & alij, diximus [f]) ad hunc effectum, quod est notorium, iure, vel euidentia facti, vel saltem fama, arg. c. fi. de cohab. cleric. c. fi. dẽ temp. ordin. c. si fama. & c. si presbyt. 2. quæst. quinta.

Quarto dicẽdum peccare mortaliter eum, qui proximum de aliquo peccato cum intentione mortaliter mala corripit, aut de peccato occulto coram illius ignaris, non seruando otdinem supradictũ: cũ damno notabili illius famæ, aut illius probabili periculo: [g] nam ét peccat, qui reuelat illud superiori, non seruata forma prædicta, etiam in finem, vt puideat, ne illud iteret, vt recte asserit Sotus, [h] & ante illum Adrianus, quem ille non citat, contra Richardum. [i]

a In c. inter verba, conclus. 6. & in ea. sacerdos de pæn. dist. 6.

b Matt. 18. & c. si peccauerit. 2. q. 1.

c 2. 2. q. 33. art. 7.

d In cap. no uit. de iud. & in 4. dist. 19. & ab Adria. i 4. de correct. frater. & a Soto de rat. teg. membr. 2. q. 4.

e 2. 2. q. 33. art. 6.

f In d. c. inter uerba.

g Per d. ca. 17. nu. 16.

h Vbi sup. memb. 6. q. 2. pag. 11.

i In 4. libr. sent. distin. 19. art. 8. quæst. 1.

DE DEFENSIONE proximi quando sit necessaria.

15 *Emendatur c. non inferenda 23. q. 3.*

16 *Iniuriã inferre imbecillitas, propellere virtus.*

17 *Defendere omittens peccat, si cõsentit, & etiam dissentiens, si tenetur etiam cum incommodo.*

17 *Defendere vitam, & bona proximi, & impedire damna, vt tenemur.*

18 *Defendere omittens, non omnis consentit, & quis præsumitur consentire.*

19 *Defendere omittens opitulando peior simpliciter omittente.*

19 *Defendere omittens qui præsumitur cõsentire, & opitulari.*

19 *Irregularis non est simpliciter consentiens homicidio facto, vel faciendo.*

20 *Defensionis omissio, etiam sine consensu cur peccatum.*

20 *Defendere qui omittit consentit, & verum, triplici opinione confutata.*

21 *Intellectus nouus cap. quantæ, de sent. excommun.*

21 *Scientia sola apparatus delicti, cur interdum morte plectitur.*

21 *Defensionis ex caritate omissio cur impunis in foro exteriori.*

22 *Defensionis quæ omissio irregularitatẽ, & censuras inducit.*

22 *Defendere proximum a damno magis præceptum, quam subuenire ei ad lucrum.*

22 *Damnum proximi etiam mediocre quãdo impediendum.*

23 *Peccat mortaliter, qui proximi mortale peccatum non impedit.*

23 *Eleemosyna cur necessitate fiat, etiam inuito, non egenti illa extreme.*

HVic loco ad id opportuno, pie lector, inseram summam eorum, quæ huc pertinentia continet comment. cap. non in inferenda, [k] qui est quintus eorum, qui Manuali Hispano adiungebantur: ea igitur est, quod ibi [l] admonui ca. illud esse decerptum ex [m] Sanct. Ambrosio: sed vitiose, quatenus habet, *ferenda* pro,

k 23. q. 3. l Num. 1. m Ca. 36. li. 1. de offic.

pro, *inferenda*, & *imbecillis*, *siue imbellis*, pro, *bellicæ*: & post verbum, *fortitudinis*, verbum, *repelle*, superfluum: ita quod est sic legendum.

Non in inferenda, sed in depellenda iniuria lex virtutis est, qui enim non repellit a socio iniuriam, si potest, tam est in vitio, quam ille, qui facit: vnde S. Moyses, hinc prius orsus est tentamenta bellicæ fortitudinis: nam cum vidisset Hebræum ab Aegyptio iniuriam accipientem, defendit, ita vt Aegyptium prosterneret, atque in arena absconderet, Salomon quoque ita, [a] *eripe eum, qui ducitur ad mortem.*

[b] Colligimus autem ex eo, quemuis Principem magnanimumque virum debere sibi persuadere imbecillitatem esse, & non fortitudinem iniuriam inferre, indignamque eis esse persuasionem illam, qua quidam putant se, vel suos amicos nil posse, aut nil facere, nisi possint, aut faciant impunè ea, ob quæ alij puniũtur, per multa ibi adducta: verbum em, *uirtutis*, in illud c. positum more castius loquentium, fortitudinem significat, vt in illo Cicer. ad Plancum. *Omnia summa cõsequutus est uirtute duce, comite fortuna.*

[c] Et paulo post, quod peccat, qui proximum non defendit, quod ipse S. Ambrosius ibidem cõprobat exemplo Moysis, [d] & auctoritate Salomonis, [e] cui concordat Augustinus in c. fi. ea. caus. & quæ. & Symmachus [f] & grauius Innocentius III. c. quantæ. de sent. excommunic.

17 Deinde [g] multa dubia contra conclusionem hanc adduximus: pro quorum resolutione, [h] posuimus primam sex declarationum, scilicet eam plane procedere in eo, qui non defendit consentiẽdo: quia siue defendere possit, siue non, siue sit præsens, siue absens, consentiendo iniuriæ peccat, & tale peccatum, quale qui iniuriatur, iuxta illud Apostoli, [i] *Digni sunt morte, nõ solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt*, & tradit Sanctus Thomas speciatim. [k]

[l] Continetur deinde secunda declaratio, scilicet quod non procedat prædicta conclusio in eo, qui ad defendendum non tenetur, secundum vtrumque Thomam: [m] non tenetur autem ad defendendum, qui sine damno honoris, existimationis, aut pudoris, id facere non potest, secundum Felynum, [n] cui nemo contradicit, nec nos vmquam in cathedra contradiximus ante prædictum commentarium: in quo tamen id facimus ob multa, quorum summam ex præmissis, & subiectis declarationibus colligas. E quibus est, quod in extrema necessitate nostræ defensionis constituto subuenire tenemur, etiam cum damno omnium eorum quæ ad conseruandam vitam nostram non sunt necessaria, & consequenter honoris, pudoris, existimationis, & fortunarum sustentandæ vitæ non necessariarũ, iuxta illud S. Ambrosij, [o] *Si quum rapitur quis ad mortem, plus apud te pecunia tua ualeat, quam uita morituri, non est lene peccatum.*

Vnde [p] resoluimus, quod caritatis lege tenemur ad defendendam proximi vitam, ne iniuste ei adimatur, etiam cũ incommodo omnium prædictorum, sine tamen vitæ periculo.

Dixi, *ne iniuste ei adimatur*, quia non tenemur ad redimendam vitam iuste cõdemnati, etiam si Rex, vel lex, statutum, aut sententia, pecunia redimendi facultatem facerent, & ita limitandum est prædictum cap. non satis. Tum quia sanctũ, & utile est eius animæ, vt ea sic ei adimatur, per doctrinam Scoti. [q] Tum qa alio qui Rex ipse, vel iudex damnans eum, in primis peccaret, non redimendo, qđ est absurdum: Posset autem eiusmodi dãnatus vendere se in seruum redimenti pretio redemptionis, per ea, quæ dicta sunt supra. [r] & quod eadem lege caritatis tenemur etiam ad defendenda illa eius bona, sine quibus vita eius seruari nequit, [s] & etiam ad impedienda eius damna externa, etiam cum incommodo nostro pecuniario, si probabiliter credimus, nullum alium id facturum, [t] nisi damnum proximi esset tam paruum, vt arbitrio boni viri, non debeamus nobis incommodare tantum, quantum op⁹ est ad illa impedienda, [u] vel nisi scandalũ, vel maius damnum inde sequeretur: Dixi, *nullum alium id facturum*. Tum quia id significant prædicta cap. quatenus loquuntur de boue errante, & de asino iacente in via, ad quem reducendum, vel leuandum frequenter alii non inueniuntur. Tum quia tollitur necessitas, si est alius, qui occurrat ei. Dixi, *pecuniario*, qa non tenemur ad id cum damno honorario,

a *Prou.* 24.
b *In nu.* 2. & 3.
c *In nu.* 4. & 5.
d *Exod.* 2.
e *Prou.* 24. & *idem ait in c. pasce.* 16. *dist.*
f 38. *dist. in princ.*
g *Inn.* 6. 7. & 8.
h *In nu.* 9.
i *Ad Ro.* 1. *relatum in c.* 1. *de offic. deleg.* k 1. 2. *q.* 60. *art.* 8. & 2. 2. *q.* 154. *art.* 4.
l *In nu.* 10. & 11.
m 2. 2. *q.* 62 *art.* 7.
n *In c.* 2. *de hæret.* & *in d. c. quãtæ. relatum a nobis supra ca.* 14. *n.* 6.
o Relatu m *in c. non sa tis.* 86. *dist.*
p *In nu.* 12. & 13.
q *In* 4. *dist.* 15. *q* 3. §. *de secundo relatum sup. c.* 15. *nu.* 21
r *Ca.* 23. *n.* 66.
s *Arg. l.* 2. *ff. de iurisd. omn. iud. c. præterea, de offic. deleg.*
t *Arg. Exo.* 23. & *Deu.* 22.
u *Arg. l. p. ses. C. de ser uit. c. si non licet.* 23. *quæst.* 5.

rario,

rario, nisi quando damnorum magnitudo, & honoris paruitas aliud suaderent: quia vt dictum est, [a] maioris fit honos, quam pecunia.

a Capi.18. nu.47.

Per quod excusantur multi viri graues a defensione puerorum, & leuium hominum, quos alij pugnis cædunt, nisi ipsi citato gradu, & cum notabili honoris, & existimationis iactura, eis succurrant. Dixi, *uel nisi scandalum, uel damnum inde sequeretur*, quo excusatur, qui clara voce non contradicit concionatori alicui ex pulpito grauiter detrahenti, & qui non liberat iniusta morte damnatū, & ad supplicium tractum, ne ex eo tanta seditio inter exsequutores, & alios excitetur, & probabiliter mortes, & vulnera innocentium timeantur, vt recte tetigit Adrianus [b] addens, non teneri quem ad detinendum hœdum aliquorum, ne se de rupe præcipitet, si credit se interfectum iri ab eis suam intentionem bonā ignorantibus.

b In 4. de corre. fra. c In nu. 14 d Arg. c regum, c. administratores. 23. q. 5. & c. ergo de iureiur. e Ca. de for mat. 22. q. 5. & c. 1. de forma fide. in usi. feud. f In c. 1. de resti. spol. n. 9. argu. l. ut parentib. ff. de iusti. & iur. c. duo ista nomina. 23. q. 4. l. 1. C. de emen datione pro ping. & præ cept. 4. Decal. quod ad eos extē di dict. est sup. ca. 14. nu. 3. g In n. 15. h C. 1. de re gu. iur. & l. merito. ff. pro soc.

18 Item, [c] quod aliqui tenentur defendere se, & alios, non solum lege caritatis, sed etiam iustitiæ. Reges enim, & alij superiores lege iustitiæ tenentur defendere se, & suos subditos: & cōtra, subditi suos superiores, [d] præsertim feudatarij, & eorum domini, [e] patres, item, tutores, curatores, heri, pædagogi, parochi, custodes, & alij similes: & e cōtrario, eos filij, pupilli, minores, famuli, mancipia, parochiani, & custoditi, per notata a Panormitano. [f]

§ Tertia sequitur declaratio conclusionis prędictæ, videlicet, quod multi ab iniuria non defendentes, ei vere nō consentiunt: vnde textus pro conclusione citati, habentes, quod qui non defendit cū possit, consentit, non sunt intelligendi de vero consensu, sed de præsumpto, & tum demum etiam de præsumpto, quū tenetur defendere, & commode potest: quamuis enim quis teneatur ad defendendum aliquem cum damno omnium suarum facultatum: præsumi tamen non debet consentire, si illud non, nisi cum tali damno facere potest. Tum quia, in dubio non est præsumendum delictum, [h] & dubium est, an qui omittit defende re cum tanto damno, omittat defendere ob complacentiam iniuriæ, vel ob damni euitationem, & hoc posterius præsumendo vitatur præsumptio delicti. Tum quia experientia, quæ est rerum magistra, [i] docet, multos principum, & aliorum familiares minime impedire innumeras iniurias, ad quas impediendas, etiam cum damno facultatum tenētur, non quidem, quod illæ eis placeant, sed ne gratiam eorum, & spem donorum amittant. Ex quibus infertur, frequentissime quem præsumi cōsentire iniurię qui vere non consentit: & contra nō consentire, qui vere consentit.

i Ca. quam sit. de elect. lib. 6.

19 [k] Quarta accedit declaratio, scilicet quod multum interest inter non defendere solum, & non defendere, & consentire ex vna parte, & inter consentire, & auxilium præbere ex altera. Tum quia prius tantum est peccatum contra caritatem, aut misericordiam, & contra præceptum de diligendo proximo, vt recte sensit Sotus, [l] posterius vero, videlicet, consentire, & auxiliari iniuriam inferenti, est contra iustitiam, vt ibi late probatur. Tum quia prius non obligat ad restituendum, posterius vero sic: quia vt supra [m] diximus, qui solum contra præcepta caritatis, & misericordiæ peccat damnum inde sequutum restituere non tenetur, qui vero contra iustitiam peccat, sic.

k In n. 16. l Lib. 4. q. 7 art. 3. de iu stit. & iur. m Cap. 17. n. 11. Trac. de reditib. Eccl. qu. 2. monit. 2. & in locis ibi allegatis.

[n] Adiungitur quinta declaratio, scilicet quod non omnis, qui iniuriæ consentire præsumitur, iniuriam inferenti auxiliari præsumitur, saltem auxilio, quod delicti participem eum directe faciat. Tum quia duæ præsumptiones speciales non debent circa idem concurrere, præsertim ad augendum delictum, l. 1. Cod. de dot. promis. & not. per Card. in ca. qa circa de consang. quod fieret, si non solū consensus, sed etiam auxilium præsumeretur. Tum quia cōmunis opinio, quam tenet Panormitanus, [o] quamque ait cōmunē Decius [p] tenet, nō delinquere cō muniter iure ciuili, qui solum non defendit: & quamuis iure canonico regulariter delinquat, non tamen est puniendus in foro exteriori: & si præsumeretur auxiliari, contradicendum esset, cum vtroque iure opem ferentes delinquenti, puniendi sint secundum omnes. [q] Tū quia vt sentit glosia, [r] & clarius Innocentius communiter receptus, [s] qui non impedit homicidium, quod nouit tractari, non

o In nu. 17. n In c. 1. de offic. deleg. & in l. cul pa caret. ff. de reg. iur. & Lasi. in l. ut uim. ff. de iust. & iur. p In c. 1. de offic. deleg. cū ei anno. q In c. si qs uiduam 50 dist. r In c. Petr de homicid. s 17. q. 4.

non fit irregularis eo sequuto,& si præsu meretur opem tulisse,censeret talis . Tũ quia,vt quis incurrat excommunicatio-
a Per c.cum quis de sẽt. excommu. lib.6. nem can.si quis suadente,[a] non sufficit, vt consentiat etiam malitiosæ clerici percussioni,si eius nomine non fiat,nec aliquo modo iuuet, per ea.sicut dignum.§. eos de homicid.& si præsumeretur iuua
b In nu.18 re,censeretur excommunicatus .[b]

c Per c.quã tæ de sentẽ. excommu. [c] Declaratio sexta adiungitur, quod præcedẽs declaratio fallit, cum quatuor concurrunt,scilicet,potestas impediẽdi, obligatio id faciendi, commoditas eiusdem,& notorietas delicti,hoc est, vt ma
d In nu.20 nifestum sit illud esse delictum,& manifesto fiat : ita enim concurrentibus, non
e In nu.26. solum præsumitur consensus, sed etiam auxilium,[d] per quod ibi late ostendim[e], non solum probari hanc fallentiam , sed etiam præcedentem declarationem regulariter esse veram : quod ad interpretandum plurimos canones, & leges,memoriæ mandandum est .

20 e Ex prædictis inferri ostenditur , quod ratio,qua non defendens proximũ peccat, non est: quia consentit offensioni,siue defendat,siue non : nam consentiendo peccat,& non peccat,si non consentit,siue defendat,siue non,si alia lege ad id non tenetur.Ratio autem vera cur peccat est:quia omittit facẽre,quod ei lege caritatis,vel iustitiæ præcipitur, vt faciat,interdum cum damno suarum facultatum, & honoris, interdum sine eo , vt prædictum est : quamuis ceteris paribus consentiendo magis peccet . Et ita iura dicentia,eum, qui non defendit consentire,non significant, non consentientem non peccare: sed potius non defendentẽ præsumi consentire : quod est verum de illo, qui debet , & potest commode : imo & præsumi auxiliari,si cum his tribus concurrat euidentia iniuriæ,vt prædictum est .

Dicitur , quod ex prædictis inferuntur decem & octo, quorum aliqua subijcimus. Primum,nullam trium opinionũ celebrium exponentium prædicta iura , esse omnino veram:non opinionem Ioãnis , quam Bernardus refert , qui nimis ea extendit ad omnes qui quemodo libet possunt, non defendunt : non etiam opinionem Bernardi , qui nimis ea restringit ad solos habentes publicam potestatem : nam ex multis eorum constat loqui etiam de priuatis:non item Innocentium & Panormitanum & communẽ qui partim ampliant , & partim restringunt plusquam prædicti, dicentes ea loqui de omnibus personis, tam publicis , quam priuatis,sed de solis dolo id facere omittentibus : veritas enim habet,quod ad effectum peccandi loquuntur de omnibus personis,tam priuatis,quam publicis & quam de omittentibus dolo,quam negligentia, & deferendo,vel non deferendo opem:modo lege iustitiæ,vel caritatis ad id teneantur.Dixi,*ad effectũ peccandi:* nam ad effectum incurrendi censuras,& restituendi damnum solum comprehendunt obligatos ad illud, non solũ lege caritatis,sed etiam iustitiæ: quia hi soli incurrunt censuras per adducta latius ibi,& tacta supra. [f]

f Cap.it.17. nu.25.et in prædict.Trac.quæs.2. mon.3.

21 Item,[g] Ponitur,quod nec glossa , nec doctores attigerunt verum sensum prædicti capituli, Quantæ , de sent.excommun. quem tamen nos ibi damus , [h] scilicet quod quicunque potest commode , & non defendit clericum ab iniuria manifesta , quæ manifeste infertur , est excommunicatus,vel censendus talis: ratio eius noua est: quia opitulatur,aut pſumitur aliquo modo ei opitulari,& ita lege iustitiæ violare.Dixi,*Est excommunicatus:* ad includendum eum , qui vere omittit defensionem ad opitulandum . Dixi,*vel censendus:* ad includendum eũ , qui non vere omittit ad opitulandum , sed ob timorem,pudorem,vel negligentiam.At quia non obuiat manifesto delicto,manifeste facto,cum commode possit, præsumitur velle opem ferre , vt ibi latius deducitur .

g In 28.nu. & duobus sequẽtibus s. h Num.30.

Dicitur deinde,[i] Quod ratio a nemine reddita, qua niti potest rigida illa , sed iusta decisio Bart. in l. vtrum. ff.ad l. pop.de parri.scilicet, quod quamuis regulariter nemo puniri debeat,eo quod sciat parari delictum,& non indicet: fallit tamen in filio ,seruo,& subdito sciente parari illud in patrem,dominum, aut alium superiorem, præsertim supremũ . Est, inquam ratio, quod alij solũ regulariter delinquunt contra præcepta caritatis,hi vero contra præcepta iustitiæ,quæ iubet , vt superiores defendant inferiores:& contra inferiores superiores, vt su

i In nu.32.

pra

pra tactum est, quam rationem Baldus si consideraſſet, & qui eum ſequuntur relati a Fely. in d.c. quantæ. non tam acerbe in Bartolum inuectus eſſet. Qua ratione merito acrius animaduertit in eos, q̃ magiſtratus, vel miniſtros eorum non defendũt, q̃ qui aliquos priuatos nõ tuent.

a In nu.33 [a] Dicitur etiam ex eiſdem colligi rationem nouam, cur regulariter, qui aliũ non defendit, quamuis in eo peccet, nõ punitur in foro exteriori, neque canonico, iuxta communem ſupra relatam, & in foro conſcientiæ ſic, quod ſcilicet omiſſio defenſionis regulariter non eſt cõtra iuſtitiæ leges, quamuis ſit frequenter contra leges caritatis, & ideo legum iuſtitiæ pœnis puniri non debet.

b In c.34. & ſeq. c Arg.glo.c. ſi quis uiduam.50. diſt. & doctrinæ Inn. in c.Petrus, de homicid. & S. Anto. 2. par.tit. 28.cap.2. 22 [b] Dicitur præterea, neminem incurrere cenſuras, vel irregularitates nõ defendendo alium, niſi lege iuſtitiæ ad id teneatur: ideoque recte nos reſpondiſſe clerico cuidam inſulano, non incurriſſe irregularitatem propter homicidium ſe quutum, eo quod ipſe ſciens illud tractari non monuit occiſum. [c]

d In nu.39 & 40. [d] Dicitur, q̃ recognoſcens Manuale Hiſpanum antea compoſitum die glorioſiſſimæ Magdalenæ ſacro, anno 1556. eius, vt puto beneficio, inueni ſolutionẽ cuiuſdam antinomiæ, quæ me diu, multumq; torſerat inter concluſionem cõiter receptam, & ſupra nu 3. poſitam, q̃d nemo regulariter tenetur ad præſtanda opera miſericordiæ corporalia ſub culpa mortali niſi egenti eis extreme: & inter illam certam, quod quilibet tenetur bonem etiam proximi inimici errãtem reducere, ſi poteſt ad illum: aſinũ item

e Iuxta d.c. Exod.23. & Deu.22 fl.2. §.portio, ff.ad l. Rhodi de iactu, & d.l. fi.ff.de peri. & cõm. rei vend.l. ſi is cui, §. fi.de furt. & l. ſi ſterilis. §. cum per uẽditorem, ff. de act.emp. g Num.17. ſub onere iacentẽ ſubleuare, vel ad ſubleuandum iuuare, ſi credit probabiliter alium id non facturum, [e] quod probat idipſum faciendum eſſe de veſte, & de qua libet alia re proximi amiſſa. Quæ procul dubio locum habent, etiam cum proximus non eget eis extreme. Solutio autẽ vera & noua eſt, quod illa procedit quoad opem dandam egenti, & de lucro tractanti, hæc quoad opem dandam de dãno vitando tractanti, pro quo diſcrimine facit, quod & plus fauent iura agenti de damno vitando, quam agenti de lucro captando. [f] Ex quo, & poſitis ſupra, [g] infertur, hanc item concluſionem procedere ad iter facientem, qui offendit mulionẽ egentem ope alterius, ad eleuandũ luto hærentem: nam fieſt iter a multis frequẽtatũ, quos credit probabiliter ei auxiliaturos, non peccat mortaliter non opitulando ei, alioqui ſic, vt peccaret, ſi iter eſſet a paucis frequentatum, & ad inueniẽtem tumenta proximi ſegetes depaſcentia, & ad videntem ædes, ſegetes, aut ſupellectibile proximi ardere, & nõ exſtinguit, cũ poſſet, ignem: & audientem famæ proximi grauiter detrahentem, qui licet ei non creeat, putat tñ alios creditu-ros, ſi ipſe non reſiſtit: & alios id genꝰ innumeros, videntes notabiliter lædi proximi ſalutem mentis, vel corporis, & honorem, vel rem familiarem: nam, ſi credunt alios non impeditu-ros illa mala, & ipſi non impediunt, peccant mortaliter, e quibus etiam eſſe videtur, qui videt alium ementem animalia, pannos, prædia vel alia vitioſa, vel longe minora, vel peiora, quam putat ipſe, & non monet illum.

23 [h] Probatur rurſus, & defenditur cõcluſio huc pertinens poſita ſupra, [i] ſcilicet peccare mortaliter eum, qui cum poſſit non impedit peccatum proximi. Quę quidem concluſio probatur primo, quod per dictum cap. non in inferenda, & alia multa concluſum eſt ſupra, lege caritatis obligari nos omnes ad impedienda mala vitam corporalem proximo adimentia: at vita animæ pretioſior eſt, & magis diligenda quam corporis, ſecundum S. Thomam receptum, [k] ergo magis tenemur ad impedienda mala, quæ ei vitam animę adimunt, ſed peccatum mortale, ei adimit vitam animæ, c. reſuſcitatus, & c. omnis, de pœn diſt. 1. ergo. &c. Sed o, q̃d mortaliter peccat, qui proximum volentem ſe præcipitare nõ retinet, cũ poſſit, [l] & qui non extrahit, etiam inuitõ e domo iãiã ruitura. [m] Tertio, quod peccat mortaliter, qui, vt ſupr. proxime dictum fuit, põt impedire damnum proximi, q̃d credit ab alio non impeditum iri, & non impedit, [n] at nullum damnum eſt maiꝰ proximo, quam mors animæ, quam peccatum mortale infert, ergo, &c. Quarto, quod magis tenemur ad impedienda futura peccata, q̃ ad punienda præterita: [o] at conſtat, ad corrigenda præterita proximi peccata nos teneri, [p] a fortiori ergo tenebimur ad peccatum nondum cõmiſſum

h In nu.41. & ſeptẽ ſeq. i In ca. 14. nu.27.

k 2.2.q.26. ar.5. & probatur in ca. ſi habet 24. q.3.

l C. nimiũ 23.q.4.

m Dict.c.ſp ſa pietas.

n Exod.23 & Deut.22

o Arg.c.2. præterea, 2. de ſponſ. & eorum, quæ late citam⁹. in cap.inter verb.11.q.3 p Matt. 28. & c.ſi peccauerit.2. q.1.

ſum impediendum: vnde ad impedienda peccata futura in omni caſu inquiri poteſt, iuxta quoddam dictum ſingulare Innocentij IIII. in c. pri. de poſtulat. prælat. commun. recept. non tamen ad punienda præterita, niſi certis caſibus, vt
a In c. 18. & dicitur inf. c. ſeq. dictum eſt, [a] & a laico clericus capi pōt, ne committat, non tamen pro cōmiſſis, iuxta Panormitanum, [b] communiter receptum. Quinto, quod ad euitandum ſcandalum, quo proximus peccaret, debemus facere aut omittere omnia, etiā in Euangelio conſulta, quæ ſine peccato poſſumus, [c] vt ſunt aliquot eleemoſynæ: ergo, &c.

b In c. 3. & c. ut fama, de ſent. excomm. & c. cum non ab homine de iudic.

Quæ concluſio procedit primo, nō ſolum, quando ſine damno, pudore, & de decore id facere poſſumus, vt dixit Felyn. relatus, & confutatus ſupra, [d] ſed ēt ſi oporteat ob id amittere facultates, & honorem, imo & vitam, quando eius anima in extrema noſtræ opis neceſſitate conſtituta eſt. Procedit etiam quando non eſt in extrema noſtræ opis neceſſitate: ob ſuam tamen imbecillitatem, vel ignorantiam craſſam, aut affectatā, aut ob alias cauſas, & occaſiones peccandi in ea eſt neceſſitate, vt niſi nos ei opitulemur, peccatum mortale commiſſurus ſit, & ſpiritualiter moriturus, & ſi opitulemur, non: quę eſt ſingularis doctrina pientiſſimi, eiuſdemque doctiſſimi Adriani, [e] quæ prædicto die Magdalenæ ſacro caſu reperta magna me liberauit animi anguſtia, ſimul dolore afficiens, quod nulla eam ratione fulciat, ſolum inferens ex ea eleemoſynam ſpiritualem arctius præcipi, quam corporalē. Pro qua tamen adduximus rationem q̄ numquam alibi audire, vel legere memi mus, videlicet, non teneri ad impedienda mala proximi, etiam quæ ille vitare poteſt: ſi vult, modo ſint eiuſmodi, quib⁹ iuſte non poteſt conſentire, qualia ſunt præcipitium, ſuſpendium, domus ruentis oppreſſio, de quibus prædictum agit. c. nimium & d. c. ipſa pietas: quales item, cibi, vel potus, vel medicinæ ad vitā neceſſariæ renutus, [f] mors item, & mutilatio membri. l. liber homo. ff. ad l. aquil. c. contingit de ſent. excommu. At mors animæ quam peccatum infert, eſt eiuſmodi ergo tenemur ad impediendam eam, ēt illi, qui non eſt in extrema noſtrę opis neceſſitate conſtitutus. Itaque inter eleemoſynam ſpiritualem, & corporalem in hoc non eſt diſcrimen, vt per ſuam illationem ſignificauit Adrianus, quamuis ſit diſcrimen in eo, quod eleemoſynam ſpiritualem tenemur largiri conſtituto in extrema illius neceſſitate, etiam cum periculo vitæ, corporalem autem non, niſi citra illud, per quod eius illatio veri ficatur. Procedit item præfata concluſio etiam ſi ad impediendum peccatū mortale proximi, oporteat nos vti iure noſtro ſpirituali, vel temporali, quo abſque peccato poſſumus non vti argumento illius. [g] *Qui ſcandalizauerit &num de puſillis iſtis.* [h]

c Cap. 2. de nou. ope. nūtiat.

d Num. 18.

e In 4. de correct. fra. col. 12.

f Iuxta gl. ſolen. in §. i 83. diſt.

g Matt. 18.

h Et c. 2. de oper. nouit.

Non autem procedit prædicta concluſio, niſi concurrentibus tribus, quæ requirūtur, vt nos præceptum fraternæ correctionis obliget, videlicet, certitudo quod peccatum eſt mortale, ſpes effectus impeditionis, & opportunitas, tam perſonæ, ſcilicet quod ſit, quæ magis ad id teneatur, ſaltem ob negligentiam magis obligatorum, quam etiam temporis, vt colligitur ex rationibus S. Thomæ, & aliorum vbi ſupra citatorum, quibus prædicta eſſe neceſſaria, quo præceptum fraternæ correctionis obliget, mōſtrauim⁹.

Non item procedit, quando proximus non eſt peccaturus ex ignorantia, vel fragilitate, ſed ex malitia, & ad impediē dum oportet, vt quis deſinat vti iure, vel bono ſuo ſpirituali, vel temporali, iuxta illud [i] *Sinite illos, cæci ſunt, &c.* & allata per S. Thom. vbi ſupra, & notata per noſtros. [k] Quod confirmatur eo quod dixi mus ſupra, ſcilicet non teneri quem ad donandum centū (etiam ſi poſſit) ei, qui ſeſe furca ſuſpenſurum affirmat, niſi ea donentur.

i Matt. 13.

k In c. qui ſcandalizauerit, de regu. iur. & d. c. 2. de op. cap. 2.

Per quas declarationes facile ſoluuntur quatuor argumenta contraria. Primum, quod non peccat mortaliter, qui petit mutuum ab vſurario, quem credit non niſi ad vſuram daturum. Secundum, quod nec qui a parocho petit, vt ſuum filium baptizet. credens eum peccaturum mortaliter, quia credit eſſe in mortali, & antea non contritum iri. Tertium, quod neque mulier, quæ ob vanam gloriam venialiter ſine alio fine mortali ſe comit: quamuis credat, aliquem ob id concupiſcentiam mortalem conceputurum.

rum. Quartum, quod nemo tenetur ad eleemosynam impartiendam sub pena peccati mortalis, nisi in extrema illius necessitate constituto, vt dictum est.[a] Et qui vult mortaliter peccare sciens id esse tale, non est in extrema necessitate opis alienæ, cum voluntarie id faciat.[b] Possunt etiam solui duo prima per duas declarationes postremas: tertium vero de muliere se comente per adducta supra.[c] Quartum autem soluitur per primam, & secundam declarationem: quatenus habent: teneri nos ad impedienda mala proximi, quibus ille iuste consenti re non potest, quamuis non sit in extrema nostræ opis necessitate constitutus.

a Sup. n. 11

b 15 q. 1. §. 1.

c Cap. 3. n. 5. & c. 23. nu. 19.

DE PECCATIS diuersorum statuum, & primum Regum. Cap. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Rex vt peccat aliena capiens, & capta non restituens, male uel ob malum finem gubernans.*

1 *Rex seditiones excitans, uel subditos nō exercens peccat.*

2 *Rex arces non muniens, uel armentis carens ut peccat & 3.*

4 *Rex legem pœnalem ferens, uel uias, & lites negligens, ut peccat.*

5 *Rex disponens circa legem naturalem, uel suam, ut peccat.*

6 *Rex tollens subditis bona sua, & libertates, ut peccat.*

6 *Rex bellans iniuste, uel malo fine, ut peccat.*

6 *Rex iura noua indicens, & visitantes impediens, ut peccat.*

7 *Rex cogens operari subditos, & eorum delicta non puniens, ut peccat, & 8.*

8 *Rex matrimonium contrahere cogens, ut peccat.*

8 *Rex beneficia indignis conferens, et malam consuetudinem seruans. 9.*

9 *Rex damnās inauditum, uel auditum male, ut peccat, 10. & 11.*

d Ca. quod culpatur, 23. q. 1. si res, 14. q. 6. adiunct. ca. sæpe, de restit. spol.

DIcendum quod peccat mortaliter primo Rex, vel monarcha, qui alie na regna, & dominia iniuste q̄rit, uel iniuste quæsita non restituit, nulla iusta causa ob hoc excusante.[d] Venialiter autem periculose, qui ea, etiam iuste quæsita gubernat principaliter ob voluptates, vel diuitias, aut gloriam, & honorem.[e] Nam vt sancte resoluit S. Thomas,[f] finis primarius laborum eius vix tolerabilū debet esse ipse Deus, cuius vices in terra gerit, & vera beatitudo, de qua sup.

Secundo peccat, qui iuste possessa iniuste gubernat non reddendo suum cuique ius, vel excitando factiones, vel non sedando eas, non prouidendo annonę, vel aliarum rerum caritati, aut præficiē do rectores indignos, aut non ferendo leges necessarias, vel constitutas non exse quendo, aut non communiendo armis, artibus, & exercitijs ad se, & illa tuenda necessarijs, adeo, vt iudicio prudentis, ea vel partem eorum, probabili amissionis periculo subijciat, iuxta mentē, eiusdem S. Thomæ.[g]

e Per supra dicta, c. 23. nu. 73.

f De regi. princ. lib. 1. c. 7. & 8. de prælud. 4.

g Vbi supr. c. 15. & probatur per c. administratores. 23. q. 5. & c. aut, 15. q. 5.

2 Tertio peccat. qui per incuriam non habet propria armenta boum, & greges ouium, arietum, porcorum, & mares selectos, quo habeat carnes in opsonium suum, & suorum, aut non colit agros, prios, quo triticum, hordeum, & alia frumenta sibi, suisque necessaria colligat, aut non habet equitia producendis eqs ad bella necessarijs, hæc enim sunt mortalia, aut certe venialia periculosa secundum S. Thomam.[h] Dixi, *per incuriam*, quia iudicio nostro non sunt peccata omissa ad vitandos sumptus, & ad quærendum plus ex prædijs locatis, quam per se cultis, & de suis herbis locatis, quam per armenta sua, & greges depastis, aut ad melioribus curis occupandum tempus, quod his impendēdum est,[i] quod miror nec S. Thomam, nec alios animaduertere, quum fere omnes reges ea facere omittant.

h Vbi supra lib. 2. cap. 3 & 6.

i 2 sorg. c. non mediocriter de consecr. dist. 5.

Quarto peccat, qui adeo negligit coarceruare diuitias artificiales, auri, argēti, pecuniarum, & aliorum similium, vt se, suumque regnum exponat probabili periculo pereundi fame, bello, & alijs malis, quæ probabiliter defectu pecuniarum euenire possunt, e quibus est mutuari a subditis cum pudore, & periculo deserendi iustitiam in eorum fauorem, vel a numularijs sub vsuris, aut interesse, ad quæ postea soluenda nimium sit grauaturus populum ex mēte eiusdem.[k]

k Vbi supra cap. 7.

3 Quinto peccat, qui pecunias congerit

rit grauando notabiliter ſubditos ob auaritiam, nullo iuſto fine propoſito, iuxta S. Antoninum,[a] quia id eſt contraue nire præcepto de dando ſuperflua pauperibus iuxta dicta ſupra.[b]

Sexto peccat, qui prodigis largitionibus ita indulget, vt ſe exponat probabili periculo vſurpandi aliena, vel tributa, maiora, quam par eſt exigendi, aut debita ſtatis diebus non ſoluendi, aut onere grauiſſimo intereſſe, ac cambiorum ſe, ſuumque regnum in maximam paupertatem inducedi propter rationes Ariſt.[c]

Septimo peccat, qui adeo negligit munire ſuas arces, vt occaſionem populo præbeat irreuerentiæ, vel rebellionis, aut alijs inimicis occupandi regni, aut partem illius, iuxta mentem eiuſdem S. Thomæ.[d]

4 Octauo peccat, qui negligit per incuriam imperare refectionem, & cuſtodiam viarum publicarum ſui regni, ita vt viatores notabilia ob id damna incurrant, aut de ſuis publicis reditibus pauperibus extreme egentibus a ſe petentibus non ſubuenit, iuxta eundem S. Thomam.[e] Dixi, *Negligit*, quia ſecus ſi per ignorantiam, aut impotentiam id omittit,[f] quamuis hoc alij non animaduertant.

Nono peccat, qui habet cum alio Rege Chriſtiano ſuper aliquo regno, vel dominio aliquam dubiam, & antiquam controuerſiam, quæ de iure non poteſt extingui, quia non habent ſuperiorem, neque bello, quippe quorum arma adeo creuerunt, vt neuter ab altero omnino ſuperari poſſit, niſi facta per ſtrages copia Turcis inuadendi, quod reliquum eſt Chriſtiani orbis, vel bonam partem ei[g], & non vult in arbitros ſuſpicione carentes conuenire, nec petere, vel accipere conditiones honeſtas, quibus pax firma fiat, quod probauimus.[h]

Decimo peccat, qui aliquam legem pœnalem conſtituit principaliter pp ſuã vtilitatem priuatam, quo eius tranſgreſſione, aut diſpenſatione multas pecunias cogat.[i]

5 Vndecimo peccat, qui diſpenſat in legibus diuinis, aut naturalibus, abſque iuſta cauſa, & qui in proprijs cum notabili damno, aut ſcandalo publico, vel priuato, & qui delicta diuina lege, aut naturali damnata, ſine iuſta cauſa condonat, videns, aut videre debens, ſe ad alia ſimilia occaſionem præbere, aut lites, vel ſolutiones debitorum ſine iuſta cauſa ſuſpẽdit. Tum per gloſſam ſingularem.[j] Tũ quia omnis iniuſtitia rei notabilis eſt mortalis, iuxta S. Thom.[k] Dixi, *ſine iuſta cauſa*, quia cum cauſa, & ſine ſcandalo notabili, illa licite facere poteſt.[l]

6 Duodecimo peccat, qui non permittit populo ſuo tueri ſuas libertates, ſibi ex iure diuino, aut humano iurato debitas: aut bona populi vſurpat, & reſtituere obligatur.[m]

Decimotertio peccat, qui minis, aut precibus importunis adigit aliquem ad donandum ſibi ſua bona, abſque iuſta in id cauſa, cum obligatione reſtituendi.

Decimoquarto peccat, qui gerit bellum iniuſtum defectu auctoritatis, aut iuſtæ cauſæ cum obligatione reſtituendi, aut iuſtũ ex ſe, ſed animo, & fine iniuſto ſine obligatione reſtituendi, iuxta vtrũque Thomam.[n]

Decimoquinto peccat, qui impedit viſitationem monialium iuridicam, clem. attendentes, de ſtatu monach. & eſt excommunicatus, ſi admonitus non deſiſtit ead. clem. §. fin.

Decimoſexto peccat, qui exigit a ſuis ſubditis aliqua tributa noua, abſque neceſſitate publica, cum obligatione reſtituendi, quamuis in bonum finem ea exigat.[o] Et multo magis ſi ad ſuperfluum uſum, uel ueſtitũ pompas, cõuiuia, prodigalitates, quas vulgus liberalitates appellat.[p] Dixi, *Noua*, quia ſi antiqua bene ſtatuta ita prodigit, non tenetur reſtituere, nec mortaliter peccat, niſi aliqua circumſtãtia finis, formæ, materiæ, aut alia mortalis interueniat.[q] Dixi etiam *abſq; neceſſitate publica*, quia cum hac exigere & accipere poſſet, ſi ad eam ſui reditus non ſufficerent.[r]

Decimoſeptimo peccat, qui adigit ſubditos ſuos, ad id non obligatos, ſibi domos ædificare, agros colere, vineas fodere, aut alia ſimilia facere ſine integra ſui laboris compenſatione,[s] ſubdẽs, bis eum peccare, qui diebus feſtis ad hoc eos adigit.

Decimooctauo peccat, qui officia ſui regni vendit tam care, & talibus pſonis, vt probabiliter credat, aut credere debeat,

a 2. *par. tit.* 1. *cap.*
b Capi. 23. *nu.* 73.
c In epi. ad Alex. & per leg. par. Caſtellæ. tit. 14 2. *par. tit.* 5. *& mentẽ S. Th. ubi ſup.*
d Vbi ſupra lib. 2. *c.* 11.
e Vbi ſup. c. 12. *&* 15.
f Arg. l. impoſſibilium, ff. de reg. iu. & cap. ignorantia, eod. tit. lib. 6.
g In repet. c. quando de conſec. diſt. 1. *c.* 9. *n.* 90.
h Ca. erit autem lex. 4. *ar. & cõmunis in ca.* 1. *de conſt.*
i Ca. non eſt de uot. c. ex part. de conſuet. c. ex iure, de iurei. c. ſi eccl. 23. *q.* 4. *c. regũ.* 23. *q.* 5.
k 2. 2. *q.* 59 *art.* 4.
l l. 1. *C. de leg.*
m Arg. c. reges. & c. principes 23. *q.* 5. *& l.* 1. *C. ſi quacunq; præd. pot. & c. ſi res,* 14. *q.* 6.
n Arg. c. conu. 23. *q.* 2. *Reg. c.* 21. *et totius tit. ff. & C. quid met. cau. & Bar. in tra. de tyr. n.* 20
o 2. 2. *q.* 40. *art.* 1.
p Cap. militare, ſub fin. 23. *q.* 1.
q Sum. confeſſ. li. 2. *ti.* 5. *q.* 35. *n.* 31.
r Per ſupra d. c. 23. *nu.* 75.
s Arg. c. cũ ſecundũ, de præb. & ca. 2. 11. *q.* 2. *& eorum q ibi citãtur.*

beat, eas male illis vsuras, aut subditos oppressuras, per rationes auth. vt iudic. sine quo. & auth. de mand. prin. §. 2. alias secus, iuxta S. Thomam, [a] quamuis præstaret non vendere. Quo fit, vt dictũ Panormitani, [b] scilicet, id quod domini ꝓ officijs secularibus suæ iurisdictionis accipiunt, lucrum sordidum esse, & accipiẽdo mortaliter peccare, restringendum sit ad personam, quæ superiorem agnoscit, & locum, vbi vetitum est lege obligante ad mortale, cui cõsuetudo pręscripta non derogauit, sine licentia eius, qui eam dare potest ad vendendum honesto pretio personis idoneis. Et consequenter non sunt damnandi Reges & Principes, qui ea dant pro pecunia in dotem, vel mercedem obsequiorum, neque etiam ipsi officiarij illa vendentes tam honesto pretio talibus personis, vt probabiliter credatur, eas illis non male vsuras, quo pretium male datum peius extorqueãt. Quare ob ea, quæ in curijs monarcharũ fieri vidimus eorum confessarios, consiliarios, & regni procuratores admonemus, videri e republica, & animarum salute fore lege aliqua circumspecte statuere vnicuique officio, vel muneri certum pretium, vltra quod nil dari, vel accipi posset, declarando eum, qui plus acciperet, plus iusto pretio accipere, & addendo, ne remissioni locus esset, & tempore quo titulus confertur, cogerentur partes iurare de non plus dando, vel accipiendo, cum in dies adeo eorum ꝑtia crescant, vt ementes honeste emere nequeant, nisi magno reipub. malo, vt illa, quæ forte mutuo, & sub vsuris, vel interesse acceperunt, recuperent.

a Ad Ducissam Brabantiæ in Opusc. 21. q. 1.
b Communiter recepti. in c. 1. et 2. ne prælat. vic. su.

Admonemus vero hic, fel. rec. Piũ V. tulisse legem anno 1571. mense Decembri, in extrauag. & si Romani, cõtra ambientes officia iurisdictionis administrationem habentia, in hæc verba: *Nemini de cætero liceat, mediante pecunia, uel solutione, & traditione, ac promissione aliarum rerum, & per interpositas personas, aut alias quouis modo faciendas, aliquas dignitates, & officia exercitium, & administrationem iurisdictionis habẽtia procurare, assequi, uel obtinere, ac si quis his præsentibus contrauenisse quoqũo dici, aut censeri potuerit ipsum contrauenientem eo ipso confiscationis omnium bonorũ, degradationis, & amissionis, tam priuilegij doctoratus, quam quorumcũque per eum oboentorum officiorum, tam secularium, quam ecclesiasticorum, ac demũ vltimi supplicij pœnam irremissibiliter incurrere volumus, & infra. Et quod ubicũq; & quandocumque compertum fuerit per interpositam personam, aliquas pecunias, seu alias res traditas seu promissas fuisse alicui curiali, familiari, uel cuicumq; alteri personæ pro officijs, & dignitatibus iurisdictionis administrationem habentibus, is, qui officiũ huiusmodi obtinuerit, se a præmissis attenta interpositione personæ huiusmodi nullatenus excusare queat: quinimo nulla admissa ignorantiæ excusatione, ipso iure præsumatur solutionem, & promissionem huiusmodi de eorum, qui officia & dignitates similia obtinuerunt consensu, & mandato penitus esse facta, eisdemq; propterea pœnis subiacere omnino intelligatur.*

8 Decimonono peccat mortaliter, qui cogit aliquem ad certum matrimonium contrahendum, vel a contrahendo impedit, [c] quod Conc. Triden. [d] in hæc verba confirmauit. *Præcipit S. Synodus omnibus cuiuscumque gradus dignitatis, & conditionis exsistans, sub anathematis pœna, quam ipso facto incurrant, ne quouis modo directo uel indirecto subditos suos, vel quoscumque alios cogant, quo minus libere matrimonia contrahant.*

c S. Anton. 3. par. tit. 3. c. 4. §. 5.
d Trin. Sess. 24. ca. 9. de reform. matrim.
e Scot. in 4. lib. sent. dis. 15. q. 2. a. 4.

Vigesimo peccat, qui præficit officiarios indignos, imperitos, aut malæ conscientiæ, credens, aut credere debẽs eos tales esse, aut per iustam ignorantiam præfectos, postquam id resciuerit non deponit, cum possit absque suæ vitæ periculo, & damno Reip. cum obligatione restituendi damna, quæ fecerunt, [e] per ea, quę copiose diximus. [f]

f In prælec. c. si quando de rescript. except. 16. nu. 3. & 4.

Vigesimoprimo peccat, qui ad sacerdotia, vel beneficia ecclesiastica, quorũ est patronus, præsentat personas non idoneas ætate, scientia, vel moribus: aut inducit legatos, episcopos, & alios prælatos ad cõferẽdũ talibus, aut patronos ad tales ꝑsentãdũ, cont. c. cũ i cũctis. de elec. & gra.. de ꝑb. & alia late dicta in d. excõ.

Ad noue autem quæsitum respondeo, non peccare possidentem virtute bullæ Iulij secundi aliqua bona tamquam profana, quibus pater eius imposuit onus aliquarum missarum, constituens eum patronum eorum, & earum: quia etiã abs-

que tali bulla poterat ea iuſte poſſidere, vt talia, quippe quæ nullius ſpeciei ſacrorum ſunt, vt colligitur ex S. Thom. recepto,[a] non enim ſunt bona eccleſiaſtica, licet oneri eccleſiaſtico ſint ſubiecta, argum. cap. ex parte de cenſibus.

Vigeſimoſecundo peccat, qui non cohibet ſuos ſubditos ab vſurpando alieno per furtum, rapinas, munera, aut per aliũ quemuis modum illicitum, cum obligatione reſtituendi.[b]

Vigeſimotertio peccat, qui negligit abolere prauas ſuæ terræ conſuetudines, veluti vſurarum, ludorum periculoſorũ animæ & corpori, cum ſine ſcandalo id poſſit, aut permittit falſas menſuras. aut pretia iniuſta rerum venalium, cum obligatione reſtituendi.[c]

9 Vigeſimoquarto peccat, qui per ſe, vel alium condemnat aliquem, præſertim ob crimen indicta cauſa, aut non cõceſſa ſe defendendi facultate, aut ſine ſcientia publica per publicam probationem habita, ductus ſcientia priuata per priuatam probationem quæſita, ſecundum mentem S. Thomæ,[d] & clarius Caietani ibid. & in ſum. ver. homicid. Tum quia ſententia, quæ actus publicus eſt auctoritate, & ſcientia publica, & non priuata ferenda eſt. Tum quia iuris naturalis eſt, ne quis inauditus, & indefenſus damnetur: clem. paſtor. §. cæterum, de reiud. gl. memorabilis i extrauag. 1. de dol. & cont. Quo fit ſecundum eos, grauiſſime peccare reges, & principes, & eſſe homicidas, qui aliquem etiam ſubditũ, inauditum, & indefenſum veneno, aut alio mortis genere interfici iubent, vel beneficijs, officijs, honoribus, aut alijs bonis ad nutum non amouibilibus priuãt, ſola ſcientia priuata ducti. Eodem item modo peccare exſequutores talium mãdatorum, neque excuſari obedientia, quam ſuis regibus id præcipientibus debent, quoniam contra ius naturale, vel diuinum non eſt eis obediendum.

10 Contra vero non peccare eum, qui ſecundum allegata, & probata iudicat, quamuis vti priuatus oppoſitum iuſtum eſſe ſciat, adeo quod eum, quem priuate ſcit innocentem, iuſte condemnare poſſit probatum nocentem, ſaltem quando quoad eius fieri potuit, omnia facit, vt veritatem cognoſceret. & ne de illo caſu iudicaret, iuxta Sanctum Thomam.[e]

Pro quibus eſt textus in Illicitas, §. veritas, ff. de offi. præſid. & in c. paſtoralis, §. quia vero, de offic. delect. & vtrobique cõis. Dixi, *Ad nutum nõ amouibilibus*, qa in alijs ſecus eſt, arg. l. q põt inuitis, ff. de reg iur. qualia ſũt officia Caſtellę regia.[f] Idem quũ res notoria eſt, vel ex natura rei, vel actis conſtat, nullam condemnando defenſionem competere, ſi quia ſcientia rei publicę notorię publica eſt, & nõ priuata, vt ſentit S. Tho.[g] Idem quũ aliqua magna, & iuſta de cauſa nõ recogno ſcens ſuperiorem, omittit audire & vocare reũ, vt probauimus,[h] modo curet alle gari, & probari pro parte abſente quacunq; poſſunt. Per quod excuſauiim[i] magnum quendam Monarcham, qui virtute proceſſus in abſentia facti, & ſententiæ latæ, fecit capite plecti quendam ſuorum militum ducem, ſibi in alio regno militantem, quia nec capi, nec ſine metu rebellionis illius, & magnæ partis exercitus, audiri poterat.

11 Non aũt omnino placet conſilium Raymundi probati à S. Anton.[k] qd rex aut dominus, qui ſuis ſubditis aliqua de ſuperioribus cauſis reſtituere tenetur, & non põt, aut certe difficile id facere, cõdonet eis aliquas operas, vel iura ſibi debita in ppetuum, eiſue annuam penſionem perpetuam, aut temporariam in id ſufficientem ſup bonis regni conſtituat: aut aliquod Xenodochium, aliudve op[9] piũ de illorũ conſenſu ſi haberi poſſit, in ſtituat, non inq, omnino placet. Tum qa impotentia eum excuſat p dicta.[l] Tũ qa non põt iura regni diminuere, nec onera augere. c. intellecto cũ ei adnot. de iurei. Tũ quia non ſufficit dare pijs, quod debetur alijs. arg. c. ea. te. de iurei. & ca. cum tu. de vſur. Tũ quia conſenſus ſubditorũ in eiuſmodi raro eſt ſpõtaneus, inxta illud: *Preces principis iuſſa ſunt*.[m] Quare ſecurius conſilium eſſet, vt ſuperflua ſui ſtatus reſecando, & parcius viuendo, & a donis gratuitis abſtinendo, quantum poſſet de reditu ſuo decenter reliquaret, quo debita ſolueret, & reſtitueret, iuxta mentem Ariſtotelis.[n] & Sancti Thomæ.[o]

Vigeſimoquinto peccat mortaliter Rex, qui vt iudex facit aliquid, quod iudici eſſe mortale. §. ſeq. dicetur.

[a] 2. 1. q. 99 art. 9.
[b] R. char. in 4. libr. ſent. diſt. 15. ar. 5 q. 5.
[c] Richa. ubi ſupra argu. cap. error. 83. diſt.
[d] 2. 2. q. 67 art. 2.
[e] In d. q. 67 art. 2. & alios grauos auctores. quos Caiet. ibi adducit.
[f] Lib. 1. ord. tit. 76.
[g] Ca. bonæ. 1. de elect. vbi Panor. & adiuncto. c. cũ olim de re iudic. ubi poſt alios Fely col. 5.
[h] 2. 2. q. 67. art. 2. & ſic cit c. ad noſtram, de iureiur.
[i] In ca. 1. de cauſ. poſſeſ. per gloſ. ſin gul. in l. an tepen. ff. in quib. cauſ. maieſt. lau datam per Raue. in d. c. 1. & Dec. in c. ex par. 2. de offi. de leg. col. 2. et c. quæ in ec cleſiarũ de conſt. col. 9.
[k] 2. per. t. t. 2. ca. 6. §. 3.
[l] Supra in c. 17. nu. 60.
[m] Glo. in l. 1. ff. quod iuſſu.
[n] 4. Ethic.
[o] 2. 2. quæſt. 117. art. 1. & melius. q. 58. art. 1. ad 1.

DE

DE PECCATIS Iudicis superiorem agnoscentis.

12 *Iudex ut peccat mortaliter suscipiendo officium, cui est impar.*

12 *Iudex iudicans iniuste, aut accipiens pretium pro sententia etiam iusta.*

13 *Exemptus hodie multo plus subiacet ordinario, quam olim.*

13 *Iudex usurpans iurisdictionem, nō seruans ordinem iudiciarium, ut peccat.*

13 *Iudex male capiens, & dictum non cōdemnans in expensis peccat.*

13 *Iudex non satis studens, nec consulens affectu condemnans, & miseris nō deferens, ut peccat.*

14 *Iudex appellationi non deferens, uel eā non admittens, ut peccat.*

14 *Iudex pœnam legis augens vel diminuens, ut peccat.*

15 *Appellatio ab interlocutoria in quibus causis criminalibus hodie sublata.*

15 *Iudex sententiam nullam superiorꝭ ex sequens ut peccat.*

16 *Iudex non obediens Ecclesiæ, non seruans interdicta, prehendens iudicem Ecclesiasticum, qui eum excommunicauit, cogens absoluere, libertatem ecclesiæ minuens, res intra ecclesiam capiens, ut peccat.*

17 *Iudex extrahens quem ab ecclesia, approbans falsitatem officiarij, negans damnato confessionē, ut peccat, & 23.*

19 *Ecclesiæ immunitate gaudet regulariter omnis Christianus tantum, & non alij, & seq.*

24 *Iudex partibus æquales aduocatos non assignans, non uisitans carcere, excōmunicatum admittens, clericum suo iudici non reddens, iudicans die festo iura nimia exigens, fingens quo fœminam adeat, procedens sine accusatore, ut peccat, & seq.*

25 *Iudex non inquirens, generaliter interrogans, & inquirens specialiter.*

27 *Domini terrarum cultarum a Sarracenis eis decimantibus hoc agant.*

DIcendum, quod peccat mortaliter primo iudex petens, aut suscipiens munus gubernandi, aut iudicandi, quo ita est indignus: vt fit verisimile inde notabile aliquod damnum proximo euenturum, [a] per ea, quæ late adduximus in prælect. c. si qñ, [b] ponendo exemplum de eo, qui noscens se contra potentes sentē tiam ferre nō ausurum, iudex efficitur. [c]

Secundo peccat, qui sciens, aut scire debens, sententiam iniustam fert, aut iustam ferre negligit amore, odio, precib⁹, metu, vel alia de causa, [d] cum obligatione restituendi, non solum principale, sed omnes impensas, damnum, & interesse, quæ ex eo cōsecuta fuerint, c. fi. de iniur. siue appellet, siue non, [e] nisi consentiat in sententiam animo remittendi debitū: de quo intelligi potest Medina, [f] Et si est Ecclesiasticus, & tulit eam etiam contra conscientiam, ipso facto est suspensus, & irregularis, si ante quam absolnatur ab ea, celebret. [g]

Tertio peccat, qui pecuniam accipit, vt bene vel male iudicet: aut iudicare omittat, [h] cum eadem obligatione restituendi (vt dictum est [i]) ea, de quibus in §. præcedenti, & etiam quod accepit, si pro bene iudicando accepit, iuxta distinctionem positam supra. [k] Adde extraua gan. quæ incipit: *Ab ipso* Greg. XIII. quæ, innouat extrauagant. 1. de sentē. excommu. inter communes. in quam late nuper commentati fuimus.

13 Quarto peccat, qui iudicat aliquid esse iustum, vel iniustum, etiam si reuera sit tale, sed non habet in id iurisdictionē eo quod reus est exemptus, licet aliquādo contra eum ordinario concedatur, c. pri. de priuil. lib. sexto, quod Conc. Trid. innouauit, & ampliauit in hæc verba, [l] *In ciuilibus causis mercedum, & miserabilium personarum clerici seculares, aut regulares extra monasterium degentes, quomodolibet exempti: etiam si certum iudicem a sede Apostolica deputatum in partibus habeant, in alijs vero si ipsum iudicem non habuerint, coram locorum ordinarijs tamquā in hoc ab ipsa sede delegatis conueniri, & iure medio ad scluendum debitum cogi, & cōpelli possint, priuilegijs, exemptionibus, conseruatorum deputationibus, & eorū inhibitionibus aduersus pmissa nequaq; ualituris.*

Quinto peccat, qui iudicat etiam recte sine tamen probatione sufficienti, siue quia testes sunt suspecti, vel iniuste torti: aut non vidit saltem mediocriter processum, aut probationem legitimam non admisit S. Thomas, [m] addēs peccare quoq; eum, qui probationem maiorē necessaria exigit. Pro quibus omnibus sūt

a Per c. non est putanda 1. q. 1.
b Excep. 12 cū trib. seq. de reseri. & in cap. inter uerba, concluſ. 1.
c Contra c. 7. Eccleſ.
d C. ſi quis dixerit cap. quatuor. 11. q. 3.
e Gloſ. c. pa ſtoralis. §. quia uerb. de offi. dele.
f In c. de re ſti. q. 3. cau. 7. in fin.
g C. 1. de re iud. lib. 6.
h Cap. iube mus, cū 4. ſequent. 1. q. 1.
i In ca. 17. nu. 28. cum ſeq.
k Supra ca. 17. nu. 33.
l Seſſ. 7. ca. 14. de reſor mat.
m 2. 2. q. 60 ar. 3. & 6.

a 11.q.3. cap.ira, [a] & cap.2.de prob.& cap.ad uo ſtram,3.iunct.gl.antepenult. de iureiur. Et qui ordinem iuris non ſeruat,procedendo ſine libello,aut ſine cõteſtatione litis,vbi ſunt neceſſaria.aut ſine dilationibus neceſſarijs,aut ſuperfluas concedẽ do,nõ admittendo iuſtas exemptiones, aut iniuſtas admittendo , clem.ſæpe de verb.ſigni.interrogando ea,ad quæ pars reſpondere nõ tenetur. [b] Et qui in ſen tẽtia aliqua clauſula obſcura vtitur, qua condemnatus aliquo tempore ſe contra iuſtitiam defendere poſſit.Et qui appellationem, aut recuſationem, quam non debet,admittit,vel contra,quam debet, non admittit,preſertim propter preces, aut munera , quod eſt peccatum quotidianum , [c] aut differt ſine iuſta cauſa expeditiones iudiciorum petitorum.

b Glo.magna, c.2 de cõfeſſ.lib.6.
c S.Anto. 3.p.tit.9.c. 14.§.2.
d S.Tho.2. 2.q.67.ar. 4.Alex.3. par.de leg. iud.quantũ ad perſonã iudicis, q.4.arti.4. S.Ant.3.p. tit.29.c.1. §.7.

14 Et qui ꝓꝓ pietatis famam pœnam abſq; facultate id faciendi remittit totã, aut partem,aut eamdem auget,ut ſeuerum ſe oſtendat, [d] non faciendo ea in ipſa ſententia, uel faciendo in ea,ſed ſine iuſta cauſa, & probatur per l.reſpicien dũ.ff. de pæn.& l.quid ergo. §.pœna grauior.ff.de ijs qui not.infam. per Decium, poſt alios,in cap.at ſi.§.de adulterijs,de iud.ubi latius id diximus : & quãuis qui ſuperiorẽ non habet totam pœnam, aut illius partẽ remittere poſſit,aut mutare corporalem in pecuniariã,ſi uidet illud in honorẽ Dei , aut in utilitatem Reip. ceſſurum:ut cũ reus utilis eſt populo, [e] & ét ſi uidet nullum inde damnũ publicũ emergere,de conſenſu partis aduerſæ : ſi tñ præuidet,uel præuidere debet, occaſionem delinquendi per illud præberi , quæ ut plurimum præbetur ignoſcendo homicidis,latronibus, iniquis iudicibus,& id genꝰ alijs,grauiter peccat, quamuis pars aduerſa in id conſentiat.[f]

e l.ad beſtias, ff.de pœnis. & Alexã. ibi ſup.
f Caiet. in ſumm. ver bo,iudi. peccata.

15 Et qui ſententiã ſuperioris exſequitur, ſciens eam nullam eſſe,& irritam,ſi ue quia errorem contineat intolerabilẽ ſiue manifeſtam iuſtitiam. [g] Dixi,*ſciens nullam eſſe* : quia validam (licet iniuſta ſit) exſequi poteſt,poſtquam procurauerit,ne exſecutioni mandetur, [h] & qui iubet aliquem ſine iuſta cauſa comprehendi,ſicuti ſupra dictum eſt , [i] & qui ſine iuſta cauſa omittit condemnare victum in impenſis petitis a victore, [k] & qui ignorans ea, quæ ad iudicandũ ſunt neceſſaria,quem debet,non conſulit. Dubitauerunt quidam viri docti an omnes in præfatis modis peccandi contenti ad reſtitutionem teneantur: quibus reſpondſum fuit, quod ſic , quoniam omnis qui damnificat proximum aliquid contra legem iuſtitiæ ſpecialis agendo , tenetur reſtituere damnum,vt diximus, [l] & per modos peccandi præcedentes peccatur contra leges ſpecialis iuſtitię. Admonemus tamen ꝙ qui per dictos modos peccat, tenetur quidẽ reſtituere id , in quo cõtra iuſtitiam læſit:non aũt ea omnia, in quibus male iudicat,ſed tantũ in quibus iuſtitiam ſpecialem læſit,vt qui contra ordinem iuris,vel dilatando, vel abbreuiando,vel male concedendo,vel negando appellationem lædit, ſolum reſtituat id,in quo ſic lædit, non aũt omnia, in quibus cõdemnauit,vel abſoluit, &c. qui aũt aſſeſſorem habet,& quem debet conſulit, & eius conſilium ſecutus male iudicat,non peccat, aſſeſſor aũt, & conſultor ſic cum obligatione reſtituendi , cap.ſtatum,§.aſſeſſorem.de reſcript.lib. ſext.Panorm.& Ant.in c.tua nos,de homicid.& Deci. poſt & ante alios in l.con filij,ff.de reg.iur.qui vero mortali odio, malove animo aut fine(licet alioqui iuſte)aliquẽ damnat morte, mutilatione, vel alia pœna, [m] quamuis peccet,non tñ tenetur reſtituere , ſecundum mentem vtriuſq; Thomæ, [n] quia non peccat contra leges ſpecialis iuſtitiæ,ſed caritatis, vel alterius virtutis,quæ cõiter obligat ad reſtitutionem,vt in d.mo.deducitur.

l Super ca. 17.nu.6.et ſequẽ.& in tract. de reſtit.eccle.q. 2.monit.2. & 7.nu.6.
m Per c.cũ miniſter, 23.q.5.& multa ibi per nos nu. per addu. ct.
n 2.2.qu. 40.art.1.

Adde,ꝙ Conc.Trid. [o] ſic circa hæc ſtatuit, *In cauſis viſitationis, & correctionis,ſiue habilitatis,& inhabilitatis,necnon criminalibus ab Epiſcopo ſeu illius in ſpiritualibus vicario generali ante definitiuam ſententiam ab interlocutoria, vel alio quocumq; grauamine non appelletur.* Circa quod nota primo cõſonare illud iuri antiquo quo ad cauſas viſitationis, correctionis, habilitatis, & inhabilitatis, per ca.licet,de offi.ord. & c.reprehenſibilis de appellat.cum eis annotat.

o Seſſ. 12. ca.1.de reform.

Nota ſecũdo, qđ diſſonat illi, quo ad cauſas criminales:& vr ſolũ eſſe locus ei in criminalibus, quæ tractãtur corã Epiſcopo,& vicario generali eius: & non in eis, quæ tractãtur corã inferioribus,vel delegatis a Papa, Legato, vel Epiſcopo.

Tum

Tum quia proœmium illius habet, id ſta tui in auctoritatem Epiſcoporum: quo li bentius reſideant in ſuis Epiſcopatibus. Tum quia verba ſæpius repetita ſolũ loquuntur de Epis, & vicarijs eorum, & nõ quibuſcunq; ſed tm generalibus. Tũ qa eſt ius correctorium, & nouum per quod non recedimus ab antiquo, niſi quaten⁹ in eo exprimitur. l. pcipimus, C. de appe.

Nota tertio quod iura remouentia appellationem in aliquot caſibus, & admittentia regulariter in omnibus, iux. gl. ſin gul. in l. qui reſtituere, ff. de rei vend. ſolum procedunt in foro exteriori, quia in interiori iudex, qui grauat, peccat non admittendo appellationem, vel alia via grauamen non remouendo: ſiue ſit cas⁹, quo liceat appellare, ſiue non. [a] Qua in re quam plurimi litigantes, & aduocati, ac procuratores eorum, paſſim grauiſſime peccant cum obligatione reſtituẽdi.

a Arg. l. 3. ff. de appell. & c. ad noſtram. eo. ti.

Nota quarto quo ad hoc, vt iudex pec cet, non admittendo appellationem, & pars appellando, non requiritur, q̃ ſententia ſit iniuſta, ſecundum acta, ſed ſufficit quod credatur eſſe ipſa re iniuſta, & per agenda de nouo poſſit monſtrari eſſe talis. [b]

b Cap. regũ 23. q. 5. Richar. in 4. diſt 15. ar. 5. q. 4.

Sexto peccat mortaliter, qui peregrinos, viduas, pupillos, & alias miſeras perſonas negligit notabiliter præferre alijs in iure ſibi reddendo. [c] Et qui iudex ſecularis mandatis Papæ, aut aliorum prælatorum non paret, aut eorum excommunicationes, aut interdicta, vt debet, non ſeruat. cle. grauis. de ſent. excõmun.

c Cap. 2. de maior. & obed. & ca. 11. q. 3.

16 Septimo peccat, qui cogit, aut præcipit tempore interdicti celebrare, aut ne denuntiati excommunicati e diuinis officijs egrediantur, & eſt excommunicatus. Et qui vi, metuve abſolutionẽ extorquet, aut excommunicationem, aut interdictum reuocari facit. [d] Et qui facultatem facit comprehendendi, aut vexandi iudices Eccleſiaſticos in perſonis, aut bonis eo quod contra ipſum cẽſuras tulerunt, vel ſuo iuſſui non paruerunt. [e]

d Cap. 1. de his quæ ui. met. lib. 6. e Ca. quicũ que de ſen. excommu. li. 6. de qua inf. ca. 27. nu. 99.

Octauo peccat, qui prohibet ſubiectis, ne vendant, vel emant ab Eccleſiaſticis, & eſt ipſo facto excommunicatus. [f] Et qui compellit, vt bona immobilia, aut iura Eccleſiæ ſubijciantur laicis, aut ad eoſdem transferantur. [g] Et qui iubet capi cruces, ornamenta, libros, aut alia Eccleſiæ bona, cap. indigne duodecima q. pri.

f Ca. eos, de immu. eccl. lib. 6. g Cap. 2. de rebus eccle. nõ alie. li. 6

17 Nono peccat, qui extrahit, aut vult, vel iubet extrahi per vim ex loco ſacro eos, qui ad illum confugerunt, [h] p multas leges regias citatas a Dõ Remigio a Gogni Pampilonẽſi, & per leges Luſitanie circunſpectiſſimas. Pro cuius rei notitia dico quatuor. Primum, quod per locum ſacrum hoc in loco intelligitur quę libet Eccleſia, capella, baſilica, eremitorium, & quodlibet aliud ſacellum, pro miſſa dicenda, epiſcopali auctoritate cõſtructum, ſine qua deſtrui non poteſt, iuxta mentem Cardinalis. [i] Cœmeterium item, quod eſt locus per epiſcopum ſepeliendis mortuis ſacratus, ſiue ſit cõtinuũ ſiue coniguum Eccleſiæ, ſiue ab ea ſepa ratum. [k] Dormitorium item commune clericorum, & religioſorum. arg. ca. eum pro cauſa, de ſent. excõ Et ianua, & porticus Eccleſiæ, aut cẽmeterio adnexa. d. c. ſi quis contumax. Panor. in c. penult. de immun. eccleſ. Clauſtrum item, & pauimentum, licet ſpatium pluſquam 30. paſſ. contineat. [l]

h per c. deſiniuit. cap. ſi quis contumax, & ca. reũ. 17. q. 4.

i Conſ. 11. et d. Remig. vbi ſup. ampliat. 1. 2. & 3.

k Ca. quiſq; 17 q. 4.

l Ex Remi. ubi ſupr. ab ampliat. 5. vſq; ad 15.

18 Domus item epiſcopalis: quamuis ab Eccleſia ſeiuncta ſit. [m] Domus etiam Eccleſiæ ad habitationem clericorum intra 40. aut 30. paſſus conſtructa, alias non, niſi alicui capellæ adnexæ eſſent d. c. ſi qs. Spatium item 40 paſſuum in circuitu Eccleſiæ maioris, & 30 in circuitu Eccleſiarum minorum, [n] vt affirmat Oldr. [o] & Fely. in d. c. cũ pro cauſa. Admonemus tamen nullo in loco hoc ſeruari, niſi quo ad fines cœmeterij, ſorium, clauſtrorum, graduum, & ſic videmus plus obſeruari opinionem, quam ridet ibi Oldradus, q̃ ſuam. Hoſpitale item epiſcopali auctoritate conſtitutum Panor. in ca. penul. col. ſecũd. de immun. eccl. Et presbyter, q de fert ſanctum Sacramentũ extra Eccleſiã. P Cardinales etiam hoc priuilegio vtuntur, quod tamen nullo iure ſcripto probatur, quamuis fortaſſis ſic non ſcripto conſuetudinis, [q] & a fortiori eo vtentur Imperatores, Reges, & ipſorum Regiæ: quamuis non ipſorum ſtatuæ, neq; dom⁹ aliorum magnatum, niſi priuilegio donatorum. [r] In vrbe tamẽ nulla Eccleſia vtit hac immunitate aduerſus iudices etiam ſeculares Papæ, licet domus Cardinaliũ cum certo ambitu, & legatorum regum, & Rerump. ea gaudere videamus.

m Ca. id cõ ſtitutum² 17. q. 5. Inn. & cõis, in d. c. inter alia. de immun. eccleſ.

n Cap. ſicut antiquitus, & ca. quisquis. 17. q. 4

o Conſ. 35.

p Hoſtiẽ. & cõis in c. ſine, de celebr. miſſ. & Remig. ubi ſupra ampliat. 18.

q And. Sicul. de pœſt. Card. q. 9. par. 1.

r Remig. ubi ampl. 21.

19 Secundum, quod hac immunitate gaudent omnes, & soli Christiani liberi, qui ad prædictum locum sacrum, siue ob delicta, siue ob debita confugiunt. [a] Et etiam serui, ob delicta, quæ grauissime a iure puniri possunt, confugientes, aut ob sæuitiam dominorum, alias non: & ideo suis dominis reddi debent: præstita tamē cautione saltem iuratoria, de non sæuiendo in eos. iuxt. Panor. & cōem in d.c. inter alia.

Tertium, quod ex hoc infertur, hac immunitate gaudere excommunicatos, interdictos, & suspensos, iuxta Imol Bonif. & cōem in cle. 1. de pœnit. & remiss: quia non excipiuntur a regula prædicta. Et eadem rōne, qui de licentia custodis carceris, vel sine illa etiam violato iuramento de non egrediendo e carcere, confugit: quia licet teneamus, [b] quod iuste in carcerem coniectus exiens a carcere, p̄stito iuramento de redeundo, teneatur redire: per vim tamen educi non pōt. [c] Et etiam, qui violato carcere cōfugit. Et q̄ comprehēsus per locum sacrum ducit etiam si iam damnatus ad suppliciū ducatur: quia iam est intra eam receptus: & a fortiori, qui a iustitiæ ministris fugiēs in eam est ingressus. [d] Gaudet etiam p̄cutiens clericum, aut occidens, & consequenter omnis sacrilegus, qui in loco sacro non committit, quidquid relati per Remig. [e] dicant sine textu, & iusta ratione: cum a regula p̄dicta non inueniantur excepti. Exsules item, siue banniti, etiam ita, vt impune occidi possint: & obligat [g] ad reddendas rōnes, & mercator, qui decoxit, aut fidem fefellit, & qui trāsfugit ad hostes quidquid dicant relati a Remigio, & quos ipse sequitur, [f] modo nō delinquant in Ecclesia, neq; alia delicta excepta committant, quia non est textus, nec vlla ratio firma; quæ eos a prædicta regula excludat.

20 Quartum, q̄ non gaudent hac immunitate Iudæi, Mauri, Pagani, hæretici, & alij infideles, nisi quando confugiunt, vt vere fideles efficiantur, [g] neque blasphemus iuxta Nicolaum Boertium, [h] & alios quos refert, & sequitur Remig. vbi sup. fal. 24. Quod nostro iudicio non probat per rationes dicti Nicolai male digestas: cum (quidquid ille dicat) certum sit blasphemum, quatenus tantum talis est, non esse hæreticum iuxta vtrumque Thomā receptum, [i] & si vna cum blasphemia hæresi tenetur, non quidem qua parte est blasphemus, sed qua parte est hæreticus, & infidelis, desinit gaudere hac immunitate. Non item gaudet viarum grassator neq; nocturnus segetum, & aliorum fructuum vastator, ca. inter alia, de immun. eccles. Neque qui occidit, mutilat, vel aliud graue crimē in loco sacro admittit, c. fi. de immun. eccles. iuxta cōem, quam copiose tractat prædictus Remig. quia a prædicta regula excluduntur per iura p̄citata. Nec refert an delinquant cū spe immunitatis, an sine illa, ſm Panor. in d. ca. fin. Quod quamuis sit contra cōem in theorica: est tamen in praxi receptum, [k] quod Lusitania non seruat cuius leges ita distinguere videntur. [l]

21 Neque qui insidiose occidit, aut animo occidendi percutit iuxta cōem, [m] quam prædictus Remigius copiose refert, [n] quamuis sic, qui absque tali animo percutit, secundum communē. Sed iuxta leges Lusitaniæ vsu receptas, nemo qui alium de proposito, vel in duello occidit, aut percutit, hac immunitate gaudet. [o] Nemo item ea gaudet, qui ex Ecclesia alterum extra Ecclesiam exsistē tem percutit: neque contra, qui exsistēs extra illam exsistentem in illa percutit, iux. Pan. & cōem in d.c. fi. qa in Ecclesia dicitur delinquere. Neq; qui exsistēs intra Ecclesiam iussit extra Ecclesiam delictum fieri, quo ad delictum, quod iubendo committit: quia in Ecclesia patratum fuit: quamuis sic, quo ad delictum patratum ex iussu suo. [p] Neq; qui eum, qui in Ecclesia erat, per vim extraxit, saltem p̄ vestes trahendo: quia in Ecclesia delinquit. Neque qui extrahi eum iussit, quo ad delictum, quod in hoc commisit: quāuis sic, quo ad delictum, quod interficiēdo, aut percutiendo post eum extractū committeret, [q] quia hoc extra, & illud intra commissum est. Neq; qui sponte egreditur, iuxt. Host. & cōem in d.c. fi. Neque is, quem Papa educi iubet. [r] Neque personæ Ecclesiasticæ, iuxta Panormit. vsu receptum, in d. cap. fin.

22 Quod videtur limitandum quo ad iudicem Ecclesiasticum, non autem quo ad iudicem secularem, quem arbitror non posse extrahere ab Ecclesia clericū in

a Dic. c. inter alia ubi Panor. n. 4. & Remig. vbi supra.

b Cum glo. singu. clem. pastoralis, verbo per violentiam de re iudic. c Steph. decis. capell. Thol. 422. d Remig. vbi supra fall. 31. e Fall. 32. & 14.

f Fall. 37. & duabus seq.

g l. 1. cum gl. C. de his, qui ad eccl. confug. Nicol. Boer. decis. 100.

h In dict. de cis. 109.

i 2. 2. q. 13. art. 1.

k Secundū Steph. in de cis. 422. capel. Tholos. l Lib. 2. ord. tit. 4.

m Dic. c. 1. de homic. cōtra Panor. n Vbi supra fall. 11. & duob. seq.

o Li. 2. ord. ti. 4. & §. 3.

p Remig. & bi sup. fal. 5.

q Remig. & bi sup. a fal. 4. usq; ad 11.

r Cap. uxor felicis, 16. q. 4.

in minoribus conſtitutum,etiam ob delictum: licet quo ad illud poſt Conc.Trid. [a] habeat in eum iuriſdictionem. Neque q ex eccleſia ſe iniuſte defẽdẽs, pugnat: quia intra Eccleſiam delinquit. Neque qui prope Eccleſiam delinquit, animo ad eam confugiendi, [b] quamuis quo ad Luſitanum, nihil refert,prope Eccleſiã, aut longe delinquat:ſed an caſu, aut data opera id faciat, [c] neque etiam ſecundum ius commune,noſtro iudicio. Tum quia, non eſt textus, qui ita diſtinguat. Tum quia, ſupra proxime ſecuti ſumus opinionem Panormitani dicentis, nil referre,an qui in Eccleſia delinquit,id faciat cum ſpe immunitatis eius,vel ſine illa. Neq; etiam gaudet,qui ab Eccleſia ſponte egreditur,licet ſubdolis aliquorũ verbis deceptus;quamuis qui promittit reddere Eccleſiæ, aut eiuſmodi dolis vtitur,(ſiue ſit iudex,ſiue alia perſona particularis) ad fidem ſeruandam tenetur, vt videtur æquius,iuxta relata per prædictum Remigium. [d] Neque qui comburit aut deijcit Eccleſiam:quia in ea delinqt, c.fi.de immu eccle.quidquid dicant relati a Remigio vbi ſupra.

23 Decimo peccat mortaliter,qui conſentit ſuis officiarijs aliquo dolo,vel falſitate in notabile partium damnum vtẽtibus:quia facientes,& cõſentientes,&c. [e] aut non ſeruat conſuetudines,& ſtatuta,quæ ſe ſeruaturum iurauit:ſi ſint licita,poſſibilia,& non derogata ſaltem per conſuetudinem contrariam. [f]

Vndecimo peccat,qui dãnato ad mortem,non promittit locum ſuſcipiendi ſacramentum pœnitentiæ ab eo petitum: nec contraria eum conſuetudo excuſat, cle.pri.de pœn.& remiſſ. idem eſſe de ſacra communione tenet ibi gl.communiter recepta quam late Rauennas defendit in tract.incip.valete,in fine alphabeti aurei,quę tamen in Gallia non obſeruatur,ſm Stephanum, [g] & Robertũ Gaguinum,[h] dicentes negatam fuiſſe Conſtabili Galliæ Ludouico Lucemburgẽſi, qñ anno 1475 iugulatus fuit. Neq; etiã in Hiſpania: & quidem non male noſtro iudicio (q̃uis prædictus Rauennas cum communi oppoſitum teneat)vt in d.cle. pridem defendimus,eo quod ita fieri expedit ob multa, ne exſecutio ſententiæ criminalis differatur pluſquam differri oporteret: ſi ea condemnato tribueret. Tum quia irreuerentia eſſet ſumere ſupplicium de aliquo eo ipſo die quo communi cauit: cum non conſtet ſpẽs ſacramenti eſſe digeſtas. Tũ quia non eſt tãta ratio concedendi hoc ſacramentũ, quanta pœnitentiæ,cui ſuſcipiendæ prædicta cle.præcipit dari locum. Eſt tñ conſuetudo vrbis,vt diximus [i] alibi, digna maxima Maximorum Pontificum prudentia, quam orbis imitari deberet,vt damnato ad mortem denuntietur ſententia poſt mediam noctem,vt liceat ei confiteri,& cõicare ante quatuor horas,quam ducatur ad mortem:& (ſi libuerit) etiam teſtari:vt iam corrupta tanto temporis ſpatio panis ſpecie, ſine vlla irreuerentia ſacramenti cum magno eius fructu moriatur ſemper victurus. Amen.

24 Duodecimo peccat,qui coram ſe litigantibus æquales aduocatos, & procuratores ex eis,qui coram ſe aduocati,aut procuratoris munere vtuntur, non concedit,cum damno notabili alterius partis,l.prouidendũ.C.de poſtul.præſertim pſonis miſerabilibus:quibus interdũ etiã nõ petentibus prouidere debet.l.nec qd q̃.§.fi.ff.de offi.proconſ. Imo & interdũ ſine ſtipendio,ſcilicet, quãdo ſoluere nequeunt, & aduocati ſine tali ſtipendio illis patrocinari poſſunt. [k]

Decimotertio peccat mortaliter, qui non viſitat carceres aut non procurat,vt in eos coniectis neceſſaria vitæ ſuppeditẽtur,cum illorum damno notabili, [l] aut in ſuo iudicio excommunicatum admittit in actorem, aduocatum, aut teſtem, contra ſuperioris iuſſum,aut iuſtam partis requiſitionẽ. [m] Dixi, *Contra,&c.* alias enim non videretur nobis plus quam veniale, ſi ex eo damnum notabile alteri non ſequatur.

Decimoquarto peccat iudex laicus, q non reſtituit ſtatim Eccleſiaſtico captũ, dicentem ſe eſſe clericum ſi eum in habitu clericali inuenit,aut manifeſto conſtat eum clericum eſſe & eſt excommunicatus. [n] Dixi, *In habitu clericali*,alioq enim non tenetur reddere Eccleſiaſtico, d onec ei de clericatu cõſtet,d.c.ſi iudex & ibi oẽs, nec tunc ſi eſt clericus coniugatus: niſi probet, quod vnam ſolam, & virginem vxorem duxerit,& habitum,& tonſuram clericalem geſtauerit. [o]

a Seſ. 23. c.6.
b Iux. Hoſt. in ſũma.de immun.§. inquantum n.8. et alios quos refert & ſequitur Remig. ubi ſupra full.2
c Li.2. ord. tit.4.§.3.
d Vbi ſupra full.25.
e Cap.1.ad Ro.ca.1. de offi.deleg.et clem.2.§. notarij, de hæret.
f C.1. de iureiu.lib 6.
g De poteſtat. eccleſ. caſu 118.
h In vita Ludoui.11.
i In Enchi. de orat. ca. 22.n.11.
k Syluest. uerb.aduocatus,q.18
l Arg. l.iudices. C.de epiſc.aud.& c paſce 86. diſt.
m Ca.decernimus de ſent.excom. li.6.& Inn. in c.1.de offi. ordin.
n Cap. ſi iudex.de ſen. excom.li.6.
o Cap.1. de cle. coniug. ib.6.

Ad noue autem quæsitum respondeo peccare iudicem laicum capientem clericum, qui vi abstulit ab eo processum, & retinentem donec illum restituat, si post factum delictum, vel in flagrāti eū capiat,& nō remittat ad iudicem Ecclesiasticum infra tempus debitum,in c. cū non ab homine.de iud. per notata a Panorm.Aret.Felyn. & Decio,[a] qui dilucidius alijs hoc resoluit.

a anu. 10.

25 Decimoquinto peccat, q die in Dei honorem feriato testem iurare facit,aut aliquem alium actum iurisdictionis exercet, qui non esset meræ executionis, c.pri. & fin.de ferijs:nisi necessitate excusetur,per ead.c.& ibi annotata.Et qui accipit plusquam valet cera,& labor sigilli signandi,ſm Gabrielem, [b] quod non seruatur,nec est verum, vbi est lex,aut consuetudo,quæ contrarium induxit, quidquid ille sentiat,arg.c.fi.de cōsue.& c.ad Apostolicā de regula. qdqd ille rndeat.

b In 4.libro sent.dis.15. q.6 art. 4. dub. 5 lit. R.S.

Decimosexto peccat, qui fingit aliqd quo eat, aut mittat ad accipiendum testimonium alicuius fœminæ,& est excōicatus. [c] Aut ex officio suo procedit sine petitione partis,ad vtilitatem priuatam aut etiam publicam,in delictis sine accusatore:exceptis casibus, in quibus id iure permittit,qui sunt multi ſm multos, quos quasi ad vnum reduximus,[d] scilicet quādo principaliter intenditur cohibitio malorum futurorum, & materiæ illorum generaliter.

c Ca.mulieres, de iu. lib.6.

d In d.c. inter uerbā cōdu.6.

26 Decimoseptimo peccat,qui cessante iusto impedimento omittit visitare, aut inquirere,ad noscendum delinquētes,& delicta sui territorij, & illud eis expurgandi.[e] Et qui in huiusmodi visitatione & inquisitione generali interrogat quēquam speciatim,an ille,vel ille,illud aut illud delictum fecerit.Et qui generaliter edicit, aut speciatim adiurat quemquā, vt notū faciat sibi quidquid scit, siue sit occultum,siue publicum:quia non debet velle,vt quidquid scitur sibi dicatur,sed solum illud quod est notorium,vel famosum,per dicta supra. [f] Et qui procedit p viam inquisitionis contra aliquem parti culariter.vel interrogat de socijs contra supradicta. [g] Aut facit, vel cōsulit aliqd eorū,in quibus supra eodē reges, & monarchas mortaliter peccare dictum est.

e Argum.l. congruit.ff. de offic. præ fid. & c.1. de offi. ord. cum annot.

f Cap. 18. nu.59.

g Cap.18. nu.58.

27 Ad noue aūt quæsitū rndeo, Dominos terrarū,in quibus prognati a Sarracenis degunt,& omnes reditus Ecclesiasticos capiunt,teneri ad dandam cōgruam sustentationem parochis Ecclesiarū,arg. c.de monachis.de præbend.& ad denuntiādum sacrosanctæ Inquisitionis officio eos,quos nouerint cæremonijs Mahometicis vti,per mandata inquisitorum quæ in hoc sæpe fiunt.

DE PECCATIS ADVOCATORUM & Procuratorum.

28 *Aduocatus,vt mortaliter peccat,necessaria ignorans, aut fouens litem iniustam, aut est in causa,quod aduersarius suam iustam causam perdat: aut ob nimias dilationes, & illicitas subornationes testium, notabiliter illi officit,&c.*

29 *Aut aduersario secreta suæ partis pandit,aut pauperi non subuenit.*

30 *Aut stipendium immoderatum,aut ex eo,quod non debet accipit,aut aduersæ parti fauet:aut de suo stipendio sic, aut sic conuenit.*

30 *Præuaricator est aduocatus, qui parti aduersæ fauet.*

30 *Stipendium aduocati quale iustū,quando in pactum deduci potest.*

DIcendum primo, quod mortaliter peccat aduocatus,qui non exsistēs ad id idoneus patrocinatur,[h] & ita peccat,qui sine iuris peritia id facit,nisi ob defectum iurisperitorum id faciat ad tribunal, in quo patrocinatur mediocriter instructus ex libris sermone vulgari scriptis.argu.l.cert.C.de iudi.& glos.ca. ad audientiam,de consuet.

h l. nemini. C.de aduo. diuer. Pan. in rubri.de postul. Bar. in l.1.ff.eo. S.Tho. 2.2. q.71.art.2.

Secundo peccat,qui defendit causam quam scit esse iniustam, cum obligatione restituendi damna parti aduersæ, & etiam suæ, si eam id non admonuit. [i] Et qui licet nesciat eam omnino esse iniustam: magis tamen reputat esse iniustam, quam iustam.Anton.Butr.in cap. breui.de iureiur. Et qui a principio credit iustam,& non desistit,postquam nouit non esse talem,quia quamuis aduersario id indicare non debeat, neq; secretū detegere, a patrocinio tn suæ partis desistere debet, & ei suā sententiā declarare;

i Arg.ca.1. ad Rom. & c.1.de offic. deleg.

rare:imo, & inducere eum ad concordiam honeſtam. [a] Quamuis ſi cauſa eſt dubia ob varietatem opinionum magnorum virorum, aut ob diuerſos intellectus legis, qua eſt decidenda, poterit ad finem vſq; ſine peccato proſequi, ſi pars ſua id admonita voluerit. [b]

Tertio peccat, qui notabili ſua negligentia, aut ignorantia, partis ſuæ cauſam iuſtam perdit, cum obligatione ad damna, & intereſſe, l.idem iuris, § 1.ff.ad l. Aquil.& Hoſtien. in cap. calumniam de pœnit. ſi p doctore ſe gerit, & pars eius ignorantiam ignorat: alias ſecus, niſi ſit in dolo, vel lata culpa, iuxta mētem Innocent. in cap.ſicut dignum de homic. quem in hoc applic. Sylueſt. verbo aduocatus, quæſtione quarta.

Quarto peccat, qui facit aliquid, quo cauſam iuſtam aduerſarius amittat: aut infert ei aliquod damnum notabile, petendo ſuperfluas dilationes, dando, aut ſubornando partem, aut teſtes, ne verū fateantur, aut id genus alijs modis, cum obligatione reſtituendi omnia damna & intereſſe. Hoſtien. in d.cap. calumniam, communiter recept. Et qui facit præſentari inſtrumentum, aut teſtes falſos, aut allegat iura falſa, aut aſſerit aliqua, quæ ſcit eſſe falſa, [c] quamuis poſſit prudenter occultare, & tacere id, quod ius ſuæ partis impedire poteſt, [d] & honeſte ſimulando ſuum aduerſarium fallere, [e] abſque tamen mendacijs, argum. dicto capit. ne quis.

29 Quinto peccat, qui aduerſario indicauit ſecreta notabilis monenti ſuæ partis, [f] cum obligatione reſtituendi damna. Et qui non ſubuenit pauperi, in extrema neceſſitate ſui auxilij conſtituto, eo quod ex defenſione illius cauſæ vita ipſius aut ſuorum pendet, [g] & alias non per dicta ſupra, cap præcedent. & ſentit Sanct. Thom. & declarat. Caietan. [h] quia non tenetur magis ad faciendam eleemoſynā de ſua arte, quam diues de ſuis bonis, quidquid dicat Hoſtienſ. de pœn. & remiſſio. § quibus verſic. quid de aduocat. Angel. Roſel. & Sylueſt. verbo aduocatus, quæſt. 16. in ſuis ſummis.

30 Sexto peccat, qui ſtipendium exigit de eo, propter quod non debetur, vel notabiliter maius debito pro patrocinio. [i] Peccat etiam, qui parti aduerſæ publice, aut ſecreto fauet, qđ eſt præuaricatorem agere. leg. prima Digeſtis de præuari. adiuncta doctrina Bart. ibidem. Stipendium vero, ſiue honorarium moderandum eſt iuxta magnitudinem cauſæ, & laboris, & ſcientiæ, & conſuetudinis regionis. [k] Conuentio autem non eſt facienda in medio litis, ſed in principio, vel fine, [l] quamuis vere iuſta ſine vi, & ſcandalo facta, non videtur peccatum, ſaltem in foro conſcientiæ: quia in ea ceſſat præſumptio, qua in hoc caſu nititur forum exterius, argumen. not. in capit. is qui & cap. tua de ſponſal.

Septimo peccat, qui conuenit, de quo parte litis, puta dimidia, aut tertia, aut quinta, aut decima, [m] quibus id vetat, ne præbeatur occaſio, volendi p fas, & nefas vincere. Idem ſi paciſcatur, vt victa ea tantum ſibi ſoluatur, gloſſ. leg. ſumptus, Digeſt. de pactis, quamuis ſine peccato conuenire poteſt, vt ſibi certa quantitas iuſta pro ſuo labore ſoluatur, ſiue vincat, ſiue non iuxta communem in dictis legibus: imo & de certo aliquo palmario ſibi dando, præter ſtipendium, ſi vicerit, [n] moderatum, iuxta Salicet. in dict. leg. item.

DE PECCATIS ACcuſatoris, Denuntiatoris, & Cuſtodis.

31 *Actor aut accuſator, vt peccat mortaliter, mouens aut proſequens litem iniuſtam, aut ob malum finem; ſententia iniuſta vtens, diſcedens a lite, aut falſo iurans, mentiens etiam pro iuſta lite, non accuſans, iurans non accuſare, num. 32.*

33 *Denuntiator vt mortaliter peccat denuntiando, quod, aut quo fine, vel modo non debet, aut non denuntiando, quod debet, cum exemplis.*

33 *Denuntiator ſecum, & cum alio teſte probat.*

34 *Cuſtos, apparitor, & Merinus, vt mortaliter peccant, non accuſando inuentum, aut damnum non intimādo, aut non reſtituendo hoc, & hoc.*

DE ijs dicimus primo, quod peccat mortaliter, qui accuſat aliquem in iudicio criminis falſi: vel petit debitum fal.

a S.Thm.2. 2.q.71.artic.3.
b Syl.verb. aduocatus, q.10.
c Sūma cō feſs.libr.2. tit.5.
d glo.ca.ne quis, 22.q. 2.
e gloſ.c.domin.23.q. 2.
f l.1.§.ſi is qui,ff.ad l. cor.de falſ.
g cap.paſce 86.diſt.
h 2.2.q.71 artic.1.
i ca.nō ſane, 14.q.5.
k l.1.§.in honorarijs, ff.de uar.et extraordi. gl.c.non liceat, 11 q. 3.
l cap.in fames, §.præterea, 3.q.7
m Cōtra l. ſumptus, ff. de pact. leitem, C.de procura. & §.arcentur 3.q.7.
n Iuxt.Alexan.in d. leg.1.ff. de uar.& extraordin.

falſum,cum obligatione reſtituendi omnia damna inde ſecuta,[a] aut ignoranter, ſed ſimul ac nouit illud eſſe falſum, non deſiſtit,[b] & qui etiã poſt definitiuã ſententiam pro ipſo latam, nouit ſuam iniuſtam fuiſſe, & non reſtituit quod per illam accepit.

Secundo peccat,qui accuſat aliquem veri criminis,vel petit verum debitum, animo tamen, vel fine malo mortaliter: ſed non obligatur ad reſtituendum. [c]

Dixi,*mortaliter*,alias enim tantum venialiter peccaret. [d]

Tertio peccat,qui poſt citatam partẽ, non renuntiata lite procurat eam ſuſpẽdi contra voluntatem aduerſarij.arg.ca. prout,de dol.& contum.auth.qui ſemel, C.quomodo,& quando.Aut deſerit cauſam ſpiritualem contra ius, arg.ca.ſuper eo.cum gloſ.de cognat.ſpirit.

32 Quarto peccat, qui paciſcitur, aut tranſigit in cauſa criminali adulterij,vel alius criminis, in qua pena ſanguinis nõ eſt imponenda, l.tranſigere,C.de tranſact.iuxta communem intellectum,quãuis noſtro iudicio,ſi ex eo damnum Rei pub.aut proximi non ſequeretur,in foro conſcientiæ non eſſet mortale: quia cauſa principalis, quare id vetatur, videtur eſſe damnum,vel ſcandalum publicum, quod inde naſcitur: & ita ceſſante illa videtur ceſſare prohibitio,ca.cum ceſſante,de appel. In omnibus autem caſibus eſſet mortale,ſi tranſactio fieret interueniente periurio,vel mendacio pernitioſo, [e] & etiam ſi ob diſceſſionem a lite iniuſta quidquam accipit, cum obligatione reſtituendi. [f]

Quinto peccat, qui ad obtinendum in cauſa iuſta iuramentis, inſtrumentis, vel teſtimonijs falſis vtitur ſine obligatione reſtituendi. [g]

Sexto peccat,qui omittit accuſare aliquem,cuius delictum in magnum damnum ſpirituale, aut temporarium Reipubl. redundat & alias id impediri non poteſt, [h] quod plurimum commendat ibidem Caietanus. Idem de eo, qui iurat,aut promittit non accuſare, de peccato mortali nondum patrato, aut eum iniuſte accuſare. [i]

Dixi, *Nondum patrato*, quia ſecus de patrato,dict.§ pacta glo.c.quemadmod. de iureiur. Sylu.verb.accuſ.quæſt.ſexta.

33 Septimo peccat,qui denũtiat, quod non debet notabiliter nocendo; vel quãdo debet,intentione mortali,[k] aut omittit denuntiare tractatum criminis committendi in damnum ſpirituale,aut corporale,publicum, aut priuatum,vt proditionis,coniurationis,hæreſis, aut aliorum ſimilium: quamuis eſſet ſecretus, & iuraſſet ſe non denuntiaturum. [l] Idem ſi non denuntiat alia delicta pernitioſa ſoli auctori, a quibus per correctionem fraternã non reſipiſcit,modo ea probare poſſit,vt in ca.concluſ.ſexta.Dicitur autem poſſe probare, ſi habet vnum teſtẽ integrum:quia denuntiator in hoc iudicio locum alterius teſtis tenet,ca.in omni.de teſtibus.

34 Octauo peccat, præfectus cuſtodiæ vrbis, qui iurans ſe accuſaturum, quos poſt ſonum campanę inuenit,non accuſat: quia frangit iuramentum iuſtum, cap. ſi vero, de iureiuran. quamuis ſine obligatione reſtituendi pœnas, quas accuſati incurriſſent, iuxta S.Bernardinũ, quem citauit Sylueſter, [m] & ex dictis, [n] deduci poteſt: neque etiam quod recepit,ne accuſaret, tenetur ad neceſſario reſtituendum,iuxta opinionem,quam ſecuti ſumus ſupra, [o] quamuis ſi videt aliquod damnum facientem, & ei qui damnum accipit nõ indicat, contra id quod iurauit, aut promiſit ratione ſui officij, non ſolum peccat mortaliter, ſed etiam ad ſarciendum damnum tenetur.Sylue. vbi ſupra. Idem videtur dici poſſe de cuſtodibus, & de præfectis circa importandas, & exportandas merces in confinibus regnorum, prouinciarum, & ciuitatum: qui permittunt exportari, vel importari vetitas, ſcilicet peccare mortaliter, & eſſe periuros,nec abſolui poſſe, ſine firmo propoſito numquam id amplius permittendi: ſed non tenetur ad reſtituendum pœnas, quas ſoluiſſent tranſgreſſores, ſi denũtiati fuiſſent:neq; bona, quibus ob id priuarentur: quamuis tenerentur ad reſtituenda vectigalia, quę importatores,vel exportatores deberent: quia hoc non eſt pœna, ſed intereſſe: faciunt infr.dicenda, de teſte falſo. P

a capit. calumniator, 2.q.3. c.calumniã de pœn.ca.fin. de dolo, & contum.

b Arg.ca.ſi quẽ 2.q.3.

c capi.cum miniſter 23 q.5.cum ibi a nobis late notatis.

d Angelus verb.accuſ. §.4.

e S.Thomas vbi ſupr.q. 68. art.3.

f Iuxt.not. in c.dilect. 2. de ſimo.

g S.Thom. 2.2.q.71. art.3.ad 3.

h S.Tho.2. 2.q.61.art. 1.

i l.ſi unus, §. pacta & §. illud, ff. de pact.

k S.Thom. 2.q.33.artic.1.

l Innoc.ca. qualiter,1. de cauſ. & Panor.in c. dilect.de ex ceſſ. præla. ꝑ adducta in d.c.anter ver. cõcl.6.

m Verb.reſt.3. q.5. verſi.7.

n In ca.23. n.40.et 62

o capit.17. nu.32. & ſeq.

p Num.40.

DE PECCATIS REI ACCVsati, & inquisiti.

35 *Reus carceratus per iniustam causam se defendens, vt peccat.*
36 *Reus iuridice interrogatus veritatem, eam negans, vt peccat.*
37 *Confessarij caueant ne reos vitam, aut animam perdere faciant.*
37 *Reus non detegens socios, aut non parēs excommunicanti, vt peccat.*
38 *Confiteri an debeat, qui negauit, & damnatur.*
39 *Reus defendens se mendacijs, aut a iusta sententia appellans, vt peccat.*

DIcendum, quod peccat mortaliter primo reus, qui scienter suscipit defendendam aliquam litem iniustam, aut non desistit ab eius defensione, postquā sciuerit eam iniustam, cum damno notabili aduersarij. [a]

36 Secundo peccat mortaliter, qui interrogatus a suo iudice seruato iuris ordine, non fatetur verum, etiam si sit crimen morte plectendum, secundū S. Thomam receptum, [b] Gabrielem, [c] vt latius tradimus. [d] Dixi, *Seruato iuris ordine*: secundum quem tria in hoc requiruntur. Primum, vt delictum sit notoriū, famosum, aut semiprobatum, quod contingit quando est vnus testis oculatus, & omni exceptione maior, aut vnum indicium, vel plura æquipollentia, vt sentit Bartolus. [e] Secundum, vt probatio sit iam posita in processu. Tertium, vt sit reo notificata, quo videat se ad obediendum mandato iudicis teneri, secundum vtrumq; Thomam; [f] tunc autem adeo obligatur, vt a confessario non sit absoluendus: nisi proponat illud confiteri. Nām, vt recte ait Sotus, [g] talis reus in non confitendo peccat, neque eum peccati pœnitet, imo in eo perseuerat: & consequenter veniam non meretur, nec absolutionem, [h] quæ est singularis, & quotidiana conclusio.

37 Quare diligenter confessarius consideret, ne præcipiendo confiteri inducat reum in iacturam corporis, & in nō præcipiendo, in iacturam animæ, vt [i] monuimus, addendo quid dicendum de illo, qui confessus suum delictum socios occultos, etiam iussu iudicis detegit: & de illo cui a Prælato præcipitur, vt sub pœna excommunicationis aliqua occulta intra certum tempus reuelet. De fugiente autem e carcere, & non implente iuramentum de redeundo ad illum, dictum est supra. [k]

38 Ad noue autem quæsitum respōdeo eum, qui rite interrogatus, negauit delictum, quod confiteri tenebatur, & nihilominus damnatus ducitur ad supplicium, non teneri ad confitendum illud: nisi notabile aliquod damnum inde alio qui probabiliter sequeretur: quia nullo iure contrarium euinci potest, quum ad eius animę salutem sufficiat iusta confessio cum absolutione sacramentali. [l]

39 Tertio peccat, qui sciens se iuste condemnatum, [m] ad differendum executionem appeliat, [n] cum obligatione restituendi omnia damna, & interesse, S. Thoma.

DE PECCATIS TESTIVM.

40 *Testis vt mortaliter peccat asserens falsum, & tacens verum.*
41 *Testis dubitans, & non reuocans suum dictum uerum, quod putat falsum.*
41 *Testis iurans se testem non fore, excusans se illicite, absentans se, ut peccat.*
42 *Testis detegens, quod non debet, non testans quod debet. num. 44. mercedem accipiens, num. 45. non parens edicto iubenti testari, sine aliqua octo excusationum, quibus non se excusat inhabilis, ut peccat. 46.*
43 *Testis quid faciet interrogatus de eo, quod tacere debet.*
47 *Testis quis tenetur se offerre, & quis non, & quis potest, & non tenetur, & seq.*
49 *Testes quando dicuntur deesse, ut admittantur inhabiles, & cogantur priuilegiati, & seq.*
51 *Testis falsē testans, ut non restituit fisco bona quærenda ei, si uerū testaretur.*

DIcendum, quod peccat mortaliter primo testis, qui iuratus, aut iniuratus verum esse in iudicio affirmat, quod scit esse falsum, aut dubitat esse verum, aut tacet verum, in notabile alterius partis damnum, [o] cum obligatione restituendi, iuxta mentem S. Thomæ recepti,

a Arg. c. si pe, de restit. spol. adiūct. c. penal. 14. q. 5.
b 2. 2. q. 69. art. 1.
c In 4. lib. sent. dist. 15. q. 6. art. 2.
d In c. inter uerb. cōcl. 6.
e In l. fin. nu. 7. ff. de quæst.
f 2. 2. q. 69. art. 1. & 2.
g Li. de rat. tegen. mēb. 2. q. 7.
h Cap. peccati uenial. de regu. iu. lib. 6.
i Vbi supr. & c. 18. sup. eod. nu. 58.
K Cap. 12. nu. 18.
l Cap. quē pœnitet. de pœn. dist. 1.
m Arg. l. 1. ff. de appel. & c. ad nostrā eod. tit.
n Vbi supr. ar. 4. & probat. c. omnino, & c. qui cūq; 2. q. 6
o Prouerb. 12. & c. 1. & crim. falsi.

recepti, [a] quia Deum, iudicem, & proximum offendit, [b] & quamuis timor iuſtus a non teſtificando excuſare poſſit, non tamen a teſtificando falſe. [c] Dixi, *Quod ſcit*, quia ſi mediocri diligentia in reuocanda ad memoriam veritate adhibita errat, non peccat, ſaltem mortaliter, iuxta mentem eiuſdem optime per Caietanum declaratam. [d] Sed ſi nouerit eſſe, debet ſuum dictum reuocare, ſi reuocatio prodeſſe poſſit. Poteſt autem prodeſſe ſi ſtatim poſt atteſtationem, ſe corrigat, [e] & etiam ex interuallo, antequam ſententia feratur, ſaltem ad debilitandum ſuum primũ dictum, [f] adeo quod deſinet eſſe teſtis integer, ideſt, omni exceptione maior. [g] Quin interdum ſecundo teſtimonio, & non primo credetur, ſcilicet, quando conſideratis circumſtantijs perſonarum, cauſæ, & tẽporis, iudici videretur non reuocare ſuũ dictum, per ſubornationem, ſed ſtimulo conſcientiæ, [h] vt quum (quod eſt exemplum Panormitani) [i] Epiſcopus probus, & diues diceret aliquid in alicuius plebeij lite, & poſt aliquod tempus elapſum iuratus diceret ſe per errorem, vel obliuionem ita dixiſſe: ſed ſi per magnã negligẽtiam, vel defectu ſaltem mediocris conſiderationis dicat falſum, mortaliter peccat, cum obligatione reſtituendi, iuxta S. Thomam [k] & Sanctum Antoninum. [l]

41 Secundo peccat mortaliter, qui teſtatur verum quod credit eſſe falſum vel ſolo timore periurij teſtatur, per dicta, [m] ſed ſine obligatione reſtituendi: quia, quamuis nocere velit, non tamen nocet, & qui iurat non teſtificari etiam iubente ſuperiore in caſu, quo tenetur.

Tertio peccat, qui caſu, in quo ad teſtificandum tenetur, quo ſe ab eo excuſet, falſo dixit partem aduerſam ſibi inimicam eſſe, ſciens, aut ſcire debens, ſuum teſtimonium ad ſeruãdam iuſtitiam neceſſarium eſſe, cũ obligatione reſtituendi. [n] Idem de latente, vel abſentante ſe, ne teſtificetur, vt poſt Sotum [o] diximus [p] aut ſe non offert in teſtem, ſciens id eſſe neceſſarium ad impediendum aliquod notabile damnum publicum, vel priuatum, per dicta [q] poſt S. Thomam, [r] etiam ſi promiſiſſet, vel iuraſſet ſeruare ſecretum.

42 Et qui alienum peccatum ſecretum detegit, cuius cognitio non eſt neceſſaria ad mala, & damna impedienda: quamuis particulariter de eo interrogetur, iuxta eundem S. Thomam, [s] maxime, ſi illud per ſolam confeſſionem ſacramentalem, vel conſultationem didicit, iuxta dicta. [t] Quo fit aduocatos, confeſſores, medicos, & alios ſimiles, quibus detegũtur ſecreta litium, dubiorum, & morborum, peccare teſtificando de ſecretis cõmunicatis ſecreto cum eis: niſi aliunde illa nouerint, vel niſi ſint talia, quæ non detecta in aliorum damnum redundarent: nec tunc eſt detegendum aliquod vltra neceſſarium, neq; quantum eſt neceſſarium: ſi malus ex eo damnum fatmæ, in eum, qui detegitur, quam in damnificatum bonorum redundat, per multa tradita, [u] donec concurrant tria ſupra dicta.

43 Porro, qui non tenetur ad teſtificandum debet dicere iudici ſe ad reſpondẽdum interrogatis non teneri, quamuis ſciret: & ſi illum cogere velit, appellare debet: ſi non timet iudicem in eum ſæuiturum: & ſi hoc timet reſpõdere poteſt, ſe nihil ſcire, intra ſe intelligendo: quod dicere teneatur, vt dictum eſt, [x] diſcedendo in hoc ab eloquentiſſimo, & doctiſſimo doctore Geneſio Sepulueda, [y] olim condiſcipulo noſtro, in artibus libe ralibus, quem credo non meminiſſe legere Paludanum, quia dicit, vſque ad Gabrielem neminem hoc dixiſſe: quum tamen antea ille dixiſſet, quodque verum eſſe probauimus. [z]

44 Quinto peccat mortaliter, qui ſciẽs alium eſſe in extrema ſui teſtimonij neceſſitate: quia ſine illo vitam amiſſurus eſt, vel ea, ſine quibus vita eius, vel ſuorum probabiliter peribit, niſi ſe ad id in teſtem offerat, & non ſe offert. [a] Dixi, *In extrema neceſſitate*: quia ob aliam, quamuis magna ſit ſub pœna mortalis non tenetur, niſi eo modo, quo offendẽs bonum proximi errantem tenetur. [b] Nõ tamen tenetur reſtituere, eo quod iniuſſus non ſe offert: quia lex caritatis, qua ſe tenetur offerre, nõ obligat reſtituere, vt dictum eſt ſupra. [c] Secus autem ſi iuſſus non teſtificetur, & ob id aliquis ſuum ius amittat: niſi timor periculi, in quod incurrere poſſet, eum excuſaret, vt ſupra

a 2.*qu.*70. *art.*4.
b *Cap.*1.*de crim. falſ.*
c *Arg.c.ne q*s, 22.*q.*2.
d *In dicto art.*4.
e *Cap. præterea, de teſtib.cogend.*
f *Iux.Inn. recep.ab oibus, in d.c. præterea.*
g *Iuxt.Cardin. in c.Seniens.* 2.*de teſtib.*
h *Iux Hoſt. recep.* & *Anton.* & *Panor.in d.ca. præterea, arg. l.*3.*ff.de teſtib.ca ſi teſtes*, §. *teſtium*, & §. *ſæpe*, 4.*q.*3.
i *In d.cap. præterea.*
k *Vbi ſup. l* 2.*p tit.*1. *ca.*19. §.7.
m *In d.ca. inter verba* 11.*q.*3. *con cl.*6.*n* 700.
n *Ang. ver. teſtis*, §.17.
o *Li. de rati.tegen.mẽ br.*2.*q.*7.
p *Vbi ſupr. nu.*704.
q *Vbi ſup. nu.*702.
r 2.2.*q.*70. *art.*1.
s 2.2.*q.*70. *art.*1.
t *Cap.* 18. *nu.*51.
u *Vbi ſup. nu.*9. & *breuius ſup.c.* 18.*n.*60.
x *Supra c.* 18.*nu.*61.
y *Li.de rat. reddẽn. teſtib.c.*13.
z *In ca.*2. *de cõfeſſ.* & *in c.humanæ*, 22.*q.*5.
a *Per d. in d.cap. inter uerba, concluſ.*6.
b *Vt ſupr. c.*24.*n.*17.
c *Cap.*17. *nu.*1. & *in tract.de reditibus.q.*2. *monit.*2. & *in locis ibi citatis.*

ſupra tactum eſt: lex enim iuſtitiæ, qua iuſte iuſſus tenetur teſtificari, obligat reſtituere, vt ſæpe dictum eſt.

45 Sexto peccat, qui mercedem accipit, vt verum teſtetur, cum obligatione reſtituendi ei, qui debet, [a] & quia accipit, vt falſum teſtetur, ſine tamen neceſſitate reſtituendi, niſi de conſilio pauperibus, per dicta ſupra. [b] Omne tamen, quod per ſuum falſum teſtimonium alterutra partium amiſerit, reſtituere debet, cap. non ſane. Accipere tamen poteſt impenſas itineris faciendi ad ferendum teſtimonium, & mercedem operariam dierum, quibus ſe occupauit in eo, vna cum intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis. [c]

46 Septimo peccat, qui abſque cauſa non paret iudici præcipienti, vt denuntiet talia & talia crimina, vel debita: & eſt excommunicatus, ſi mandatum fuit ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, teneturq; damna reſtituere.

Dixi, *Abſque cauſa*, quia multa excuſare poſſunt, vt copioſius alijs dixi, in dict. cap. inter verba concluſ. ſexta, tractando de magna prudentia, qua eſt opus ad recte parendum eiuſmodi mandatis. Quorum primum eſt, quod peccatum eſt occultum, & peccator iam emendatus, aut ſola fraterna correctione probabiliter emendabilis: tunc enim non eſt parendũ ante fraternam correctionem, etiam ſi præciperet, vt fieret denuntiatio: non habita ratione fraternæ correctionis, ſecũdum S. Thomam [d] & B. Anton. [e] Secundum defectus probationis peccati denũtiandi, vt dictum eſt ſupra, ca 10. num 1. Tertium, quod a talibus, & taliter auditũ, vt ob id moneri non debeat: præſertim ſi denuntiaturus eſſet talis, qui leuitatis ob illam denuntiationem notaretur, aut cuius teſtimonium iudicem magis, quam conueniret, moueret, vt ibidẽ dictum eſt. Quartũ denuntiatio eius a quo audiuit. Quintum noſſe eum, qui furatus eſt, vel tenet illud, retinere in compenſationem alterius tanti, vel pluris, quod ſibi debetur. Sextum, quod per ſolam ſacramentalem confeſſionem nouit. Septimum, quod per ſolã cõſultationem ſecretã, pro cõſilio habendo nouit.

Ad noue autem quæſitum reſpondeo eum, qui non denuntiauit delicta intra tẽpus in edicto contentum, teneri ad denuntiandum poſt illud, quam cito commode poteſt, arg. c. cum dilectus de dolo & contu. cum citatis a glo. & doct. ibi.

47 Octauo peccat, qui non ſe offert in teſtẽ, cũ ad id tenetur: vel ſe offert, cum non deberet. Eſt enim qui ſe tenetur offerre, & qui tenetur ſe nõ offerre, & qui poteſt ſe offerre, & nõ tenetur, vt copioſe, & vtiliter tractamus vbi ſup. & cõtractius hic in Man. Hiſpa. quorũ aliqua, q̃ parũ inſeruiũt cõfeſſarijs, omittẽdo, dico primo, q̃ offerre ſe teneẽt, ſciens ꝑparari aliqua mala notabilia, quæ ſine ſuo teſtimonio probabiliter euenirent: ſciẽs itẽ crimen, de quo aliquis accuſauit, aut denuntiauit aliũ, ob ſolã conſciẽtiæ obligationẽ, [f] Secundo, q̃ regulariter nõ debent ſe offerre, nec oblati admitti aſcendentes cõtra deſcendentes, nec e cõtrario: & idẽ fere de vxore pro, vel contra maritum: & e cõtrario: de liberto contra patronum, iuxt. decif. 3. cap. Toloſ.

48 Tertio, q̃ regulariter nemo tenetur ad ſe offerendũ in teſtem, [g] & quilibet iuſſus teſtificari tenetur id facere, exceptis priuilegiatis. Quarto, quod regulariter priuilegiati poſſunt cogi ad teſtificãdum, in defectum aliorum teſtium, etiã maritus contra vxorem, & e contrario. [h]

49 Quia iura ſtatuentia, vt aliqui non admittantur: quia ſunt inhabiles: & alij vt non cogantur ad teſtificandum, quia ſunt honorati, aut cõiuncti, intelliguntur, quando alij nõ deſunt, iux. gloſſ. [i]

50 Quinto, excuſatur, qui probabiliter timet ſibi ex ſuo teſtimonio aliquod magnum damnum ſpirituale, aut temporarium, perſonæ, honoris, aut bonorũ euẽturum, ſm Bald. receptum, in c. cum nuntius, de teſtibus, & eundem, & Fel. in d. ca. dilectorũ & nos vbi ſupra, vt ſi ex eo ſcandalũ oritur, vt ait Syl. [k] citatus a nobis vbi ſupra. Sexto, quod quamuis ad effectum admittendi teſtes inhabiles ob defectum aliorum, non ſufficiat non eſſe alios idoneos, quia opus eſt, quod neque ſint, nec ſoleant, nec poſſint interuentre communiter in eiuſmodi factis, niſi tales perſonæ priuilegiatæ, aut inidoneę, ad affectum tamen compellendi priuilegiatos, ſatis eſſet iuramentum partis dicentis non ad fuiſſe alios, quam priuilegiatos & eos, ſic, nulla inter-

a capi. non ſane, 14. q. 5.
b ca. 17. *n.* 32. *& ſeq.*
c cap ſi teſtes, §. *uẽturis*, 4. q. 3.
d 2. 2. q. 33 *art.* 7. *ad* 3.
e 2. *par. tit.* 9. *c.* 6. §. 4.
f Iux. Caie. per nos relatum in d. c. inter uer. conclu. 6.
g Arg. eorũ quæ de operibus miſericordiæ ſupra præced. diximus,
h Iuxt. deciſ. 4 *Cape. Toloſ: i ca. quamquam* 14. q. 2. *per illud c. & gl. recepta ab Archid. & Alexã. ibi. & cõmuniter alibi, in ca. ſtatuẽdum* 2. *qu.* 6. *& alia ubi ſupra addu. per Fel. in rubr. & c. dilectorum de teſtibus cog.*
k Verb. denũtiatio, q. 1. *& uerb. correctio.* q. 7. *ſub fin.*

interueniente in contrariũ coniectura,[a] niſi ex eo aliquod damnum timeatur: vt vbi ſupra dictum eſt, addendo, quod q̃uis tenetur filius ad denuntiandam hæreſin patris, & ad teſtificandum de illa, ſi alij deſint; niſi ſciat, eum iam pœnituiſſe, aut certo credat, quod monitus ab ipſo, aut ab alio vere reſipiſcet: Inquiſitor tamen debet ei prouidere adhibẽdo magnum ſecretum, ne id ſciat pater, & ne ſi aliquod magnum damnum ex eo eueniat. Septimo, probare nos ibi, quod inhabilitas non excuſat a parendo eiuſmodi mandatis: licet aliquando excuſet priuilegium.

51 Ad quæſitum autem e longinquo a viro vndequaque doctiſſimo, & pientiſſimo reſpõdeo, quod teſtis, qui in iudicio legitime interrogatus ſuper crimine, ob quod bona publicantur, negat veritatem propter quod reus abſoluitur, non tenetur ad reſtituendum fiſco id, quod ad eum peruenit, ſi damnaretur. Tum per dictum S. Bernardini relatum a Sylueſtro [b] quem ſequimur.[c] Tum quia pœna non debetur in foro animæ ante condemnationem. Tum quia etiam intereſſe remotum, & extra rem non debetur.[d] quia leges humanæ præſertim pœnales, non ligant potiſſimum in foro animæ, niſi quatenus ſunt receptæ, vt traditur ſupra,[e] & nullibi vlla lex damnari iubens aliquem publicatione bonorum eſt ita recepta, vt ante damnationem bona ad fiſcum deferantur. Tum denique, quod alioqui ſequeretur omnes cuſtodes confinium Regnorum deputatos ad cuſtodiendum; ne quis aliqua exportet ex illis, vel importet in illa, vel non ſaltem, niſi ſoluto vectigali, vel portorio, ſiue gabella ſub pœna priuationis bonorum, teneri reſtituere, non ſolum iura, ſiue vectigalia debita: ſed etiam bona, quæ ob id debent fiſco applicari: q̃ nullus, vt arbitror, hactenus dixit.

a Atg. c. 2. §. fin. de iura. calum. lib. 6. & per quæ, ibi, & in alijs locis doctores docent.

b verb. reſtitut. 5. Ver. 7

c Supr. eod. nu. 34.

d l. ſi ſteriliis, §. cum per uendito rem, ff. de actio. empt.

e cap. 23. a nu. 49. & ſeq.

DE PECCATIS NOTARIORUM & Tabellionum.

52 *Notarius cum fit, quæ quot capitula iurat.*

53 *Notarius & peccat faciens inſtrumentum falſum, & reſcindens vel delens verum.*

53 *Notarius, vt peccat male componens, & non tradens illud.*

53 *Notarius non informans ſatis renuntiãtem, aut tranſcribens die feſto.*

53 *Notarius non ſeruiens pauperi, & vt debet peccat.*

54 *Notarius conficiens inſtrumentum de re illicita, & ſcribẽs ſtatuta vſuraria.*

54 *Notarius non retines protocollum, & faciens teſtamentum inſano.*

54 *Notarius ſtipendium nimium capiens, literas ordinum carius tradens.*

DIcendum quod peccat mortaliter primo notarius, qui non ſeruat aliquod capitulorum a ſe iuratorum: cum creatus fuit notarius,[f] quorum primum eſt, quod conficiet inſtrumenta, de quibus fuerit rogatus, nil veritatis tacendo, nec falſitatis miſcendo. Secundum, quod non reuelabit, quod ſecreto ipſi commiſſum fuerit, niſi iuſta de cauſa. § Tertiũ, quod non conficiet aliquod inſtrumentum ſcienter de aliquo contractu vſurario, nec de alio quouis illicito, Panorm. vbi ſupta. Quartum, quod retinebit de omnibus inſtrumentis, quæ dederit, protocollum, aut regeſtum. Quintum, quod erit fidelis ei, a quo eſt creatus notarius: & admonebit cum ea, quæ ſciuerit in eius damnũ vergere. Sextum, quod nullo amore, odio, ſpe, vel timore officio ſuo abutetur.

f Hoſtien. in ca. ſicut nec le. vel monachi recept. per. Ioa. And. Pan. & Com. ibi. & S. Anto. 3. par. tit. 6. c. 3. §. 1.

g Secũdum Pano. in d. c. ſicut, nu. 19.

53 Secundo peccat, qui inſtrumentum conficit falſum: aut verum vtile, & parti neceſſarium occultat, aut rumpit, vel delet: & qui per malitiam, aut ignorantiã notabilem male aliquod teſtamentũ, aut inſtrumentum conficit, addẽdo aliquas clauſulas obſcuras, aut neceſſarias omittendo: propter quod aliquis ſuũ legatũ aut debitum perdit, & qui ſolemnitates neceſſarias dolo, aut lata culpa omittit: puta ſuum nomen, ſignum, teſtes, diem, menſem aut annum.

Tertio peccat, qui rogatus ab aliquo, vt ſibi det aliquod inſtrumentum, quod dare tenetur, non dat: ne aduerſario, aut amicis eius diſcipliceat, & qui non informat partem ignorantem, quæ renuntiatura eſt alicui iuri, quale eſt illud,[h] & q die feſto, abſque neceſſitate ob anaritiã inſtrumenta conficit: cum in alium diem commode differre poſſit, & qui rogatus

h Secũdum S. Anton. 3 par. titu. 6. c. 3. §. 6.

a pau-

a pauperibus non valentibus ſoluere iura, non vult ipſorum inſtrumenta ſcribere, aut iam ſcripta in publica forma tradere, ſecundum eundem vbi ſupra: quæ tamen non tenetur dare gratis, per dicta ſupra. [a]

a eo. c. 29 & 44. & c. 24. n. 3. & 4

54 Quarto peccat, qui excipit, aut in publica forma ſcribit ſtatutum, vt ſoluãtur vſuræ: aut non repetantur ſolutæ, & eſt excommunicatus, [b] & qui excipit, aut in publicam formam ſtatuta contra libertatem Eccleſiæ redigit, cap. graue de ſenten. excommunic.

b Clem. 1. de uſur.

Quinto peccat, qui conficit teſtamentum carentis iudicio, aut ratione non vtentis, cum obligatione reſtituendi ei, qui ab inteſtato ſucceſſurus erat, [c] & q ſtipendium notabiliter maius debito accipit, etiam ſponte datum, ſi publicum ſtipendium conſtitutum illi erat, Bald, in authent. ſed hodie, C. epiſcop & cler. & qui aliquid accipit pro literis ordinatorum, [d] quamuis, ſi non datur ei, ob id aliquid ex publico, licite poteſt aliquid pro ſuo labore conſiderata illius qualitate, & non ordinis, accipere, hoc eſt, vt non accipiat plus eo, quod de maiori ordine ídem faciat, per ſupradicta. [e]

c Arg. eorũ q̃ ait Bald. in l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. nu. 17.

d Iux. Anton. But. in ca. 1. not. 3. de ſimon.

e capit. 23. num. 11.

DE PECCATIS MAGIſtrorum & Doctorum.

55 *Doctor, vel magiſter, vt peccat mortaliter lauream immeritam, vel principaliter ob honorem petens vel ſuſcipiens.*

55 *Doctor docens Theologiam in peccato mortali notorio, admittens excommunicatos, vel malos ſcholaſticos, aut admittẽs religioſos, uel presbyteros. n. 56.*

57 *Doctor approbans ad lauream indignũ, falſa docens, uel inutilia, aut malo ſin mortali, præſertim vltimo, ſubornãs auditores, procurans, vt indignus ad munera ſtudij delegetur.*

57 *Doctor per legens die feſto & ſeruans nouum feſtum ut peccat.*

58 *Doctor ut peccat ſtipendium priuatum accipiens, uel beneficium cum pacto legende, caſtigans diſcipulos, aut contemnens ſimplices.*

Dicendum, quod peccat mortaliter primo, qui errat aliquo ex quindecim modis relatis ab Aluaro Pelagio, [f] quorũ vnus eſt, petere, aut accipere lauream Theologiæ, aut canonum, quam non meretur. & idem de accipiente lauream aliarum facultatum per dicta, [h] & per rationem S. Antonini, & qui (licet ſit idoneus) tamen principaliter petit illam propter honorem, & vtilitatem propriam, ſecundum S. Anton. in dicta parte ſexta, quod non eſſe tenendum probamus poſt Sylueſt. vbi ſupra, §. ſexto, & qui prælegit in ſcholis peccato mortali notorio infectus. iuxta S. Antoninum, [i] quod limitandum eſt, ad prælegentem ſacram Scripturam, vt ait S. Thom. vbi ſupra dicto §. decimo, quod non aduertit Sanct. Antoninus.

f De planc. eccl. lib. 2.

g S. Anton. 3. par. tit. 5. ca. 2. §. 10. & 2. par ti. 3. c. 5. §. 6.

h In d. c. anteuer. nu. 97. poſt glo. ſing. cle. 2. de mag.

i Ver. doct. q. 4. ubi ſupra.

56 Ratio autem cur magis peccet legẽs prædictam Scripturam, redditur a Sanc. Tho. [k] Peccat item, qui ad ſcholas ſuas admittit excommunicatos, aut prauis moribus vtentes, iuxta mentem S. Antonin. vbi ſupra, quod non videtur verum, quo ad excommunicatos: niſi eſſent excommunicati cum participantibus expreſſo doctore, in di. §. decimo, nec quo ad praua exercentes: ſi doctor nõ habet iuriſdictionem ad eijciendos eos e ſcholis, quam communiter hodie doctores in magnis vniuerſitatibus non habent, quidquid in authentica [l] ſtatuatur, licet præcepto correctionis ad id procurandum pluſquam alij teneri poſſet, iuxta dicta habita. C. ne fil. pro patre.

k In 4. diſt. 19. q. 2. ar. 2. ad 4.

l Iuxt. c. ſtatuimus, ca. conſtitutionem, c. præſenti de sẽ. excom. li. 6.

Secundo peccat, qui profeſſor legum, aut medicinæ, ad ſuam prælectionem religioſum, presbyterum, aut clericum aliqua dignitate Eccleſiaſtica præditum ad ſe audiendum admitti, & eſt excommunicatus, in cap. præced. & qui profeſſor cuiuſuis facultatis, etiam Theologiæ admittit aliquem religioſum in ſuo habitu ſine licentia ſuperioris, aut cum licentia, ſed ſine habitu: & eſt excommunicatus per rationem participationis in crimine, iuxta S. Antonin. [m] & qui prælegit, aut docet principaliter humanam gloriam, quod principaliter ad gloriam diuinam inſtitutum eſt iuxta Angel. [n] cuius oppoſitum ſcilicet non eſſe pluſquam veniale per multa, & firma tenuimus, [o] & breuiter repetimus ſupra, in dicto cap. inter verb. concluſio. ſexta.

m cap. 2. ne cler. uel monach. lib. 6. adiunct. gl. ca. non magnopere, & c. ſuper ſpecul eod. t. t.

n 3. par. tit. 24. & 38. ut infr. cap. 27. n. 134. dicetur.

o Verb. honor. §. 7. p capit. 13. nu. 13.

57 Tertio peccat, qui ſtatuta a ſe iurata non ſeruat, [p] & qui exiſtens examinator indignum laurea, ad eam probat: [q]

q S. Anton. 3. par. tit. 5. ca. 2. §. 11.

vel

vel contra dignum reprobat, [a] aut alio modo illicito quempiam a conſequenda laurea impedit, cum obligatione reſtituendi.

Quarto peccat, qui ſciens, aut ſcire debens, falſa in alicuius notabile damnũ ſpirituale, vel temporale docet: vel ſubtilia magis, quam vtilia docendo auditorio notabiliter nocet: & qui docet malo fine mortali, per ſæpe dicta: vel ponendo vltimum finem in docendo: quia fruitur vtendis contra doctrinam B. Auguſt. relatam a Magiſtro. [b]

Quinto peccat, qui per ſe aut alios inducit auditores alterius doctoris, vt eũ non audiant, cum notabili damno profectus eorum, vel honoris doctoris, cum obligatione reſtituendi, [c] & qui per factiones, aut ſubornationes, aut alias malas artes, procurat, vt aliquis indignus creetur rector alicuius cathedræ, iuxta mentem Aluari, vbi ſupra, & S. Antonini, [d] ſentientes idem de procurantibus, vt creetur notabiliter minus dignus, q̃ eſt verum ſaltem, quando, & vbi lectores, aut prouiſores iuramento, ſtatuto, aut alio mandato, ad digniſſimum eligendũ ſub pœna peccati mortalis tenentur, & etiam in alijs, exceptis ad ſummum ſex caſibus, quos nuper ſcripſimus, [e] & qui prælegit die feſto, illis horis tamdiu, vt ꝓbabiliter credat auditores ob id omiſſuros miſſam, & qui facit ſeruari feſtum non ſeruandum, cum damno notabili auditorij non conſentientis. [f]

Dixi, *non conſent. entis*, alias enim ſecus, cap. ſcienti de reg. iur. libro ſexto.

Sexto peccat mortaliter, qui habens ſtipendium publicum, vel beneficium in id ei collatũ, exigit aliq̃d ab auditorib. [g]

Dixi, *habens*, alias enim etiam a pauperibus extreme, exigere poteſt, [h] iuxta prædicta ſupra, [i] quidquid dicant Hoſt. Raymun. & alij ibi citati, & qui canonicatum, aut præbendam, aut aliud beneficium cum pacto docendi in ſcholis ſuſcipit, & eſt ſimoniacus. [k]

Dixi, *cum pacto*, quia ſecus, ſi cum one re tali beneficio vacanti impoſito, capit. ſignificatum de præb. & not. in cap. primo, vt eccleſ. benef.

Septimo peccat mortaliter, qui ſcholaſticum crudeliter caſtigat: quia ſolum leuis caſtigatio eſt ei permiſſa, cap. presbyterum de homicid. & l. præceptoris, ff. ad l. Aquil. & ſi caſtigatus eſt clericus, eſt excommunicatus: niſi excuſetur per infra dicenda, [l] & qui ſimpliciores contemnit, [m] quod videtur reſtringendum ad contemptum, per quem notabile dãnum honoris, aut bonorum illis ex iuſtitia legali debitorum infertur. [n]

Qua quidem in re Concilium Tridẽtinum [o] ſtatuit, primo quod habens beneficium, cui eſt annexum onus prælegendi ſacram Scripturam, cogatur præle gere p ſe, ſi eſt idoneus, alioqui per aliũ eligendum a nominatis ibi: & quod poſt hac non conferatur, niſi idoneo ad per ſe id faciendum.

Secundo, quod in omnibus Eccleſiis Cathedralibus, & collegiatis exſiſtentibus in aliquo inſigni oppido, in monaſterijs quoque monachorum, & conuentibus mendicantium ſacræ ſcripturæ lectio habeatur: in Eccleſijs vero tenuioris prouentus ſit ſaltem magiſter, qui gratis Grammaticam doceat.

Tertio, quod docens ſacram Theologiam, dum publice in ſcholis docuerint, & in ſcholis eam diſcentes priuilegijs omnibus de quinquennali perceptione fructuũ in abſentia a iure communi cõceſſis gaudeant. Quod ipſum dicendum eſt de diſcente, aut prælegente canones, vt probat Felin. in cap. fin. de magiſt. cuius rationi hanc vnam addo, quod nulli ſcientiæ capeſcendæ tanto tempore eſt opus, ac canonicæ: vt enim quis perfectus canoniſta euadat, opus eſt, vt canonicæ prudentiæ non mediocrem legum, & Theologię adiungat eruditionem. Rara itaq; auis eſt perfectus canoniſta, etſi vtrique foro per neceſſarius, vt qui multo tẽpore prędictas tres diſciplinas profeſſus eſſe debeat. [p]

Quarto, quod nemo ad huiuſmodi lectionis officiũ admittatur, qui non prius ab epiſcopo loci de vita, moribus, & ſcię tia examinatus & approbatus fuerit.

De peccatis Scholaſticorum.

59 *Scholaſticus, ut mortaliter peccat ob finẽ mortalẽ ſtudens, non ſeruans præcepta ſtudij, diſcens uetita, uocans auditores concurrenti, negligenter ſtudens, male inſumens uiaticum, non ſoluens*

[a] *Idem ubi ſup.* §. 10.

[b] *lib. 1. ſen. diſt. 1.*

[c] *S. Ant. 2. par. tit. 2. c. 2.*

[d] *dicta. 3. par. tit. 5. c. 2.* §. 11.

[e] *In miſcellaneis de orat. in miſcell. 38.*

[f] *arg. c. fin. de iniur. & leg. 1. ff. de fur.*

[g] *arg. c. pœnale, 14. q. 5.*

[h] *l. 2. §. fin. ff. de ori. iu.*

[i] *Eo. n. 29. & c. præce. 3. & 4.*

[k] *Per dic. c. 23. nu. 100*

[l] *cap. 27. a nu. & ſeq. m S. Anto. d.* §. 10.

[m] *Per dicta ſup. ca. 23.*

[n] *o Seſſ. 5. c. 1 de reform.*

[o] *p arg. c. ponderet 50. diſtin.*

soluens salarium, arrogans sibi gradum, quem non habet.

DIcendum, quod peccat mortaliter primo scholasticus, qui ob finem mortalem studet. [a] Et qui statuta præcepta Academiæ iusta, & ad mortale obligantia non seruat, iuxta mentem S. Anton. [b] nisi iusta de causa id fecerit, quam quo ad mortalis excusationem, in proposito putamus esse illam, quæ pro tali cõmuniter in Academia habetur. [c]

Secundo peccat, qui suffragatur, aut curat alium suffragari alicui indigno, vt fiat prælector, rector, beneficiarius, imo & si sit dignus, si tamẽ competitor esset dignior, præsertim si iurauit suffragari digniori, iuxta proxime dicta in simili.

Tertio peccat, qui scientias vetitas, aut superstitiosas discit, arg. ca. non magnopere, & ca. super speculne cleric. vel monach. & qui alicui lectori adimit scholasticos, aut adijcit, vt proxime de doctoribus dictum est, & qui in studendo notabiliter negligens fuit, iuxta mentem S. Antonini [d] quod restringendum videtur ad eum, qui impensis alienis, vel redituũ suorum Ecclesiasticorũ, & non proprijs studet, per supradicta de prodigalitate, & multo magis, si prædicta bona in compotationibus, venereis vel lusibus, & id genus alijs impendit: quin fratribus partem sibi a patre datam restituere tenetur, iuxta communem, quam bene Iason defendit, in authent. quod locum col. 2. Cod. de collatio.

Quarto peccat, qui contra veritatem, quam scit, altercatur modo prædicto, [e] & qui stipendium debitum præceptori, cũ possit, non soluit, arg. cap. sæpe de restit. spoliat. & tradit S. Anton. vbi supra, aut qui dicit habere se gradum, quo caret. [f]

a Arg. c. cũ minister 23 q. 5. cum ei nuper a nobis adnot.

b In dic. §. 11.

c Arg. eorũ quæ de causa non ieiunandi supr. c. 21. n. 16.

d In dict. §. 11. & aliorum.

e Sup. c. 23. nu. 34.

fl. reddatur C. de pfes. & medici. lib. 6.

DE PECCATIS CHIRVRgi & Medici.

60 *Medicus & Chirurgus & mortaliter ob ignorantiam peccant.*
60 *Medicus non curans secundum præcepta, & negligens visitare, vel studere.*
60 *Medicus præbens medicinam dubiam, & deserens ægrotum, vt peccat.*
61 *Medicus abscindẽs mẽbra, minuẽs sanguine, & non admonens cõfessionem.*
61 *Medicus medicinas non eligens, aut curationem differens, vt peccat.*
62 *Medicus consulens, vel concedens animæ noxia pro salute corporis:*
63 *Medicus non admonens mortem vicinam, & tali casu nimium stipendium petens.*
64 *Medicus nimias medicinas ordinans, pauperi non medens, vel diuiti volenti soluere.*
64 *Medicus detrahens alijs medicis, & peccat.*

DIcendum, quod peccat primo medicus, vel chirurgus, qui absque sufficiẽti scientia medicatur, etiam si sit laurea donatus, & qui artem satis callet: sed eius præcepta nõ sequitur, & qui no tabiliter negligit studere, aut infirmos visitare, ca. tua de homic. & ibi Innoc. & omnes, quamuis ægrotus sanetur, iuxta S. Anton. [g] cum obligatione restituendi iuxta mentem Panormitani & omniũ, in di cap. tua, & qui adhibet medicamenta morbo, antequam eum cognoscat, Caie. in sum. verbo medicus, licet qui per diuturnam experientiam didicit curare aliquos morbos, puta scabiem ossium fracturam, nubeculam ocularem, fistulas, dolorem dentium, & molarium, aurium & aliorum similium possit licite curare, quamuis regulas medicinæ ignoret, modo absque aliquo incantamento, aut fascino id faciat, [h] & modo superueniente febri infirmo, medicum adhibeat peritum, & modo ne quid, quod ignoret, intentet, arg. c. non est sine culpa, de regu. iur. libro sexto.

61 Secundo peccat, qui dubitans de aliquo medicamento an esset notabiliter noxium, an non, præbuit illud, vt experiretur, aut lucraretur, aut non haberetur ignarus, &c. Butr. in dict. cap. tua nos numer 14. & magis qui præbet rem quam scit notabiliter nociuam, etiam si ob misericordiam, aut vt ægroto placeret, præbeat, Panor. in dict. cap. tua, & qui ægrotum derelinquit, antequam debeat, ob quod mors, aut prolongatio morbi euenit, cum obligatione restituendi damnum, [i] & qui cum membum aliquod necessario est abscindendum, non quærit quem credebat bene abscissurũ, aut dubitans de necessitate abscindendi, iussit

g 3. par. tit. 7. ca. 2. §. 1.

h l. 1. §. medicus, ff. de var. & extraor.

i Aslen. lib. 6. tit. 14 art. c. 8 q. 14.

abſcindi,& qui neſciens minuere ſangui nem,vel abſcindere membrum,alterum eorum,vel vtrumqus facit, [a] & qui ſciés pharmacopolam medicamentis corruptis vſurum,non eligit incorrupta, Innocent.in dict.c.tua, & qui quo plus ſtipendij accipiat,morbi curam differt, Anto. vbi ſupra.

a Idē in ca. tua,nu.20. & Aſten. vbi ſupra.

Tertio peccat, qui non perſuadet infirmo confeſſionem antequam medicinam ei applicet,per caput iuris, ca.cum infirmitas, de pœnis & remiſſio.cui non eſt locus, quando manifeſtum eſt morbum non eſſe periculoſum, [b] quidquid dicat Sylueſter, [c] nec etiam quando credit eſſe periculoſum & lethiferum, ſi iuxta conſuetudinem bonorum & honoratorum medicorum monet eius parochū, aut qui eius curam gerunt, vt illi Sacramenta præbeant, & ipſi omittunt id dicere per ſe, non quia nolunt id facere, ſed quia putant id infirmo nociturū iuxta Caietanum : nam vt ipſe ait, & nos, in dicto cap. cum infirmitas, illa conſtitutio hoc modo recepta eſt, & obſeruata, & quamuis infirmus confiteri nolit, non ideo a medico relinquendus eſt,iuxta omnes.

b Iux. Ang. verb.medicus,§.6. & Roſel. ibid. §.3.

c Verb.medicus, q.3.

62 Et qui propter ſalutem corporalem, contra ſalutem animæ conſulit,vt illicite coeat, aut ſe inebriet, aut abortiat, dicto capit. cum infirmitas, etiam ſi per ignorantiam id conſulat, imo,& ſi non conſulat,ſed dicit,ego non tibi conſulo, ſed ſi tale quid faceres, ſanareris,Ioann. And.d.c.cum infirmitas.

Quarto peccat, qui prægnanti præbet aliquid,quo abortiat, etiam ſi præbeat:vt eam a morte ſeruet,ſi credit,vel dubitat fœtum eſſe animatam, ſed ſi probabiliter credit,non eſſe anima rationali animatum, [d] in quo inueſtigando debet diligentiam maximam adhibere, licite poterit illud præbere, quo vitā matris ſeruet,cum non ſit culpa mortis alienæ,nec corporalis nec ſpiritualis, iuxta eoſdem.

d Ioann. de Neap.in to. quodlib.pro batus a Sā. Ant.3.par. tit.7.c.2.§. 2,& a Syl. verb.medicus, q.4.& cōmuniter.

63 Quinto peccat, qui ſine iuſta cauſa concedit debilibus facultatem frangendi ieiunium, aut veſcendi carnibus diebus vetitis,& affirmat ieiunia præcepta deſtruere,&c. Arg. cap.fin.de iniur.& c. conſilium de obſeru. ieiun. cum obligatione contrarium perſuadendi,ſi poteſt, quamuis infirmus vtens facultate,quam putat ſibi iuſte datam,non peccat,ſecūdum S.Anton. vbi ſupra §.primo,& qui credens infirmum moriturum, & quod eius admonitio eſt multum illi profutura, ad exuendum peccatum mortale, & ad teſtādum, quo rixæ grandes inter hęredes impediantur, & neque per ſe,nec per alium admonet,vt peccatum exuat, & teſtetur. [e] Dixi,*credens*, quia ſecus ſi iuſte putat ſuam admonitionem patum profuturam, quia credit eum in bono eſſe ſtatu, & de ſuis bonis teſtatum fuiſſe ſecundum eoſdem,vbi ſupra.

e Io. Neap. quodlib.11. & B. Ant. vbi ſupra.

Sexto peccat,qui petit ſtipendium no tabiliter nimium publico carens,aut accipit mediocre habens publicum, cum pacto nihil præter id accipiendi pluſquā præſcriptum,etiam vltro ſibi datum, cū obligatione reſtituendi, niſi per alia obſequia, & viſitationes tempore valetudinis id compenſet, & qui exigit ſtipendium quod ægrotus propter mortis metum promittit,ſi aliunde habet vitæ neceſſaria.l.medicus,ff.de var.& extra cog. 64 Et qui facit,vt in infirmus plura,quā opus eſt,medicamēta emat,ob conuentionem inter eum, & pharmacopolam, vel aliam cauſam iniuſtam,cum obligatione reſtituendi. [f]

f Aſtenſis. 6.tit 4.

Septimo peccat, qui non vult gratis mederi pauperi ægroto, iuxt.gloſ.celeorem,& recep.in ſum.83.diſt.& S Anto. vbi ſupra,& alios verb. medicus, quod noſtra ſententta reſtringendum eſt ad eum, qui credit illum probabiliter mori turum,niſi ei medeatur, & non eſt alius qui id faciat, nec qui ſoluat ſalarium,& non vult mederi ſalario credito: nam neque conſtituto in extrema neceſſitate tenetur quis ſubuenire gratis, modo eum eximat ab ea mutuando, commodando, vel operas credendo per ſupradicta, [g] & qui non vult mederi diuiti ſoluere nolenti, [h] quod intelligendum eſt de eo q vellet quidem ab eo curari, ſed ob auariam non quærit medicum exiſtens in magna eius neceſſitate,& ſi medeatur illi,poſt eius mortem, vel curationem exigere poteſt ſuum ſtipendium,& qui detrahit alijs medicis idoneis, ne ad curationes ſe omiſſo accerſantur. [i]

g ca.17.n. 118.& c.p̄ ced nu.17. & ſup.eo.c. num.29.

h Iuxt ean dē glo.in §. 1.83.diſ.& c.paſce, 86. diſt.

i Per dictū cap.18.

DE PECCATIS EXSEquutoris teſtamenti tuttoris, curatoris, & hoſpitalarij.

65 *Exſequutor teſtamenti, vt peccat morta liter non ſoluens legata, & debita.*

65 *Viduus, aut Vidua, cui aliquid relinquitur quo ad caſte uixerit.*

65 *Exſequutor teſtamenti nimis tardans vt peccat, & qui excommunicatus.*

66 *Rem pupilli non ſeruans, eius pecuniam lucro iniuſto deputans, vt peccat.*

67 *Vxor tranſiens ad ſecunda uota peccat tutela fungens.*

67 *Hoſpitalarius vt mortaliter peccat.*

DE ijs dicendum, quod peccat primo exſequutor, qui non ſoluit debita, aut legata præſertim pia defuncti, qui reliquit bona ad vtraque ſufficientia, & q vt ſoluat legata, non ſoluit debita, credēs bona non ſufficere vtriſque ſoluendis, [a] debita autem etiam ſunt vota realia defuncti per ſupradicta. [b]

Secundo, quæ vidua, cui maritus reliquit vſumfructum ſuorū bonorum quo ad caſte viueret, ſtuprum committit, & perinde bonis vtitur, ac ſi id non commiſiſſet, cum obligatione reſtituendi, iuxta Caiet. in ſum. verb. pœn. & ea quæ diximus, [c] ſecus tamen, noſtro iudicio, ſi vſumfructū reliquit quoad nuberet, & idem eadem ratione vī de marito, qui relinquitur ab vxore vſufructuarius.

Tertio, qui ſoluit quidem, ſed poſt moram notabilem, arg. cap. nos quidem cap. tua, & cap. Ioannes, de teſtam. & eſt excommunicatus, ſi qua conſtitutio ſynodalis excommunicans non exſequentem intra certum tempus eum comprehendat, arg. c. præterea, 2. de appel.

66 Quarto peccat, qui tutor, aut curator nō conſeruat, nec defendit bona ſui pupilli, vel minoris: & qui ſine vtilitate, vel neceſſitate alienat: & qui eſt in culpa vt actionem, vel aliud ius perdat: & qui non vendit res mobiles, quæ obſeruatæ nullam vtilitatem pariant, & pretium nō conuertit in bona immobilia, quæ vtilitatem parerent, ſi inuenitur emptor, cū obligatione damna reſtituendi. [d] Tutor autē dicitur, qui præficitur pupillo, hoc eſt minori 12. annorum, ſi eſt fœmina, aut 14. ſi eſt maſculus ad protegendum perſouam, & bona eius, [e] curator vero, qui maiori 12. vel 14. & minori 25. præficitur, aut furioſo, aut prodigo adminiſtrādis eius bonis, Inſt. de curat. in prin. & vterque iurat, ſe officio ſuo recte vſurum, gloſ. celebris, clem. quia contingit, §. vt autem de relig. domibus, quæ gloſſ. omnia hęc ponit, poſt ſpeculum tit. de tutor. & tit. de curat. & ante Panormit. in cap. ex parte, de appellat.

Quinto, qui tutor notabiliter eſt negligens in pupillo bonis moribus imbuē do, & a vitijs, & peccatis ſeruando. [f]

Sexto, qui dedit ad lucrū pupilli, vel minoris pecuniam ſalua ſorte, niſi per tres contractus, de quibus ſupra, [g] & tenetur reſtituere, ſi pupillus, vel minor non reſtituat, ſed poteſt ſecreto de rebus eius accipere quod huic rei ſatisfuerit, ſiue eorū adminiſtrationem habeat, ſiue non, ſeruatis ſupradictis. [h]

67 Septimo peccat mulier, quæ officio tutelæ fungitur poſt ſecundas nuptias, [i] vel poſt ſtuprum commiſſum per eandē legem, quam in hoc, ponderat Salicetus, & glo. nemo authen. Sacramenta eo. tit.

Octauo hoſpitalarius, qui reditus hoſpitalis non inſumit in ea, in quę ſunt deſtinati, & qui ſinit eos perdi, aut in alia diſpendit, [k] & qui nimis tarde recuperat bona eius alienata, [l] & qui adeo negligit reficere ædificia, quod ob id cadant, cum obligatione reſtituendi, gloſſ. dict. clem. quia contingit.

Porro Concil. Trid. [m] commendata plurimum clericis hoſpitalitate ſtatuit, quod hoſpitalarij hoſpitalium onera cōpleant, quæ ſi commode non poſſint, fructus illorum in alium pium vſum conuertant, prout ordinario cum duobus petitioribus de capitulo videbitur, & quod omnes hoſpitalarij, etiam ſi ſint laici, nō tamen regularibus ſubiecti, vbi viget regularis obſeruantia, ad prædicta ab Epiſcopis compelli poſſint, & præterea in foro cōſcientiæ teneantur ad reſtitutionem fructuum, quos contra hoſpitalium inſtitutionem perceperint, nulla eis remiſſione profutura, & quod adminiſtratio huiuſmodi vni, & eidem perſonæ vltra triennium non committatur, nō obſtantibus etiam priuilegijs, & immemorabili conſuetudine, &c.

a Arg. l. ſcimus, §. & ſi præfata ad iunct. gl. C. de iur. delib. l. 1. §. pen. ff. ad Treb. S. Anton. 3. part. tit. 10. c. 3. §. 11.

b ca. 12. nu. 56. & 57.

c In ca. 33. num. 62.

d l. tut. qui repertorij, §. 1. 2. & 3. ff. de ad miniſtra. tuto. Bart. ibi & alij.

e Inſtit. de tute. §. 1.

f Arg cap. 12. q. 2. & c. duo iſta, 23. q. 4.

g ca. 17. n. 112.

h In dict. c. 17. n. 112. cum ſeq.

i l. ſi. C. quā do mul. tut. fung. poteſt.

k Clem. qa contingit de relig. domibus ex mente S. Anton. 3. par. ti. 11 c. 1. para. 1.

l ca. quicunque, 12. q. 2.

m Seſſ. 52. ca. 8. de reformat.

DE PECCATIS CLERICORUM QUOAD ORDINES.

68 *Ordinando prima tonſura hæc ſunt neceſſaria,& hæc minoribus ſacris.*

68 *Ordinando cui Capitulum,vel alius ſede vacante non poteſt dare licentiam.*

68 *Ordinandi facultas Papæ,quæ legitima, & qualiter intelligenda.*

68 *Ordinandi ætas mutata,& multa noua ab ordinatis,& ordinandis facienda.*

68 *Miſſa pro noua nil detur, nec merces p alijs, ignotus non miſſet,nec quis extra ſacrum.*

69 *Diſpenſat quis ad ordines,& cum male ordinato.*

69 *Ordinem ſumens vt peccat, ſi eſt indignus, ſi per ſimoniam, ſi ab Epiſcopo excõmunicato,ſi exſiſtens illegitimus, etiam occultus,nu.70.ſi extra tempora legitima, ſi ante iuſtam ætatem, ſi ſine iuſta licentia,ſi furtim,aut per ſaltum,nu.71. ſi non ſupplet ſupplenda, ſi eodem die multos ordines ſumit, ſi deformis,ſi energumenus,epilepticus, aut inſanus, excommunicatus, aut mortali infectus.72.*

73 *Clericus, vt peccat Sacramenta in mortali miniſtrans, ſacra tangens, aut poſt notorium peccatum,etiam acta pœnitentia miſſans,nu.74.*

73 *Ordinem,& eius vſum,quod peccatum notorium impedit.*

73 *Notorium quid dicitur.*

74 *Diſpenſat Papa aliter quam inferior, etiam in quo vterque poteſt.*

75 *Interdictus ingreſſu Eccleſiæ, rebaptizans, chriſmate ueteri vngens,poſt cibum celebrans,non confeſſus,concubinarius notorius,num.76.*

77 *Diſpenſat ut Epiſcopus in irregularitate peccati notorij.*

77 *Concubinarius clericus, & fornicarius uagus, pares, non humantur in ſacro &* 78.

78 *Miſſam concubinarij audire vt mortale & cur melior boni quam mali.79.*

80 *Concubinarius notorius quis euitãdus.*

81 *Iacobus Sabellus Cardinalis multis nominibus ſuſpiciendus.*

81 *Miſſam extra locum ſacrum celebrandi facultas non datur, & ut peccat, ſi celebrat intra illum.82.& ut ſi in Eccleſia interdicta,ſi ſuper aram fractã, ſi ante preces matutinas 83.ſi ſine aliis neceſſarijs etiam timore mortis 84. ſi ſine lumine,aut aqua,ſi in pane,& vino corruptis,ſi in omphacio, ſi noctu ſi poſt meridiem,nu.86,ſi pluries quã ſemel eodem die, niſi his ſeptem caſibus,ſi non bis,aut ter in anno,ſi effundit ſanguinem,& ſi reliquias corporis poſt ablutionem ſumit.89.& 90.*

84 *Benedicat quis veſtes ſacras ſtola pro cingulo ſeruit.*

87 *Miſſæ triplici faciendæ die Natiuitatis, quis optimus modus.*

87 *Miſſam quotidie audiat Epiſcopus,nemo eam niſi ſemel in die faciat, niſi iis ſeptem caſibus,nec in his umquam ter,nec ſemel die Paraſceues, & Sabbatho Sancto.88.*

90 *Miſſans ſic ſumat reliquias calicis,patenæ,& oris, & ſuppleat defectum uini.num.91.*

92 *Miſſa cui,& quomodo applicanda,nu.* 111. *non dicenda a ligato cenſuris,n.* 93.*nec coram interdictis,nu.94.*

94 *Clericus vt peccat alios clericos ad diuina officia admittens.*

95 *Interdicta non ſeruans,excommunicatos ſepeliens,abſoluens indebite confeſſum,& non monens eum.*

95 *Vota male commutans,omittens,aut uolens omittere horas canonicas,aut partem earum,male eas recitans,non attendens ad eas, &c. a nu.97.& ſeqq. Hoſtias multas conſecrans.nu.91.*

101 *Auctor ob nullas occupationes, vel morbos,omiſit horas niſi bis,70. annis quibus recitat.*

101 *Horariæ preces ob quas cauſas iuſte omittuntur,& ſeqq.*

101 *Attentio ad horas ſufficiens triplex,& ſufficit virtualis,& ſeqq.*

108 *Horas,ad quas tenentur clerici ſacri, & ad quas minores.*

109 *Clericus ut peccat ducens uxorem, cohabitans fœminæ,eam inuiſens,Monaſteria frequentans,habitum, & tonſurã nõ deferens, arma geſtãs, ludens, mendicãs,lanius,tabernarius,mercator, aut menſam non benedicens, aut faciens, quæ antiquo, & nouo iure hic relato uetantur,in quib. ſunt oia officia ſecularia,cum arte medica n.110.*

109 *Concubinarij clerici pœnam innouat Concilium Tridenti,addens nouam.*

III *Missæ triplex valor, quis, cui applicandus, quid de vna dicta pro multis.*

II *Missans pro duabus pitantijs non alendus ob missam.*

DIcendum quod peccat mortaliter primo, qui se facit ordine insigniri
a Sess. 23. c. 4. de refor. cõtra canones Concilij Trid. quod [a] sic statuit, *Nemo initietur prima tonsura qui confirmationis Sacramentum non suscepit, & fidei rudimenta edoctus non fuerit, quique legere, & scribere nesciat, de quo probabilis coniectura non sit, eum non secularis uitæq; fugiendi fraude, sed vt Deo fideliter in*
b Et cap. 5. sic. *seruiat hoc vitæ genus elegisse.* [b]

Ad minores promouendus ordines bonũ a parocho, & magistro scholæ, in qua educatus est, testimonium habeat. Assumendus vero ad singulos maiores vno mense ante ordinationem Episcopum adeat, qui parocho, aut alteri, cui magis expedire iudicauerit committat, vt nominibus, aut desiderio volentium promoueri publice in Ecclesia propositis, de eorum natalibus, ætate, moribus, & vita a fide digni diligenter inquirat, & testimonium quamprimum ad ipsum Episcopum transmittat.
c Et sess. 7. cap. 10. [c]

Non licet Ecclesiarum capitulis sede vacante infra annum a die vacationis ordinãdi licentiam, aut literas dimissorias concedere alicui, qui beneficij obtenti, vel obtinendi occasione arctatus non fuerit Et capitulum contraueniens Ecclesiastico subiaceat interdicto: sic vero ordinatus, si in minoribus constitutus sit priuilegio clericali non gaudeat: in maioribus vero, ab executione ordinum, ad beneplacitum futuri Prælati sit ipso iure suspensus, quod ipsum statuitur,
d Sess. 23. c. 8. de refor. e Sess. 7. ca. 11. [d] de impetrante dimissorias ab alio quã eo, qui loco Capituli succedit in iurisdictionem Episcopalem. [e]

Et alio in loco sic, Facultates de promouendo a quocunque non suffragentur nisi habentibus iustam causam in literis exprimendam ob quam a proprijs Episcopis nõ ordinẽtur, & tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo in sua diœcesi residente, vel pro eo Pontificalia exercente, idque prævio diligenti
f Sess. 24. c. 8. sic. *examine.* [f]

Et, Nemo ordinetur prætextu cuiusuis rescripti, aut priuilegij, nisi eius probitas, &
g Et ca. 11. *mores ordinarij testimonio cõmendentur.* [g]

Et, Ordines minores per temporum interstitia conferantur, nisi Episcopo aliud expedire videbitur, idq; Latinam linguam callẽtibus, ordinandi uero, non nisi post annum a susceptione postremi gradus minorum ordinum ad sacros promoueantur, nisi necessitas, aut Ecclesiæ vtilitas iudicio Episcopi aliud exigat, & cap. 12. sic.

Nullus ad subdiaconatum ante 22. ad diaconatum ante 23. ad presbyterium ante 25. ætatis annum promoueatur, & quod nulli etiam regulares, nisi prævio Episcopi examine, ordinentur, & nota, quod huic non obstat bulla Pij V. quæ hoc onus, & aliquot alia prædicti Cõcilij abstulit mẽ dicantibus, ob reuocationem eius per S. D. N. Gregorium XIII. cuius tenor est qui ponitur sub fin. cap. 27. & mox, sic.

In minoribus constituti nõ promoueantur ad maiores, nisi bonum habentes testimonium, in minoribus sint probati, & per annum in ijs sint versati, sperantes se Deo auspice continere posse, & mox sic. *Deceret eos saltem diebus dominicis, & solemnibus cũ altari ministrarint, communicari,* & mox sic, *Duo sacri ordines, eodem die, etiam religioso non conferantur, cap. 14.*

Et, Assumendi ad presbyterium in minoribus probati sint, ac bonum habeant testimonium, & anno integro diaconatum exercuerint, populoque docendo, & administrandis Sacramentis necessaria scierint, a quibus castitatis, & vitæ bonæ exempla exspectentur, & quod cum promotis per saltum, si non ministrauerint, Episcopus ex causa dispensare possit, cap. 16. sic.

Et, nullus ordinetur, qui non ascribatur illi Ecclesiæ, aut loco pio pro cuius necessitate, vel vtilitate ordinatur, & si eum locum Episcopo incõsulto deserat, ei sacrorum vsus interdicatur, & nullus clericus peregrinus, sine commendatitijs ordinarij sui literis, ad diuina officia admittatur, cap. 17. sic.

Et, Episcopi in ecclesijs id fieri valentibus assignari stipẽdia minores ordines exercentibus procurent, & quod nulli exerceãt officia minorum ordinum, quibus carent, vt in iis constituti se in illis exerceant. [h]

h Sess. 22. Decret. de obserua. & euit. in celeb. miss. sic. *Et, Vt Episcopi omnino prohibeant, ne qd pro missis nouis celebrandis detur, & importunas, ac liberales eleemosynarum exactiones, & ne cui vago, & ignoto sacerdoti missas celebrare liceat, & nemo publice, ac notorie criminosus sancto altari ministrare, aut sacris interesse permittatur, & ne sanctum hoc sacrificium extra Ecclesiam ac*

2

ad diuinum tantum cultum dedicata oratoria a secularibus, aut regularibus quibuscumque peragatur.

Secundo peccat mortaliter, qui suscipit aliquem ordinem etiam minorem p simoniam propriam realem ante ordinationem commissam quamuis occultam, quæ est causa ordinationis: & est excommunicatus,[a] etiam si committatur dando tertio, & non ordinatori secundū Innocentium, in c. tanta de simon. nu. 2. Dixi, *ante ordinationem:* quia datio post eam, non efficit simoniam,[b] vel certe nō talem, quæ excommunicet. Dixi, *propriā:* quia si alius dat, aut promittit aliquid episcopo, aut alteri, vt eum ordinet ipso inscio, vel scio, vel contradicente nō peccat: & accipit, non solum characterē, sed etiam eius exsequutionem iuxta Bellameram quem sequitur Cardinalis Alexandrinus[c] quidquid glo. c. si quis & alij dicant maxime post extra. ad euitanda Martini V de qua infra,[d] nec postea soluendo illud, quod se inscio datum fuit, suspensionem, aut excommunicationem incurrit, secundum Syluest.[e] nec peccat, saltem in foro conscientiæ, quidquid ille sentiat: si non habet ratam, neque gratam illam dationem, quia nulla id lex vetat, quo ad illud forum. Dixi, *quæ est causa ordinationis:* alias enim contra, per dicenda infra, num. 113. & dicta supra.[f]

69 Tertio peccat mortaliter, qui scienter ab Episcopo excommunicato denuntiato ordinatur, imo & postea vtens ordine illo absque dispensatione Papæ, qa licet characterem accipiat, non tamen illius exsequutionem, quo ad quam solus Papa dispensat.[g]

Quarto, qui nō exsistens legitimus sine dispensatione ordinatur, cap. primo, de fil. presbyt. cap. 2. eodem tit. libro sexto. Ad minores autem episcopos dispensat, capit. secundum eodem tit. libro sexto. Ad sacros vero ordines solus Papa, & cum intrante religionem ius commune ad omnes ordines etiam sacros dispensat, dicto capi. 1. de fil. presbyt. libro sexto. Et nil refert quo ad forum conscientiæ, an illegitimitas (vt ita dicam) sit secreta, vel publica, quidquid aliqui existimauerint absque textu, & iusta ratione. Idem de qualibet alia irregularitate, quo ad peccatum, licet non quo ad dispensationem, de qua cū alijs pertinentibus ad irregularitatem, infr.[h] dicimus.

70 Quinto peccat mortaliter, qui ordinatur ordine sacro extra tempora a iure statuta, aut ante legitimam ætatem, aut absque literis dimissorijs, & est ipso iure suspensus, & si ordine illo vtitur fit irregularis, in quo solus Papa dispensat per extrauagantem Pij II. *cum ex sacrorum,* quæ nuper fuit impressa, de qua meminit Villadie. de irregularit. colum. nona & Rebuf. secunde par. suæ prax. benef. titul. de clerico ad sacros ordin. male prog. loss. quarta, quam nos declaramus.[i]

Dixi, *Ordine sacro:* quia licet sic minores capiendo peccet, non tamen est ipso iure suspensus, quia iuxta commune ius defectu ætatis suspensio ipso facto non incurritur, capit. vide non est composi. de tempor. ordinan. Per quod omnes, qui prædictam extrauagantem non nouerant, contrarium dixerunt, putantes non suspendi quem ipso iure: propterea quod ante legitimam ætatem ordinem sacrum etiam presbyteri suscipiat, in quibus sunt Sanctus Antoninus,[k] & Maior.[l] nec videtur prodesse in hoc fratribus obseruantiæ suum priuilegium, per supradicta num. 68.

Sexto peccat mortaliter, qui furtim contra prohibitionem ordinantis ordinatur, & si prohibitio fiat sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, est excommunicatus, & irregularis, in quo solus Papa dispensat. cap. innotuit. de eo, qui fur. ord. suscep.

71 Septimo peccat mortaliter, qui scienter per saltū, ideſt, minore ordine omisso, maiore ordinatur, & est suspensus. Super facultate autem dispensandi super hoc sequuti fuimus hic opinionem Hostiensis in summa de cler. per salt. prom. paragr. quarto, quam videtur etiam elegisse Concil. Trident.[m] scilicet, quod Episcopus potest dispensare, antequam ministret, quod tamen est intelligendū, modo antequam vtatur dispensatione, omissum ordinē suscipiat, quod nos hic post Hostiensem addimus, Per cap. vlti. de cleric. non ordin. minist.

Octauo peccat mortaliter, qui ordinatur omisso aliquo necessario necessitate præcepti, licet non de necessitate sacramenti, & non suppleto defectu, eo vtitur,

a Extraua gan. 2. de si mo. de qua infr. ca. 27. nu. 100.

b Arg. glos. c. emendari, 1. q. 1.

c In c. Statuimus, & d. c. si quis 1. q. 1.

d capit. 27. nu. 35.

e Verb. fin. q. 8. §. 5.

f capit. 23. nu. 100.

g ca. si quis a simoniacis, 1. q. 1.

h capit. 27. nu. 191. vsq; ad 250.

i In repet. cā. accepta, oppo 8. nu. 34. de rest. spol.

k 3. par. ti. 14. cap. 16.

l In 4. dist. 24. q. 5.

m Relatū sup. nu. 68.

vtitur, non tamen fit irregularis. [a] Et qui eodem die duos ordines ſacros ſuſcipit, non ſolum peccat, ſed eſt etiam a poſteriore ſuſpenſus, in quo ſolus Papa diſpẽſat. cap. literas, c. dilectus, adiuncta gloſ. de tempor. ordin. & dicto capi. innotuit, imo & irregularis, vt exprimitur infra, [b] vbi additur ratio, quare hic ponitur ſuſpenſus. Et qui eodem die ordines minores, & ſubdiaconatum ſuſcipit, [c] & magis qui duos ordines ſacros eodem die ſuſcipit, etiam ſi ſit religioſus, per prædictum Concil. [d] non tamen, qui quatuor minores eodem die ſuſcipit, [e] quod etiã poſt Concilium prædictum procedere poteſt in eo, cum quo Epiſcopus diſpenſaret, vt non ſeruatis temporum interſtitijs poſſet accipere. Quin videtur, quod poſſet accipere illos, & ſubdiaconatum eodem die, vbi eſt talis conſuetudo, quæ valet ſecundum S. Antoninum. [f] Concilium enim eiuſmodi conſuetudinem non tollit.

a Syl. verb. irregularitas, q. 12.

b capit. 27. nu. 241.

c c. 2. de eo qui fur. ord.

d Supr. nu. 58. relatũ.

e Secũdum glo. c. de eo. de tẽp. ord. & ca. 2. de eo. qui fur. ord.

f 3 par. tit. 14. cap. 16. §. 16.

72 Nono peccat mortaliter, qui ordinatur habens faciem, vel manus notabiliter deformes: vt ſi oculo caret, vel habet naſum, & digitos abſciſſos, vel cõpactos, vel ſuperfluos, [g] non tamen fit irregularis, licet promotus celebret, Panorm. in cap. ſi celebrat. de cler. excommun. miniſt. Et idem de eo qui poſtquam ſemel a dæmone obſeſſus, aut morbo caduco in terram elſus, ordinatur. [h] Et qui antequam in hos morbos incideret, ordinatus, poſtea frequenter eis correptus, celebrat iuxt. communem ibidem.

g ca. ſi euã gelia, 55. diſtin.

h cap. marium, & ca. ſeq. 33. diſt. adiunct gl.

Admoneo te, pie lector, quod in Manuali Hiſpano nihil dixi de verſo in inſaniam, vel furorem licet ca. maritũ etiã de illo agat, ne injicerem ſcrupulos ijs, qui ante, vel poſt ordinationem alienantur a mente per obrietatem, phreneſin, lethargiam, aut alium morbum, quibus adimendis non occurrebat tunc ratio, ſufficiens, quæ poſtea in caſu cuiuſdam nobiliſſimi viri occurrit, videlicet illud ca. reſtringenpum eſſe ad eos ſolos, qui alienantur mente directe, & immediate per inordinationem organi ſenſuum, nó autem, qui mediate, & indirecte vi morbi, vulneris, iræ, vel alicuius paſſionis breuis. Quæ declaratio multis viris eruditiſſimis illuſtriſſimi ordinis Dominicani placuit.

Decimo peccat mortaliter, qui excommunicatus ordines quamuis minores ſuſcipit, capit. ſi celebrat. de cler. excommun. miniſt. & fit irregularis, ſi excommunicatio erat maior, cum quo ſolus Papa diſpenſat, Panormit. & communis, in c. cum illorum, de ſenten. excommun. nec Sylueſter, [i] contrarium ſentit, quamuis nonnullis ita viſum eſt. Et qui in peccato mortali exiſtens ordines ſuſcipit, aut aliquod ſacramentum miniſtrat, [k] & etiam ſi res ſacras tangit, aut aliquid aliud tamquam miniſter Eccleſiæ facit ſuo officio fungens, iuxta mentem S. Thom. [l] & Sylueſtri, [m] ſed non, ſi eas tangit, ita vt laicus poſſet, vt ſi tẽpore neceſſitatis baptizat, & terra ſacramentum leuat, aut epiſtolam ſine manipulo cantat, iuxta S. Thom. [n] per Syluestrum bene defenſum.

i Verb. diſpẽſatio, q. 10. §. 10.

k cap illud 95. diſt. Ric. in 4. di. 24. art. 4. q. 1.

l In 4. diſt. 5. & 24. & 3. par. q. 64 art. 6.

m Ver. ord. 4. q. 2.

n 3. part. q 64. art. 6.

73 Vndecimo peccat mortaliter, qui notatus aliquo peccato notorio depoſitione digno ſuſcipit ordines ante diſpenſationem, etiam poſt actam pœnitentiam.

Dixi, *Notorium*: quia ad hunc effectũ, non ſufficit eſſe famoſum, nec teſtibus probabile. Notoriũ aũt dr quo ad hoc, q eſt cõfeſſum a parte in iudicio, vel ſuper quo eſt lata ſententia, quæ trãſiuit in rẽ iudicatam, aut eſt adeo manifeſtum, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit, ut eſt peccatum eius, qui tam publicam habet concubinam, ac maritus habet vxorem, & publice filios alit, cap. veſtra, de cohabit. cleric. & mul. & c. fi. de tempo. ordin. & etiam illud, quod ſcit euidenter maior pars populi, vicinorum, aut collegij, modo in eo ſaltem ſint decem. Itaque ſcientia pauciorum quam ſex non facit rem notoriam, neque ſex, quando illi nó ſunt maior pars illius congregationis, cuius reſpectu illud dicitur notorium, quid quid dicat Syluester, [o] & alij per ipſum notati cõtra communem Antonij, [p] quẽ Panormit. [q] & communis ibi, & in alijs locis ſequuntur.

o Verb. notorium. q. 4 §. 4.

p In d. cap. veſtra. nu. 31.

q Ibidem nu. 16.

Neque obſtat id, quo nititur Syluester, quod ex hoc ſequeretur, nihil poſſe dici notorium in magna aliqua ciuitate, cum fere nihil agatur, quod maior pars videat. Tum quia multa fiunt tota ciuitate euidenter videnti, vt obſeruatio feſti, tormentorum exploſio in ouatione publica, & id genus alia. Tum

quia multa sunt in magna vrbe, quæ licet non sint ei toti notoria: sunt tamen talia regioni, viciniæ, aut collegio quod satis est vt aliquid notorium dicatur.

Dixi, *Depositione digno*, quia ex alijs hic effectus non oritur, iuxta Cardinalem in dict. cap. per exempla illius text. quæ sunt adulterium, periurium, homicidium, & falsum testimonium.

Dixi etiam, *Post factam pœnitentiam*, quia ad excusandum a peccato non sufficit illa sine dispensatione.

74 Secundum est An Episcopus, qui cũ eo potest dispensare, censeatur ipso facto ordinando eum, dispẽsare. Ad quod *a Verb. irregularis, q. 78.* respondet Sylvester[a] affirmatiue si talis est eius intentio, licet nullis verbis vtatur. Et idem de prælato, qui suum subditum ad suscipiendos ordines mittit. Quod quamuis fortassis locum habeat in foro conscientiæ interiori, non tamen in exteriori, cum iuxta communem, & veram opinionem, quæ concilians Innocentium in c. veniens, de fil. presbyt. sibi ipsi, in c. diuersis fallacijs, de cler. coniug. tenet, quod inter Papam, & Episcopum hoc interest, quod Papa præbens aliqd ei, quem scit iure humano ad id inhabilem, ipso facto, sine dispẽsationis expressione censetur habilem facere, non autẽ Episcopus. Cuius diuersitatis ratio est, quod Episcopus non potest absque causa dispensare, Papa vero sic, vt copiose scripsimus multos referendo,[b] Nunc autem addimus ex prædicta ratione sequi limitãdum esse, quod dictum est de Episcopo, vt procedat quando dispensat circa suam constitutionem synodalem, cũ dispensatio eius circa eam sine causa facta, valeat.

b In capi. si quando, de rescript. excepti. 10. n. 3. & in comment. c. non liceat, 12. q. 1. §. 3.

75 Duodecimo peccat mortaliter, qui interdictus ingressu Ecclesiæ diuinis officijs interest, & si celebrat est irregularis, cap. is cui. de sent. excommunic. lib. sexto cum annotat per Domi. ibi. sed nec est irregularis, nec peccat celebrando extra Ecclesiam,[c] nec intrans etiam pro candi causa tempore, quo diuina officina non peraguntur, iuxta Archidiac. & communem in d. c. is cui.

c Secũdum gl. 2. d. c. is cui.

Decimotertio peccat mortaliter, qui baptizat, quem certo scit esse baptizatum, & est irregularis, vt declaratur infra.[d] Et qui in baptismate vngit chrismate veteri eum, qui erat extra mortis periculum. cap. si quis de oleo, de confes. distinctione quarta. Et qui celebrat aduertẽs sumpto aliquo cibo, vel potu post mediam noctem, cap. liquido, de consec. distin. secund. etiam pro medicina, iuxta Sanct. Thom.[e]

d ca. 27. n. 246.

e Recept. 3. par. qu. 80. art. 8.

Dixi, *Aduertens*, quia secus si non aduerteret ante missam inchoatã, licet aduerteret post eam cœptam, etiam ante consecrationem, & eam sine scandalo non posset imperfectam relinquere, iuxta Ang.[f] & Sylvest.[g] dicentes idem esse de illo, qui post inchoatã missam meminit se suspensum, excommunicatum, vel irregularem esse, nec ob id nouam irregularitatem incurrit.

f Verb. eucharistia, 2. §. 9.

g Verb. eucharistia, 2. q. 7.

76 Decimoquarto peccat mortaliter, qui aduertẽs ante missam inchoatam, se esse in peccato mortali, eoque nõ prius confesso celebrat, per dicta supra.[h]

h ca. 21. n. 49.

Dixi, *Aduertens*, &c. quia aduertens post inchoatam non debet amissa desistere: etiam si absque scandalo posset: debet tamen illud ante secretam confiteri, si sine scandalo facere potest, sin minus, contritus, missã perficiat.[i]

i Vt Sylue. resoluit, in q. 7.

Decimoquinto peccat mortaliter notorius concubinarius, aut fornicarius, q ante pœnitentiam celebrat, & fit irregularis, quia est suspensus ipso iure,[k] saltẽ donec pœnitentiam agat,[l] & qui suspẽsus celebrat est irregularis.[m] Idem est de diaconis, & subdiaconis,[n] & etiam de initiatis solis minorib. ordinibus, si aliquem actum sui ordinis proprium exerceant, iuxt. Arch. in d. c. præter, §. hæc de malis & Card. Turrecr. in d. §. verum, in qua irregularitate solus Papa dispensat sm eosdem, Dixi, *Notorius*, quia non sufficit ad has pœnas incurrendas, q̃ sit infamatus, vel probari possit esse talis, q̃uis mortaliter iuxta omnes peccet.

k ca. præter 31. dist.

l ca. si quis sunt, 81. di.

m cap. 1. de sent. & re iudic. lib. 6.

n ca. si quis 81. dist. & d. c. præter

77 Dixi, *Ante actam pœnitentiam*, quia post actam celebrans, aut sui ordinis actum exercens, quamuis peccet mortaliter celebrando sine dispensatione, c. fin. de temp. ord vt alij peccatores notorijs peccatis depositione dignis notati, nouã tñ irregularitatẽ non incurrit, quam ante actam pœnitentiam celebrando incurreret, super qua solus Papa dispensat, licet remaneat in antiqua, quam peccatum notoriũ inducit, super qua Episcopus

pus dispensare potest, vt expressius alijs
[a] In c. 1. col. 4. de iudic. resoluit Ioan. Imola.[a] Dixi, *Concubinarius, aut fornicarius*, quia quo ad effectũ incurrendi suspensionem a sacramentis, & excludendi ab officijs diuinis idem est de fornicario vago, qui cum multis se permiscet, quod de eo, qui vnam concubinam habet Sylu. verb. concub. q. pri. 78 Est autem non mediocre dubium inter recentiores, An qui audiunt missam publici concubinarij mortaliter peccẽt. Ad quod resolutorie dico tria. Primum quod peccant illi, quorum auditio est causa, vt ille eam dicat, & sine iusta causa eam audiunt, quia mortale peccatum est præbere causam mortaliter peccandi
[b] Cap. præced. n. 14. sine iusta causa, vt dictum est supra.[b] 79 Quo fit, vt prudentiæ sit potius cõmendare missam sacerdoti bono, quam malo. Tum quia commendare illi est ali quale peccandi periculum, commendare autem huic, nullum. Tum quia licet quo ad essentialia missæ, scilicet continentiam realem corporis, & sanguinis Domini, & quo ad effectum operis operati pares sint missa boni sacerdotis, & mali, [c] quo ad tamen preces, & effectum
[c] Ca. intra 1. q. 1. operis operantis, multo melior, & efficacior est missa boni, quam mali, secũdum omnes, vt diximus alibi.[d]
[d] In Enchirid. de orat. & hor. canonic. super c. quando, de confe. dist. 1 c. 19. n. 50. & cap. 20. nu. 40. 80 Secundum, quod qui probabiliter ignorat legem prohibentem, ne quis missam concubinarij notorij, aut fornicarij audiat, non peccat, quia ignorantia probabili iuris positiui excusatur. [e] Neque confessarius tenetur ad docendum eam pœnitentem: imo imprudentiæ esset id facere, vt ait Gabriel,[f] & Rosella[g] qđ
[e] Cap. 2. de consti. nostra sententia intelligendum est, quãdo considerata qualitate pœnitentis &
[f] In 4. dist. 13. q. 1. du. clerici, illa admonitio nihil prodesse crederetur.
[g] Verb. clericus, 3. §. 2. 81 Tertium, quod scientes, aut scire debentes prædictam legem, peccant mortaliter audiendo eam. Tum per c. præter.[h] & alia multa. Tum quia S. Thomas,[i] cũ omnibus fere antiquis hoc tenet, & Cardin. Turrecremata in multis locis, præsertim in dictis cap. præter, & c. nullus, & si qui sunt, addens, se dignissimam sententiam, in d. c. præter scilicet quod mortui in eiusmodi peccato non sunt in loco sacro sepeliendi. Quod notandum est contra eos, quibus morientibus candelã
[h] C. nullus. 32. dist. et c. si qui sunt cum multis alijs. 81 dist. & c. uestra de cohab. cleric.
[i] In quolib. 11 art. 8. in manu tenendam tradunt concubinæ. Tum quia idem asserit Panor. cũ cõi. in d. c. vestra, & alibi sæpe, & cõmunis Theologorum,[k] quidquid dicat Gabriel vbi sup. & Maior,[l] cum alijs quibusdam, nã Conc. Trid. canones antiquos super hoc latos approbat, adijciendo pœnas grauiores, quam illi adiecerunt.[m]
[k] In 4. distin. 9. [l] In d. dist. 9 & Adrian. in 4. de sacrament. Eucharist. col. 3. [m] In c. 14. de reforma. sess. 25. 82 Decimosexto peccat mortaliter, q sacrificat extra locum sacrum, de consec. dist. pri c. missarũ, & q̃uis ante Cõc. Trid. de licentia episcopi, vt in Manuali Hispano diximus, celebrari poterat extra illũ super ara sacra portatili, alijs necessarijs interuenientibus, c. concedimus, de consecr. dist. pri. post illud tamen, non licet epis illud concedere per decretum eius
[n] descriptum. Nec ipse Papa eam concedit, saltem non episcopis, etiam in vrbe morantibus, neque alijs quam Cardinalibus, licet nobis in singulare beneficium ea data sit, cuius cõcedendi pars magna fuit illustriss. & reuerendiss. Cardin Iacobus Sabellus S. D. N Vicarius, generis Sabellorum antiquitate, reconditæ prudẽtiæ & immotæ in recto cõstantiæ, alijsq; nominibus Vrbi, & orbi gratissimus. Credimus autem, quod sicut de licentia, d. c. concedimus, poterat ante prædictũ Concilium celebrari, pp necessitatem sine licentia episcopi, ita posset etiam hodie, quia non videtur quo ad hoc esso illi derogatum per Concilium: & cõsequenter ei adhærendum. arg. l. præcipimus. C. de appell. Quod est notandum pro terris, in quibus frequentissimæ supplicationes fiunt, ad aliqua parua eremitoria p̃ quorum foribus solet dici missa, vt ab omnibus audiatur, & pro primitijs seu primis missis sacerdotum, ad quas maxima multitudo, quam ecclesia capere nõ potest, solet conuenire. Multo minus autẽ posset dari licentia celebrandi in mari, vel flumine, vbi effusio sanguinis timeri posset: etiam vrgente quauis necessitate,[o] per quod ipsum decretum videtur subla tum priuilegium Prædicatorum, & Minorum, in quouis loco honesto celebrandi, allegatum per Angelum, [p] cuius in Manu. Hispano meminimus.
[n] Supra nu. 68. [o] S. Ant. 3. par. tit. 13. c. 6. §. 4. [p] Verb. Miss. §. 39. 83 Decimoseptimo peccat mortaliter qui in Eccles. interdicta celebrat & fit irregularis, & qui in polluta sanguine vel semine, non tamen fit irregularis.

Et

Et qui scienter, aut per ignorantiam crassam celebrat super ara enormiter facta, aut non consecrata, aut in consecrata, quæ hostiam & calicem, quo celebrat, non capit. cap. pri. cum ei adnota. de consecra. eccl. Dixi, *Enormiter*, per c. quod in dubijs, eod. titul.

Decimooctauo peccat, qui ante recitatas horas matutinas celebrat: quia est cõtra consuetudinem generalem Ecclesiæ: nisi incidente aliqua repentina necessitate ad vitandum graue aliquod damnum aut scandalum id faciat. [a] Ante tamen recitatam primam celebrari potest nisi esset consuetudo, vel constitutio contraria, quæ & si esset, intelligenda foret, de missa maiore, & recitatione in choro, & non de alia, secundum Angelum. [b]

Nec quidquam obest cibus, & potus sumptus post matutinas preces recitatas ante mediam noctem, modo post eam nihil sumatur iuxta Adri. [c] & alios, quos retulimus alibi. [d]

84 Et qui sine omnibus vestib⁹ sacris, aut sine corporalibus, aut sine libro, saltem continente canonem, scilicet, *Te igitur*, vsque ad communionem, celebrat, iuxta S. Anton. [e] etiam si festum vrgeret iuxta eundem ibidẽ: etiam si aliter mortem vitare nequeat, secundum Cairta. [f] (quod nobis satis durum videtur) licet si celebrat, non fiat irregularis. Et potest loco cinguli stolam longam adhibere, & loco stolæ manipulum longum, ixta Palud. [g] Quin etiam cingulum non benedictum adhibere potest, iuxta Richar. [h] & Scotum, [i] quia cingulum, & calcei, secundum ipsos, benedici non solent. Contra quos facit, quod etiam pro eis benedictio in Pontificali nostro reperitur. Hæc autem benedictio ad episcopum spectat iure communi: priuilegio autem Papæ ministri, & prouinciales fratrum Minorum possunt benedicere corporalia, & ijdem, & custodes, & guardiani alia ornamenta pro suo ordine, & pro monialibus S. Claræ tertij ordinis, & non pro alijs, compend. priuileg.

85 Decimonono peccat mortaliter, q fine aqua, aut lumine celebrat. c. si de celeb. miss. Et qui consecrat in pane fermẽtato, aut corrupto: ita vt substantiam panis perdat. [k] Aut in omphacio, aut in vino adeo accido, aut adeo lymphato, vt substantiam vini amittat: & consecrato nulla est. Dixi, *Substantiam amittat*, alias secus, idem Richard. [l] Et qui solum vinũ sine aqua consecrat, licet valeat consecratio. [m] Et qui noctu ante lucem celebrat, iuxta omnes, excepto episcopo, secundum Paludanum. Quæ quamuis nulla ratione firma videtur niti (vt alias hic dixi) quia tamen vt audio, vsu recepta est, defendi posse videtur ob episcopi prerogatiuas, quas glossa prædicta refert, & quia etiam, vt nos vidimus Tholosæ ab hinc sexaginta circiter annos in Gallia Aquitanica, vbi omnes fere quotidie audiebant missam, quo operarij, filij, & famuli eam audirent, longe ante lucem incipiebant fieri missæ. Quod ipsum, & in Gallia Belgica etiam nũc fieri audio. Quem vsum difficile puto relictum iri, etiam post receptum Conc. Trid. iubens horis tantum debitis celebrari: nam & de episcopi, aut alterius superioris licentia, propter necessitatem communicandi infirmum morti proximum, & defectum Eucharistiæ eam ante lucem dici posse ait S. Antoninus, [n] quem Angelus & Syluester, & posteriores sequuntur: imo & nostra sententia in tali casu etiã sine licentia episcopi absentis, arg. capit. quod non est de reg. iur.

Est etiam communiter illicitum celebrare post præteritam notabiliter horã sextam, secundum Ioan. Andream, in ca. pri. de celebr. miss. communiter recept. sed nostro iudicio, minus bene. Tum qa non est textus, neque ratio, quæ prohibeat ieiunia, vbi sine scandalo potest facere eam ante nonam.

Tum quia est oblatio, & sacrificium in cruentum a sacerdote in persona Christi oblatum: & idem, quod ea hora ab ipsomet Christo fuit oblatum cruentum: quod quædam prima missa fuit, vt copiose probaui, [o] & frequenter id feci, præsertim diebus festis: vt ego, & mei iter facientes, & post meridiem peruenientes ad loca intẽta, satisfaceremus præcepto. Cui consequens est, priuilegia de dicenda missa circa, vel post meridiem, continere ius commune, & tantum prodesse ad sedandos animos scrupulosorum, qualia esse etiam alia multa diximus. [p]

86 Nec videtur obstare prædictum decretum, [q] quatenus prohibet, ne sacerdotes

a Syl. uerb. miss. q. 6.

b ubi sup. §. 1. & Sylue. ubi supra.

c In 4. de Euch. co. 27

d In c. liquido. de consec. dist. 2.

e 3. par. tit. 13. c. 6. §. 6. & Direct. lib. 1. tit. 7. §. 15.

f 1. 2. q. 69. art. 4.

g In 4. dist. 13. q. 2. co. 5

h In 4. dist. 13. q. 4. ar. 3

i In 4. dist. 13. q. 2.

k Richard. in 4. dis. 11 ar. 2. q. 2. ad 1. et q. 5.

l In 4. dist. 10.

m Ca. 1. & 2. cum glos. Arch. Cardin. & commun. de consecr. dist. 2.

n 3. par. tit. 13. c. 6. §. 4

o In c. solent de consecr. d. 1. & breuius in præfato Enchi. de orat. cap. 3. n. 44. & c. 22. n. 31.

p In d. cap. quando, c. 3 n. 17. & c. 19. nu. 84.

q Sess. 22.

dotes alijs horis, quam debitis celebrēt: quia id intelligendum est de horis ante lucem, vel post nonam, qua prædicta oblatio Christi consummata fuit: nam & in Quadragesima dici debet post nonā, quam constat esse post meridiem, & horam cœnandi in die ieiunij, vt docet S. Thomas: [a] consequenter videntur sublata priuilegia Sixti IIII. Innocentij V. & Leonis X. de dicenda missa ante horam legitimam, quorum tenores in Manuali Hispano hoc in loco relatos ꝓtermitto.

a 2.2.*quæ.* 147.*art.* 7.

Ad noue autem quęsitum de præsbytero non potēte finire missam cœptā, respondeo primo, quod potest relinqui imperfecta, si non erat facta consecratio quia cap. nihil, [b] quod habet officium diuinum non debere relinqui imperfectū, intelligitur sine iusta in id causa, nam in fra [c] dicetur missam cœptam relinquendam etiam superueniente excommunicato, qui nolit abesse.

b 16.*q.*1.

c In *c.* 27. *nu.* 34.

Secundo, quod si facta sit consecratio, est perficienda per alium ieiunum, qui continuabit eam à loco, in quo alter reliquit, d. ca. nihil, vel per non ieiunum, si deest ieiunus: quia maioris momenti est præceptum de missa post consecrationē per alium presbyterum perficienda, qđ est diuinum, aut diuino proximum, cap. comperimus, & c. relatum de consecrat. dist. secund. quam de communicando ieiune, quod est humanū, c. liquido, ea. dist.

Tertio, quod quamuis nec prædictum cap. nihil. nec ei concordantia præcipiāt vt alius presbyter eiusmodi casui præsens teneatur illam perficere: arbitror tamen teneri: etiam si non esset ieiunus: deberetque se vestire sacras vestes, & cōcipere contritionem, & confiteri, si opus foret; & copia id faciendi adesset: tum ad euitandum scandalum, quod ex ea imperfecta oriri posset: tum ad conseruandum tanti sacramenti honorem, ad quod longe magis tenemur, quam ad seruandas fortunas proximi: quas tamen, si sunt notabiles, præcipimur seruare: saltem quū commode possumus, per citata alibi, [d] & redacta in summam supra. [e]

d In cōmen. *in ca.* nō in *in erenda.* 23.*q.*3.

e Cap *præc. nu.* 15.

Quarto, quod non est tamen perficiē da per laicum, nec per clericum presbytero minorem: quia non potest, arg. cap. pri. §. si de sum. Trinit.

87 Vigesimo peccat mortaliter, qui pluries quam semel eadem die celebrat, c. consuluisti, de celebr. missā. & c. sufficit, de consecra. dist. pri. (per quod probatur recte dici facere missam, quod moneo, ne quis male consulat eam phrasin, qua interdū vtor, & grauiter vtitur in edict. reform. clericorum, illustrissimus Cardinalis Sabellus,) nisi in septem casibus, [f] iuxta Paludanum, & S. Antoninum.

f In 4. *dist.* 15.*q.*2.

Primus die Natiuitatis, in quo tres dici possunt, Dec d c. nocte sancta, quarum dicendarum optimus modus videtur, vt prima, media nocte, secunda, diluculo, tertia, hora tertia dicatur: quamuis etiā bene dicantur interdiu omnes tres, sine intercapedine, aut cum ea, sed ante lucē non potest dici recte, nisi vna: vt post Angelum, [h] & Sylueſtrum [i] diximus. [k]

g 3. *par. tit.* 13. *c.* 6. *paragra.* 4.

h Ver. *miss.* §. 40.

i Ver. *missa* 1.*q.* 6. & 7.

k In d. *cap. nocte.*

Secundus casus est, quando superuenit dicta iam missa aliqua persona notabilis, veluti episcopus, quem singulis diebus decet eam audire vel dicere. [l] Et ea dem vel maiori ratione, cum superueniunt peregrini: etiam si non sint tanti status, si præcepto illo die ad audiendam missam teneantur.

l Dict. *ca. si de priu. c.* 6

Tertius, cum repente post dictā missam corpus defuncti occurrit sepeliendum, & consuetudo habet, ne sepeliatur sine missa, quando ea celebrari potest.

Quartus, quando aliquis ita ægrotat, vt communicare necessario debeat, & non est Eucharistia.

Quintus cum quis præest duabus ecclesijs vnitis duabus missis indigentib⁹: & non est alius, qui alteram dicat.

Sextus, ob nuptiarum benedictionem.

Septimus, cum occurrit causa, quæ iusta videatur ad hoc arbitrio boni viri, [m] quod habet licitum esse celebrare pluries quam semel vrgente necessitate.

m Per *d. c. consuluisti.*

88 Notandum tamen, quod neque in prædictis casibus est licitum, si sacerdos, qui semel celebrauit, non est ieiunus, etiam si nihil præter solitam calicis purificationem sumpserit: neque si iam eodē die duas dixit, excepto die Natiuitatis: neque si adsit alius sacerdos, qui possit, & velit illam missam necessariam dicere iuxta communem prædictorum. Notandum est etiam omnibus diebus missam dici posse, [n] exceptis feria sexta, & sabbatho hebdomadæ sanctę. [o] Nec obstat cō suetudo, quam contrariam in sabbato sancto

n Ca. *visum de consecr. dist.* 1.

o Ca. *sabbato, de consecra. dist.* 3.

ſancto videmus: quia miſſa, quæ nunc in illo dicitur, non eſt eiuſdem diei, ſed no ctis reſurrectionis: quamuis eam paulatim imbecillitas humana tãti ieiunii impatiens ad horam reliquarum retraxerit, vt ſignificat collecta, quæ incipit: *De*[9] *qui hanc ſacratiſſimam noctem, &c.* [a] In ſe xta vero feria ſancta nec dicitur, nec dici debet: nec publice, nec ſecreto, ſed ſolum ſuſcipitur hoſtia, quę ex præcedenti die conſecrata remanſit. At die Iouis ſancto, aut feria quinta eiuſdem hebdomadæ, & publice & ſecrete dici pôt, qa id nullo iure prohibetur: imo dictum ca. ſabbato, bene ponderatum, permittit, licet illo die fere omnes a celebrando abſtineant: alij ob defectum commoditatis quia in illo die Sacriſtæ altaria denudãt: alij quia falſo putant, non licere: alij ob auditionem confeſſionum.

a Et in præ dicto Enchirid. ſiue Manu. de ora. c. 3. nu. 43. probauim[9].

Vigeſimoprimo peccat presbyter, qui non celebrat ſine iuſta cauſa, ſaltem ter, aut quater in principalibus feſtis anni, in quibus laici religioſiores communicare ſolent, [b] vt latius tradimus in d. Enchirid. de orat. arg. c. dolentes, de celebr. miſſ. etiam ſi non habeat curam animarum, nec alia ratione, quam presbyterij ſit obligatus. Quin Concilium prædictũ, [c] iubet Epiſcopis curare, vt presbyteri ſaltem dominicis, & feſtis ſolemnibus ſacrificent, & qui curam habent animarũ tam crebro, vt muneri ſuo ſatisfaciant. Per quod tamẽ ante præceptum Epiſcoporum, non videtur presbyter teneri pluries ad miſſandum, quam ante Concilium: quum id non præcipiat, ſed tantum curam ad id agendi Epiſcopis committat.

b S. Thom. 3 part. q. 22. art. 10. & Rich. in 4. diſt. 13. a. 2.

c Seſſ. 23. c. 14.

89 Vigeſimoſecundo peccat is, cuius negligentia ſanguis in terra, aut altari effunditur: & quid ſit tunc faciendum ſtatuitur, in c. ſi per negligentiam, de conſecr. diſt. pri. in hæc verba *Si per negligẽtiam aliquid de ſanguine Domini ſtillauerit in terra: lingua lambetur, & tabula radetur. Si non fuerit tabula: & non conculcetur, locus corradetur, & igne conſumetur, et cinis intra altare recondetur, & ſacerdos quadraginta diebus pœniteat. Si ſuper altare ſtillauerit calix: ſorbeat miniſter ſtillam, & tribus diebus pœniteat. Si ſuper linteum altaris, & ad aliud ſtilla peruenit, quatuor diebus pœniteat. Si vſque ad tertium, nouem diebus pœniteat. Si vſque ad quartum ginti diebus pœniteat: & linteamina, quæ tetigerit ſtillæ tribus vicibus miniſter abluat calice ſuppoſito, & aqua ablutionis ſumatur, & iuxta altare recondatur.* Ex quo infertur non debuiſſe cremare ob hoc quædam corporalia pretioſa amicum cuiuſdam, qui e longinquo me ſuper hoc conſuluit.

Vigeſimotertio peccat mortaliter, q reliquias ſacramenti, quæ in calice, aut in patena remanent quamlibet exiguas, poſt ablutionem ſumit, iuxta mentem Paludani [d] & Roſellæ, [e] quod eſt verum ſi ex intervallo id faciat, ſecus ſi in continenti, vt neruoſe probat Caietanus, quia quæ incontinenti fiunt, ineſſe videntur. l lecta. ff. de reb. cred. Quare quas ex interuallo inuenerit, cuſtodire debet in alterum diem ſumendas: aut certe miniſtrare eas alicui ad communicandum diſpoſito, iuxta eoſdem. Porro, humor in calice remanens poſt ſumptionem ſanguinis, quoad omnino exſiccetur, magna cum reuerentia tractandus eſt, quia ibi eſt ſanguis D. N. Ieſu Chriſti: & ideo prima ablutio facienda eſt vino, & ſumma cum reuerentia ſumenda, c. ex parte, de celeb. miſſ. & quamuis poſt ſumptionem corporis, & ſanguinis aliqua particula hoſtiæ in ore remanſerit, licite poteſt ſumi ablutio: licet ea prius deglutiatur, qn & toties poteſt ſumi, quoties opus fuerit ad hoſtiam deglutiendam: quod decentius videtur, quam ad id digitum ori inferre ſecundum Roſellam. [f] Et ſi ſumpto ſanguine, aliquid hoſtiæ in calice manſerit, debet eam digito ori calicis admouere, & ante mixtionem vini ſumere, iuxta Scotum. [g] Decentius tamen videtur, quod Ang. dicit, [h] quodque ego ſoleo facere, ſcilicet, vt vinum infundatur, & ſimul cum particula hoſtiæ ſumatur. argu. d. l. lecta. ff. ſi cert. petat. & l. continuus. ff. de verb. oblig.

d In 4. di. 6 q. 1. in fin.

e Verſi. euchariſtia 3. §. 13.

f 3 tom. de delebr. miſſ. q. 2.

f Verb. euchariſtia, 3 §. 22. Sylu. eo. q. 8.

g In 4. diſt. 8 q 3.

h Verb. miſſa, §. 20. & Sylue. verb. Euchariſtia 2. q. 9. & eucharſtia. 3. q. 8.

91 Præterea notandum, quod cum poſt hoſtiam ſumptam, volens ſumere ſãguinem, aduerterit nihil, vel ſolam aquam eſſe in calice, debet ſecundum Scotum, [i] accedere ad cornu altaris, quaſi ablutionem accepturus: & ſumpto vino & aqua, vel ſolo vino, cum aqua, quæ remanſit in calice, redire ad medium altaris, & ibi conſecrare, incipiens ab illis vèrbis, *Simili modo, &c.* proſequens vſque ad illa.

i In 3 part. q. 85. art. 6.

Vnde

Vnde & memores, &c. alijs prætermissis, ne populus propter moram errorem intelligat, sanguinem Domini cum reuerẽtia percipere, & mox purificatione accepta reliqua prosequi. Quæ praxis videt

a In 3.par. q.8.art.6.

præstare praxi S. Thomæ qui[a] censuit, q deberet alteram hostiam non consecratam, cum nouo vino aqua mixto sumere & incipiens a vers. *Qui pridie*: consecrare sub vtraque specie, & missam in finẽ vsque prosequi perinde, ac si alteram hostiam non consecrasset, nec sumpsisset, neque aquam calicis degustasset. At si is cui hoc contingit, ignorat præceptũ Ecclesiæ: quoqui celebrat tenetur sub vtraque specie consecrare, & sumere, [b] aut inopinato casu perturbatus non suscipit nec consecrat vinum, non peccat ob id mortaliter, iuxta Adrianum [c] Subnotandum item, quod qui multas hostias consecrandas accipit & memor tantũ illius, quam manibus tenet, verba consecratoria profert, omnes consecrat: quia quamuis non habeat intentionem actualem eas consecrandi, habet tamen virtualem manantem ex actuali quam habuit consecrandi, quando illas accepit consecrandas, Scot. in quart.

b Ca.relatũ de cõs.di.2.

c In 4.de sacrã euchar. col.23.

Vigesimoquarto peccat mortaliter, q aliquam pecuniam accipit, ad per se, vel alium dicendas missas: & facit eas ab alijs dici aliquid sibi retinendo de pitantijs pro eis tradendis ℔ Maiorem. [d] Contrarium tamen sentit Sotus. [e] Nobis vero videtur, quod opinio Maioris procedat, quando qui pecuniam accipit, non habet vllum officium, ob quod lex, aut consuetudo aliquod illi stipendium pro eiusmodi cura ex quaque pitantia missæ constituit, impensis eorum, q eas dicere debent: quia licet omnes sibi cõmissas dicere faciat: non tamen quãtum debet eas dicentibns persoluit, & sic iniustitiam committit. Soti vero, quando est persona, quæ officium præfato modo habet, & etiam quando qui dat pecuniam, dat plusquam ad salaria ordinaria sufficit, cum voluntate saltem tacita: vt quod supereſt retineat sibi pro cura, & industria: quam ei rei impendit, arg. c. scienti non fit iniuria, de reg.iur.lib.sexto. Cuiusmodi videntur esse aliquot parochi, & sacristæ, quibus consueuerunt cõmen dari missæ dicendæ, & tradi eleemosynæ pro eas dicturorum pitantijs.

d 12.& Ange.verb.eucha.1.§.27 Panor. cum communiter, sacerdos de offi. ord.

e Lib.5.car.1.de iust.& iur.

92 Vigesimoquinto peccat mortaliter qui obligatus ad dicendam missam pro aliquo, non applicat ei totam illam eius partem, quam tenetur ei applicare. Tũ quia, vt diximus, [f] vna missa pro multis dicta non tantum valet cuilibet eorum, quantum valeret dicta pro eo solo. Tum quia secundum Scotum pulchre § hac de re differentem, triplex est valor missæ: scilicet generalis, qui debetur toti Ecclesiæ iuxta intentionem illius medius, qui ei pro quo dicitur: & specialis, qui dicenti, & ita qui totum valorem generalem non applicat toti Ecclesiæ secundũ ordinationem eius; & qui non applicat totum medium ei, pro quo dicit, peccat: quia iniustitiam committit: quamuis valorem specialem sibi debitum iuste possit applicare sibi, vel alij cui voluerit: siue addat plures collectas, quam debeat siue non, iuxta Maiorem [n] cui consentit ibidem Vuend. [i] Gabriel licet pugnare videatur in hoc vltimo Scoto, vt sup. Quæ tota est doctrina singularis, vsu Ecclesiæ merito recepta: licet S. Thomas [k] & post ipsum Sylvester [l] & Caietanus [m] & non nulli alij aliud tenuerint. Tum quia qui tenetur ad dicendum vnam missam alicui, siue quia libaliter eam illi promisit, siue quia pro ea dicenda pitantiam accepit non satisfacit illi, eam etiam pro alio dicendo, nisi ille tacite, aut expresse consentiat vt ubi sup. cum communi diximus. Tum quia paupertas dicentis nõ sufficit, vt pro vna missa duæ pitantiæ capiantur, quamuis Sotus [n] contra minus bene teneat. Tum quod nulla ad id textu, ratione, vel alio auctore fulcitur. Tũ quod ipsemet ait, in eod.art. quod qui habet vnde sustenteť, duas pitantias p vna missa accipere non põt: & paupertas dicẽtis non tollit iustitiam, nec debitum alteri. [o] Tum q Ecclesia non instituit missas ad alendos pauperes clericos: imo saxit, vt nullus pauper ordinaretˉ, c. non liceat, c. epus, c. tuis, & c. cum ℔ de præb. & q ordinatus in paupertatem inciderit aliqua arte, siue agricultura sibi victum quę rat. [p] Tum quod non obstat illud, q *Qui altari seruit, de altari viuat*, per ea q ad intelligentiam illius diximus, in d.c. cũ secũdũ, & quia quilibet sacerdos plus in dicenda missa Ecclesię seruit: siquidẽ vt minimum

f In Enchirid.de orat. c.20. n.77 & in ca. Si sum, de cons. se.d.1.& c. non mediocriter de cõsecr.di.5.& infr. eo.nu. 211.

g Quolib. 20.

h In 4. dist. 45.q.2.a.4

i In addi, ad 4.

k 3.part. q. 76.art.5.

l Ver. missa 1.q.9.

m In opusc. tom.2.trac. 3. de celeb. miss.

n Lib.9.q.3 ar.1. de iust. & iur.

o Arg. cap. ex tenore, de foro cõp. & c. denique 14.q.5.

p Cap.cler. victum, 61. dist.

q 1. ad Corinth.9.

nimũ horas canonicas recitat, [a] & ideo non tenetur ei victum præbere solus ille pro quo celebrat: & quia quælibet pitantia dari solita communiter, sufficit pani, & vino emendis, quibus solis, quimimo paucioribus multi laici etiam coniugati susteutantur tota die laborantes. Ex quibus infertur responsio ad noue quæsitũ, scilicet, quod neque parochus, neque alius, qui tenetur dicere missam p vno, satisfacit dicendo pro illo, & alio: misi de consensu eius, pro quo tenetur expresso, vel tacito: qualis colligitur ex cõsuetudine seruata in parochia, vt parochus dicat missam publicam de defunctis pro parochiano defuncto sepeliendo, vt sentit Scotus. [b]

93 Vigesimosexto peccat mortaliter excommunicatus, interdictus, aut suspensus suspensione maiore, qui aliquem actum particularem, & proprie siue specialiter ad suum ordinem pertinentem exercet: & fit irregularis, in quo solus Papa dispensat: [c] cum moderatione adhibenda infra. [d] Et qui missam, aut alia diuina officia celebrat in loco non interdicto coram personis interdictis: & est ab ingressu Ecclesiæ suspensus: [e] & si stante illa suspensione celebrat, fit irregularis. [f]

94 Quod quantum ad suspensionem, & irregularitatem intelligendum est de exempto a iurisdictione ordinata, & nõ de non exempto, quia cap. episcoporum, quod de hoc loquitur, non comprehẽdit non exemptos, iuxta opinionem Archidiaconi ibidem receptam per Dominicũ Perusinum, & Ioann. Colon. & Villadiego, [g] quo nonnullos consolati sumus: quamuis S. Anton. [h] & aliqui Summistæ sequantur glossam eiusdem cap. quæ oppositum tenet, non perpendentes Ioan. Andr. eius auctorem super eadem glossa postea ob multas rationes tenuisse, quod a nobis dicitur.

95 Vigesimoseptimo peccat mortaliter clericus vnius Ecclesiæ, qui clericos alterius Ecclesiæ ad diuina officia tempore interdicti generalis admittit, iuxta opinionem Archidiaconi, in c. alma mater, de sent. excom. lib. sexto, quam obseruari in Gallia vidimos. Cuius tamen cõtrariam Ioann. Andreæ quæ in tota Hispania obseruatur, veriorem iudicamus.

Vigesimooctauo peccat mortaliter, q̃ interdicta generalia, aut particularia (de quibus [i] dicetur) non prout debet obseruat, & qui aliquem excommunicatum, aut nominatim interdictum, aut manifestum vsurarium sepelit, & est excõmunicatus, de quo [k] dicemus.

96 Vigesimooctauo peccat mortaliter, q̃ nõ habẽs ad id facultatẽ sciẽter, aut p ignorantiam crassam confessum a casib[a], & censuris, a quibus non poterat, excepto mortis articulo, absoluit, sed irregularitatem non incurrit, nec aliam censuram, tenetur tamen monere sic absolutũ si commode, & sine scandalo potest Sylue. verb. confessor. tert. in prin. Et qui cõmutat vota, aut in eis absq; auctoritate dispensat, vt dictum est supra. [l]

97 Trigesimo peccat mortaliter clericus ordinis sacri, aut beneficiarius, monacha, vel monachus, qui deputatus ad chorum omittit, vel vult omittere per totum diem horas canonicas, aut aliquam partem notabilem earum: aut notabiliter male eas recitat, sine proposito iterũ recitandi absque iusta causa, aut absque attentatione necessaria, quia vt probamus alibi, hæc tria hominum genera tenentur ad legitime recitandas omnes horas canonicas singulis diebus, [m] adiuncta ratione forte S. Antonini, qua probat ad id teneri monachos. Dixi, *ad chorum*, qui enim profitetur ad alia obsequia extra chorum, puta bellica, vel ad alia opera seruilia, non tenetur ad illas, sed ad alias illarum loco eis ab ordine statutas. Dixi, *omittit, vel vult omittere*, quia toties peccat mortaliter, quoties id facit, vel deliberat id facere, arg. supradictorum in c. tria nu. secund. Dixi, *per totum diem*, quia licet peccet, quia eas non recitat, etiam priuatim extra, aut intra ecclesiam horis debitis sine aliqua causa, (vt probamus, [n]) non tamen peccat mortaliter, si ante mediam noctem eas dicat, vt post S. Antonin. ibidem [o] probamus, [p] addentes primo melius esse anticipare illas, q̃ postponere: quando per occupationem debitis horis dici nequeunt: quia illud prouidentiæ, hoc negligentiæ videri potest. Secundo nõ esse peccatum, imo meritũ propter honestas occupationes matutinas horas vespere præcedenti recitare, & mane vsque ad nonam inclusiue, &

post

a *Cap. 1. cũ ei adnot. de celebr. miss.*

b *In d. quolib. art. 2.*

c *Cap. is cui de sent. exc. lib. 9.*

d *Ca. 17. n. 244. & seq.*

e *Ca. episcoporum, de priuil. lib. 6.*

f *Dicto cap. is cui.*

g *De irregular. col. 7. & Cardin. con si. 4. de sen. excom.*

h *3 par. tit. 15. cap. 1.*

i *In c. 27.*

k *Ca 27. n. 168. & seq.*

l *Cap. 12. n. 72.*

m *In Ench. de orat. c. 7. n. 2. & 4.*

n *Arg. c. 1. de cele. miss. & c. fi. 92. dist.*

o *In d. Ench. c. 3. n. 45 & cle. 1. de celeb. miss. et per c. 1. eod. ti. ubi Ioan. And. id sentit.*

p *In d. Enchiri. cap. 3. nu. 97.*

post meridiem reliquas simul, quia vt ait S. Thom. [a] melius est anticipare laudes Dei, & postea alium actum studiosum agere, quam unum per alterum impedire: quamuis anticipans, vt voluptuosius mane dormiat venialiter peccet. [b]

98 Dixi, *Partem notabilem*, quia omittere partem, puta, vnam dictionem, aut partem versus, etiam sine voluntate repetendi, non est plusquam veniale: modo ne ob contemptum, aut cum notabili scandalo omittatur, per dicta alibi, [c] q. d. quid sentiat S. Anto. [d] Dixi, *Sine proposito supplendi*, quia cum eo ne veniale quidē est aliquam partem notabilem cum aliqua causa omittere, veluti ob tussim, colloquutionem, aut responsionem ad aliquam rem necessariam recitando cū alijs non exspectantibus. Dixi, *Aut notabiliter male recitat*, propter eos, qui toties contrahunt syllabas, dictiones deglutiūt & suos versus incipiunt, antequam ij, qui bus cum recitant suos absoluāt: quod est graue peccatum, & omnium, quæ in horis recitandis, & cantandis admitti vidi frequentissimum: & propter eos, qui recitant cum ijs, qui toties hoc faciunt, vt iudicio boni viri fiat notabilis confusio: ij enim mortaliter peccant: quamuis qui parum, nisi venialiter, per dicta ibidē. [e]

99 Dixi, *Sine proposito*, eas iterum recitandi: quia qui cum eo recitat, & postea iterum eas repetit, non peccat mortaliter, vt faciebant quidam amici mei, qui moniti a nobis, quod non satisfaciebant recitando cum prælatis, & alijs balbutiē tibus, & versus notabiliter anticipantibus, verentes eos monere, ne suos versus anticiparent, excusabant se, dicentes se sic recitare cum proposito iterum bene recitandi. Non etiam peccat mortaliter, qui per obliuionem, aut inaduertentiam aliquam horam, aut eius partem notabilem omittit: aut horam, quam prius recitare debet, post erius recitat: veluti qui prius tertiam, quam primam: aut prius aliquem psalmum, hymnum, aut lectionem posterius dicendam, imo nec tenetur ad ea iterum recitanda, neque parte omissa suppleta, ad prosequeadum omnia, quæ postea dixit: satis enim est supplere per obliuionem, aut inaduertentiam omissum. [f]

100 Dixi, *Sine causa iusta*, quia sūt etiā aliquot causæ excusantes. Prima infirmitas eiusmodi, ob quam directe, vel indirecte precum recitatio infirmo noceret, iuxta Innocentium & Hostiensem, in c. pri. de celeb. miss. quod videtur intelligendū de nocumento notabili, quod sequeretur non recitando horis debitis, sed etiam ante vel post illas, vsque ad mediam noctem, & etiam recitando cū socio, si eum haberet: & alias non, vt di ximus, [g] inferentes febrim, quæ statis horis recurrit, non excusare illum ante, vel post illas commode dicere valentem nec consequenter febrim quartanam, aut aliam leuem, Hostien. in d.ca pri. de celebr. miss. nec aliam, quæ non impedit colloquia grauia, & negotiorum, ac rerum grauium ordinationem, vt dixi. [h] Quo fit, vt arbitrer multos nimis facile se excusare. Equidem non sum ausus excusare me ob ægritudinem a pronuntiandis horis, nisi vno vel altero die spatio 70. circiter annorum, quibus recito: licet quinquies conclamatus fuerim. Porro, vt nō est opus repetere post ægritudinē horas in illa omissas, [i] ita non est opus eas ab illo recitante audire ægritudinis tempore, [k] nec aliud sentiunt Innocentius & Hostiensis, in d.c. pri. quidquid dicat Gerardus, [l] & monstrauimus vbi supra. [m] Neque est necesse loco horarum mente Deum precari, quidquid dicat Maior, [n] sine texto, aut ratione concludente.

101 Secunda causa a recitando excusans, vt vbi supra, diximus est occupatio repentina, aut quæ sine scandalo, aut peccato omitti nō possit, iuxta Henricū de Gandauo [o] cui satis consentit Maior, [p] & Syluester, Ver. hora. q. fin. vt si necesse foret horas omittere ad sedandos populi tumultus, qui excitantur: aut ad cōcionem, quæ sine scandalo, aut magno damno omitti non potest, necessaria parentur. Et idem quando occurrit necessitas habendi prælectionem in cōcursu publico, vel conclusionum defensionē quæ recte facere plurimum reipublicæ, vel priuate interesset, & eorum studium & precum recitatio se non compaterentur, vt præfati sentiunt: quamquam nos, gratia Deo ad hunc vsq; diem numquam earū recitationem ante, vel post eiusmodi actus omisimus: & si frequēter nobis

[a] *Quolib. 5 art. 28.*
[b] *Arg. c. c'e ricus 1. 91. dist.*
[c] *In d. Enchi. c. 10. n. 18. in fi. & sup. c. 11. a nu. 2.*
[d] *2. par. tit. 9. c. 13 §. 3.*
[e] *In d. Enchi. c. 10. n. 11. per cle. 1. de celebr. miss. & c. do lentes, eod. tit. & in sta tutis eccle siæ Gallica næ tit. Qua liter horæ.*
[f] *Palud. in 4. dist. 15. q. 6. art. 2.*
[g] *Vbi sup. c. 11. nu. 1.*
[h] *In d. c. 11 nu. 4. & 5.*
[i] *Iuu Inno. & Hostien. receptos, in d. c. 1.*
[k] *Palud. in 4. dist. 11. q. 5. ar. 2. con clu. 1.*
[l] *De assidui tate, orand. col. 4.*
[m] *Cap. 11. nu. 3.*
[n] *In 4. d. 12. q. 6. post ar gum. 10.*
[o] *In quolib. 16. q. 12.*
[p] *In 4. dist. 12. q. 6. co. 4 & super Matth. c. 6. col. 12.*

nobis occurrerunt neque ob geminas in die lectiones, quas multis annis Tholosę, & Caturci primum, deinde Salmanticæ, & Conimbriæ habuimus: nec ob quaternas toto anno in Gallia singulis diebus etiam festis, exceptis Virginis matris, Dominicis, & Apostolorum habitas: nec facile consuleremus alteri, qui recitãdo partem ante signatum concionandi, vel prælegendi punctum & partem post concionem, vel lectionem, & partem inter studendum, satisfacere potest: attento quod sine ope diuina nihil, & cum ea, omnia fieri possint, iuxta illud Pauli. [a] *Omnia possum in eo, qui me confortat, qui est Christus.*

a Ad Philip. 4.

Tertia causa est defectus breuiarij, siue id sua culpa, siue absque ea contingat: quia quamuis peccet breuiarium sibi nõ comparando: non tamen peccat non recitando, quum id præstare nequeat: modo iuste pœniteat illud nqn comparasse. arg. l. impossibilium, ff. de reg. iu. & c. nemo ad impossibile, eod. tit. lib. sexto.

102 Quarta causa est dispensatio Papæ, iuxta Cardinalem Turrecrematam, [b] neque aliud sentit Cardinalis Florentinus, [c] quamuis illi ita visum fuerit, vt [d] diximus: admonendo, quod quamuis Papa in hoc dispensare possit: rarissime tamen solet, nec cuiquam ea (mea sententia) expedit: expertum enim est, benigni tate Dei fieri, vt nihilominus quis proficiat in sui muneris functione recitando eas horis animi causa consumendis, quã omittendo. Vbi etiam probamus neminem a recitando excusari, eo quod studeat, inseruiat, vel peregrinetur, quidqd dicat Gerardus de assiduit. orand. q. sext, & Abbas antiquus, in c. pri. de celeb. mis. vt diximus, in d. Enchirid. copiosissime, [e] quod neque excommunicatio etiam denuntiata a recitando seorsim excusat. [f] Et [g] quod neque tenuitas beneficij excusat, [h] quidquid Sotus [i] dicat: tum quia solo suo arbitrio nititur: tum quia tituli beneficiarij acceptatio, & non quantitas reditus, ad id obligat, tum quia sibi debet imputare, quod accepit illud, præsertim si permittitur dimittere, & nõ desit, qui velit illud accipere.

b In c. Eleutherius 91. dist.
c In clem. 2 de celebr. miss.
d Vbi supra nu. 9.
e C. 7. n. 18.
f Ca. presbyterũ. 27. di. & c. 2. & c. illud de cle. exc. minist.
g Num. 27.
h Per gloss. sing. in c. cl. vitiũ. 91. d.
i Lib. 10. de iust. & iur. q. 6. art. 3.

103 Quinta est, quod non teneatur ad hoc nisi ratione beneficij, & quod eius nullos fructus nec per se, nec per alium capiat, nec capere possit, nec in posterũ capturus sit ob illud tempus, vt dixi. [k] Addo. *Nec per alium*, propter multos pueros, & alios familiares, vel amicos, quorũ patres, heri, vel amici pro illis capiunt: quia isti non minus, quam si ipsi caperẽt tenentur. Reg. qui per alium, libr. sexto. Addo, *Nullos*, quia quamuis non nisi distributiones quotidianas caperet, ad illud tenetur iuxta eosdem. Addo, *Neque capere possit*, propter eos per quos stat, quominus capiant, non accipiendo possessionem, vel non resistendo.

k In d. ca. 7 nu. 28.

104 Addo, *Neque in posterum capturus sit*, &c. quia si litigaret, & habita sententia fructus sequestratos, aut ab aduersario perceptos obtinere deberet, teneretur secundum omnes, quamuis possessionẽ non accepisset, nec accipere posset, qdquid Cardinalis S. Sixti, & Paludanus tamquam magis Theologi, quam Canonistæ in hoc senserint: quia fructus percepti, saltem post litem contestatam, debentur vero beneficiario, si vicerit, quam uis contra possessorem de proprietate litiget, tam in rebus spiritualibus, quam profanis. [l] Vnde infertur, non excusari eum, qui in pensionem omnium fructuũ consensit ei, qui in suum fauorem beneficium reuuntiauit (quod quotidie fiebat olim, nunc autem sub S. D. N. Gregorij XIII. nũquam, aut rarissime) quia vere beneficiarius est, & habet possessionem beneficij, aut per ipsum stat, quo minus eam habeat: & si vult, potest aliquos fructꝰ capere: quia potest seruire, & ad mercedem sui seruitij cogere eum, cui omnes fructus reseruati sunt: fructus enim illi solum intelliguntur, qui reliqui sunt deductis oneribus. l. fructus. ff. solu. matr. cum notat. ibi, & per Fely. in c. ad nostrã de iureiur. Oppositum tamen nobis ibi visum fuit, & hic videtur de eo, qui consensit, vt renuntianti omnes fructus, & omne seruitium, & administratio beneficij reseruarentur: quia is nil potest percipere, neque seruire nolente pensionario, quæ est conclusio quotidiana, & singularis.

l Decis. Rot. 24 in nouis per notata, in c grauis, & per Imn. in c. in literis de resti. spol. l. certũ. C. de rei uẽ dit. & l. ex diuerso. ff. eod.

185 Dixi in principali conclusione, *sine necessaria attentione*: quia eius defectus est mortalis, vt probauimus alibi. [m]

m In d. c. 13 per illud c. & per c. dolentes, de celebr. miss. & alia multa

Porro, attentio necessaria consistit in habendo a principio horarum proposito actu. alia,

actuali, aut virtuali ad eas attendendi: & postea actualiter, aut virtualiter attendendo aliqua attentione sufficienti, quæ est triplex Prima, verborum, ne alia pro alijs, aut confuse, aut irreuerenter dicãtur. Secunda rerum significatarum per ea. Tertia personarum ad quas dirigun tur, puta Sanctissimæ Trinitatis, Angelorum, ac Sanctorum eius, & rerum petitarum ab eis, puta beatitudinis, gratiæ, caritatis, fidei, spei, & aliarum virtutum, vt clarius alijs [a] diximus addentes, quod harum trium attentionum secunda est melior prima, & tertia secunda. Item, tertiam omnibus esse communem, & etiam primam fere omnibus, sed secundam solum callentibus idioma, quo horæ soluuntur.

a In Ench. de orat. c. 13 au. 4.

106 Non abs re autem addidi, *Virtuali*, quia vt [b] dicebamus, sufficit virtuale, quale habet, qui petit, vel accipit breuiarium animo huic obligationi satisfaciendi, aut eundi ob id ad Ecclesiam, & alia similia: ita vt interrogatus, quare petis, aut facis hæc, vere responderet, ad recitandi obligationi satisfaciendum, iuxta ea, quæ post alios præsertim Maiorē scripsimus, [c] quod tamen propositum actuale, aut virtuale tollitur per propositū actuale, aut virtuale non attendendi: quale habet expressim, qui non vult attendere, & tacite, qui aduertit se euagari cogitando res a sua precatione alienas, & ad nullam dictarum attentionum animū reuocare nititur, iuxta cõem, & etiam, qui deliberate se occupat in rebus exterioribus omnibus tribus prædictis attentionibus, impatibilibus, attenta saltem industria recitantis, & ita se occupantis.

b In d. c. ca vitas. 2. notab. 13.

c In d. c. 13 & in c. inter uerba 11. q. 3. n. 309.

107 Vnde [d] intulimus, eum qui scribit, aut legit aliena ab ijs, quæ recitat, cõmuniter peccare, etiam mortaliter, si deliberate id faciat, recitando partem notabilem precum debitarum, saltem sine proposito iterandi, quia scribere, aut legere aliena ab eis, quæ recitantur, est opus exterius, quod omnibus tribus modis attentionis repugnare videtur. Addidi, *Communiter*, quia necessitas, vel vrbanitas respondendi alicui, vel subscribendi epistolæ, vel aliud simile faciendi, excusaret eũ qui cum alijs recitaret, & pponeret suplere post ea, quæ socij, dum ipse scribit recitant. Addidi, *Deliberate, & recitando partem notabilem*, quia faciens illud non aduertendo esse ita contrarium recitationi, aut solum dum quid paruum recitatur, non peccat saltem mortaliter, per supradicta.

d In d. c. 13

Ad primum circa hoc noue quæsitum respondeo ita licere officium matutinū diei sequentis recitare etiam ante solis occasum, sicut post illum toto horarum diei penso persoluto, vt post Caietanum dixi. [e] Ad secundum, quod non satisfacit recitans per breuiarium nouum triũ lectionum sine dispensatione: quia sine illa non est iustus modus recitandi horas canonicas, vt ex eius proœmio patet, & dixi alibi. [f] Ad tertium, quod non satisfacit quis recitando per breuiarium cuiuscumque diœcesis, nisi esset ordinatus ad solum titulum patrimonij, & careret beneficio. [g]

e In d. Enchir. c. 3.

f Vbi sup. c. 19. nu. 205.

g Secundũ dire ct. li. 2. c. 8.

108 Porro, supradictis non est locus in clericis minorum ordinum tantum, si nõ sunt beneficiarij, vel monachi, vel pensionarij. Iure namque communi ad nihil determinatum recitandum tenentur: nisi cum ordinantur, promittant, vel ordinatori præcipienti consentiant dicere aliquid, vt fieri solebat ab hinc circiter septuaginta duobus annis in Celtiberia, cum primum primam tonsuram accepi: promittebat enim, vel ordinatori præcipienti consentiebat initiatus prima tonsura recitare quotidie Miserere mei. & initiatus alijs minoribus Canticum graduum, siue quindecim Psalmos graduales: quod tamen iam pridem non fieri audio. Dixi, *Vel pensionarij*, quia licet ante extrauagantem Pij Quinti infra relatã, ad nullas preces obligarentur: post eam tamen obligantur ad officium minus B. Mariæ quotidie recitandum.

Ad noue autem quæsitum respondeo licere etiam hodie insigniri prima tonsura, sine intẽtione ascendendi vlterius. Tum quia id nullo iure diuino, aut humano prohibetur.

Tum quod illegitimus Episcopi dispensatione promouetur ad minores, & simplex beneficium, qui tamen postea non potest ascendere vltra. Tum quia Concil. Trident. [h] requirit quatuor. e quibus non est hoc. Idem eadem ratione videtur dicendum de quatuor minoribus.

h Sess. 23. c. 4. sup. n. 65 relatum.

109 Trigemoprimo peccat mortaliter, qui ordine ſacro inſignitus contrahit matrimonium, & matrimonium non valet, & eſt excommunicatus, vt dictum eſt. [a] Et qui cohabitat fęminæ, qualiſcunq; ſit illa, cognata, vel extranea, formoſa vel turpis, ſerua, vel libera, iuuenis, vel ſenex credens, aut credere debens ſe voluntate, vel opere, vel vtroque modo peccaturum, per illud, [b] *Qui amat periculum, peribit in illo*, & ea, quæ ſuper eo in c. ſi quis autem de pœnit. diſt. pri. ſcripſimus, & p c. pri. de cohab. cleric. & mulier. & per adducta a Raph. Volater. libr. 21. Anthro. Nec obſtat c. interdixit, [c] quatenꝰ habẽt licere clerico cohabitare filiæ, matri, ſororí, amitæ, aut fratriæ, aut extraneæ fęmini: quia procedunt quo ad forũ exterius: & qñ non ſunt alias ſuſpectæ, nec habẽt famulas iuuenes, & clericus eſt bonæ famæ, iuxta mentem iuris diuini, & humani: quod ſatis ſentiunt Io. Andr. Panorm. & communis, [d] non aũt procedunt quo ad forum conſcientiæ, qñ vere corã Deo imminet huiuſmodi periculum: licet a multis hæc non ſatis intelligantur. Et q ſolus domum ſolius de fornicatione ſuſpectæ adit, [e] aut ita ſibi periculoſæ, vt credere debeat ſe in conſenſum fornicationis mentalis, vel operis inductum iri, etiam ſi eſſet religioſa, vel commater, argu. proxime citatorum. Porro Cõc. Trid [f] vetat clericis, ne concubinas domi, vel foris habeant: alioquin pœnis a ſacris canonibus impoſitis puniantur: & ſi a ſuperioribus moniti non reſipuerint, ipſo facto ſint priuati tertia parte fructuum beneficiorum, & penſionum fabricæ Eccleſiæ, aut alteri loco pio arbitrio Epiſcopi applicanda. Si vero, nec ſecundo moniti reſipuerint, non ſolum eo ipſo perdant omnes fructus, & penſiones, ſed etiam a beneficiorum adminiſtratione arbitrio Epiſcopi tamq̃ Sed. Apoſtol. delegati ſuſpendantur: & ſi ita ſuſpenſi perſeuerẽt, beneficijs, portionibus, officijs, & penſionibus quibuſlibet perpetuo priuentur, & ad illa inhabiles reddantur, donec iuſtis de cauſis cum eo fuerit diſpenſatum. Si vero ad eas ſemel dimiſſas redierint, aliasve mulieres ſcandaloſas ſibi adiunxerint, pter dictas pœnas, omni appellatione remota. excõicentur. Horũ aũt cognitio non ad Archidiaconos, aut Decanos: ſed ad Epos, pertineat, q valde ſummarie procedant. Clerici vero beneficia eccleſiaſtica nõ habentes pro delicti modo caſtigent pœnis carceris, ſuſpẽſionis, ordinis, ac inhabilitatis ad beneficia, &c.

110 Trigeſimoſecundo peccat mortaliter, qui monaſteria monialium ſine iuſta cauſa & manifeſta, poſt prohibitionem ſibi factã frequentat. c. monaſteria de vit. & honeſt. cler. Dixi, *Qui ſine iuſta cauſa, &c.* quia ſola frequentatio ſine monitione, & mala mortaliter intentione nõ prębendi mali mortalis occaſionem, vel ſcã dalũ, non videtur peccatũ, ſaltẽ mortale.

Trigeſimotertio peccat mortaliter clericus ſacri ordinis, beneficiarius, vel monachus, qui habitum non geſtat, & tonſuram, aut comam, vel barbam nutrit: aut coronam non radit, aut veſtes ſibi indecenter induit, aut arma offenſiua portat ſm iura cõiter recepta. [g] Dixi, *Sacri ordinis, beneficiarius, &c.* quia alius licite poteſt tonſuram, & habitum omnino exſuere. Dixi, *Exſuere*: quia non poſſet tonſurã cum armis publice ferre, & raſuram, [h] & arma portare, & alia omnia, quæ laicꝰ poteſt facere in ciuilibus ſm Panor. vſq receptum, & in theorica cõiter probatũ, [i] quod nullibi æque bene probatur, ac in [k] Conci. Trid. quod etiam ad hoc notauimus alibi, [l] imo in criminalibus eadem ratione. Nec obſtat quod irregularitatẽ contrahendi periculum ſubit, quia etiã illud ſubit laicus. Et cum non teneaꝫ ſacrum ordinem, vel beneficium ſuſcipere nõ videtur teneri pdictum periculum vitare: licet putem non licere id facere raſuram in capite deferendo, ſicut nõ licet cum ea veſtem partitam deferre. Alioqn enim nulli iudices ſeculares, nec aduoca ti, vel procuratores coram eis cauſas criminales agentes prima tonſura inſigniti poſſent abſolui, niſi firme proponerent numq̃ id facere, vt etiam tradimus, [m] dicentes indolere nos non addidiſſe iſta in hoc loco. Dixi, *Omnino exſuere*, quia non licet tonſuram & coronam deferre vna cum veſte virgata, vel partita, &c. per d. cle. 2. de vit. & honeſt. cler. Dixi, ſm iura cõiter recepta: nam ſm ius Cõc. Carthaginenſis, vnde pd. c. cleri. 1. desũptũ fuit: prohibetur radi barba, & conſuetudo Vrbis, & multæ partis orbis eam permittit, modo labium ſuperius radatur.

Trigeſi-

a Supra ca. 22. nu. 43.

b Eccle. 3.

c 32. d. c. uo lumus, & c. cum omnibus. 81. d.

d In c. 1. de cohab. cler. & mul.

e Cap. cleri cus 81. diſt.

f 8 eſſ. 11. c. 14.

g C ſi quis, & c. cler. 1. de uit. & honeſt. cler. & cle. 2. eo. tit.

h Arg. gloſ. receptæ, in ver. tõſurã cler. 2. de vita & honeſt.

i In c. 1. et 2. de poſtul. et in prædiſtis c ſi quiscle. 1. c. cle. 2. de vit. & hon. cler. & c. 1. ne cleri. uel monach.

k C. 6 de re form. ſeſ. 14

l In cõm. c. ſtatuim 14 q. 3. nu. 27. mln comm. c. nõ dicatis 22. q. 1. nu. 66.

Trigeſimoquarto peccat quidem clericus non ſeruans infra ſcripta decreta, ſed non mortifere, niſi iuxta reſolutionē ſubiectam in fine huiuſmodi peccandi, nempe qui non ſeruat cap. *nullus*, vetans ingreſſum tabernæ, & cap. *conuiuia*, vetans conuiuia ſine certis legibus, & cap. *quando*, vetans pluries quam ter bibere, & cap. *non liceat*, [a] iubens benedicere mēſam a principio, & in fine gratias agere, & cap. clerici. 2. [b] ſic habens, *Clerici officia, vel commercia ſecularia non exerceāt, maximē inhoneſta, Mimis, Iocularibus, & Hiſtrionibus non intendant, & tabernas prorſus euitent, niſi forte cauſa neceſſitatis in itinere conſtituti. Ad aleas, & taxillos nō ludant, nec huiuſmodi ludis interſint. Coronam, & tonſuram habeant congruentem, et ſe in officijs eccleſiaſticis, & alijs bonis ſtudijs exerceant diligenter. Clauſa deferant deſuper indumenta nimia breuitate, vel lōgitudine non notanda. Pannis rubeis, aut viridibus, nec non manicis, aut ſotularibus cō ſutitijs, fræno, ſellis, pectoralibus, calcaribus deauratis, aut aliam ſuperfluitatem gerentibus, non vtantur. Cappas manicatas ad diuinum officium intra Eccleſiam non gerās, ſed nec alibi, qui ſunt in ſacerdotio & perſonalibus conſtituti, niſi iuſta cauſa timoris exegerit habitum transformari. Fibulas omnino non ferant, neque corrigiam auri vel argenti ornatum habentes, ſed neq; annulos, niſi quibus competit ex officio dignitatis. Pōtifices autem in publico, & in Eccleſia ſuperindumentis lineis omnes utantur, niſi monachi fuerint, quos oportet ferre habitum monachalem. Pallijs diffibulatis non vtātur in publico, ſed uel poſt collum, uel ante pectus hinc inde connexis.*

Clericus vero tabernarius, & lanio, ſiue macellarius, vltra peccatum incurrit pœnam cle. pri. de vit. & honeſt. cle. & qui virgata, aut partita veſte, vel epitogio, ſeu tabardo, vel caligis ſcacatis, viridib⁹, vel rubeis vtitur, aliam grauem pœnā, [c] quam innouando Conc. Trid. [d] addidit, vt beneficiarius etiam exemptus ab Epiſcopo ſuo monitus habitum clericalem non geſtans ab ordinibus, & beneficijs ſuſpendatur: & ſi id non ſuffecerit, ijs priuetur. Et [e] ſic ſtatuit. *Obſeruentur, quæ de cler. corum vita, honeſtate, cultu luxu, commeſſationibus, choreis, luſibus, nec non ſecularibus negotijs, fugiendis ſancita ſunt, ſub pœnis ſtatutis, vel maioribus arbitrio Epiſcopi imponendis, & ſi qua, in deſuetudinem abierent Epiſcopi ea in vſum euocari iubeant.* Ex quo [f] collige oia ſecularia officia eſſe prohibita clericis: limitando per ſupradictam limitationem Panor. ad beneficiarios, & ordine ſacro inſignitos: & a fortiori monachos: & cōſequenter artē chirurgicam, & medicam, & ita licet nullo iure ſpeciatim prohibeatur eis exercitium harum duarum artium, niſi cū fit cum aduſtione, vel inciſione, iux. c. ſentē. ne cler. vel monach. quia tñ ſunt ſecularia officia, non poſſunt iuſte exerceri a p̄dictis, niſi cauſa pietatis erga miſerabiles, & cognatas perſonas, [g] quibus ſit eis facultas poſtulandi pro eiuſmodi p̄ſonis. Poſſent ēt cauſa neceſſitatis, vel recreationis animi operari aliqua honeſta, puta, vt ait B. Hierony. [h] ſcribere libros ſiſcellam iunco texere, olera & plantas in areolis ſerere, & inſerere, &c. & illa vendere Non aūt exercere mercaturam, & vilius emere, vt carius vendant, licet id, quod ſibi ſupereſt de eo, quod vilius ad ſuam, & ſuorum ſuſtentationem emunt, vendere poſſint p̄tio iuſto tunc currenti, licet ſit carius. Poſſunt etiam negotiari aliquo modo honeſto ad ſuam, & ſuorū neceſſariam ſuſtentationem, præſertim per alium, vt ſentit gloſſa, [i] & S. Anto. [k]

Adde, quod Caietanus, in ſumma ver. b. cleric. peccata. ait, quod clerici non peccant mortaliter tranſgrediendo leges humanas, neque has, neque alias, niſi cō ſequatur graue ſcandalum, aut aliquod peccatum, quod iure diuino ſit mortale vel magna occaſio eius: vel niſi irregularitas, vel excommunicatio maior incurratur. Imo ſubdit, neq; propter illa quēquam excommunicādum eſſe ante iuſtā monitionem iudicis: licet tranſgreſſiones huiuſmodi multa peccata venialia etiā grauia contineant: quę tñ doctrina nimis laxa videtur, tum per reſolutionē ſu prā poſitam, [l] ſcilicet canones, & conſtitutiones Eccleſiæ vtentes verbo *Præcepto*, vel ei æquipollenti, ad mortale obligare; (ēt ſine contemptu, & ſcandalo) tranſgredientes. Quod ipſum Caiet. ipſe fatetur. [m] Videtur tñ poſſe procedere, quo ad eas tranſgreſſiones earū legū, quæ non vtuntur verbo p̄ceptiuo, & q̄ cōiter nec a p̄latis, nec a ſubditis inter magna peccata

[a] 44. diſt.
[b] De uit. & honeſt. cler.
[c] Clem. 2. eod. tit.
[d] Seſſ. 14. c. 6. de reſor.
[e] Seſſ. 22. c. 1. de reform.
[f] Et c. 1. ne cler. uel mo. & c. cleri. 2. de uit. & honeſt. cler.
[g] Arg. ca. 1 & 2. de poſtul.
[h] Relatus 1 c. nūquam de conſecr. diſt. 5.
[i] In c. peruenit. 86. d. c. negotiatorē 88. diſt. & Panor. in c. 1. ne cle. uel monach.
[k] 3. par. tit. 1. c. 2. parag. 2.
[l] Cap. 23. nu. 50.
[m] 2. 2. quæ. 189. art. 3.

numerantur, qualis videtur omissio benedictionis mensæ, & aliæ huiusmodi, siue quod consuetudo leges illas a principio obligantes ad mortale temperauerit ne obligent plusquam ad veniale, siue, q iam inde a principio ita receptæ sunt. [a]

a Arg.c.1. & ibi late adductorũ, per Fely.de treug.& pa. & Domini, in §.leges 4 dist.

111 Trigesimoquinto peccat mortaliter qui obligatus ad dicendam missam pro aliquo, non applicat valorem eius, cui, & vt debet, vt dictum est supra. [b] Pro cuius probatione, & multorum nunc hic q̃sitorum solutione dico primum, quod missa est, *actio, qua ex institutione Christi sit in memoriam eius passionis, panis, & vini in eiusdem corpus, & sanguinem trãssubstantiantur, & illa sub eorundem specie Deo Patri offeruntur.* Nec dictio (*missa*) est noue, vt nõnulli aiunt, ficta, sed deducta olim a patribus ex Hebræo, & Chaldæo missach, [c] quod oblationem spontaneam significat: vt pie ac erudite tradit eruditissimus Demochares. [d]

b Eod.n.91

c Deut.16.

d C.1.de sacrif.miss.

Quare non improprie dixit Fely in c. sufficit, de consecr dist.pri. & Greg VII. [e] & Conc. Toletan. [f] facere missam, pro dicere, vel legere missam: nam, & eius pars ꝑcipua etiam in ordinario missæ, actio appellatur, & ét apud Innoc. [g] ministerium missæ. Pro quo faciunt etiam ea, quæ subtiliter Caiet. tradit de illo Christi, *Hoc facite, &c.* in tract. de sacrifi. miss.

e In ca. Salonitana 63. dist.

f Ca.nihil 7.q.1.

g Lib.3.c.4.

licet ipse Innoc. [h] immemor prædicti loci [i] originem verbi (missa) a mittẽdo deducat. Ob quæ omnia nos quoq; interdũ gratia breuitatis, vtimur verbo missare, pro missam facere vel dicere.

h Li.6.c.12

i Deut.16.

Secundo, quod in illo articulo nõ minus obscuro, quam quotidiano valoris missæ, & eius applicationis post multa, diu cogitata, in hæc infra scripta digero. Primum, missam qua parte est bonus actus ex opere operantis habere vim merendi, & satisfaciendi, sicut omnes alios actus bonos, non solum quatenus est actus missantis, sed etiam quatenus est actus Ecclesiæ per illum eius nomine factus: & qua parte continet orationem, habere vim impetrandi, sicut alias omnes orationes bonas, tam quatenus sub nomine Ecclesiæ per eius ministrum, quam quatenus fit a missante. Qua parte vero continet sacramentum, operari ex opere operato gratiam soli sacrificio communicanti, & alijs circumstantibus communicantibus. Qua parte vero est obligatio, & sacrificium incruentum corporis, & sanguinis Domini, non solum re præsentans illud cruentum eorundem factum in cruce, sed exsistens omnino idẽ, prodest ex opere operato quo ad remissionem pœna offerenti, & facientibus offerri, & pro quibus offertur. Quod satis sentit S. Thoma. [k] quatenus ait, missam etiam sacerdotis mali esse satisfactoriam pœnæ eius, pro quo fit, quod etiam exerte affirmat Sotus [l] & implicite Scotus, [m] & eius conterraneus Maior, [n] & Vvẽdel. [o] Et consequenter, quod gradus gratiæ, qui per sacramentum confertur, est limitatus, certus, solique Deo notus, nobis autem ignotus, ita & gradus remissionis pœnæ, quem operatur missa, quatenus est sacrificium, est limitatus, certus, solique Deo notus, nobis autem ignotus qui distribuitur offerenti, & facienti offerri, & pro quibus offertur: nec mirum quia licet id quod offertur, scilicet Christus totus, sit illimitatus & infinitus, & passio & virtus eius illimitata, & infinita, limitato tamen, & finito modo applicatur, & ita limitatum, & finitum effectum operatur, sicut & in alijs Sacramẽtis eadem virtus infinita, quia limitate, & finite applicatur, per ea finitum & limitatum effectum gratiæ operatur, vt pulchrę B. Thomas, quo ad hoc ab omnibus receptus dixit in tertia part. quanta vero pars tribuatur offerenti, & facientibus offerri, & quanta circumstantibus offerentem, & quanta ijs, pro quibus offertur, soli Deo est notum. Arbitror, autem, quod non præstituitur a Domino Deo quantitas diuidenda æqualiter inter omnes, qui participant de hoc fructu satisfactionis missę, sed quod pro sua infinita benignitate cuilibet orthodoxo, eo solo nomine, quod est Orthodoxus, deputat certam particulam, quæ nec crescit eo quod sint pauciores Orthodoxi: nec decrescit: eo ꝙ sint plures, & præter hanc deputat aliã cuilibet circumstanti, quæ nec crescit, nec decrescit ob maiorẽ. vel minorem numerum circumstãtiũ, & aliam toti Ecclesiæ, & speciatim iussis nominari ab ea, scilicet Papæ, Antistiti, & Regi, quæ etiam est stabilis, aliam facienti missam, & nominatis ab eo priuatim, ꝙ crescit, aut decrescit pro numero

k In 4.dist. 45.q.2.

l Libr.9. de iust.& iur. q.2.art.2.

m Quodlib. 20.

n Dist. 45. q.2.

o Ibidem ad 4.Gab.

maio-

maiore, vel minore a ſe voluntarie nominatorum,aliam porrigenti pitantiam vel facienti eam fieri,& ei,vel eis ꝑ quo vel quibus fit,quæ etiam creſcit, vel decreſcit,pro numero facientium eam fieri,vel eorum,pro quibus fieri faciunt.Ratio autem diuerſitatis inter tres priores & duos poſteriores ſit, quod in illis datur pluribus,vt ſingulis,in his autem pluribus,vt vniuerſis,cuius rationis ratio deſumitur,ex quadam vnitate quam habẽt miſſans,& voluntarie nominati ab eo,& ex alia quadam vnitate, quam habent facientes eam fieri cum his,pro quib⁹ eam faciunt fieri.

Ex quibus infertur, poſſe quem quadruplicem partem quærere, vnam,quia orthodoxus, alteram, quia circunſtans, tertiam, quia nominatus ab Eccleſia, quartam,quia facit eam fieri,miſſantem autem ſemper duas,vnam,quia orthodoxus, alteram, quia oblator, & interdum tres,quum ſcilicet, abſque nulla obligatione miſſat, quia tunc gerit perſonam facientis eam fieri,alios vero ſemp vnã, & interdum duas,vel tres, vt combinanti patet.Quæ omnia confirmantur ,ea ratione, quod vinculum multiplex plus operatur,quam ſimplex, [a] credimus autẽ partes facienti,fieri & miſſanti deſignatas,eſſe maiores,quam alias tres: quia plus impendunt in eam faciendo,ſecundum quid tamen minores, quatenus poſſũt per communicationem cum alijs de creſcere,vt prædictum eſt.

a Cap. 1. de treug. & pace.

Secundo ſequitur, quod ſacerdos tenetur ad applicandum valorem miſſæ ſatisfactorium ijs,& eo modo, quo dictum eſt: & ad hæc reducendum eſt,quod dicunt Scotus, Maior & Vvend. vbi ſupra quatenus loquuntur de applicatione valoris miſſæ generali, ſpeciali, & medio modo:& quod partem ſibi obuenientem totam, vel partem eius poteſt applicare cui, vel quibus voluerit, ſecundum Maiorem & Vvend.vbi ſupra quod ipſe frequenter ſoleò facere, licet Scotus aliter ſine iuſta ratione ſentiat contra rationẽ legis. [b] Ex quo ſubinfertur,eo ſibi minus de ſua parte obuentum iri, quo plures ad communionem illius nominauerit.

b Quod fauore. C. de leg. c. quod ob gratiam de reg. iur. lib. 6.

Tertio ſequitur eum,qui obligatur ad celebrandam vnam miſſam pro aliquo le ge,ſtatuto,promiſſione,vel pro poculento,ſiue pitantia, (quod verbum videtur deductum per maiores noſtros a verbo πίδι quod Latinis ſignificat bibe iuxta illud vulgatũ ἢ πίδι ἢ ἄπιδι ideſt, aut bibe,aut abi) nequaquã ſatisfacere,dicẽdo illam pro illo,& alio, ſine illius conſenſu. Tum quia iniuſte partem ſatisfactionis vni debitam, alteri applicat contra c.ea te.de iureiu. Tum quia,vt dictũ eſt,miſſa non ſolum prodeſt ex opere operato,ſed etiam ex opere operantis,& ſecundum omnes ſatisfactio, quæ fit, ex opere operantis tãto minus prodeſt vni, quanto pro pluribus fit,vt patet de ieiunio,& eleemoſyna facta pro multis.

Quarto,quod paupertas dicentis non ſufficit,vt pro vna miſſa duæ pitantiæ capiantur,quamuis Sotus, [c] contra minus bene teneat, per fundamenta ſupra [d] formata.

c Lib. 9. q. 3 art. 2. de inſtit. & iur.

d Eod. cap. nu. 92.

Tertio principaliter dico,quod ſacrificus tenetur orare nominatim pro Papa,& antiſtite ſuo,vt miſſale nouum Pij Quinti ex edicto Trident.editum iubet, & etiam pro Rege ſuo.Tũ quod D.Paulus [e] quem in hoc allegat Innocent. III. vbi ſupra,id ſatis iubet. Tum quod in omnibus fere miſſalibus ante hoc nouũ id iubeatur. Tum quia licet in hoc non iubeatur expreſſe,de rege,iubetur tamẽ tacite,quatenus iubetur fieri pro Papa, qui Romanis eſt Rex.

e 1. ad Timoth. 2.

Quarto dico presbyterum Romanũ ſatisfacere nominãdo Papam, nullo alio Epiſcopo,vel Rege nominato: quia ipſe ſolus eſt Papa,Rex,& antiſtes,modo extra eius Imperium temporale, & Epiſcopatum Romanum particulare, non habeat domicilium,vel beneficium,ſaltem reſidentiam perſonalem requirens, qui vero ſubditur diuerſis ratione domicilij originis,vel beneficij, iux.c.cũ nullus,de temp.ord.li.ſexto, videtur teneri orare pro Epiſcopo,& Rege domicilij,quia ſecundum gloſſam magnam recepta, [f] ſubiectio ratione illius maior eſt,quam originis,& beneficij:ꝙ non ſatis aduertit,ꝙ natus in vno regno, & habens domicilium in alio Regem originis nominat, quamuis ſcholaſticus, peregrinus, & alius non habens conſtitutum domiciliũ contrafacere debeat,niſi beneficium requirat reſidentiam ꝑſonalem, quod ſatis confert domicilium,iuxta doctrinam

f In c. ſtatutum, §. vero, de reſcr. lib. 6.

Bartoli, [a] origo enim præſtat ſimplici habitationi. [b]

Quinto, poſſe quidem eum iuſte, ſed non teneri orare nominatim pro alio a prædictis,& illo,vel illis,pro quibus miſſam ſpecialiter facit,vel pro illis, qui eã fieri faciunt, nam nec canõn miſſæ, nec cap. viſum,& ſeq.de conſecr.diſt.pri.nec alia id præcipiunt,ſed facultatem rãtum faciunt nominandi alios, vt ſupra inſinuaui,quo ad partem ſuam,quæ ex opere operato ei obuenire debet.

Sexto,quod ſecurus, & breuis modus applicandi miſſam alijs a prædictis ex mente Scoti [c] eſt hic. *Memento Domine mei,& eorum viuorum, quibus poſſum ſine præiudicio prædictorum valorem huius miſſæ applicare,& humillime ſupplico tibi omnia ſcienti,vt ita eam mihi, & illis,& eo ordine feras applicatum, quo poſſem ego tuo conſilio quam optime applicare*.

Septimo, quod ſacrifico volenti meminiſſe illorum,quos in ſecunda canonis ſiue primo memento,vbi licet ei nominare viuos,& vndecima parte, qui eſt locus nominandi mortuos,expedit vti pro locis imaginum ſex caſibus grammaticalibus,vt poſt,& ante alios conſuluit pius & eruditus Gabriel in canon miſſa, cuius conſilio iam inde a prima miſſa, quã feci,vti cœpi,qui tamen nec alius quem legerim ſatis aperit, an expediat ſpeciatim nominare multos,nam a parte negatiua ſtat, quod id mentem uagam facit, & partem ſatisfactoriam,ſibi debitam communicando multis,minuit, & neſcit cui quem preponere debeat. Pro parte vero affirmatiua ſtat,quod multi pij, & eruditi id rogant,& rogãtur:& quod Eccleſia iubet prima parte canonis nominari Papam, Epiſcopum, & Regem. Equidem mihi iam pridem perſuaſi non eſſe concipienda nimia propria nomina, ſiue imagines indiuiduas, ne mentem, quæ tota deberet eſſe in actione illa diuina,nimium diſtrahant:vtile tamen eſſe concipere aliqua, quæ affectum magis excitent: nec nocebit concipere quam plurimos generatim,& breuiter, quia id auget reuerentiam erga Deum, & amorem erga proximum. Quare arbitror non eſſe vtendum prolixis memorijs cõpoſitis a pio, & erudito P.Ioann. Iuſto Lanſpergio Carthuſiano, & ab alijs poſtea auctis,ita credo vti poſſe vna medio cri,qua frequentiſſime vtor,collocando, in nominatiuo me & eos qui ſunt cauſa meæ miſſæ: in genitiuo genitores,& genitos: in datiuo datores, in accuſatiuo, accuſatos: in vocatiuo vocatos, ſiue inſeruientes,in ablatiuo,eos quibus obtuli preces meas, vel qui ſuas mihi obtulerunt, interdum concipiendo propriam imaginem vnius,vel alterius, per ſingulos caſus,interdum per aliquos tantum, interdum per nullos,ſubiecta clauſula iuſtificatiua in hanc quæ ſequitur ſentẽtiam, *Memento Domine horum famulorũ, famularumque tuarum,in primis mei miſerrimi peccatoris,& N.qui eſt,vel qui ſunt cauſa impulſiua principalis huius miſſæ,& eorum,qui me genuerunt ſpiritualiter Sacramento,vel doctrina,& in his N.& N.& eorum,qui mihi benefecerunt,& in his N.aut N.& eorum, quos offendi, & in his N.aut N. & eorum,qui mihi inſeruiant,& in his, N.aut N. & eorum,quibus preces meas obtuli,& qui ſuas mihi obtulerunt, & in his N.aut N.quibus tamen hanc miſſam eo modo, & ordine volo applicatam eſſe,quo quã optimo te Domine (qui omnia noſti) conſulente,applicare deberem*:qui autem miſſat ſine obligatione extranea,tollat illa verba(& *N.*qui, &c.) & loco illorum ponat hæc(*etiam quatenus ſunt cauſa impulſiua miſſandi*)qui autem habet parentes corporales viuos, addat in ſecundo caſu verbum (*corporaliter*) verbo (*genuerunt*) ibi poſito in ſecundo vero memento,tollat in primo caſu verbum (*mei*) quia in eo ſolum mortui nominantur, vel concipiuntur,proſequẽdo reliqua,vt in primo.

[a] *In l.1.ff. ad munici. num.13.& ſeqq.*

[b] *Argu.l.cuem,C.de incol.li.11.*

[c] *In d.quolibet 20.*

DE PECCATIS Clericorum,quo ad beneficia.

112 *Beneficiarius clericus, & mortaliter peccat per ſimoniam in beneficio propriam.*

113 *Simoniacus an ſit,qui conſtituit certũ ſalarium alicui, donec conferat ei aliquod beneficium.*

113 *Beneficiarius vt peccat per ſimoniam in beneficio alienam.*

114 *Beneficiũ ſine iuſto titulo habens,vexationem,vel penſionem male redimens, ut peccat.*

115 *Be-*

115 *Beneficiarius ut peccat per simoniam acceptum non restituens, non relinquens incompatibile.*
116 *Beneficium curatum capiens, aut dignitatem ante 25. annum, non suscipiens presbyterium intra annum post beneficium curatum obtentũ, sine proposito sumendi presbyteriũ, quid de dubitante, & accipiente nõ curatum. nu. 118.*
117 *Illegitimus capiens beneficium sine dispensatione, uel pensionem.*
118 *Pœna ipso iure incursa quando soluenda in foro conscientiæ.*
118 *Episcopus intra quot menses sub duplici pœna consecrandus.*
119 *Pensio a Papa ob paupertatem concessa laico licita, & quare.*
120 *Beneficiarius non peccat uxore ducta beneficium retinens sponsalia contrahens.*
121 *Beneficium quodlibet residentiam requirit, & quæ ab ea excusent.*
121 *Residentia Episcopo, & curato iuris diuini, & quæ excusant ab ea.*
122 *Horas non recitans etiam pensionarius, cui restituet, & per extrauag. Pij V.*
123 *Beneficiarius nõ perdit fructus ob peccatum regulariter, nisi quum est excommunicatus, uel non recitat, & tunc cui restituet, & an sibi pauperi retinere possit nu. 124.*
125 *Beneficium unicum sufficiens habendum, & qua ex causa plura & sequentes.*
128 *Beneficium ad retinendum tã prodest consuetudo quam dispensatio.*
131 *Parochus non ministrans Sacramenta subdito ad ea non obligato remissiue.*
132 *Sepeliens excommunicatum, uel notorie malum, uel ad sepulturam adigens, &c.*
133 *Beneficiarius ut peccat nesciens necessaria, & quæ sunt illa, non iuuans peste infectum.*
134 *Beneficium capiens in excommunicatione, & irregularitate, & mortali, non missans quotidie, ubi & quomodo tenetur.*
135 *Beneficij habẽdi ætas curatus p̃dicet, & profiteatur fidẽ quod requirit gradum, & ordinem sacrum, nu. 136.*
137 *Pensio quanta poni possit super Episcopatu, & parochiali.*
138 *Missas constitutas Episcopus, Generalis, & Abbas minuere possunt.*
139 *Beneficium ad nullum detur accessus regressus, mandatum, coadiutoria.*
139 *Parochialis Ecclesia, etiam reseruata, per concursum conferatur.*
140 *Religiosus ut peccat contra uotũ paupertatis remissiue.*

PRimo peccat mortaliter cleric⁹, quo ad beneficia, qui vult quęrere illa ꝑ simoniam, siue mentalem, siue conuentionalem, siue realem: sine tamen excõmunicatione, & obligatione restituendi si nõ quærit, & etiam si quærit, nisi simonia sit realis, quid autem sit simonia, & quotuplex, & quæ excommunicat, dictũ est late supra. [a] *a Sup. c. 23 nu. 100.*

113 Quibus addo non admittere simoniam Episcopum, qui accipit aliquem in familiarem suum, constituta certa mercede annua, donec ei aliquod beneficiũ conferat, ſm Hostiensem, in c. cũ essent, de simo. receptum per Io. Andr. & cõem modo nullum pactum post illud collatũ de gratis seruiendo intercedat, & ita Maior. [b] cui consentit Hostiens. existimans se contradicere illi. *b In 4. dist. 23.*

Secundo peccat mortaliter, qui per simoniam ab alio commissam in fauorem eius ipso ignorante, & non contradicente, quærit beneficium, in quo, vel ad qđ nullum ius prius habebat, & resciens id consentit, vel ilico non renuntiat illud. [c] Dixi, *in fauorem eius, & eo non contradicente*: quia secus si ad nocendum ei, vel commodandum, sed eo contradicente committeretur. d. c. nobis, & c. sicut eod. titu. Dixi, *in quo, uel ad quod nullum ius habebat*: alias enim secus, si ipse in eam non consentit, [d] & etiam si illa simonia aliena non fuit causa quærendi illud: siue quia commissa fuit cum vno ex multis electoribus, præsentatorib⁹, aut a collatoribus quorum maior pars, ea non interueniente, illum elegisset, præsentasset, aut ei contulisset, siue quia is, cũ quo admissa fuit, non fuit ob eam principaliter motus: quamuis ob id data fuisset, vt resoluimus, [e] sequuti primam opinionẽ glossæ, [f] quæ quamuis limitetur ab Hostiensi, & etiam a Panormitano licet minus

c 1. q. 5. per totam. & c. nobis, de simon.
d Dict. capi. sicut, 2. eo. tit.
e In d. capi. nobis.
f In verb. interueniente per §. fi. 1. q. 6.

nus quam ab ipso, & recte quidem quo ad forum exterius, per rationem Ioan. Andreæ, tamen quo ad forum conscientiæ, quod sola veritate nititur, ca. tua, de sponsi. non nocet corã Deo simonia quæ vere non fuit causa quærendi beneficiũ, quod sine illa æque atq; cum illa quæreret.

114 Tertio peccat mortaliter, qui sine titulo canonico scienter accipit, vel tenet beneficium cum obligatione relinquendi, & fructus perceptos restituendi, & qui a principio putat titulum esse canonicum, sed rescians non esse talem retinet illud. [a]

Quarto peccat mortaliter, qui vexationem, vel pensionem redimit aliter q̃ debet, iuxta dicta, [b] & qui precibus suis, vel alienis male quærit beneficium, qđ quando fiat, dictum est, [c] & qui ꝑmutat ius ad rem, cum iure in re. [d]

115 Quinto peccat mortaliter, qui q̃s tum per simoniam commissam in beneficio non restituit Ecclesiæ, cuius est illud c. de hoc de simonia, debet tamen ita illi restitui, ne quidq̃ cedat delinquenti, quod si sic fieri non potest, restituat cum auctoritate superioris alteri Ecclesiæ, vel pauperibus, [e] eam tamen auctoritatem non arbitror in foro conscientiæ ue cessariam.

Sexto peccat mortaliter, qui post obtentum secundum beneficium curatum, dignitatem, aut personatum, & post habitam eius possessionem, vel post quam per eum quo minus eam habeat stat, nó renuntiat prius, vt debet: quia ipso iure perdit illud, c. de multa, de præbẽd. imo, & posterius, si pergat retinere vtrumq;, & fit incapax ad quolibet aliud, & etiam ad ordines, per extrauag. exsecrabilis, §. qui vero, eodem tit.

116 Septimo peccat mortaliter, qui beneficium curatum capit sine dispensatione Papæ ante 25. annum cœptum, & collatio est nulla, c. cum iniuncta, §. inferiora, de elect. & tenetur relinquere illud cum fructibus: nisi remedium a Papa quærat. & idem de eo, qui accipit dignitatem, aut personatum non curatum: excepto, quod hoc cum dispensatione Episcopi post viginti annos completos obtinere potest, [f] quos tamen Conc. Trident. ad 22. produxit, [g] vt diximus in c. si quando, de rescrip. except. nona.

Ad noue autem quæsitum respondetur, quod in Episcopatu Palẽtino, in quo per concursum dantur beneficia, potest esse competitor ad presbyterale, etiam post Concil. Trid. licet nondum compleuerit 25. annos, & licet constitutio synodalis iubens, vt obtinens beneficiũ presbyterale intra annum fiat presbyter. Tũ quia iure antiquo sufficit attingere 25. annum, ad obtinendum illud, & quodlibet curatum, c. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. & ei nulla parte derogat Cõcil. Trident. nam qua parte habet, neminem ante 25. annum ordinãdum presbyterio, intelligendum est de anno cœpto, quia licet regulariter tempus positum in accusatiuo intelligatur de perfecto, secũdum communem, quam Baldus, Alexander, & Iason sequuntur, [h] tamen contra tenet ibi Bart. cuius opinio sequẽda est secundum eosdem, quando concurrit aliqua alia coniectura intelligendi de cœpto puta fauoris, qualis adest in proposito, & alia fortior, quod ius antiquum solum requirebat cœptum, cle. generalem, de ætat. & qualita. cui conciliandum est nouum, quum id fieri possit, & alia vtraque fortior, quod idem Concil. [i] habet, posse conferri beneficium curatum ei, q attigit 25. annũ & eadem ætas ad illud, & ad presbyterium sufficit secundũ omnes. Tum quia mens Cõcilij non fuit mutare annum cœptum in completum, sed numerum, ita quod vt antea sufficiebat, & requirebatur ad subdiaconatum 18. annus, & ad diaconatum 20. & ad presbyterium 25. nunc requiratur ad subdiaconatum 22. ad diaconatum 23. & ad presbyterium sicut olim, 25. & ita potest hodie quis fieri subdiaconus in 22. cẽpto, & diaconus 23. cœpto, & presbyter in 25. cœpto. Tum quia non obstat dicta constitutio synodalis, quia etiam hodie potest quis intra annum a susceptis minoribus fieri presbyter, si Episcopo videatur id conuenire, [k] videri autem debet, vt is, q per concursum obtinuit presbyterale, ordinetur intra annum, quod si Episcopus noluerit assentiri, excusatur a pœna, qui obtinuit illud, quia iusto impedimento sine sua culpa impeditur. [l]

117 Octauo peccat mortaliter illegitimus, qui absque dispensatione Papæ beneficium curatũ accipit, aut simplex sine dispen-

[a] *Cap. 1. de reg. iur. li. 6 & c. cũ qui de præb. & cap. 1. de eo. qui mitt. in poss. causa rei seruam. eo. li. & c. dilectus 2. cũ ei adnot. de præb.*

[b] *Sup. c. 23. nu. 111.*

[c] *Supr. eo. c. 23. nu. 102*

[d] *Vt ibidem nu. 104.*

[e] *Arg. c. de hoc, de simon. vbi omnes, & S. Tho. 2. 2. q. 100. art. 6. ad 4.*

[f] *Cap. 1. de æta. & qua lit. lib. 6.*

[g] *Sess. 24. cap. 12. de reform.*

[h] *In l. cui, ff. de leg. 1.*

[i] *Sess. 24. c. 12. de refor.*

[k] *Sess. 23. c. 11. de refo.*

[l] *Arg. ca. licet canon et c. commissa de elect. li. 6 iuncta glos. memorabili verb. iusto.*

dispensatione Papæ, aut Episcopi,[a] & ac ceptio est nulla, & tenetur relinquere, nisi dispensationem obtineat. Quibus addo, quod Conc. Trident. [b] statuit, ne filij illegitimi clericorum habeant pensiones super beneficijs, quæ parentes eorum obtinuerunt: neque etiam vlla beneficia in Ecclesijs, vbi patres beneficium aliquod habent, aut habuerunt, quodq; resignationes, quæ posthac a parentibus clericis in fauorem filiorũ, aut alias fraudulenter fient, ipsis nequaquam suffragentur: quin peccat mortaliter, omnis qui accipit beneficium aliquod carens qualitatibus, quas illud per fundationis suæ statuta, vel alia requirit. [c]

118 Nono peccat mortaliter, qui post obtentam ecclesiam parochialem, & habitans illius pacificam possessionem, non promouetur ad presbyterium intra annum, & eo lapso illam retinet, & non relinquit illam, vel fructus post annum perceptos non restituit, quia eam ipso facto perdit, cap. licet canon. de elect. libro 6. nec obstat, quod continenter soleam tenere, & tenui, [d] quod pœna temporalis etiam ipso iure incursa, non debetur in foro conscientiæ: quia id non procedit cum contrarium constat de mente legislatoris, vel cum non imponitur proprie, vt pœna, sed vt quædam conditio, vel modus rei traditæ: vt cum testator relinquit aliquid alicui, vt quippiam faciat, alias perdat legatum, iuxta Panormitanum communiter receptum, super glos. verb. adiiciens, in cap Raynaldus, de testam. & in proposito constat ex stylo, mentem Pontificum statuentium, vt illo uel illo casu vacet beneficium ipso iure esse, vt peccet, qui illud ita perditum retinuerit & fructus non restituerit, & quod beneficia conferantur quodam modo sub illo modo, vel conditione tacite vel expresse vt tetigi alibi [e] & latius trado. [f] Potest autem Episcopus ratione studij dispensare, ne intra septem annos ad presbyterium suscipiendum teneatur, modo intra annum, quo presbyter fieri debebat, subdiaconus fiat, [g] quæ tamen dispensatio nihil prodest ei, qui ad studendum non proficiscitur, [h] iuxta mentem textus, verb. insistentes, & quæ in eo dicunt Archid. & Ioann. And. Adde quod Concilium Tridentinum, [i] iussit, vt promotus in Episcopum intra tres menses teneatur consecrari sub pœna perdendi fructus ipso iure, & intra alios tres, sub pœna ipso iure perdendi Episcopatum.

Decimo peccat mortaliter, qui Ecclesiam parochialem accipit sine intentione presbyterium suscipiendi, vt eius fructus intra annum percipiat, & post eum illam dimittat cum obligatione restituẽdi fructus, nisi volũtate illa mutata presbyterium eo durante suscipiat, cap. commissa, §. cæterum, de elect. libro sexto, quod habet, nil minus peccare, qui eam illi scienter confert, tenerique ad seruandam indemnem Ecclesiam, idemque dicendum esse de illo, qui sine animo ascẽdendi ad presbyterium, quoduis aliud beneficium accipit, sensit glossa, in cap. relatum, de cler. non resid. & clarius ibi Panormit. quod & si prima facie æquum videri potest, contrarium tamen iure verius est, quum dict. cap. commissa. pœnale, extra suum casum non debeat extendi, præsertim sine rationis (vt ita dicam) identitate, vel maioritate, qualis hic nõ est, leg. præses, ff. de pœnis. & cap. pœna, de pœnit. distint. prima, & quamuis alias idem visum sit de eo, qui a principio quidem voluntatem habuit suscipiendi presbyterium: sed postea, ea mutata beneficium retinuit, cõtra tamen videtur de rigore iuris dicendum, quum longe magis peccet, qui ab initio eiusmodi contrariam intentionem habẽs accipit, quã qui bona accipiens, postea cum mala cõmutauit, vt patet ex se, & textus solum agit de accipiente malo animo. Quod ipsum maiore ratione videtur de eo, qui non mutauit, sed de mutanda ea dubitare cepit, & etiam de eo, qui aliquod beneficium accipit animo illud relinquendi, si aliud pinguius sibi conferatur, modo suæ functioni satisfaciat, quãdiu primum obtinuerit, quidquid dicant Pan. in d.c. rela um, Syluester, verb. beneficiũ 3. quæst. 5. Gabriel, [k] sine textu & ratione iusta, obligantes homines ad insolita & nullo iure præcepta, [l] imo, & de illo, qui accipit beneficium, cui non est annexus sacer ordo, animo firmo satisfaciendi quidem eius oneribus, sed non ascendendi ad presbyterium, nec alium ordinem sacrum: quia id nullo iure prohibetur. Quin etiam puto, quod & con-

a cap. 1. & 2. de fil. presbyter. lib. 6

b Sess. 25. cap. 15.

c Sess. 21. c. 5. de refor.

d In cõmẽ. c. fraternitas, 12. q. 2 & in rubr. de pœnis et alias sæpe.

e In c. cum liceat, 12. q. 2.

f In d. c. fraternitas, 12 q. 2.

g cap. cum ex eo, de elect. lib. 6.

h Syl. verb. beneficium 3. q. 2.

i Sess. 23. c. 2. de refor.

k in 4. dist. 15. quæs. 8. art. 3.

l Contra c. consuluisti 2. q. 4.

consului, posse quem iuste accipere beneficium animo, vt dictum est, satisfaciēdi, & cum proposito, quod si frater eius primogenitus obierit mortem sine liberis, aut ad cōponendam pacem, aut exstinguendas lites, aut alia similia, aut ad augendum decus suum, vel suæ familiæ vel patriæ expediret ducere vxorem, id faceret, videtur aūt rectum, quod ait Sotus, [a] peccare mortaliter beneficiarios etiam simplicium beneficiorum, qui absque animo se initiandi sacris incedunt sine habitu clericali, non quidem eo qđ nō habeant eiusmodi animum, sed quia non deferunt habitum clericalem: quos tamen puto non obligari ad restituēdos fructus per prædicta.

a lib. 10. q. 5 art. 6. de iust. & iur.

119 Nec tamen probo, quod ait, peccare coniugatos, accipiendo auctoritate Apostolica pēsiones super beneficijs, modo eas accipiant in sustenta ionem suo statui necessariam, tum quia id non est contra ius diuinum, tum quia Papa potest applicare fructus beneficij, de cōsensu beneficiarij illis pijs operibus, quibus potest ipse beneficiarius, & constat eum posse applicare illos coniugatis egentibus, quod tamen Papa raro, & numquā sine magna causa videtur facere debere, ob scandalum, quod inde oriretur, argu. ca. nihil, de præscript. cui est consequēs, posse quem iuste gaudere pensione a Papa sibi cōstituta non seruiēdo Ecclesiæ, licet contra tenuerit Sotus, vbi supra.

120 Vndecimo peccat mortaliter beneficiarius minorum ordinum tantum, qui post matrimonium contractum per verba de præsenti, retinet beneficium, iuxta mentem glossæ & communis, [b] quia ipso iure illud amittit, adeo vt non recuperet illud, quamuis vxor ante consummatum matrimonium religionem ingrediatur secundum omnes, quod est verum, etiam si matrimonium ob aliquem defectum extrinsecum, veluti consanguinitatis, aut affinitatis non valeat, modo cō sensus interueniat, vt declarat Panormitanus, [c] non tamen est idem de contrahente sponsalia de futuro, secundum omnes, nec constituto in sacris contrahente matrimonium, etiam per verba de præsenti, quia is non perdit beneficium ipso facto, quamuis eo priuari possit, vt glossa [d] determinat.

b In c. 1. de cle. coniug.

c Dict. c. 3.

d In d. c. 1. cōmuniter recepta contra Pan. 7.

121 Duodecimo peccat mortaliter, qui in suo beneficio non residet, nulla ipsū ab ea causa excusante: quia omne beneficium, quamlibet tenue, iure communi requirit residentiam, cap. conquerente, de cleric. non resident, & ibi communis sententia, multiplex tamen causa excusat, Prima auditio Theologiæ ad quinquennium: prælectio eiusdem donec durauerit, etiam sine licentia Prælati, quia eam ius concedit, cap. fi de magist. & idē est de auditione, & prælectione iuris Pōtificij iuxta Archidiaconum [e] & Panormitanum, in d. c. fi. de prębend. quod per nouas rationes defendimus, in cap. tuæ. Ad alias autem scientias licentia Episcopi requiritur, nisi vbi contraria consuetudo viget, per notata, in c. licet. de cler. non resident. Secunda causa est, obsequium Episcopi, quo ad duos canonicos ac etiam alios, si occupentur ab eo in vtilitatem Ecclesię sue, vel Cathedralis: nō autem si solum occupentur in seruitio suo personali, nisi ex vrgente causa, & ecclesia non indigente seruitio. [f] Tertia causa eadem vel maiori ratione, est obsequium Papæ, per eadem iura: modo id fiat principaliter ad inseruiendum, & nō ad procurandum beneficia, secundum Angelum. §

e In c. 2. de priuil. lib. 6

f cap. ad audiētiam, de cler. non resid. adiūctis quæ scribis ibi Panorm. nu. 5. ad q reducendæ sunt c. de cęteros. & ca. cum dilect⁹ eod. tit.

Dixi, *principaliter*: quia minus principalis intentio non nocet. [h] Quarta, licentia legitima, gloss. recepta, cap. inter quatuor de cler. non resident. voco autē legitimam eam, quam dat is, ad quem ea res pertinet, & ex causa boni viri arbitrio probabili, & in scriptis, quando id ius requirit, de quo infra. Quinta consuetudo honesta, iuxta Innocentium, in c. non residen. receptum a Panor. in dic. cap. inter quatuor, & alios communiter, quamuis consuetudo absentandi se sine causa, nihil valeat, iuxta eūdem ibidem, & omnes: neque cum ea fraudando Ecclesiam obsequio debito. In omni tamen casu obseruandum, vt beneficium debito non fraudetur obsequio, & subditi bene gubernentur, & quamuis qui abest sine causa probabili cum licentia, aut sine illa peccet: non tamē videtur teneri ad restituendos fructus, quoad condemnetur, iuxta mentem Panormita. [i] quamuis Angelus teneat contra, [k] nisi quando iure exprimitur.

g Ver. clericus, 7. §. 2.

h Per dicta sup. ca. 13. nu. 100.

i In c. 1. de cele. missa.

k Ver. clericus, 7. § 5.

Quæ

Quæ omnia, & aliquot alia clarius q̃ vnquam explicuit Concil. Tridentinum. Primo, [a] præmittendo quales debeant in Episcopum promoueri, monendo promotos, vt suum officium impleant, innouãdo oẽs antiquos canones de residentia Episcoporum, & noue statuendo, vt quicumque Episcopus, vel eo superior sex menses a suo Episcopatu sine legitima causa abfuerit perdat quartam partem omnium suorum redituum: & si per alios sex alteram quartam, & si vltra, denuntietur Sedi Apostolicæ per eos, qui hoc facere ibi præcipiuntur: quo gratius puniatur. Et mox [b] iubet, vt omnes habentes inferiora beneficia requirentia residentiam personalem, cogantur facere illam, & quod priuilegium perpetuũ de fructibus in absentia percipiendis nulli prosit: nec tẽporale, nisi ex causa quo casu Episcopi tamquam delegati Sedis Apostolicæ prouideãt, vt per deputationem idoneorum Vicariorum, & cõgruæ portionis fructuum assignationem, cura animarum nullatenus negligatur, nemini quo ad hoc priuilegio seu exemptione quacumque suffragante. Secundo prę dictum Concilium, [c] adijcit omniũ prędictorum, & aliorum rationem, in hæc verba. *Cum præcepto diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas cognoscere, pro his sacrificium offerre, uerbique diuini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere pauperem, aliarumque miserabilium personarum curã paternam gerere, & in cætera omnia pastoralia incumbere: quæ omnia ab iis nequaquam præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non inuigilant, neque assistunt, &c.* ex quo obiter notandum, non solum Episcopos, sed etiam parochos iure diuino teneri ad residendum in suis parochijs, & ad prædicandum populo, quæ alibi non videntur ita expressa. Declarat item male colligere aliquos, [d] licere Episcopis abesse per quinque menses & exprimit, quod quilibet Episcopus, qualiscumque & quamtuscumque, etiam si sit Cardinalis, obligatur ad prædictam residentiam personalem: subijciens tamen, quod licet abesse, quum Christiana caritas, vrgens necessitas, debita obediẽtia, ac euidens Ecclesiæ, vel Reipub. vtilitas id postulat. Decernit autem, quod causa huiusmodi approbanda est in scriptis a Romano Pontifice, aut a Metropolitano, vel eo absente a suffraganeo Episcopo antiquiori residente, qui idem Metropolitani absentiam probare debebit, nisi cum absentia inciderit propter aliquod munus, & Reipub. officium Episcopatibus adiunctum, cuius quoniã causæ sunt notorię, & interdum repentinæ, ne eas quidem significari Metropolitano necesse erit. Poterit item abesse duos, vel tres menses in anno ex causa, cuius institia soli ipsius conscientiæ relinquitur. Addit autem contra facienti nouam pœnam vltra peccatum mortale, & pœnas statutas per canones antiquos. Et [c] vt pro rata tẽporis absentiæ non faciat fructus suos, & eos perceptos non possit tuta conscientia tenere, imo teneatur Ecclesiæ, fabricæ, vel pauperibus erogare, non obstante vlla compositione. Ex quo obiter nota casum, in quo non prodest compositio. Addit item hæc verba. *Eadem omnino, etiam quo ad culpam, & alijs quibuscumque qui beneficium aliquod Ecclesiasticum curam animarum habens obtinent, Sacrosancta synodus declarat, & decernit: ita tamen, ut quandocumque eos, causa prius per Episcopum cognita & probata, ab esse contigerit, Vicarium idoneum ab ipso ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione, relinquant. Discedendi autem licentiam inscriptis, gratisque concedẽdam ultra trimestre tempus, nisi ex graui causa obtineant.* Et quamuis hæc litera in vtramque partem flecti possit, arbitror parochum posse abesse duos mẽses, absque licentia scripta cum causa, quæ videatur ei iusta. Tum quia ante Concilium id decebat, & a iure antiquo nõ est recedendum sine iure nouo expresso. [f] Tum quia Episcopo, qui magis tenetur residere permittitur. Tum quia verba Concilij habent eadem omnino seruanda, quo ad hoc in curatis inferioribus, q̃ in Episcopis. Tum quia est pars benignior. Ad primum autem noue quæstiũ respondeo Capellanos Regum perinde posse capere fructus in absentia ac capellanos Papæ, si vtrisque eiusdem generis priuilegia sunt concessa, imo & magis, si forte plus sit eis fauore Regum concessum, arg. cap. indultum, in reg. iur. libr. 6.

a In sess. 6. c. 11. de reform.

b In cap. secundo.

c Sess. 23. c. 1. de refor.

d Ex d. ca. 1. sess. 6.

e dict. sess. 6.

f l. præcipimus, C. de appell. etiã per argum. a contrario sensu. cap. a uobis, 2. de excommu.

Ad

Ad ſecundum vero, q Caietanus non diſſentit ab his, quæ ante Concil. Ttident. quod poſt eum habitum eſt, ſeruanda fuiſſe ſupra diximus.

122 Decimotertio pecect mortaliter beneficiarius, qui horas Canonicas non recitat, & fructus perceptos nó reſtituit, iuxta Conc. late habitum ſub Leone X. cuius tenor eſt, *Statuimus vt nemo beneficium curatum, aut ſimplex habens, qui elapſis ſex menſibus ab eius conſequutione ſine legitimo impedimento officium diuinum recitare omiſerit, pro tempore quo non recitauit, fructus ſuos faciat, imo eos impendere tã quam rem iniuſte captam in fabricam beneficij aut eleemoſynas pauperum teneatur.* Cui addo, quod felic. recor. Pius V. cui noſtra de hac re opinio, quam hic teneamus, placuit, declarauit hunc §. per exrrauagantem ſequentem.

PIus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ex proximo Lateranen. Concil. pia & ſalubris ſanctio emanauit, vt quicunque habens beneficium cum curæ, & ſine curæ, ſi poſt ſex menſes, quam illud obtinuerit, diuinum officium, legitimo ceſſante impedimento, non dixerit, beneficiorum ſuorum fructus pro rata omiſſionis, & officij, & temporis ſuos non faciat: ſed eos tamquam iniuſte perceptos in fabricas ipſorum beneficiosum, vel pauperum eleemoſynas erogare teneatur. Veruntamen multorum animi ſuſpenſione tenentur, cuiuſmodi ratæ prædictæ ratio ſit habenda. Nos huic rei euidentius atque expreſſius prouidere volẽtes ſtatuimus, ut qui horas omnes canonicas, vno, vel pluribus diebus intermiſerit, omnes beneficij ſeu beneficiorum ſuorum fructus, qui illi, vel illis diebus reſpõderent, ſi quotidie diuideretur, qui vero matutinum tantum, dimidiam, qui cæteras omnes horas aliam dimidiam, qui harum ſingulas, ſextam partem fructuum eiuſdem diei amittat, tametſi aliquis choro addictus non recitans, omnibus horis canonicis cum alijs præſens adſit, fructuſque, & diſtributiones forte aliter aſſignatas ſola præſentia iuxta ſtatuta, conſuetudinem fundationum, aut alias ſibi luerefeciſſe prætendat, is etiã præter fructuum, & diſtributionum amiſſionem. Item ille, qui primis ſex menſibus officium non dixerit, niſi legitimum impedimẽtum ipſum excuſauerit, graue peccatum intelligat admiſiſſe. Declarantes, præſtimoniales portiones, & qualiacumque alia beneficia, etiam nullum omnino ſeruitium habentia, obtinentes cum prædictis pariter contineri. At quicunque penſionem, fructus aut alias res eccleſiaſticas ut clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium paruum B. Mariæ Virginis decernimus obligatum, & penſionum fructuum, rerumque ipſarum amiſsioni obnoxium.

Ex quibus nota primo reprobari opinionem Soti, & nonnullorum dicentium non obligare prædictum §. ſtatuimus.

Nota ſecundo, verum eſſe, quod dixi declarando prædictum §. [a] videlicet, q prædicta reſtitutio non eſt neceſſario facienda fabricis Eccleſiarum, vbi ſunt beneficia, ſed ſatis eſt largiri eos pauperib.

Nota tertio id, quod hinc ibi intulimus, & quod non ſemel conſolati ſumus aliquos ſcholaſticos pauperes, q ob hoc fructus ſuorum beneficiorum amiſerant ſcilicet, quod ſatisfaceret eiuſmodi obligatus, capiendo, ſaltem de conſilio confeſſarij, eos ſibi tamquam vni de pauperibus.

123 Tum quia qui ad dandum aliquid pauperibus tenetur, poteſt illud ſibi accipere tamquam vnus ex eis, ſi uere talis eſt, ſaltem de conſilio confeſſarij, & quo ad forum conſcientiæ, [b] per ea, quæ latius ſcribimus alibi, [c]

Nota quarto, quod non ſufficit reſtitutionem prædictam facere fabricæ, vel pauperibus, quando reſtituenda ſunt lucrifacta per diſtributiones quotidianas, quæ debentur ijs, qui horis illis diebus, in quibus illi non recitarunt, interfuerunt, quibus accreſcunt, [d] & non ſufficit dare pauperibus, quod debetur alteri, argum. cap. ea te de iureiur. niſi quando ignoratus quis ſit, cap. eum tu, de vſur. vbi gloſſ. cum communi.

Nota, quinto quod idem eadem ratione dicendum videtur de fructibus Eccleſiarum, vbi eſt ſtatutum, vt fructus male percepti reſtituãtur certis operibus pijs, quia illis deberet fieri prædicta reſtitutio. Quod ipſum videtur de parte, quam corpus, ſeu groſſam canonicatuũ vocãt, quam canonici ita lucrantur ratione ſuorum canonicatuum, vt pars non lucrifacta ab vno, accreſcat alijs, & obueniens tem-

a *In d. cap. quando poſito in Enchir. de ora. c. 7. nu. 32.*
b *Per tradita a Bald. in lib. quod pauperibus q. 22. C. de Epiſc. & cleric. ſald. conſ. 39. de teſta. Anchar. in conſilio 84. Domina. Apollonia.*
c *In d. c. 7 nu. 34.*
d *Per c. 1. de cler. non reſid. lib. 6. cũ ei adno.*

tempore vacationis non reſeruatur ſucceſſori,qualem regulariter non habet canonicus, ſecundum gloſ.ſingul.in cap.q ſicut,de elect.verbo.conſentire:ſed diuiditur inter ſuperſtites,iuxt notata in ca. relatum,ſecund.de teſtam. idem eadem ratione videtur de eo, quod canonicus perdit ob excommunicationem,ſuſpenſionem,aut aliam quamcunque cauſam, ſicut per hanc non recitandi,quia de ſimilibus idem eſt iudicium [a] Non tamen tenetur ad reſtituendum fructus beneficij,eo.q in peccato mortali occulto,aut notorio fuerit. Tum quia id nullo iure cauetur. Tum quia licet Angelus teneat quod ſic, [b] Roſella tamen & Syluester [c] idem,quod nos tenent. Tum per prædictum §.ſtatuimus: quo id probatur irrefragabiliter,quaten[us] habet beneficiariũ, qui ſuas horas recitare omittit,non tenetur ad reſtituendum, quod primis ſex mẽſibus a conſequutione beneficij accepit, & manifeſtũ eſt illum in peccato mortali notorio fuiſſe,ſi notorie omiſit,& ſi occulte in occulto. de capiente autem parochialem, & nolente ordinari presbyterio diximus. [d]

a ca. dudũ 2.de elect.

b Verb. clericus, 8.§. 1.

c Verb.clericus, 4.q. 24.

d In Ench. de or.ato. c. 21. nu.55. & ſeq.

124 Decimoquarto peccat mortaliter, qui beneficij ſui ædes, vineas,prædia, & alia bona dolo,vel negligentia deſtruit, vel damnificat,cum obligatione reficiẽdi,& reſtituendi, Hoſtien. in ſumma in pœn.& remiſ.§ quibus verb.1.

Decimoquinto peccat mortaliter,qui ſuſpenſus a beneficio,aut excommunicatus per canonem,aut per hominem recipit fructus,& impendit eos perinde,ac ſi non ita eſſet ligatus, quia ſuſpenſus a beneficio non poteſt de fructibus beneficij diſpendere,niſi ad ſe,& ſuos modeſte ſuſtentandos, & hoc ſi bona non habet, vnde viuat ſecundum gloſſas c.cum Vintonienſis,verba miſerant,de elect.clem. vt hi qui,de ætate,& qualitate c paſtoralis,§.fin.de appellat.receptas Panormit. & communem,in locis ordinarijs, & ca. Apoſtolicæ,de excep.ſed excommunicatus nihil poteſt accipere, in d.c.paſtoralis in fine, iuxta gloſſ.receptam. At quia hoc intelligendum eſt de excommunicato,per quem ſtat, quominus abſoluatur, & illud de ſuſpenſo in pœnam,qui nõ poteſt facere, vt abſoluatur, videtur nihil differre in hoc excommunicationem ab ſuſpenſione ob contumaciam, quæ tam facile, ac excommunicatio tollitur,vt re ctè ſenſit Decius. [e] Qualiter autem pecetur per diſpenſationem fructuum beneficiorum inter viuos, vel per ultimas voluntates, dictũ eſt ſupra, [f] quibus addo Concil. Trident. quod [g] omnino interdicit,nedum Epiſcopis,ſed & cæteris beneficiarijs etiam Cardinalibus ne cõſanguineos, familiaresve ſuos reditibus Eccleſiaſticis augeant, aut illos ijs, niſi pauperes ſunt,diſtribuant, eoſque monet, vt omnem humanum erga conſanguineos & propinquos affectum,ceu malorum ſeminarium,penitus exuant. De celebrante autẽ, & recitante horas principaliter propter pecuniam (quod ſimonia eſt) dictum eſt ſup.cap.23.num.101. 125 Decimoſexto peccat mortaliter, q habet multa beneficia diuiſa in titulum, quorum vnum ſui ſtatui decenti ſufficit vel ſine diſpenſatione,vel conſuetudine iuſta, iuxta gloſſam ſingularem in cap. dudum,2.de elect.receptam a Panormitano & communi, ibid.& aljs,quos cito in repet.c.ad hæc. de præbend.& probatur per c.conquerente, de cler non reſiden.& ſentit S.Thomas. [h]

e In d.§.ſi.

f capit.17. num.94.

g Seſſ. 25. ca.1.de reform.

h Quoli. 8. artt.13. & Quolib. 9. art.15.

Dixi,*diuiſa*, quia ſecus ſi legitime vnita,aut annexa,cap.vnio.10.quæſt.3.cap. cum veniſſent,de reſtit. ſpol. ca.eam te, de ætat.& qualit. c.exſtirpandæ,paragr. qui vero de præbend.

126 Dixi, *in titulum*, quia licet habere vnum in titulum,& aliud ad tẽpus commendatum,ad ſex menſes tantum, ſi eſt Eccleſia parochialis. [i] Dixi, *ad tempus*, nam de commendato in perpetuum idẽ dicendum eſt,quod de dato in titulum, iuxta Cardinalem Alexandrinum, [k] qđ probauimus, [l] excepto quod vacans per mortem Commendatarij cenſetur vacare eo modo, quo vacabat tẽpore, quo fuit ei commendatum: quod ſtylus Romanæ Curiæ hodiernus palam ſeruat.

127 Dixi, quorum vnum ſufficit, alioq ſecus, nam quamuis Concil. Trident. [m] quod approbat tacite prædictam gloſſ. ſtatuerit, vt vnum tantum conferatur vni,qualis, & quantuſcumq; ſit ille,adijcit tamen, quod ſi illud ei nõ ſuffecerit, liceat ei aliud ſimplex ſufficiens,dũmodo vtrumque perſonalem reſidentiam nõ requirat habere. Ex quo duo collige,

i cap.nemo de elect.libro ſexto.

k In c.cum autem,44. d.Gomes, ĩ regu. de in firmis reſig. q.13. & citatos p eũ,

Maior, in 43.diſ.24. q.13.

l In c.multa, de præbend.

m Seſſ.24. c.17. de reform.

poſſe

posse quem iuste tenere duo beneficia simplicia, non requirentia residentiam personalem, quorum alterum non sufficiat, absque vlla dispensatione, quæ ante hoc concilium fuit communis opinion. in cap. cum iam dudum & c. exstirpandę §. qui vero, de præben. Et quod Concilium non prohibet retentionem pluriũ, etiam requirentium residentiam personalem, per iustam dispensationem.

Dixi, *absque dispensatione*, quia non sufficit habere iustam causam eam obtinendi, attento solo iure naturæ & diuino, sine dispensatione iuris positiui id prohibentis, iuxta S. Thom. [a]

a *In dicto Quolib. 9. art. 15.*

128 Dixi, *aut consuetudine iusta*, quia tantum, licet non ples valeret illa, quantum dispensatio iuxta eundem, ibidem, quia vtraque potest iuri humano derogare, & neutra naturali, vel diuino. Porro, iusta causa tenendi plura attento iure naturali, & consequenter dispẽsandi, & consuetudine circa id inducendi, est secundum eundem circũstantia eiusmodi, quæ sufficiat ad tollendam deformitatem, quam multitudo beneficiorum præ se fert, plura siquidem beneficia tenere, vt ille ait, nec adeo suapte natura est malum, vt per nullam circunstantiam iustificari possit, vt fornicatio, & alia id genus vitia, neque adeo indifferens, vt sine aliqua circunstantia iustificante liceat, vt habere duo prædia, vel domos, vt supra diximus. [b] Talis est circũstantia eius, cui attenta suæ personæ qualitate non sufficit vnum beneficium ad honeste, decenterque viuendum. Talis item tanta prudentia, sagacitas & industria alicuius, vt speretur plus, eis quibus præest profuturus etiam absens, quam communiter alius præsens: & potius accipit propter vtilitatem beneficiorum, aut subditorũ, quam propriam, iuxta Innocentium, [c] talis est etiam defectus aliorum idoneorum, iuxta Hostiensem, [d] talis insuper notabilis animi virtus, nobilitas, & scientia, dict. c. de multa, quamuis hæc causa videatur includi in prima: quoniã ideo cum nobili, & graduato dispensari posse videtur, per d. c. de multa, quia eius honesta sustentatio pluribus quam alterius indiget, vt ibi diximus. Talis etiam visa fuit Cardinali in clemen. gratia de rescript. intentio tenentis plura beneficia, non ad splendidiorem victum, vestitum, & famulatum, & alia eiusmodi: sed ad vitam decentem necessario, & vera huius intentionis exsequutione.

b *c. 23. n. 1.*

c *c. cũ iam dudũ, n. 4. de præben. vecept.*

d *c. a. graue col. 2. ex ti.*

129 Quare confessarius non debet absoluere habentem plura beneficia, nisi saltem concurrat aliqua prædictarum, vel alia similis circunstantia. [e] Dico saltem, tum quia non sufficit quælibet illarum sine dispensatione iuris humani. Tum quia vltima Cardinalis, licet ante prædictum Concilium sustentari posset, post illud tamen non licet, cum absolute prohibeat habere plura beneficia, etiam compatibilia, vltra id, vel ea, quæ sufficiunt honestæ atque decenti sustentationi, iuxta prædictam glossam, [f] quoniam tamen concilium non prohibet tenere beneficia illa, quæ ante fuerunt collata: sed ne de cætero conferantur plura vni, consuluimus cum, qui ante illud plura obtinuit, posse nunc retinere, limitando se iuxta dict. opinionem Cardinalis, quã licet sit contra Panormitanum & communem, semper putauimus veram ante illud: quo fit, vt iure quis miretur, etiam post prædictum Concil. a Pontificibus Max. conferri multa, quorum vnum sufficit vni, & multos ibi collata retinere, q̃ profecto iure retinere nequeunt, etiam cum dispensatione, nisi iustificetur per intentionem a Cardinale requisitam. Addo quod idem Concilium [g] statuit, vt plures parochiales Ecclesias, aut vnã parochialem, & vnam cathedralem obtinentes, cogantur alteram infra sex menses dimittere, in quo pondera verbum, cogantur, &c. per quod respondimus neutrum ipso iure vacasse pondera item id habere locum, etiam in his qui per iustam dispensationem tenebãt plures parochiales: quamuis audiam aliquos contradicere, arg. c. ord. §. cæterum de offi. ord. libro sexto, quod aiunt esse innouatum per idem Concilium, [h] quorũ opinio licet disputando forte defendi posset: consuli tamen non debet. Tum quia est contra mentem Concilij, vt ex eius contextu patet. Tum quia sic interpretatur Curia cogens ad dimittendam alteram Ecclesiarum omnes, qui ante etiam cum legitima dispensatione tenebant duas. Tum quia licet principium d. cap. ordinarij, innouetur vsque ad §. cæterũ: ille

e *Maior & bi sup. arg. 6.*

f *Dic. c. duduum. 2. de elect.*

g *Sess. 24. cap. 17.*

h *Sess. 6. ca. 1. de refor.*

ille tamen tacetur: hoc tamen ius nouũ non extenditur ad alia incompatibilia legitime obtenta, & ita qui habet alia beneficia incompatibilia, puta plures personatus, vel vnam parochialem, & aliam dignitatem, vel personatum, quæ non sunt Ecclesiæ parochiales, non est cogẽdus relinquere vllum.

130 Decimoseptimo peccat mortaliter qui fructus sui beneficij in plures, quam tres annos locat, aut ĩ emphyteusin dat, clem. prima, de rebus eccles. nó alienan. & est excommunicatus in terris, vbi est recepta extrauag Pauli II. de qua infr.[a] *a capi. 27. nu. 149.*

131 Decimooctauo peccat, qui parochiano petenti Sacramenta non ministrat: vel non dat licentiam alteri confitendi, vel interest matrimonio clandesti no, [b] aut benedicit secundas nuptias, nu 83 aut primas tempore indebito, ibi. *b Vt sup. c. 22. nu. 68.*

132 Decimonono peccat, qui inducit aliquem ad promittendũ, aut iurandũ se accepturũ sepulturã in sua Ecclesia, aut quã iam accepisset, non mutaturum, [c] & est excommunicatus excõmunicatione Papæ reseruata, clem. cupientes, paragr. sane de pœnit. de quibus infra, [d] diximus, & qui aliquem in peccato mortali notorio mortuum in loco sacro sepelit. [e] *c cap. 1. de sepul. lib. 6.* *d capit. 27. nu. 144.* *e c. quibus 3. q. 2.*

133 Vigesimo peccat mortaliter, qui non discit ea, quæ necessario scire tenetur ratione beneficij, vel officij, neque vult illud renuntiare. [f] Porro sacerdos, quatenus est solum sacrificus, est obligatus scire legere, cantare, & constructe, iuxta glossam, clem. 1 de concess. præb. verb. reputamus, quam Cardinalis, Panormitanus & Imola probant, ibidem, & faciunt multa, quæ adduximus, [g] & qua tenus Sacramenti minister scire debet, cuiuscunque Sacramenti formam, materiam, & modum debitum administrandi: & quatenus confessarius, & iudex fori conscientiæ scire debet, quod supra cap 4. dictum est, quo fit primo, vt religiosis, & quibus non est onus curæ animarum, neque audiendi confessiones, satis sit scire, quæ sunt necessaria presbytero, iuxta mentem Innocentij recepti, in c. cum incunctis, de elect. Secundo, q̃ qui habet prædictũ onus, ignorans ad id necessaria, tenetur discere illa, aut relinquere onus, vt dictum est, & ita, qui licet sit idoneus ad aliquod beneficium, si tamen non est idoneus ad id, quod obtinet ratione loci, aut personarum subditarũ & non vult discere, quo fiat talis non debet absolui, arg. d. c. cum in cunctis, & eorum, quæ ibi Innoc. recept. ait & Panor. in cap. venerabilis, de preben. *f capit. non est putãda, 1. q. 1 & l. idem iuris, §. 1. ff. ad l. Aquil.* *g In prælec. c. si quando excepti. 11. & 12. de rescript.*

Vigesimoprimo peccat sacerdos, qui negligit, aut ob timorem omittit communicare proximum iam morientem, vel eius confessionem audire, quamuis pestilentia laboret, si est in extrema necessitate spirituali cõstitutus, iux. dicta. [h] *h ca. 24. n. 10.*

134 Vigesimosecundo peccat mortaliter, qui beneficium Ecclesiasticum accipit sciens, aut scire debens se irregularem, suspensum, excommunicatum, aut interdictum esse, & titulus eius est nullus, cap. cum inter. de elect. cap. post ulastis, & ca si celeb. de cleric. excommun. minist. & qui in solo peccato mortali id facit iuxta Panormitanum, in d. ca. si celebr. quod nó est verum, vt probauimus ibidem post Fel. [i] Ioan Maior. [k] *i In c. dilecto, de excep. col. 3.* *k In 2. dist. 44. q. fi. & in 4. di. 18. q. 4.*

135 Vigesimoterzio peccat mortaliter, qui non dicit, & tales missas, quot & quales, & quo in loco tenetur, absque iusto impedimento, aut quas omisit, vt debet non complet, arg. c. 1. de pact. & procem. Grego. & c. significatum, de præb. Quod autem teneatur dicere parochus in quã tum parochus, non videtur iure determinatum, nec sufficienti ratione probari: quia nulla ratio concludit omnibus diebus eum missam dicere, neq; omnib⁹ qbus cõmode potest, quamuis sic omnibus festis de præcepto colendis, quia in eis populus eam tenetur audire, cap. missas, de consecra. distin. prima, quare primo institutio, vel constitutio particularis seruanda est. Secundo consuetudo, quæ pro lege habetur, quando lex deest, cap consuetudo, prima distinctione, & ita vbi est consuetudo dicendæ missæ omnibus diebus per se, aut per alium non satis facit dicendo diebus, quibus commode potest: quia tenetur per se, vel per alium quolibet die dicere: & vbi est consuetudo, vt solis dominicis, & festis, vel certis hebdomadæ diebus, teneatur dicere per se, vel alium in illis, quamuis Sotus, [l] non satis caute iudicet parochũ teneri, & satisfacere celebrando quoties decenter potest, sacellani autem, siue capellani, tenentur dicere, quas, vbi, & quo- *l De iust. & iur. li. 9. q. 5. art. 1.*

quomodo inſtitutio ſacellorum, vel eorum promiſſio habet, arg.d.cap.cum dictus, de conſuetudine,cap.1.& ca.qualiter, de pact. Addo, quod onus annexũ beneficio,vt illud obtinens quotidie celebret de S Maria,non obligat ad miſſam dum omnibus diebus, neque ad miſſam dicendam de illa omnibus,quibus miſſa re tenet, ſed ſolũ illis qbus frequentius ſalua honeſtate & deuotione debita poteſt:dic.c.ſignificatum de præbend.onus autem dicẽdi per ſe, vel alium omnibus diebus,de omnibus diebus intelligendũ eſt, vt ibidem diximus.

135 Vigeſimoquarto peccat mortaliter qui contrauenerit alicui ſequentiũ præceptorum Concil.Trident.quod, [a] præcipit ſic. *Habens beneficium cum onere legendi legat per ſe, ſi eſt idoneus,ſin minus, per alium,& in poſterum non valenti legere per ſe,non conferatur eiuſmodi beneficiũ, decernens collationem ei factam eſſe nullã.* Cui conſequens eſt, acceptantem peccare. [b] Et [c] quod habens beneficium curatum prædicet Verbum Dei ſuo populo, vt minimum Dominicis, & feſtis ſolennioribus, & doceat ad ſalutem neceſſaria:quod eſt tamquam nouum,& ſingulare notandum. Et [d] quod nullus obtineat beneficium ante 14.annum. Et quod in minoribus conſtitutus niſi beneficium eccleſiaſticum habeat,aut in ſeminario, vel aliqua ſchola,quaſi via ad maiores ſuſcipiendos verſetur, non gaudeat priuilegio fori. Quæ res nouiſſima eſt. Et [e] quod archidiaconi ſint magiſtri,aut licẽtiati in theologia,aut canonibus. Nota non ſufficere quo ad hoc doctoratum, vel licentiam iuris ciuilis,medicinæ,vel artium,quod curia ſeruat: per quod ſoluitur quæſtio miſſa mihi ex Hiſpania. Et quod per archidiaconum intelligitur ſolum is,de quo loquitur rubrica,de off. archidiac.qualem in Hiſpania neminem ſcio:quia prædicta rubrica ſolum videtur loqui de illo, qui eſt caput capituli,& primus poſt pontificem, & tales Hiſpania in ſecularibus eccleſijs vocat decanos, & in regularibus priores, & Gallia, vt plurimum,præpoſitos,cui alludit c.quãuis,de verb. ſign. Reliquæ vero dignitates non conferantur, niſi conſtitutis in anno 22. Per hoc corrigitur capit.1. de ætate & qualitate, libro ſexto, & præſcripſit in hoc annum 20. Et prouiſi de beneficijs curatis teneantur infra duos menſes a die poſſeſſionis coram Epiſcopo, aut eius vicario profiteri fidem Catholicam,ſpondentes ſe in Romanæ Eccleſiæ obedientia permanſuros.

136 Quod ipſum de canonicatibus, & dignitatibus prouiſi faciant, non ſolum coram Epiſcopo, ſed etiam in capitulo: alioqui non faciant fructus ſuos,nec illis ſuffragetur poſſeſſio. Quod etiam valde nouum eſt,quatenus multum addit cap. ego N. & c.nullis de iureiur. reſpectiue. Nemo etiam obtineat dignitatem,canonicatum,aut portionem,qui non ſit ordine ſacro,quem illa requirunt, initiatus, aut in ea ætate conſtitutus, vt infra tempus ſtatutum, initiari valeat. In omnibus vero Eccleſijs cathedralibus omnes canonicatus habeant annexum ordinem preſbyterij,diaconatus,vel ſubdiaconatus. Hortatur etiam concilium, vt ſaltẽ dimidia pars canonicatuum conferatur tantũ magiſtris, vel doctoribus,aut etiã licentiatis in Theologia, vel iure canonico. Pondera, quod poſtremum non eſt præceptum,ſed tantum exhortatio, quæ non obligat. [f] Quodque nullius ſtatuti, aut conſuetudinis vigore liceat, ab Eccleſijs vltra tres menſes quolibet anno abeſſe.

137 Hic videtur permitti maior abſentia dignitates & canonicatus obtinentibus quam parochis, [g] quod ſuper fructibus epiſcopatus, non excedentibus ſummam ducatorum mille, aut fructibus parochialium non excedentibus centũ ducatorum,penſiones,aut fructuum reſeruationes non aſſignentur. Hoc videtur tangere Papam,qui licet digari non poſſit, cap.propoſuit, de conceſſ. præbend. ſeruat tamen hactenus inuiolabiliter, & vbi parochiales non ſunt diuiſæ diuidantur, & vbi non ſunt, erigantur: non obſtantibus, &c.

138 Item, quod Epiſcopi in ſynodis, & Abbates,& Generales ordinum in capitulis ſuis generalibus pro ſua conſcientia diſponant de miſſis, ſi earum fuerit exorbitans numerus,vel eleemoſynæ ijs dicendis impares. Hoc videtur ius nouum quoad Abbates, & Generales, ſed non quo ad epiſcopos,qui poſſunt hoc facere, [h] etiam ſine ſynodo,iure antiquo, quod

a Seſſ.25. ca.1.de reform.

b arg.c.eũ, qui de præben.lib.6.

c In ſeſſ.5. cap.2.

d Seſſ.23.

e Seſſ.24. cap.12.

f §.fi.4.di.

g per ca.1. ſeſſ.23.de refor.& c. 13.

h arg.c.cũ acceſſiſſent & c.ex parte de cõſtit. & eis adnot.

quod non videtur per hoc sublatum, cũ fuisset additum ad augendum, arg. cap. final. de verborum sign.

139 Item,[a] quod quarta funeralium solita iam ante annos, 40. persolui Ecclesiæ parochiali, soluatur, etiam si postea concessa fuerit alicui monasterio, nõ obstantibus,&c. Et [b] statuit, quod in posterum accessus, regressus, aut coadiutoriæ cum futura successione non concedant̃, nisi quoad episcopatum,& abbatiã, certis ad id causis concurrentibus. Et [c] qđ nec mandata de prouidendo, gratiæ exspectatiuæ, etiam sub nomine indulti, nec aliæ quæcunque gratiæ ad vacatura, aut indulta ad alienas Ecclesias cuiquã concedantur,& hactenus concessa, abrogata censeantur. Et [d] quod nulla Ecclesia parochialis etiam si reseruata fuerit, & vacet in Curia, nisi per concursum, & oppositionẽ præuio examine, de quo ibi, conferatur.

140 Qualiter autem religiosus peccet contra votum paupertatis altius quam hactenus trado in Comment. capit. non dicatis. [e]

a cap. 13.
b Sess. 15. c. 7. de refor.
c Sess. 24. c. 16. de refor.
d cap. 8.
e 12. q. 1. n. 2. & seq.

DE PECCATIS PRAEDICAtorum, siue Concionatorum.

141 *Prædicans, vt peccat, si id facit sine facultate quam is dare potest, & aduertens se esse in mortali, vel mẽtiẽs.*

142 *Prædicans, vt peccat miscens ridicula, detrahens prælatis, decimare dissuadens, si religiosus sine consensu episcopi, num. 143.*

143 *Prædicandum quid, quoties, quibus, & a quibus.*

Circa hæc dicimus, quod peccat mortaliter primo concionator, qui publice concionatur absque facultate legitima, c. excommunicamus. §. qui vero de hæret. qualem habet Episcopus per totum orbẽ, & parochus in sua parochia: qui potest dare illam alteri noto, & alias probato quo ad suam parochiam, sicut episcopus quo ad suam diœcesin, & Papa quoad omnes, vt colligitur ex Panor. & communi, in ca. inter cætera, de offic. ord. & d. §. quia vero de hæret. & ex Cardin. in clem. dudum de sepult. quia sunt ordinarij, & ordinarius põt oĩa quæ sunt iurisdictionis, delegare iure canonico. [f]

Secundo peccat mortaliter qui aduertens se esse in peccato mortali, ante iustam contritionem concionatur, secundum Caietanum [g] qui retractauit, quod dixerat in summa, verb. prædicatorum peccata in princ. & tomo 2. de vsu spirit. quæst. 1. vbi oppositum tenuit: quia actus prædicandi saltem per legem humanam est actus peculiaris ordini Diaconatus. Et qui aduertens mentitur concionando circa doctrinam fidei, bonorum morum, historiarum sanctorum, miraculorũ, aut prophetiarum, ad cohortandum, inducẽdũ aut mouendũ auditores, iuxta Caiet. in summa verb. prædicatorum peccata.

Dixi, *Circa doctrinam fidei, &c.* quia mentiri circa alia nõ est peccatum mortale, nisi notabiliter scandalizaretur, vt de mentiente in iudicio, & confessione dictum est supra. [h] Et peccat, qui principaliter, vel minus principaliter, ob laudem, honorem, vel pecuniam prædicat: & quãto plus mereatur, qui pure ob Dei gloriam id facit colligas ex cap. 23. [i] & latius ex commen. nostro. [k]

142 Qui vero concioni fabulam, & facetias, aut aliquid riduculũ miscet, peccat quidem iuxta S. Anton. [l] Caietan. [m] sed communiter non plusquam venialiter iuxta eundem, in dicto verb. prædicatorũ peccata, imo nec semper venialiter, vt cũ ad hilaritatẽ honestã breuiter dicũtur, vt tradit August. Triumphus. [n]

Tertio peccat mortaliter religiosus, q̃ concionando prælatis Ecclesiæ, & sacerdotibus detrahit, præsertim quo laicis placeat. clem. primus §. quibus priuileg. Quod intelligendũ est [o] de detractione nominatim, expresse, vel æquipollẽter facta: licet enim generaliter prælatorũ vitia reprehẽdere, modo prudenter, & absque scandalo fiat. Et quãuis d. clem. solũ loquat̃ de religiosis: q̃a sæpius in eo peccant, idem tñ de secularibus dicendum est, quo ad peccatũ: quamuis non quo ad pęnas ibi cõstitutas. arg. gl. clem. 1. de rescrip. verb. præsidẽtes adiuncto text. in l. interpret. ff. de pęnis. Quæ confirmãtur per Concil. Lateranense, quod [p] vetuit cõcionatoribus populo prædicare miracula falsa, incerta, aut prophetias per sacram scripturã non approbatas: & Prælatis Ecclesiæ detrahere, addẽs alijs pęnis excom-

f Iuxt. gloss. recept. c. peruenit. 95. dist.
g In 3. par. q. 64. art. 6. & 2. 2. qu. 187. art. 1.
h c. 18. n. 3.
i Sup. nu. 5.
k Sup. c. cũ minister. 23 q. 5. nu. 44.
l par. 3. tit. 18. ca. 4.
m 2. 2. qu. 164. art. 2.
n In summa de potesta. eccles. q. 107. art. 1.
o Iuxt. glos. ibidem ver. detrahend.
p Sub Leone X. sess. 1.

excommunicationem latæ ſententiæ re ſeruatæ Papæ, quod non latuit Caietanum. [a] Et religioſus qui concionando diſſuadet populo decimarum ſolutionẽ, eſt excommunicatus, [b]

143 Quinto, qui contrauenit præceptis Concil. Tridentin. [c] quod præcipit ſic. *Nullus regularis prædicet in Eccleſiis ſui ordinis, niſi prius examinatus & approbatus a ſuo ſuperiore, de vita, moribus, & ſcientia, & obtenta ab eo licentia, quam Epiſcopo præſentet benedictionem ab eo petendo. In Eccleſiis vero, quæ ſui ordinis non ſunt, etiam licentia Epiſcalis neceſſaria erit. Epiſcopi etiam neminem regularem extra clauſtra viuentem nec ſecularem ſacerdotem prædicare ſinant, niſi eis non ſint & moribus & doctrina probati, etiam cuiuſcumque priuilegij prætextu.* [d] Et ſic, *nullus ſecularis, vel regularis, etiam in Eccleſiis ſui ordinis prædicet, contradicente Epiſcopo: Epiſcopi autem ſingulis Dominicis, & feſtis ſolemnibus, diuinam legem per ſe in ſuis Eccleſiis annuntient, vel ſi legitime impediti ſint, per deputatos ab eis: in alijs vero Eccleſiis per parochos, vel alios: tempore vero Aduentus, & Quadrageſimæ quotidie, vel ſaltem tribus diebus in hebdomada, legem diuinam, & ſacram Scripturam annuntient, & feſtis diebus pueros doceant doctrinam Chriſtianam, & obedientiam erga Deum, & parentes.* [e] Et ſic, *miniſtrantes Sacramenta etiam ſi ſint Epiſcopi, iis qui ea ſuſcipiunt, illorũ vim, & vſum explicent, & inter miſſarum ſolemnia, vel alia diuina officia vernacula lingua feſtis diebus legem diuinã populo exponi curent, poſtpoſitis inutilibus quæſtionibus, quæ non ædificant. Res item incertas, aut ſpeciem falſi habentes proponi non permittant, & curent prædicari doctrinam ueram de purgatorio.* [f] Et ſic, *Omnes curam animarum gerentes per ſe, uel per alios aliquid ex his, quæ in miſſa leguntur Dominicis, & feſtis exponant, & myſterium ſanctiſſimi huius Sacramenti declarent.*

[a] *In ſumma verbo excommunicatio cap. 18. ſub fin.*
[b] *Clemen. cupientes, de præb. de quo infr. c. 27. n. 145.*
[c] *Seſſ. 5. c. 2*
[d] *Seſ. 24. c. 4. de refor.*
[e] *Cap. 7.*
[f] *Seſſ. 22. cap. 3.*

DE PECCATIS CONiugatorum.

144 *Sponſalia clandeſtina poſt Concilium Trident. complens, & ſtens Matrimonio præſumpto, &c. vt peccat.*

144 *Matrimonium præſumptum ceſſat, & coram quo parocho contrahendum, ſine cuius præſentia contractum nullũ.*

PEccat primo coniux modis [g] poſitis, & non complens ſponſalia clandeſtine contracta, etiam poſt Concil. Triden. quia illud ſoluit matrimonium, & non illa annullat: & qui vtitur matrimonio præſumpto per copulam carnalem habitam poſt prædictum Concil. quia poſt illud ceſſant matrimonia præſumpta, [h] & qui diſcedit a matrimonio contracto coram parocho habitationis fœminæ, etiã ſi parochus habitationis viri non aſſiſtat: & qui vtitur contracto publice, etiam coram toto populo, ſine præſentia parochi, vel alterius presbyteri, cum licentia illius, vel ordinarij: quia congregatio Concil. Trident. ſub Pio V. interpretata fuit, ſufficere parochum mulieris, quando matrimonium contrahitur in parochia mulieris, ſicut eadem ſub Gregorio XIII. cenſuit, ſufficere parochum viri, quando in eius parochia contrahitur, vt dictum eſt ſupra. [i]

[g] *capit. 16. nu. 23. & c. 22. a nu. 30.*
[h] *Per ca. is qui de ſpõſ.*
[i] *capit. 22. nu. 28. 65. & 69.*

CONFESSARIVS ERGA confeſſum vt ſe geret. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

1 Cõfeſſarius doceat cõfeſſum hoc, & hoc.
1 Confeſſarius alium ad aliud exhortetur, alium laudet, alij nil dicat.
2 Confeſſarius hoc præſtari faciat quinq; caſibus.
3 Confeſſarius facile nõ inducet eſſe mortale, quod eſt controuerſum, & quid tunc faciet.
3 Confeſſarius non abſoluat nolentem facere neceſſaria.
4 Confeſſarius quid faciet, quando pœnitens contrariam ſuæ opinionem habet, & quid quando vterque dubitat.
5 Confeſſarius quid dicet ei qui reſtituere debet, & quid ei, qui reſtituturum ſe promiſit, & non præſtitit.
6 Confeſſarius quid faciet in abſolutione reſeruatorum cum breui reſolutione.
6 Peccatum reſeruatum cui, & quando confitendum, & ſoluendum.
7 Abſolutio excommunicationis præcedit peccatorum abſolutionem, ante illam faciet hoc, & hoc nu. 8. & 9.

10 Abſo-

10 *Abſoluatur pœnitens ab omni excommunicatione maiore,& minore ſic.*

11 *Abſolutio peccatorum detur in hac forma,quamuis ad ſubſtantiam eius minus ſufficit.*

12 *Abſolutio conditionalis non detur: & data a peccatis cenſuris & irregularitatibus ab eo,qui pœnitẽtẽ poterat abſoluere ab omnibus, quas incurriſſet, etiam oblita includit.&c. nu. 13. & cum datur ab eo, qui nõ poterat, quid fiet,& an abſenti dari poſſit.num.14.*

CIrca hęc dicimus primo,quod confeſſarius,vt diximus, [a] doceat ea, in quibus pœnitentem errare animaduertit putando peccatum eſſe, quod nõ eſt:aut contra,aut eſſe mortale quod eſt veniale : aut contra , ſaltem in his, quæ ſcire tenetur : idem faciet de cenſuris , quas falſo credit eſſe, vel non eſſe , per principum cap.primo de pœnit.diſt.ſex. & quę ibi tradimus,& arg.c.omnis,§. ſacerdos,de pœn.& remiſſ.

Secundo pro varietate pœnitentium, alium arguat,alium ſoletur,alium de diligentia,& ordine memorandi, & accuſandi modeſte laudet , & ad gratias ob id agendum incitet: alijs virtutes magis commendet,alijs alia vitia acrius increpet.Porro,pœnitenti docto,diligenti,& ſæpe confitenti, & celebranti,aut nil dicat,aut ſolũ,vt faciat,quę nouit faciẽda: & cum ſit lux & ſal aliorũ , caueat ne ſit eis offendiculo,vt copioſius diximus . [b]

2 Tertio, præmiſſis ante vel poſt prædicta interrogationibus opportunis, faciat concludi confeſſionem, dicendo ſe cõmiſiſſe illa omnia peccata,& alia multa,quæ non ſatis meminit, cogitatione, verbo,opere,& omiſſione:& perſuadeat proponere numquã amplius Deo iuuante ea , nec alia ſaltem mortalia ob eius amorem peccaturũ,iuxta dicta ſupra. [c] Sed non obliget eũ ad id voto, iuramento,vel alia promiſſione,quæ nouum vinculum adijciat : niſi quũ ius id præcipit, vt in excommunicato notorio abſoluendo, [d] & in incendiario, [e] & in mutilatore, cap. ſi quis membrum ead.cauſ. & quæſt.& manifeſto raptore,aut eccleſiæ violatore,[f] & vſurario publico,[g] & in publice iniuriante perſonis eccleſiaſticis.[h]

3 Quarto,caueat facile negare abſolutionem pœnitenti dicendo eſſe mortale id , de quo ſunt contrariæ opiniones,ne eum in futurum propter conſcientiam illaqueet: ſed potius conſulat libros,vel doctos,vel certe perſuadeat ei propoſitum faciendi,quod iure facere debet cõ filio N. vel N. quibus confidit, vel aliorum,quorum iudicio fidendum eſt: tale enim pœnitentis propoſitum ſufficit, vt abſoluatur. [i]

Quinto,quod nullatenus abſoluat pœnitentẽ nolentem abſtinere ab eo, quod certũ eſt eſſe mortale,per dicta ſupra. [k]

4 Sexto,quod ſi ſint contrariæ doctorum opiniones,quarum alteram confeſſarius, & alteram pœnitens ſequitur, & confeſſarius credit euidenti ſe textu,vel ratione niti:pœnitentem autem dubia, non debet eum abſoluere. At ſi confeſſarius non adeo forti ratione nititur , vel pœnitens vtitur pari,vel fere pari,& habet aliquem pro ſe doctorẽ clarum, poterit eum abſoluere,vt poſt Adrianum [l] tenuimus, [m] nõ diſtinguentes inter proprium parochum ad audiendum obligatum, & alium, qui poteſt audire,& non tenetur,vt nec Adrianus diſtinxit, quid quid Gofredus relatus per S. Antoninum [n] dicat. Quibus adde,quod,ſicut cum dubitatur , an aliquid ſit mortale , nec ne, ſecuriorem partem confeſſarius & pœnitens eligere debent:ita quum dubitatur , an pœnitens hoc facere , dare, aut pati debeat, benigniorem opinionem confeſſarius eligere debet , Angelus & Syluester. [o]

Dixi,*Quum dubitatur*: nam confeſſarius,vel pœnitens credens ſuam ſententiã eſſe verã,non dubitant,vt diximus.[p]

5 Septimo , quod pœnitentem ad aliquam reſtitutionem aliquorum obligatum inducere debet ad propoſitum eã faciendi , quam cito commode poterit, iuxta dicta, [q] admonendo eum , ſi nimis differat, in peccatum mortale recaſurum, & gratiam, quam per confeſſionem,& abſolutionem adeptus eſt,amiſſurum . Quin & eum , qui confeſſione præterita reſtitutionem promiſit, nec reſtituit,non debet abſoluere quoad reſtituat, niſi raro vt inſinuatum eſt. [r]

6 Octauo,quod pœnitentem habentẽ peccatum reſeruatum non debet abſoluere ab eo ſine priuilegio,bulla,vel alia

a *In princ. c.1.de pœn. diſt. 6. nu. 50.*

b *In d.c.1. nu. 52. & ſeqq.*

c *Cap.1.n. 12.*

d *Capi. ex parte , de verb.ſignif. & ca. ſolet de ſent.excomm.li.6.*

e *Ca.peſſima 23.q.8*

f *Ca.ſuper eo. de rapt.*

g *Ca.quãquã, & verb. nullus de vſur. lib.6.*

h *Ca.quiſquis inuentus fuerit, 17.q.4.*

i *Ang.ver. confeſſio 4. §.3.& Syl. verb. cõfeſſio.q.20.ad iũctis , quæ diximus ſupra,ca.23. nu.21.*

k *Cap.10. nu.4.*

l *In 4. de confeſſ.q.5. dub.7.*

m *In ca.ſi quis autẽ, de pœnit.d. 7.num.66. n 3.p.ti.17. ca.10.§.2.*

o *Vbi ſupr.*

p *In d.c.ſi quis aũt.n. 9. & ſeqq.*

q *In c.17. nu.54.*

r *In d.cap. 17. nu.59.*

licentia eius, qui illa potest dare : sed [a] debet absoluere a quibus potest, & pro absolutione reseruati mittere ad eum, cui reseruatum est, cui solum reseruatũ confiteatur, vt ab illo absoluatur, aut ab soluendus ad priorem confessarium remittatur. Quare, vt cuidam doctissimo respondi, non debet dicere absolute: Absoluo te ab omnibus peccatis mihi confessis, sed cum limitatione, exceptis tali & tali : posset item pœnitens per se, vel per alium ante, vel post suam confessionem impetrare facultatem secretã, verbo, aut scripto ab eo, cui reseruatum est, absoluendi a proprio confessario : sed quia is modus periculosus est, eo quod peccatum extra cõfessionem detegitur, tutius esset, vt confessarius per se, vel alium impetraret sibi facultatem absoluendi ab illo, vel illo peccato ei reseruato. Superior autem, cui est reseruatum peccatum, non potest absoluere ab illo, antequam ipsi, vel alteri omnia fuerit confessus.

7 Nono, quod pœnitentem excommunicatum prius debet absoluere ab excõmunicatione quam a peccatis: alias mortale sacrilegium committeret, vt diximus, [b] post Paludanum [c] contra Angelum [d] sequentem Monaldum pro se incaute citantem Richardum, qui contrarium tenet: licet absolutio peccatorum, si concederetur valeret, modo, quo supradictum est. [e] Quod si facultatem absoluendi ab excommunicatione non habet, nullatenus a peccatis absoluat, quousq; absolutus ab ea, redeat, aut deferat mandatum ad absoluendum eum. Porro in absoluendo ab excommunicatione seruare debet formam iuris, quæ, vt diximus, [f] habet, primum, vt iuret parere super eo mandatis Ecclesiæ. [g] Secundo, quod parti satisfaciat, si offensa, aut debitum est notorium, [h] aut impensas, si contumacia est notoria, [i] & hoc si potest, sin minus præstet sufficientem cautionem, idest, dando pignora, vel fideiussores, & si neque hanc potest, det iuratoriam. Noue autem addimus, quod quamuis distinctio debiti, offensę, aut contumaciæ notoriæ & dubiæ locũ habeat in foro exteriori: in interiori tamen non habet, sed solum si scit, aut nescit se debere, aut offendisse, aut quantum, aut quomodo, aut cui soluere debeat: quia in hoc foro cessant præsumptiones, & confessum a pœnitente pro certo notorium habetur, iuxta omnes, [k] quod est vsu frequens, & in theoria rarum.

8 Tertio, quod humeros nudatum cũ Psalmo *Miserere mei Deus* : aut alio pœnitentiali, virga, fune, aut flagello cędat, & post *Gloria patr. &c. Kyrie eleyson, &c. Pater noster, &c.* cum versiculis *Saluum fac, &c.* Oremus, *Deus cui proprium est misereri, & parcere, suscipe deprecationem nostram, & hunc famulum, quem excommunicationis sententia ligatum tenet, misericordia tuæ pietatis absoluat per Christum Dominum nostrum. Amen.* [l] & post absoluat in hæc verba: *Auctoritate, qua fungor, absoluo te a uinculo excommunicationis, quod incurristi ob hanc, uel illam causam, & restituo te sacramentis Ecclesiæ, & communioni fidelium, In nomine Patris, &c. Amen.* Et si est excommunicatus ob multas causas, exprimat eas in absolutione, alioqui a solis expressis esset absolutus, iuxta omnes. Quamuis mea sententia satis est habere intentionem eum ab omnibus absoluendi, & comprehendendi omnes suis verbis. Si vero, ob vnam tantum causam sæpe incurrit, sufficit dicere, toties, quoties eam incurristi. Et quia statim dicemus expedire, vt generaliter absoluat quemlibet pœnitentem ab omni excommunicatione, sub conditione, si & quatenus est opus & potest, quamuis non videat eum aliqua teneri, a fortiori expediet, vt eum sic absoluat, quando eum absoluit ab aliqua particulari, qua videt eum teneri.

9 Quamquam autẽ modus prædictus regulariter seruandus est, quando commode potest in absoluendo excommunicato, absolutio tamen aliter facta valet ẽt solũ dicẽdo. *Ego te absoluo ab excõmunicatione*, vel *Rebenedico te*: aut aliud equipollens, cũ intentione absoluendi, [m] vt diximus, [n] vbi addimus, [o] ne faciat fœminam nudare humeros : quia nullo iure id cauetur, & [p] quod quatuor præ dicta non sunt seruanda, quando excommunicatio non est certa, & ad cautelam absoluitur : Et Leonem P.P.X. fratribus ordinis Minorum concessisse, ne quãdo excom-

a Vt dixi in c. cõsideret. parag. cautus. nu. 10. de pœn. dist. 5.

b In d. cap. consideret parag. cautus. nu. 24.

c In 4. dist. 17. q. 1. col. 4. arg. ca. si celebrat. de cleri. exco. minist. c. sacris de his quæ vi.

d Verb. confessio 5. parag. 10.

e Ca. 9. n. 4.

f In c. 1. in prin. de pœnit. dist. 6. nu. 54.

g Ca. ex te nore. ca. de cætero, de sent. excõ.

h Capit. ex parte, de uerb. signif. & ca. solet, de sent. excom. lib. 6.

i Ca. uenerabilib. parag. porro. uti. & lib.

k Arg. ca. tua, capi. is qui, de spon sal.

l Cap. 4 nobis. 2. de sent. excom. et tradit S. Anto. 3. p. ti. 24 c. 77. parag. 1. quẽ sequũtur alij.

m Syl. uer. absolutio 5. quæst. 2.

n In d. c. 1.

o Num. 55.

p anu. 60.

excõmunicatos in foro conscientiæ absoluunt, teneatur eos flagellare dicendo psalmum, *Miserere mei*. [a] Quæ omnia [p] cedunt etiam in absolutione a delegato facta simpliciter, vel additis illis solitis verbis, (*seruata in eis forma*) vel similib. Secus si aliquid aliud delegans mandauerit obseruari, quia priori casu solum contineret monitionem, posteriore vero etiam nouam formam, arg. glo celebrat. in clem. prima, de offic deleg.

a Compen. priuil. Ger. absolutio 1. quoad secu lares. n. 14.

Decimo, confessarius imponat pœnitentiam ante absolutionem, glos. fin. in clem. dudum, §. statuimus verbo audire de sepultu. quod tamen non est necesse: quia tantum valet, & tam sacramẽtalis est, quæ post, quam quæ ante imponitur vt dixi [b] post Gersonem. [c]

b In princ. d.c. 1. n. 33

c In tract. de excomm. 2. par. arg. l. lecta, ff. de reb. cred.

10 Vndecimo absoluat eum ad cautelã ab excommunicatione maiore, vel minore, suspensione, vel interdicto, in hãc sententiam. *Si teneris aliquo vinculo excommunicationis maioris, suspensionis, vel interdicti, a quibus te possum absoluere, absoluo te, si & quatenus possum, & expedit*, sed non est necesse adiungere, *Restituo te sacramentis Ecclesiæ, & communioni fidelium*: iuxta Gersonem, vbi supra, & omnium mentem: quia eo ipso, quod absoluitur, eis restituitur.

11 Duodecimo absoluat a peccatis præmittendo, *Misereatur tui, &c. Dominus noster Iesus Christus te absoluat. Et ego auctoritate ipsius, qua fungor, te absoluo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & S. sancti. Passio D.N Iesu Christi, & merita B. Mariæ semper Virginis, & omniũ Sanctorum, & quidquid boni feceris, & mali patieris sint tibi in remissionem peccatorũ, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ*. Non sunt tamen hæc omnia necessaria: essentialia enim, & necessaria sunt illa, *Absoluo te*: vt diximus, [d] & colligitur ex vtroque Thom. [e] & ex Conc. Floren. [f] quia quæ absolutionem præcedunt, sunt preces: & quæ sequuntur, sunt iniunctio pœnitentiæ generalis, vt diximus, & post S. Thomam. [h] Alia multa verba multi adiungunt, quę nó solum sunt superflua, sed etiam periculosa: e quibus sunt illa, *De quibus contritus, &c.* Tum quia absolutio non solum comprehendit peccata contrita: sed etiam, quæ apparent contrita, ad effectũ, ne iterum ea pœnitens cõfiteri teneatur: quin etiam attrita certæ speciei comprehendit quo ad effectum remittendi, vt supra dictum est. [i] Tum quia scrupulos gignere posset, vt dixi, [k] vbi [l] etiam dixi, qualiter intelligenda sit determinatio quædam Ioan. Gerson. quo vera sit.

d In d. prin. nu. 9.

e 3. part. q. 74. art. 3.

f In decreto Eug. paragr. 4.

g In cap. 3. nu. 4. & in d. ca. 1. nu. 36. & 52.

h Quolib. 3

i c. 1. n. 40.

k In d. c. in prin. n. 31.

l Nu. 27.

12 Admonemus etiam id, [m] quod non debet absoluere ab excommunicatione de futuro, & minus a peccatis dicendo, *Ego te absoluo ab excommunicatione, aut a tuis peccatis, sub conditione, si illud, aut illud feceris, aut si satisfeceris*. Tum quia absolutio nõ debet esse in suspenso, arg. c. ad hæc quoniam, de appellat. Tũ quia licet sortiretur effectum post adimpletã conditionem, peccaret tamen, qui eam sic faceret. [n] Quamuis posset ferre sub conditione de præterito, quæ actum nõ suspendit, l. cũ ad præsens, ff. si cert. pet. veluti dicendo, *Si fecisti, aut præstitisti talem rem, ego te absoluo*, vt dicitur, quum de baptismo dubitatur: *si tu non es baptizatus, ego te baptizo*. [o] Quod si superior absens inferiori facultatem dederit, vt a casib. sibi reseruatis absoluat sub eo modo, ut iterum illi confiteatur, quãdo præsens fuerit, confessarius tenetur illum modum pœnitenti declarare: & si eum non acceptauerit non debet audire, si ante confessionem id sciuerit: nec a reseruatis absoluere, si post confessionem sciuit: si tamen consenserit absolutioni, ad eo valet absolutio, quod quamuis postea pœnitens superiori non confiteatur, valere illa non desinat: peccatum tamẽ mortale nouum committet.

m Vt vbi sup. nu. 62.

n Vt dixi ibid. n. 65.

o cap. 2. de baptis.

13 Est autem valde notandum, quod q confitetur alicui habenti facultatem absoluendi ab aliqua excommunicatione, vel peccato reseruato, quibus ipse tenetur, & obliuiscatur illa, & absoluatur ab omni excommunicatione & peccato, si, & quatenus potuit confessarius, vt supra est dictum, absoluitur etiam ab eis: ita q quamuis postea factus memor eorũ confiteatur illa, vt tenetur, alteri, qui talem facultatem non habet: ab illis possit absolui ab eo: quia desierunt esse reseruata, & habere excommunicationem adiunctam, quippe quæ per priorem absolutionẽ sublata fuerunt, & peccata remanserunt solubilia a quouis proprio sacerdote, vt dixi, P. allegando locum.

p In c. 1. §. cautus, de pœn. dist. 5. & in c. 1. in princ. n. 70. c. dist.

ſpecialem,vbi id dixit Paludanus, [a] quē nemo allegat,quamuis generaliter allegando eum ſequantur S.Antoninus, Angelus,Syluester, Gabriel & Adrianus in locis,quos [b] citamus. Et ideo qui confitetur habenti auctoritatem abſoluendi ab omnibus peccatis,& cenſuris per viā confeſſionalis, bullæ, Iubilæi, vel aliam prudenter facit,curando,vt modo ſupra dicto generaliter ab omnibus excommunicationibus,& peccatis abſoluatur:imo & vt ſecum in irregularitatibus diſpenſetur, ſi etiam ad eas ſe extendit facultas: quia ſi poſtea in mētem venerint, ſatisfaciet confitendo peccata,nulla obtenta abſolutione a cenſuris, nec diſpenſatione ab irregularitate:quod religioſi notare debent, qui in viſitationibus ab irregularitate, & alijs cenſuris generaliter abſoluuntur a ſuperioribus,nam eſto tunc non meminerint illa,ſublatę cenſentur, nec tenentur aliam abſolutionem quærere ab eis, ſed ſatisfaciunt confitendo ſimpliciter peccata, ob quæ illa incurrerunt. [c] Aduertendum,quod hic nihil dicitur de irregularitatibus, vt viſum fuit Reuerendiſſimo epiſcopo Vulturariēſi, [d] An autem idem ſit de illis dicendum, quod hic dicitur de cenſuris,quæſtionis eſt. Et etiam dubitari poteſt,an confeſſarius electus virtute cap.fin.de pœnit.& remiſ. poſſit diſpenſare,vt tradit Syluc. verb. cōfeſſor. 1.verſi.quæritur,num.9.

Decimotertio,quod ſi abſoluit aliquē ab excommunicatione,aut a caſu reſeruato, a quibus ipſe non poterat, debet procurare facultatem abſoluendi eum ab illis,& poſt habitam eam abſoluet eū præſentem, ſi præſentiam eius habere poteſt, ſi minus abſentem ab excommunicatione, quando voluerit, & a peccato reſeruato,quando ille in gratia eſſe vi debitur,ſecundum Antoninum, qui ait multos inſignes theologos congregatos ſuper hoc in quodam concilio, quod ipſe citat ibi, & [e] concluſiſſe, huiuſmodi pœnitentem poſſe abſolui in abſentia, etiam ſi præſentia eius haberi poſſet:ſed ſcandalum immineret,dicendo ei, quod nequaquam eſt abſolutus, & propterea oportet ipſum iterum confiteri. Quod equidem ego refellere minime audeo, licet nonnullis contra videatur:& ſi præ dictam facultatem habere nequit, admonere debet eum ſi poteſt,vt ſe abſoluere faciat a tali caſu,aut peccato,a quibus ille non potuit. [f] Non enim ſatis placet illud Directorij, [g] ſcilicet,vt obtenta ab ſoluendi facultate, iterum pœnitentem accerſat, & caute fingat,ſe eū de aliquo peccato iam confeſſo interrogare velle, quo melius eum erudiat de nonnullis alijs,ſi poſtea commiſit,& ab omnibus abſoluere. Tum quia raro id ſine ſcandalo fiet. Tum quia non poteſt illum ab illo peccato,& alijs abſoluere,niſi omnia peccata integre ex propoſito abſque tali fictione confiteatur, cap. omnis de pœnit.& remiſſione.

a *In 4.diſ. 18.q.5.col. penult.*

b *In dic.§. autus.*

c *Ang.Verbo confeſſio 1.§.12. Roſol. Verb.cō feſſio 2.§.9 Sylu. Verb. confeſſio, 1. q.4.*

d *In lib.de irreg. lib.6. c.25.nu.6.*

e *Nu.13.*

f *Vt dixi in c.1.in prin. de pœn. diſ. 5.nu.60.*

g *lib.1. tit. 15.§.143.*

DE POENITENTIA imponenda.

15 *Pœnitentia iuſta eſt imponenda, alia omnis cur falſa dicta, omnibus leuis neceſſaria, & quæ alia volūtaria grauis indiſcrete ponitur.*

16 *Pœnitentia iuſta quid, eam Deus ſolus nouit.*

17 *Pœnitentia ſeptennis vnicuique peccato mortali non debetur in foro interiori.*

18 *Pœnitentia arbitrio confeſſarij relinquitur,non ad hunc effectum,ſed ad iſtū, & quæ imponenda, ſitque conueniens quales non ſunt hæ.*

19 *Confeſſarius antequam pœnitentiam iniungat,dicat hæc.*

20 *Pœnitentia ſatisfactoria alia neceſſaria culpæ delendæ, & quæ earum acceptandæ.*

22 *Pœnitentia ex cauſa diminui, & mutari poteſt,nu. 22.*

23 *Pœnitentiam per opera alias debita fieri,& 24.*

24 *Pœnitens quod officium relinquet.*

25 *Cōfeſſar. pœnitēti abſoluto hæc cōſulat.*

DEcimoquarto, quod frequenter rogati ſuper quantitate pœnitentiæ imponendæ,tandem concluſimus octo.

Primum,quod confeſſarius debet conari imponere pœnitentiam iuſtam pœnitenti. Tum quia ea minorem Gregorius falſam appellat, [h] non eo quod nil profit,vel abſolutionem irritam faciat: ſed quia pœnitentem fallere poteſt, præbendo occaſionem credendi, ſe per illā plene ſatisfacere. Tum quia Abulenſis [i] dixit

h *In c.falſas de pœn. diſt.5.*

i *Circa ſinē ſup. 18. Mat.q.40.*

dixit confessarium imponentem pœnitentiam pro suo libito, sine alia circumspectione, peccare: quamuis non declaret, an mortaliter, an venialiter, nisi quando nullam scienter iniungit, cui satis concordat Concil. Colon. de satisfact. §. ex prædictis, multa de hac re tangens, & Adrianus [a] sacerdotem non debere condonare offensas contra Deum factas sine multa prudentia, & pœnitentia, [b] & Maior. [c] non esse veri amici imponere paruam pœnitentiam, neque prudentiæ, eius paruitate lætari. Tum quia Concil. Trident. [d] post hæc scripta declarauit: conuenientes pœnitentias esse a confessarijs imponendas, & non leues pro grauibus iniungendas, ne participes eorum fiant. Quo fit, vt constanter affirmemus non recte fungi officio suo confessarios, qui omnibus vnam, & eandem leuem pœnitentiam obligatoriam, & aliam grauiorem voluntariam imponunt.

16 Secundum, illam esse pœnitentiam iustam, quæ neque est maior, neque minor merita, quæque exæquat, & non superat pœnam peccatis confessis in purgatorio luendam, arg. l. iustitia, ff. de iusti. & iur. & proœm. Gregor.

Tertium hanc soli Deo esse cognitã: solus enim ille nouit, quanta pœna debeatur in purgatorio peccato mortali p contritionem, & confessionem condonato quia solus ipse nouit grauitatem peccati, & vim contritionis, & partem, quã absolutio sacramentalis tollit: meritum item operis satisfactorij, tum sacramentalis, tum cuiuslibet alius, quod pro magnitudine, vel paruitate gratiæ, & deuotionis magis, vel minus, saltem ex opere operantis satisfacit.

17 Quartum vulgatum esse, vnicuique peccato mortali iuxta canones pœnitẽtiam septem annorum iniungendam esse, in quod allegatur Gratianus. [e] Pro quo numquam nos textum reperire potuimus, vt diximus, [f] quamuis sic multas glossas receptas, [g] quæ id dicunt: & communis cum Hostiensi, in summa de pœnit. & remission. §. quæ pœna, & Palud. [h] S. Antonino, [i] cui consonare videtur Stylus cõcedendi indulgentias 40. vel alius numeri annorum, & dierum in pœnitentiam iniunctorum. Quare contrariũ putamus. Tum quod id tenet S. Tho. [k] ante quem idem sensit D. Hier. in c. mensurã, de pœn. dist. 1. Tum quia nec Gratianus dicit, Ecclesiã septennẽ pœnitentiam in singula peccata statuisse, sed tm̃ pro grauissimis peccatis iniungi solitã fuisse, in d. c. hoc ipsum. Tũ quis dici potest, illam pœnitentiam non fuisse taxatam pro foro interiori: sed exteriori, vt probamus, [l] Tum quia ibi ostendimus illos 46 canones pœnitentiales, quos Hostiensis in d. §. qua pœna colligit, ad forum exterius pertinere. Tum quia inepte imponeretur pœnitentia septennis pro vno quoq; peccato ei, qui mille confitetur,

18 Quintum quantitatem iustæ pœnitentiæ nunc & semper relinqui, relictãq; fuisse prudentis confessarij arbitrio, [m] nõ quidem, vt sensit glossa, [n] ad affectum, vt pœnitens facta pœnitentia iniuncta magna, vel parua, ab omni pœna purgatorij liberetur, quia hoc falsum est, iuxta Magistrum & cõmunem: in quarta dist. 26 & probamus in d. cap. mensurã, & c. Deus qui, & in cõmen. § in leuitico, de pœni dist prima, nec etiam ad effectum vt pœnitens ad pœnitentiam impositam acceptandam teneatur, ẽm aliquos, vt dicemus infra, [o] sed ad effectum, ut animę negotia, quo ad hunc mundum, & quo ad alterum mediocriter gerantur.

Sextum, confessariũi circumspicere debere in æstimanda pœnitentia magnitudinem, & paruitatem peccati, & contritionis, & qualitatẽ personæ pœnitentis, an sit robustus, an debilis, iuuenis, an senex, assuefactus, an non. An itẽ videat magnam recusaturus: aut quamuis acceptet, eã non impleturus: an sit pauper, aut diues, magnopereq; curare debere, ne pœnitentiã ineptã imponat: qualis est eleemosyna pauperi, ieiunium perpetuo laboranti, austeritas magna delicato, & in altiori loco posito: qualis quæ imponitur vxori, filio, seruo, aut famulo, in notabile obsequiorum debitorum impedimentum, vel in periculum lapsus spiritualis, aut detectionis peccati occulti, iuxta mentem S. Antonini [p] qualis peregrinatio mulieribus, iuxt. Hostiensem, [q] maxime sine suis maritis, vel cum illis in longinquum cum domi manentes Sanctos inuisere spiritu possint. Maior. [r] qualis panis, & aquę, & solitudinis melancholico, & scrupuloso: qualis

[a] *In 4. de Clauib. q. 2. col. 6.*
[b] *Arg. ca. si is qui prælatus 23. q. 4.*
[c] *In 4. dist. 20. col. 3.*
[d] *Sess. 14. cap. 7.*
[e] *In ca. hoc ipsum, §. 1. 33. q. 2.*
[f] *In d. c. fal sas nu. 14.*
[g] *In d. cap. hoc ipsum, & in c. admonere, 33 q. 2. & in c. prædicãdũ, 22. q. 1. & ca. sunt plures, de pœn. dist. 3.*
[h] *In 4. dist. 10. q. 2.*
[i] *3. par. tit. 17. c. 10.*
[k] *In 4. lib. sen. dist. 20 q. 2.*
[l] *Dict. c. fal sas, nu. 14.*
[m] *Dict. ca. mensuram. c. Deus, de pœn. & remis. & c. tẽpora 26. q. 7.*
[n] *dic. c. mẽsuram, & Pano. in d. ca. Deus, q. num. 4. & Ant. Burg. in ca. 2. de emptio.*
[o] *Num. 20.*
[p] *3. par. tit. 17. c. 10. pa ragr. 10.*
[q] *In c. mulier. de sen. excom.*
[r] *In 4. dist. 7. q. 2.*

multa recitatio plectori, & ad lógas pre
a In d.c.cō ces obligato, vt dicimus, [a] & alię ſimiles.
ſideret, §. 19 Septimum confeſſarium pœnitenti
ponat. n.4. dicere debere iuſtam pœnitentiam, quæ
& 8.de pœ ſibi imponenda erat, ſolum Deum Opt.
nit.diſt.5. Max. ſcire, & timentes Deum, & cupientes vitare pœnas, alterius vitę antiquitus ſeptem annorum pœnitentiam pro vno quoque maximo peccato mortali facere ſolitos fuiſſe iudicantes tam longam pœnam, tam magnæ offenſæ purgādæ adhiberi oportere, ſed quod non intendit imponere ipſe, niſi ſponte velit eam ſuſcipere. Et ſi reſponderit ſe velle, & iudicat illum impoſitam impleturum, iniungat eam, quæ iuſta videbitur, habito reſpectu ad eas, quæ prædictis canonibus pœnitentialibus præcipiuntur: nā, vt habet Concil Colon. vbi ſupra, iam quod ſperandum non ſit, vt cómuniter ab hominibus iterum ſuſcipiantur pœnitentię antiquę, bonum tamen eſſet, vt aliqui ad illas reuocarentur, in quod mouere pót etiā formula antiqua concedendi indulgentias per relaxationem annorum, & dierum in pœnitentiam iniunctorum: de quarum modo intelligendi paucula, quę hoc in loco ſcripſimus, remittimus ad
b De pœni. Comment §. in leuitico. [b]
di.1.not.ab. 20 Octauum, quod pœnitenti nolenti
11.a n.12. acceptare tam magnam pœnitentiam ſatisfactoriam, diminuit quantum ei placuerit, declarando ei pœnā alterius mun
c In 4.diſt. di, iuxta Maiorem. [c]
20.q.1.col. Dixi, *Satisfactoriam*, quia reſtitutoria,
3. vel ad exeundum a peccato neceſſaria: qualis eſt alieni reſtitutio, odij mortalis depoſitio, & dimiſſio concubinæ, & officij, quod ſine peccato exerceri neqt,
d In c.ſatiſ & cōuerſationis, qua ſe credit in morta-
factio de pœ le peccatū lapſurū, neceſſario imponēda
ni.diſ.3.& eſt, quam ſi nolit acceptare, nullatenus
d.§.ponat, eſt abſoluendus, vt dixi. [d] Recte autē fa
ſe, & lati⁹ ciet concedendo, vt quod non recitaue-
ſupra c.3.a rit, aut nō ieiunauerit die pſcripto reſi-
nu.31. cere poſſit alio, vel eleemoſy. redimere.
e capit.3.a Decimoquinto, quod ex his poteſt ſa-
nu.2. tis inferri decilio quæſtionis ſup. [e] tactę,
f In 4.diſt. & huc remiſſæ. An pœnitens de præcep-
17. to teneatur acceptare pœnitentiā iuſtā
g Diſt. 16. a cōfeſſario præſcriptam? in qua placet
q.2. ſententia ſubtilis Doctoris Scoti, [f] quam
h In Co.de ſequitur Gabriel [g] & Medina [h] diſerte
cōſeſſ.ſo.75. tractans eam, ſcilicet, quod ſufficit pœnitenti habere propoſitum ſatisfaciendi Deo hic, vel in purgatorio: quibus cōſonat Hoſtien. [i] & Panor. [k] niſi quatenus tenent, teneri ad acceptandam aliquantulā, & ſaltem vnum Pater noſter, quibus nullus Canoniſta, q̄ ſciam contradixit. Sed de veritate huius limitationis inutile prorſus duco diſputare: cum nemo ſit tam ſaxeus pœnitens, qui bona fide confiteatur, & nolit, vel tantillam pœnitentiam acceptare. Pro qua Scoti ſententia, & contra eam multa hoc in loco in Manual. Hiſpano adduxi, quæ cōſulto omitto, eo quod videā in Vrbe, & in orbe receptum, ne cuiquam denegetur abſolutio, eo ſolo quod nolit acceptare pœnitentiam ſibi iniunctam: modo habeat propoſitum verum plane ſatisfaciendi Deo viuens per bona opera, & indulgentias, vel mortuus in purgatorio cruciatu horrendo, quamuis contra teneat Paludanus, [l] cum aliquot alijs. Pro quibus vrget cap. omnis, de pœnit. & remiſſ. habens, pœnitentiam a confeſſario iniūctā a pœnitente acceptari debere, & Concil. Flor. agens de ſacramēto pœnitentiæ habet, confeſſarium pœnitentiam arbitrari debere, & quod omnes Catholici confitentur, cōfeſſarium ſicut poteſtatem habet ad abſoluendum, ita ad obligandum habere, cuius oppoſitum eſſe hæreticum declarauit Concil. Trident. [m] & Concilium Lateranen. quod [n] præcepit confeſſarijs, ne blaphemos Dei, & ſuæ matris abſque magna pœnitentia ad arbitrium ſeueri confeſſarij abſoluant. Sed his reſponderi poteſt, ſolum per ea probari, quod confeſſarius ſine iuſta cauſa non debet imponere minorem ea, quam arbitratur iuſtam, ſed cum illa ſic, argum. leg. quod ergo, paragrapho pœna grauior ff. de his qui not. infam. & adductorum per Dec. in cap. at ſi. §. de adulterijs, de iudi. etiam nullam imponendo, vt cum iam ſpirantem, nec pœnitentiam facere potentem, ſine vllius pœnitentiæ impoſitione expreſſa abſoluit.

21 Multæ autem ſunt iuſtæ cauſæ minuendæ pœnitentiæ, puta impotentia eam implendi, vt proxime dictum eſt, magnitudo contritionis, quæ ſola interdum totam pœnam remittit, iuxta gloſ. ſolemn. dict. c. menſuram, ſenectus, debilitas, ægritudo, timor probabilis, quod

iuſtam

i In ſumma de pœni. §. & an ſit, ver. quid & operibus.
k In ca. ſignificauit nu. 2. eod. tit.
l In 4. diſt. 17. q. 2. art. 1.
m Seſſ. 14. c. 8. & can. 25.
n Sub Leone X. ſeſ. 9. §. ad abolē dam.

iuſtam non implebit, arg.c. ſicut dignum de homicid. & c. aut facta, de pœn. diſt. 2. tempus iubilei, vel aliarũ indulgentiarũ, [a] iniunctio, & acceptatio, & directio omnium bonorũ operum totius vitæ in ſatisfactionem pœne peccatis ſuis debitę.[b] 22 Porro, cum valde diminuit iuſtam, moneat pœnitentem eius rei ignarum, q̃ grandis eſſet imponenda, quanto plus prodeſt exigua præſentis vitæ, quam magna futuræ, collimet, & dirigat omnes curas & labores in præſenti perferendos, & mortem ipſam etiam neceſſario ſubeundam, in ſatisfactionem pœnitentialẽ, quæ omnia ratione hac ſuſcepta, leuius feret. Addo, quod etiam iniuncta, & acceptata mutari poteſt, & diminui iuſta de cauſa, puta quia bona fide putat pœnitens, ſe eam implere non poſſe, aut nõ ſine difficultate, vel periculo ſalutis animæ, vel corporis, quia tunc, non ſolum confeſſarius, qui eam impoſuit, ſed etiã alius ſi ipſe facile adiri non poſſit, etiam eo inferior mutare poteſt, ſcilicet epus impoſitam a Papa, & parochus impoſitã ab epiſcopo, iuxta gloſſam ſingularem & receptam,[c] vt latius poſt Decium dicimus, [d] etiam non iterata confeſſione eorumdem peccatorum, ob quæ impoſita fuit, modo impoſita ob peccata eiuſmodi, a quibus, qui eam mutat, abſoluere potuiſſet, iuxta Monaldum, [e] quãuis ſtricto iuri conſonantius ageret, qui ei[f] implementum differet, quouſque poſſet eum, qui illam impoſuit adire, ſi ſpes breui adeundi foret.

23 Pro prædictis facit, quod (gratia Deo miſericordiſſimo) poſſumus ei ſatisfacere operibus bonis, etiam alia ratione debitis, & de neceſſitate etiam naturæ ſubeundis, vt poſt Caiet. de ſatisf. quæſt. pri. probamus alibi, [f] poſt quæ declarauit Cõcil. Trid. [g] quod pœnis, & flagellis a Deo inflictis, & patienter toleratis ſatisfacere poſſumus, & conſequenter tolerandis in firmitatibus, & ipſa morte naturali, aut violenta ineuitabili. Quo fit vtiliſſimam eſſe illam clauſulam, *Quidquid boni feceris, &c.* quam [h] diximus formæ abſolutionis vtiliter addi, declarato præſertim ſuprædicto modo eius valore. Confeſſarius tamen pœnitentiam ieiunij aliquorum dierum, aut precum imponens, in dubio cenſetur imponere eorum, ad quæ pœnitens non tenetur, & conſequenter is, cui ieiunium quatuor dierum imponeretur, non ſatisfaceret dies quatuor temporum, aut vigilias, ad quas tenetur, ieiunando, ſecundum omnes.

24 Ad noue quæſitum, ſcilicet, An ceſſatio a peccato, & emendatio vitę poſſit in pœnitentiam imponi? Reſpondeo affirmatiue. Tum quia licet pura ceſſatio a peccato non ſit opus, velle tamen ceſſare ab eo, verum opus eſt: & ita non obſtat, quod aduerſarij dicunt, ſola opera eſſe in pœnitentiam imponenda. Tum quia promittens non facere, dicitur promittere factum. glo. recep. in l. ſecund. ff. de verb. oblig. per §. ſi vxor. inſtitut. de nupt. Tum quia licet verius eſſe putem[o], opera alias debita poſſe in pœnitentiam imponi, contra Scotum, Paludanum, & Maiorem magis vrgentem, [i] cum S. Antonino [k] referente Aegidium & Richardum id tenuiſſe, quod & S. Thom. ſentit, [l] & Gabriel, quæſt. ſecund. pro quo vrget Concil. Triden. [m] determinando poſſe nos ſatisfacere Deo pro peccatis per pœnas ab ipſomet inflictas, vel alias naturales, vel violentas, etiam neceſſario patiẽdas, ſubeundo eas patienter in remiſſionem eorum, quod antea tenuit vbi ſupr. S. Thom. Tum quia non ſequitur ex hoc, quod videretur ſtulte facere, vt Maior obijcit, qui clericis non iniungit in pœnitentiam omnes horas canonicas dicendas, nec alijs alia eis præcepta, quia prudenter cauet ab eo faciendo, ne confeſſi ea poſtea omittentes bis peccent, contra præceptum Eccleſiæ, & confeſſarij. Tum quia omnis virtutis actus, licet vno reſpectu ſit delectabilis, eſt tamen alio pœnalis, vt poſt alios declarat recte Sotus, [n] & ita qua parte eſt pœnalis, eſt ad pœnitentiam aptus. Tum quia omne opus bonum, etiam pure mentale, eſt ſatisfactorium pœnæ peccati remiſſi ſecundũ Scotum, [o] communiter receptum. Tum quia ſicut dirigens vnum, & eundem actum in multorum præceptorum implementum, omnia illa implet, ita pœnitens dirigens vnum, & idem opus in implementum præcepti Eccleſiæ, & confeſſarij, vtrumque implet. Per quæ facile reſpondeas argumentis Maioris vbi ſupra. Nolumus tamen dicere, quod ſacerdos prudenter faciat iniũgendo in pœni-

a Arg.c. cũ ex eo, de pœnit. & rem. & extraua. 1. & 2. eod. tit.
b Arg.ca. 1. & 2.26.q.7
c Cap. tempora pœnitudinis. 26. q. 7.
d In d.c. at ſi. §. 1.
e In ſũma de pœnit. §. an poſſit imponi a non proprio ſacerdote, Sylueſt. uerbo confeſſio, q. 12. Roſel. verbo confeſſio ſacramẽtalis, §. 11.
f In c. 1. de pœn. diſt. 1. nu. 40.
g Seſſ. 14. c. 9.
h Sup. eo. ca. nu. 10. & in prin. d.c. 1. de pœn. di. 6 nu. 36.
i In 4. diſt. 15.
k 3 par. tit. 4. cap. 20.
l In eadem diſ. 15. q. 2. art. 3. & latius diſ. 19. q. 2. arti. 1.
m Cap. 9. ſeſſ. 14.
n In 4. diſt. 19. q. 2. ar. 1
o In d. diſt. 15. q. 1. ar. 5

pœnitentiam ceſſationem ab omnibus peccatis, & emendationem vitæ ſub pœna noui peccati: quia id eſſet dare occaſionem his peccandi, vt prædictum eſt: ſed quod aliquando poteſt precipere ceſſationem ab aliquibus peccatis alicui, quem merito credit eam ſeruaturum, & ſemper poteſt eam conſultiue imponere, ſicut & alia omnia bona opera, quæ facturus eſt, poteſt iniungere ſine noua obligatione ad illa, quam implendo, tamquam pœnitentiam conſultiue iniunctã, plus ſatisfaciet, quam ſine illa iniunctio ne ſatisfaceret.

Decimoſexto dico, quod confeſſarius non debet conſulere pœnitenti, vt deſerat officium alioqui licitum, in quo multum peccat, quando eſt periculum incidendi in alium ſtatum, in quo plus peccet: quo contingeret, ſi mercatori multũ in decipiendo peccanti, conſuleret, relinquere mercaturam, quod futurum ſit ei magna occaſio adulterandi, furandi, vel peiora faciendi: ſufficit enim, vt firmiter proponat numquam amplius ſe quemquam decepturum, & redditurũ, quod illicite acquiſiuit, vt diximus, [a] poſt Adrianum. [b] *Alioqui licitum*: quia ſecus eſt de illicito, quod exerceri ſine mortali non poteſt, quia præcipiendum ei eſt, vt relinquat, quamuis eo occaſio magis peccandi præbeatur, neque abſoluendus eſt, niſi ſe id relicturum proponat, vt diximus, in c. negot. de pœn. diſt. 5.

25 Decimoſeptimo, poſt abſolutionem admoneat eum, vt fugiat occaſiones peccandi non ſolum eas, quas de præcepto tenetur fugere, ſed etiam alias, de quib[9] vtriſque late dictum eſt ſupra, de acceptis quidem, [c] & de datis. [d] Conſulat itẽ, vt pluries, quam ſemel in anno confiteatur, vt audiat conciones, bonorum precibus ſe commendet, & eorum conuerſationem habeat, etiam ſi credat pœnitentem ſua conſilia non exſequuturum, & contra tentationem vitij, quo maxime tenetur, diuinam opem imploret p preces alicuius Sancti, qui virtute cõtraria plurimum enituit, vt meditetur pœnas inferni adeo magnas, & perpetuas, vt obuiet inimico ſuggerenti ſemper pœnitentiæ locum eſſe: memoria repetẽdo, quot paſſim mille modis ſubito abſque pœnitendi, & confitendi facultate moriantur, & aliquo vitio maximo illaqueato perſuadeat, vt firmiter proponat, & interdum voueat, ſe illam, vel illam pœnitentiam ſubiturum, ſi recidat in illud: nõ autem vt iuret, vel voueat, ſe id non admiſſurum, arg. ca. clericos, de cohab. cler. & mulie. nec ſe, ſi reciderit, religionem ingreſſurum: quæ res frequens eſt, frequenterque ſacram pœnitentiariam varie torquet.

a In c. quaſitas, de pœnit. diſt. 5.
b In 4. deſacra. confeſſ. q. 4. col. 21.
c Cap. 3. a nu. 5.
d Capi. 14. nu. 31.

CONFESSARIVS vt ſe geret cum pœnitente in articulo mortis.

26 *Abſoluere ab omnibus etiam reſeruatis, etiam in articulo mortis quilibet presbyter poteſt, ſine pœnitentia exteriori conſulendo hoc. nu. 33 ad petenda alia ſacramenta inducendo, numero 34.*

27 *Abſolui, vel communicari, an debeat proximus morti, vel alius loquela priuatus nu. 28.*

28 *Reſtitutio pauperibus debita an Eccleſiis fieri poſſit.*

29 *Bullæ indulgentiarum per incuriam quibuſdam in morte non proſunt numero 30.*

31 *Bulla quæ primo ſuſpirat.*

31 *Articulus mortis quis dicitur.*

31 *Abſolutio per bullam, quam formam requirat, & an extra confeſſionem detur.*

32 *Abſolutio a cenſuris quid proſit mortuo.*

32 *Moriens quis non ſepeliendus, quid admonebitur, ad quid inducetur n. 33. 34. & 35.*

DEcimooctauo dico, quod quilibet presbyter, Catholicus non præciſus ab Eccleſia abſoluere poteſt quemlibet in articulo mortis, a quolibet peccato etiam reſeruato, & a qualibet cenſura, ſi copia ſuperioris deſit, vt copioſe diximus, [e] per illum textum, [f] & alia multa: & nouiſſime per Concil. Triden. [g] in hæc verba, *In Eccleſia Dei cuſtoditũ ſemper fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis, atque ideo omnes ſacerdotes quoslibet pœnitentes a quibuſuis peccatis, etcenſuris abſoluere poſſunt.* Dixi, *Presbyter*: alius eñ etiam deficiente presbytero, non poteſt a pec-

e In c. 1. in prin. de pœ. diſt. 6. a nu. 72.
f Et ca. quẽ pœnitet. de pœn. diſt. 1. c. ſuper ijs. de ſent. excom. c. ſi qs ſuadente 17. q. 4.
g Seſſ. 14. c. 7. de caſuũ reſeruat.

a Iux. gloſs. ſing. recept. in ca. paſtoralis, §. præterea. de offic. ord.

a peccatis abſoluere,[a] neque ab excommunicatione, vt probamus, & defendimus ibidem,[b] cum prædicta gloſſa recepta ibi ab omnibus, & ab Imola in c.a nobis, ſecund. de ſent. excomm. contra gloſſam probatam ibi a Panor. & Felyn.[c] &

b an. 83. gl. 1. co. 3. ff. de publ. iudic.

contra S. Antoninum.[d] Dixi, *Catholicus & non præciſus*: quia hæreticus, ſchiſmaticus, & excommunicatus excommunicatione maiori, & interdictus, ſuſpenſus, notorius, aut denuntiatus non poteſt, quamuis alius non reperiatur, vt ibidem probamus. Quamuis autem hæc fuerit opinio communis ante Concilium Tridentinum: poſt illud tamen videtur verius contrarium, ſcilicet, quod omnis ſacerdos Catholicus, etiam ſi ſit excõmunicatus, interdictus, vel ſuſpenſus, etiam denuntiatus poteſt in articulo mortis abſoluere ab omni peccato, & cenſura, vt dicimus infra,[e] vbi ponderantur verba Concilij ibidem relata, & idem credimus de ſchiſmatico, ſi non eſſet hæreticus, licet non de hæretico, quod etiam voluit Sotus.[f]

c 3. par. tit. 17. c. 4. caſ. 7.

d Num. 87. poſt gloſſ. in c. præterea. §. per mar° 32. diſ. com muniter ibi approbatam & a Pano. & Præpoſ. in c. non eſt de ſpõſal. cũ eius gloſſ.

e Cap. 27. nu. 272.

f In 4. diſt. 18. q. 4. art. 4.

An autem qui abſoluitur a peccato reſeruato, vel excommunicatione reſeruata in articulo mortis ab eo, qui non poterat de iure id facere, teneatur iterum confiteri, vel abſolui, quæſtio quotidiana eſt. Ad quam dico breuiter, quod non. Tum quia peccata ſemel confeſſa, & abſoluta legitime non ſunt iterum confitẽda, vt dictum eſt.[g] Tum quia omnis reſeruatio ceſſat in articulo mortis, vt habet præfatum Concil. vbi ſupra in fine. Tum quia licet excommunicatus abſolutus in articulo mortis teneatur parere mandatis excommunicatoris, per c. eos, de ſent. excom. lib. ſexto, non tamen tenetur quærere abſolutionem. Nec obſtat, quod excommunicatus reincidit in eandem excommunicationem, ſi nõ paruerit mandatis excommunicatoris, quã cito commode potuerit, per d. c. eos. Tũ quia non eſt idem de confeſſo peccata reſeruata. Tum quia aliud eſt teneri ad abſolutionem quærendam, aliud reincidere in excommunicationem, ſi nó paruerit. Tum quia non videtur teneri ad parendum iudici, ſi cum parte concordauerit, vel alias ſatisfecerit tantum, quantum debebat, coram Deo: quia mens præfati cap. eos, illa videtur eſſe, quæ magis eſt attendenda, quam verba, præſertim in foro conſcientiæ.[h]

g Supr. c. 9.

h Ca. penu. de reg. iur. libr. 6. & l. in conditionib. ff. de cõdit. & demonſt.

27 Decimonono dico, quod ſacramentum Euchariſtiæ miniſtrari poteſt infirmo a iudicio mentis per phrenefin, vel alias alienato, qui antea ſigna contritionis oſtendit, tollendo manus, tundendo pectus, dicendo, *Miſerere mei Deus, Deus propitius eſto mihi peccatori*: aut id genus alia, etiam ſi non petijſſet ſacramenta, & obſtinatus multo tempore in peccato mortali manſiſſet, nec per multos annos confeſſus fuiſſet, quia cenſendus eſt contritus, & in ſacramenta deuotus,[i] a fortiori ſacramentum extremæ vnctionis, & abſolutio a quibuslibet cenſuris, ſi & quaten° eas incurrerit, c.a nobis, ſecũd. de ſent. excomm. indulgentia item iuxta gratias, quas habuerit, vt poſt alios dixi in Comment. de indulgent.[k] ſed nullatenus abſolutio ſacramentalis a peccatis, quia illorum confeſſio eſt pars quædam eſſentialis ſacramenti pœnitentiæ, ſine qua illud nec conſtare, nec eſſe poteſt, vt ſupra dictum eſt,[l] per definitionem ſacramenti pœnitentiæ, quam poſt Maiorem[m] tradimus in c. pœnitentia, de pœn. diſt. tertia, & ſingulariter determinauit Abulenſis,[n] quamuis prædictum cap. is qui, in verb. pœnit. contrarium inſinuet, ſed non probat, quia non debet intelligi de abſolutione ſacramentali, ſed de abſolutione excommunicationis, de qua illud intelligi ſentit gloſſa, quatenus allegat d. c. a nobis. Loquela vero priuatus, qui per ſigna confiteretur, abſolui poſſet vt alius mutus, qui etiam matrimonium per ſigna contrahit, c. cum apud, de ſpoſ. Quare vtentes in articulo mortis formulis abſoluendi Manualium vulgarium, caueant ne intendant abſoluere ſacramentaliter eos, qui ſibi nec nutu, vel ſigno peccata ſunt confeſſi. Publicus autẽ vſurarius factus amens, ſicut non debuiſſet ad confeſſionem, & ſepulturam admitti antequam ipſe, vel hæres eius præſtaret ea, quæ iuberi° diximus, P ita videtur, quod neq; ad communionem, antequam hæres præſtet, quæ ante confeſſionem eius ipſe debebat præſtare, ſi confiteri potuiſſet: quamuis ſigna contritionis præſe ferat. arg. a maiori. c. cum in cunctis, de elect.

i Ca. is qui, 26. q. 6.

k Not. 30. nu. 31.

l Cap. 2. & in gloſ. ſum de pœn. diſt. 5. nu. 14.

m In 4. diſ. 14.

n In c. 16. ſuper Matt. q. 46. col. 8.

o In c. 1. ſub finem de uſur. lib. 6.

p Sup. c. 17. nu. 79.

28 Vigeſimo dico, quod infirmum, qui

nec

nec ſermonem,nec iudicium amiſit, inducere debet ad concipiendam remiſſionis ſuorum peccatorum ſpem, per iuſtã de illis contritionem, & propoſitum ea confitendi,exemplo Dauidis,[a] Magdalenæ,[b] Latronis,[c] & aliorum, & monere diligenter, vt quidquid meminerit alicui debere ex delicto,aut quaſi delicto, ex contractu, aut quaſi contractu, vel ex teſtamento, ſtatim ſi commode poteſt, reſtituat, ſin minus declaret ſe id debere, & quam optimo iure poteſt prouideat, vt quam ciriſſime poſt morte eius reſtituatur.[d] Caueatque ne aliena hæredibus,aut Eccleſijs etiam pro calicibus, vel ornamentis relinquat, quin potius reddat debita certa creditoribus,certis, & incerta pauperibus qui ſunt eorũ heredes, c.cũ tu,de vſur.iuxta S. Anton.[e] Quamuis incerta reſtituenda pauperib⁹ poſſunt reſtitui mea ſententia etiam Eccleſijs,aut monaſterjs, ſaltem quatenus talia ſunt,per citata a nobis,[f] quod ſi noluerit facere,non eſt abſoluendus.

29 Vigeſimoprimo,admonemus id, q̃pridem admonuimus, ⁊ habere multos confeſſionalia,aut alias gratias,per quas Papa non concedit directe indulgentiã, ſed eam concedendi poteſtatem confeſſario largitur,& ſæpe,quia hoc nõ aduertitur,contingit,vt quis confiteatur, aut moriatur bullis plenus, & vacuus indulgentijs. Ideoque confeſſarius curet ſcire,an confeſſus ſiue ſanus, ſiue infirmus habeat talia,& habenti illa,poſtquã eum a peccatis abſoluerit,dicat hæc verba, vel talia eiuſdem ſententiæ, *Auctoritate qua fungor,concedo tibi omnem illam indulgentiam peccatorum tuorum,quam tibi cõcedere poſſum virtute cuiuſcumque tuæ gratiæ, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, iuxta mentem S.Antonini.[h]

30 Quod autem vũlgo dicitur, & nos copioſe diximus,[i] neceſſarium eſſe ſeruare formam Bullarum,ad veniam, vel indulgentias conſequendas,intelligitur, quo ad eleemoſynas,ieiunia,& alia propter quæ conceduntur, ſed non quo ad verba abſoluendi exemplis impreſſis inſerta.Tum per ea,quæ[k] tradimus. Tum quia in originali ea non ponitur, & ſolũ inſerit in dictis exemplis ad docendũ indoctiores, quid facere debeant,vtẽdo illis, vel alijs verbis iuxta mentẽ omniũ.

31 Vigeſimoſecundo, quod videtur dicitutius, quod nemo virtute Bullarum communiter extra confeſſionem abſolui poteſt. Tum quia communiter Bullæ concedunt facultatem eligendi confeſſarium,qui abſoluere poſſit &c. & ita videtur requiri, vt confeſſio concurrat cum abſolutione,arg.l.in delictis,§.ſi de tract. ff.de noxa.Tum quia hæc facultas abſoluendi a cenſuris videtur tribui,vt quoddam præludium neceſſarium ad abſolutionem peccatorum, quam conſtat non poſſe dari niſi confeſſo, vt prædictũ eſt.

Vigeſimotertio dico,quod quia in hac materia per articulum mortis non intelligitur ſolus ille,in quo quis moritur,ſed etiam omnis ille,in quo mori probabiliter timetur,vt dictum eſt,[l] idcirco infirmus,qui iam in aliqua ſimili infirmitate vſus eſt Bulla concedente aliquam facultatem in articulo mortis,non poterit vti ea in alia, quia illa per primum vsũ exſpirauit,arg.l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verb.ſign. niſi addatur in ea,quod ſi non moriatur illa infirmitate,in qua infirm⁹ ea vtatur,reſeruetur ad aliam,qua more retur:vel contineat, vt poſſit ea vti quotieſcumque articulus mortis ei occurrerit,quod vidimus inſertum aliquibus iuxta mentem omnium.

32 Vigeſimoquarto dico,quod infirm⁹, qui cum ſignis contritionis moritur abſque abſolutione,ab excommunicatione, poſt mortem poteſt & debet abſolui,ſed tantum ab eo,qui eum ſanum in vita abſoluere poterat, & non a quouis ſacerdote,qui i articulo mortis abſoluere eũ potuiſſet,& ſi iam eſt in loco ſacro ſepult⁹, non eſt extrahendus, vt flagellando abſoluatur,quia ſufficit flagellare ſepulcrũ ſecus vero ſi fuerit ſepultus in loco non ſacro, iuxta dicta eodem,de viuis abſoluendis,& notata ſupra,[m] & valet illa abſolutio ad eum in loco ſacro ſepeliendum, aut ad illum ab eo non extrahendum,& vt pro eo publice oretur.[n]

33 Vigeſimoquinto dico, quod non ſepeliat mortuum in loco ſacro non confeſſum totum vnum annum a confeſſione poſtrema,neque notorium peccatorẽ ſubito abſque ſignis contritionis morientem,[o] nec confitentibus in articulo mortis imponat magnam pœnitentiam exteriorem, ſaltem mox agendam, ſed moneat

[a] 2.Reg.12
[b] Luc.7.
[c] Luc.23.
[d] Arg.c.peccatum de reg.iur.libr. 6.& capi.ſi res,14.q.6.
[e] 3.par.t.t. 10.c.1.§.2
[f] In tract. de redit.eccleſ.q.1.monit.26.n.2.
[g] In d.§.in Leuit. not. 30.nu.16.
[h] 2.part.ti. 10.c.3.§.5. col.3.
[i] In d.§.in Leuitico nu.16.
[k] In d.§.in Leuitic.not. 30.a nu.6.
[l] Sup.ca.2. nu.9.
[m] In c.a nobis,2.de sẽ. excom.
[n] Roſel.verbo abſolutio 1.§.31.
[o] Cap.quib. 13.q.2.et c. omnis de pœni.& remi.

neat ad interiorem contritionem quam maximam potest, non tam proponendo pœnas inferni, quam spem misericordiæ Christi pro eo crucifixi, & brachia ad eũ benigne suscipiendum tendentis, & præsentando gaudia paradisi late descripta,
a Præl. 4. [a] quia in eo articulo, vt ait S. Gregorius, desperatione magis quam præsumptione quis oppugnatur.

Moneat autem ad volendum satisfacere diuinæ iustitiæ, quatenus poterit in hoc seculo, si conualuerit, & ad offerendum ipsam mortem instantem in peccatorum suorum satisfactionem, & ad iubendum, vt de bonis suis sibi fiant missæ, & eleemosynæ rationabiles. Consulat simul, vt roget amicos si quos habet præsto, vt precibus, ieiunijs, & disciplinis eũ iuuent ad pœnitentiam, quæ peccatis eius debetur, agendam, mittendo eis xenia, & eleemosynas pro conditione rogatorum, quo libentius id agant, ex mente
b In sum. §. quando de pœn. & remiss. Hostiensis [b] & Paludani, [c] quia certum est alium pro alio pœnitentiam agere posse, qua satisfaciat pro eius pœna in purgatorio soluenda, vt dixi. [d]

c In 4. dist. 20. q. 3. n. 2.

34 Vigesimosexto dico, quod post hoc moneat eum ad Eucharistiam, & extremam vnctionem magna cum deuotione petendam & suscipiendam: simul, vt permaneat constans in fide Catholica (contra quam acrius quam vnquam in illo transitu oppugnabitur) & tentatus a Dæmone, vel a se quid credat? respondeat id quod Sancta mater Ecclesia credit, & retentatus, quid illa credat, quod ego credo, nec ad vlteriorem disputationem descendat. Tentatus item, quomodo est possibilis talis, & talis articulus? respondeat id ad gubernatores Ecclesiæ spectat, nõ ad me, hoc saltem tempore, quo satis superque mihi est credere simpliciter, atque bona fide, quod tot Apostoli, tot millia Martyrum, Confessorum, & virginum crediderunt, & vitas pro illo profuderunt, quique nunc me in cœlo (si in eadem fide, amore Christi, & eorum ornata, constanter discesserõ) porrectis vlnis præstolantur. Tentatus vero, quo ausu tantus peccator, quantus ipse est, speret adire locum, quem tam iusti inhabitant? respondeat diffisus mihi, & meritis meis, quatenus mea sunt, confisus autem meritis D. N. Iesu Christi infinitis, & magnæ suæ Gloriosissimæ matris, & omnium prædictorum, qui ea mihi recte ipsis confidenti multis modis cõmunicant, & vsque in finem sua bona gratia communicabunt.

35 Vigesimoseptimo, curet confessarius, & qui ægrotum circumstant, vt quã minimum fieri potest, de cognatis, & amicis, & rebus temporalibus, puta de vxore, filijs, & opibus, &c. cogitet, & ne nimia salutis corporalis spes ei fiat, quia sæpe ob paruam, & fallacem consolationem, & incertam illius spem, in certam damnationem corruit ægrotus. Ideoque opportunum est sæpe colloqui cum eo de morte, etiam si id turbationem, & tristitiam quandam pariat, quia præstat vt salutari tristitia compunctus saluet, quam vana lætitia laxatus damnetur, & quidem improbandæ consuetudinis est, polliceri certam salutem mortis periculo probabili laboranti, contra exemplũ Isaiæ, [e] qui salutari metu Regem Ezechiam ad salutem animæ induxit dicendo, *Dispone domui tuæ, quia morieris, & non viues*: optimi enim amici est, admonere tunc eum mortis periculum imminere, esseque tempus opportunum statuendi numquam se amplius saltem mortaliter peccaturum, & dolendi super omnia, quod Deum ita offenderit, & sua culpa inimicus effectus fuerit eius, qui se condidit, redemit, sustentauit, qui sibi vitam salutem, honorem, & bona conseruauit, & qui se iudicaturus est, & per suam sanctissimam misericordiam regna cœlestia daturus, vbi cum sua sanctissima matre, omnibus Angelis, & Sanctis, ipsum videamus, ipso perfruamur, ipsum glorificemus in æternum, Amen.

e Isai. 38.

ADMONITIO PRO volente testari.

36 *Testamẽtum cur a sano, uel initio morbi, & statu gratiæ faciendum.*

36 *Testari impediens & peccat, & quibus cognatis pauperibus testabitur.*

37 *Pater cur non tenetur præeligere filium digniorem, & Gubernator publicus.*

38 *Lege Nauarrorũ & Aragonũ cur pater filium sine causa exhæredare queat.*

39 *Pater*

39 *Pater minuere non potest legitimam vere donando, sed remunerando, & faciendo pia &c.*

39 *Donna Maria a Mendoza laudata.*

TEstari volens, sanus, vel in principio morbi id faciat, ne postea successuri ab intestato de more varijs modis & in his notarios, & testes auertẽdo, ab eo faciendo impediant, quominus alijs aliquid relinquat, qui tamen grauissime peccant, cum obligatione restituendi, & pœna perdendi hæreditatem, [a] qđ intelligendum est, iuxta dicta supra. [b] Precari tamen per se, aut per alios, vt sibi potius quam alijs relinquat, sine magna importunitate, non est peccatum, iuxta Salicetum. [c] Debet item testator operam dare, vt in statu gratiæ testamentum faciat, quia id faciens in statu peccati mortalis nullam gratiam, nec gloriã meretur iubendo suffragia, & alia, p̃ sua anima fieri: quamuis postea in statum gratiæ redeat, & in eo moriatur, sicut nec ad illum effectum alia opera in peccato mortali facta prosunt. [d] imo, nec ad satisfactionem pœnarum, quas in purgatorio debet, vt significant magni auctores in id citati a Magistro, [e] & affirmant S. Thom. Bonauentura, Richardus, & cõmunis, [f] licet contra teneat Scotus [g] approbatus per Gabrielem, & Maiorem, quos sequuti fuimus, [h] ad effectum magnificandi misericordiam Dei: dicentes tamen vtilius esse, vti opinione S. Thomæ ad animarum nostrarum requiem. Quare cõsulendum est testatori, vt quũ probabilius existimat se esse in statu gratiæ (qui vt plurimum videtur esse post confessionem, & communionem) testamentum antea factum, cum omnibus in eo contentis ratificet, & offerat Deo ad gratiam eius per remissionem peccatorum promerendam, iuxta mentem omnium. Quod vero aliqui dicunt, testatorem, qui nec parentes, nec liberos, (q̃ sunt necessarij heredes) habet, teneri ad relinquenda bona cognatis pauperibus, (nisi mali & indigni sint) limitandum est procedere tantum in cognatis extreme egentibus, quibus nullus alius proximior cognatus est, qui eos alere possit, & velit quia nulla lex naturalis diuina, vel humana ad plus de præcepto obligat. [i]

37 Ad primum noue quæsitum, an pater relinquens in Castella filio minus digno tertiam partem bonorum, quam relinquere potest vni, vel pluribus filijs, quem, vel quos elegerit, peccet? Respon. negatiue, quia nullam per hoc legẽ violat. Nec obstat, quod Ioan. Lupus contrarium tenuerit. [k] Tum quia fundamenta eius tantum comprehendunt eos, qui potestate publica debent eligere ad honores, & munera publica Ecclesiastica, vel secularia iuxta leges iustitiæ distributiuæ, quæ dictant, vt optimi quique ad ea deligantur, nos autem agimus de homine priuato, qui priuata bona delegit, quem nulla lex obligat ad eligendũ optimum filiorum, sed tantum eum, quem voluerit. Tum quia prædictus Ioannes falso imaginatus fuit patrem distribuentem bona inter filios, teneri legibus iustitiæ distributiuæ, quæ solum ligãt eos, qui publica potestate, publica, & communia bona distribuunt particularibus, aliquando secũdum merita eorum, vt quũ distribuunt munera, & officia, aliquando secundum fortunas eorum, vt quum distribuunt pecunias. [m]

38 Ad secundum respondeo, quod leges regnorum Nauarræ, & Arragoniæ, quibus permittitur patribus exhæredare filios, relictis singulis eorum quinis solidis, & singulis prædiolis, ea ratione iustificantur, quod per illam facultatem filij continentur in officio, & obedientia paterna, ne dicant, quod in Castella frequenter audiuimus, filius vnicus sum parentibus meis, velint, nolint, succedam in omnibus eorum bonis, excepta quinta parte: vel, & si habeam fratres, meam tamen legitimam mihi tollere nequeũt, &c. Nec obstat illud a multis assertum, legitimam partem bonorum parentum deberi filijs naturali iure, quod humano illorum regnorum tolli nequit, c. quæ cõtra octaua dist. non inquam, id obstat: qa solum est verum, quo ad filios pauperes, debiles, infirmos, & inhabiles, se sua arte, & labore honeste sustentare non valentes, & ad id legitima parte, vel maiore indigentes: non autem, quo ad alios, vt probamus, in ca. ius naturale, pri. dist. efficaci ratione, & per l. si quis a liberis. §. idem in liberis. ff. de lib. agnosc.

39 Ad tertium respondeo, quod licet paren-

a l. 1. C. si quis aliqu. est prohib. & S. Antonin. 3. part. tit. 10. c. 1. §. 2.

b Supr. c. 17 nu. 72.

c In l. 3. C. eodem.

d Ca. nihil, de consc. dist. 5 gloss. c. quod quidem, de pœnit. & remiss. & dixi mus in c. 1. in prin. nu. 45. de pœni. dist. 6. & in di. commẽ. de indul. super § in Leuit. not. 19. nu. 9.

e In 4. dist. 15.

f Dist. 16.

g In d. dist. 15. q. 1.

h In c. 1. in prin. nu. 47 de pœn. di. 6

i Argu. l. 1. C. de sacrosanc. eccles. & dictorum sup. c. 24.

k In ca. per vestras, §. 26. de don. inter uir. & vxor. l Capi. licet 8. q. 1. ca. & nũ, §. nunc 25. dist.

m Iuxt. Aristot. 2. & 4. Ethic. & S. Tho. recept. 2. 2. q. 123. art. 3.

parentes non possint iusta conscientia minuere filijs partes bonorum suorum eis iure debitas per veras donationes, nec contractus simulatos, scilicet forma onerosos, & re gratuitos, possunt tamen per contractus vere onerosos, & donationes remuneratorias, per fundamenta Iasonis, in l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iure, & Ioan. Lupi, [a] quibus, & omnibus citatis per eos addo, posse etiam donando aliquid amplius vltra merita donatarij, quia perfecta gratitudo non solum exigit, vt tantum quantum accipitur retribuatur, sed aliquid amplius secundum Aristot. [b] quod applicauimus [c] ad donationes remuneratorias beneficiorum.

a Vbi sup. §. 59.

b 5. Ethic. et S. Th. 2. 2. q. 106. art. 6.

c In tract. præd. q. 1. moni. 36.

Ad quartum respondeo, quod pater potest dum viuit largiri de suis bonis in vera eleemosynas, & opera pia, ad cultū Dei, salutem animæ suæ, & redemptionē pœnæ peccatorum pertinentia, tū quia dare eleemosynam, non est donare, ſm Alber. in d. verbo donat. quia hoc nō est vera donatio, sed donatio ob causam, & tantam, quæ omnes fortunas hominis superat. per quam considerationem bis defendimus a murmure quorundam eruditorum illustrissimam eandemque pientissimam Donnam Mariam a Mendoza, quæ iuuandis pijs operibus, & elargiendis multis magnis eleemosynis, cuiusq; ordinis pauperibus tam religiosis, quam secularibus, superare mihi videtur omnes, quotquot a quinq; seculis viderim, audierim, & legerim, etiam Reges & Reginas, optimo cum exemplo secularium magnatum, & non parua reprehensione Ecclesiasticorum, in ea re plus satis dormitantium: quam vtinam videāt omnes sic seruientem Christo vsq; in finem in terris, & ipse ego olim regnantem sine fine cum eo in cælis, Amen.

DE CENSVRIS ECCLESIAE, scilicet excommunicatione, suspensione, & interdicto, & de irregularitate, deque Ecclesiæ pollutione, ac de casibus reseruatis, & de quibusdam miscellaneis ad confessarios plurimum pertinentibus. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Censura quid, & est triplex.*

1 *Excommunicatio quid, diuiditur in maiorem & minorem, quæ sint illæ, & quod in dubio significatur maior. Diuiditur etiam in generalem, & specialem, & generalis in latam a iure, & latam ab homine, quo differant. Diuiditur etiam in iustam, & in iniustā, & iusta quid, & quid efficit, nu. 2.*

3 *Excommunicatio iniusta, quæ diuiditur iniustam & validum, & in iniustam nullam, iniusta valida in duas, quæ differunt sic, iniusta nulla quid operatur.*

4 *Excōmunicatio iniusta est nulla in his quinque casibus.*

PRæmitto primo, verbum censura significare dignitatem censuris, & et correctionem alicuius, in qua posteriore significatione hic sumitur, & non pro qualibet correctione, sed pro Ecclesiastica, quæ definiri potest esse *sententia lata a capace ordinis mediante iurisdictione Ecclesiastica fori exterioris, qua quis priuatur communione sacramentorum, vel hominū, vel exercitio diuinorum spiritualium, vel prohibentur officia diuina, vel sacramenta, vel sepultura*. Dixi, *lata a capace ordinis*: ad excludendas omnes sententias omnium prælatorū, etiam habentium iurisdictionem Ecclesiasticam, vt singulariter declarauit Panormit. per textum & glos. [d] Dixi, *mediante iurisdictione Ecclesiastica*: quia lata sine iurisdictione, vel cum ea, sed temporaria non est censura. Dixi, *fori exterioris*: quia lata mediante iurisdictione fori tantum interioris nō est censura, qualis est suspensio ab officio cō fessario facta. [e] Dixi, *quæ quis, &c* ad denotandum triplicem esse censuram, scilicet, excommunicationem, suspensionem, & interdictum. [f] Excommunicatio autem definitur esse *censura, quæ priuat communione sacramentorum tantum aut sacramentorum, & hominum*: & est duplex, minor, & maior. Minor est *priuans participatione passiua omnium sacramentorum*, c. si celebrat. de cler. excomm. minist. Maior vero est *censura priuans participatione, tam actiua quam passiua sacramentorum, & hominum*, secundum sententiam Panormitani, & communem nostrorum, in rubr. de sent. excommu. & Theologorum, § & quamuis dispositiones

d In c. dilecta. n. 3. & 5 de maiori. & obedi.

e Arg. glos. sing. in c. is, qui de sent. excom. li. 6. verb. de iure.

f Cap. quærenti. de verb. signif.

g In 4. dist. 18.

nes penales in dubio intelligantur de minori pœna, c. in penis de regul. iur. lib. sexto, tamen cum iudex excommunicat aliquem simpliciter sine expressione maioris vel minoris excommunicationis, intelligitur de maiori, c. penu. de sent. exc.

2 Duplex est iterum excommunicatio scilicet generalis, & specialis.[a] Generalis autem rursus est duplex, scilicet lata a iure, & lata ab homine: lata a iure est, *qua generaliter canon, constitutio, aut statutum excommunicat eum, qui illud, aut illud fecerit, aut non fecerit*, [b] lata vero ab homine est, *quam iudex generaliter fert in eum, qui illud, aut illud fecerit, vel non fecerit*: inter quas duas, vt infra [c] dicetur est magnum discrimen: nam lata ab homine moritur mortuo, aut ablato ab officio eo, qui eam tulit, iuxta glossam solemnem in d. ca. a nobis. i. quam Hostiē. Panor. Felyn. & communis seqq. idemq; tradit S. Antoninus, pro quibus textus sa[d] cit [d] Moritur inquam, quo ad eos, q eam non incurrerunt, antequam ille moreretur, aut priuaretur, fm Panor. & communem ibidem. At lata a iure minime, cap. fi. de offic leg. secundum eosdem in prædictis locis. Ex quo colligi potest, quid dicendum sit de excommunicationibus, & alijs censuris latis in mandatis visitationum, quæ non sunt statuta, sed mandata generalia aut specialia hominum.

Diuiditur etiam excommunicatio in iustam, & iniustam. [e] Excommunicatio *iusta est, qua fert is, qui potest propter quod, & quomodo debet*, quæ nihil operatur, quo ad Ecclesiam triumphātem, & quo ad Deum, iuxta glos. singularem, [f] quā plus satis laudant Panormitanus, & Felynus, in d. rub. de sent. excom vt dixi in c. ita quorundam, [g] & declarauimus, in ca. penūl. de senten. excom. Plus (inquam) satis: quia quamuis non auferat communionem omnino interiorem, sed solum præsupponat ablatam propter peccatum mortale, ratione cuius fertur: aufert tamen, [h] vt detur, auxilium suffragiorum generalium Ecclesiæ, & communionem sacramentorum, quibus iter paratur ad Ecclesiam triumphantem.

3 Iniusta vero est, *quam fert is, qui non potest, aut aliter, & ob aliud, quam debet*: & diuiditur in iniustam validam, & iniustam inualidam: nam sicut aliæ sentētiæ (licet iniustæ sint) valent regulariter, quātum ad forum exterius, & earum virtute in eo tanta fit exsequutio, quanta iustarum, [i] & aliquæ sunt nullæ, & irritæ, l. platam. C. de sent. & interloc. omn. iud. sic etiam sentētia excommunicationis quāuis iniusta valet regulariter, & ob id Gregorius [k] dixit timendam esse, siue iusta sit, siue iniusta: & aliqua nulla est, iniusta valida diuiditur in eam, quæ est iniusta ob defectum rectitudinis animi iudicis, aut formæ, quæ non est essentialis, & in iniustam ex defectu iustæ causæ ad excommunicandum, quæ multum differūt quamuis enim vtraque valeat, prima tamen tantum ligat, quantum iusta in foro interiori; & exteriori: secunda vero parum plus nihilo, nisi in foro exteriori, propter scandalum post declarationem, quia non adimit communionem, quæ omnino est interior, neque suffragia generalia, quam Ecclesia & eius ministri faciunt, quatenus sunt tales, nisi aliqua negligentia, vel contumacia mortali roboretur, Felyn. post alios in c. vlt. de testibus cogen. adeo quod Caietanus [l] de effectu excommunicationis dixerit, eiusmodi excommunicationem iniustā non esse proprie excommunicationem, sicut nec homo mortuus est homo. Quod tamen ita non esse probauimus multis rationibus, in d. cap. penult. de sent. excō. quarum a nonnullis desideratarum vna est, quod tota definitio excommunicationis ei conuenit, cum ea separet a communione sacramentorum, & hominum, quantum ad forum exterius, & etiā quo ad interius, vbi sciunt illum esse excommunicatum, & ignoratur eius iniustitia, quantum ad effectum peccandi, nisi eum euitent: & valet hæc consequentia: separat quantum ad forum exterius, ergo separat: separat quantum ad hoc, ergo separat, arguendo a toto in modo ad suam partem, vt est homo albus, ergo est homo, iuxta doctrinam Aristotelis a Baldo receptam. [m] Altera est quod non definit quis esse homo ex eo quod non videt, non audit, non loquitur, neque ideo, qđ non facit omnia opera, quæ alij faciunt, modo aliqua vitalia faciat: ita quamuis hæc excommunicatio non efficiat omnia, quæ iusta: facit tamen aliqua, propter quæ potest appellari vere excommunica-

a C. a nobis. 1. de sentēt. excom. c. sta tuimus, & c. constit. eo. tit. lib. 6.

b Cap. 2. de const. lib. 6. cle. 1 §. Verum, de hæret.

c Num. 40.

d In l. fi. ff. de pœnis.

e Iux. gloss. in summ. 11. q. 3.

f Cap. quod cunque, 24. q. 1.

g In glos. fi. n. 8. de Iudeis.

h Vt nu. 18.

i Cap. cū in ter, de re iu di. & l. res iudicata, ff. de reg. iur.

k In cap. i. 11. q. 3.

l In tracta. 10. q. 2.

m In Topic. in l. conuen ticula, C. de episcopis, & cler.

municatio: quia operatur id quod est dictum. Et quamuis opinio Caietani defendi possit, quia effectu non differt a communi, relinquenda tamen videtur, quia differt a communi more loquendi canonum, qui [a] habet sententiam pastoris etiam iniustam timendam esse, vbi glossa & vbique Doctores aperte dicunt, valere, ac ligare excommunicationem iniustam, & differre ab ea quæ est nulla. Iniusta vero inualida, seu nulla nihil aliud operatur in foro interiori, neq; exteriori, q̃ quod obligat excõicatum ad seruandum eam, quo ad populus sibi psuadeat, aut dẽat psuadere causas nullitatis ad euitandum scandalũ, vt dixim⁹ alibi. [b] 4 Porro, excõmunicatio iniusta est nulla in multis casibus quos ponit glossa celebris, c. præsenti, de sent. excõ lib. sexto, qui omnes ad quinq; redigi possunt. Primus, q̃n qui excommunicat nõ est iudex saltem excommunicati, ca. nullus, de paroch. aut non toleratus, qualis est excõicatus, & suspensus a iurisdictione, aut interdictus, & denuntiatus talis, c. ad probandum & ibi gl. de re iud. Secundus casus, q̃n fertur contra tenorem priuilegiorum. [c] Tertius, quando post legitimam appellationem fertur, c. per tuas, de sent. excom. c. ad præsentiam, de appell. Quartus, q̃n excommunicatio continet intolerabilem errorem, quem habet illa, quæ datur contra aliquẽ, ex quo recte aliqd fecit, puta quia dedit eleemosynam pauperi, aut quia non fecit aliquid illicitũ, aut impossibile. [d] Quintus, quando excõmunicator excommunicat eos, qui participant cum excommunicato a se, nõ nominando eos expresse præuia trina monitione, cum interuallo aliquot dierum. [e] Dixi, *Cum excõicato a se*, quia secus in excõicatione lata contra participantes, cũ excommunicatis ab alio vt dixit Perusinus, in c. peruenit, pri. de appell. reputãs esse id singulare d. c. p̃senti, in verbo a se.

Non obstat, quod videtur derogatum consuetudine prædictis capitibus quum de more non dentur literæ contra participantes nominatim. Tum quia in Lusitania passim fit. Tum quia in terris, in quibus id non faciunt iudices, subditi etiã seruant non eorum præcepta, & vt illi sunt in possessione ferendi literas cõtra participantes sine solemnitate illorum iurium: ita isti sunt in possessione non parendi illis, & non habendi se pro excommunicatis maiori excommunicatione ad effectum se abstinendi a diuinis, & obtinendi absolutionem. Et ita videtur non esse derogatum illis capitibus. [f] Nec obstat, quod conseq̃retur illas literas esse superuacaneas, quia potest, dici, q̃ ꝑsũt ad effectum perueniendi ad interdictũ, & brachium seculare. [g] Non obstat etiã quod in aliquot regionibus est consuetudo dandi denuntiatoriam contra eos, q̃ non sunt confessi ante Pascha, excommunicando vicinos participantes cum eis. Et quod illa excommunicatio censeatur valida, & ligare vicinos eis participãtes, quia illa non datur contra participantes ~~ex~~ excommunicatis ab ipso denuntiãte: sed cum excommunicatis a constitutione synodali: denuntians enim non excõmunicat, sed tantum declarat. [h]

a *Vt cap. 1. 11. q. 3.*

b *In c. eum cõtingat, de rescript. remed. 2. & in d. c. pen. de ent. excom.*

c *Ca. quanto de priuil. & ca. 1. de conces. præben. lib. 6. §. ex par.*

d *Cap. uenerabilibus, §. fin. de sent. excom. li. 6. & c. q̃ pest. 11. q. 3.*

e *Cap. præsenti, & ca. constitutionem, de sẽt. excom. li. 6.*

f *Arg. eorũ quæ notantur in c. fin. de consuet.*

g *Iuxta c. 1 cum ei ant. not. de offic. ordin.*

h *l. hæredes palam. §. sed si notã, ff. de testa.*

QVIS POTEST excommunicare.

5 *Excommunicare potest regulariter omnis qui habet iurisdictionem ecclesiasticam, ordinariam, vel delegatam in foro exteriori.*

6 *Excommunicare nequit episcopus extra suum episcopatum, nec laici, nec mulieres, neque quis seipsum.*

7 *Excommunicare an possit consuetudo, aut excommunicatus suspensus, aut interdictus.*

8 *Excommunicatus sine facultate, causa, ordine, scriptura, vel monitione peccat.*

SEcundo præmitto, quod causa efficiens excommunicationis potest esse Papa, & omnes alij prælati, etiam si sint minores episcopis: quales sunt Abbates, Præpositi, & Priores Ecclesiarũ collegiatarum regularium, & secularium, etiam si non sint consecrati, neq; benedicti modo sint cõfirmari, vel prouisi: quia hi omnes possunt excõmunicare iure cõi suos subditos, [i] & etiam reliqui omnes, qui consuetudine præscripta sibi comparauerunt iurisdictionem, c. duo simul, de off. ordin. & cap. cum contingat de fo. cõpe. & non alij. Dixi supra, *Collegiatum*: quia alij qui vocantur Abbates, & Priores in multis

i *Ca. transmissam, ca. suffragã. de cler. & c. cũ ab ecclesiarum, de off. ord.*

multis regionib⁹, eo quod ſunt rectores Eccleſiarum habentium multos beneficiarios non viuentes collegialiter, nō poſſunt excōicare iure communi: quia nullā eo habent iuriſdictionem fori exterioris iuxta notata, in c licet canon & gl. c. ſtatutum, verb. colleg. de elect. lib. ſexto, & Panor. in c. nobis, de iur. patr. Quo fit, vt Capitulum ſede vacante poſſit excōicare, c. cum olim, cum ei annotat. de maio. & Archiepiſcopus, Epiſcopus, & delegatus ſummi Pontifi.[a] & etiam delegati p̄dictorum eos, in quos habent iuriſdictionem delegatam, cap. P & G de off. deleg. Et item e contrario, quod Abbates, Rectores, aut Parochi Eccleſiarum ſimplicium parochialium non poſſunt excōicare ſuos parochianos iure communi, neq; ſpecialiter, neq; generaliter: quia facultas excōicandi, non oritur ab ordine[b]: imo eſt pars iuriſdictionis fori exterioris, iuxta gloſſ. receptam, in d. c. tranſmiſſam, quam ipſi non habent: eam tamen poſſent habere ex conſuetudine præſcripta, iuxta clem. arg. d. c. duo ſimu. & d. c. cum contingat, tunc autem tantam habebunt, quantam conſuetudo dederit.

6 Fit item, quod nec Epiſcopus extra ſuum Epiſcopatum poteſt excommunicare etiam ſuos ſubditos,[b] etiam ſi eſſet vi pulſus, niſi in loco viciniori Epiſcopatui, iux. cle. pri. de for. cōp. aut niſi de conſenſu Epiſcopi vbi manet, & habet domicilium,[c] aut in re adeo manifeſta, quæ non requirat cognitionem cauſæ, arg. ca. cū ſit. §. fi. de app. Videtur tamen, quod qui extra ſuum Epiſcopatum non reſidē tiam conſummauerint, ligantur excōicatione lata ab eo contra non reſidentes in beneficijs ſuis, eo quod non reſidentiam inceperunt in Epiſcopatu: vel quia res eſt ſita intra illum.[d] Fit item, quod non poſſunt excōicare mulieres arg. ca. noua de pœn. & remiſſ. Neq; laici ſine priuilegio Apoſtolico.[e] Nec quiſquam ſe ipsū,[f] & ob id Epiſcopus, qui excommunicat generaliter quemcunque qui furatus eſt aut furabitur, luſit, aut ludet, licet ipſe id faciat, aut fecerit, non erit excommunicatus ſm Hoſtienſ. & S. Tho.[g] cōiter receptos, vt probat Henricus,[h] ſed. ſi Epus ſolū eſſet denuntiator excōicationis ſūmi Pontificis, aut excōicationis alterius Epi, aut eius Vicarij, aut alius, qui excōicat, maneret excōicatus ſm Bernardin. de Buſto,[i] & mentem omnium.

7 Nec conſuetudo ſola abſq; ſententia, aut conſtitutione aliquem excōicat,[k] niſi legitime præſcripta ſit, aut approbata a ſūmo Pontif. aut alio prælato, quātum ad ſuos ſubditos: quia tunc vim haberet ſtatuti ſm Angelum.[l] Neq; excōicatus, quamuis ſit occultus,[m] cuius tñ oppoſitum eſt verius, ſcilicet, quod ſi nō eſt denuntiatus poteſt excōicare, & valet excōicatio lata ab eo, ſm Panor. in c. ab excōic. n. quinto, de reſcrip. c. cum dilecti, de dol. & contu. ſub fin. & Fely. in c. probandum, colu. tertia. de re iud. q̄is eam ferat in fauorem eius, qui ſcit eum excommunicatum, vt dixi.[n]

8 Quibus conſequens eſt peccare mortaliter, qui ſciens, aut qui ſcire debens ſe non poſſe excōicare excōicat: qui vſurpat iuriſdictionem alienam aut eius vſū, quod eſt peccatum mortale, iux. S. Tho.[o] Et qui excōicat aliquem iniuſte: q̄is id non faciat odio, inuidia, aut mala voluntate, ſed per ignorantiam craſſam, aut ſupinam, ſm Richar.[p] Et etiam qui excōicat ſine canonica monitione, c. ſacro, de ſent. excōic. vel ſolo verbo, ſine Scriptura publica, aut priuata, niſi iuſta de cauſa id omittat: q̄is excōicatio liget, & excō municans maneat ſuſpenſus per vnū mē ſem ab ingreſſu Eccleſiæ, & a diuinis offi cijs, c. ſacro de ſent. excōic. & c. pri. eo. ti. lib. ſexto, intra quem ſi celebrauerit aliquod officium diuinum alicui ordini peculiariter addictū, erit irregularis, cum quo ſolus Papa diſpenſat.[q] Quæ tñ pœna ſuſpenſionis non afficit Epos: qa non ſit eorum particularis mentio, q̄ eſt neceſſe, vt ipſi incurrāt ſuſpenſioné, c. quia periculoſū, eo. ti. & lib. nec platos religioſorū, qñ eſt piculum in mora, vel cōſtitutiones ordinis præſcribunt aliā formam, vel p̄p ignorantiam iuris ſm Gabr.[r] qui non ſatis vigilanter loqtur: quia qñ periculum eſt in mora, etiam alij omittere poſſunt ſolēnitatē p̄dictā,[s] & conſtitutiones, niſi eſſent confirmatæ a ſūmo Pont. nō poſſent derogare iure cōi,[t] & ignorātia, niſi eſſet iuſta, eos non excuſaret,[u] p̄ ſertim q̄ prælati religioſorū cautius excōicare dēnt, q̄ ſeculariū, p̄p maiorē caritatem, qua debent eſſe erga frattes, arg. notatorū per Pan. in c. cauſa q̄ re iud.

9 Ex-

a Ca. de ijs. 12. diſt.

b Cap. Epiſcopum. 11. q. 3. cRot. 13. de conſuetu. in antiq.

d Arg. eius quod ait Fe. de. cōſ. 182. & Fel. in c. poſtulaſti, col. fi. de for. comp.

e Ca. præter aduncti. gl. verb. ducib. 32. diſt.

f l. qui iuriſ dict. ff. de iu ris. om. iud.

g In 4. d. 18 q. 2. ad 2. et Io. Andr. in reg. cui licet lib. 6.

h Li. de ſyn. 2. par. ar. 2. nu. 26.

i Part. 2. ſer mo. 37. pa. 3

k Secundū Roſſ. verb. excom. 7 p. rag. 10.

l Verb. exc. §. 1. 6.

m Secundū glo. ſum. & c. audiuim⁹ 24. q. 1.

n In c. dilectus. 2. de præb. in reſpōſione ad contraria p extranaga. ad euitāda de qua inf. nu. 36.

o 2. 2. q. 60. art. 6.

p In 4. d. 18 art. 4. q. 4.

q Cap. 1. de ſente. & re iud. lib. 6.

r In 4. d. 18 q. 2. col. 9. can. 7.

s per c. conſtit. ſub fin. de ſent. exc. lib. 6.

t Cap. quod ſuper ijs, de maio. & ob.

u Cap. igno rāt. de reg. iur. lib. 6.

DE CAVSA, ET FORMA excommunicandi.

9 *Excommunicatio maior non feratur, niſi propter contumaciam mortalem, aut peccatum futurum, &c.*

10 *Excommunicatio, quæ ſine monitione, ſententia & clauſula iuſtificatiua eſt nulla, nu.* 11.

10 *Excommunicatio de rebus perditis a ſolo Epiſcopo danda, & alia non niſi in ſubſidium.*

10 *Excommunicatio animalis ſuſpectum hæreſeos facit.*

12 *Excommunicatio, quibus verbis, fit, & conditionalis, vel ſine intentione legãdi, an liget. nu.* 11.

TErtio præmitto circa hæc primo, q̃ nemo debet excommunicari maiori excommunicatione, niſi ob contumaciã mortalẽ, qua perſiſtit in peccato mortali præterito, aut in futura inobediẽtia non comparendi iuſto p̃cepto facto, p̃cedente mora, culpa, aut offenſa.[a] Et conſequenter nemo incurrit excommunicationem impoſitam a canone generali, vel particulari, niſi peccando mortaliter quæ eſt regula conſolationis pleniſſima, quam tradidit Paludanus,[b] quamq; nos applicuimus multis, & in his parua furãtibus. Et idem eadem ratione dicẽdum, quo ad hoc de excommunicatione generali lata ab homine.

a *Lux. mentẽ c. nullus. c. nemo,* 11. *q.* 3. *c.* 1. *de iud. c. a nobis,* 1. *c. ſacroſanct. de ſent. excom. & c. Roma. parag. caue ant. eod. tit. lib.* 6.

b *In* 4. *diſt.* 18. *q.* 1. *a.* 2.

10 Secũdo, quod quæ excommunicatio fertur a canone, aut ſtatuto ita, vt qui fecerit illud, aut illud ipſo facto ſit excommunicatus, aut quod illud, aut illud non fiat ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, non requirit præcedentem canonicam monitionem, per ea, quæ diximus, in prælect. c. cũ contingat, de reſcri. quint. cauſ. nullit. poſt Inno. in prin. c. ſacroſanct. de ſent. excom. imo, qui contra facit, ſtatim excommunicatur.[c]

c *Ca. ſi quis ſuadente,* 17. *q.* 4. *c. a nobis,* 1. *de ſent exc. & c.* 2. *de conſtit. lib.* 6.

Tertio, quod Conci. Tridentin.[d] huic rei multa adiecit in hæc verba: *Quapropter excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmiſſis ad finem reuelationis vt aiunt, aut pro perditis, ſeu ſubtractis rebus ferri ſolent, a nemine prorſus, præterquam ab Epiſcopo decernantur: & tunc non alias, quam ex re non vulgari: cauſaq; diligẽter, ac magna maturitate per Epiſcopum examinata quæ eius animum moueat, nec ad eas concedendas, cuiuſuis ſecularis, etiam magiſtratus auctoritate adducatur: ſed totum hoc in eius arbitrio, & conſcientia ſit poſitum, quando ipſe pro re, loco, perſona, aut tempore eas decernendas eſſe iudicauerit. In cauſis vero iudicialibus mandatur omnibus iudicibus Eccleſiaſticis cuiuſcumque dignitatis exiſtant, vt quandocumque executio realis, vel perſonalis, in qualibet parte iudicij propria auctoritate ab ipſis fieri poterit, abſtineant ſe tam in procedendo, quam definiendo a cenſuris Eccleſiaſticis, ſeu interdicto: ſed liceat eis, ſi expedire videbitur, in cauſis ciuilibus ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus cõtra quoſcumq; etiam laicos per mulctas pecuniarias, quæ locis pijs ibi exiſtentibus eo ipſo, quod exactæ fuerint aſſignentur, ſeu per captionem pignorum, perſonarumque diſtrictionem, per ſuos proprios, aut alienos exſecutores faciendam, ſiue etiam per priuationem beneficiorum, aliaq; iuris remedia procedere, & cauſas definire. Quod ſi exſecutio realis, vel perſonalis aduerſus reos hac ratione fieri non poterit, ſitque erga iudicem contumacia, tunc eos, etiam anathematis mucrone arbitrio ſuo, præter alias pœnas ferire poterit. In cauſis quoque criminalibus, vbi exſecutio realis, vel perſonalis, vt ſupra, fieri poterit, erit a cenſuris abſtinendum. Sed ſi dictæ exſecutioni facile locus eſſe non poſſit, licebit iudici hoc ſpirituali gladio in delinquentes vti: ſi tamen delicti qualitas, præcedente ſaltem bina monitione, etiam per edictum id poſtulet. Nefas autem ſit ſeculari, cuilibet magiſtratui prohibere Eccleſiaſtico iudici, ne quem excommunicet: aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet, ſub prætextu, quod contẽta, in præſenti decreto non ſint obſeruata: cũ non ad ſeculares, ſed ad Eccleſiaſticos hæc cognitio pertineat. Excommunicatus vero quicumque ſi poſt legitimas monitiones nõ reſipuerit, non ſolum ad ſacramenta, & cõmunionem fidelium, aut familiaritatem non recipiatur: ſed ſi obdurato animo cenſuris annexus in illis per annum inſorduerit, etiam contra eum tamquam de hæreſi ſuſpectum procedi poſſit. Hæc ibi.* In quibus nouem præcipue notanda videntur. Primũ quod ſolus Epiſcopus poteſt ferre huiuſmodi excommunicationes generales. Secundum, quod in cauſis ciuilibus nul-

d *Seſſ.* 26. *c.* 3. *de refor.*

lus iudex debet vti excommunicatione, niſi in ſubſidium aliorum iuris remediorum: neque in criminalibus, niſi quum exſecutio perſonalis, vel realis fuerit valde difficilis.

11 Tertium, quod inſordeſcens in ea p̃ annum, habetur de hereſi ſuſpectus.

Quartum, quod ob culpam p̃teritam non debet ferri niſi canonica monitione præcedente, quæ eſt trina, d.c. ſacro. cum interuallo ſaltem duorum dierum inter vnam, & aliam monitionem, aut vnam pro tribus concedendo ſex dies p̃ illis: quando non eſt periculum in mora, c. cõſtitutionem de ſent. excõ. lib. ſexto, adiũcto d.ca. ſacro. & quando tale periculum interuenerit, diminuendum eſt tempus quomodo, & quantum oportuerit, & nõ plus, nec minus. Quod adeo eſt verum, quod excommunicatio eſſet omnino nulla, ſi ferret eam, prælatus, vel iudex in exſecutionem ſententiæ, vel præcepti ſine præuia cognitione, & ſine clauſula iuſtificatiua latæ circa præterita, id eſt, dato termino ad allegandas cauſas, ſi quas habuerit contra huiuſmodi mandatum, [a] quod eſt maximi ponderis.

Quintum, quod qui excommunicat ſine hac monitione, & ſine ſcripto, in quo declaretur cauſa, peccat mortaliter: licet valeat vt tactum eſt. [b]

Sextum, quod excommunicatio lata ſub conditione, ante implementum eius non ligat, cap. præter ea, ſecund. de app.

Septimum, quod excommunicatio nõ ligat, ſi qui eam fert, non habet intentionem ligandi, neq; etiam ſi is, qui eam petit, non habet voluntatem, vt liget ur: qa omne ſuum robur accipit excõicatio a voluntate excommunicantis, qui quum excommunicat ad petitionem partis, nõ vult magis excommunicare quam ipſa pars velit. Quare illi, quos excommunicans, aut petens excommunicari eos, qui illud, aut illud fecerint, aut non denuntiarint, intendit eximere ab illa, vere eã non incurrunt, licet ſe putent incurrere.

Octauum, quod nulla certe verba ſũt præſcripta pro forma ſubſtantiali excommunicationis.

12 Quapp, vt dixit bene Hoſtien. in ſũ. de ſent. excõ. parag. qualiter, col. pri. nihil refert, an iudex dicat: *Excommunico te, aut ſeparo te a communione*, aut ſimilia, quibus declaret voluntatẽm ſuam excõicandi de præſenti. illa tñ, quæ ipſe putat ad id ſufficere, ſcilicet, *cognoſco, aut habeo te pro excommunicato*, dicta a iudice, non videntur nobis ſufficere, poſt Goffridũ quem ille refert: qdqd ipſe dicat: niſi qñ ponuntur in excõicatione canonis, aut decreti, aut in excõicatione conditionali: quales ſunt omnes, quæ dantur cũ monitione canonica, aut propter peccata futura, pro quibus faciant illa capita, per q̃ [c] hæ duæ opiniones inter ſe conciliari poſſunt. Nonum, quod non parens canoni, aut iudici iubenti aliquid ſub pœna excõicationis, non ſtatim erit excõicatus: qa verba illa nõ ſignificant voluntatẽ excõicandi ipſo facto, ſed cõminationẽ excõicandi eũ, ſi non paruerit, iux. gl. celeb. in c. pri. de ſagit. cui ſimilis in ca. ſecund. de matrim. contract. Neq; ẽt hæc *excommunicetur*, ſed hæc, ſic, *ſit excommunicat*[9]. [d] niſi qñ alia iura declarant oppoſitum, quo caſu intelligenda eſt glo. c. ſi quis ex clericis, de vit. & hon cle. & c. de for. cõp. Quæ reſolutio licet cõis videatur: iure tñ proprius apparet, quod p̃fata verba, *ſit, excommunicatus*, non denotant ſententiam latam, ſed ferendam. niſi cũ alia iura id declarant. Tum quia plurimi canones [e] cõtinent illa verba, quę tñ ſm gloſ. [f] ferendam ſententiam ſignificant. Tum quia verbum, *ſit*, eſt futuri temporis, per verba, cuius non fertur excõicatio ipſo iure: niſi aliquid aliud adijciat, ſm gl. recept. in reg. i pœnis, de reg. iuris, li. ſexto. Tum quia non obſtat dicere, q̃ verbum, *ſit*, etiam præſentis temporis imperatiui modi, ſicut & futuri optatiui. Tum quia non eſt ita proprie illius, ac huius. Tum quia in diſpoſitione dubia mitior pars eſt eligenda, præd. reg. in pœn. & præfata verba ſunt dubia: ergo interpretanda, ſunt, vt ſignificent potius ſententiã ferendam, quam latam. Tum quia gloſſ. ſ̃ verbum *ſit*, exponit per fiat futuri tẽporis. [g]

a Iuxta In no. in c. propoſuit. de cõceſ. præben. col. 2. & in cle. eod. tit. lib. 6. Oldr. conſ. 81. nu. 2. & alios quos citaui in prælect. d. c. cum eõ tingat. 5. cauſ. nullit. b Sup. nu. 8.

c Arg. c. 2. de teſtibus cog. & d. ca. præterea de appellat.

d Iux. Fel. in c. Rodul. col. 19. de ſcri. & quot ipſe citat.

e Diſt. 39. f Ca. 2. de foro comp.

g C. ſi quis 23. diſtinct. cui conſonat, gl. ca. ſi quis ex clericis, de vit. & honeſt. cleric.

QVIS POSSIT EXCOMMVnicari, & quis in excommunicatione non includitur.

3 Excõmunicari ſolum poteſt homo baptizatus, & mortalis, habens ſuperiorẽ: p inde nec diabolus, nec Papa, nec infideles, nec locuſta licet poſſit adiurari.

14 Ex-

14 *Excommunicatio generalis nõ ligat im potentem parere, neque eum, qui ſcit, &c. Nec etiam ſpecialis termino prorogato, nec tunc, &c. nu.* 15.

16 *Excommunicatio non ligat ignorãtem eam, etiam ſuper re illicita.*

QVarto præmitto circa hæc primo, quod nemo excommunicari põt, niſi homo baptizatus mortalis, habens ſuperiorem, iuxta c.c.Romana, vbi Dominicus id ſentit,[a] & nos dilatamus,[b] proinde non poſſunt excommunicari diabolus, anima ſeparata a corpore, collegium, aut vniuerſitas, quæ non ſunt homines, c.in quadam, de celeb.miſſ. neque Iudæus, vel Ethnicus, qui non ſunt baptizati, etiam ſi ſint catechumeni, hoc eſt, conuerſi nondum baptizati, per dicta [c] q̃uis indulgentias lucrari poſſint, vt ibi dixi. Neq; reſuſcitatus denuo non moriturus, arg. finis ſymb. Athan. & c. firmiter de sũ. Trinit. neq; Papa, q nulli homini, vel legi humanæ, qua ſola fertur excommunicatio, quo ad pœnam ſubijcitur, [d] nam neq; pp hæreſin incidit in excõica tionem humanam, de qua loquimur, ſed in diuinam ſm rõnes Caiet.[e] quicqd dicat S. Antonin.[f] Et quia hic tangitur ſũma Papæ maieſtas, moneo te, Chriſtiane Lector, typographo iam imprimente hoc c.27. oſtenſum fuiſſe mihi librum in Hiſpania impreſſum, cuius auctor ait dicere me alicubi non eſſe obediendũ Papæ ſtatuenti aliquid in detrimentum beneficiorum patrimonialium Caſtellæ: q tamen eſt falſum: nec vllibi ego vmquã id ſcripſi, nec debuit ab vllo ſcribi. Tum quia ſapit hæreſin Anglicanam. Tum qa procedit ex defectu cognitionis eſſentiæ rei ſpiritualis, quam nos latius, & reſolutius, quam vllus alius, quem meminerimus eorum, qui ante nos ſcripſerunt, definiuimus.[g] Tum qnia hæc ignorãtia eſt cauſa, vt aliqui nimis amplient poteſtatem laicam ad ſpũalia, quæ nemo poteſt conſtruere, neq; deſtruere, niſi Papa, qui plenitudinem poteſtatis ſpũalis immediate accipit a Chriſto: vel alius, qui mediate, vel immediate partem eius accepe rit a Papa, ca.in nouo pri.diſt. Tum quia nullus Catholicus debet ignorare beneficia Eccleſiaſtica, ſiue ſint iuris patronatus, ſiue patrimonialia, ſiue pſtimonia, ſi ue commendæ, ſiue præceptoriæ, eſſe iura ſpũalia, c.dilecto, de præb. & nullus, neque Imperator, neq; vllus alius princeps habet poteſtatẽ erigendi, vel exſtinguẽdi vllum ex illis, etiam quam minimum: niſi habeat ad id poteſtatẽ immediate, vel mediate acceptam a Papa. Quæ eſt fides Catholica, quam niſi quiſq; firmiter crediderit, ſaluus eſſe non poterit. A quo falſo teſtimonio prius nos liberaſſemus, ſi prius id nouiſſemus. Nemo item a ſe ipſo, nec a ſuis ſtatutis excõicari põt, arg l.penul.ff. de recept.arb. nec ab inferiori.[h] Quare ſuperſtitionis eſt credere, quod poſſunt excommunicari locuſtæ, bruchus, aut aliud genus vermium, & animalium irrationalium: quamquam religioſe vti poſſumus contra ea aqua benedicta precibus, adiurationibus ſãctis fundatis in diuina bonitate, & miſericordia & ſuis ſanctiſſimis verbis, & inſtitutione Eccleſiæ Catholicæ, quibus ſolis, vtinam vterentur, qui audacter promittunt ſe eiecturos ea ab illa, aut illa regione, ſi illud, vel illud ſibi detur: quandoquidem nihil quod ſuperat vires naturales, & effectum ſacramentorum, & inſtitutionis Eccleſiæ, & reuelationem particularem, poteſt promitti tam certo atque ipſi promittunt, nec pretium peti ſine ſpecie cuiuſdam ſimoniæ.

14 Secundo, quod in excommunicatione generali non includitur, quem proferens, vel petens illam nõ intendit includere: neque is, qui non poteſt parere, aut iuſta de cauſa ad id non tenetur: vt q nõ poteſt reſtituere, vel denuntiare furtum aut iuſta cauſa ab eo excuſatur: modo adhibeatur remedium quod commode adhiberi poteſt, vt ceſſante neceſſitate, aut cauſa ſatisfiat ijs, quorum remedium de dimus alibi.[i]

15 Tertio, quod excõicatus ſub conditione, ſi non ſoluat ad præſcriptum terminum, non erit excõicatus eo prorogãte illum, antequam incurratur excõicatio, iuxta communem Panormitani & citatorum a Decio,[k] ſed ſi non ſoluat in termino prædicto, erit excommunicatus iux. Inno. & com. ibid. Quod intelligẽdũ eſt, qñ prorogatum fuit cõſenſu iudicis, alias ſecus, vt recte ait, (mea ſententia) Sylueſt.[l] nam licet excommunicatio lata ad petitionem partis tolli poſſit ante

a Ca. Romana, parag. in uniuerſitatẽ de ſent. exc. lib. 6.
b In ca. ita quorũdam de Iudæ. no tab. 8. nu. 7. & gloſſ. ult. nu. 2.
c In comen de indul. ſupra, parag. in Leuitico, notab. 31. et ar. c. ueneriẽs. de preſbyt. non baptiz.
d Ca. propoſuit, de conceſſio. præb. c. cũcta per mundum 9. q. 3.
e De auct. Papæ, & Conc. ca. 10 16. & 20.
f 3 par. titu. 24. cap. 74. parag. 1.
g Sup. in c. 23. a n. 99.
h Arg. c. cũ inferior de maior, & obedien. & c. inferior. 21. diſt.
i In c. inter Verb. 11. q. 3
k In d. c. prę tereà 2.
l Verb. exc. 2. notab. 1. caſ. 13.

quam incurratur de consensu eiusdem: non tamen suspendi, neque differri, neque ita mutari, vt semel sublata iterum incurratur: quia id iurisdictionis est, quã pars non potest tribuere, l. priuatorũ. C. de iurisd. omn. iud. Adde illas singulares
a Cap. 23. nu. 134. decisiones citatas sup.[a] q. non soluẽs pẽsionem in termino, non est excommunicatus, donec pensionarius id declaret.

Quarto, qui scit id, quod iudex iubet reuelare: sed habet causam iustam nõ reuelandi, iuxta dicta supra.[b]
b Cap. 25. nu. 46.

16 Quinto, quod ignorantia facti probabilis excusat ab excommunicatione secundum omnes: & etiam illius iuris, quo fertur excommunicatio propter aliqd opus de se licitum, quod ipse ignorabat, neque tenebatur scire esse prohibitum. Idem de ignorantia eius, qui facit opus de se illicitum, cui adiuncta est excommunicatio per statutum inferioris Papa, quod ignorat: nisi crasse, aut supine id faciat, secundum Adrianum, & omnes
c Per ca. 2. §. ult. de cõstit. lib. 6. d Arg. d. c. 2 e Verb. excõmu. 2. not. 3. & excõ. q. 3. [c] secus tamen secundũ eum, & omnes citatos ab eo si adnexa esset lege Papæ, vt est percussio clerici,[d] per locum ab speciali: nobis tamen videtur verius contrarium cum Sylueſtro. [e] Tum quia eadem ratio inuenitur in vtraque: vtraque enim est ignorantia iuris humani, nullumque aliud est in hoc discrimen, quam quod ignorantia pœnarum legum Papæ non præsumitur, nec tam facile potest probari, quo ad forum exterius, quam pœna statutorum ordinatorum. Tum quia p
f Ca. 23. n. 47. & infra nu. 274. glo. c. fraternitas 12. q. 2. dicta superius, [f] ignorans pœnam legis quo ad alia sibi notæ, non incurrit eã in foro conscientiæ. Tum per alia quæ ponimus, § vbi respondimus ad argumenta Adriani.

QVID OPERATVR excommunicatio maior.

17 *Excommunicatio, vt tollat communionem interiorem, & exteriorem, & mixtam, & priuet a sacramentis, & suffragijs, num. 18. diuinis officijs. nu. 19. & omni contento hoc versiculo.* Os, orare, &c. *nu. 20 facit, & alia vndecim, nume. 20. & 23. seq.*

18 *Excommunicatus est iumentum diaboli, frater illum, & illum, nu. 19.*

21 *Excommunicatus, vt infamis, & vt perdat debita seruita, nu. 22. & 23.*

QVinto præmitto, quod vt dixi post S. Tho. in exposi. simboli in illa parte pri. Sanctorum Cõionem, triplex est cõio. Prima omnino interior caritatis, & gratiæ, qua efficimur membra eiusdem corporis mystici Christi: a qua solũ peccatum mortale nos separat.[h] Secundo omnino exterior, qua inter nos alij alijs communicamus comedendo, bibendo, colloquendo. Tertia media, seu mixta, scilicet sacramentorum, & suffragiorum generalium, quæ facit, aut præcipit fieri Ecclesia Catholica. Et quod excommunicatio non tollit primam communionem sed supponit sublatam esse: & ita operatur primo, non quidem, vt nonnulli dicunt, exclusionem a gratia Dei, sed declarationem exclusionis factæ per peccatũ mortale. Secundo excludit a sacramentis Ecclesiæ actiue, & passiue, ita qd nec possit accipere, nec dare. [i]
h Ca. refusci tatus, de pæni. dist. 1. cũ duobus seq. i Ca. Engel. trud. 3. q. 4

18 Tertio priuat suffragijs generalis Ecclesiæ: adeo, vt nulla in re intendat ei subuenire per illa: quod maximum damnum est. Ob quod dici solet excommunicatum possideri a diabolo, [k] & vti eo sicut mulio suo iumento, gl. in d. c. audi. Quod tamen non intelligitur de excommunicato vere contrito procurante pro viribus absolutionem, arg. c. dixi, & c. magnæ de pœn. dist. pri. is enim coram Deo est in statu gratiæ, & fruitur communione prima, & tertia, non autem secunda. Idem de excommunicato, absque iusta causa: & de illo, qui non potuit soluere ad præstitutum tempus, intra quod iussus fuit sub excommunicationis latæ sententiæ pœna: ij enim quo ad Deum non sunt excommunicati: quia non peccarũt mortaliter, quãuis sint quo ad homines, vt dixi vbi sup. post Caie. [l] idem est de excommunicato ob contumaciam præsumptam, sed non veram coram Deo, secundum Maiorem. [m]
k In c. aud. & c. omnis, 11. q. 3. l In trac. 19 tom. 1. m In 4 dist.

19 Quarto, excludit a diuinis officijs, & alijs precibus cum alijs simul faciendis, vel audiendis, c. quod in te, de pœn. & remiss. q̃q̃ bene potest solus precari, etiã in Ecclesia: licet alij precentur seiuncti ab eo, iuxta Innoc. receptum. c. nuper de sentent. excommu.

Quinto

Quinto priuat omnibus contentis illo verſic.gloſſ.c.ſtatuimus, de ſent.excō. lib.ſexto,*Os orare, vale, communio, menſa negetur*, quem Hoſtienſis,in ſumma de ſent.excō.§.exquiſita pœn. & oēs Theologi,[a] & Canoniſtæ mille locis attigerūt.

20 Per,*os*, intelligitur participatio colloquendo,oſculando,amplexando, recipiendo,mittendo,vel dando literas [b]Per *orare*, autem dicta participatio ſacramētorum,& diuinorum officiorum,& quarumlibet aliarum precum in eccleſia intra,vel extra eam cum alijs dicendorum iuxta Innocentium.[c] Per, *Vale*, vero includuntur mutuæ ſalutationes, quæ fiūt per collocutionem,aut literas,aut etiam aſſurgendo,aperiendo caput, mouendo labia,& alia ſimilia,quæ ſignificant ſalutationem ſine locutione iuxta mentem Cardin. Imolæ:& cōis,in cle.fin.de ſent. excō.quidquid dicat Maior,[d] & Angel.[e] quorum opinio teneri poſſet,quo ad forum cōſcientiæ, quando eiuſmodi ſigna fierent ſine intentione ſalutandi, intra animum dicendo, *Deus te conuertat*, vel aliud ſimile,arg.l.nō omnis, ff.ſi cer.pet. l.in agris,ff.de acquir.rerum domin. Per *communio*, participatio, quæ habetur in operando, exercendo, aut faciendo aliquid ſimul cum eo,aut habitando in eadem domo,aut in aliqua eiuſdem parte, aut conuerſando cum eo alijs modis.Per *menſa*,intelligitur comedendo in eadem menſa, dormiendo in eodē lecto: quāuis domus ſit aliena,ſm S.Anton.[f]iuxta quē & Innoc.in d.ca.nuper, non poteſt quis etiam in conuiuio alicuius tertij comedere cum excōmunicato. imo debet ſurgere ex menſa, ſi excommunicatus accūberet: non tenetur tamen exire domo: imo pōt comedere in alia domus parte, ſi vterq; non erat inuitatus ad idem cōuiuium: nam ſi erant ambo inuitati, licet in duabus menſis diuerſis comederēt videbuntur communicare in eodem cōuiuio, & ſimul edere quantum ad hunc effectum,iuxta mentem illorum.

21 Sexto,facit irregularem vtentem ali quo actu ordini ſuo peculiari, vt dictum eſt ſupra.Septimo facit infamē,ſi excōicatio eſt manifeſta,[g] quod Ludouic⁹ Roman⁹ dixit ad hoc ſingulare,[h] limitauit tamen,[i] vt ſolum procedat in excōicato ob eauſam afferentem infamiam iuris, aut ob contumaciam in cauſa infamiam inurente.Octauo, facit collationem beneficij Eccleſiaſtici adeo nullam, vt non conualeſcat p abſolutionem,niſi reuocetur,c.cū bonæ,de æt.& quali.& c.poſtulaſti,cū gl.& ei ann de cler.excō.miniſt. & conſequenter tenetur relinquere illud, & reſtituere fructus ad id vſq; tēpus perceptos. Nono, priuat facultate eligendi actiua & paſſiua,c.cōſtitutus,pri.de app. Decimo,ſuſpendit ab officio, & beneficio,c.paſtor.§.verū,eo.ti. Quamq; ſi hēt officiū publicum, valebit quod per illud faciet ratione eius,quouſq; toleratur.[k] 22 Vndecimo,eximit ſubditos ab onere ſeruiendi rōne fidelitatis,aut ſubiectionis iuriſdictionalis,q̄diu fuerit excōicatus.[l] Duodecimo,priuat facultate ducendi vxorem ſine peccato mortali p ſupra dicta de ſacramentis:q̄q̄ hic ſecundo cōtinetur.Decimotertio,annullat reſcripta obtenta a ſummo Pontif.p̄terq̄ ſup articulo eiuſdem excōicationis,[m] niſi, q̄ de more fit,detur abſolutio,ad effectū illorū conſequendū,& non inſorduerit p annū,vt diximus alibi,[n] vbi,[o] poſuim⁹ tenorē regulæ Cācellariæ de inſordeſcētib⁹. 23 Decimoquarto,priuat alios facultate pro eo orandi publice,& ſolēniter: q̄uis poſſint priuate, vt diximus. [p] Decimoquinto, repellit a iudicio,vt nō poſſit eſſe actor,neq; procurator actoris, neque rei:pōt tamen eſſe reus ad ſe defendendū,[q] vt hēt cōis ibidem,& etiam cōſtitui procurator,vt abſolutus procurare poſſit,vt diximus.[r] Decimoſexto, facit, vt perſeuerans in excōicatione per vnū annum in cauſa criminali videatur confiteri crimen,[s] per quæ male intellecta glo.ſi.in c.pri.de iud. cum alijs multis tenuit, q̄ debet etiam priuari ſuis beneficijs:quod non eſt verum,vt copioſe ſcripſimus ſup illam. Decimoſeptimo,priuat ſepultura loci ſacri.[t] Decimooctauo, obligat manentem in ea per aliquod tēpus ad ſoluendam,anteq̄ abſoluatur,pœnam conſtitutam in aliquibus Epiſcopatibus,[u] & cōſtitutam etiam p leges ſecularēs Caſtellæ,[x] & per leges Luſitaniæ aliam,poſteaq̄ captus fuerit.[y] Decimonono, quod operatur & alia multa, quæ ſcribit Rebuffus, in glo.concord.titu.de excommun.non vitand. quædam tamen incaute.

a In 4.d.18

b Cap.cum excomm.& ſeq.11.q.3.

c In d.c.nuper & dicēda inf.n.36

d In 4.diſt. 18.q.2.

e Verb.exc. parag.4.

f 3.par.titu. 24.c.7.

g Per c.infa mes,6.q.1.

h In ſing. 262.

i Sing.289.

k Ca.appro bādum, de re iudi.& ibi gl. verb. innodatus.

l Ca.pen.et ult.15.q.6.

m Ca.1. de reſcrip.li.6.

n In repe.c. ita quorundā de Iud.

o In glo.ul. nu.16.

p In Enchirid ſiue Manua.deora.& hor.can. c.ſiue not.a. 19.nu.67.

q Ca.intelleximus,de iudic.

r In ca.poſt ceſſionē de probat. poſt decīſ.contra commun.

s Cap.rurſus &c.qui cūq; 11.q.3

t Cap.ſacris literis 1.

u Ang.uer bo excō.&t. parag.13.

x l.1.t.tu.5. lib.8. ord.

y parag. itē hæ.de auer. ti.53 lib.1. ord.& titu. 46.lib.5. ord.

DE EXCOMMVNICATIONE minore,& participatione cum excommunicato.

24 *Excommunicatio minor ſolam participationem paſſiuam ſacramentorum tollit,non miſſæ auditionem,&c.n.25. ſic incurritur : non æquatur mortali: tollitur a quouis presbytero, numero 26.non incurritur in his caſibus,num. 26.& 27.*

27 *Excommunicatus communicat cũ uxore filijs,& famulis: non eſt uitandus, donec denuntietur.*

28 *Excommunicato participare ueniale, num.29.niſi ſex caſibus, numero 30. 31. & 32.*

28 *Communio Chriſtianorum triplex, quam non tollit principaliter excommunicatio.*

33 *Excommunicato ſpecialiter non denuntiato præſente,quæ miſſa continuãda, & 2.ſeq.*

35 *Extrauagantis ad euitanda,tenor.*

36 *Excommunicato ob iuſtum timorẽ participari poteſt ſic,& non ſic.*

36 *Excommunicato pro denuntiato orari poteſt oratione priuata, non publica,&c.*

36 *Excommunicatio lata a iudice in participantes cum excommunicato a ſe, ſine iſta monitione,nulla.*

SExto præmitto circa hoc primo,quod excommunicatio minor, vt dictũ eſt, ſup.eo.nu.pri. ſolum ſeparat a participatione paſſiua ſacramentorum:& ideo poteſt eligere,& vti omni iuriſdictione,q̃quam non põt eligi,c,ſi celebrat.de cler. excõm.põt & miniſtrare ſacramenta, ſi dando non recipiat:nam miſſans ad communicandum alios,& Epiſcopus miſſans ad dandum ordines nõ peccant, qua parte dant, ſed qua ſumunt : quia eſt verus intellect⁹ rõnis illius celebris,c.ſi celebr. quem pridem dedimus ibi ſecuti mentẽ Hoſtiẽſ.ibid.relicto Panor.quidqd dicãt Maior, [a] & Adrianus [b] contra illum textum,eius ratione non ſatis intellecta.

Secundo, quod prædicta minor excommunicatio non facit, vt peccet audiendo miſſam,nec ſumendo pacem,q̃ in ea offertur ſecundum Dominicum & Francum contra Archidiaconum in c. is cui de ſent.excom.lib.ſexto, nec abſoluẽdo ab excommunicatione maiore, vel minore,nec abſoluendo a peccatis: quia id eſt dare,& non recipere ſacramentũ, neque eadem ratione dando ſacramentum infirmo ſine miſſæ celebratione,qd quid dicant prædicti.

25 Tertio,quod hæc excommunicatio quamquam ferri poteſt per ſententiam iudicis: tamen communiter non fertur, niſi per ius in octo caſibus,quos ponit In noc.in c.pri.de ſent.excom. Quorum,qa ſolum vnum videmus in vſu,& quia dici ſolet in alijs non eſſe veram excommunicationem minorem,ideo eos taceo. Caſus autem vſitatus eſt, participatio cum excommunicato maiore excommunicatione,in caſibus prohibitis.Dixi,*Maiore*, quia non incurritur ea ob participationem cum excommunicato minori : nam non tranſit in tertiam perſonam excommunicatio [c] iuxta gloſſam receptam. *c In c.exeel lentiſſimus 11.q.3.*

Quarto, quod poſt eam incurſam nullum ſacramentum poteſt recipere,antequam abſoluatur ab ea: non quia æquetur peccato mortali, vt dixerunt Panormitanus & alij, [d] ſiquidem in multis excedit,& in multis exceditur ab illo,vtibi dem docemus. *d In d.ca.ſi celebrat.*

Quinto, quod quilibet ſacerdos ſimplex,etiam ſi non ſit parochus, ſicut poteſt abſoluere a peccatis venialibus non habentem mortalia ſecundum Caietanũ id conſtanter affirmantem, ita poteſt eundem abſoluere ab excommunicatione minori,vt efficaciter contra eundem probamus. [e] *e In c. placuit,de pœnit.diſt.6. nu.25.*

26 Sexto, quod regulariter participans cum excommunicato maiori excommunicatione incurrit minorem. [f] Fallit tamen in multis contentis in illo verſicul. gloſſæ,c.cum deſideras,de ſent.excom. *Hæc anathema quidem ſoluunt,ne poßit obeſſe, Vtile,lex,humile,res ignorata,neceſſe.* *f Ca. nuper c.cum uolũtate, in prĩ. & parag.1. de ſent. excommu.*

Per, *Vtile*, excluditur qui participat cum excommunicato ad vtilitatem eius animæ prædicando,vel admonendo, qđ animæ conuenit: quamuis interponat nonnulla alia verba,vt commodius perſuadeat, [g] vel ad vtilitatem propriam temporalem,præſertim ſibi debitam, vt petendo ab eo debitum in iudicio,aut extra illud,capitu.intelleximus de iudic *g Ca.reſpon ſo,& c.cum voluntate, de ſent. excommu.*

aut

a In 4.diſt. 18.q.2.

b In 4. de clauibus. q.3.

aut consilium spirituale pro se, aut pro alijs, & etiam temporale valde necessarium, quando non occurrit alius similis, a quo petatur.

27 Per, *Lex*, vxor excommunicati, quã lex coniugij ad cõmunicandum ei obligat. Per, *Humile*, filij, quos secum habet, serui, famuli vrbani, & rusticani, qui ante excommunicationem erant subiecti illi: & ideo tenentur inseruire, [a] nisi eorũ consilio, fauore, & auxilio perseueret in sua contumacia, dicto cap. quoniam cap. inter alia & c. si vere, de sent. excomm.

a c. quoniã multos 11.

Dixi, *Ante*, quia qui post excommunicationem scienter cęperunt viuere cũ eo, non excusantur. Et quamquam iuxta glossam communiter receptam dict. cap. quoniam maritus, pater dominus, & herus non possunt communicare vxori, filijs, mancipijs, & famulis excommunicatis: nobis tamen verius videtur oppositum, quod sentit Adrianus [b] quos rectius ait excludi per verbum, *Vtile*, quã per verbum, *Lex*, Per illud enim excluditur creditor, qui potest suum debitum petere a debitore excommunicato, & omnes istæ personæ subiectæ sunt debitores mariti, patris, domini, & heri, quatenus debent eis debitum coniugale, aut victus, aut stipendium. Per verbum, *Res ignorata*, excipitur ignorans, dicto c. quoniam, quando ignorantia est facti secundum omnes, & etiam quãdo est iuris dubij per notata. [c] Nunc autem dicitur iusta ignorantia eius, qui ignorat excommunicatum esse denuntiatum [d] Verum est tamen, quod qui a fide dignis audiuit illum, vel illum denuntiatum, debet euitare, argum. cap. illud de cleric. excõmunicatis ministrantibus, sed qui dubitat, non tenetur vitare, præsertim in præsentia aliorum: quia inferret illi iniuriam. Per, *Necesse*, excipitur qui participat propter magnam necessitatẽ propriam, vel excommunicati, vt quia alter alterius eleemosyna indiget, quam ab alijs commode habere non potest, dicto cap. quoniam.

b In 4. de clauibus q. 3. col. 5.

c In c. ignorantia, de reg. iur. li. 6 & §. notandum 1. q. 4

d Per extrauag. ad euitanda, relatam infra, nu. 35.

28 Septimo, quod participatio cum excommunicato maiori excommunicatione non est communiter plusquam venialis, etiam habita a nõ exceptis superius, secundum opinionem Hostiens. [e] & cõmunem, Ioan. And. & aliorum in c. sacris de iijs quæ vi, & S. Thomæ, & aliorum, [f] quamuis dubitet Panormitanus, in dict. c. sacris, & aliqui teneant oppositum.

e In summa de sent. excom. §. fin.

f In 4. dist 18.

29 Dixi, *Communiter*, quia fallit in sex participationibus. Prima ẽ participatio in sacramentis, vel diuinis officijs. Secunda nimis frequens. Tertia, in contemptũ clauium. Quarta, contra speciale præceptum iudicis. Quinta, cum excommunicato a Papa cum participibus. Sexta, in peccato mortali: quarum ratio specialitatis est, quod quælibet illarum est principaliter prohibita, vel coniuncta cum alia malitia mortali.

30 Prima enim est mortalis, quia communio sacramentorum, & diuinorum officiorum est illi principaliter vetita. Secunda vero est mortalis: quia intelligitur de frequentia, quæ habet coniunctã malitiam mortalem animandi ad delinquendum. [g]

g contra l. cõueniri, ff. de pact. dotal. & cap. ex parte. de consuetud.

31 Tertia, quia habet coniunctam malitiam mortalem inobedientiæ, [h] quis aut dicatur contemnere, dictum est supra, [i] Quarta, quia est duplex inobedientia iuris, & iudicis, [k] quod limitatur infra. [l] Quinta, ea ratione qua quarta: qualem tñ excommunicationem solus Papa potest ferre, per dicenda. [m] Sexta, quia miscetur ei malitia mortalis ipsius peccati.

h Contra c. 13. ad Rom. & ca. solita de maio.

i ca. 13. ad nu. 42.

k cap. 2. de maior.

32 Octauo, quod quidquid dicant Rosella [n] & Syluest. [o] & prius Ancharan. [p] & Panor. [q] & Ioann. Tabienna, [r] multum refert, an quis participet cum excommunicato in delicto habente annexam excommunicationem, antequam eam incurrat, vel post eam incursam: nam qui communicat ante incursam, vel cum incurritur, non incurrit eam: communicans vero postea sic, modo concurrãt ea, de quibus infra, [s] quorum verus intellectus est hic. Non obstat, quod sæpe cõsulens, mandans, iubens, & iuuans ad faciendum aliquid, cui est annexa excommunicatio, excommunicantur: quia non excommunicantur ratione prædictę participationis, sed quia lex non solum excommunicat facientes, sed etiam consulentem, mandantem, &c. qualis est lex excommunicans percutientem Cardinalem. Quod autem lex excommunicans simpliciter facientem regulariter non comprehendat consulentem, nec mandantem, probatur infra num. 51.

l num. 36.

m In dicto num. 36.

n Verb. excommun. 1. cas. 43. §. fi.

o Eod. vers. dubio 1. & 3. & excõ. 9. cas. 41.

p In c. nuper nu. 7.

q Ibid. n. 8. de sent. excommun.

r Verb. excommu. 5. cas. 1. §. 37. & 38.

s Nu. 112. per c. nuper & c. si concubinæ, de sen. excom.

33 Nono,

33 Nono, quod excommunicato ingrediente eccleſiam ad orandum debēt exire qui ſunt intram eā, aut rogatu, vel vi eum cogere egredi, alioqui ceſſare ab officijs diuinis, etiam miſſæ cœptæ: ſi nondū inceptus eſt canō, ideſt, *Te igitur, &c.* nam ſi eſſet cœptus, perficienda eſt ad finem vſque cum vno tantum miniſtro, ſumendo etiam ſacramentum, Hoſtienſis, in ſum. de ſent. excommun. §. & quæ ſit pœna, verſic. ſed nunquid iuxta clement. grauis, adiuncta gloſſ. recept. de ſentent. excommunicationis, & Innoc. in d. cap. nuper, S. Thomas & communis. [a] Non tamen exire tenentur, eo quod tranſeat excommunicatus per Eccleſiam, aut nō orando maneat in ea propter alia negotia, per dicta, [b] neque etiam eo quod flectat genua, & dicat aliquam orationem priuatim.

a In 4. diſt. 18.

b Eod. cap. nu. 20.

34 Decimo, quod textus, qui declarant quando excōmunicatus occultus debeat euitari occulte, & quando non, procedūt ſecundum tempus antiquum, & non ſecundum hoc, in quo ſeruari debet extrauagans *ad euitanda*, relata male a Felino, in ca. Rodulphus, de reſcript. & a S. Antonino, [c] & bene a nobis, [d] relata per Martinum V. & relata in ſtatutis Eccleſiæ Gallicanæ, in titul. de excommunic. non vitand. & iterum renouata a Conc. Latera. [e] & in concordatis inter Leonē X. & Franciſ. I. cuius tenor eſt hic.

c 3. par. tit. 24. c. 3.

d In cap. 1. §. labore, de pœn. diſtim. 6.

e habito ſub Leone X. ſeſſ. 11.

35 *Ad euitanda multa ſcandala, & multa pericula, & ſubueniendum conſcientijs timoratis, conſtituimus, ut nemo poſthac teneatur abſtinere, & ſeparare ſe, neque euitare communicationem alicuius in adminiſtrando, aut recipiendo ſacramenta, aut in alijs diuinis officijs, aut extra illa, ratione alicuius ſententiæ, aut cenſuræ eccleſiaſticæ, aut ſuſpenſionis, aut prohibitionis ab homine, aut a iure generaliter promulgatæ, neque ſeruare interdictum eccleſiaſticum, ſi illa talis ſententia, prohibitio, ſuſpenſio, aut cenſura non fuerit promulgata, aut denuntiata ſpecialiter, & expreſſa a iudice contra certam aliquam perſonam, collegium, vniuerſitatem, eccleſiam, aut locum certū, aut certam: neque manifeſto conſtet incurriſſe in ſententiam excommunicationis, q̄ nullo modo poteſt occultari, aut per aliquod remedium iuris excuſari: quia a communione huius, volumus, quod ſe ſeparent iuxta canonicas conſtitutiones. Per hoc tamen non intendimus releuare, neque iuuare ſic excommunicatos, ſuſpenſos, interdictos, aut prohibitos.*

Nota primo, quod hæc extrauagās in verbo, *generaliter*, ſignificat eam nihil prodeſſe, quo ad excommunicatum ſpecialiter: ſed contra tenet gloſſa in d. ſtatutis Gallicanis, quam ſequimur. Tum ob auctoritatem eius. Tum ob verbum, *Specialiter*, in ſecunda parte poſitum. Tū per adducta in dic. §. laboret. Tum quia vſus Vrbis, & orbis habet, non vitare excommunicatos ſpecialiter ob contumaciam non cōparendi, vel non parendi, an tequam declarentur & denuntientur.

Nota ſecundo, quod hæc extrauagans nihil prodeſt excommunicato, & ſic perinde tenetur nunc ac antea ad euitandū alios: quamuis ſit occultus.

Nota tertio, quod hæc extrauagans nihil prodeſt, quo ad excommunicatos manifeſtos, q̄ nullo modo poſſunt occultari. Quod conſequi videtur peccare omnes catholicos Galliæ, & Germaniæ, qui Lutheranis manifeſtis, imo & palam cōfitentibus ſe tales, communicant. Tum quia ſunt manifeſte excommunicati propter hæreſin notoriam per bullam Cœnæ, de qua infra. Tum quia non videtur prodeſſe dicere, quod finis reſtringēdus eſt ad excommunicatum ob percuſſionē clerici notorie iniuſtam, vt habet tenor relatus a Felino, Antonino, & a nonnullis alijs, quin vel illa reſtrictio non fuit poſita, vel poſtea fuit ſublata in dict. Cōcilio Lateranenſi, & in dictis concordatis: ſed quia durum eſt damnare gentē, in qua ſunt tot viri eruditiſſimi, & academiæ celeberrimę præſertim Pariſienſis, Toloſanæ, & Louanienſis, probabiliter dici poteſt prædictam extrauagātem eſſe vſu receptam, cum ſola illa limitatione de excommunicatione manifeſta percuſſionis clericis iuxta tenorem anti quæ: vel quod multitudo hæreticorum, & neceſſitas communicandi, & negotiādi facit licitum, quod alias non eſſet, iuxta regu. quod non eſt licitum de reg. iur.

36 Vndecimo, quod qui ſemel eſt excōmunicatus, & denuntiatus ſemper vitari debet quouſque conſtet de abſolutione, per gloſ. celeb. c propoſuit de cleric. excomm. miniſt. niſi perſona ſit eiuſmodi

cui

cui affirmanti se absolutam esse probabi
liter debeat credi, [a] & quod qui timore
mortis alloquitur excommunicatum nó
peccat, neque incurrit aliquam excom-
municationem secundum Innocentiũ, [b]
& Maiorem, [c] etiam si colloqueretur, &
participaret in diuinis officijs, [d] modo
non participet in peccato mortali, neq;
cum negatione saltem tacita fidei Ca-
tholicæ, quæ resultaret ex communica-
tione in contemptum, & vilipendiũ ex-
communicationis: quia oportet potius
mori, quam sic communicare: cum ma-
gis teneatur defendere articulum fidei
de auctoritate, & potestate Ecclesiæ fe-
rendi excommunicationem, & illius va-
lorem, quam corporalem, [e] & hoc modo
limitandum est dictum caput sacris, de
his quæ vi. vt dixi, [f] & senserunt Maior,
& Sylvester, vbi supra.

Duodecimo, ad primum dubium hic
propositum respondeo, quod illud San.
Thomæ, [g] scilicet esse peccatum morta-
le, orare pro excommunicato, est intelli
gendum primo de oratione publica, quę
nomine Ecclesiæ fit, & non de priuata:
quia ipsemet [h] tenet licitum esse orare
pro excommunicato, & pro quouis infi-
deli oratione priuata. Secundo, quod vt
dixi, [i] non procedit in excommunica-
to nulliter, seu inualide, neque in excó-
municato valide, sed ex iniusta causa, ne
que in excommunicato iuste, quem cre-
dimus vere pœnitere: modo non fiat ex
presse publice pro illo, iuxta mentẽ Ho-
stiensis, in c. cum voluntate, de sentent.
excommunic. Imo ibidem omnibus qui
ante nos scripserunt addimus, posse quẽ
dicere missam orando in ea, & applican-
do eius valorem, quibus Ecclesia mãdat
applicari eo fine, vt illud suum opus orã
di & applicandi ad quem, & pro quo de-
bet, accipiat Deus pro oratione priuata,
vt aliquis infidelis, vel excommunicatus
conuertatur. Quoniam aliud est applic-
care preces missæ, & eius valorem ali-
cui, aliud applicare illud opus orandi,
& applicandi, vt ibidem, [k] copiosius
declaratur.

Ad secundum, quod pro excommuni
cato non denuntiato nec notorio potest
orari publice per prædictam extrauagã
tem, quæ post Sanctum Thomam lata
fuit, per quam nunc non negatur sepul-
tura ijs, qui excommunicati moriuntur:
nisi sint denuntiati.

Ad tertium, quod incurrit minorem
excommunicationem, qui vt minister
Ecclesiæ, aut nomine eius orat pro ex-
communicato denuntiato: quia ex dic-
tis S. Thomæ [l] colligitur, quod non so-
lum est vetitum orare cum excommuni
cato, vt prædictũ est sed etiam orare pro
eo ôrone publica Eccles. nomine facta.

Ad quartum, de participantibus cum
excommunicato contra præceptum iu-
ris, & iudicis, dico, quod non solum pec-
cant mortaliter, vt dictum est, [m] sed ét
incurrunt excommunicationem maio-
rem, nisi quum excommunicans dat lite
ras contra participantes cum excommu
nicatis a se, sine monitione, de qua supr.
numero quarto, quia excommunicatio
sic lata est nulla, vt ibi dictum est.

Ad quintum, quod illud vulgatum su
perius positum, scilicet peccare mortali
ter qui communicat cum excommuni-
cato in oratione, intelligendum est de
oratione publica, quæ fit nomine Eccle-
siæ, quales sunt missæ, horæ canonicæ,
quas cantant, vel dicunt sui ministri no
mine ipsius, qualis est consecratio eccle
siæ, altaris, & virginum, benedictio so-
lemnis episcopi, & aquæ benedictæ, &
officia defunctorum, & sepultura, nó au
tẽ de oratione priuata, qualis est salutã-
tio Angelica matutina, meridiana, & ve
spertina, qualis est benedictio simplex
mensæ, & aliæ similes, quæ non sunt pro-
hibitæ tempore interdicti, vt dicetur, [n]
imo videtur, quod neque venialiter pec
catur in aliquibus earum. Tum quia S.
Thomas in dicto articulo nono, ait oran
tem pro excommunicato participare cũ
illo oratione priuata, vel priuatim dicta.
Tum quia S. Antoninus & omnes fatẽ-
tur, quod licet dicere excommunicato,
cum me salutat, aut mitto ad eum lite-
ras, *Deus te conuertat*, quę est magna ora
tio & maior illa, *Deus nos conuertat*, qđ
tamen ei dicere possumus. Tum quia
possumus alloqui excommunicatum su-
per eis, quæ ad eius animam pertinent,
cap. cum voluntate, de sentent. excom-
municat. Tum quia licet legere cum ex-
communicato aliquam partem Euange
lij, aut alicuius Psalmi, siquidem illud
eius animæ conuenit, & consequenter
dicere,

a Ang. Ser. excommu. 8. § 16.
b In c. si ue ro, de sent. excommu.
c In 4. dist. 18. q. 4. col. 2.
d Syl. verb. excomm. c. 5. q. 4.
e ca. presby teros 50. di. & c. ita ne. 22. q. 5.
f In c. sicut de cõse. d. i.
g Quoli. 5 1 art. 9.
h In 4. dist. 18. q. 2. art. 1. q. 1.
i In d. cap. quando no tab. 19. nu. 67. & seq.
k Nu. 70.
l Dict. art. 9. & in 4. dist. 18. q. 2. art. 1. q. 1.
m Supr. nu. 31.
n Infr. nu. 177.

dicere, *Miserere nobis, & Leuaui oculos meos*, quæ sunt orationes. Tum quia possumus audire cum eo concionem, c. responso, de sententia excommun. in cuius initio omnes frontem cruce cõsignamus, dicentes, *Per signum crucis, &c.* quę est egregia oratio, & salutamus Virginẽ matrem per *Aue Maria, &c.* quæ est oratio præcellens, in cuius fine omnes facimus preculas a cõcionatore iussas, dum absoluit, siue precatur, *Misereatur vestri omnipotens Deus, &c.*

Ad sextum, quod actus extraiudiciales excommunicati etiam denuntiati, & in illo agendo peccantis etiam mortaliter, regulariter valent, vt alterius non excommunicati. Tum quia excommunicatione non desinit esse verus homo, imo, nec liber, nec perdit potestatem naturalem, & ita potest regulariter contrahere, vt quilibet alius, & facere omnia, q̃ iure naturali gentium, & ciuili nitũtur, [a] & consequenter testari, secundum cõmunem, quam sequitur Frãcus, in rubr. de testamen. contra glossi. in ca. decernimus, de sentent. excommun. libro sexto, quod præsertim procedit in actibus, quos lex humana non potest annullare, quales sunt sacramentales. nam baptisma, confirmatio, & ordo collata excommunicato, vel ab excommunicato, valent, secundum omnes, imo & matrimonium, cap. significauit, de eo qui dux. in matrimoniũ, fallit autem regulariter in actibus pertinentibus ad potestatem, & iurisdictionem Ecclesiasticam humanam, per quam illi annullari possunt: quales sunt, ad beneficia præsentatio, electio, postulatio, confirmatio, institutio, collatio, prouisio, & nominatio, ca. si celebrat & c. postulasti de cler. excomm. minist.

a Arg. c. ius naturale, & c. ius gẽtium, 1. dist. & l. 1. §. 1° naturale, & lex hoc iure, ff. de ius. & iur.

DE ABSOLVTIONE excommunicationis, & a quo ferri potest.

37 *Excommunicatio, & absolutio conueniunt in his, & differunt in his. n. 38.*

38 *Excommunicatio sine causa parum nocet. absolutio multum prodest, an falsa vtramque annihilet.*

39 *Excommunicatione a minore, & maiore lata a iure, vel ab homine hic absoluit, num. 40. etiam sola tonsura initiatus: licet non soleat fieri cum magno interdum incommodo, num. 41. & 42. seqq.*

44 *Absolutio excommunicationis a quo delegatur nu. 45.*

46 *Absolutus ob impedimentum, vel a Papa cũ onere præsentandi se faciat hoc.*

47 *Excommunicationis absolutionem huiusmodi satisfactio præcedat. nu. 48.*

SEptimo præmitto circa hoc primo, quod absolutio, & excommunicatio conueniunt in multis. Tum quia neutra requirit certa verba pro forma substanti, vt supra dictum est. [b] Tum quia neutra valet quidquam non seruata forma alia quam iuris, cum qua data est potestas excommunicandi, vel absoluẽdi ei, qui antea habebat. Quare licet absolutio facta ab habente potestatem iure ordinario non seruata forma iuris valeat, etiam ante satisfactionem: nihil tamen valet facta a delegato nõ seruata forma absoluendi sibi data in delegatione. [c] Et ita absolutio facta extra mortis articulum ab eo, qui per bullas vel alia priuile gia habet facultatem absoluendi in eo, non valet, neque facta ante satisfactioné ab eo, qui haberet facultatem absoluendi post eam.

b Num. 9. & 12.

c Arg. glos. subtilis, & sing. clem. i. de iur. pat. verb. exhibemus, & eorum, quæ ad eius declarationẽ refert Feli. in c. ex parte col. 4. de constit.

Dixi, *Aliam quam iuris*, quia, vt pridẽ respondimus, absolutio data virtute mãdati Papæ ad absoluendum secundum formam iuris valet quamuis ea non seruetur, vt valeret facta sine illa ab ordinario auctoritate ordinaria: quia non fuit intentio Papæ inducere nouam formã per illa verba, sed admonere commissarium, id, quod secundum ius debet facere, quod in simili dixit Innocentius, in c. fin. de præsumpt. quem sequitur glossa singularis, & receptissima, quæ magna est. [d] Tum quia vt excommunicatio valet regulariter, quamuis sit iniusta, ita absolutio, c. venerabilibus, §. vbi, de sentent. excommunication. libro sexto, qui est in hoc singularis.

d Clẽ. 1. de offi. deleg.

38 Secundo, quod differunt in multis, quia excommunicatio iniusta ex causa nihil nocet quo ad forum conscientiæ, vt supra num. 3. dictum est: absolutio vero iniusta prodest, nam confessarius possit absoluere a suis peccatis absolutum iniuste ab excommunicatione, & absoluto

luto iniuſte proſunt ſuffragia generalia Eccleſię, quæ non prodeſſent nullatenus abſoluto, quæ noua, & firma declaratio eſt. Tum quia excommunicatio lata me tu iuſto valet, etiam quo ad forum conſcientiæ, ſubſiſtente iuſta cauſa ad excõmunicandum, glo.fi.in c.1.de his quæ vi ſm Panor.in c.Abbas,eo.tit:col.4.& Rauen.ibidem & alios, abſolutio vero minime. per textum ſing.in d.c.1. Tũ quia excommunic. lata ex falſa cauſa valet,& non abſolutio, iuxt.gloſ.c.ex parte de offic.ordin.& in cap.quod ſupr.ijs,de fide inſtrum.quamuis Cardinalis [a] exæquat eas dicens neutram valere, ſi neutram eſſet daturus iudex,ſi ſciret cauſam eſſe falſam, vtramq; vero valere,ſi iudex haberet animum dandi vtramque, ſi ſciret vtriuſque cauſam eſſe falſam : & quamquam illi magis dubitant de valore abſolutionis quã excommunicationis, ego vero contra puto non eſſe dubium de valore abſolutionis, etiam quantum ad forum conſcientiæ, quia illa non excedit facultatem humanam, neque continet errorem intolerabilem:ſiquidem nó pertinet niſi ad iuſtitiam partium,in eo; ꝙ poteſt male,aut bene:& adeo dubito de valore excommunicationis datæ ex falſa cauſa,vt putem non valere illam,quia videtur continere errorem intolerabilẽ & exceſſum facultatis humanæ,eo quod vult excommunicare aliquem, ſiue peccauerit mortaliter,ſiue non, ex dictis ſupra, [b] per illud Panorm.& Felin.[c] quod excommunicatio lata per iudicem contra citatum non comparentem ex iuſto impedimento nihil valet,quia non intẽdit,vt debuit excommunicare,ſi iuſtum haberet impedimentum: & ſi intendit excommunicare, ſiue eſſet iuſte impeditus,ſiue non, implicaret terrorem intolerabilem,quia annullat excommunicationem,ca.per tuas de ſent.excommun. ca.venerabilibus, §.fi.eo.tit.libro ſexto.

39 Tertio,quod excommunicatum minore excommunicatione poteſt abſoluere quilibet ſacerdos,qui poteſt abſoluere a peccatis,cap nuper de ſent.excom. quamuis non ſit eius parochus,ſi non habet niſi venialia,vt ſupra diximus. [d]

Quarto, quod excommunicatum maiori excommunicatione a iure nò reſeruata alteri,poteſt abſoluere proprius prælatus,dict.cap.nuper. Per proprium prælatum intelligo Papam, Epiſcopum, & capitulum ſede vacante,& alium quẽuis prælatum exẽptum Eccleſiæ regularis, aut ſecularis,qui dicuntur habere iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, ſm gl.receptã, clem.1 de reb⁹ eccleſ.non alien. & etiam quiuis alius non exemptus habens iuriſdictionem in foro exteriori,& etiam parochus, aut ſacerdos ſimplex, qui poteſt abſoluere a peccatis mortalibus, ſecundum Innocen.& Hoſtien.dic. cap.nuper,quæ eſt communis opinio S. Thomæ & Bonauenturæ,& aliorũ Theologorum,[e] & etiam Summiſtarum,quos late citat Sylueſt. [f] quamuis oppoſitum teneat Panormitanus [g] per gloſſam ſingularem, quæ non dicit,quod ille:iuxta quam communem pridem cõſuluimus, limitando illam noue, vt procedat ſolũ quantum ad forum conſcientiæ, & altera quantũ ad forum exterius: limitando item illam cum S.Thoma ita quod præditus ſacerdos ſimplex non poteſt hoc facere ſua auctoritate, ſed vt commiſſarius deputatus a Papa, dict c.nuper,§.fi. qui pro hoc eſt quaſi expreſſus, & quod prælatus proprius poteſt abſoluere ab excommunicatione incurſa iure extra ſuum epiſcopatum,& parochiam,ſecundum Federicum [h] communiter receptũ.

Dixi, *Non reſeruata*, quia is cui reſeruatur, debet eam dare ſecundũ omnes. 40 Quinto, quod excommunicatum ab homine ipſe ſolus poteſt abſoluere, aut eius ſucceſſor, ſuperior, aut delegatus, cap. paſtoralis,§. præter ea de offic.delag. niſi quod delegatus Papæ, qui poteſt excommunicare intra vnum annum poſt ſententiam,diffinitiuam, eo tranſacto non poteſt abſoluere, ca.quia - renti, de offic.deleg. quod eſt ſingulare ſecundum Panormitan.ibidem,qui cum communi idem dicit de quolibet alio delegato habente facultatem exſequendi ſuam ſententiam. Et niſi ſit incendiarius excommunicatus ab epiſcopo, qui non pót abſolui ab eo poſt denuntiationem, [i] quod eſt ſingulare ſm Cardinalem ibidem. Et niſi excommu. qui poſt excommunicatur excõmunicatione maiori,& denuntiatur, [k] quamquam poteſt ſi ſolum excommunicatur minore, cap. duobus, de ſentent.excommunic. & niſi excom-

a In cap.ab excomm.de reſcrip.in d. c.ex par.& d.cap.quod ſuper ijs.colum.5.

b eod.cap. nu.4.

c In cap.2. de teſt.cog. ſcil.

d In c.4.n. 1.& c.placuit de pœnit.diſ.6.n. 25,& ſeq.

e In 4.diſt. 18.

f ver.excõmun.1. no. 2.

g In d.c.nuper c.ſi epiſcopus & pœnit. & remiſſ.lib.6.

h Conſi.16. & Pano. c. graue col.3 de præben.

i ca.tua de ſent.excõ.

k c. audiui mus,24. q. 1.

excommunicatio sit pronuntiata ab inferiori, & confirmata a Papa ex certa scientia,nam ab ea non potest absoluere,qui eam tulit, secundum Ioan.Andr. receptum, in c.ex frequentib de instit.

41 Sexto,quod si q excõmunicauit non est sacerdos, non potest absoluere in foro conscientiæ: quamquam potest in exteriori,secundum aliquos,quos Sylvest. sequutus est, [a] quod restringendum est ad absolutionem coniunctam cum peccatorum absolutione,nam ab excommunicatione sola potest absoluere etiam sola prima tonsura initiatus, vt affirmat S.Thomas [b] receptus a S.Antonin. [c] & Ioann.Tabienna, verb.absolutio ab excommunicat.& quamuis nemo illud affirmaret, affirmandum tamen esset ob multa,quæ in id adduci possent,commodius tamen videtur committere presbytero secundum Maiorem receptum,cõtra quẽ facit,quod multi omittunt quærere absolutionem a suis parochis, putãtes illas commissiones iudicum esse absolutiones, & quod pauci sunt qui possunt probare suam absolutionem factam per hanc commissionem a parocho,quia ille absoluit secreto sine notario & testibus. Per quæ putamus vtilius fore, vt iudex si ei vacaret, absolueret, & daret literas absolutorias:& cum de more cõmittit, excommunicatus debet dare operam,vt coram notario,& testibus absoluatur a parocho, quo cum oportuerit,possit probare absolutionem,quia se mel excommunicatus,semper præsumitur talis,iuxta glo.c.proposuisti de cler. excommunicat.ministr. quamquam aliquando ausi fuimus affirmare,quod qui ostenderet commissionem,vt absoluere tur, & diceret se absolutum a suo parocho, præsumeretur absolutus cum solo testimonio Parochi,& etiam sine eo, saltem si esset vir timens Deum, & ingrediebatur,& admittebatur ad diuina officia, habita ratione consuetudinis receptæ absoluendi absque notario & testibus,quod etiam verum videtur,quodq; facit ad intelligentiam clausulæ cuiusdam nouæ magni momenti additæ a S. D. N. Gregorio XIII. in Bulla Iubilæi dati anno 1572.sub finẽ ibi,*declaramus*.

44 Septimo, quod exsecutor mandati Papæ, quo iubetur excommunicare certum hominem sine cognitione causæ, non potest absoluere,postquam excommunicauit. Et quod qui potest absoluere ab excommunicatione lata a iure,potest absoluere ab excommunicatione generaliter lata ab homine, iuxta decisionem singularem Ioannis de Imola,[d] relatam per Felinum [e] dicentem numquãse in alio legisse, quamquam idem ante Ioann.Imolam dixerunt Ioannes Andr. & Cardinalis,in d.cap.graue resumpserunt,in ca.frequentibus de instit. per illum textum, quod defendimus nos, in fine capit. graue.

45 Octauo,quod qui possunt absoluere ab excommunicatione virtute iurisdictionis delegatæ a Principe,aut concessæ in priuilegium perpetuum ratione dignitatis aut officij,aut virtute alterius ordinariæ potestatis, possunt committere alijs iuxta glossam receptam, in ca. fin.de offic.ordin.quæ conciliat illud cũ cap.fin.§ fin.de offic deleg. dicens illud procedere in illis,quibus solum simplex ministerium absolutionis,sine alia iurisdictione conceditur. Et omnibus addimus,quod simplex ministerium absolué di potest delegari etiam a delegato ordinarij, & a subdelegato delegati Papæ, quamuis non possint delegare suas iurisdictiones,ratione quarum id eis competit, neque etiam aliquem articulum iurisdictionalem, Per cap super quæstionum,§.quem vero, & seq.& ea quæ notat ibi Felin.num.4.& 10.de offic.deleg. quod quotidianum est.

46 Nono,quod excommunicati a iure, vel homine, qui ob graué morbum, aut ob aliud iustum impedimentum faciunt se absoluere ab eo,qui sine illo non poterat,debent se præsentare cessante impedimento, quam cito commode possunt ei, qui eos iure poterat absoluere, alioquin recidunt in eandem excommunicationem, ca.eos,de sent.excommun. libro sexto. Idem de ijs,quos absoluunt legati sedis Apostolicæ cum onere præsentandi se suis ordinarijs,aut alijs quibuslibet ad suscipiendam pœnitentiam, aut satisfaciendum ei, quem iniuria affecerunt, sed non tenetur regulariter se præsentare personaliter,sed satis est mittere procuratores ad id idoneos secundum Caietan. [f] qui ait absolutum esse iudi-

a Verb. absolutio. 1. not. 4.

b In 4. dist. 18.

c 3.par.tit. 24.c.77.

d In c.graue de præb. col. 4.

e In c.pastoralis.§. præterea de off. ordin.

f In summa verb.ex com.c.69.

iudicem, quo ad forum conſcientiæ, ad determinandum tempus intra quod cómode potuit ſe præſentare 9.

47 Decimo, quod omnia iura, quæ iubẽt ſatisfacere ante abſolutionem in articulo mortis, intelligenda ſunt, ſi excómunicatus poteſt ſatisfacere: & ſi non poteſt, ſatis eſt, quod det cautionem, [a] quamuis Imola teneat oppoſitum, ſuper dict. gloſſam.

48 Noſtro vero iudicio cautio debet eſſe ſufficiens, ideſt cum pignore, vel fide iuſſore ſi eam poteſt dare, ſin minus det eam, quam poteſt, ſaltem iuratoriam, p eaſdem rationes Cardinalis in dict. clement. & Felin. in §. præterea, ſiquidem ad impoſſibile nemo tenetur. leg. impoſſibilium, ff. de reg. iur. Quin & putamus eum, qui poteſt ſatisfacere ante mortẽ, ſed non commode, ideſt, non niſi notabiliter vilius vendendo bona ſua, ſi poteſt differri abſque magno damno alieno, nó teneri ad aliud quam ad dandam cautionem ſufficientem, q ſatisfaciet primo quoque tempore, per dicta. [b] Adde qđ Sotus, [c] tenet non ſufficere inopiam ad hoc, vt delegatus præuia ſatisfactione abſoluat.

[a] Iuxt. gl. q̃ eſt pen. clẽ. 1. § Verum de hæret. & Cardi. ibid. q. 4 & Fel. in c. paſtoralis, §. præterea. col. 3. d offic. ord. & in c. cũ contingit de of. deleg. col. 1.

[b] cap. 17. n. 56. & 67.

[c] In 4. libr. ſent. diſt. 22. q. 2. art. 3. conclu. 1.

DE EXCOMMVNICATIONIBVS a iure latis, & primum de reſeruatis Papæ per Bullam Cœnæ & alia iura 9.

49 *Excommunicationes iuris antiqui paucæ, noui multæ, nouiſſimi quamplurimæ, num. 50.*

51 *Excommunicatio vt interpretanda: & lata in facientem non includit regulariter conſentientem.*

51 *Conſilium quis dicitur dare, & quod nocet danti.*

52 *Bulla Cœnæ Domini quæ, & iterata non multiplicat cenſuras, & ſeqq.*

54 *Grego. XIII. feliciter cœpit, felicius proſequitur, feliciſſime perfecturus.*

55 *Excommunicatio prima bullæ Cœnæ in hæreticos, num. 56. Secunda in ſchiſmaticos, nu. 57. Tertia in appellantes ad futurum Concil. num. 58. Quarta in Piratas, num. 59. Quinta in accipientes naufragorum bona. num. 60. Sexta in imponentes noua pedagia. num. 61. Septima in falſarios, nu. 62. Octaua, in deferentes arma Turcis, num 63. Nona, in impedientes neceſſaria Romam adducentes, num. 64. Decima, in male tractantes Romipetas, num. 65. Vndecima, in vſurpantes ſibi iuriſdictionem in Vrbe. nu. 66. Duodecima, in iniurios Cardinalib. nu. 67. Decimatertia, in impedientes curſum cauſarum Curiæ, &c. nu. 68. & ſeq. Decimaſeptima, in vſurpantes fructus, &c. num. 71. Decimanona, in laicos cognoſcentes de criminibus clericorum. num. 72. Vigeſima, in occupantes bona Sedis Apoſtolicæ. n. 73. Decimaſeptima, in male abſoluentes a cenſuris bullæ: quæ tamen non eſt reſeruata. 74.*

55 *Hæreticis credentes fautores, & receptores, qui nam. 56.*

57 *Schiſma quid, quo differt ab hæreſi, & excommunicatur in bulla Cœnæ.*

57 *Appellans ad futurum Concilium excommunicatus bulla Cœnæ.*

59 *Piratæ qui excommunicati bulla cœnæ.*

60 *Naufragorum bona accipientes excommunicati, etiam ante monitionem reſtituendi. nu. 118.*

61 *Augmentum & auctum exæquantur.*

61 *Pedagia noua quis poteſt imponere, vel augere.*

62 *Literæ Apoſtolicæ an dicatur ſignatura, & aliud falſare, aliud falſis vti.*

63 *Arma bellica quæ, & ſunt offenſiua, & defenſiua.*

65 *Roma, & Sedes Apoſtolicæ, vel eius Curia diuerſa.*

67 *Iudex ſecularis eiiciens Epiſcopum a ſuo epiſcopatu, &c. excommunicatus.*

68 *Impediens curſum cauſarum Cnriæ vt excommunicatus.*

73 *Eccleſiæ Romanæ iura, & bona nulla taciturnitate, vel patientia perdi.*

74 *Abſolutio cẽſuræ bullæ Papæ reſeruata non cõtinetur etiam in ſua generali.*

74 *Priuilegium remuneratorium per contractum iuſta de cauſa tollitur.*

74 *Abſolutio male abſoluentis a cenſura bullæ, cur non reſeruata.*

PRæmitto primo, quod gloſſa Magiſtra clem prima, de ſent. excommun. colligit 50. excommunicationes latas ipſo facto per ſolas clementinas, & alia prius,

prius, in ca. eos, de sentent. excommuni. libro sexto, triginta latas per solos textus Sexti, & prius congessit Hostiensis, in summa de sentent. excommun. §. 3 in princ. triginta tres, quas solas induxerũt omnia iura Decreti, & Decretalium ad eius vsque tempora, cum vna. [a] Ex quo facile intelligas, quam parci fuerint antiqui patres in excommunicando, & quã largi recentiores, quum ad annum vsq; 1398. quo promulgatus est Sextus, vix inuenirentur triginta tres casus, qui in pauciores quam in 26. redigi possunt.

a cap. 1. de hom. li. 66.

50 Et per solum Sextum inducti fuerunt 32. & per solas Clem. 50. postea per bullas Cœnæ, per extrauagantes impressas, & non impressas, per constitutiones synodales, & prouinciales, per visitationes, & reseruationes secularium, & religiosorum, pene innumeræ. Quarũ multitudinis diminutio desiderata fuit a nobis olim cum primũ Manuale Confessa. Hispano sermone composuimus, imo, & cum illud Latinũ Romæ fecimus. Nunc autem postquam Bullarium quam pluri marum extrauagãtium antiquarũ, Max. Pontificum prodijt impressum, videtur valde vtilis, imo & necessaria limitatio earum aliqua, saltem quoad forum con scientiæ. Salua S.D.N. definitione.

Secundo præmitto, quod quia alium ordinem seruarunt in casibus recensendis, nos sequemur eum, quem Angelus a Clauasio seruauit, [b] cui ex bona parte consonat Syluester qui primo ponit reseruatas Papæ, secundo reseruatas Episcopo, tertio, nulli. Et vt facilius quis quam velit inueniat, in primis ponẽtur antiquiores, præterquam quod inter reseruatas Papæ per bullam Cœnæ erunt primæ, quia magis reseruatę.

b Verb. excom. 5. 6. 7.

51 Tertio præmitto, quod ad iudicandum an quis sit excommunicatus necne a iure, vel ab homine, debent perpendi diligenter verba, quibus ius, vel iudex vtitur, & personæ contra quas, & opera, ob quæ excommunicat, non enim vltra illa extenditur. Vnde lex excommunicans facientem aliquid, non comprehendit regulariter solum consentientem: ét mandando, consulendo, fauendo, vel auxiliando, antequam fiat, nisi ex eius tenore, vel aliarum legum id expresse, aut tacite colligatur, quod firmiter asseuerat Caietanus, [c] & Syluest. sibi contrarius, [d] & Ioann. Tabienna. [e] quod & nos hic in Manuali Hispano tenuimus, & nunc tenemus. Tum quia secundum omnes excommunicatio non debet extendi de vno casu ad alium, secundum glossam recept. in clem. 1. de sepul. & in clem. 1. de consanguin. eo quod pœnæ sunt restringendæ, [f] & prædicti non sunt proprie, & vere facientes, nã mandatum, & consilium præcedunt factum, & nihil præcedere potest id, quod vere ipsum est, & frequenter hęc præcedunt mense, & anno factum: imo & plerumque post vitam dantis ea fiunt, & interdum est impossibile, quod per factum accipientis ea, excommunicentur dantes illa, qui mortui ante, & forte martyres in cœlo iam sunt beati. Tum quia participans cum excõmunicato ante commissum crimen, habens annexam communicationem, vel quum committitur, non incurrit eam, [g] & constat omnes prædictos communicare in crimine, ante crimen commissum. Tum quia cap. quod in dubijs, de sententia excommun. habet participantem cũ excommunicato esse excommunicandũ & non excommunicatum, quod Ioann. relatus a glossa intellexit etiam de participante in crimine, qui licet merito carpatur ibi a Panorm. & communi, quo ad participantem in crimine commisso, nõ tamen quo ad participantem ante illud commissum: qualiter participant ij, de quibus loquimur. Tum quia c. felicis, [h] & alia multa, exprimunt consulentes, mandantes, &c. quum intendunt eos includere. Tum quia cap. quicunque, de sentent. excommun. libro sexto, probat excommunicationem latam contra dantem licentiam malefaciendi, non extendi ad vtentem illa, nisi expresse id exprimatur, & clem. 1. de consang. excommunicans contrahentes, non comprehendit consulentes, mandantes, nec aliter consentientes. neque lata per clem. 1. de sepult. in sepelientes excommunicatum, comprehendit consulentes, & iuuantes, & prosequentes funus ad sepulturam, q suis manibus non inferunt eum illi, secũ dum glossam ab omnibus ibi receptam. Tum quia Bartolus [i] communiter receptus secundum Iasonem [k] ex professo tenet, eum qui per alium facit, non vere.

c In summ. verb. excõ. cap. 47. notab. 3.

d In verbo excom. 10. dubio 4.

e Verb. excom. 5. cas. 49. Bonifa. cum cõmuni in cle. 1. de consang.

f l. penul. ff. de pœni. & ca. pœnæ, de pœnit. di. 1.

g Per resolutionem sup. nu. 32. positam.

h de pœnit. libro 6. & clem si quis suadẽte, eodem tit. & multa cap. bullæ Cœnæ & l. si quis id quod, ff. de iur. omn. iud.

i In l. si is, qui pro emptore, ff. de vsucapi a num. 56. & melius in l. sed si vnius §. 1. ff. de inur.

k In d. l. si is qui Bartolu. 74.

sed

ſed ficte videri id facere, niſi quando illud eſt inſtrumentum motum ab eo neceſſario faciēs, quale eſt baculus, vel gladius, inferens ex eo mandantem non vere, ſed ficte facere id, quod mandatarius facit, præſertim quum mandatarius nō obligetur ad id etiam poſt ſuſceptū mādatum, vt contingit in materia delictorum, de qua loquimur.

Tum quia capit. mulieres, de ſentent. excommun. non habet id quod Panormitanus & aliquot alij imponunt ei, ſcilicet, quod mandans percuti clericū vere percutit illum: ſed quod vere commit tit, cui ſupplendum eſt, in legem, id eſt, vere delinquit, quia mandare illud, eſt vere delictū, vt reſpondit Bartolus in dicto parag primo, quem ſequuntur vbi ſupra Romanus & Iaſon. & ita nulla ratione defendi poteſt, quod vere & proprie ſint idem mandare, vt aliquid fiat, & factum virtute mandati, quamuis frequētiſſime ficte reputentur idem, ſicut hæres, & defunctus, pater, & filius, Epiſcopus, & Vicarius, &c. Nec conſequenter Iaſon. vbi ſupra, iuſte recedit a Bart. cui dixit communem adſtipulari.

Dixi, *Niſi ex eius tenore expreſſe, &c.* ob d. l. ſi quis id quod, & prædicta, cap. felicis, & ſi quis ſuadente & multa bullæ Cœnæ, & alia, quæ pœnam impoſitam facienti expreſſe extendunt ad mandantē, ſignificando tacite alioqui nō extenſum iri, non quidem quod mandare ſit facere, ſed quia legislatori placuit vtrumque ad pœnam ibi poſitam exæquare.

Dixi, *Vel ex tenore aliarum*, vt ex alijs iuribus, & conſuetudine Eccleſiæ, cap. ſi
a 17. q. 4. quis ſuadente, [a] loquens de inijciente manus in clericum, extenditur ad mandantem, conſulentem, & iuuantem d. c. mulieres, & c. quantæ de ſent. excomm. & cap. ſicut dignum, de homic.

Dixi, Tacite, propter cap. ſignificauit, de Iudæ. quod habet mittentē arma Sarracenis, ita eſſe excommunicatum ad deferentem, per canonem, latum contra facientem: non quidem q̄ idem ſit deferre per ſe, & mittere per alium, ſed quia lex pœnalis extenditur de vno caſu ad aliū, q̄n alioqui eſſet fruſtratoria, vel c. ſi ciuitas, de ſent. excomm. q̄ habet interdictū
b cap 1. de vſur. lib. 6. ciuitatis extendi ad ſuburbia, ne fiat fruſtratorium, & gloſſa [b] quæ cap. illud loquens de teſtamento extendit ad codicillum, ne ſit fruſtratoriū. Quibus addē dum, q̄ canon ſe extendens ad conſulentem, non comprehendit ita ſimpliciter conſulentem conſilio adeo ſimplici, q̄ ſine illo tam certo, & iniquo animo fuiſſet admiſſum delictum, ac cum illo. [c] Idem eadē ratione dicēdū de mandato, iuſſu, & fauore, ſine quibus perinde omnino peccatum admiſſum fuiſſet, ac cū illo per dicta ſupra. [d]

c *Per cap. felicis, §. illud. de pœn. li. 6. iuncta gloſſ. celebr. verbo ſimplici, cui ſimilis gloſ. magna dic. clem. ſi quū ſuadente.*

Adde, quod refert, an diſponēs loquatur principaliter de faciente, & ſecunda rio de mandante, conſulente, aut principaliter de omnibus, quia priori caſu nō incurrit excommunicationem conſulēs, aut mandans, antequam fiat opus: vnde mandans cuipiam etiam centies percutere clericum, non excommunicatur, do nec percuſſio ſequatur, & numquam ſi ea nūquam ſequatur. arg. notatorum in d. c. mulieres, de ſent. excomm. In poſteriore vero ſic: nam qui mandat interfice re aliquem per aſſaſſinos, ſtatim quamuis non ſequatur mors, eſt excommunicatus, [e] quia æque principaliter excommunicat mandantem, & religioſus qui concionatur animo retrahendi auditores a ſolutione decimarum eſt excōmunicatus, quamuis auditores non retrahātur, clem. cupientes, §. primo, de pœnis.

d *cap. 17. a num. 17.*

e *cap. 1. de hom. lib. 6.*

52 Conſulere autem dē quicunque monet, perſuadet, aut precatur, vt illud faciat, ſm Bartol. [f] imo & qui inſtruit, aut proponit vtilitatem inde ſequuturam, ſecundum Innoc. recep. in c. ad audientiam, de homicidio.

f *In l. non ſolum. §. ſi mandato ff. de iniur.*

Quarto notandum, quod bulla, quæ noſtra ætate appellatur Cœnę Domini, eſt bulla cōtinens proceſſum Papæ, quo die Iouis Sancta excommunicat varium genus peccantiū: dicta ſic, eo q̄ illa dies appellatur Cœnæ Domini pp Cœnam illam ter maximam Domini noſtri, quā vltimam fecit Hieroſolymis cum diſcipulis ſuis, de cuius antiquiſſima origine & vario tenore, quem varijs temporibus ſub varijs Pontificibus Maxim. vſque ad S. D. N. Greg XIII. habuit, nihil gratia breuitatis ſcribimus, & id ſolum quod antea ſubijcimus ſcilicet, quod gloſſa ſolemnis, g & eius auctor Ioan. Andr. in c. quod olim, de Iudæ. dicunt ter in anno ſolere Papam facere proceſſus gene-
g *Clē. 1. de iudic. verb. ſolemniter.*

rales cõtra certos delinquentes, ſ. die Ioannis S. Aſcenſionis, & Dedicationis S. Petri & Pauli. Cardinalis tũ, in d. c. ꝙ olim, quem Ioã. de Anan. ibi, & nos ſequimur in c. ita quorundam not. ſexto num. 7. de Iudæ. dixit, ꝙ ſuo tempore ſolum faciebat prædicta die Iouis S. quam S. Antoninus [a] expoſuit ſm tenorẽ bullæ Martini V. cui multa addiderũt, & detraxerũt poſteriores Papæ, vſq; ad Iulium III.

a 3 par. tit. 2. cap. 27.

54 Secundum cuius bullę tenorem nos in Manuali Hiſpano eam declarauimus. At quia ſucceſſores eius, etiam S. D. N. Gregor. XIII. nonnulla mutarunt, eam ſecundum tenorem bullæ ipſius, me audiente promulgatæ, primo ſui pontificatus anno expoſui in editione prima huius Manualis latinitate donati, nunc aũt declarabo eam ſecundum tenorem, ſub quo eam tulit hoc anno eiuſdem ſui pontificatus vndecimo clauſularum eius ordinem ſequutus. *Quia item a. D. N. Gregorii XIII. fel. recordat. Sixtus V. nonnulla in ea Bulla mutauit in gratiam Confeſſariorum, quorum plurimum intereſt huius Bullæ exploratam habere cognitionem, nos eam ſicubi a Bulla Gregorii XIII. variat, hic inſeremus.* Precatus tamen humilime prius Deum, Opt. Max. vt ſanctitatem ſuam ſummum, & vnicum Eccleſiæ ſuæ Vicarium donet ſummo illo perſeueran tiæ dono, quo omnia heroica, ſummaq; auctoritate, ſapientia, ac recondita eruditione, & cana prudentia digniſſima, quæ feliciter cœpit, & felicius proſequitur, feliciſſime perficiat, Amen

Quinto, qđ annua bullæ iteratio non multiplicat cenſuras per eam latas, [b] & quod excommunicationes per alia iura latæ, & in prædicta bulla repetitæ ſunt in effectu eædem, præter quam ꝙ bulla hæc addit reſeruationem abſolutionis Sedi Apoſt. Prima excommunicatio bullæ Cœnę ſertur per primam clauſulam eius in hæc verba.

b Vt diximus in d. c. ita quorundam not. 2. a nu. 37.

55 *Excommunicamus quoſcumq; Huſſitas, Wicleffitas, Lutheranos, Zuinglianos, Caluiniſtas, Hugonottos, Anabaptiſtas, Trinitarios, ac omnes, & ſingulos alios hæreticos quocunq; nomine nuncupentur, & cuiuſcumq; Sectæ exiſtant, ac eorum credentes ipſorũq; receptatores, & fautores, & generaliter quoslibet defẽſores ac eorundem libros hæreſin cõtinentes, uel de religione tractantes, ſine auctoritate noſtra, & ſedis Apoſt. ſcienter legentes aut tenentes, imprimẽtes, ſeu quomodolibet defendẽtes, ex qua uis causa publice, vel occulte quouis ingenio, vel colore, nec non ſchiſmaticos, & eos, qui ſe a noſtra, & a Roman. Pont. pro tempore exiſtentis obedientia pertinaciter ſubtrahunt, vel recedunt.*

Declaratio prima, quod quid ſit hæreſis, & quid hæreticus definitur ſupra, [c] & quod excommunic. in hereticos videtur omnium antiquiſſima, [d] ſed non erat referuata ante bullam, vt diximus in dic. cap. ita quorundam, not. vndecimo, nu. 41.

c capit. 11. nu. 22.

d Arg. cap. Achatius, & c. audiuimus, 24. q. 1.

Secunda, ꝙ hæc excommunicatio nõ comprehendit magos, qui alias nõ ſunt hæretici, [e] quos tamen comprehendebat bulla Pij V. quod eſt valde notandũ.

e Arg. eorũ quæ habentur, 26. qu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. S. Tho. 2. 2. q. 95. ar. 1. & 2.

Tertia, qud verbum, *Credentes*, omiſſum in bulla Pij V. fuit expreſſum in hac potius ob declarationem, quam ob neceſſitatem: nam etiam eo non expreſſo fuiſſent incluſi, quippe qui vere ſunt hæretici, c. excomm. 1. §. credẽtes, de hæret. eo quod, quãuis nõ credant explicite hęreſes, credunt tũ implicite, credẽdo per tinaciter eſſe verũ, ꝙ alius hæreticus credit, neſcientes, quid credat in ſpecie. [f]

f Iuxt. Paſud. in 4. d. 13. q. 3. concluſ. 2.

Quarta, ꝙ fautores, receptatores, & defenſores ſolum dñr ad effectũ incurrẽdi hanc cenſuram, qui hęc faciunt eis eo reſpectu, quo ſunt hæretici, vt recte not. Caiet. in d. c. 1. Tum arg. l. in delictis, §. ſi de tractat. ff. de noxal. Tum quia tenet qs hęretico extreme egenti ſubuenire. [g] Tum quia pót quis, licet non teneatur, eidem etiam non extreme egenti ſubuenire, quatenus eſt homo, arg. ca duo iſta nomina, [h] ibi. *Quia peccator eſt, corripe, quia homo miſerere*, & ibi, *Nulli homini claudendæ eſt miſericordia: ſicut nulli impunitas relaxanda eſt.* Tũ quia alioqui omnes fere Catholici etiam religioſi, Germaniæ, Angliæ, Scotiæ, & bonæ partis Galliarum, inciderent in has cenſuras, quippe qui habent commercium cũ hæreticis, quatenus ſunt homines, quod ſine aliquo fauore, vel auxilio eis præſtando haberi nequit. Tum quia nullo cano. ne contrarium probatur: licet multis ꝓbari poſſit eum pręſumi fauere hæretico, qui ſciens eum eſſe talem, fauet ei ſine aliqua circunſtantia, quæ excuſare poſſet eum, etiam in foro exteriori a ta-

g Arg. cap. paſce. 86. diſtinct. h 24. qu. 4.

li præſumptione, quales multæ occurre re poſſunt fundatæ in timore, neceſſitate, cognitione, vel vtilitate, in pace, militia, & bellis, in quibus videmus, & legimus Carolum V. & Philippum II. omnium Regum, quos ſua ætate terra coluit, & colit Catholiciſſimos fauiſſe donis, ducibus & militibus Lutheranis Maieſtati ſuæ militantibus. Quoad forum autem interius, in quo ſola veritas inſpicitur, cap. tua, de ſponſ. facile eſt diſcernere fauorum datum alicui eo reſpectu quo malus & hæreticus eſt, dato eidem, eo quod proximus, & a Chriſto redemptus eſt, dicto cap. duo iſta.

56 Quinta, quod Caiet. in prædicto ca. oblitus fuit ponere id, quod in 2.2. [a] & in ſumm. verb. hæreſis, tenuit, & alij alijs locis, quod adducimus in ca. *cogitationis pœnam nemo meretur*, [b] ſcilicet, hæreticos mentales tũ non incurrere hanc cẽſuram, neque aliam a iure humano latã: quales tũ nõ ſunt ij, qui hæreſin prompſerunt verbo, ſcripto, vel nutu, & ſigno verbis æquipollenti, licet nemine id vidente, vel audiẽte prompſerint: quia ſufficit ſua natura eſſe probabile, licet contingat probari non poſſe ad hoc, vt includatur ſub poteſtate, & iuriſdictione humana, & pœnis eius, quod multis confirmaui, in dic. cap. cogitat.

Sexta, quod in foro interiori non ſufficit hæreſis exterior ſine mentali, ob q̃ ſuperius contra eum & alios diximus. [c]

Septima, quod qui habet, vel legit libros Catholicorum referentium dicta hæreticorum etiam deſumpta ad verbũ ex libris eorum, non incurrit hanc excõmunicationem, quia non ſunt libri hæreticorum, etiam ſi principaliter legeret illos ad ſciendum dicta, & rationes eorũ ſicut non incideret audiendo eadem relata verbo per alium. Neque eadem ratione qui legit libros Catholicorum elucidatos per annotationes hæreticorum, licet iſte incidere poſſet in cenſuram in dicis librorum Pij IIII. Secunda excommunicatio profertur vna cum prima cõtra ſchiſmaticos, in hæc verba

Nec non ſchiſmaticos, & eos qui in animarum ſuarũ periculũ ſe a noſtra, & Rom. Pontific. pro tempore exiſtentis obedientia pertinaciter ſubtrahere, ſeu quomodo libet recedere præſumunt.

57 Declaratio, quod hic ſignificatur hæreſin differre a ſchiſmate, & hæreticum a ſchiſmatico, & recte quidem, vt colligitur ex cap. ſchiſma, [d] & S. Thom. [e] loquẽte in hæc verba. *Hæreſis, & ſchiſma diſtinguuntur ſecundum ea, quibus vtrumq; per ſe, & directe opponitur. Nam hæreſis per ſe opponitur fidei, ſchiſma autem per ſe opponitur vnitati Eccleſiaſticæ caritatis. Et ideo ſicut fides, & caritas ſunt diuerſæ virtutes, quamuis quicumq; caret fide, careat caritate, ita etiã ſchiſma, & hæreſis ſunt diuerſa vitia, quamuis quicumq; eſt hæreticus ſit etiã ſchiſmaticus, ſed nõ conuertitur, & hoc eſt, q̃ Hier. dicit in epiſt. ad Titũ, c. 3. & refertur in c. inter hæreſim.* [f] *Inter ſchiſma, & hæreſin hoc intereſſe arbitror, quod hæreſis peruerſum dogma habet, ſchiſma ab eccleſia ſeparat* Hæc ille: exquibus colligas q̃ ſchiſma generatim ſumptum eſt peccatũ, quo quis ſe ab vnitate debita ſeparat, ſpecialiter vero ſumptũ eſt peccatũ, quo quis ſe ſeparat ab vnitate Eccleſiæ, nolẽdo ſubeſſe ei, vel membris eius, quatenus ſunt eius licet credat non eſſe niſi vnam Eccleſiam, & vnum Vicarium ſupremum. Tertia fertur in hæc verba.

58 *Anathematizamus omnes, & ſingulas perſonas cuiuſcumq; ſtatus, gradus, ſeu conditionis fuerint, & interdicimus vniuerſitates, collegia, & capitula quocumq; nomine nuncupentur, ab ordinationibus, ſententijs, ſeu mandatis noſtris, ac Roman. Pontifi. pro tempore exiſtentium ad vniuerſale futurum Concilium appellantes: necnon eos, quorum auxilio appellatum fuerit.*

Declaratio prima, quod hæc excommunic. nũc primũ facta eſt Bullæ Cœnæ antea enim licet lata, & reſeruata fuiſſet per Pium II. & Iuliũ II. vt tradit Sylue. verb. excommun. ſub fin. non tũ fuit hactenus inſerta Bullis Cœnæ. Secunda, q̃ huic excommun. adiungitur interdictũ pp vniuerſitates, in quas non fertur excommunicatio, vt infra dicetur. Tertia, quod conſulens, & auxilians prædictis non incurrunt, donec appellatio ſubſequatur. Quarta fertur in hæc verba.

59 *Anathematizamus omnes piratas, latrunculos marinos, & illos præcipue, qui in mari noſtro a monte Argentario vſque ad Tarracinam diſcurrentes eos, qui in illo naufragant, deprædantur, mutilant, interficiunt, rebus vt, & bonis ſuis ſpoliãt, omnesq;*

a q. 2. art. 3 & 4.

b De pœni. diſt. 1.

c In c. 2. n. 24 & 25.

d 24. q. 1.

e 2. 2. q. 39. art. 1. ad 3.

f 24. q. 3.

receptatores eorundem, & eis auxilium scienter dantes, uel fauorem.

Bulla Sixti V. hanc sic continet: *Excõmunicamus, & anathematizamus omnes piratas, cursarios ac latrunculos maritimos discurrentes mare nostrum, præcipue a Mõte Argentario usque ad Teracinam, ac oẽs eorum fautores, receptatores & defensores.*

Declaratio prima, quod excommunicatio ista nostra sententia comprehendit omnes, & solos eos, qui principaliter versantur in agendis prædis, percutiendis, aut interficiendis in mari occurrentibus: quia hi sunt Piratę, & latrones marini, quidquid dicant Angelus, [a] Sylvester, [b] & Caietan. [c] cuius temporis Bulla speciatim includebat consulentẽ, quem licet hæc speciatim non includat, generatim tamen includere videtur, quia includit auxiliantes, & fauentes, & negari non potest, eum qui consulit, auxiliari, vel fauere, arg. l. quod fauore C. deleg. tradit Bart. in l. si vnius, §. 1. ff. de iniur.

a Verb. excommun. 5. cas. 18.
b Verb. excommunic. cas. 28.
c Verb. excommunic. cas. 28.

Secunda, quod qui gerunt sua negotia, aut mercimonia cum amicis, aut bella iusta, vel iniusta cum inimicis, & deprædantur aliquando incidenter, nõ includuntur hic, iuxta omniũ sententiam.

Tertia, quod non includit eos qui solis fluminibus faciunt hoc, quidquid sentiat Angelus.

Quarta, quod sufficit facere hoc alicui, vel aliquibus nationibus, & non est necesse facere omnibus, vel fere omnibus, quia quũ in id incumbentes principaliter Piratæ, aut latrones maris dicãtur, recte in eis verificantur verba huius clausulæ, quidquid dicat Sylvester, vbi supra. Quinta fertur in hæc verba.

60 *Anathamatizamus omnes & singulos qui Christianorum quorumcumque nauibus tempestate in transuersum (ut dici solet) iactatis seu quomodolibet naufragium passis, aut etiam submersis, siue in ipsis nauibus, siue ex eis dilapsa, & in mari, uel littore inuenta, cuiuscumque generis bona tam in nostro Tyrrheni, & Adriatici, quam in quibuscumque aliis, cuiuscunque maris regionibus, & littoribus rapuerint, aut scienter sibi acceperint, aut ab aliis rapta, seu accepta scienter receperint: ita ut nec etiã ob quodcumque priuilegium, consuetudinem, aut longissimi etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcumque prætextum excusari possint.*

Pro his aut etiam submersis Bulla Sixti V. habet, *siue ex ipsis nauibus siue ex iisdem iecta in mari, &c.*

Declaratio quod hæc excommunicatio nuper facta est Bullæ Cœnæ, nam licet antea fuisset lata, non tamen eius absolutio erat reseruata, vt videre est in c. excommun. de rapt. de quo infra, [d] vbi dicetur an sufficiat acceptio, vel requirantur voluntas (vt sic dicam) mota, & monitio, & quam iniqua sit lex contraria. Sexta fertur per illa verba.

d Nu. 117.

61 *Excommunicamus omnes, qui in terris suis noua pedagia seu gabellas ad id potestatem non habentes imponunt, uel augent: aut imponi, uel augeri prohibita exigunt.*

Hæc ibidem sic habetur. *Item excomunicamus & anathematizamus omnes, qui in terris suis noua pedagia seu gabellas, præterquam in casibus sibi a iure, seu ex specialis sedis Apostolicæ licentia permissis, imponunt, aut augẽt, seu imponi aut augeri prohibita exigunt.*

Declaratio prima, quod hic statuitur idem de augmentis gabellarum antiquarum, quod de nouis, quod ipsum dicendum esset etiã si nihil fuisset expressum de augmentis, vt diximus in expositione alterius bullæ, vbi hoc non erat expressum, arg. l. si ex toto, in princ. deleg. 1. & in l. paculium, ff. deleg. 2. hoc tradit Angelus verb. pedagium, & Sylvester. [e]

e Verb. excommu. 7. cap. 19.

Secunda, q̃ per pedagia, & gabellas in telligi pñt etiã portoria, de q̃b⁹ in bulla Pij V. & alia vectigalia, ob identitatem mentis legislatoris, & rationis legis, & latitudinem vulgarem significationis eorum. Qua de re latius [f] tractamus alibi.

f In ca. fraternitas. 12 q. 2.

Tertia, quod per illa verba, *Ad id potestatem non habentes*: includitur solus, & omnis qui recognoscit superiorem in temporalibus, ad quem ab eo appellari potest, nullus enim talis huiusmodi potestatem habet, & quilibet alius sic, per capit. primo, quæ sunt regalia in vsibus feud. & not. in capit. super quibusdam de verborum significatione.

Quarta quod per, *Exigit*, intelligitur hæres illa imponens publicanus, conductor, siue arrendator illorũ iuriũ, & recipiens etiam famulus a non sponte soluẽtibus, iuxta rub. de exact. tribut. libro vndecimo, C. quia exigere est extorquere a nolente

a nolēte ſoluere. Dicitur autem inuitus, & nolens ſoluere, etiam qui ſoluit rogatu ſoluere tamquam debitum, Caietan. Excuſare tamen poſſet ab hac cenſura probabilis ignorantia iuris, aut facti.[a]

a Arg. c. 2. de conſtit.

Quinta, q̃ p prohibita debent intelligi ſimpliciter prohibita, id eſt, quę a nullis, neque a laicis, neque clericis, iuſte poſſint exigi, & prohibita exigi a clericis, & non a laicis, non ſunt ſimpliciter, ſed ſecundum quid prohibita, & ideo petens illa a clericis incurrit quidē excommunicationem,[b] quæ non eſt reſeruata, non tamen hanc. Septima fertur in hæc verba.

b ca. quam quā, de cenſib. lib. 6.

62 *Excommunicamus omnes falſarios literarum Apoſtolicarum etiam in forma breuis, ac ſupplicationum, gratiam, uel iuſtitiam concernentium per Roman Pontifi. uel S. R. E. Vicecancellarium, ſeu gerentes uices eorum, aut de mandato eiuſdem Roma. Pontifi. ſignatarum, aut ſub nomine eiuſdē Romani Pontific. ſeu Vicecancellarij, aut gerentium uices prædictorum ſignantes ſupplicationes eaſdem. Ac etiam falſo fabricantes literas Apoſtolicas, & in forma Breuis ac ſupplicat.ones huiuſmodi. Extendentes conſtitutionem ſel. re. Innocentij Papæ III. quæ incipit, Ad falſariorum: cum omnibus pœnis in eu contentis, ad eoſdem fabricantes, & etiam ad falſificantes, ſeu mutantes ſupplicationes per nos, ſeu de mandato noſtro ſignatas, & datas ſine noſtra, aut Datarij noſtri licentia.*

Pro his verbis: Ac etiam falſo ſignantes, ibidem habetur, *Ac etiam falſo ſignātes ſupplicat.ones huiuſmodi ſub nomine Romani Pontificis, ſeu Vicecancellarij, aut gerentium uices eorundem.*

Declaratio prima, q̃ per hanc clauſulam, Iuncto c. ad falſariorum de crimin. fal. probatur appellatione literarū Apoſtolicarum in materia odioſa non includi ſupplicationes a Papa ſignatas, quas ſignaturas vocamus, alioquin ſuperflue extenderetur per hanc illud caput puniens falſantes literas Apoſtolicas ad falſantes ſignaturas.

Secunda, quod hæc excommunicatio non eſt reſeruata Papæ, niſi quo ad ea q̃ includuntur in hac clauſula: quia quatenus continetur in illo c. non eſt reſeruata, vt patet ex eo, & notatis a Caietan.[c]

c Vbi ſupra c. 27.

Tertia, quod videmur bene pridem reſpondiſſe, quod neque in hanc excommunicationem, neque in illam d. cap. ad falſariorum, incidit falſarius literarum Epiſcopi, vel nuntij: quia hæ proprie nō ſunt literæ Apoſtolicæ, nec eadem ratione falſarios literarum pœnitētiariæ: qa non ſunt literæ Papæ, ſed eius commiſſarij conſtituti viuæ vocis oraculo. Secus tamen de falſario Breuium Papæ, iuxta Gomez.[d]

d lib. de breuib. pag. 3.

Quarta, quod non includit eos, qui ſubreptitie, vel obreptitie impetrant literas Apoſtolicas, vel vtuntur illis, vt diximus, quia non ſunt literæ falſæ. Neq; eos, qui vtuntur literis falſis, : quia ſolū loquitur de falſantibus: & aliud eſt falſare, & aliud vti falſis, vt colligitur ex dicto cap. Ad falſariorum, quo excommunicantur omnes falſarij, & non omnes falſis vtentes, niſi ſoli laici.

Quinta, quod ille dicitur habere literas falſas, vel vti eis, qui ſciens, vel debens ſcire eſſe tales, vtitur eis iuxta Caietanum, vbi ſupra arg. l. in delictis, §. fi de tract. ff. de nox.

Sexta, quod non ſatis eſt corrigere ali quam literam, aut punctum, quod non mutat ſubſtātiam aliquam, vt faciat incidere in hanc excommunicationem, vt dictum eſt,[e] poſt Ioann. Gerſonem,[f] contra Hoſtienſem, in ſumma de crimin. falſ. §. porro, verſ. ſed hodie. & Caietan. in ſumma verb. falſarius, ſaltē quo ad forum conſcientiæ: quum id facere bona mente ſine dolo, & vllo alterius damno, non videatur mortale, nec conſequenter excommunicare iuxta dicta.[g] Octaua fertur in hæc verba.

e cap. 17. n. 169.

f 2. par. Alph. 32. cap. quidā fol. 118.

g Supr. eod. nu. 9.

63 *Excommunicamus omnes illos, qui equos, arma, ferrum, filum ferri, ſtannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atq; bellica inſtrumēta, lignamina, canabem, funes, tam ex ipſo canabe, quam ex quacunque alia materia, & ipſam materiā aliaque huiuſmodi, quibus Chriſtianos impugnāt, deferūt Sarracenis, Turcis, & alijs Chriſti nominis inimicis. Necnō illos, qui q̃ ſe, uel alium, ſeu alios de rebus Chriſtianæ Reipub. ſtatum concernentibus in Chriſtianorum perniciem, & damnum ipſos Turcas, & Chriſtianæ religionis inimicos certiores faciunt, illiſque ad id auxilium, conſilium, uel fauorem, quomodolibet præſtant. Non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs, qui-*

quibuſcumque principibus, & dominis, ſiue priuatis perſonis per nos, & ſedem prædictam hactenus conceſſis, quæ illis nolumus in aliquo ſuffragari.

Pro his verbis Sarracenis, Turcis, &c. Sixtus V. habet. *Qui ad Sarracenos, Turcas, & alios Chriſtiani nominis inimicos, vel hæreticos per noſtras, ſeu huius S. Sedis ſententias expreſſe & nominatim declaratos deferunt, ſeu tranſmittunt, quibus Chriſtianos & Catholicos impugnant.* Et poſt illa verba & Chriſtianæ religionis inimi eos, additur, *nec non hæreticos in damnũ Catholicæ religionis.*

Declaratio prima, quod hanc excommunicationem præceſſit poſita in capit. ita quorundam, & c. quod olim c. ſignificauit, & c. ad liberandam, de Iudæ. & ex trauag. 1. Ioann. 22. eod tit. & extrauag. 1. eod. tit. inter communes. Hæc autem videntur omnibus illis ampliora: quia licet [a] excommunicentur exercẽtes mercimonium cum Sarracenis tempore belli, in cap. ſignificauit, & treugam magis bello, quam paci æquet: & licet in dicta extrauag. victualia, ſiue commeatus ad eos deferri prohibeat, quod eſt intelligendum, etiam per nuntios, [b] tamẽ hæc non ſolum excommunicat ſpeciatim deferentes multa: ſed etiam prohibita, & ita videtur excommunicare omnes illos, quos ſingula eorum excommunicarent, etiam ſi hæc non faceret.

a In d. cap. quod olim.

b Iuxt. d. c. ſignificauit

Secunda, quod ad reſpondendum dubijs, quę olim paſſim interrogabamur in Luſitania, etiã ex Africa ſuper hac materia a cõfeſſarijs illuſtriſſimę ſocietatis Ieſu, ante hoc manuale q̃dã repetitionẽ cõpoſuimus, [c] dicatã inſigni collegio eiuſdem ſocietatis Conimbricenſi, ex ibi dictis apte poſſet hæc clauſula illuſtrari.

c In d. c. ita quorundã.

Tertia, quod per equos intelligendi ſunt etiam equi debiles, claudi, vel morboſi, traditi a præfatis inimicis, & opera, & arte Chriſtianorum in eorum terris curati, & feroces effecti: quia eſt verbũ generale eadem ratione includens eos, ac alios apud nos genitos.

Quarta, quod per arma, vt ibi accurate diximus, intelliguntur tantum bellica, ideſt, quæ ſunt vna ſpecies armorum generatim ſumptorum, in l. armorum, ff. de verbor. ſignifi. principaliter ad pugnã facta, vel deſtinatione animi ad eam deſignata, quorum poſterius dico propter ligna, trabes, ferrum, & alia metalla, quę non ſua forma artificiali, ſed praua deferentis intentione, deſtinantur ad pugnã, conficiendo ex eis naues, vel alia inſtrumenta pugnæ accommoda: & conſequẽter in hac clauſula continentur non ſolum offenſiua, vt lãceæ, enſes, pugiones, bombardulæ, ſeu ſclopi, cultri, & etiam cultelli: quia ſuapte natura ſunt ad pugnam apta, quamuis ob paruitatem aliquando pro ſubiecta materia non dicantur arma, ſicut nec lapides, nec alia defenſiua, vt poſt alios dixit eruditiſſimus Andreas Alciatus, in d. l. armorum, cuius titulum commentarijs ob reconditã eruditionem ſuſpiciendis, illuſtrauit. Non, inquam, ſolum offenſiua, ſed etiam defenſiua, vt caſſides, loricæ, ſcuta, peltæ, clypei, & id genus alia. [d] Arma vero illa, quæ per ſe non ſunt bellica: qualia ſunt lapides, & fuſtes, & baculi, non includuntur, pluſquam aliæ merces, niſi cum intentione deferentis deſtinantur mediate, vel immediate ad pugnam.

d Arg. l. 2 C. quæ res aſport. non debet.

Quinta, quod per ferrum intelligendum videtur factum, & infectum, [e] non tamen vena ferri, vel auri, vt dixi, in d. repetit. contra Sylueſt. [f] quamuis etiam illa includeretur, ſi deferretur intentione, vt ex ea fieret ferrum, & ex ferro arma pugnæ accommoda, per prædicta.

e Arg. d. l. 2 Co. quæ res aſport. non debet.

f Verb. excõmun. 7. caſ. 21.

Sexta, quod per aurum, argentum, & alia metalla, etiam intelliguntur facta, & infecta. § Et quamuis, vt ibidem diximus, in legatis eorum appellatione, non continentur numi, & pecunia ſignata: non tamen video iuſtam rationem, quare ſic magis metalla ad pugnandum inepta vetentur deferri, quam pecunia ſignata, quum hæc aptior ſit ad arma cõparanda, quã illa, & cum, ſi ratione mercimonij permitteretur, eadem ratione qua hæc, etiam illa deberent permitti. Per bellica inſtrumenta videntur intelligi, tympana, fiſtulæ, litui, cornua, & tubæ. Per lignamina intelliguntur trabes & alia ligna nauibus, & triremibus, & alijs inſtrumentis bellicis fabricandis opportuna: quamuis in d. c. quorundam reſtrictius lignamina galearum prohibeantur, vt ibi dixi. Per funes videntur intelligi non ſolum linei, & canabei, ſed etiam lanei & ſpartei: quia dictum generali-

g l. cum autem & leg. Quitus Mutius. §. 1. ff. de aur. & arg. leg.

neraliter, generaliter eſt intelligẽdum, l de pretio, ff. de public. in rem act. & ca. folita, de maior. Quod autem naues, & triremes contineantur probat ca. ad liberandam, de Iudæ. & illud Ariſt. *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis:* authen. multo magis, C. de ſacroſ. ec cleſ. & lignamina prohibentur, ne inde naues fiant: ligna vero ad ignem fouendum nõ vetantur magis, quam aliæ merces, vt dixi vbi ſupra. Per *Turcis, &c.* nõ videntur includi hæretici. Includit tamen eos Bulla Sixti V. addidit enim *vel hæreticos per noſtras ſiue huius ſanctæ ſedis ſententias expreſſe & nominatim declaratos,* vt notauimus, neq; Iudæi, neq; Gentiles: quibus cum non eſt bellum Chriſtianis: quia nec mens, neque ratio, ne que verba clauſulæ, videntur eis conuenire, nec Turcæ, & Sarraceni, qui nos cõtra alios Turcas, vel Sarracenos iuuarẽt vt videtur contigiſſe, quãdo Carolus V. Regem Tuneti ab ea eiectum reſtituit, & cõtingere poteſt quoties populus aliquis Chriſtianus in ſuam iuſtam, & neceſſariam defenſionem ſociaret ſibi aliquot infideles. [a] An autem excuſetur princeps, dux, vel præfectus vrbis vel caſtri donans vnum vel alterum equum, enſem, haſtam, vel ſclopum in gratiam cuiuſpiam beneficij accepti, vel ſpe accipiendi, dubitari poteſt: quia verba eum includunt, ſed credi poteſt excuſari ex defectu non quidem verborum ſed mẽtis, arg. l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patri. Per illa verba. *Quibus Chriſtianos impugnant,* videtur ſignificari eſſe neceſſum ad violandam clauſulam, vt deferentes hoc malo animo deferant: quod eſt falſum, & ad hanc inductionem res ponderari poteſt, quod hæc verba potius ponuntur ad demonſtrandum factũ communiter ſolitum, quam ad ſignificãdum neceſſitatem tam praui animi: nemo enim excuſaret mercatorem deferẽtẽ multas haſtas fraxineas, multas caſſides ferreas, & ſclopos Turcis, ſolo animo lucrandi, deſiderando, imo paciſcẽdo, ne vnquã eis cõtra Chriſtianos vterentur.

Septima, quod Chriſtiani metu mortis, aut verberum remigantes in triremibus Maurorum, etiam contra Chriſtianos, non videntur excomm, vt [b] probamus. quamuis a mortali peccato neſciamus vllatenus excuſare, & egerrimo animo fero, quum hoc cõſequatur, nõ poſſe eos vmquam abſolui neq; iuſte cõmunicare antequã firmiter proponant ſe nũquam ita remigaturos, etiã ſi ob id oporteat oppetere mortẽ. [c] Remigantes aũt etiam ſponte, vel regentes eorum naues contra alios infideles, nec excommunicantur nec peccant: quia d. c. ad liberandam, de regentibus eorum naues contra Chriſtianos intelligendum videtur. arg. a ceſſatione rationis & mentis legiſlator l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. pat. Nona fertur in hæc fere verba.

64 *Excommunicamus omnes impediẽtes, ſiue inuadentes eos qui victualia, ſeu alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria adducunt. Ac etiam eos qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur impediunt, ſeu hæc facientes defendunt per ſe, vel alium, ſeu alios cuiuſcunque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & ſtatus: ac etiam ſi Pontificali, vel Regali, aut aliæ quauis Eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate.*

In Bulla Sixti poſt *impediunt* additur *prohibeat,* & verba illa ſublata ſunt, vel & eis aliquid exigunt vel ſoluere faciũt.

Declaratio prima, quod includit omnes Chriſtianos, qui faciunt aliquid in ea contentorum.

Secunda, quod non comprehendit eos, qui ob vtilitatem ſuæ Reipub. iuſte prohibent victum neceſſaria, aut peſte graſſante in Curia ſuis ad eandem proficiſci cum commeatu, & ſimilibus. quia nõ intendunt impedire: licet ex eo per accidens id conſequatur, vt dixit recte Caietanus, [d] Decima fertur in hæc verba.

65 *Excommunicamus omnes ex proposito interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, ſeu deprædantes Romipetas, ſeu peregrinos ad Vrbem cauſa deuotionis, ſeu peregrinationis, & prorſus omnes alios ad ſedem Apoſtolicã. accedentes, vel apud eã morãtes, aut recedẽtes ab ipſa, & illis dãtes auxiliũ, conſilium, vel fauorem.*

Bulla Sixti habet ex propoſito, & in ea hęc verba & prorſus omnes alios, &c. non habentur.

Declaratio prima, quod hæc clauſula includit venientes ad Vrbem, vel ab ea recedentes cauſa deuotionis, vel peregrinationis, quos non includebat Bulla

a Iuxt. Old. conſi. 71. p batũ a Ioã. And. in rubric. de Iudæ.

b In d. c. ita quorũd. am not. ab. 2.

c Per dicta ſupr. cap. 1. nu. 19.

d Vbi ſupr. c. 19. Verb. excomm. fa cit, l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cer. pet. & c. nõ duabiũ de ſen. excomm.

eiuſdem D.N. quam expoſuimus in Manuali Latino, nihil quando in ea maneret ſedes Apoſtolica.

Secunda, quod includit omnes venientes ad ſedem Apoſtolicam & recedentes ab ea, ſiue maneat Romæ, ſiue foris: non tamen venientes Romam, ſi alia de cauſſa, quam deuotionis, & peregrinationis ad eam veniant: neque venientes ad Vrbem, vbi extra illam fuerit Curia, ſi alio reſpectu, quam ſedis Apoſtolicæ iuerint ad eam, vel receſſerint ab ea. arg. not in c. ego N. de iureiur. ver. limi. iux. declarationem Ioann. Andr. Panormitan. & Felyni.

Tertia, q̃ non includit eos, qui vadunt, degunt, aut redeũt, a loco vbi eſt Curia, ſi nõ profiſcantur, verſentur, aut reuertantur ad Curiæ, ſi illa non eſt Romæ.[a]

a Caiet. ubi ſup. ca. 14.

Quarta, quod adhanc incurrendã nõ oportet, quod id faciens careat iuriſdictione, quod requirebat Bulla in alio Manuali expoſita ſaltem quo ad aliquos.

Quinta, quod propoſitum percutiendi, ſeu interficiendi, quod ſufficit ad peccatum mortale, non ſufficit ad incurrendum hanc cenſuram, ob percuſſionem, vel interfectionem: imo eſt neceſſe, qđ concipiatur tempore animi pacati, vel tranquilli, iuxta Caietanum, vbi ſupra, quamquam noſtra ſententia, ſatis eſt, vt concipiatur etiam tẽpore turbati & irati: modo cõcipiatur ante rixam, & tẽpus percuſſionis vel mortis: quia per hoc ſeruatur proprietas, ſeu ſpecialitas, quam hæc clauſula ſignificat in hoc cap.

Vndecima fertur in hæc verba.

Hæc quæ in Bulla Sixti præcedit priorem ſic habet: *Item excommunicamus oẽs illos qui ad ſedem Apoſt. venientes & recedentes ab eadẽ, ſua vel aliorũ opera interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, detinent: necnon illos oẽs, qui iuriſdictionẽ ordinariã vel delegatã a nobis, vel noſtris iudicibus nõ habentes, illam ſibi temere vindicantes, ſimilia contra morantes in eadem curia audent perpetrare.*

66 *Excommunicamus omnes illos, qui non habentes in eadem Curia iuriſdictionem ordinariam: vel delegatam eius prætextu capiunt, ſpoliant, detinent morantes in eadem, vel qui talia fieri mandant.*

Duodecima fertur in hæc verba.

67 *Excommunicamus interficientes, verberantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, uel hoſtiliter inſequentes S. R. E. Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiſcopos, ſedisque Apoſtolicæ legatos, vel Nuntios, aut eoſdem eijcientes a ſuis diœceſibus, territorijs, terris, ſeu dominijs, eaque mandantes, vel rata habentes, ſeu præſtantes auxilium, conſilium, uel fauorem.*

Bulla Sixti poſt verbum interficientes addidit mutilantes, vulnerantes.

Declaratio, prima, quod ob ſingula horum ſeptem admiſſa contra Cardinales incurritur hæc excommunicatio.

Secunda, q̃ quo ad cap. felicis, & pœnas in eo contentas exæquantur Cardinalibus Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Legati, ſeu Nuntij ſedis Apoſt.

Tertia, q̃ licet expreſſe non dicatur, quod facientes prædicta contra Patriarchas, Archiep. &c. incurrant cenſuram Bullæ, cum cenſura prædicti cap. felicis: non ſit de ſe cenſura Bullæ: de mente tñ S. D. N. videtur fuiſſe, vt cenſeretur cenſura Bullæ. Tum quia intendit in hoc æquare illos Cardinalibus. Tum quia Pius V. in ſua Bulla expreſſe excommunicauit iniuriantes eis, ſicut iniuriantes Cardinalibus.

Quarta, q̃ hæc cenſura includit etiã eijcientes a terris ſuis Legatos, & Nuntios ſedis Apoſtol. Patriarchas. Archiepiſc. Epiſcopos a ſuis diœceſibus, eaque mandantes, conſulentes, & ad id auxiliãtes. Ita quod latius prouidetur ijs, quo ad hoc, quã Cardin. quatenus ſunt Cardinales, & non Legati, vel Epiſcopi.

Quinta, quod hic videtur prouiſum contra illos iudices ſeculares, qui cum Epiſcopos non parentes ſuis iuſſis non poſſunt capere, neque punire, iubent eis vt e regno exeant: ob q̃ non ſolũ iubentes, ſed & lictores iuſſa exſequentes, & opem ad id ferentes, imo & conſulentes ligantur: iubentes autem exire Curiam Regis, vel aliũ locum qui nõ eſſet eorũ diœceſium, eſto male facerent, non tñ hac cenſura ligarentur: quia neque eius verba, nec eadem ratio aptantur.

Sexta, quod excuſatur ab hac cenſura, q̃ defendendo ſe cum moderamine inculpatæ tutelæ, aliquid horum facit[b] & qui probabiliter ignorans faceret aliquid in prædictos noctu, vel etiam interdiu habitu alieno repertos.[c]

b l. ut uim. ff. de iuſt. et iur. & l. 1. C. unde ui.

c Arg. c. 2. de conſtit.

Septi-

Septima, quod per hanc clauſulam ceſſat, quo ad principalia vetita id, quod in Hiſpano innueram, ſcilicet, quod clem. ſi quis ſuadente, de pœn. largius prouidebat epiſcopis, quam Bullæ præcedentiũ Pontificum, eo quod illa prouidet cõtra bannientes, quod prædictæ Bullæ non faciebant: ceſſat in quam: quia hæc prouidet etiam contra eijcientes, quod eſt generalius, quam bannientes. Imo etiam videtur ceſſare quoad acceſſorias: quia tria illa verba, ſcilicet mandantes, ſeu conſilium, vel auxilium præſtantes, includere videntur omnia, quæ plura verba illius clemen. continent. Nam per mandantes comprehenduntur ratum habentes, caratihabitionem de reg. iur. lib. ſexto, & p conſilium & auxilium cetera: nam & de ſenſare & ſocium eſſe comprehendũtur ſub auxilium præſtare.

Octauo, quod Epiſcopus dicitur, qui eſt conſecratus, & non qui ſolum electꝰ, preſentatus, confirmatus, inſtitutus, aut prouiſus, etiãſi iam adeptus ſit poſſeſſionẽ.[a] Decimatertia fertur in hæc verba.

a Per glo. ſolemn. in cle. mẽ. dignum de cel. miſſa rum & alia multa citata per Fely. in c. eam te. de reſcript.

68 *Excommunicamus illos, qui per ſe vel alium, ſeu alios, quaſcunque perſonas eccleſiaſticas, vel ſeculares ad dictam Curiam ſuper eorum cauſis & negotijs recurrentes, illaſq; in eadem curia proſequentes, aut procurantes, negotiorumque geſtores, aduocatos, & agentes ipſorum, ſeu etiam auditores vel iudices, ſuperdictis cauſis vel negotijs deputatos, occaſione cauſarum, vel negotiorũ huiuſmodi verberant, mutilant, occidunt, bonis ſpoliant: ſeu qui per alium, ſeu alios directe, vel indirecte, prædicta exſequi procurare, aut eiſdem conſilium, auxilium, vel fauorẽ præſtare non verentur, cuiuſcumq; præeminentiæ, & dignitatis fuerint: Ac etiã omnes, tam eccleſiaſticos, quam ſeculares cuiuſcunq; dignitatis, qui prætexentes friuolã quandam appellationem a grauamine, vel futura exſecutione literarum Apoſtolicarũ, etiam in forma breuis, tam gratiam quam iuſtitiam concernentium, necnon citationũ, inhibitionum, ſequeſtrorum, monitoriorum, proceſſuum, exſecutorialium & aliorum decretorum, a nobis, & a ſede prædicta, ſeu legatis, nuntijs, præſidentibus Cam. Apoſtolicæ auditoribus, commiſſarijs aliiſq; iudicibus, et delegatis Apoſtolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanauerint, aut alias ad curias ſeculares, & laicam poteſtatem recurrunt, & ab ea inſtante etiam ſiſci procuratore vel aduocato appellationes huiuſmodi admittit, ac literas, citationes, inhibitiones, ſequeſtra, monitoria, & alia prædicta capi, & retineri faciunt, quive illa ſimpliciter, vel ſine illorum beneplacito, conſenſu, vel examine exſecutioni demandari, aut ne tabelliones & notarij ſuper huiuſmodi literarum, & proceſſuum exſequutione inſtrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti, cuius intereſt, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, ſeu earum agentes, notarios, exſecutores, & ſubexſecutores literarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, detinent, ex ciuitatibus, locis, & regnis eijciunt, bonis ſpoliant, perterrefaciũt, concutiunt, & comminantur, per ſe vel alium, ſeu alios, publice vel occulte, ſeu capi, carcerari, detineri, uulnerari, miniſque agitari faciunt. Quiue alias quibuſcumque perſonis in genere, uel in ſpecie, ne pro quibuſuis eorum negotijs proſequendis, ſeu gratijs, vel literis impetrandis ad Romanum Curiam accedant, aut recurſum habeant, ſeu gratias ipſas, vel literas a dicta ſede impetrent, ſeu impetratis vtantur directe vel indirecte prohibere, ſtatuere, ſeu mandare, uel ea apud ſe, aut notarios, ſeu tabelliones, uel alias quomodolibet retinere præſumunt.*

Declaratio prima, quod hæc clauſula includit primum impedientes curſum cauſarum ad Curiam, vel in Curia. Secũda impedientes exſecutionẽ literarum Curiæ ſedis Apoſtolicæ. Tertia tractantes male perſonas illas agentes, & impedientes dari inſtrumenta ſuper his petita. Quarta impedientes impetrationes literarum gratiæ, vel iuſtitiæ a ſede Apoſtolica. Quinta, quod non eſt neceſſe ad incidendum in cenſuras huius clauſulæ, vt prædicta impedimenta fiant auctoritate iudiciaria laica: ſed ſufficit, vt fiant priuata, vel Eccleſiaſtica. Tum quia id patet quoad primam, & ſecundam partem, & quo ad eos qui procurant, vt ſuperiores ponant impedimenta prædicta. Tum quia nõ eſt cur excuſetur Eccleſiaſticus, qui auctoritate Eccleſiaſtica intimantẽ, citantem, & alia iuſſa ſedis Apoſtolicæ implentem, capit, cõijcit in carcerẽ, vel vetat, ne inſtrumẽta ſup exſecutis a ſe præſtet. Tũ quia nulla verba eius

id

id indicant, neque vlla ratio concludit, & ita vt est generalis, generaliter intelligi debet. [a] Tum quia id, quod contra sentit Caietanus potest intelligi de contentis in §. sequent. Sexta, quod hæc excõmunicatio includit multos alios quos non includebat Bulla prædicta in Manuali Latino exposita, vt patet legenti. Decimaquarta fertur in hæc verba.

a Cap. si Romanorum, 19. dist. l. de pretio. ff. de publ. in rem act.

69 *Excommunicamus omnes & singulos Cancellarios, Vicecancellarios, & Consiliarios, ordinarios & extraordinarios, quorumcunque Regum, & Principum, ac præsidentes Cancellariarum, Consiliorum, & Parlamentorum: necnon procuratores generales eorundem, vel aliorum Principum secularium, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque præfulgeant dignitate quocumque nomine nuncupentur, alioſque iudices tam ordinarios, quam delegatos, necnon Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Cõmendatarios, Vicarios, & Officiales, qui per se, vel alium, seu alios auctoritate propria, & de facto, quarumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum Apostolicarum prætextu, beneficiales, & decimarum, ac alias causas spirituales annexas ab auditoribus, & commissarijs nostris, aliſque iudicibus Ecclesiasticis, auocant, illarũ ve cursum, & audientiam, ac personas, capitua, conuentus, collegia, causaſque ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarũ cognitione tamquam iudices interponunt: quiq; partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendũ vel consentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, ac censuris, & pœnis in illis contentis absolui per statutum, vel alias compellũt, vel exsecutionem literarum Apostolicarum, seu exsecutorialium, processuum, aut decretorum prædictorum quomodolibet impediunt, vel suum ad id fauorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætensionum, seu etiam donec ipsi ad nos informandos (vt dicunt) supplicauerint, aut supplicari fecerint, nisi supplicationes huiusmodi coram nobis, & sede Apostolica legitime prosequantur.* Decimaquinta fertur in hæc verba.

70 *Et qui ex eorum prætenso officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcumque personas Ecclesiasticas, Capitula, Conuentus, collegia Ecclesiarum quarumcunque, coram se, ad suum Tribunal, audiẽtiam, cancellariam, concilium, vel parlamẽtum. præter iuris canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directe, vel indirecte, quouis quæsito colore. Necnon qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quauis alia decreta in genere, vel in specie, ex quauis causa, & quouis quæsito colore, ac etiam prætextu literarum Apostolicarum vsu non receptarum, seu reuocatarum, vel cuiusuis consuetudinis, aut priuilegij, vel alias quomodo libet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis vsi fuerint, vnde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quouis modo restringitur, seu nostris, & dictæ sedis, ac quarumcumque Ecclesiarum iuribus quomodolibet directe, vel indirecte, tacite, vel expresse præiudicatur.* Decimasexta fertur in hæc verba.

Necnon qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosq; superiores, uel inferiores prælatos, & omnes alios quoscunque iudices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet impediunt, quominus sua iurisdictione Ecclesiastica contra quoscunque vtantur, secundum quod canones, & sacræ constitutiones Ecclesiasticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præsertim Tridentini statuunt. Ac etiã eos, qui post ipsorum ordinariorum, vel etiam delegatorum quorumcumq; sententias, & decreta, aut alias fori Ecclesiastici iudicium eludentes ad Cancellarias, uel alias Curias seculares recurrunt, & ab illis prohibitiones & mandata etiam pœnalia ordinarijs, aut delegatis pœdictis decerni, & contra illos exsequi procurant. Eos quoq; qui hæc decernunt, & exsequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & fauorem in eisdem. Decimaseptima fertur in hæc verba.

61 *Et qui iurisdictiones, seu fructus, reditus & prouentus ad nos, & sedem Apostolicam, & quascunque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinẽtes, usurpant, uel etiam quauis occasione, vel causa sine Romani Pontific. uel eorum, ad quos de iure pertinent, expressa licentia sequestrant.* Decimaoctaua fertur in hæc verba.

Et

Et qui collectas decimas, taleas, præstantias, & alia onera clericis, prælatis, & alijs personis ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumq; fructibus, reditibus, & prouentibus huiusmodi, absque simili Rom. Pont. speciali & expressa licentia, imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic impositas, etiam a sponte dantibus, & concedentibus recipiunt: nec non qui per se, uel alium, seu alios, directe, uel indirecte, prædicta facere, exse qui vel procurare: aut eisdem auxilium, consilium, uel fauorem, aut uotum, seu suffragium, palam, uel occulte præstare non uerentur, cuiuscunque sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, Respublicæ, & alij potentatus quicumque, etiam regnis, prouincijs, ciuitatibus, & terris, quoquomodo præsidentes, aut quauis etiam Pontificali dignitate insigniti, innouantes decreta super his per sacros Canones, tam in Laterunensi nouissime celebrato, quam alijs conciliis generalibus edita, etiam cum censuris, & pœnis in eis contentis. Sequuntur declarationes harum quinque censurarum.

Declaratio prima, quod in hanc censuram non incidunt, nisi qui auctoritate iudiciali, & laica hic vetita faciunt, vt sub finem primæ partis huius clausulæ exprimitur.

Secunda, quod per, *Prætextum uiolentiæ*, includit, impedientes exsecutionem literarum Apostolicarum, iustitiæ, vel, gratiæ specie tollendæ violentiæ: quales an sint semper, vel quando impedientes eam post appellationem, vel supplicationem in tempore, & forma interpositam, quæstionis est, vt quotidianæ, ita maximæ dignissimæque, quam summa Ecclesiæ potestas, summa seculari audita determinet: quamquam satis videtur hic determinari, quo ad eos, qui propter illas nullatenus ad tribunal eius, ad quem supplicatur, vel appellatur adductas, vel adducendas impediunt. Quod etiam video pro re indubitata haberi in Hispanijs, & Gallijs, posse regulariter Reges defendere possidentes colorato titulo beneficia Ecclesiastica, ne absque iusta causæ cognitione deturbentur, vel spolientur, virtute illarum literarum, etiam Apostolicarum. Quod vt vbique fere in illis regnis seruatur, ita multi iure munire conantur: an vero satis muniant necne, S.D.N. definitioni remitto: licet videatur non posse iure probari consuetudinem illam quorundam recentiorum, qui decernunt bene, vel male esse appellatum ab interlocutorijs, ob actus, quos iudices a quibus appellatum est, facient, vel desinent facere post appellationes ab eis interpositas: cum omnis sententia interlocutoria, ex solis ante illam actis sit approbanda, vel reprobanda, vt notat glossa finalis recepta, [a] quo facto appellationum prosecutio perinde negligitur ac si a iudicibus, ad quos appellatum est, tertia sententia lata esset: quamquam prosequutionem appellationis nil innouato minime impediant.

a In c. cum appellationibus. §. si uero de appella. lib. 6. per l. per hanc.

Tertia, quod per verba illa, *Præter iuris canonici, &c.* noue addita, excludũtur ab hac censura iudices seculares, qui in casibus a iure permissis vocant ad sua tribunalia Ecclesiasti cos. *C. de temp. appellat.*

Quarta, quod quarta pars huius clausulæ videtur noue inserta in fauorem iudicum ordinariorum, & merito, cum ordinaria iurisdictio sit fouenda, & fauorabilis, iuxta glossam solemnem & receptam, [b] per quam videtur reduci ad Bullam excommunicatio capit. quoniam de immun. eccles. vt super ea infra dicetur.

b Cle. 2. de offi. ordin.

Quinta, quod per eandem partem innouatur Concilium Trident. [c] quod graui ter hortatur Imperatores, Reges, & quoscumque alios regulos, & dominos: vt maiores suos imitari, Ecclesiam sanctam, & cultum Dei, ministrosque illius, quo a Deo prospera recipiãt, obseruent.

c Sess. 25. c. 20.

Sexta, quod per illa verba quintæ partis, *Quiue iurisdictiones, uel, &c.* prouidet indemnitati fructuum Ecclesiasticorum cui vt sit locus, debent concurrere quinque. Primum quod sint reditus Ecclesiastici, & non prophani, etiam si ad Ecclesiasticum pertineant, iuxta Caietanum, [d] quod est intelligendum de bonis non pertinentibus ad eum, quatenus est Ecclesiasticus, neque ratione beneficij. [e] Secundum, quod capiantur tamquam reditus Ecclesiastici. Tertium, qđ pertineant ad aliquem. Quartum, quod capiantur

d Vbi supra cap. 27.

e Arg. c. nouerint, 10. q. 1. & c. cũ dilectus, de iurepatr.

capiantur absque licentia Papæ. Quintum, quod capiantur auctoritate, & potestate vsurpata, iuxta Caiet. vbi sup. Quare latrones, & milites, qui rapiunt eos, vt quælibet alia bona, non incurrunt hanc censuram, neque qui minuta portoria, siue pedagia exigunt a clericis, sicut ab alijs laicis, nulla habita ratione fructuũ, aut bonorum Ecclesiasticorum, neque q capiunt eos tempore vacationis: quia nullius sunt personæ veræ secundum Caiet. cui non assentior. Tum quia nemo dixerit, quod capientes fructus sedis Apostolicæ vacantis, non continentur ob cõtenta in 17. excommunicatione: neque eadem ratione capientes bona conuentuũ, monasteriorum, neque communia conuentui, & prælato, quæ tamen ad nullam personam pertinent. Tum quia fructus vacationis tempore obuenientes, pertinent ad successorem, & durante vacatione ad commendatarium, vel œconomũ, vt late dixi. [a] Tum denique, quia potest dici, quod verbo, *personas*, hic posito significantur etiam fictæ ob paritatem æquitatis, & rationis, arg. glo. solemnis, in c. si postquã de elect. lib. sexto. Decimanona fertur in hæc verba.

[a] *In cõmẽ. cap. non liceat 12. quæst. 2.*

72 *Excommunicamus omnes, & quoscũque Magistratus, Senatores, Præsidentes, Auditores, & alios iudices quocumque nomine vocentur, ac cancellarios, vicecancellarios, notarios, scribas ac exsecutores, & subexsecutores, & alios quoquo modo se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas illas banniendo, capiendo, processando, seu sentẽtias contra illas proferendo, vel exsequendo, etiam prætextu quorumcumque priuilegiorum, a sede Apostol. ex quibusuis causis, ac sub quibuscumque tenorib. & formis in genere, & specie concessorum quibuscumque Regibus, Ducibus, Principibus, Rebuspub. Monarchis, Ciuitatibus, & alijs quibuscunque potentatibus, quocunque nomine censeantur, quæ nolumus illis in aliquo suffragari, illa omnia ex nunc in irritum reuocando.*

Declaratio prima, quod hæc excommunicatio fertur ad tuendam iurisdictionem Ecclesiasticam in causis criminalibus, sicut superior ad tuendam in ciuilibus.

Secunda, quod tollit priuilegia data, etiam Regibus: per quod dubitari posset de iudicibus Galliarum, qui iudicant clericos pro portu, siue delatione armorum, & alijs casibus, quos vocant priuilegiatos: equidem arbitror difficile eos ab illis abstenturos, siue quod præsupponant, priuilegia illa esse remuneratoria obsequiorum, a se magnis impensis, sanguinis, & fortunarum præstitorum: siue quod sint immemorialia, & super criminibus leuibus concessa, arg. eorum quæ not. Inno. in cap. nouit. de iud. cum late additis ibi a Panor. Fely. & Deci. siue alia quæ an audiri debeant iudicio S. D. N. relinquo. Vigesima fertur in hæc verba.

73 *Excommunicamus omnes illos, qui per se, uel alium, seu alios directe uel indirecte, sub quocumque titulo, uel colore de facto occupant, uel detinent, uel hostiliter destruũt, uel inuadunt, aut occupare, detinere, uel destruere, aut inuadere hostiliter præsumpserint in totum, uel in partem Almam Vrbẽ, regnum Siciliæ, Insulas Sardiniæ, & Corsicæ, Terras citra Pharum, patrimonium Beati Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venusinum, Sabinensem, Marchiæ Anconitanæ, Massæ Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & maritimas prouincias, illarumq; terras, & loca, ac Terras specialis commissionis Arnolphorum, Ciuitatesq; nostras Bononiam, Cesenam, Ariminum, Beneuentum, Perusium, Auenionem, ciuitatem Castelli, Tudertum, & alias ciuitates, terras & loca, uel iura ad ipsam Rom. Eccles. pertinentia, dictaque Rom. Ecclesiæ mediate uel immediate subiecta, quiue supremam iurisdictionem in illis nobis, & eidem Ro. Eccles. competentem de facto vsurpare, perturbare, retinere, & uexare variis modis præsumunt: necnon adhærentes, fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium consilium, uel fauorem quomodolibet præstantes.* Vigesimaprima fertur in hæc verba.

Item omnes & singulos supellectilium, librorum scripturarum, & bonorum cameræ, & palatij Apostolici, ex eodem palatio infirmitatis Rom. Pontif. ac sedis Apost. vacationis tempore ablatores, & illorum detentores, ad quos cumque alios, ad quorum manus bona prædicta quocumque titulo & quauis causa scienter peruenerint.

Sixti Bulla hanc non continet.

Declaratio, quod includit factionem, quæ exsistens extra aliquas Ciuitates

Papæ,

Papæ, & vi armata irrumpit in aliquam earum, inuita altera factione, intra eam exsistente per rationes Caietani. [a]

a Dic. c. 17.

Sequitur §. *Volentes*, in quo statuitur, vt hæc Bulla non exspiret lapso anno, nec alio modo, donec edatur alia noua, in hæc verba.

Volentes præsentes, ac omnia, & quæcũque his literis contenta, quousque alij huiusmodi processus a nobis, aut Rom. Pontifi. pro tempore exsistente, fiant, aut publicentur durare, suosque effectus omnino sortiri. Sequitur §. continens reseruationem harum censurarum.

Cæterum a prædictis sententijs nullus per alium, quam per Rom. Pontifi. nisi in mortis articulo constitutus, neque etiam tunc, nisi destando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita absolui possit, etiã prætextu quarumuis facultatum, & indultorum quibuscumque personis Ecclesiasticis, secularibus, & quorumuis ordinum, etiam mendicantium, & militiarum regularibus, etiam Episcopali, uel alia maiore dignitate præditis, ipsisque ordinibus, & eorũ monasterijs, conuentibus, & domibus, ac Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis pijs, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fungentibus, per nos, & dictam Sedem, ac cuiusuis Concilij decreto, verbo, literis, aut aliæ quacumque scriptura, in genere, & in specie concessorum, & innouatorum ac concedendorum & innouandorum.

Declaratio prima, quod hæ censuræ includunt omnes, etiam Imperatores, & Reges, & Vniuersitates, quibus illæ sunt aptæ: & quod nulla consuetudo, etiam immemorialis, nec præscriptio quãlibet longissima, nec priuilegium, etiam per viam contractus, vel remunerationis cõcessum contra eas prodest.

Secunda, quod satisfactio sufficiens, de qua loquitur, est intelligenda ex limitatione, de qua supra, [b] & quod priuilegium in remunerationem, vel contractũ cõcessum, ex causa reuocari potest, quæ communis opinio est, in c. nouit de iud. & in c. pri. de prob. An autem derogetur Concil. Trident. dicitur infra. [c] Sequitur §. *Quod si forte*, contra absoluentes ab his censuris.

b Eod. capi. nu. 47.

c Eod. c. nu. 254.

74 *Quod si forte aliqui contra tenorem præsentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, uel eorum alicui absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint, eos excommunicationis pœna innodamus, grauius contra eos spiritualiter, & temporaliter, prout expedire nouerimus processuri.*

Declaratio prima, quod non comprehenditur hac censura Confessarius, qui obliuione, incogitantia, aut ignorantia non crassa absoluit: quia fertur contra præsumentem absoluere, de quorum numero nõ est, qui sic absoluit, per ea quæ diximus, [d] post Cardinal. [e] & per dicta Caietani. [f]

d In repe. c. accepta. de resti. spol. opposi. 8. n. 32

e In cle. 1. de pri. q. 39.

f In sũma verb. excommunic. c. 58 & 81.

Secunda, quod absolutio huius excõmunicationis non est reseruata Papę, vt ex litera patet, sicut ex Bulla Martini V. quam ponit Sanctus Antoninus, [g] quamuis contrarium visum fuerit Fely. in cap. pastoralis, § præterea, col. tertia, & Cai. [h]

g 3. par. tit. 24. c. 70.

h Vbi supra cap. 77.

Tertia, quod ab ea potest absoluere ordinarius, siue illa, & aliæ latæ in Bulla pntentur latæ a iure, siue ab homine: quia sunt generales, per dicta. [i] Equidem latas in Bulla Iulij Tertij, quam a Manuali Hispano exposui, iudicaui esse latas ab homine quia Bulla illa non habebat vim legis, quæ perpetuat, cap. fi. de offic. deleg. sed præcepti, quod cum præcipiẽte finitur, vt [k] dictum est, & has latas ꝑ S.D.N. potius putarem dicendas latas a iure: quia voluit eas non finiri sua morte, quæ vtinam ante dies Petri non contingat, Amen. Sequitur §. *Declarantes*, in quo absolutio restringitur, & protestatio magna adijcitur.

i Sup. eod. nu. 43.

k In d. n. 43

Declarantes ac protestantes quamcumque absolutionem, etiam solemniter per nos faciendam prædictos excommunicatos sub præsentibus comprehensos, nisi prius a præmissis, cum uero proposito vlterius similia nõ committendi destiterint: ac quoad eos, qui contra libertatem, ut præmittitur, statuta fecerint, nisi prius statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, & decreta huiusmodi publice reuocauerint, & ex Archiuijs seu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur deleri, & cassari, ac ac nos de reuocatione huiusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari. Quin etiam per huiusmodi absolutionem, aut quoscumque alios actus contrarios tacitos, uel expressos, ac etiam

per

per patientiam, & tolerantiam noſtram, vel ſucceſſorum noſtrorum quantocumque tempore continuatam, in præmiſſis omnibus & ſingulis, ac quibuſcumque iuribus Sed. Apoſtol. ac S.R.E. vndecumq; & quomodocumque quæſitis, vel quærendis, nullatenus præiudicari poſſe, ſeu debere.

Non obſtantibus priuilegiis indulgentiis, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus ſupradictis, vel eorum alicui, ſeu aliquibus, & aliis cuiuſcumque ordinis, ſtatus vel conditionis, dignitatis & præeminentiæ fuerint, etiam ſi vt præmittitur, Pontificali, Imperiali, Regali ſeu quauis alia etiam mundana præfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus, ſeu locis a prædicta Sede ex quauis cauſa, etiam per viam contractus aut remunerationis, & & ſub quauis alia forma, & tenore, ac cum quibuſuis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis conceſſis, etiam continentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non poſſint per literas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem. Necnon conſuetudinibus etiam immemorabilibus, ac præſcriptionibus, quantumcunque longiſſimis, & aliis quibuslibet obſeruantiis ſcriptis, vel non ſcriptis, per quæ contra hos noſtros proceſſus, ac ſententias, quo minus includantur in eis, ſe iuuare valeant, uel tueri: quæ omnia quo ad hoc eorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo inſererentur præſentibus, pro expreſſis habentes, penitus tollimus, & omnino reuocamus: ceteriſq; contrariis quibuſcumque.

Vt vero præſentes noſtri proceſſus ad communem notitiam facilius deducantur, chartas ſeu membranas proceſſus ipſos continentes valuis Eccleſiæ S. Ioannis Lateranenſis, & Baſilicæ principis Apoſtolorum de vrbe appendi faciemus: quæ proceſſus ipſos quaſi ſonoro præconio, & patulo indicio publicabunt, vt ij, quos proceſſus huiuſmodi contingunt, quod ad ipſos non peruenerint, aut quod ipſos ignorauerint, nullam poſſint excuſationem prætendere, aut ignorantiam allegare, cum non ſit veriſimile id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Inſuper, vt proceſſus ipſi, ac præſentes literæ, ac omnia & ſingula in eis contenta, eo fiant notiora, quo in pleriſque ciuitatibus & locis fuerint publicata, vniuerſis & ſingulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum ordinariis, Prælatis, & Rectoribus vbilibet conſtitutis, per hæc ſcripta committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, vt per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, poſtquam eas receperint, ſeu earum habuerint notitiam ſemel in anno, aut ſi expedire viderint etiam pluries, in Eccleſiis ſuis, dum in eis maior populi multitudo ad diuina conuenerit, ſolemniter publicent, & ad Chriſti fidelium mentes reducant, nuntient & declarent.

Ceterum hortamur eoſdem vniuerſos, & ſingulos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, aliosque locorum ordinarios & eccleſiarum Prælatos, nec non Rectores, ceteroſque curam animarum exercentes, ac presbyteros ſeculares, & quorumuis ordinum regulares ad audiendum confeſſiones quauis auctoritate deputatos, vt tranſumptum harum literarum penes ſe habere, legere, & diligenter examinare procurent.

Volentes earundem præſentium tranſumptis etiam impreſſis, notarij publici manu ſubſcriptis, & ſigillo iudicis ordinarij Rom. Curiæ, vel alterius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eamdem prorſus fidem in iudicio, & extra illud vbique locorum adhibendam fore, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, uel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, declarationis, proteſtationis, ſublationis, reuocationis, commiſſionis, innodationis, mandati, hortationis, & uoluntatis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimotertio, pridie Nonas Aprilis, Pontificatus noſtri anno undecimo.

DE

DE EXCOMMVNICATIONIBVS reſeruatis Papæ non contentis in Bulla Cœnæ.

75 *Excommunicatio prima reſeruata Papæ extra Bullam Cœnæ in canonum tranſgreſſores. Secunda in percuſſorem clerici.nu.76.*

77 *Clerici percuſſio quæ excommunicat, & quæ non a nu.80. & quis clericus quoad hoc,nu.79.*

88 *Abſolui qui poſſunt ab Epiſcopo a canone ſi quis ſuadente. 17. quæſtion. 4. ob enormem percuſſionem, & qui ob mediocrem,& quod omnes poſſunt ob leuem,uſque ad nu.91.*

91 *Percuſſio enormis,mediocris,& leuis, quæ dicantur.nu.92.*

a *In c.nulli fas,19.diſt.* b *In c. ſi qs ſuadente 17 q.4.*

PRima [a] in tranſgreſſores Canonum, ſed quia reſtringitur ad eos,qui tranſgrediuntur negando Papæ poteſtatem ad condendos eos, hæc reducitur ad primam Bullæ Cœnæ.

76 Secunda,[b] per hæc verba,*Si quis ſuadente diabolo iniecerit manus violentas in clericum,uel monachum,ſubiaceat excommunicationi,& a nullo Epiſcopo abſoluatur donec conſpectui Apoſtolico repræſentetur, niſi in articulo mortis.*

Declaratio prima, quod illa particula,*Si quis* comprehendit viros, & fœminas,iux.glo.eius approbatam,iuuenes,& ſenes cuiuſcunque ætatis habentes iudicium ad peccandum mortaliter,cap.pri. mulieres,& c.pueris, de ſent.excō iūcta gloſſ.& etiam clericos laicos, religioſos, c.de monialibus,& c.cum illorū,cō.titu.

Secunda,quod ex illis verbis,*Suadente diabolo*, colligitur,quod iniectio manꝰ debet eſſe illicita,& adeo quidem,vt ſit peccatum mortale,quia nemo incurrit, in excommunicationem maiorem p canonem,vel hominem generaliter latam niſi peccet mortaliter iuxta dicta ſup. [c] Nec ſufficit vt iniectio ſit mortalis, niſi fiat ſuadente diabolo,vt ait Cardin.[d] licet id raro contingat:contingit tamen, aliqñ,vt dicitur,[e] qdqd dicat Card. ibi in artic.pri.quia noſtro iudicio raro contingit caſus,in quo iniectio ſit lethale peccatum, & non ſit ſatis animi mali ad inferendum iniuriam, per quam incurratur hæc cenſura, niſi quando percuſſor ignorat percuſſum eſſe clericum.

c *Eod.c.nu. 9.per c. nemo,&c.nullus,11.q.3.* d *In d.capi. ſi quis ſuadente,qu.3. art.1.* e *Inf.n.80*

Tertia,qđ non ſufficit conatus ad percutiendum,ſed requritur,percuſſio,iuxta gloſſ.receptam,in ca.ſi quis pulſatus, de pœnit.diſt.pri.vbi ibidem diximus,& in c.ſi quis non dicam ead.diſt.Nec requiritur,quod iniuria ſit immerita, ſed ſufficit quod immerito,vel iniuſto modo,vel per quem non debet,irrogetur,c.vniuerſitatis de ſenten.excommun.

77 Quarta,quod per *Manus*, intelligantur etiam pugni,brachia,pedes,genua, & alia quælibet pars corporis, quia non exprimuntur manus,vt excludantur reliqua membra, ſed quia eſt inſtrumentū aptius ad percutiendum & ita comprehenduntur omnes partes corporis. [f]

Quinta declaratio, quod dicitur manus violentas inijcere clerico,qui immediate, aut mediante inſtrumento inijcit ei,aut rei eum tangenti,& per cōſequēs qui eum percutit enſe, baculo,aut aſperſit puluere,vel aqua, ſaliua, aut alia re ſimili iuxta gloſſ.ſingularem,in d.c.ſi qs, & etiam qui eripit e manibus, aut corpore aliquid vi,& qui capit,in carcerē cōijcit,aut includit aliquo loco,vnde egredi niſi cum pudore non poteſt, aut ad frenos equi manus admouet, aut abſcindit cingulum ephippii,aut eum adeo furioſe perſequitur,vt cogat ſe dare pēpitem in flumen,vel aliud diſcrimen ad ſe liberandum iuxta mentem textus & Innoc. & communis,in c.nuper,de ſent.excom. & gloſſ.& aliorum,in d.c.ſi quis,Paludani, [g] & omnium aliorū,ibidem, & S.Antonini,[h] ſed non ſi alias fugiens cadit, & vulneretur,iux.S.Antonin.[i] quem ſequitur Sylueſt.[k] quānis Ang.[l] cōtra teneat.

78 Sexta declaratio,quod ſufficit mandare hanc iniectionem,ſi ea conſequat̄, per d.c.mulieres,de ſent.excō. vel conſilium,auxilium,vel fauorem ad id p̄bere, arg.c.quantæ,de ſent.excō. p locū a fortiori,aut ratificare eā,ſi eius nomine facta fuit,alias non, [m] q̄is eīn p̄dictus canon de ſolo injiciēte loquat̄,extenditur tamē ad prædictos rōne tacta ſupr. [n] Idē ſi nō iuſſit,ſed dixit ſuis ſe vindictā eius expetere,credens, vel credere debēs, q̄ ex hoc illi mouerentur ad percutiendū quia licet non dicat eo animo,præuidere tamen debebat eos eo animo dictum putaturos,arg.c.penul.de homi.li.ſexto.

f *Arg gloſſ. ſingu.clem. 1.de reſcri. uerbo. præſidentes.*

g *In dict. diſt.18.* h *3.par.tit. 24.* i *In d. c.1. §.1.col.fin.* k *Verb.excomm.6.notat,3.caſ.7.* l *Verb.excō mu.5.caſ.1 §.10.* m *Cap.quū quis,de ſēt. excom.li.6. cū ei adnot. n Eod.capi. nu.51.*

Item

Item qui ex officio possunt, & tenentur propulsare percussionem, & non propulsant, d.c.quantæ, & cóis ibid. Caie. verb. excom. c. decimo. Imo quo ad forum exterius quilibet alius, qui videt facinus esse manifestum, & se posse commode obuiare, & non obuiat, per dictum c. quantæ, noue declaratum per nos. [a] Et etiam ministri iustitiæ laici, qui in quantum tales percutiunt eos: nam etiam si leuiter percusserint, ad Papam sunt remittendi, iuxta Panormitanum in c. si vero, lib. pri. de sent. excó. & Stephanum. [b] Imo, & ipsemet clericus qui se iratus percutit, [c] cum limitatione posita supra, [d] sed consentiens, vt ab alio percutiatur non est excommunicatus, quamquam potest excommunicari, per caput contingit, pri. de sent. excom. probat consentientes se percuti excommunicandos esse.

79 Septima declaratio, quod per *Clericum*, intelligitur non solum qui sacro ordine, sed etiam qui prima tonsura est insignitus, [e] quamuis sit conugatus, modo cum vnica, & virgine, & gestet habitum, & tonsurom clericalem, c. pri. de cler. cóiug. lib. sexto, & quamuis sit excommunicatus, suspensus, irregularis, & etiam depositus verbo, nisi sit degradatus realiter iux. Panor. & commun. c. ex parte, de cle. coniug. vel incorrigibili, ca. cũ non ab homine de iudic.

Octaua declaratio, quod per Monachum, intelligitur quilibet religiosus religionis approbatæ, cap. cum illorum. de sent. excom. & quælibet religiosa, cap. de monialibus, eod. tit. quilibet etiam conuersus, aut nouitius alicuius religionis approbatæ, [f] & etiam ij, quos appellant Beguinos, & fratres tertij ordinis S. Dominici, vel S. Francisci, qui viuunt gregatim, & gestant habitum religionis, vt sentit Rota, [g] & dixit Felyn. [h] quamquam aliud dicat Caietanus [i] quod verum esse posset iuxta ius commune, sed non iuxta priuilegia, & consuetudinem, & stylum Ecclesiæ Romanæ. Et etiam Eremita iuxta glossam, [k] quæ vera est, si sit subiectus alicui superiori, qui gaudeat hoc priuilegio, Sylvester. [l]

Nona declaratio, qđ in articulo mortis non solum Episcopus, vt hic habet, sed etiã quilibet alius sacerdos simplex, si Episcopus adiri non potest, potest absoluere ab hac excommunicatione, & quauis alia per supradicta, [m] & quod articulus mortis definitur supra. [n]

a In ca. non inferenda, 23. q. 3. & sup. eo. c. 24 nu. 17.
b In repet. cle. 1. de off. ord. reg. 3. fal. 3.
c Arg. ca. si non licet, 23. q. 4.
d Capi. 15. nu. 11.
e Ca. cleros, 21. di. c. per lectis, 25. d. & cap. cum contingat. de at. at. & qualit.
f C. non dubium, de sent. excom. c. religiosus eo. tit. lib. 6.
g Dec. 332. in antiq.
h In c. 2. de for. compet. & in libr. quando litera Apostolicæ & c. limit. 4.
i In d. c. 10.
k Ca. quivere 16. q. 1.
l Verb. eccle sia. q. 5. & verb. eremita, q. 1.
m Cap. 26 nu. 26.
n Ca. 2. n. 8

QVAE MANVS INIECTIOnes non excommunicant.

SSunt autem multæ manuum iniectiones in clericum ab hac censura exemptæ. Prima iocosa, & ludicra, ca. pri. de sent. excom. etiam grauis, intra tamen fines ludi, & extra, modo non sit dolosa, & subita turbati animi, iuxta mentem Richardi, [o] quia id non facit suadente diabolo, quod exposcit dictus canon, vt dictum est. P Secunda probabilis ignorãtia clericatus, c. si vero, de sent. excó. aut quia noctu percutit: quamuis rebus illicitis, daret operam, quidquid dicat Sylvester, [q] absque textu, & ratione ad id idonea Dixi, *Probabilis*, quia alias nõ excusaret, vt si vidit tonsuram, & non credidit esse clericum iuxta glossam, d. cap. si vero secund. Tertia, percussio eius, qui ter monitus habitum clericalem nõ defert, c. contingit, secund. de sent. excom. Quarta & quinta eius, qui se immiscens militaribus, vel secularibus actis, ter monitus non abstinet, etiam si gestet habitum, & tonsuram clericalem, c. in audiẽtia, eod. tit. & c. fi. de vit. & honest. cleric. Quæ tamen trina monitio facienda est cum interuallo aliquorum dierum, nec sufficeret vna pro tribus iuxta glossam singularem, clem. pri. eod. titu. & Panor. in c. fi. eo. tit. & Ludouicum Romanũ, [r] quidquid dicat Bonifacius. [s]

81 Sexta, eius qui relictis habitu, & tonsura, turpibus, & enormibus se miscet, licet non admonitus, iuxta communem, quam Steph. Aufrid. [t] Dixit se bis vidisse visitari Tholosæ, & si Panormitanus, & Cardinalis teneant oppositum, in ca. perpendimus de sent. excom. bigami, c. pri. de bigamis lib. sexto. Octaua, coniugati etiam cum vnica & virgine, sed non gestantis vestem & tonsuram clericales, c. pri. de cler. coniug. lib. sexto. Nona, degradati realiter. Decima, depositi verbaliter, & incorrigibilis, c. cum nó ab homine de iudic. Vndecima, eius, q pr.uilegium clericale quoquomodo amisit, Steph. Aufridus. [u] Duodecima, circulatoris siue ioculatoris, & scurræ per annum vel

o In 4. dist. 18. art. 12. q. 5.
p Num. 76.
q Verb. excõm. 6. not. 4. ca. 2.
r Sing. 179.
s In clem. 1 de immun. eccle. pag. 8
t In repet. cleme. 1. de offic. ordin. not. ab. 2. & reg. 1. fa. 19.
u Vbi supra regul. 3. fal. 6.

vel ſi ter monitus ante non abſtinent. [a] Decimatertia, exercentis per ſe ipſum tabernam, vel lanienam publice, ſi ter monitus non deſiſtit, clem. pri. de vit. & honeſt. cler. Decimaquarta, qua percutit principaliter, vt corrigat tamquã magiſter, pater, herus, propinquus, ſenex, aut ſuperior in Eccleſia, c. pri. cum volũtate, de ſent. excom. cum gloſſ. opt. l. pri. modo principaliter non fiat odio, malitia, vel ira: & percuſſio ſit moderata, ſãltem iuxta ſuum propoſitum, & modo caſtigatus non habeat ordinem ſacrum, iuxta Panor in d. c. cum voluntate, niſi magiſter, iuxta Angelum, [b] vel pater iuxta communem, in d. c. cum voluntate, quam ſequitur Sylueſt. [c] ſtricto iure idem poſſet dici de alijs, cum d. c. cum voluntate nõ diſtinguat, nec vlla ratio ad id cogat. Decimaquinta, inuadentis in ſuam neceſſariam defenſionem, ca. ſi vero, pri. & ca. ex tenore, de excõ. aut ſui honoris, qñ fuga ei eſſet ignominioſa, vt ait Panor. in c. olim, de reſt. ſpol. & Caiet. [d] Decima ſexta, quæ eſt neceſſaria ad iuſte recuperandum bona, quæ iniuſte capta cleric[o] aſportat, vel vi occupat, d. c. olim, de reſ. ſpol. & qua detinetur clericus debitor fugiens, aut fugam præmeditans ad præſẽtandum ſe ſuo prælato iuxta Panor. & cõmunem, in c. cũ non ab homine, de iud.

83 Decimaſeptima, qua magiſter iuſtitiæ ſecularis, qui capit clericum in delicto flagranti, vt illum præſentet ſuo plato iuxta Panor. & cõem, [e] aut inuentum noctu modo præſumat probabiliter illũ aliquod ſcelus intendere, alias ſecus, vt quia ſert lumen, vel ſocium, vel eſt perſona a tali ſuſpicione omnino aliena, &, modo iuſtum modum in capiendo non excedat puta ſi permittenti ſe ſponte capi, & duci quiete, de induſtria pugnos impingit, aut calcem, glo. iuncto tex. ca. ſi clericus, de ſent. excõ. lib. ſexto, aut mittit in carcerem eum, qui offert fideiuſſionem præſentandi ſe: quod non põt facere etiam iudex Eccleſiaſticus, niſi grauitas delicti, vel alia iuſta cauſa id exigat. d. c. ſi clericus, & ibi omnes. Decimaoctaua., qua volens delinquere arcetur, vel qua liberatur ab inimicis, vel alio incommodo. [f]

84 Decimanona, qua in ſuam neceſſariã defenſionem ei enſem aufert, aut quacunque equo deſilire, quo ſuper eo fugiat iuxta S. Antonin. [g] Vigeſima, inuenti inhoneſte cum ſua vxore, matre, ſorore aut filia legitima, vel naturali, c. ſi vero, de sẽt. excõ. etiam ſi mutilet eum, aut occidat, iuxta cõem ibidem, licet Fortunius contradicat, [h] modo id ex continenti, & paſſione ſubita faciat. [i] Dixi, *cum uxore, matre, uel ſorore*: quia ſecus in coniunctis remotiori gradu, vel cũ filia adoptata, ſm cõem, ſufficit aũt quod inueniat amplexantem, oſculantem, aut in loco ſuſpecto, q̃uis non inueniat in ipſo opere carnali, iuxta cõem, modo fraus abſit, q̃ nõ abeſt, quum maritus, & vxor cõueniũt, vt dolo accerſeretur ad voluptatẽ, vt afficeret iniuria. arg. auth. ſi q̃s, C. de adul.

85 Vigeſima prima, qua detinetur clericus domo inuentus honeſte colloquẽdo cum vxore poſt monitionem, vt ab ea re abſtineret, modo nihil aliud mali ei faciat, q̃ detinere ſpatio 20. horarum cõtinuarum ad tradendum ſuo iudici, iuxta gloſſ. d. c. cum non ab homine, & c. quinto, ff. ad l. Iul. nam ſi percuteret, eſſet excõicatus, iuxta Angelum, [k] qđ aptius videtur textui d. c. ſi vero: q̃ eius oppoſitũ, quod ſenſit Sylu. [l] Vigeſima ſecũda, qua mulier percutit clericũ de ſtupro tentatem defendẽdæ ſuæ caſtitatis cauſa, modo tentatio fiat facto, & non ſolo verbo: quia tunc nõ liceret ei niſi defenſio verbalis, [m] ob qđ pridem rñdi, excõicationem incurriſſe quandam monacham nobilem, quæ impegit alapam clerico cuidam nobili, qđ eam ex amore formoſam appellaſſet. Vigeſima tertia, tã ſubita vel tam parua, quod illata laico non eſſet mortalis iuxta ſententiam omnium, quã optime explicat Caie. vbi ſup. c. decimo.

86 Vigeſima quarta, qua prælatus capit ſuum clericum per ſe, vel alium etiam laicum, aut verberat per ſe, vel aliũ clericum in pœnam probabili ſuo iudicio iuſtam. Dixi, *ſuum*: quia ſecus ſi alienũ. [n] Dixi, *alium clericum*: quia licet poſſit capere per laicum, c. vt fama, de ſent. excõ. lib. ſexto, & c. ſi clericus, eo. tit. & lib. nõ tñ verberare, niſi per clericum vel monachum, neq; etiam per alios, ſi ipſe per ſe cõmode põt facere, excepto, d. c. vniuerſitates, de ſent. excõ. excepto Epo qui nõ dẽt verberare ſuis manibus, [o] niſi quãdo non adeſſet alius ad id faciendũ, gl. ibid.

[a] *Cap. 1. de uit. & hone. cler. lib. 6.*

[b] *Verb. excommun. 5. §. 10.*

[c] *Verb. exc. 6. not. pri. part. 18.*

[d] *In sũma verb. excõ. c. 10. not. 6.*

[e] *In d. c. cũ non ab homine, vbi late poſt Deci. nu. 10. dixi mus.*

[f] *Capit. ipſa pietas, 23. q. 4. & c. cũ beatus, 45. diſt.*

[g] *3. par. tit. 24. c. 1. colu. 4.*

[h] *In libr. de vlt. ſi. illat. 11.*

[i] *Syl. verb. excomm. 6. not. 4. caſ. 16.*

[k] *Verb. excommun. 5. §. 19.*

[l] *Verb. exc. 6. caſ. 10.*

[m] *Arg. ubi ſup. §. 21. & Steph. in di. reg. 3. fal. 6.*

[n] *Arg. l. fi. de omn. iu. & c. 2. decõ ſtit. lib. 6.*

[o] *Cap. non liceat, 86. diſt.*

Vnde sequitur incurrere excommunicationem laicos, per quos iudex Ecclesiasticus torquet clericos, nisi deessent clerici ad id idonei, iuxta Panor. in c. vniuersitatis, & Sylvest.[a] quamquam vt dixi alias, in d.c. vt famæ, Ecclesiasticus, qui cō suetudinem sequutus torquet, aut cædit clericum per laicum non est excommunicatus, licet peccet, vt dixit Aufridus,[b] quia consuetudo etsi non excusēt a culpa, excusat tamen a pœna, iuxta glossā, in c. cum venerabilis, de consuet. pœna inquam, saltem ordinaria, licet forte non ab extraordinaria, vt post Decium in d.c. secund. de constitu. diximus.

87 Vigesimaquinta, qua iuste eijcit ab Ecclesia excommunicatum, aut alium diuina officia turbantem, ca. veniens, de sent. excōm. & clem. grauis, iuncta gloss. eod. tit. Vigesimasexta, qua eijcit e Sede Apostol. eum, qui sine canonica electione Cardinalium eam occupat.[c] Vigesimaseptima, qua pro munere sibi iniuncto includit, & continet Cardinales con claui ad eligendum Papam.[d] Vigesimaoctaua, qua vult, & tentat ferire etiam iaculando, & non ferit: quia errat.

a *Verb. excommunic. cas. 11.*
b *In d. reg. 3. fol. 2.*
c *Ca. si quis pecunia, 79. dist.*
d *Cap. vbi periculum, § præterea, de elec. li. 6*

QVOS EXCOMMVNICATOS ab hoc canone absoluit Episcopus.

POrro multi possunt ab Episcopo ab hac excommunicatione absolui, puta morti propinquus, per idem cap. si quis suadente, mulier cuiuscumque conditionis sit, cap. mulieres, de sent. excommu. membra sua captus, scilicet claudus, cæcus, &c. iuxta communem ibidem, ægrotus perpetua, vel diuturna ægritudine nequiens iter facere, puta tertiana, quartana, vel podagra,[e] qui ante pubertatē eam incurrit, licet post eam solutionem petat, c. pri. & eod. tit. senex, ob cap. ea no scitur, & cap. quamuis, cum eis annot. de sentent. excommu. qui iudicio Episcopi videtur non posse ad Sedem Apostō. venire iuxta mentem Innoc. in d.c. quamuis, adolescens cui iter esset discrimini, Angelus,[f] quod nullo iure probat, nec Panormitanus quem citans ait, in d.cap. ea noscitur, pauper arte (qua iter agēdo vti non potest) viuens, ca. quod de ijs, & c. quamuis, de sent. excōm. quia nō tenetur mendicare, si alias non est mēdicus, alioqui sic nisi mendicando soleat sibi, & coniugi prouidere, & iter faciendo id p̄stare non possit, iux. Ioā. Andr. & Panor. in d.c. ea nosci ur, qui ob inimicitias, vel alia iusta impedimenta iudicio boni viri Sed. Apost. sine periculo vitæ adire nequit, c. de cætero, eo tit. etiam si sua culpa inciderit in ea § filius familias, i qui est in potestate patris non valens ire ad Papam sine præiudicio eius, c. mulieres, de sent. excō. & Panor. ibidem, nisi pater consentiat, vel emancipetur, seruus, nisi dominus consentiat eius ad Apostol. Se dem profectioni, vel manumittatur, cap. relatum, de sent. excōm. quidquid dicat ibidem Panorm. vt probat Sylvest.[h] Dixi, *Seruus*: quia secus est in famulo libero percussore: impotens, aut tam delicatus, vt non posset sufferre iter adeundi Romam, quod arbitrio Episcopi relinq tur, iuxta gl. eiusdem cap. Tales enim nō sunt mittendi Romam, sed prius consulendus Papa, & obediendum eius imperio, q.d.q.d dicat gl. iux. Pan & Fely. in eo. c. mulieres, nisi fuerit periculū probabile mortis in mora, q̄a tunc absoluendi sūt vt alij, qui fuerint in eodem periculo.

89 Ii tamen & quilibet alij (quibus iustum adest impedimentum iudicio probi viri, quominus adeant Sed. Apostol. vel nuntium a latere, qui etiam pōt absoluere)[i] possunt absolui ab Episcopis, q̄tumuis negent Innoc. Ancharan[9], Cardin. in d.c. q̄is, vt probat Fely. ibid. neruose, & Sylvest.[k] modo pro viribus satis faciant, & iurent sublato impedimento, se præsentaturos apud Sed. Apostolicā,[l] qui post ea nisi se præsentēt q̄ citius cōmode poterunt, recidunt in eandem excōionem, c. eos qui, de sent. exc. li. sexto.

e *Per not. in d.c. ea nosci tur Rosel. verb. absolut. o. 2. §. 19.*
f *Verb. exc. 5. cas. 1. §. 56.*
g *Arg. not. a Bar. in l. i ff. de ijs qui bus, vt indi. & Fely. in c. cū oportedem at de accus. col. 4. post Panor. ib. d.*
h *Verb. absolutio 4. in fi. dub. o, 6.*
i *Cap. ad eminentiam de sent. exc. & c. pen. de off. deleg.*
k *Verb. absolutio, 4. dubio, 4.*
l *Iux. c. quāuis, c. quod de his, de sent. excom.*

RESPONSIO AD quæstiones propositas.

AD primam vero septem quæstionū hic quæsitarum respondeo, qd non solum excommunicatus ob percussionē clerici, sed etiam ob aliam quamlibet causam, cuius absolutio est reseruata Sedi Apostō potest absolui ab Episcopo, si ob iustum impedimentum nequeat eam adire, quia in omnibus generaliter loquuntur Fely. & Sylvest. supr. citati, & in omnibus eadem ratio idem ius suadet.

90 Ad

90 Ad ſecundam,puta,quanti temporis debeat eſſe impedimentum, vnius,an plurium menſium,vel annorum? Reſpõ deo quæſtionem hanc nouam, & grauẽ eſſe: qua maturè expenſa videtur primo non eſſe habendam rationem appulſus, ſed diſceſſus,alioqui omnes pene Hiſpani haberent impedimentum duorum, triumve menſium. Secunda ſufficere impedimentum tanti temporis, quantum eſt neceſſarium a diſceſſu ad appulſum. Tum quia optat Eccleſia,ne agens id, q̃ inſe eſt,ob impedimentum in excommunicatione moriatur,c.qua fronte,de appel. Tum quia non videtur poſſe determinari tempus aptius omnibus caſibus, & conformius canonibus. Tum quia falſo exſiſtente impedimento nulla erit abſolutio, & ſi ceſſante impedimento non arripuit iter, recidit in eandem excommunicationem,d.c.eos,per quæ duo ceſſat occaſio fingendi falſa impedimenta, & intentio matris Eccleſiæ ſeruatur.

Ad tertiam, iuſtum impedimentum eſſe,habere curam animarum,& iuſte timere eas ob ſuã abſentiam notabile dãnum accepturas: niſi poſſet conſtitui idoneus Vicarius.

Ad quartam,quod non poteſt abſolui ab Epiſcopo,qui licet ad ſedem Apoſtolicam ire nequeat,poteſt tamen adire legatum, vel alium eius ad id priuilegio munitum.

Ad quintam, quod iuſtum habet impedimentum is,qui ire non poteſt, licet pro abſolutione mittere poſſit, nõ enim ad id ius eum obligat, ſed vult,vt ſi poſſit, vadat.

Ad ſextam, quod tale impedimentũ habet non valens ire niſi relinquendo in neceſſitate extrema, vel valde magna vxorem & filios. [a]

Ad ſeptimam,quod eiuſmodi impedi tus abſolui non poterit a ſimplice ſacerdote,etiam ſi eum Nuntius, vel Epiſcopus abſoluere recuſent: non enim ad id poteſtatem habet, niſi in articulo mortis, in quo ſimplex ſacerdos fit, quo ad hoc ſumnius Pontifex,arg.d.c.ſi quis ſua dente,& pulchre in Conc.Trid. [b] dicitur nullum caſum eſſe reſeruatum in articulo mortis.

91 Præterea abſolui poſſunt per Epũm a percuſſione mediocri,non tamen enormi,clerici ſimul viuentes in collegio,ca. qm̃,de vi & hon.cler.& religioſi,c.monachi,de ſent.excõ.ſed hi poſſunt abſolui a ſuis prælatis,clerici nõ niſi a ſuo Epiſcopo ſm Panor.receptum, [c] lanitor,ſeu exſequutor,merinus, aut alius miniſter, q̃ vt cuſtodiat fores, aut cohibeat homines,manus infert clericis abſque intentione lædendi,& ſi non ſine culpa,& læſio eſt leuis,aut mediocris, [d] q̃q̃ ſi eſt enormis,ſolus Papa abſolnit:ab incurſa vero ob paruam,vel leuem Epus, c.peruenit,de ſent.excõ. vbi tex.ſingul. Non intelligitur in hac materia per leuem pcuſſionem illa,quæ non peruenit ad peccatum mortale:ſiquidem ob eam,q̃ non eſt mortifera,non incurritur excõicatio maior,vt ſupradictum eſt, [e] ſed ea,q̃ eſt quidem mortifera, at collatione aliarũ magis mortiferarum eſt leuis, & non enormis,neq; etiam mediocris. Quæ vero ſit leuis declaratur per extrauag. quæ incipit,perlectis, quæ adſcribitur Papæ Ioann.XXII. & perperam, qm̃ ante eius tempus eam allegauit Hoſtien. [f] vbi tñ ait rndiſſe ſibi Innoc.IIII. ſe non feciſſe eam, inſulſius autem q̃dam tribuũt Pio II.cuius exemplũ iamdiu Roma adducẽdum curauimus,& cuius pręcipua verba ſunt hæc: *Perlectis,&c.reſpondemus percuſſionem leuem eſſe pugni,palmæ,manus,pedis,digiti,aut lapidis,quæ nullam maculã, neq; ſugillationem carnium relinquit, neq; abſcindit membrum,ſine effractione dentiũ ſine auulſione multorum capillorum, ſine effuſione multi ſanguinis. Nolumus tamen dicere, quod huiuſmodi leuis percuſsio, ut pugni, aut vnguis fiat atrox ob multi ſanguinis effuſionem. Ad iudicandum tamen, quæ læſio ſit leuis,mediocris, aut enormis, volumus diligenter perpendi,non ſolum factũ ſed etiam qualitatem eius, & modũ pcutiendi,& lædendi cum omnibus ſuis circumſtantijs,loci,perſonæ,& alijs: perſonæ.ſi eſt magiſter,iudex,prælatus,pater,patron, aut dignitas,percuſſus iniuſte a ſubdito,aut alio ſe viliori,quia ex hoc interdum cenſentur graues iniuriæ,quæ ex ſe ſunt leues,aut mediocres. Et quia conditio negotij non patitur integram determinationem huius rei, relinquimus tuo arbitrio, vt declares quæ ſit leuis & quæ enormis iniuria,admonentes vt potius declares in dubio eſſe percuſſionem grauem, & ab ea non poſſe abſolue-*

[a] *Arg.c. ea terum, & c.paſce,86. diſt.*

[b] *Seſſ. 14. cap.7.*

[c] *In d. cap. quoniam, col.2.*

[d] *Cap.ſi uero,§.officialis, de ſent. excommu.*

[e] *Eodem c. nu.9.*

[f] *In ca. peruenit. de ſẽ ten. excom. ſub finem.*

re, quam declarando leuem esse occasionem præbeas lædendi statum ecclesiasticum, hucusque sunt verba Extrauagãtis.

92 Cui addimus primo enormem esse percussionem, qua quis interficitur, scinditur membrum, aut inutile, vel quasi ad suum munus efficitur: & illam, ob q̃ factam in alia parte, quam in naribus, vel alia vnde sanguis facile erumpere solet, defluit multum sanguinis: & illam, quæ fit in proprium Episcopum, aut Abbatem, & quæ magno scandalo est populo, vt declarat, & sentit Innocentius III. in d.c. cum illorum. Et quamquam idem dicat glossa, [a] de quolibet excessu notorio, & idem asserat Sylvester, [b] de ea, q̃ infertur in foro, vel audientia publica, coram iudice, aut in oculo, aut in facie, ẽm gloss. aut in Ecclesia, aut in dormitorio: non tamen credimus id esse verum, nisi quando percussio est in se notabilis, & gignit aliquod magnum scandalum, quia Lapus & Cardin. in locis proxime citandis, declarant aliquas ex his nó esse etiam mediocres, sed leues. Secundo addimus quod iniuria mediocris est, quæ est media inter leuem & enormem: & quia de hoc certa regula tradi non pót, relinquitur arbitrio Episcopi, & etiam confessarij, qui habet facultatem Episcopi iuxta Hostiensem receptum ab omnibus, in d.ca. peruenit, vt iudicent habita ratione circumstantiarum, personarum, locorum, & temporum, cauendo ne iudicent leuem eam, quæ enormis est, iuxta Panor. ibidem. Tertio, quod Lapus [c] concluserit esse percussionem leuem, a qua posset absoluere Episcopus, colaphum, quem impegit Cappellanus quidam petuus Aretinæ Ecclesiæ cuidam Canonico in eadem Ecclesia absq; sanguinis emissione, & quod Cardinal. [d] concluserit percussiones duorum clericorum, qui sibi ipsis mutuo pugnos, & pedes impegerunt in itinere, esse leues, a quibus posset absoluere Episcopus.

[a] Eiusdem. c. Verb. mutilationem.
[b] Verb. absolutio, 4. in princ.
[c] In allega. 76.
[d] In consil. 42.

Excommunicatio tertia reseruata Papæ extra Bullam Cœnæ est lata a delegato lapso anno. Quarta in falsarios. Quinta lata ab Episcopo in habentes bullas falsas, &c. Sexta in clericos admittentes excommunicatos a Papa. num. 93. Septima, in incendiarios post denuntiationẽ, &c. Octaua, in sacrilegos infringentes Ecclesias, nu. 94. Nona, in male eligentes senatorem Rom. Decima, in clericos soluentes talias, sed reuocata fuit, nu. 95. Vndecima, in insequentes Cardinales. nu. 96. & 97. Duodecima, in vexantes excommunicatium cognatos, &c. nu. 98. & seq. Decimatertia, in inquisitores male procedentes. nu. 100. Decimaquarta, in religiosos absq; facultate administrantes certa sacramenta. n. 101. Decimaquinta, continetur in bulla Cœnæ. n. 102. Decimasexta in facientes eligere sepulturas. n. 103. Decimaseptima, in eos qui cogũt celebrare in locis interdictis nu. 104. Decimaoctaua in absoluentes per confessionalia Six. IIII. Decimanona, in exenterantes mortuos, n. 105. Vigesima, in dantes, aut accipientes ob ingressum monasterij. Vigesimaprima, in committentes simoniam in ordine vel beneficio. Vigesimasecunda, in eos, qui ab ordine mendicantium ad aliũ transeunt. n. 106. Vigesimaquarta in eos, qui asserunt hoc de conceptione Virg. Matris. n. 107. Vigesimaquinta, in delegatos, qui male auctorãt alienationes ecclesiasticas. n. 108. Vigesimasexta in septem genera personarũ violantium monasticа. n. 109. Vigesimaseptima, in peregrinantes in Hierusalem absq; facultate Papæ. Vigesimanona in Cardinales, qui secreta manifestant. nu. 110. Trigesima, in prædicãtes miracula falsa. Trigesimaprima in Cardinales sede vacante simoniã committentes. num. 11.

106 *Consuetudo excusat a pœna licet non excuset a culpa.*

111 *Bartholomæus a Carranza doctor doctiss. Archiepiscopus Toletanus.*

TErtia excõicatio reseruata Papæ extra Bullam Cœnæ ponitur in c. quærenti, de off. deleg. quod habet delegatum Papæ lapso iam anno ad exsequendam suam sententiam definitiuã ei concesso, non posse absoluere excõione a se lata ob finitam eius iurisdictionem, & ita absoluit eius superior, qui est solus Papa. [e]

Quarta est in c. ad falsariorum, de crim. falsi. quod excõicat falsarios, de quibus dictum est supra, [f] quæ quo ad aliquos casus non continetur in bulla Cœnæ.

[e] Cap. Sluiduisti, de off. leg. & c. sane de offic. deleg.
[f] Eodem c. nu. 18.

Quinta

Quinta est in cap. tua, de crim.falsi. qđ reseruat Papæ excommunicationem latam ab Episcopo in habentes literas falsas Papæ, nisi eas intra viginti dies destruant, vel resignent.

Sexta in c.significauit, de sent.excō. quod reseruat Papæ absolutionem excommunicationis quam incurrunt clerici, qui scienter, & sponte communicant cum excōicatis a Papa, admittendo eos ad diuina officia.

Declaratio quod ad hanc incurrendā requiruntur sex secundum Caiet. [a] Primum, quod sit clericus. Secundum quod excōicatio fiat cum excōicato a Papa. Tertium, quod ad diuina officia admittat. Quartum, quod scienter id faciat. Quintum quod id faciat sine vllo timore, etiam iniusto, qui licet non excusaret a peccato mortali, excusaret ab excōicatione ſm eundem, contra quem facit, q verbum illud *sponte*, in quo se fundat, nō probat id, quod ipse ait, vt ex duobus iuris capitibus colligitur, argu c. super hoc de renuntiat. & c. ad audientiam, de his, quæ vi, qb. probatur satis sponte fieri dici, quod sine metu iusto fit, etiam si interueniat aliquis metus leuis, & non iustus per quod eius noua opinio tollitur efficaciter, quoad forum exteriūs, q̃uis in interiori seruari posset in tali metu, qui est causa sine qua non fuisset communicatū quia talis metus quoad illud forum exequatur iusto, vt dixi supra. Sextum, quod sit excommunicatus a Papa iudicialiter, aut nominatim secundum omnes vltra quod hodie requiritur denuntiatio. [b]

94 *Septima in c.tua, de sent. excō. quod reseruat excommunicationem latam, & denuntiatam in incendiarios.*

Declaratio prima, quod d. c. tua, nō excommunicat, neque iubet denuntiari, vt cap. conquestus: de quo in octaua, sed solum, quod denuntiati non absoluantur nisi a Papa, & ob hoc non probat esse excommunicatos a iure. Secunda, qđ Caietanus, [c] quem pridem sequuti fuimus, in d. ca. tua, & nunc etiam sequimur, recte dicit nullum esse canonem, qui excommunicet incendiarios etiam Ecclesiarū, licet glossa dicto cap. tua, & communis Panormitani & aliorum ibidem, S. Antonin. [d] & Stephanus, [e] contrarium teneant in incendiario Ecclesiæ, sed sine textu & ratione sufficienti, quæ defendi non potest, nisi id haberet consuetudo, & teneatur, quod illa tolerata, & approbata a prælatis vim habeat legis, vel sta tuti excommunicantis per dicta supra, eodem cap. num. quinto.

Octaua in c. conquestus, de sent. excōmu. quod habet excommunicatos esse sacrilegos qui effringunt, & spoliant Ecclesias.

Declaratio prima, quod illud cap. nō excommunicat, sed præsupponit esse excommunicatos, siquidem iubet denuntiari eos vt tales, arg. c. pastoralis, parag. verum de appell. Secunda, quod duo requirunt ad incurrendam hanc, scilicet perfringere, & rapere, siue furari, [f] & ob id, qui effringit crucem, sacrarium, aut perpetrat alia similia nefaria scelera, & non furatur, non incurrit eam. Nec sufficit quæcumque fractio, puta seræ, vel arcæ: sed requiritur Ecclesiæ, vel forium eius. Tertia, quòd per Ecclesiam intelliguntur monasteria, hospitalia, & reliqua ædificia pia, Panor. in d. c. tua, auctoritate Episcopi ad id sacrata, & non alia, ſm eundem c. conquestus, arg c. ad hęc, de re lig. domibus. Quarta, quod is dicitur effringere Ecclesiam, qui effringit, vel effodit parietem, aut frangit fores, diruit seras, & qui impellendo, vel quouis alio modo violento ingressum sibi parat, [g] non autem, qui reserat eas claue, siue etiam surripuerit, vel extorserit, siue non iuxta sentētiam omnium. Quinta, quod non sufficit denuntiatio generalis. [h]

95 *Nona, & primi lib. Sexti, in c. fundamē ta, de elect. lib. 6. excōicat cum reseruatione eligentes in Senatorem Romanū aliquē Imperatorem, Regem, &c. Comitem, procerem aliquem potentia, aut alium dignitate perinsignem, aut fratrem, aut filium eius, &c. & huiusmodi electos, qui sine consensu Papæ se intruserunt in illud, & qui præbuerint auxilium, &c.* De quo quia est de raro contingentibus, nil amplius.

Decima, [i] *excōicat clericos, qui pendunt vectigalia, decimas, vel talias secularibus.* sed reuocata fuit a Clem. [k]

96 *Vndecima,* [l] *excommunicat cum reseruatione eum, qui infectatus fuerit, percusserit, aut ceperit tam quam inimicus aliquem Cardinalem, aut comitatus fuerit eum, qui hoc patrauerit, aut mandauerit, aut id ratum habuerit, aut dederit consilium, vel fauorē, aut sciens receperit, aut defenderit,*

a *Vbi supra cap. 38.*

b *Per extra uag. ad eui tanda. relatam supr. eo dē c. nu. 35*

c *Vbi supra, c. 22.*

d *3. par. tit. 14. c. 11.*

e *Cle. 1. de offi. ordi. & de potestate eccl c. n. 68.*

f *Panor. in c. fi. de fur. S. Anto. vbi supra c. 12. & Caieta. vbi sup. c. 21*

g *Syl. verbo excommun. 7. cas. 8.*

h *Iux. d. ex trau. ad eui tanda.*

i *In d. c. cle ricis de immun. eccle. lib. 6.*

k *Cle. 1. de immunit. ecclesi.*

l *In c felicis de pœn. li. 6.*

etiam ſi ob ea non eſſet antiquiore iure excommunicatus. Principem item, & gubernatorem quemlibet, & ſuos miniſtros, qui contra prædictos non obſeruauerint ſuam conſtitutionem intra menſem poſtquam ſciuerint.

97 Declaratio prima, quod hæc extenditur nunc ad Archiepiſcopos,& Epiſcopos per bullam Cœnæ Domini. Secũda, quod inſectantes,domini iudices,& officiales negligentes,&c.qui nõ percutiũt, etiam ſi id maxime velint,non incidunt in d.cap.ſi quis ſuadente,ſed in hoc ſic. Tertia,quod quicquid dicat Sylueſter & quos ille refert,[a] qui iubet alicui,vt inſectetur Cardinalem tamquam inimicum, non incurrit niſi conſequuta inſectatione,ſequuta vero ſic:quamuis nulla conſequatur percuſſio, licet qui iubet percutere non incurrat non ſequuta percuſſione,non quidem per rationes Sylueſt.ſed per dicta ſupra,[b] puta quia iuſſio percuſſionis prohibetur,vt acceſſorium illi: & ita non ſequuta illa iuſſio non habet effectum:ſed iuſſio inſectationis eſt acceſſoria illi,& ita illa inſequuta,etſi nõ ſequatur percuſſio, impleta eſt iuſſio eius.

a Verb. excõ.7.caſ.11

b Fol. cap. nu.51.

Quarta q excuſantur principes,domini & iudices,ſi incipiant procedere intra menſem poſtquam ſciuerint, quamuis non fiant proceſſus,neque puniant.

98 *Duodecima,* [c] *excommunicat cum reſeruatione omnes qui facultatem tribuerint alicui interficiendi capiendi, aut vexandi perſonas aliquorum,aut eorum facultates, aut ſuorum,eo quod tulerint ſententiam excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti,contra Reges,&c.aut contra quoſcumq; alios eorum miniſtros:aut contra alios quos libet,aut illos,quorum ratione eiuſmodi ſententiæ promulgatæ fuerunt, aut eos qui obſeruant, aut qui nolunt communicare cum ſic excommunicatis,niſi antequam dicta facultas exſequutioni mandetur, fuerit reuocata ab eis: aut ſi eius occaſione tam ſunt occupata bona,& intra ſeptem dies non reſtituant,aut ſatisfaciant. Excommunicant etiam eos, qui vſi fuerint tali facultate, aut proprio motu fecerint aliquid ex prædictis. Et ſi duobus menſibus perſeuerauerint in dicta excommunicatione,non poſſunt abſolui,niſi a Summo Pontifice.*

c In ca. qui cũq; de sẽt. excommu. lib.6.

99 Declaratio prima, quod ex ſola datione facultatis non incurritur in eam, neque etiam ex eius exſequutione,ſi ante exordium reuocetur: neq; etiã ſi poſt exſequutionem,ſi ea ſolum fiat in bonis & illa intra ſeptem dies reſtituantur,vt recte adnotauit Caiet. [d] Secunda, quod ex Sylueſtr.[e] colligitur, quod ſuo libro deerant illa verba, *Et quoslibet alios,* quia reſtringit textum ad excommunicationes latas contra ſolos prædictos dominos, & eorum miniſtros, contra verum tenorem huius textus. Tertia,quod ruſte vexando non incurritur iſta excommunicatio,arg.l.pri.ff.de appel & cap.vt debitus honor.eo.tit.iuxta Caietanum, quod noſtro iudicio locum habet etiam qñ ob vindictam, & odium vexat,ſed nõ plus,& alio modo quã iuſtitia poſtulat,[f] & quod omnes filij, famuli, aut cognati excommunicantis dicuntur ſui in hocca ſu,iuxta Io.Andream,& cõem, in d.cap. quicunq;,& etiam,noſtra ſententia,eius intimi amici,& omnes illi, quorum grauamen videtur grauanti eſſe grauamen excommunicantis,& ea de cauſa id facit ſiquidem negari non poteſt eſſe ſuum grauamen quo ad hanc conſtitutionem, & eius rationem, quæ eos omnes comprehendit,argum.l.illud.ff.ad l.aquil. & c.ſecund de tranſ.prælat.

d Vbi ſupra caſ.36.

e Verb.excõmunic.7. caſ.12.

f Arg. c.cũ miniſter,23 q.5.

100 *Decimatertia,* [g] *cum reſeruatione excommunicat Inquiſitores, & alios deputatos officio Inquiſitionis ab epiſcopo,qui odio, amore, aut lucri, vel commodi temporalis gratia contra iuſtitiam,& ſuas conſcientias omittunt procedere contra aliquem,vbi fuerit procedendum ſuper huiuſmodi prauitate,aut ob eaſdem cauſas,& eodem modo imponendo hæreſin, aut impedimentum officij præfati,præſumunt vexare aliquem.*

g In cle.1. in §.Verum de hæret.

Declaratio quod ad incurrendã hanc eſt neceſſe,vt ſit Inquiſitor,aut deputatus ad eius officium ab epiſcopo,qa ipſe epiſcopus ſolum incurrit ſuſpenſionem officij in tres annos, [h] & quod non procedat quando,& quomodo debet, aut [i] procedat, vt non debet, & quod hoc faciat contra iuſtitiam, & ſuam conſcientiam ſciens illud eſſe iniuſtum,& quod hoc faciat odio,amore,fauore,aut lucro,[j] quia nõ ſatis eſſet facere ignorantia, timore, aut ad euitandum ſcandalum. [k]

h Per eũdẽ §.Verum. Iux.Card. in d.§.Virũ vbi text. & Caiet. vbi ſup.caſ.3.

k Iux.gl.in d.§.Verum.

101 *Decimaquarta habetur in cle. de priui.& excõicat cum reſeruatione religioſos, qui ſine licentia expreſſa presbyteri parochialis,*

ebialis, præsumunt administrare clericis, uel laicis sacramentum vnctionis, aut eucharistiæ, aut benedicere nuptias, aut absoluere excommunicatos a canone, præterquam in casibus a iure, aut priuilegijs Apostolicis sibi concessis, aut a sententijs promulgatis a statutis prouincialibus, aut synodalibus, aut a peccatis, a pœna, & culpa.

Declaratio prima, quod ad incurrendam hanc est necesse, quod sit religios[9], quamuis non sit exemptus, neque profes
a In d.cle.1 q.3.& 4. sus, iuxta Cardinalem [a] & quod non sit Rector, seu curatus Ecclesiæ parochialis iux. mentem Fely. & eorum quos citatin c. cum quidam, col. secund. de iurei. q̃us glossa dubitet, in ead. cle. quinta, vti pridem super ea diximus, quidquid dicant ibidem Cardinalis, & Imola.

102 Secunda, quod satis est, vt in licentia exprimatur sacramentum cuius causa petitur, etiam si non exprimantur nomina personarum, iux. gl. d. clem. pri. receptã. Tertia, quod est necesse, vt faciat aliquid ex quinq; hic expressis per præsumptionem: & non sufficit facere id per ignorantiam, vel credulitatem, quod parochus id æquo animo feret, saltem quo
b In d.cle.1 q.38. ad forum conscientiæ ſm Cardinalem [b] & ea quæ nos diximus supra, [c] & latius i
c Eod. capi. nu.37. repet. [d] Quarta, quod non sufficit, vt vn[9] religiosus administret Eucharistiam alteri religioso exempto. Tum quia nõ est
d Cap. accepta. oppos.8 de rest. spol. nu.32. subiectus presbytero parochiæ, q̃ subiectionem videtur præsupponere textus es se ad hoc necessariam, iuxta Caietan. [e]
e Vbi supra cas.64. Tum quia ille non est clericus, neque laicus, de quo textus loquitur, ſm Cardin. [f]
f In di. cle. q.7. quamuis oppositum, sed nõ iuste, teneat Sylvest. [g] Quinta, quod per presbyterũ
g Verb. excommun.7. cas.14. parochialem intelligitur rector, quãmuis non sit initiatus ordine missæ, arg. c. suffraganeis, de elect. aut eius vicarius, & episcopus, iuxta glossam, eiusdem clem. ver. parochialibus, & eius vicarius gene
h Arg.ca.1. de const.li.6 ralis. [h] Sexta, quod incurritur etiam ob administrationem facta in articulo mor
i In d.cle. q.11. tis iuxta Cardinalem, [i] etiam si faciat ob defectum parochi, iuxta Sylvestrũ. [k]
k Vbi supra dub.3. Septima, quod non incurritur ex eo, qđ administret parochiano, qui ait habere se facultatem, cum non habeat, gloss. & Comm. in d. clem. verb non habita. neq; eo, quod administret sacramentum pœnitentiæ, aut baptismi, secundum omnes ibidem, neque eo quod absoluat ab excommunicatione lata ab homine, iuxta gloss' & communem, ibid. verb. canonic. Octaua, quod fratres minores, & alij, qui participant, eorum priuilegia possunt ministrare secularibus quolibet die excepto Paschatis, vt dictum est supra. [l] *l Capi. 21. nu.52.*

Decimaquinta in clem. si quis suadente de pœn. Nunc facta est Bulla Cœnæ per S.D.N.Greg.XIII.

103 *Decimasexta, in clem. cupientes, de pœnis, § fin. excommunicat clericos, & religiosos, qui violant constitutionem illis prohibentem aliquem inducere ad vouendum, iurandum, aut promittendum eligere sepulturam in sua Ecclesia, aut quod non mutabit electam.*

Declaratio prima, quod ad incurrendam hanc est necesse, quod sit clericus, aut religiosus: & quod inducat ad iurandum, vouendum, aut promittendum de electione sepulturæ, aut non mutandam electam, & quod persuasus aliquid horũ faciat: & quod sepultura pertineat ad Ecclesiam eius, qui persuadet, iuxta communem, [m] & quod temere faciat non
m In d.§. fin. existimando probabiliter id facere posse, iuxta Caietan. [n] Secunda, quod non
n Vbi supra cas.49. sufficit precari, aut inducere ad eligendam sepulturam, si non promittit, iurat
o 3.par. tit. 24.c.55. aut vouet, iuxta S. Antoninum. [o]

104 *Decimaseptima,* [p] *excommunicat, cũ reseruatione nobiles, & dominos temporales, qui cogunt aliquem ad celebranda diuina officia in locis interdictis, siue compulsio fiat personæ clericorum, siue eorum consanguineis. Et qui voce præconis, aut sonitu campanæ, aut ad clangorem tubicinis, vel buccinæ, conuocant populum ad audiendũ missam in tali loco, præcipue excommunicatos, aut interdictos, & etiam qui prohibent ne excommunicati, aut interdicti ab Ecclesia eũciantur, quando peraguntur diuina officia, qui admoniti a sacerdote nominatim nolunt exire.*
p In clem. grause, de sẽten. excom.

Declaratio prima, quod per tria priora ex his quatuor, soli & omnes domini temporales incurrunt in hanc, quãuis sint prælati, si habent temporalem iurisdictionem iuxta glossam Cardinalem, & Imolam, in dicta clement. per quartum autem omnes. Secunda, quod conuocatio debet fieri aliquo modo ex prædictis, & non clam per nuntios. Et

quod excommunicati sint nominatim admoniti. [a]

a Syl. verb. excomm. 7. 105 *Decimaoctaua, in extrau. & si domini* caſ. 16. §. 7. *de pœn. & remiſſ. excommunicat cum reſeruatione, eos, qui ex priuilegio PP. Sixti IIII. abſoluunt ab aliquo iſtorum quinque votorum, ſcilicet peregrinationis in Hieruſalē, & Romam, Compoſtellam, religionis, caſtitatis, niſi in dictis confeſsionalibus fiat mentio illorum de certa ſcientia, cum derogatione illius extrauagantis.*

Declaratio, hanc extrauagantem nūc nihil, vel parum prodeſſe quo ad contētum in ea principaliter, quia iam confeſsionalia illa deſierūt, ſed eſt notanda ad hoc quod diſpenſatio quinque votorum in ea contentorum reſeruatur Papæ, ad quod nullus textus ante hunc in libris iuris Pontificij habebatur.

b In extrau. 2. de ſepultu. inter communes. *Decimanona,* [b] *excommunicat cum reſeruatione eos, qui exenterant mortuos ad eos conſeruandos, aut eos concidunt in fruſta, & eos coquunt, vt oſſa carnibus denudata deferant, & ſepeliant in alio loco, & qui hoc fieri iubent.*

Declaratio prima, quod non habet locum in his, qui moriuntur in terris infidelium, vbi non eſt ſacer locus ad ſepeliendum, neque in eo, qui hoc facit viuo, neque etiam mortuo alio fine, quam ſepeliendi in alio loco, quaniuis in vindictam, & etiam ad veſcendum id faceret.

c Sylu. vbi ſup. c. 41. et colligitur ex text. [c] Secunda quod non incurrit, qui hoc facit cadaueri ne ſeteat, aut in anatomiā, aut cadaueri regio, vt ab eius populis iuſtus honor habeatur. Caie. [d] quod in vſu habet Gallia.

d Vbi ſupra caſ. 70. 106 *Vigeſima, in extrau. pri. de ſimon. excommunicat cum reſeruatione eos, qui dāt aut accipiunt aliquid ob ingreſſum in aliquod monaſterium.*

Declaratio prima, quod non incurritur per acceptationem, vel largitionem abſque pacto, aut ob cōſuetudinem, vel antiqua iura, aut ſine præſumptione bono animo, quia bis repetit illa verba, *Eos, qui præſumunt.* Neque per acceptionem cum pacto in victum eius, qui ingreditur ob neceſſitatem, iuxta Caietanū. [e]

e Vbi ſupra caſ. 71. f 3. part. tit. 24. c. 70. g Vbi ſupra caſ. 44. Secunda, quod Innoc. VIII. declarauit moniales non incurrere hanc, niſi ob receptionem cum pacto, aut alicuius non idoneæ, ob largitionem. Et quod ſanctus Antoninus [f] quem referunt Sylueſter, [g] & Felynus in c. qm̄, de ſimo. ait, qđ Martinus V. dixit ſe nolle hac teneri moniales. Tertia, quod conſuetudo contraria excuſaret a prædicto mortali, vt diximus in d. c. qm̄, arg. gloſſæ ſingularis, in c. cum venerabilis, de conſuet. ca. denio, quarta diſt. & eorum quæ Aufredr. dicit. [h] Quarta, quod Clemens VII. conceſſit, vt moniales nullam ſimoniæ pœnam incurrerent propter pacta, & conuentiones, quas contraherent in dotibus monialium, in commodum earum victum, vt habetur in compendio priuileg. verb. monial. nu. vlt. qua de re latius ſcripſimus, in tracta. de red. quæſt. pri. monit vltimo.

h In repet. clemen. 1. & offic. ord. in reg. 3. fal. 2. *Vigeſima prima, in extrau. Pauli II. de ſimon. excommunicat cum reſeruatione committentes ſimoniam in ordine, vel beneficio & eius mediatores.*

Declaratio prima, quod non intelligitur, niſi de ſimonia, quæ committitur in ordine, & beneficio ſecundum omnes: quia de ea tantum agit, quod etiam dicit Caietanus. [i] Secunda, quod non habet locum in ſimonia mentali, neque etiam in ſola conuentionali, ſed in reali per prædicta, [k] & latius in cōmentario, c. fi. de ſimo. Tertia, quod mandatum poſitum in ea, vt denuntient eā ſcientes, nō obligat alios, quam Curiales Romanos ſm Sylueſt. [l] neque nunc eos, neq; alios ſm S. Antoninum, [m] quia non eſt quo ad hoc recepta Sylueſt. vbi ſupr. & Caiet. [n]

i Vbi ſupra caſ. 72. k Ca. 23. n. 106. & cap. 25. n. 112. l Vbi ſupra caſ. 43. m Vbi ſupr. n Poſt caſ. 81. *Vigeſima ſecunda, de regularib. in extra. Martin. V. excommunicat cum reſeruatione fratres ordinum mendicantium, ſine ſpeciali facultate Papæ migrantes ad non mēdicantes, excepto ordine Carthuſianorum, & etiam admittentes eos.* Hæc facit ad iſtud Ioan. Maioris [o] Carthuſia religionum optima.

o In 4. diſt. 38. q. 11. *Vigeſima tertia, in extrau. pri. de ſent. excom. quā refert* Io. *And. in c. nemo de ſimon. excommunicat cum reſeruatione omnes eos qui largiuntur, aut accipiunt aliquid, aut promittunt in Curia Roma. ad obtinendam iuſtitiam, aut promerendam gratiam alicuius rei.* Sed Paludanus, [p] & Angelus, [q] & Sylueſter, [r] & Caietanus [s] aſſerunt fuiſſe reuocatam per Clement. V. fuit autē innouata, & maioribus pœnis aucta per S. D. N. Gregorium XIII. per extrauagantem, quæ incipit. *Abipſo*, promulgata die 8. Nouemb. ann. 1574. quā ſtatim magno

p In 4. diſt. 18. q 3. col. penul. q Verb. exc. 5. caſ. 25. r Vbi ſupra caſ. 46. s Poſt caſ. 81.

mágno commentario donauimus in honorem ſanctiſſimarum, earundemque, fortiſſimarum virginum & martyrũ Luciæ,& Catharinæ,intra viginta dies,quibus feſta earum diſtant

107 *Vigeſimaquarta, in extrauag. graue, de reliqui. & uener. ſanct. excommunicat eum, qui dixerit peccare mortaliter eum,q̃ crediderit Virginem Matrem fuiſſe conceptam in peccato originali,& etiam e contrario eum qui dixerit peccare mortaliter oppoſitum tenentem.*

Declaratio,quod qui ſyncero,& ſolido animo ſine alia audacia,vel præſumptione dixerit hoc non incurret, iuxta Caietan.[a] quiã ait *auſu temerario*, & paulo ante *præſumeret*, & ita dolum,aut certe latam culpã requirit per ſupradicta.[b] Quamquam in Conc. Baſil.[c] fuit declaratum fuiſſe cõceptam ſine peccato originali. Quoniam plurimum intereſt ſcire,quomodo Conc.Baſil.B. Virginem ſine peccato conceptam eſſe definierit: verba eius ſic ſubijcimus. *Nos uero diligenter inſpectis auctoritatibus & rationib⁹ quæ iam a plurib⁹ annis in publicis relationibus ex parte utriuſq; doctrinæ coram hac ſancta ſynodo allegatæ ſunt, aliq̃ que etiam ſuper hac re uiſis,& matura conſideratione prolatis doctrinam illam differentem glorioſam virginem Dei genetricem Mariam præueniente & operante diuini numinis gratia ſingulari,numquam actualiter ſubiacuiſſe originali peccato, ſed immunem ſemper ab omni originali & actuali culpa, ſanctamq; & immaculatam,tamquam piam,& conſonam cultui Eccleſiaſtico, fidei Catholicæ, rectæ rationi, & ſacræ Scripturæ,ab omnib⁹ Catholicis approbandam fore,tenendam & amplectendam definimus & declaramus, nullique de cetero licitum eſſe in contrariũ prædicare & docere.* Hæc ibi, Qua in re nihil videtur eſſe Sixti IIII.declarationi & Trident. Concil.contrarium,quale quale tantum illud Concilium Baſilien. exſtiterit,vt aſſerit Domin.Bartholom. a Caranza,Illuſtriſſimus nunc Archiep. Toletan.in ſumm.eiuſdem Conc. renouata eſt tamen præfata extrauagans Tridenti. ſeſſ.quarta ſub finem.

108 *Vigeſimaquinta* [d] *excommunicat cũ reſeruatione, commiſſarios, & delegatos ad cognoſcendum,an illa aut illa alienatio bonorum eccleſiaſticorum ſit in ũtilitatẽ eui-dentem Eccleſiæ,vel non, qui amore,timore, aut pecunia ea auctorant.* Quamquã Caietan.hanc non poſuit,ſiue quod non haberet pro authentica,ſiue quod non eſſet uſu recepta, quod ipſum de aljs multis ſignificat.[e]

109 *Vigeſimaſext a in priuilegijs ordinum relata apud S. Antoninum,* [f] *excommunicat cum reſeruatione ingredientes monaſteria monialium, Minorum, & Prædicatorum ſine licentia præfecti ordinis, aut generalis,aut eius,qui ab ipſis ad id habet facultatem. Et qui præſumunt proferre in lucem libellos famoſos lingua vulgari,vel alia,aut componunt,aut habent,aut in ũulgus emittunt uerſus,aut cantilenas in infamiam,& detractionem ſtatus ordinis Prædicatorum, uel minorum. Et eos qui præſumunt prædicare, docere, defendere prædictos religioſos non eſſe in ſtatu perfectionis,uel non licere eis uiuere ex eleemoſynis, neque prædicare, neque audire confeſſiones cum licentia ſummi Pontificis aut aliorum prælatorum inferiorum ſine licentia Rectorum Eccleſiarum,uel presbyteri Cardinalis. Et eos qui præſumunt inferre aliquam, quæ incommoda ſit, uiolentiam locis prædictorum Prædicatorum, & Minorũ. Et qui in ſuis monaſterijs,uel Eccleſijs detinent apoſtatas prædictorum,niſi erecerint, poſtquam a monachis ipſorũ ordinũ fuerit eis denuntiatum, ne eos retineant. Et monachos minores,qui præſumunt recipere ordinis Prædicatorum profeſſos abſque licentia ſummi Pontificis, quæ faciat expreſſam mentionem huius indulti,aut niſi prius petant, & impetrent facultatem ſuorum priorum, & qui palã uel clam conantur expellere ex uniuerſitate Pariſiorum Prædicatores uel Minores.*

Declaratio prima, q̃ ſeptẽ excõmunicationes diuerſorum Pontificum in hac cõtinẽtur,quas S.Anton.refert.vbi ſupr. Secunda,q̃ primã non incurrit, qui ingrediẽ dicta monaſteria ignorãtia iuſta, vel quaſi iuſta ductus fm eundem,& Caietan vbi ſup. neq; qui ingreditur ſciẽs, ſed perſuaſus iuſtam eſſe cauſam, ob q̃ ingreditur. Tertia,iuxta eundem, quod ſecunda non habet locũ contra componentes prædictos libellos in ignominiã ipſorum religioſorum,& non eorum ſtatus,per dict.ſup.[g] Quarta,quod in ſepti mo loco, pro *Pariſiorum*, eſt apue Sylueſt. vbi ſupra. *Peruſini*, per errorem.

Quinta,

a *Vbi ſupr. caſ.88.*
b *Eod.capi. num.73.*
c *Seſſ. 36.*
d *Apud Syl ueſt. verb. excommu. 7.caſ.47.*
e *Poſt caſ. 11.*
f *3.par.tit. 24.c.70.& Caieta. ubi ſup.caſ.81.*
g *cap.18. num.35.*

Quinta, quod mulieres, quæ priuata intentione ingrediuntur monaſteria monialium prædictarum, poſſunt abſolui a confeſſarijs ſui ordinis per priuilegium Sixti IIII. vt habetur in cõpendio ver. abſolutio ſecund. num. octauo.

Sexta, quod prælati prædictorum ordinum, & eorum qui gaudẽt priuilegijs Carmelitarum, poſſunt excommunicare omnes clericos & laicos, qui retinent Apoſtatas ſui ordinis, vt habetur in dict. compendio verb. Apoſtata nu. ſeptimo.

Septima, qui faciunt dictam damnoſam violentiam, poſſunt abſolui a conſeruatore, & prælato ordinis in foro conſcientiæ per priuilegium Leonis X. vt dicetur in dict. compendio, verb. abſolutio, 2. quoad ſeculares, §. fin.

110 *Vigeſima ſeptima apud S. Antonin. & Sylueſt. vbi ſupra excommunicat qui peregrinantur in Hieruſalem abſque licentia Papæ.*

Vigeſima octaua in extrauagan. Iulij II. relata per S. Antonin. vbi ſupra cap. decimo excommunicat eos, qui appellãt a Papa ad futurum Concilium, &c. Sed hæc hoc anno facta eſt tertia Bulla Cœnæ, per S. D. N. Gregorium XIII.

Declaratio quod qui conſulit, vt appellet, ſecus de conſulente licitum eſſe appellare, iuxta Caietan. vbi ſupra, quia priore caſu prohibetur conſilium ſecundario, poſteriore vero principaliter.

Vigeſimanona in Concil. Lateranen. ſub Leone X. ſeſſ. nona excommunicat cum reſeruatione Cardinales reuelantes aliquid de ſecreto actis in Conſiſtorio Papæ, cum ab eo datum ſit præceptum ſpeciatim, & expreſſe, vt id maneret ſecretum.

111 *Trigeſima, in eodem Concil. excommunicat eos, qui prædicant miracula falſa vel incerta, vel prophetias, quæ non continentur ſacra Scriptura.*

Sed Caietanus ait, verb. excommun. in fine, quem ſequitur Frater Bartholomæus Carranza Nauarrus, tunc doctiſſimus, & religioſiſſimus Doctor, nunc autem Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Toletanus, in fine ſummæ Concilij Laterancnſis ſub Leone X. cenſuras huius Cõcilij non fuiſſe receptas.

Trigeſimaprima, in extrauag. Iulij II. approbata in dicto Concil. Lateran. ſeſſ. 5. excommunicat Cardinales, qui ſede Apoſtol. vacante contrauenerint, ordinauerint, diſpoſuerint, aut aliquo modo præſumpſerint facere, vel attentare contra ordinata ab eodem Iulio II. vt ſine ſimonia eligatur Papa.

DE EXCOMMVNICATIONIBVS reſeruatis Epiſcopis, vel Papæ, partim illis, partim neutris.

112 *Excommunicationes reſeruatæ epiſcopis ſunt tres, & aliæ duæ aliquando, num. 112. & 2. ſeq.*

Prima in cap. peruenit, de ſent. excommunicat. incurſa ob leuem percuſſionem clerici, vel monachi, de qua ſupra, eodem cap. num. 91. & ſeq.

Secunda, quam fert epiſcopus per ſuum ſtatutum reſeruando ſibi abſolutionẽ, ſecundum omnes, argu. cap. nuper de ſentent. excommunic.

Tertia eſt excommunicatio Papalis, cuius abſolutio ob aliquod iuſtum impedimentum conceditur inferiori: quia illam dare debet Epiſcopus, & non alius inferior.

Secundum Innocẽtium communiter receptum, in cap. prim. & c. monachi, de ſentent. excommun. quia quæ diſpenſatio, vel abſolutio reſeruata Papæ priuilegio iuris conceditur inferiori, videtur concedi Epiſcopo, & non alij eo inferiori, iuxta eundem Innocentium [a] probatum per Panormitanum, ibi, & in dict. cap. monachi, & in alijs locis multis ibi per Fely. citatis, qua eadem ratione excommunicatio prima harum quinq; cẽſetur eſſe reſeruata Epiſcopo.

Quarta partim Epiſcopalis, partim non, in cap. nuper & cap. ſi concubina, de ſent. excommun excommunicat eum, qui ſcienter participat cum excommunicato in crimine, ob quod eſt excommunicatus cum reſeruatione abſolutionis ei, cui eſſet reſeruata abſolutio excommunicationis ob crimen, in quo participando eam incurrit alius.

Declaratio prima, quod ad incurrendam hanc excommunicationem oportet: qđ fiat participatio in crimine poſt illud commiſſum, & ob id incurſam excommunicationem ab eo, cum quo participat, vt dictum eſt. [b] Et quod participet cum eo, ſciens illum eſſe excommunicatum. Secunda, quod licet ante extrauagantem præfatam, *ad euitanda*, ſuffi-

[a] *In c. 2. de eo qui furt. ordi. ſuſcep.*

[b] *Sup. eodẽ nu. 32.*

sufficiebat, & requirebatur scientia excommunicationis, ita post eam requiritur, & sufficit scientia denuntiationis illius, per ibi dicta. Tertia declaratio in solutionem propositi dubii, quod sicut qui percutit pluries clericum, ita vt appellentur diuersę percussiones, [a] singulis vicibus incurrit excommunicationē: sic qui participat in crimine multoties cum excommunicato, ita vt dicantur iteratæ participationes, singulis vicib. incurrit excommunicationem. Quarta, ꝙ ab hac debet absoluere idem, qui ab altera, dicto.cap.nuper. Idcirco, cui reseruata fuit prior, eidem & hæc erit, & si illa nemini fuerit, neque hæc erit vlli.

a *tux.dict. supr.eodem c.6.nu.36. & seq.*

113 *Quinta etiam partim Episcopalis, & partim non, in c.eos, de sent.excommunic. libro sexto, excommunicat eum, qui ob articulum mortis, aut aliud iustum impedimētum absolutus ab eo, qui aliter non potuisset, recuperata valetudine, vel sublato impedimento, quam cito commode potest, non representat se superiori, a quo debet absolui, quo obediat eius mandatis. Et etiam qui absolutus a Sede Apostol. aut eius Nuntijs præcipientibus, vt se præsentet ordinarijs aut alijs iudicibus, quo exsequatur sua iussa, vel quo satisfaciat lęsis, vel alijs, ob quos fuit excommunicatus, non facit quam cito commode potest.*

Declaratio prima, quod prima pars huius excommunicationis habet locum in absolutis a quibuscunque, vt ex litera palam colligitur: & secunda non nisi in absolutis a sede Apostolica aut eius nūtijs, de quibus solum loquitur. Itaque non habet locum in absoluto ab Episcopo, vel alio delegato, iuxta Caietanum [b] quamuis habeat nostro iudicio in absoluto a summo Pœnitentiario. Secunda, quod tempus intra quod quā cito commode potest tenetur præsentari: quoad forum exterius relinquitur arbitrio boni viri, [c] quoad interius autem conscientiæ absoluti. [d] Tertia, quod hæc est Papalis, vel Episcopalis, si prima talis erat, & nemini, si prima non erat reseruata: quia textus habet eandem esse.

b *Vbi supra cas.69.*

c *arg.l.1.ff. de iur.delt. c. de causis de off. dele.* d *arg.glo.c. significasti, 2. de homi.*

DE EXCOMMVNICATIONIBVS nemini reseruatis, in Decreto & Decretalibus.

114 *Excommunicatio prima nemini reser uata, in seculares non reddentes ius Ecclesiasticis. Secunda, in consentientem electioni de se in Papam malefactæ. Tertia in eum, qui sic suscipit munus administrandi partē talis Episcopatus. Quarta, in scholasticos Bononiæ, qui sic conducunt Quinta, in imponentes tributa, &c. Ecclesiasticis, num.115. Sexta, incertos clericos, qui audiunt leges, aut medicinam, num. 116. Septima, in clericos suscipientes præfecturas seculares. Octaua, in schismaticos. Nona, in capientes bona naufragorum, num.118. Decima, in seruantes statuta contra libertatem Ecclesiæ, num.119.*

117 *Lex quę amissum in mari tribuit, &c. N. iniusta.*

119 *Libertas Ecclesiastica quæ, quis eam violat, num.120.*

PRima, [e] *quæ excommunicat Gubernatores, & iudices, qui admoniti ab Episcopis, & alijs Ecclesiasticis, omittunt ius illis reddere, ob negligentiam, vel iniquum animum.*

e *In ca.administratores 23.q.5.*

Secunda, in cap.licet de elect. excommunicat eum, qui non electus saltem a duabus partibus Cardinalium in Papam, consentit suæ electioni, & etiam recipientes eum in Papam. Hæc non est reseruata Papæ, nisi permixtam habeat heresin credendi duas esse Ecclesias, aut schisma absq; illa, & tunc reseruatur per Bullam Cœnæ in clausula prima, & secunda. [f]

f *Sup. eodē c. num.56. & 57.*

Tertia, in cap.quoniam, de offic.ord. excommunicat Episcopum, qui in ciuitate diuersarum linguarum suscipit gubernationē eorum, qui sunt suæ, priusquam suscipiatur a proprio Episcopo in coadiutorem suum.

Hanc Caietanus vbi supra cas.68. hodie esse parum vtilem significauit: quia Papa communiter confert omnes episcopatus in similibus locis, qui si lustrasset Episcopatus Castellæ, Nauarræ, & Galliæ, in quibus alij Vasconice, alij Hispanice, alij, Gallice, alij Teutonice loquuntur, id non dixisset.

Quarta, in cap.primo de locat. excommunicat doctorem, & scholasticum vniuersitatis Bononiæ, qui conducit domos alterius doctoris, aut scholastici sine eius consensu ante finem termini. Iuxta Innocentium & communem, in eodem cap. contra Hostien-

ſtienſem hæc non habet locum extra Vniuerſitatem Bononiæ: & ideo nihil amplius dicimus de ea.

115 *Quinta, in cap non minus de immunit. Eccleſ. excommunicat conſules, rectores, & poteſtates imponentes Eccleſiis, vel perſonis Eccleſiaſticis talias, vel vectigalia, ſi admoniti non deſiſtunt, & omnes, qui præbent conſilium, fauorem, vel auxilium, & eorum ſucceſſores.*

Declaratio prima, quod per poteſtatem hic intelligitur ſecularis iuxta Ioannem Andream, in dicto cap. non minus, & quod ſatis eſt vna admonitio, iuxta Hoſtienſ. ibidem.

Secunda, quod non incurrit Gubernator, qui vt debuit contradixit, etiam ſi non relinquat officium, iuxta Panormitanum, in c. aduerſus eodem titu. & melius Angelum & Sylueſtrum, [a] & Ioannem Tabiennam, caſ. 18. quamquã Ioannes Andreas oppoſitum teneat, ibidem, & Innocentius dubitet, in cap. nouerint, de ſenten. excommun. ſi quidem nó peccauit ſit contradixit tantum, quantum & quemadmodum debebat, [b] & ſine peccato mortali, non incurritur excommunicatio maior, [c] vt dictum eſt ſupra, eodem capitulo num. nono.

Tertia, quod hæc non incurritur propter tributa omnino realia, quæ clerici debent ob ſua bona, nec ob realia extra ordinaria, quæ immediate ſpectant ad eorum bona, vt ad reficiendum iter, vel callem, qui eſt ante prædium, vel domũ ſuam, ſed incurritur propter onera mere perſonalia, & mixta, quæ imponuntur perſonis & bonis, iuxta Panorm. recept. in dicto cap. non minus.

116 *Sexta, in cap. non magnopere, & cap. ſuper ſpecula. ne cler. vel monach. & cap. quinto eodem tit. libro ſexto, excommunicat religioſos qui exeunt a ſuis monaſterijs, vt audiant leges, vel medicinam & audiunt, & non redeunt intra duos menſes ad illa. Et clericos, qui habent dignitatem, vel perſonatum, quamuis non ſint presbyteri. Et presbyteros, quamuis omnino nullam habeant dignitatem, neque Eccleſiam parochialẽ qui audiunt dictis duobus menſibus.*

Declaratio prima, quod hanc non incurrit religioſus, qui audit intra monaſterium, aut extra in eadem Ciuitate, degens in eadem, aut egreditur ad audiendum aliquod exordium, vel aliquã prælectionem, vel honoris, vel informationis cauſa, vel redijt ante prædictos duos menſes ad clauſtrum, iuxta mentẽ Panormitani, cui Caietanus, [d] & alij recentiores conſentiunt.

Secunda, quod clerici ſeculares, quãuis obtineant beneficia, etiã ſi ſint ſubdiaconi, vel diaconi, modo non habeant dignitatem, vel perſonatum non incurrunt in eam, quia non loquitur de illis, iuxta gloſſam ſingulem, cap. cum ex eo verb. literarum de elect. libro ſexto.

Tertia, quod presbyteri, etiam beneficium non habentes, & qui habent dignitatem, vel perſonatum: quamuis non habeant niſi minores ordines, eam incurrunt, ſi audiunt duos menſes, etiam ſi non egrediantur e ſuis terris, neque domibus, iuxta communem. [e]

Quarta, quod nemo iſtorum incurrit eo, quod doceat eam, etiam extra domũ ſuam, iuxta Innocentium & Panormitanum vbi ſupra, quidquid dicat Sylueſt. verb. excommunic. nona caſu ſexto.

117 *Septima, in dicto c. clerici ne cleri. vel monachi, excommunicat ſacerdotem, qui eſt Vicarius Vicecomitis, aut alterius præfecti ſecularis, ſi admonitus non relinquat præfecturam.*

Declaratio prima, quod non incurrit hanc clericus minorum ordinum, iuxta Panormitanum, in dicto ca. cleric. quidquid Sylueſter dicat. [f]

Secunda, quod incurrunt in eam prælati, qui ſunt gubernatores, vel præſidentes Cancellariarum, iuxta Caietanum. [g]

Tertia, quod non incurrit prælatus, qui habet eiuſmodi procurationem annexam ſuæ dignitati, aut ſuo patrimonio, iuxta omnium ſententiam.

Octaua, [h] *de ſchiſmaticis.* Sed hæc hodie continetur Bulla Cœnæ ſupra relata.

118 *Nona, in c. excommun. de raptor. excommunicat eos, qui capiunt bona Chriſtia norũ naufragio pdita, & non reſtituũt eis.*

Declaratio prima, quod hęc facta eſt Bullæ Cęnę per S.D.N. Gregoriũ XIII. vt patet, [i] quæ tamen etiam tantum, accipientes ſcienter excommunicat, quãuis non videatur comprehendere eos, qui bono animo, aut ſaltem non malo accipiunt, donec ſint in mora reſtituẽdi.

Secunda, quod neutra incurritur ex

ſola

a Verb. excommun. 9. caſ. 5.

b Arg. cap. Epheſiis 43 diſt.

c cap. nemo & c. nullus 11. q. 3.

d Vbi ſupr. caſ. 50.

e In dictis trib. cap.

f Vbi ſupra caſ. 7.

g Caſ. 76.

h In c. nulli tau 19. diſt. & c. 1.

i Sup. n. 60.

sola acceptione bonorum, sine mora, & voluntate (vt ita dicam) restituendi secundum omnes. Quod est verum attenta decretali, & etiam attenta bulla, nisi acceptio fuerit scienter patefacta: quia tun illa sufficit, licet sic absque monitio fm Panormitan. in d.c.excommu. & Caietan.vbi supra,quos sequor ob rationem firmam Caietani contra Ioann. Andream,in d.c.excommunic.quamuis eum sequatur Sylvest.[a] Tertia,quod ex his sequitur,quod lex,quæ statuit bona naufragorum esse tribuenda illi, uel illi est iniquissima, quippe quæ afflicto addit afflictionem cõtra, c.cum percussio. 7.q.1.& l.Diuus,ff de offic.præsid.

a Verb. excommun. 7 cas.20.

119 *Decima,in ca.nouerit,de sent.excom. excommunicat eos qui obseruari faciũt statuta facta, & consuetudines inductas aduersus libertatem ecclesiasticam,nisi ex libris radant: & eos qui ea faciunt,& scribunt & potestates,consules, & gubernatores,& consiliarios quorumlibet locorum,vbi eiusmodi statuta seruantur:& qui iudicant fm illa,& qui ea publica in forma scribũt.*

Declaratio prima, quod non incurrunt hanc omnes,qui violant libertatem ecclesiasticam, vt nonnulli censuerunt, sed solum qui eam violant per viam statutorum,& consuetudinem contrariam, vt recte dixit Caiet.vbi supra.Secunda, q̃ non satis est facere nõ obseruari,si nõ eradit ex libris intra duos mẽses neque nõ eradere, si obseruari non facit, iuxta glossiam singularem, cap.graue, de sent. excommunic. & Commu. in dic.c.noue rit,quamquam Sylvest. [b] contradicit & Caietan. dubitat, vbi supra.

b Verb. excommun.9 cas.10.

Tertia, quod quidquid dicat Caietanus, in dict.casu trigesimoprimo, potestates,consules, gubernatores, & consiliarij incurrunt eam quamuis non obseruent, neque obseruari præcipiant, si sciant,& non impediant eorum obseruãtiam, quia hæc est aperta sententia textus dicti cap.nouerit. Nec obstat eius ratio,scilicet,quod ex omissione non videtur incurri excommunicatio: quia falsum est, per clement.prima,§.verum de hæretic. & ipsemet contra Sylvestrum tenet.[c] Quarta,quod qui faciunt obseruari,vel scribi eiusmodi statuta syncero corde: quia credunt esse salutaria,non incurrunt, iuxt.Innoc.in d.c.nouerit,in fin. maxime si credunt de consilio viri eruditi,& pro idonea scientia & conscientia prædicto habiti,[d] & glos. singularis q̃ est tertia, ex qua Panormit. communiter receptus hoc ibidem, colligit.ca.capellan.de ferijs. Quinta,quod libertas ecclesiastica est,qua habet Ecclesia vniuersalis quatenus est talis in spiritualibus, & temporalibus concessam a Deo, vel Papa,vel Imperatore,iuxta Innoc. [e] Sexta,quod qui ordinat contra hãc, vel illam Ecclesiam particularem, nõ incurrit hanc excommunicationẽ, nisi illa ẽt pertineat ad hanc Ecclesiã vniuersalẽ. Septima,q̃ non sufficit aliquid esse contra societatem humanam,vt dicatur esse contra libertatem ecclesiasticam: vnde [f] non dicitur, q̃ statuere, ne laici coquant,molant,aut vendant clericis panẽ &c.esse contra libertatem Ecclesiæ, sed q̃ præsumitur esse:quia per se nõ tangit Ecclesiam,quatenus est ecclesia,sed quatenus est congregatio hominum,vt sunt aliæ, quod est singulare dictum Caiet.[g] quod alias, dicto.c.vlti.addidimus.

d arg.notatorum,in c. 1.de consti.

e In d.c.nouerit col.2.

f In c.fi.de immunit.

g In dicas. 31.& 37.

120 Octaua,quod ad hoc vt aliquod statutum dicatur contra libertatem Ecclesiasticam, debet esse factum intentione derogandi ei aut alicui rei eiusmodi, q̃ ex sua natura aduersetur eidem, quale est statuere, ne Ecclesijs,vel ecclesiasticis dentur eleemosynæ, vel decimæ,vel vt vectigal, gabellam, seu scissam soluãt de his,quæ emunt sibi, & non ad negotiandum, seu ad causa lucri reuendendum. Nona,quod non est huius generis statuere, ne in funeralibus, primis missis, vel nuptijs extra modum offeratur, neque fiant immoderata conuiuia, neq; sumptus ceræ,lusus, & reliquæ pompæ, iuxta Caietanum, [h] licet Tabienna contradicat, cui per prædicta respondeas. Quamuis enim hoc fiat Ecclesiæ, & ecclesiastici minus lucrentur: tamẽ hoc factum suapte natura non eo refertur,sed per accidens,quod non cõsideratur,arg. l.si quis nec causam,ff.si cer.pet.ca.quia diuersitatem de cõcess.præbend. vt & late tradit per Arist. [k] declaratum per B. Tho. [l] Decima,q̃ c.vlt.[m] quatenus dicit quod laici non possunt statuere de funeralibus, intelligendum est de his, quæ sua natura diriguntur ad ecclesiam, vel salutem animæ mortui, vel ad cultum diui-

h In dicas. 31.

i cas.20.

k lib.2.de physico auditu.

l ibi.lec.9.

m de rebus eccles.

c In c.72.

diuinum, vt sentit Fely.[a] & expressit Cainetanus, vbi supra, & non alijs. Vndecima, quod hæc excommunicatio hodie est reseruata Papæ, vt patet supra.[b]

[a] In c. eccl. colu. 38. de const.

[b] Num. 61.

EXCOMMVNICATIONES libri Sexti Decretalium nulli reseruatæ.

121 *Excommunicatio Vndecima nulli reseruata, & prima Sexti in eos, qui secreto mittunt, &c. Cardinalibus, quā do sunt in conclaui ad eligendum. Duodecima, in dominos, &c. qui in electione Papæ non faciunt obseruari, &c. Decimatertia, in eos, qui molestia afficiunt electores, eo quod non elegerint optatum ab eis, num. 122. Decimaquarta, in noue vsurpantes ius custodiendi aliquam Ecclesiam sede vacante, &c. nu. 123. Decimaquinta in directorem electionis montalium, qui hoc, vel illud faciat, nu. 124. Decimasexta, in eum, qui procurat suum conseruatorem, &c. Decimaseptima, in facientes se metu absolui a cēsuris. Decimaoctaua, in fingentem aliquid, quo iudex vadat ad mulierem, num. 125. Decimanona in cōpellentes submittere bona ecclesiastica, num. 126. Vigesima in inuentores nouarum religionum num. 127. Vigesima prima in exigentes ab ecclesiasticis portoria, nu. 128. Vigesimasecunda, in sic impedientes iurisdictionem ecclesiasticā, num. 129. Vigesimatertia in dominos, qui prohibent subditis ne vendant, ne ve emant a clericis, &c. numer. 130. Vigesimaquarta, in religiosos temere habitum deferentes, num. 131. Vigesimaquinta in religiosos ad studia sine licentia euntes, &c, 133. Vigesimasexta in doctores docentes religiosos. Vigesimaseptima in sepelientes hæreticos. num. 134. Vigesimaoctaua, in iudices non auxiliantes contra hæreticos, &c. num. 135. Vigesimanona in interficientes per assassinos, nu. 136. Trigesima, in permittentes fœneratores, num. 136. Trigesimaprima, in dā tes represalias contra ecclesiasticos. num. 136. Trigesimasecunda, in negligentes persequi iniurias Cardinalibus, num. 136.*

126 *Tempus decem annorum est longum tempus.*

126 *Monitio extraiudicialis non debet esse necessario trina.*

128 *Mercator quis, qualis non est monasterium asportans terram, &c.*

130 *Lex, quod nemo vendat prædium nisi tributario, valida.*

132 *Religionis habitū quis relinquit, quā do peccat mortaliter, & est excommunicatus 133.*

133 *D. Franciscus a Nauarra olim prior Rōceuallis, post Archiepiscopus Valentinus laudatus.*

134 *Religiosi Doctor qui excōmunicatus.*

135 *Iudex non auxilians contra hæret. cos vt excommunicatus.*

136 *Assassinus quis sit proprie, & quis improprie.*

136 *Represalias quis concedat contra clericos.*

VNdecima,[c] excomminicat omnes, qui mittunt literas vel nuntium, vel clam loquuntur Cardinalibus inclusis conclaui ad eligendum Papam. [c] cap. ubipericulū de elect. eod. lib. §. nulli.

Declaratio prima, quod non obligat ipsos Cardinales, qui sunt intus.

Secunda, quod quamquam Archidiaconus, in dicto § nulli, quem sequuntur Ioann. Andreas Dominicus & Francus cum alijs, dicat, vnum quodque horum trium secreto faciendum esse ad incurrendum: contextus tñ eius id de solo tertio significat, q̄ ante nos dicit Caiet.

Duodecima, in d. ca. vbi periculum, §. præterea, excommunicat Dominos, Gubernatores, & quoslibet alios magistrātus seu officiales Ciuitatis, vbi creandus est Papa, qui diligenter obseruari non fecerint omne id, quod eo tempore faciē dum esse statuitur in illo cap. Huius declarationes missas fecimus: quia raro, & in paucis sunt necessariæ.

122 *Decimatertia*,[d] excommunicat omnes, qui per se, vel alios præsumpserit vexare aliquam personam ecclesiasticam, vel alia loca pia, eo qđ rogati, seu alias inducti, eum pro quo rogabantur, seu inducebantur eligere noluerint, vel cōsanguineos eorum, &c. [d] In c. sciāt cūcti, de elect. lib. 6.

Declaratio prima, quod ad incurrendam hanc necesse est, vt interueniat grauamen spolij, vel iniusta persequutio: & quod

quod id fiat, quia noluit eligere eum, p quo fuit rogatus vel ſuaſus: & quod perſona eligenda ſit eccleſiaſtica: & quod grauamen, ſeu moleſtia fiat rogato, vel eius conſanguineo, vel Eccleſiæ, monaſterio, vel pio loco, [a]

a Caiet. ubi ſup. caſ. 34.

Secunda, quod ex hac, infertur nos bene reſpondiſſe cuidam domino, eum nõ incurriſſe hanc, quod prætermiſiſſet largiri eleemoſynas conſuetas cuidam Eccleſiæ, quia non fuiſſet electus in ea is, quem optaret.

Tertia, quod per ſpolium intelligitur *quæcumque acceptatio quorumlibet bonorũ mobilium, uel immobilium, occulta, uel violenta,* iuxta Archidiaconum in dic. cap. ſciant cuncti. Quarta, quod id ipſum, q dicitur de electione, dicendum eſt de præſentatione ſpectante ad perſonam eccleſiaſticam, ſed non ad laicam iuxta gloſſam finalem, in d. ca. ſciant, & idem de confirmatione, inſtitutione, & poſtulatione, iuxta Dominicum receptum.

123 *Decimaquarta,* in cap. generali, de electio. libro ſexto, excommunicat eos, qui vſurpare conantes noue ius cuſtodiendæ, & ſeruandæ alicuius Eccleſiæ vacantis, præſumunt capere aliqua bona illius.

Declaratio prima, quod duo ſunt neceſſaria ad incurrendam eam, ſcilicet, vt velint vſurpare tale ius, & vt capiant bona, ita vt alterum ſine altero non ſuffi ciat. [b] Secunda, quod qui hoc facit, eo quod ad eũ pertinet ex fundatione, vel antiqua conſuetudine, vel præſcriptione, non incurrit per finem illius cap.

b Caietan. caſ. 38. & ante ipſum Dominica, in d.c. conqueſtus de for. comp.

Tertia, quod noue vſurpare dicitur, q nondum poſſedit quadraginta annos, iuxta gloſſam, eiuſdem c. verb. de nouo.

124 *Decimaquinta,* [c] excommunicat accerſitum in directorem electionis monialium, non temperantem a rebus, ex quibus naſci, vel ali poteſt diſcordia.

c In c. inde mnitatibus §. poſtrem. de elect. libro 6.

Declaratio prima, quod nihil refert an is ſit religioſus, aduocatus, prudens vir, vel fœmina, iuxta gloſſ. receptam, in dicto. §. poſtremo. Secunda, quod hic colligitur quantum errent, qui exiſtimant moniales S. Claræ, & cuiuſcumq; alius religionis, non poſſe accerſere aliquam perſonam extraneam, ſcientia, & conſcientia ad id idonea præditam, cui fidant ad faciendam ſanctam, & canonicam electionem ſuæ Abbatiſſæ, cum poſſint vocare medicos, chirurgos, latomos, fabros lignarios, & alios miniſtros ad res neceſſarias: cum canonica electio ſit maxime neceſſaria monaſterio, & recte factu difficilima, in qua tanta ſeſe offerũt dubia, vt pauci, quamuis ſint conſummata canonum peritia, eam ſic dirigant, q̃n ſuper aliquo errent. Verum eſt tamen ceteris paribus, quod ſatius eſſet vocari in directorem eiuſdem ordinis virum, quam extraneum. Tertia, quod vt recte Dominicus ibi ait, non incurrit hanc, q intereſt electioni non accerſitus in directorem, neque qui excitat, vel alit diſcordiam facta iam electione, iuxta Caietanum, vbi ſupra.

125 *Decimaſexta,* [d] excommunicat partem incitantem conſeruatorem ad procedendum in eis, quæ non continent apertam violentiam, vel iniuriam, & quæ requirunt altiorem indaginem. Hanc non incurrit, qui non eſt pars in iudicio, neque ſi eſt, & procurauit, ſed iudex nõ proceſſit per dicta ſupra. [e] Neque cum cõſeruator datur cum clauſula, vt poſſit cognoſcere etiam de eo quod requirit altiorem indaginem, vt communiter hodie conceditur. Quæ vero noue de hac re induxit Concilium Tridentinum videre licet ibidem. [f]

d In c. fi. de offic. deleg. lib. 6.

e Eod. capi. nu. 51.

f Seſſ. 14. c. 5. de refor.

Decimaſeptima, [g] excommunicat eos, qui vi, aut metu conſequuntur abſolutionem, vel reuocationem ſententiæ excõmunicationis interdicti vel ſuſpẽſionis.

g In c. 1. de his, quæ vi, lib. 6.

Declaratio prima, quod non ſatis eſt inijcere metum, ſi abſolutio non fuit impetrata. Archid. ibidem. Secunda, quod nil refer, an ſententia ſit iuſta, vel iniuſta, gloſſ. ibid neque quod ſit lata a iure, an ab homine, neque an ipſe excommunicatus faciat hoc, in alius, gloſ. & communis ibidem. Tertia, requiritur vt timor ſit iuſtus, ſicut ſentit gloſſ. penult. in verb. vim, eiuſdem cap. & communis ibidem: quamquam oppoſitũ dicat Caietanus, [h] quod videtur tenendum, quo ad forum conſcientiæ, per poſita. [i]

h In dicto caſ. 41.

Decimaoctaua, in cap. ſecund. de iud. libro ſexto, excommunicat eum, qui ſingit caſum, vel fraudem aliquam facit, quo iudex ipſe vadat ad accipiendum teſtimonium alicuius fœminæ.

i cap. 17. n. 5. & 30. & meli⁹ c. 22 num. 51.

Sed nihil refert, quod qui ſingit ſit ipſemet

semet iudex, neque quod iudex sit cleri cus, aut laicus, modo profectio personalis iudicis perficiatur, sed non erit excõmunicatus, si ipse non fingi fecit, iuxta communem opinionem,[a] & Caiet.[b]

126 *Decimanona*,[c] excommunicat omnes, qui cõpellunt prælatos, & alias personas ecclesiasticas ad submittendũ per petuo, vel in longum tempus Ecclesias, bona immobilia, aut iura earum laicis in casibus iure prohibitis, & accepta referentes illis tamquam superioribus, patronis, vel defensoribus. Et qui aliquid horum habentes per aliquem contractũ licite factum, vsurpant plusquam per illum illis est permissum, & admoniti ab eo non desistunt.

Declaratio prima, quod ad incurrendam hanc est necesse interuenire omnes qualitates in ea tactas: & ideo iuxta glos sam, illius ca. eam non incurrit, qui hoc facit ad breue tempus, quod iuxta communem est illud, quod est minus decem annis,[d] quidquid glossa dicat.[e]

Secunda, quod admonitio secundæ excommunicationis debet esse trina.[f] Quamquam nostra sententia, vna est satis per glossam celebrem[g] & resolutionem Panormitani & Decij, in cap. eum causa, de offic. delegat. quæ habet monitionem extra iudicialem, quam non facit iudex ad excommunicandum, sufficere vnicam, & etiam eam, quæ fit in iudicio alteri, quam partibus litigantibus, & hæc est extraiudicialis, quæ non fit partitibus litigantibus, neque ad ferendam excommunicationẽ, q̃ glossam decepit, sed ad incurrendam a iure statutam.

Tertia, quod hic modus submissionis appellatur in Castella commenda, & q̃bus fit commẽdatarij, vt apparet ex l. 1. tit. 3. lib. 1. ordin. Castellæ, quæ sub alijs pœnis id prohibet.

117 *Vigesima*, in ca. pri. d. relig. domibus libro sexto, excommunicat eos, qui instituunt nouum ordinem religionis, aut accipiunt nouum habitum illius, & mendicantes, exceptis quatuor ordinibus, q̃ absque facultate speciali Papę recipiũt aliquem ad suum ordinem, & qui acquirunt nouam aliquam domum, vel locũ, aut vendunt ex acquisitis.

Declaratio prima, quod non incurritur hæc, eo quod aliquis, vel aliqua accipiat aliquod nouum habitum, vt per se solitarius degat in sua domo, vel in alio loco iuxta gloss. singularem, in eod. cap. verb. habitum, quam cõmendat Panor.[h] modo non instituat ordinem viuendi in societate Secunda, quod nostra sententia Caiet. cap. quinto, prætermisit hanc: quia visum illi fuit eam collectam fuisse a doctoribus ex quadam extrauagante relata per eum ibidem: vbi hoc significat, quæ non extenditur ad tot.

128 *Vigesimaprima*, in c. quamquam, de censib. libro sexto, excommunicat eos, q̃ per se, vel alios suo nomine, vel alieno exigunt ab Ecclesijs, vel Ecclesiasticis personis portorium siue pedagium, & ducatum per se, vel alios pro suis personis, vel suis rebus, quas nõ deferunt causa negotiandi.

Declaratio prima, hanc hodie contineri in bulla Cœnæ, iuxta Sylvest.[i] sed quia, vt recte declarauit nostro iudicio Caietanus per illa verba, *Portoria prohibita*, ibi non includuntur portoria, quæ licite exiguntur a laicis, sed quæ illicite petuntur tam a laicis, quam clericis, dictum Sylvestri limitandum est, vt non procedat quo ad ea, quæ licite exigunt̃ a laicis, qui non sunt priuilegiati, quamuis illicite exigant̃ a clericis, & laicis, immunibus. Neque vr̃ posse sulciri dictum Sylvest. ad intelligendum illud generaliter vt loquitur sexta clausula,[k] quaten̊ excommunicat eos, *qui exigerint aliqua onera ab ecclesiasticis etiam sponte concedentibus*: quia nostra sententia illa clausula loquitur de oneribus impositis petitis, & rogatis saltem indirecte ratione prouenturum ecclesiasticorum: & nõ de ijs, quæ petuntur, vt ab alijs quibuslibet laicis, prout significatur in eadẽ clausula & in eius declaratione. Secunda, quod ex hoc infertur, nos bene concepisse responsionem negatiuã in illo dubio. An portorij exactores, seu publicani, qui exigunt a clericis portorium, seu vectigal, siue gabellã, seu scissam in casibus prohibitis, incurrãt excommun. Cœnæ, sicuti hanc? quia dicendum est, q̃ non. Tertia, q̃ ille solus dicitur exercere mercaturã, qui emit, vt vendat absque mutatione eius, non aũt qui emit in suos vsus, & postea per accidens, vendit non mutando: nec, qui emit, vt vendat mutatum in aliã for-

a In d. c. 2.
b Vbi supra cas. 59.
c In c. 2. de reb. eccl. nõ alien. lib. 6.
d l. si. ff. si ager. uectig. uel emphy. & gl. clẽ. 1. de reb. eccl. & Dec. cõsil. si. 1. par. e cap. 2. de reb. eccl. lib. 6.
f Iux. gl. & Sylues. uer. excommu. 9. cas. 19.
g Clemẽ. 1. §. 1. uerb. re quisierit de hæret.
h Consi. 5. lib. 1.
i Verb. excom. 9. cas. 21.
k Posita sup. eod. ca. n. 76. dicta bulla.

formã, iuxta Archidiac. & communem.[a] Quarta, quod monaſteriũ, vel clericus, qui habet venã ferrariã ſuã & exportat eã in alias terras, vt inde ferrũ cõficiat, & vendat, non debet vecturã, iuxta Fede ricũ [b] quẽ ſequitur Ancharan. [c] vt nec deberet ſuos prouentus eccleſiaſticos, ſi deueheret, vel ſui patrimonij, iuxta Cyrnũ receptum, [d] per illam legem, [e] quã deberet, ſi emeret venã, & aliorum miniſtrorum manibus conficeret, iuxta Anchara. [f] contra Federicũ in hoc vltimo. Quinta, quod locatores, & agricolæ partiarij prædiorũ eccleſiaſticorum, debent ſoluere pro ſua parte, iuxta Dominicum & Peruſinum. [g] Sexta, q̃ qui accipiunt guidagia, ſeu ducatus, ſeu mercedem ob id, quod ducant, & portoria a clericis, & Eccleſijs perſoluentibus ſua ſponte, non incurrunt hanc iuxta oẽs, ſed pauci ſunt, qui ſic ſoluant, iuxta Caietanum. [h] Qui vero recipiunt fictas tallias, vel vectigalia illis impoſita, quamuis ſponte ſoluãt, incurrunt eam, quæ continetur in Bulla Cœnę, de qua ſupra, eod. cap. num. 61.

129 *Vigeſimaſecunda*, [i] excommunicat impedientes iuriſdictionem, & iudices eccleſiaſticos ample. Sed quia id amplius facit bulla Cœnæ, de qua ſupra, [k] eius rationem omittimus.

130 *Vigeſimatertia*, [l] excõmunicat eos, qui habent dominium, & prohibent ſubditis, ne vendant vel emant quidquam perſonis eccleſiaſticis, neq; molant frumenta, neque coquant panes, neq; præſtent alia officia.

Declaratio prima, quod per dominiũ intelligitur temporarium, ſecũdum omnes. Secunda, quod non eſt neceſſe, vt de hoc ſtatuto caueãt, ſed ſufficit vt imperent ſubditis. Domi. ibi. Tertia, q̃ vt ſupra dictum eſt, [m] hoc ex ſe non eſt cõtra libertatẽ eccleſiaſticã, ſed contra ſocietatẽ vitæ humanæ: præſumitur tamẽ fieri contra eam, vt dicit textus ſingulariter: quia præſumitur, quod intẽtio eſt vexare eam. [n] Quarta, q̃ ſtatuere, vt nemo vendat ſua prædia ei, qui non cõfert in cõmunia vectigalia, non eſt ex ſe contra libertatẽ eccleſiaſticã, Dom. ibi. quia intelligendum eſt, ita vt non comprehẽdat clericos, q̃q̃ poſſet eſſe ob prauã intentionem, & iniuſtam extenſionem.

131 *Vigeſimaquarta*, [o] excommunicat religioſos qui temere relinquunt habitũ ſui ordinis.

Declaratio prima, q̃ hęc non incurrũt ob honeſtã dimiſſionem, qualis eſt, quæ fit iuſta de cauſa. [p] Secunda, q̃ neq; etiã incurritur ob quamlibet dimiſſionẽ temerariam: quia quælibet dimiſſio abſq; rationabili cauſa eſt talis, quia neceſſario vti debet religioſus ſuo habitu ĩ omni loco, [q] ſaltẽ de honeſtate, iuxta S. Antonin. [r] & quælibet talis non eſt peccatũ mortale, cũ dimiſſio ad currendũ, vel iaculandũ lapidem, nõ ſit talis, iuxta Paludanũ. [s] Tertia, q̃ non incurritur etiã ob quamlibet dimiſſionem temerariã mortiferam, quia non incurritur ob dimiſſionem, vt expeditius fornicationi indulgeat, Sylueſt. [t] credens rẽcte id, quod Paiud. vbi ſupra, prima facie huic cõtrariũ dicit intelligi de eo, qui relinquit, vt diſſimulatus ad fornicandũ vadat. Quarta, q̃ incurritur ob dimiſſionem, quæ fit ad vtendum alio ad ſcelus aliquod mortiferũ, aut in tm̃ tempus, aut ob talẽ cauſam, & rationem, q̃ iudicio boni viri dicatur dimiſiſſe habitũ, vt probat Sylueſ. Quinta, q̃ ex hoc ſequitur, q̃ non incurritur ob dimiſſionem, ſi non accipit aliũ neq; etiam ob acceptionem alterius adeo exiguo ſpatio, vt vix ſit notabile iudicio boni viri, vt dicatur reliquiſſe, ſiue relinquat illum intra monaſterium, ſiue extra in aliquo hoſpitio, vel extra: vt qui reliquit hilari aliqua leuitate, vel ob lætum feſtũ primæ miſſæ, vel nuptiarum, vel doctoratus, vel alterius rei ſimilis ſm ſententiam Cardinalis [u] Sexta, q̃ incurrit etiam, qui non dimittit omnino, ſed geſtat occultum, iuxta gloſſam ſingularem, [x] etſi oppoſitum teneat Panormitan. in c. Deus, qui de vit. & honeſt. cler. cuius opinio videtur vera, cum adeo nõ occultat, quin familiares cognoſcant eũ eſſe religioſum: gloſſæ vero, quando abſcondit, ſic, vt non appareat talis familiaribus, vt optime innuit Caietanus. [y] Et eſt conſuetudo canonicis ſimplicibus regularibus in Hiſpania, qui communiter geſtant paruum habitum ſuper ſingulis veſte talari obtectis. Dixi, *Simplices*: quia ordinum militarium, quales ſunt Diui Iacobi, & Chriſti, deferunt alia inſignia in veſtimentis exterioribus, quibus internoſcuntur pro religioſis.

a In *d.c.1. acit c. eũciẽs.88.d.*
b *cõſi.207.*
c In *d.c.q̃quam.*
d In *l. oẽs C. de epiſc. & cler.*
e In *§. priu.*
f In *d.c.q̃quã.nu.5.*
g In *d.cap. quãquam.*
h *Caſ.39.*
i In *c. quoniam, de immun. eccle. lib.6.*
k *Eo.n.69.*
l In *c.fi. de immun. eccleſ. lib.6.*
m *eod.cap. num. 120.*
n *Caie. vbi ſup. caſ.31. & 37.*
o In *c.2. ne cler. vel monach. lib.6.*
p *Gloſ. ca. ſi quis ex clericis, de vit. & honeſta. cler.*
q *ca. vidua 20.q.1. ca. ſãctimoniales 23.d.*
r *3.par.tit. 24. ca. 53.*
s In *4. diſt. 18.q.3. col. 10.*
t *Verb. excommunic. 9. caſ.2. notat.2.*
u In *cle.2. de vit. et honeſt. cler. q. 3.*
x In *d.cle. 2. verb. extrinſecus.*
y *Caſ.61.*

Septima, quod incurrit, qui dimittit ét ad accipiendum alium alterius religionis, iuxta cómunem, quamuis immediate sumat illum iuxta Syuest. [a] & Caiet. vbi supra, licet Lapus, [b] & Dominicus [c] oppositum teneant, detorquentes textum a suo proprio sensu.

132 *Vigesimaquinta*, quod Conc. Trid. [d] statuit, quod nullus regularis prætendés se vi, vel metu ingressum religioné, vel ante ætatem debitam professum, aut qd simile, volensque habitum quacumque de causa dimittere, aut etiam cum illo si ne licentia superiorum discedere, audiatur, nisi intra quinquennium tátú á die professionis, ac tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram superiore suo, & ordinario Quod si ante habitú sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcumq; causam admittatur, sed ad monasteriú redire cogatur, & nullo priuilegio suæ religionis gaudeat. Nullus etiá regularis cuiusuis facultatis vigore transferatur ad laxioré ordiné, neq; detur cuiquam regulari facultas occulte ferendi habitum suæ religionis.

Vigesimasexta, [e] excommunicat religiosos, qui vadúnt ad aliqua studia, etiam theologica sine licétia sui prælati, aut cum ea, sine cósilio maioris partis cóuentus.

133 Declaratio prima, quod solemniori licétia indiget religiosus ad adeunda studia, quam alia negotia: quia ad hæc satis est licentia sui prælati, & ad illa nó sine sui conuentus. Secunda, quod non incurrit hanc, qui proficiscitur ad alium locum, vbi est conuentus sui ordinis, & est studium literarum ad studendum eo quod magis dñ mutare conuentum, quá ire ad studium literarum, iuxta Caietanum, vbi supra, quod non incurrit, qui proficiscitur cum sola licentia superioris prælati, a quo pendet licentia habitá di extra monasterium, vti in ordinibus mendicantium. Quarta, quod neque etiam incurrit abbas, vel prior superior ob id, quod ad literarum studia proficiscatur sine licentia sui superioris, & cóuentus, iuxta Ancharanum quem sequú tur ibi Ioan. Andr. Dominicus & Angelus [f] & communis: quamuis Perusinus ibidé dubitet, & Syluester [g] teneat oppositum, quod per locum a speciali probatur hic non esse quem excommunicatum eo solo, quod exeat monasterium sine licentia prælati nó dimisso habitu, licet cótrariu asserat Rebuffus. [h] Quin & vr expressum, [i] monitioné prærequiri, vt eiusmodi exiens sine licentia excó municetur, quæ opinio Archidiaconi ob seruata sunt Toloſæ erga Illustrissimum D. Francis. a Nauarra: qui cum hoc Manuale Hispano sermone cóponebamus, erat Reuerendissimus Episcopus Pacésis, cú antea fuisset prior maior celeberrimi Monasterij simul, & Xenodochij seu hospitalis generalis B. Mariæ nostræ Rósceuallis, qui illustribus virtutum, eximiarum literarú, & admirabilis vitæ, & consuetudinis ornamentis & insignibus in illud vsque tépus semper suam regiam stirpé honestauit, atq; decorauit, quem túc Cæsarea Maiestas archiepiscopú Valentinú designauit, declarans exterioris dignitatis accessione incrementa interiora heroicarú eius virtutum, quæ diuino munere in dies magis ac magis illustriores fiebant, & ferebantur in cœlú, vbi iam a multis annis, vt par est credere, tá feliciter fruitur Christo, q̃ sancte vixit in terra, cui viuenti, vt magno tempore suauissime conuixi, vtinam liceat post fata mea, quæ lóge abesse nequeút, beate conuiuere æternum, Amen.

134 *Vigesimaseptima* [k] excomm. Doctores qui docét leges, aut medicinam religiosos, qui reliquerunt suum habitum, aut detiént eos arrogáter in suis scholis.

Declaratio quod quatuor faciunt hác incurrere, scilicet, quod auditor sit religiosus, & audiat leges, vel medicinam, & id fiat relicto habitu: & quod doctor id sciat, eumque doceat, vel arroganter detineat in scholis, iuxta Caietanum [l] quamuis Archidiaconus, in dict. cap. 2. & Ioannes Andreas & Syluest. [m] teneát non esse necesse, vt relinquat habitum: quia licet auditio non relicto habitu suficiat, vt doctor incurrat aliam excommunicationem latam per cap. nuper, & cap. si concubina, de sent. excommun. cótra participantes cum excommunicato in crimine, ob quod est excómunicatus, vt participat doctor, qui prælegit leges, vel medicinam religioso, post quam ob auditionem incurrit excommunicationem: non tamen sufficit ad incurrendam hanc, quę requirit habitus dimissionem.

Vige-

[a] *Verb. excommu. 9. cas. 25. q. 6.*
[b] *Alleg. 34*
[c] *In d. c. 2.*
[d] *Sess. 25. c. 19. de reg.*
[e] *In d. c. 2. ne cler. vel mon. libr. 6.*
[f] *Verb. excom. cas 27*
[g] *Verb. excommu. 9.*
[h] *Sine tex. in praxibenef. de dispens. cũ reg. n. 7.*
[i] *In extra. viam de regul.*
[k] *In d. c. 2.*
[l] *In dic. cas. 61.*
[m] *verb. excommun. 9. cas. 26.*

a In c.2.de hæret.lib.6.

Vigesimaoctaua, [a] excommunicat eos, qui scienter præsumunt sepelire in loco sacro hæreticos, credentes, & eorum receptatores, defensores, aut fautores, & prohibet absolutionem, quousque suis proprijs manibus e sepultura extrahãt, & foras mittant.

Declaratio prima, quod qui sint hi credentes, & qui sint implicite, & non explicite hæretici, dictum est supra. [b] Secunda, quod tam laicus quam clericus hanc incurrit. [c]

b Sup.n.56

c Io. Andr. ĩ d.c.2.quẽ sequitur Peruſ. cum cõmun.

135 Vigesimanona, [d] octo excommunicationes complexa, excommunicat omnes habentes iurisdictionem temporariam non obedientes episcopis, & inquisitoribus in requirendis, prehendendis, & custodiendis hæreticis, credentibus, defensoribus, ac fautoribus, & qui non perduxerint illos ad Curiam, & loca ad quæ requiruntur, & qui non prehenderint prædictos, postquam eorũ brachio seculari fuerint traditi, ad puniendum illos sine mora, & eos qui postquam prehenderunt, dimittunt sine licentia episcopi, vel inquisitoris, & eos qui aliquo modo cognoscunt, vel iudicant de crimine hæresis, & qui directe vel indirecte impediunt episcopos, aut inquisitores eis in illorum processibus, & eos qui ad aliquid prædictorum præbuerint auxiliũ, consilium, vel fauorem.

d In cap.in quisitionis de hæretic. lib.6.

Declaratio prima, quod hæc non est reseruata, sed illi contra quos datur, toties incidunt in eam, quæ est bullæ Cenæ, quoties se faciunt fautores huius pestiferæ gentis, [e] & probatur per clausulam primam bullæ positam supra. [f] Secunda, quòd si episcopus iuberet vnum, & inquisitor contrarium, debet supersedere, iuxta Ioan Andream. [g]

e Caiet. Vbi supra caſ.2

f Eod.c.nu. 55. & 56.

g In d.c. & Inquisitionis

136 Vigesimanona, [h] excõmunicat omnes eos, qui per assassinos interficient aliquem Christianum, aut iubent interfici, quamuis non sequatur mors, aut receperint, defenderint, vel celauerint.

h In cap.1. de homicid. lib.6.

Declaratio, non incurrunt hanc, qui faciunt interficere ob pecuniam, quamuis huiusmodi interfectores vulgus Italicum appellet assassinos, quia non sunt proprie tales, illi enim soli sunt certi quidam pagani ditionis cuiusdam domini, ita persuasi, vt putent præcellens opus esse interficere, quem suus dominus iubet, quocunque, & quacumq; de causa iubeat, & non esse id omittendũ, quãuis ob id occũbere oporteat, vt glo. Io. And. & Archidiaconi sentiũt, [i] & Aret. [k] vbi non fuit ausus tueri contrariam opin.

i In d.capi.

k In consi. antepe. col. 16.

Trigesima, [l] excommuuicat clericos, qui non sunt epi, ob vnumquodque ex quatuor, s.qđ permittunt versari in suis terris fœneratores publicos, alienigenas, vel quod non expellunt eos ex illis, vel quod locant illis, vel alio prætextu concedunt domos ad usuras exercendum.

l In c.1.de vsur. lib.6.

Declaratio prima, in excõicationem duorum priorũ casuum incurrunt solũ clerici, qui sunt dñi, in posteriores quilibet, vt annotauit Cãiet. [m] Secunda, q̃ per alienigenam intelligitur, qui nõ est natus in illa terra, neq; est filius orti in ea, quia dicit alienigena, & nõ oriundus iuxta cõem. Tertia, quod nihil refert an fœnerator sit Iudæus, vel Christianus quoad hoc iuxta Dñicum, & Perusinũ. [n] Quarta, quod non satis est dare domũ in habitationẽ, vel in hospitiũ, nisi concedat ad fœnerandum actualiter, vel virtualiter iuxta sententiam cõmunem. [o]

m Vbi supr. caſ.52.

n In d.c.1.

o Ibidem.

Trigesimaprima, [p] excõicat eos, qui cõcedunt, vel extẽdunt repsalias ad ecclesiasticos, vel eorũ bona, nisi intra mẽsem a cõcessione, vel extẽsione reuocauerit.

p In c.1.de iniur.lib.6.

Declaratio prima, quod hæc locũ habet tam in represalijs, quæ iuste conceduntur cõtra gentem, vel ciuitatem, vnde est clericus, vel Ecclesia, quam in his, quæ iniuste, quia textus generaliter edicit, & eadẽ est ratio quo ad hoc. Secũda, quod concedere pertinet ad superiorẽ, qui concedit, & extendere ad inferiorẽ, cui conceduntur. [q] Tertia, quod qui cõcederet represalias cõtra bona alicuius clerici propter sibi debita, iudicans hoc cõuenire, non incurreret hanc, iuxta Archidiaconum quem Ioan. Andreas, Dominicus & Perusinus probant, quod validis rationibus confirmat Caietanus. [r]

q glos.d.ca.1. Verb. extendit.

r Vbi supra cap.31.

Quarta, quod propter debita clerici vnius episcopatus, non possunt concedi contra bona alterius clerici eiusdẽ episcopatus, glo. eiusdẽ cap. verbo concedi.

Trigesimasecunda, [s] excõmunicat omnes principes & alios dominos, & iudices non obseruantes tenorem illius statuti cõtra percutientes, vel insequentes hostiliter aliquem Cardinalem.

s In c.felicis, de pœni. lib.6. § qua propter.

Quæ hodie videtur facta bullæ Cenæ, vt ſupra, eod.cap.num.67.

EXCOMMVNICATIONES Clementinarum nulli reſeruatæ.

137 *Excommunicatio trigeſimatertia non reſeruata, & prima clem.in frangentes ſequeſtrum, vel impedientes, &c. Trigeſimaquarta in ſepelientes in loco interdicto. Trigeſimaquinta in religioſos, qui ſibi appropriãt decimas, n.* 138. *Trigeſimaſexta, in religioſos adeũtes arma in monaſterio. n.* 139. *Trigeſima octaua, in impedientes viſitationẽ monialium, num.* 140. *Trigeſimanona, in imitantes ſtatũ beguinarũ. num.* 140. *Quadrageſima, in contrahentes matrimoniũ in ſex caſibus, n.* 141. *Quadrageſimaprima, in inquiſitores pecuniã accipientes, &c. n.* 142. *Quadrageſimaſecunda, in facientes ſtatuta ad ſoluẽdũ vſuras, nu.* 143. *Quadrageſimatertia, in mendicãtes accipientes domos, nu.* 144 *Quadrageſimaquarta in religioſos diſſuadentes decimas, nu.* 145. *Quadrageſimaquinta, in negligentes ſuadere decimas, &c. n.* 145. *Quadrageſimaſexta, in religioſos non ſeruantes interdictũ, n.* 146. *Quadrageſima ſeptima, in impugnantes literas Papæ electi, n.* 147 *Quadrageſimaoctaua, in interpretantem clemen. Exiui, n.* 147. *Quadrageſimanona, in bizochos, aut beguinos. nu.* 148. *Quinquageſima, in imprimẽtes libros ſine examine, n.* 148. *Quinquageſimaprima, in impedientes nuntiorũ receptionẽ, n.* 149. *Quinquageſimaſecunda, in alienantes, uel locãtes bona eccleſiaſtica. n.* 149. *Quinquageſimatertia, in mulierum raptores, &c. Quinquageſimaquarta in cogentes ad matrimonia minus libera. Quinquageſimaquinta, in cogẽtes ad virginem, &c. ingredi monaſterium, &c. Quinquageſimaſexta, in impediẽtes virginum ſanctarum veli accipiendi voluntatem. &c. Quinquageſimaſeptima, in concedentes locũ ad duellũ, &c. Quinquageſimaoctaua, in cõmittentes duellum, &c. Quinquageſimanona, in dantes conſilium in cauſa duelli & illius ſpectatores. Sexageſima, in non habentes pro authenticis libros ſacrorum bibliorum, &c. Sexageſimaprima, in mulieres ingredientes clauſtra monaſteriorum. Sexageſimaſecunda in male tractantes miniſtros inquiſitionis. Sexageſimatertia, in ſcientes, & non reuelantes iniurios, Cardinalibus. Sexageſimaquarta in capientes fructus beneficiorum primi anni, &c. Sexageſimaquinta, in moniales exeuntes monaſteria, &c. Sexageſimaſexta, in capientes Chriſtianos in ſeruos. Sexageſimaſeptima, in non parentes inquiſitioni generali, num.* 150.

137 *Sequeſtra infringens cur hodie excommunicatus.*

138 *Decimas ob retentas quis religioſus incurrat excommunicationem.*

139 *Religioſus adiens Regiam ad nocendum prælato, vel monaſterio.*

139 *Canonicus regularis arma geſtans excommunicatus.*

140 *Viſitationem monialiũ impediens eſt excommunicatus.*

142 *Inquiſitores ob acceptam pecuniam quomodo excommunicati.*

144 *Religioſus quis loca ad habitandum accipiens excommunicatus.*

145 *Religioſus quis diſſuadens, uel non ſuadens decimas eſt excõmunicatus.*

146 *Religioſi non ſeruantes interdictũ Eccleſiæ matricis excommunicati.*

147 *Papa ſimul ac electus, eſt confirmatus a Deo.*

147 *Gloſſare clementinam exiui, de uerb. ſignifi. an prohibitum.*

148 *Impreſſio & editio librorum ut prohibita.*

149 *Legati qui impedit receptionem eſt excommunicatus.*

149 *Locat q̃ bona eccleſiaſtica ultra tres annos an excommunicatus.*

TRigeſimatertia, in clem.prima, de ſequeſt.poſſeſſio, & fruct. excommunicat eos, qui capientes fructus beneficij impediunt, vel infringunt ſequeſtrũ inductum ſuper beneficio ab ordinario, ob latam in curia Romana vnam ſententiam definitiuam ſuper poſſeſſione, vel proprietate eiuſdem.

Declaratio, q̃ viſum fuit Caiet. vbi ſupra, hunc caſum raro contingere: quod aliquando mirum nobis fuit cernentib⁹ quo-

quotidie sequestra poni, & infringi, & impediri, donec aduertimus sequestra huius temporis non poni ab ordinarijs, de quibus loquitur hic textus, sed ab ipsis auditoribus Rotæ auctoritate Papæ: & sic hodie non incurritur hæc lata a iure, sed alia, quam fert iudex, qui decreuit sententiam.

a In clem. 1. de sepul.

Trigesimaquarta,[a] excommunicat sepelientes aliquem in loco sacrato inter dicto in casibus non permissis, aut inter dictos nominatim, vel excommunicatos publicos, aut vsurarios manifestos.

b Glos. 1. d. clem.

Declaratio prima, q̃ incurrunt hanc clerici exempti, & non exempti, laici fœminæ,[b] etiãsi iussu prælati hoc faciãt.

c Card. q. 3 ibidem.

Secunda, quod incurrunt sepelientes in Ecclesia,[c]

d Idem q. 7 ibidem.

quamuis textus non loquatur nisi de sepelientibus in cœmeterio: non tamen de sepultis in agris, & locis profanis, etiamsi sint coniuncta sacratis.[d]

e Glos. 3. ibidem.

Tertia, quod omnes, & soli illi videnᵗ hodie quo ad hunc effectum publici excommunicati, vel nominatim interdicti qui pro talibus sunt denuntiati, per extrauagantem *ad euitanda*,[e]

f. Relatam sup. eod. ca. num. 35.

quamquam glos. 7. eiusdem clem. & doctores super illam, & Panormitanus, Felinus & alij,[f]

g In c. exceptionem. de exceptio.

aliud dicant. Quarta, quod vsurarius manifestus dicitur quo ad hoc, qui notorie sine palliatione, siue simulatione interesse, vel aliorũ contractuũ fœnerat secundum mentem cõem, quam exprimit Caiet.[g]

h Cas. 46.

Quinta, quod solum qui sepeliunt, & collocãt corpus in sepultura, incurrunt hanc, & non qui efferunt, vel prosequuntur, aut diuina officia peragunt, iuxt. glo. eiusdem clem. verb. sepelire, quamuis solus baiulus sepeliret iuxta Caietanum, quod videtur defendi posse per adducta supra: quamuis glossa singularis cum communi refragetur, in eadẽ clem. eo quod constitutio esset ludibrio, contra ea commissa, de elect. lib. sexto, pro qua facit limitatio quædam ibi tacta, & fundata in cap. significauit, de Iudæ. At quis audeat dicere mille prosequentes funus excommunicari vno solo baiulo sepulturæ inferente? quod consequeretur ex glossa. Sexta, quod neque sepelientes incurrunt: nisi scienter & p̃sumptiue id faciant: & ita qui crederent eos fuisse absolutos, aut dedisse cautionẽ iustã, non incurrerẽt eã, Caie. vbi sup.

Manu. Nauar.

Septima, quod horum absolutio sine debita satisfactione est iniusta, & nulla, q̃a præfata clem. habet, vt sine illa nullatenus absoluantur, quæ dictio nullitatem ipso iure inducit.[i]

i Iuxt. gloss. sing. cle. 1. de sequest. possess.

138 *Trigesimaquinta*,[k] excommunicat religiosos quoscunq; qui non alium, aut alias decimas ecclesijs debitas ad eos ex aliqua causa legitima non spectantes appropriare sibi præsumpserint, aut qui exquisitis coloribus, & dolis vsurpant, & eos qui non permittunt, vel prohibent solui decimas ecclesijs animalium suorũ familiarium, vel pastorum, vel aliorum, quæ suis commiscent, aut animalium, q̃ in fraudem ecclesiarum in multis locis emunt, & tradunt venditoribus, vel alijs tenenda, aut terrarũ quas colendas alijs tribuunt, si requisiti ab ijs quorum interest, non desistant intra mensem, aut si quod contra prædicta præsumpserint vsurpare, non restituerunt competenter intra duos menses ecclesijs læsis.

k In cle. 1. de decim.

Declaratio prima, quod hanc incurrunt quilibet religiosi, quamuis sint ordinum mendicantium, sed non laici, neq; clerici seculares,[l] neque religiosus trãslatus ad ecclesiam secularem, quia non est simplex religiosus,[m] neque etiam, nostro iudicio, incurreret suspensionem q̃ incurrunt alij religiosi, qui habent beneficia regularia, per dicta supr.[n] per quãdam decisionem Felin. in c. tua 1. de iureiur. Secunda, quod nemo eam incurrit eo solo, quod non soluit, nisi appropriet, vsurpet, aut prohibeat, vel nõ permittat, glo. recep. ibi. verb. prohibuerũt. Tertia, quod non incurrunt qui hoc faciunt credentes eas pertinere ad sua beneficia per priuilegium, vel præscriptionem, quia textus habet, præsumpserunt, & ita requiritur dolus. per dict. in repet. ca. accepta, de resti. spol. oppos. 8. nu. 32. & seq. Quarta, quod sufficit vna requisitio, glos. verb. facta eiusdem clem.

l Gloss. 1. eiusdem cle.

m Syl. Ver. excommu. 9. cas. 36.

n Eod. cap. nu. 101. in excom. cle. 1. de priui.

139 *Trigesimasexta*, in clem. ne in agro, §. quia vero de stat. monach. excommunicat religiosos simplices, qui petunt aulas principum animo nocendi suis prælatis, aut monasterijs.

Declaratio, qd hæc incurritur ab eo, qui prædictũ facit: q̃uis proficiscatur in aulã, cũ facultate, siue licẽtia. gl. in uerb. ipso facto, receptã cõiter in d. §. qa uero.

Trigesimaseptima, in eadem clem. & eod §.excommunicat monachos,qui sine facultate Abbatis habent arma intra claustra monasteriorum.

Declaratio prima,quod non incurrũt hanc canonici regulares, glos.3. recept. eiusdem clem.neque qui habent lapides & baculos, gl.3.eiusdem clem.quidquid dicat Panormitanus,in d.clem.non quia non sint proprie arma,sed quia non fuit legis intentio intelligere de illis,& quia per se non sunt bellica,quamuis per intentionem fieri possint talia per ea,quæ late diximus, [a] & tactum est supra, [b] incurrunt tamen qui habent cassides,thoraces, & alia arma defensiua, quæ ex se sunt talia,secundum communem.

a In repet. c.ita quorũ dã not. 11. num.13.de Iudæa.

Secunda,quod claustrum est locus vn de exire non licet sine facultate, Cardi. ibid. Tertia, quod non incurrit, qui per negligentiam,ignorantiã iuris,vel oblitionem sine praua intentione offendendi habet eiusmodi arma, etiam in cubiculo, [c] neque qui habet ad resistendum suo Abbati, quem probabiliter timet se inuasurum, Card.ibid. neque qui habet in alio monasterio:neque qui foris venit cum illis in monasterium,nisi in eodem seruauerit,gl.in verb.tenẽtes eiusdẽ clẽ. 140 *Trigesimaoctaua*,in clem.attendentes,§.fi. de stat. monacho. excommunicat eos,qui præsumunt impedire visitatores monialium in eo quod statuitur a Concilio,in d.clem.si a visitatoribus admoniti non cessant.

b Num.63.

c Caie. cas. 63.

Declaratio,quod hæc admonitio fieri debet posito iam impedimento & non sat est ea, quam ante nonnulli visitatores faciunt,quamquam satis est,vt sit generalis,glossa recepta ibidem.

Trigesimanona, [d] excommunicat fœminas,quę sequuntur statum beguinarum, vel de nouo restituunt, & religiosos,qui eas iuuant consilio,auxilio, & fauore.

d In clem. 1.de regul. domibus.

Declaratio,quod nõ includuntur hac moniales tertij ordinis S.Dominici, neque S.Francisci,neque fœminæ,quę sine regula aliqua degunt in suis domibus, vel suorum patrum,vel cognatorum,vel aliorum,cælibes inseruientes Deo,vt ab ipso afflatæ fuerint, iuxta Caiet.vbi sup. casu sexto,& commun. in d clem.

141 *Quadragesima*, in clem. 1. de consang. excommunicat eos,qui scienter in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis constitutione canonica interdictis, aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non verentur, necnon religiosos,moniales,ac clericos in sacris ordinibus constitutos matrimonia contrahentes, & inter eos scienter eadem celebrantes.

Declaratio prima, quod hæc ligat septem genera hominum, quamuis glossa prima eiusdem clem. recepta dicat sex, quia omittit clericum,qui sciens eiusmodi celebrat contractum. Secunda, quod interpretatio Caietani principalis. [e] huius clem.est obscurior ipsa, & quod non incurritur ob Matrimonium contractũ cum Iudæa Sarracena, vel Pagana, vel cum affine spirituali,vel cum qua intercedit publicæ honestatis impedimentũ, vel aliud quodlibet, quamuis sit tale,vt impediat valorem Matrimonij,nisi in solis prædictis septem casibus,nec in istis, nisi quando sine iusta dispensatione cõtrahitur, [f] & sine conditione,si Papa dispensauerit. § Tertia,quod illud aduerbium, *scienter* tres priores casus tantum respicit,& in septimo loco eius ponitur, *sciens*: quia in alijs non est communiter locus ignorantiæ:vbi tamen esset, idem iuris foret, vt sentit gl.verb.contrahẽtes eiusdẽ clem.recep.sub fi. Quarta,q̃ a pę na istius clem.sola ignorãtia facti ,pbabilis excusat ſm glo.verb.scienter,quã dixit singularẽ Præpositus,[h] cõtra q̃ tenui prælegendo illã Salmãticæ,& nuper cõsulendo in sacro Pęnitẽtiariæ prætorio, cũ Ioan.Imola & Bonifacio,super eadẽ. Tũ quia dicta clem. non loquit simpliciter de contrahente, sed de contrahente sciẽter,& lex puniẽs faciẽtẽ aliquid sciẽter,requirit dolũ,[i] a quo quælibet ignorantia,etiã crassa excusat.[k] Tũ quia alio quin nihil referret,an lex diceret simpliciter,qui contrahit, vel qui scienter contrahit,quod est contra mentem omniũ. Tum quia certum est, quod quacumque ignorantia quis aliquid faciat, vere non facit scienter, & ita vere non continetur lege lata cõtra facientem scienter, quãuis quoad forum exterius aliud interdũ præsumi posset, sed hic de foro cõscientiæ agimus. Tum quia quæcumque ignorantia,quæ non est tantum comes, sed etiam causa sine qua nõ fieret, actus dimi-

e Vbi supra cas.47.

f Iuxt.dict. glos.1.

g Couar.in epit. cap.3. num.7.

h In cap.ex parte 1.col. pen. de appel.

i l.sed si lege, §. scire, ff. de petit. hæred.

k l. igitur, ff.ad l.cauf. & l.plagij, Co. ad legẽ Flau. de plag.ubi gl. hoc dicit citan. & id alias leges inuer.iusta.

diminuit de culpa illius, secundū S. Th. receptū. [a] Quinta, quod non incurrunt contrahendo sponsalia, siue Matrimonium per uerba de futuro, neque ob id, quod rem habeant ante illa, Gloss. sing. d. cle. verb. contrahere, neque post ea, si eam habuerunt sine uoluntate maritali, secus si cum hac habuerunt, incurrunt, iu quo casu intelligēda est dicta glossa. quæ est vera secundum antiqua iura, nō post Conc. Trid. in locis vbi legitime publicatum est, ſm quod hodie nulla sponsalia possunt transire in Matrimonium per copulam, quia nullum est ualidum, nisi fiat, saltem coram parocho, & duobus, vel tribus testibus, ut dictum est supra, [b] cui hoc addendum erat, sicut & huic loco addendum est, quod supra habetur. [c] Sexta, quod ad incurrendā hāc non sufficit, quod scientia supradictorū impedimentorum superueniat post contractum, licet sufficiat ad peccatum, si non separentur ſm glossam cōmuniter receptam, in d. uerb scienter. Septima, quod qui præbent consilium, auxilium, vel fauorem ad id, uel mandant, non incurrunt hanc, quæ contra solos contrahentes Matrimonium, & clericum celebrantem datur, ut patet ex uerbis: quāquam per constitutiones synodales solet extendi, etiam ad testes. Octaua, q̄ qui contrahit Matrimonium ob timorē, qui in alijs contractibus foret iustus, nō incurreret per supradicta [d] licet peccaret mortifere, etiam ducēdo consanguineam in tertio, uel quarto gradu, quia talem transgressionem iustus timor nō excusat à mortali, iuxta Caietanum. [e]

142 *Quadrageſimaprima*, [f] excommunicat omnes Inquisitores, & Commissarios suos, aut Episcopi, vel capituli sede vacante, qui prætextu sui officij illicite sumunt pecuniam aliquam, & qui scientes confiscant bona ecclesiastica.

Declaratio prima, quod per Commissarium potest intelligi Vicarius Episcopi, Caietan. in sum. verbo, excommun. cas. 4. & per pecuniā quælibet res, quæ illa æstimari potest. [g] Secunda, quod est casus Episcopalis, sed præcedere debet satisfactio, & alias non ualeret, quia adimit potestatem dicendo, quod non possint absolui sine ea, quod est verum, quando potest satisfacere, secundum glos. in verb. satisfecerit. in d. clem. 2. nisi in articulo mortis. Tertia quod non est soluēda pœna vltra id, quod fuit acceptum, vt ualeat absolutio, iuxta glossam ibi in ver. officij, quæ probat quandam conclusionem singularem supra positam. [h]

143 *Quadrageſimasecunda*, [i] excommunicat omnes officiales ciuitatum, vtcūque appellentur, qui faciunt, scribunt, vel dictant statuta, ut soluantur usuræ, vel quod solutæ non possint repeti, & eos, qui iudicant vsuras esse soluendas, aut non esse repetendas solutas, & qui ad id potestatem habentes, non eradūt e libris talia statuta, vel consuetudinem vim eorum habentem.

Declaratio prima, quod duo requirūtur ad incurrendum hanc, scilicet, quod sint officiales ciuitatum, & quod faciant aliquid ex sex prædictis in ea prohibitis, [k] & ideo, qui sententiam scribit eam non incurrit, glos. recept. in d. clem. verbo iudex. quamuis in casu cap. nouerit, de sent. excommun. de quo supra, [l] incurrat. Secunda, quod non incurritur statuendo, vt nemo accipiat pro vsura, nisi tantum quidpro viginti in mēsem, iuxta glos. singularem [m] per quam iampridem defendimus quandam legē Lusitaniæ.

144 *Quadrageſimatertia*, In clem. cupientes de pœnit. excommunicat omnes religiosos mendicantes, qui accipiūt nouas domos, vel noua loca in habitationem, aut cōmutant, uel alienant acquisita ante Concilium Lugdunense ali quo titulo.

Declaratio prima, quod non incurrit hanc, nisi qui est mendicans, & præsumit facere aliquam rē ex his tribus per prædictam clem. coniunctam prædicto c. ob id non incurrunt, qui relinquunt, vel mutant acepta post Concilium, de quo d. cap. 1 quia illud relinquere, & mutare ad hō solum refertur, iuxta Ancharanū & Dominicum. ibidem. Secunda, quod eque etiam incurrit, qui ad finē, ut sit remita, accipit, uel construit sibi aliquam domum remotam a populis, ut prolitur, ibid. sub fin. vel ob aliam causam quam ad habitationem antiquam, iuxta Dominicum, & communem. [n] Tertia, quod Papa Iulius II. de quo in

[a] 1. 2. q. 74 art. 1.
[b] Cap. 24. nu. ult. per præfatum Conc. explicatum. in ca. 22. nu. 28.
[c] In d. ca. 22. nu. 43.
[d] Cap. 22. num. 51.
[e] 1. 2. qō. 96. art. 1.
[f] In clem. 2. de hæret.
[g] Ca. totū. 1. qō. 3. & gl. in d. cle.
[h] Cap. 23. num. 65.
[i] In clem. 1. de usur.
[k] Caiet. ubi sup. cas. 51.
[l] Eod. c. 1. num. 119. in prin.
[m] In dict. cle. 1. uerb. facere.
[n] In d. ca 1.

[a] Fol.8.cõceſſ.27. ſupplemento,[a] conceſſit Minimis,vt nõ obſtante hac prohibitione,poſſint recipere quaslibet domos,& ædificare baſilicas,ſiue eremitoria,& loca in ſuam habitationem, ſine alia facultate Apoſtolica,& per conſequens omnes qui eiſdem priuilegijs gaudebũt,vt gaudent fratres minores obſeruãtię per participationẽ. Quarta,quod etiam poſſunt miniſtri ꝓuinciales obſeruantiæ per priuilegium Leonis X. [b] occurrente neceſſaria cauſa transferre,vel mutare eccleſias, tam fratrum, quam monialium , ab vno loco in alium, & conuertere priora loca ad vſus humanos, vt melius videbitur conducere eiuſmodi locis , & monaſterijs , ſic vt materia ædificiorum adhibeatur ad alteram Eccleſiam .

[b] In d.ſupplemento fol.92.conceſſ.277.

145 *Quadrageſimaquarta*, in dict.clem. cupientes , excommunicat religioſos, q̃ concionatur , vel alias dicunt aliquid a uertendo audientes a ſoluendis decimis debitis Eccleſiæ .

Declaratio prima,quod tria requirũtur ad incurrendam hanc, [c] ſcilicet, qđ ſit religioſus, quod habeat intentionem auertendi , & ꝙ decimæ debeantur Eccleſiæ. Addimus quartum, vt audientes ſint qui eas debent , vt palam colligitur ex eodem textu . Secunda,quod nullus religioſus excluditur ab hac,ſiue ſit,ſiue non ſit mendicans, gloſ.verb.religioſi,recept.in dicta clem.& quod nulla religioſa, nullus laicus , neque clericus ſecularis comprehenduntur ſecundum Guliel mũ receptum cõmuniter,ibi & gl.præd.

[c] Caiet. vbi ſup.caſ.65.

Quadrageſimaquinta,in d.clem. cupiẽtes, excõmunicat religioſos qui de induſtria nullum conſcientiæ ſcrupulum incutiunt in confeſſionibus pœnitentibus de ſolutione decimarum, & poſtea non expiata hac negligentia,cum commode poſſent,præſumunt concionari.

Declaratio prima , quod quinque requiruntur ad incurſionem huius.Primũ quod ſit relgioſus.Secundum,quod fuerit negligens in onerando ſcrupulo cõſcientiam pœnitentis in confeſſione, vt ſolueret decimas . Tertium facere hoc ſcienter,& non purgare illam negligentiam,cum commode poſſet. Quartum, concionari abſq; purgatione illius.Quintum, quod non ſit religioſus monaſterij, quod accipit decimas.Secunda,quod ad hanc non eſt neceſſe præcedere requiſitionem: quia id non colligitur ex litera, & notat Caieta. caſ.66.quamquam Syluеſter ſentit oppoſitum. [d]

[d] Verb.excommun.9. caſ:46.

146 *Quadrageſimaſexta*,in clem.de ſenten.excomm. excommunicat religioſos, qui non ſeruant interdictum , vel ceſſationem a diuinis , quam ſeruat eccleſia Cathedralis, vel matrix, vel parochialis oppidi .

Declaratio prima , quod in hanc non incidunt laici,neque clerici,ſed ſolũ religioſi:& hi ſic,ſiue ſint mendicantes,ſiue non , gloſ.ibid.verb.religioſi d.clem. recept. ſi ſciunt obſeruationẽ interdicti, gl.ibi.ver.ſciuerit.Secũda,ꝙ nõ habet locum in interdicto, vel ceſſatione ſpeciali, ſed ſolum in generali. Tertia,quod habet locum, etiam in interdicto vel ceſſatione inualida,ſiue nulla,ratione præcedentis appellationis vel alia.glo.d.clem. probata communiter & ſingulariter ſm Rauen.ibid.Quarta,ꝙ non ſatis eſt illud obſeruari a nõnullis canonicis,ſi portionarij vel alij capellani nõ ſeruant illud , & celebrant publice. Quinta.ꝙ qñ non eſt in oppido eccleſia Cathedrales, neq; matrix,& ſunt multæ parochiales diuiſę neceſſe eſt ab omnibus eã obſeruari ad huius incurſionem, [e] quamuis parochialis , intra cuius fines ſitum eſt monaſteriũ,obſeruet. [f] Sexta,quod quamuis religioſi teneantur obſeruare,quod matrix obſeruat,etiã ſi nullũ ſit:non tñ ſunt immunes ab obſeruatione validi,licet a matrice nõ ſeruetur. § Immo incurreret,ni ſi ſeruarent pœnas per alios textus poſitas. [g] Septima,quod habet locum in omnibus interdictis, & ceſſationibus generalibus poſitis a iure,vel ab homine qua cumque auctoritate,vt bene determinat Bonifacius [i] contra aliquas limitationes Cardinalis & Imolæ. Octaua,quod Con cil. Trident. [k] ſtatuit, quod cenſuræ, & interdicta nedum a ſede Apoſt. manantia,ſed etiã ab ordinarijs ꝓmulgata mãdante Epiſcopo, a regularibus in eorum Eccleſiijs publicentur, atque ſeruentur.

[e] Gloſ.cum communi eiuſdem clemẽ.ver.matricem.

[f] Card.Panorm.& In noc. contra Steph.in d. clem.

[g] Gl. celeb. & recep. in verb.obſeruare,et ver. obiicere d. clem.1.

[h] cap.ſi. de exceſſ. ꝓla. c. auctorita te, c.Epiſcoporũ de priuil.lib.6.

[i] In d.clem. col.10.

[k] Seſſ.25. c.12. de reg ul. l 3:par.tit. 24.c.68.

148 *Quadrageſimaſeptima*, in extrauag. fin.de ſentent. excom. inter communes, quæ ibi tribuit Clem.V. & a B.Anton. [l] Bened. III. & a Felino. [m] excommunicatimpugnantes literas electi PP. antequam coronetur.

[l] In ca.ea te, col.5.de reſcript.

De-

Declaratio prima,quod ratio extrauagantis eſt:quia eodem momento,quo canonice Papa eligitur, cõfirmatur a Deo immediate, & eandem habet poteſtatẽ. quam poſt coronationem.[a] Secunda,qđ non habet locum in eo, qui ob iuſtum timorem fuit electus,per textum ſingularem,in d.c.in nomine,iuxta Panormitanum [b] dicentem hoc procedere quando iniectus fuit timor in electione illius vel illius, & non quando vnius ex illis, vel illis, ſed idem eſſe in hoc caſu probat Fortunius. [c]

a Ca.in nomine 23.d.
b In d.ca.licet.colu. 7. & in c.cum terra.col.3. de elect.
c Li.de Vlt. fi.illat. 21. col. 11. nu. 310.

Quadrageſimaoctaua, in extrauag.Nicolai relata per S.Antoninum [d] excommunicat commentantes clem. exiui. de verb. ſignific. quæ declarat regulam Sancti Franciſci.

d 3.par.tit. 24.c 69.

Declaratio hæc ſuſpenſa fuit per quãdam extrauag Ioan XXII.quam S.Antoninus,vbi ſupra,quem ſequitur Sylueſtr. & Tabienna aſſerit ſe vidiſſe, & qđ Cardinalis eam refert:in princ.d.clem.Cardinal.tamen non affirmat hoc, ſed quod Papa Nicolaus III. excommunicat omnes, qui quamdam ſuam declarationem [e] interpretati fuerint, niſi certo modo, vt patet in fi.dicti c.exit. de quo neſcio cur nullus alius faciat mentionem,neq; gloſſa,c.cos,de ſent.excom. quæ colligit omnes caſus lib.ſexti, & quod illam excõmunicationẽ ſuſpẽdit Io.xxij.& q̃ nemo uetuit interpretationẽ d. cle. Quãobrẽ credimus ſuſpenſionem, q̃ vidit S. Antoninus fuiſſe excommunicationis d. cap.exijt,& non eius,quæ data fuit contra interpretantes d.clem.

e Ca. exijt, de verb. ſignifi. lib.6.

148 *Quadrageſimanona*, relata a Caiet. videtur eſſe eadem, quæ poſita eſt pro trigeſimanona,ideo eam omitto.

Quinquageſima, in Concilium Lateranen.ſub Leone X. ſeſſ.decima,excommunicat eos,qui aliquem librum, vel quamlibet aliam ſcripturam impriment vel facient imprimi ſine approbatione certarum perſonarum.

Declaratio,quod Caietano, & Fratri Bartholomæo Carrancæ videtur,neque hanc,neque reliquas cenſuras poſitas in Concilio Lateranenſi poſtremo obſtringere: quia non ſunt receptæ,vt dictum fuit ſupra, [f] quamuis pars ſolemnitatis huius ſeruetur in Hiſpania, & Concil. Trident. decreuerit ſub ijſdem pœnis dicti Concil.Lateranen. quod nemo imprimat, vel imprimi faciat librũ de ſacris rebus abſque nomine auctoris, neque vendat, neque habeat, niſi examinatum per ordinarium, neque ſine facultate ſui ſuperioris,ſi fuerit religioſus: & idem ſtatuit de eo, qui edit librum aliquem manuſcriptum, & amplius, quod qui habuerit, cenſebitur pro auctore eius, niſi det alium, & approbatio tradetur in ſcriptis,idque gratis, quæ reponatur in principio libri, quod neſcimus an ſit receptum, vel an recipietur, quia videmus libros impreſſos ſine illius obſeruationis ſolemnitate inſignium virorum Domini Soti, Bartholomæi Carrancæ, & Ambroſij Catharini, qui eidem Concilio interfuerunt. Quamquam nunc in recentibus editionibus cernimus impreſſos cum dicta ſolemnitate. In Regno tamen Caſtellæ lege Regia vſu recepta requiritur, & ſufficit licentia Concilij Regis ſupremi, cuius auctoritate examinatur prius ab aliquo viro in id deſignãto, qđ etiam ſeruari audio in Regno Franciæ, cum magno Reipubl.fructu. In vrbe autem Vicarius, aut eius vicens gerens remittit videndum Magiſtro ſacri Palatij, quo decernente poſſe imprimi, Typographus imprimit, præfixa in principio libri ſola clauſula, (de licentia ſuperiorum,aut æquippollenti.

f Eodem c. nu.111.

149 *Quinquageſimaprima*, in extrauagan.ſuper gentes Ioannis XXII.de conſuetud. excommunicat omnes, qui impediunt, ne Legati, & Nuntij Papæ recipiantur,vel ne exſequantur mandata, ob quæ ſunt miſſi, non obſtante quacũque conſuetudine, de non mittendo legato,niſi eo,qui petitur,&c.

Hæc quamquam virtute huius extrauagantis nó eſt reſeruata:eſt tñ quatenꝰ includitur in Bulla Cœnæ,de quaſupr.[g]

g Num.67.

Quinquageſimaſecunda, [h] excommunicat omnes,qui alienant, vel locant in plures, quam tres annos bona immobilia, vel mobilia pretioſa Eccleſiarum extra caſus iure permiſſos: & qui prædicta bona percipiunt.

h In extra. Pauli I I. q.1. de reb. eccleſ.non alienan.

Declaratio prima,quod hæc extrauagans, non vetat alienationem in caſibus permiſſis a iure,& quod in nihilo fuit recepta iuxta Sylu.[i] & quod conſuetudo, valet

i Verbo alienatio.q.13.

valet cõtra illam iuxta Rochũ de Curt. [a] Secunda,quod Caieta.[b] dicit,quod in aliquibus locis ad nihil, in aliquibus ad aliquid eſt recepta. Et quod in hac re Confeſſarius inquirere debet de conſue tudine,ad internoſcendum quem,& quã ti debeat condemnare.

150 Tertia quod idem per eandem rationem debet perpendere iudex fori exterioris. Et credimus nullibi eſſe omnino receptam, quia in nullo loco eſt vſu recepta priuatio beneficiorum, quam in curri iubet ipſo iure ab alijs,qui fuerũt minores,quam Epiſcopi,vel Abbates in tra ſex menſes, ſi perſeuerant in dicta alienatione,& quod in Luſitania nõ videtur recepta,quo ad locationem in ſolos tres annos:quia paſſim videmus fieri locationes in quatuor.

Quarta, quod iampridem nos Salmãticæ tulimus ſententiã, qua iudicauim⁹ ex probatis coram nobis,irritam, & nullam fuiſſe quamdam locationem in plures, quam in tres annos factam, clericũ autem,qui eam fecit,non debuiſſe iudicari excommunicatum iuxta antiquum ius,ca.pri.ne prælat,vic.ſuas, neque per conſequens irregularem, eo quod celebraſſet poſt illam locationem abſque ab ſolutione, & ſic credimus in paucis locis eſſe receptam,quo ad pœnas extrinſecas, quamquam in multis eſt recepta, quo ad diſpoſitionem principalem,& pę nam intrinſecam nullitatis alienationis, & locationis factæ in plures, quam tres annos.

Quinta,quod Conc.Triden.[c] ſtatuit, quod nullæ locationes beneficiorum anticipatis ſolutionibus factæ valeant in præiudicium ſucceſſorum, quocumque indulto,vel priuilegio non obſtante, ne huiuſmodi locationes in Romana Curia, vel extra confirmentur. Non licet etiam iuriſdictiones eccleſiaſticas,ſeu facultates nominandi,aut deputandi Vicarios in ſpiritualibus locare, nec conductoribus per ſe,aut alios ea exercere. Locationes vero rerum eccleſiaſticarũ, etiam auctoritate Apoſtolica confirmatas S. Synodus irritas decernit, quas a 30.annis citra ad longum tempus factas Synodus prouincialis, vel deputandi ab ea in damnum Eccleſiæ, & contra canonicas ſanctiones contractas fuiſſe iudicabunt. Per longum vero tempus intelligitur decem annorum, etſi varient gloſſæ. [d]

Quinquageſimatertia, in mulierum raptores,ac illis conſilium,auxilium,& fauorem præbentes,qui etiam ſint perpetuo infames,& dignitatum incapaces.Et ſi fuerint clerici,de proprio gradu decidant, [e] & teneatur raptor mulierem raptam,ſiue eam duxerit,ſiue non, decenter iudicis arbitrio dotare ibidem.

Quinquageſimaquarta in eos,qui quouis modo ſubditos ſuos, vel quoſcumq; alios, cogunt minus libere matrimonia contrahere,Conc.Trid.vbi ſupr.c.nono.

Quinquageſimaquinta in eos,qui quomodocumque coegerint aliquam virginem,vel viduam,aut aliam quamcumq; mulierem, præterquam in caſibus iure expreſſis, ingredi monaſterium, vel ſuſcipere habitum, aut profiteri: quique conſilium, auxilium, vel fauorem in id dederint, vel præſentes ei actuis ſcienter fuerint. [f]

Quinquageſimaſexta in eos, qui ſanctã virginum, vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel profitendi, quoquomodo ſine iuſta cauſa impedierint ibidem.

Quinquageſimaſeptima, in concedẽtes locum ad monomachiam, vel duellum in terris ſuis inter Chriſtianos, & iuriſdictione,ac dominio Ciuitatis,& loci,in quo, vel apud quem fieri permiſerint, quod ab Eccleſia obtinuerint,priuãtur: & ſi feudalia ſint, directis dominis ſtatim acquiruntur. [g]

Quinquageſimaoctaua in eos,qui duellum commiſerint,& eorum Patrinos,cũ bonorum proſcriptione, ac perpetuæ in famiæ,ac homicidij pęna. Et ſi in ipſo conflictu deceſſerint,perpetuo careãt eccleſiaſtica ſepultura,ibidem.

Quinquageſimanona,in eos,qui conſilium in cauſa duelli dederint, vel illius ſpectatores fuerint, non obſtante quocumque priuilegio,&c.ibidem.

Poſt hæc anno proxime præterito 1582.nonis Decemb. S.D.N.Gregorius XIII. addidit præfato Concil. Trident. hæc verba,in extrauagan.quæ incipit ad tollendum. *Statuimus omnes illos,qui ex dicto ſtatuto tempore,& in loco conuento monomachiam commiſerint,etiamſi nulli patrini,*

a In repe.c. fi.de conſuetud.fol.23.
b Vbi ſupra caſ.55.
c Seſſ.24.c. 11.refor.
d l. codicillis. §.inſtit. ff. deleg.2.
e Conc.Tri. ſeſſ.24.c.6. de reform. matrim.
f Conc.Tri. ſeſſ.25.c.18 de reg.
g Conc.Tri. ſeſſ.25.c.19 de reform.

patrini, sociue ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullæve prouocatoriæ literæ, aut denuntiationis chartulæ præcesserint censuris, & pœnis omnibus a dicto Concilio propositis teneri perinde, ac si publico, & cõsueto abusu singulare certamen iniuissent. Volentes etiam locorum Dominos, si certamen ex cõdicto huiusmodi permiserint, aut quantum in se fuerint non prohibuerint, omnesq; illud fieri mandantes, instigantes, auxilium, consilium, vel fauorem dantes, equos, arma, pecuniam, commeatũ, & alia subsidia sciẽter subministrantes, aut ex composito spectatores, vel socios quouis modo se se præbentes, eisdem censuris, & pœnis subiacere, etiam si illi qui ad locum destinatum pugnaturi accesserunt impediti pugnam non commiserint, si per ipsos non steterit, quominus illa committatur. Hactenus verba eius. Ex quorum illo. *Statuimus*: colligitur hanc additionem continere ius nouum, arg. gl. recept. in c. vt litigã. verb. statuimus, de offic. ord. lib. sexto, consequenter non includere præterita, capit. fin. de constit.

Sexagesima, in non habentes pro authenticis omnes lib. sacrorum Bibliorũ, iuxta vulgatam editionem, exceptis 3. & 4. lib Esdræ, aut etiam constitutiones apostolicas scienter contemnentes. [a]

Sexagesimaprima, a Pio V. lata excommunicat cum reseruatione, omnes mulieres etiam Duciſſas ingredientes claustra monasteriorum etiam monialium, virtute facultatum apostolicarũ, quas reuocat: & concedentes licentiam, comitantes & recipientes, & prælatos, ac monachos eas introducentes, vel admittentes suspendit. [b]

Adde his primo id, quod [c] scripsimus, scilicet per prædictam extrauag. solum excommunicari ingredientes monasteria monialium virtute licentiæ Apostolicę: sed Pium V. declarasse mentẽ suam fuisse includendi etiam ingredientes sine licentia.

Adde secundo, quod S.D.N. Gregorius XIII. anno 1575. Idibus Iunij, per extrauag. quæ incipit. Vbi gratia, reuocauit omnes facultates ingrediendi monasteria concessas quibuscumque personis, etiam contemplatione Imperat. &c. cum omnium derogatione amplissima: nulla tamen mentione facta de intrantibus sine tali facultate: sed credẽdum est eandem mentem ei fuisse, quæ Pio V. & ita seruare sacram Pœnitentiariam.

Adde tertio, quod idem sanctissimus quando supra, auxit eam ad intrantes cum licentia episcopi, vel aliorum prælatorum, quam possunt dare per Concil. Trident. [d] exceptis necessitatibus vrgentibus.

Adde quarto, quod idem sanctissimus anno 1581. 23. Decemb. per extrauag. quæ incipit dubijs, quæ extendit eam ad episcopos, & alios prælatos, quibus tributa est facultas ingrediendi monasteria, ne vtantur ea, nisi in casibus necessarijs, & a paucis, ijsq; senioribus, ac religiosis personis comitati.

Sexagesimasecunda, eiusdem Pij, [e] excommunicat & punit perinde ac hæreticos, omnes quicumque ex Inquisitoribus, aduocatis, procuratoribus, notarijs, alijsque ministris prædicti officij, vel episcoporum, id munus in sua diœcesi, aut prouincia obeuntium, seu accusatorem, denuntiatorem, aut testem in causa fidei quomodocumque productum, vel euocatum occiderint, verberauerint, deiecerint, seu perterrefecerint, quive Ecclesias, ędes, aliasve res, siue priuatas officij, aut ministrorum expugnauerint, inuaserint incenderint, expilauerint, aut libros, literas, auctoritates, exemplaria, regesta, protocolla, exempla, scripturas, aliaue instrumenta, siue publica, siue priuata, vbicumque posita combusserint, diripuerint, seu interuerterint, seu ex incendio, aut direptione, aut alio quocumque modo illa exportauerint, seu qui in conflagratione, expurgatione, aut direptione etiam inermis siue capiendi, siue comburendi, siue supprimendi causa fuerint, siue res, aut personas seruari, defendiue prohibuerint, quive carcerem, aut aliam custodiam, seu publicam, seu priuatam effregerint, vinctum extraxerint, seu emiserint, capiendum prohibuerint, captumve eripuerint, receperint, occuluerint, seu facultatem fugiendi dederint, seu iusserint id fieri. Qui cœtum concursumve fecerint, siue vt aliquid prædictorum fieret homines accommodauerint, siue alias consilium, auxilium, aut fauorẽ publice, uel occulte in quolibet prædictorum sciẽter præstiterint, licet,

a Conc. Triden. sess. 4. decret. de canon scrip.

b Lib. suarũ constitutionem. fol. 41

c In comment. c. statuimus. nu. 60. 19. quæst. 2.

d Capit. 5. sess. 25. de regulari.

e Per extrauagan. quæ incipit. Si de protegendi, editam anno. 1569.

licet nemo verberatus, nemo extractus, emiſſus, vel ereptus, nihil effractum, ſuc cenſum, direptumve, nullum denique damnatum reipſa ſit ſecutum. [a]

Sexageſimatertia eiuſdem Pij, [b] extendit excommunicationem cap. felicis, de pœnis, lib. 6 ad ſcientes quomodocũque crimen in Cardinales commiſſum, uel cõmittendum, & nõ reuelantes illud opportune Papæ, uel ordinario, &c. [c]

Sexageſimaquarta excommunicat, cũ reſeruatione perſonas accipientes priuilegio, uel conſuetudine aliquid ex fructibus primi, uel ulterioris anni beneficij uacantis, & interdicit Capitula, & ſuſpendit epiſcopum idẽ facientes, non autem includit loca pia. [d]

Sexageſimaquinta eiuſdem Pij, [e] excommunicat omnes abbatiſſas, & moniales exeuntes monaſterijs, quacunque de cauſa etiam infirmitatis, excepta magni incendij, uel ægritudinis, lepræ, uel epidemiæ probatæ literis ſuperioris, & epiſcopi. [f]

Sexageſimaſexta eiuſdem, [g] excommunicat eos, qui Chriſtianos habitantes in terris occupatis a Turcis, capiunt in ſeruos, & nolunt eos relinquere libere cum bonis ſuis. [h]

Sexageſimaſeptima, eiuſdem [i] excommunicat omnes dominos totius orbis nullis exceptis, non parentes illuſtriſſimis Cardinalibus Inquiſitoribus generalibus Romæ, in pertinentibus ad officium S. Inquiſitionis, [k] quam, vt a uiris fide bonis audio, ſuo imperatorio, & regio exemplo confirmarunt ante paucos dies Imperator Rodulphus, & Rex Catholicus Philippus II. mittendo ad vrbem ad prædictæ inquiſitionis requiſitionem duos de crimine hæreſis impetitos, quæ res utrique Monarchiæ magnæ gloriæ fuit.

a *Eod. lib. fol.* 128.
b *Per extrauag. quę incipit. Inſelicis editã, ann.* 1569.
c *Eod. lib. fol.* 150.
d *Eod. lib, fol.* 184.
e *Per extrauag. quę incipit decori, editã, ann.* 1569.
f *Eod. lib. fol.* 191.
g *Per extrauag. quę incipit licet omnibus.*
h *Eod. lib. fol.* 232.
i *Per conſtitutionẽ, quæ incipit ſãctiſſim⁹.*
k *Eod. lib. fol.* 266.

DE SVSPENSIONE QVID, & quotuplex.

151 *Suſpenſio quid, an peccatum, excommunicatio, irregularitas, uel depoſitio, num.* 152.

153 *Suſpenſio uera non tollitur ſola pœnitentia, & eſt triplex, nu.* 154.

154 *Suſpenditur ipſo iure clericus notorius fornicarius, eligens, talem in Epiſcopum, ordinatus ſine licentia, uel extra tempora, uel ſine legitima ætate, nu.* 155. *An in duello pugnãs, excommunicans ſine monitione, uel ſine ſcripto, capiens fructus uacantis Eccleſiæ, num.* 156. *Conſeruator excedens, iudex Eccleſiaſticus male iudicans concurrentibus* 4. *admittens ad ſacramenta tempore interdicti: mẽ dicantium Prælatus admittens profeſſionem ante annum. Clericus ueſtem uerſico'orem deferens, Religioſus ſic alienans, num.* 157. *Ordinatus cum pacto non petendi alimenta, num.* 158.

CIrca hæc dico primo, quod ſuſpenſio generaliter accepta, iuxta mentem iurium, [l] & etiam doctorum, præſertim Calderini [m] *eſt prohibitio uſus, officij, uel facultatis alicuius.* nam & appellatio dicitur ſuſpendi, [n] & petitorium per poſſeſſorium, [o] ſed hic accipitur ſpecialiter pro tertia ſpecie cenſuræ Eccleſiaſticæ: quæ definitur eſſe cenſura, *qua alicui perſonæ Eccleſiaſticæ prohibetur exercitium ſui officij, uel beneficij Eccleſiaſtici, in totum, uel in partem, in certum tempus, uel in perpetuum, quo ad partem ob ſuam culpam a iudice, uel a lege.*

Dixi, *cenſura*, pro genere, quia omnis ſuſpenſio eſt cenſura, non contra, [p] & ad ſignificandum, quod nõ poteſt ferri, niſi ad habentem ordinem, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam exteriorem, ad quam pertinet ferre cenſuras (ut ubi ſupra dixi [q] eam definiens.) [r]

Dixi, *qua prohibetur perſonæ Eccleſiaſticæ*, ad excludendas prohibitiones alio rum exercitiorũ, uel ab illis factas alijs perſonis prophanis, aut Eccleſiaſticis, alio reſpectu, quam quia ſunt Eccleſiaſticæ. Dixi, *uel in perpetuum quo ad partem*, quia prohibitio totius exercitij, officij, uel benehcij in perpetuũ, eſt depoſitio, uel priuatio, & non ſuſpenſio, iuxta Cardinalem, [s] & ſentit Panormitanus, [t] & Bonifacius. [u] Dixi, *ob ſuam culpam:* quia licet ſuſpẽſio ob qualemcunque culpam mortalem ferri poſſit ſecundum Aretinum, [x] imò, & ob venialẽ ſecundum Caietanum, [y] non poteſt tamen ſine vlla propria, cuius ſit pœna. [z] nam quæ ob ſenectutem, lepram, debilitatem,

l *Citatorũ a glo. & adijs in clemen. cupiẽtes, & in rub. de ſen. excõ. & c. fin. aduerſus, de hæret.*
m *De eccl. interdicto memb, 1.*
n *Cap. uenientes, de iureiur.*
o *Cap. paſtoralis, il 1. de cauſ. poſſeſ.*
p *Ca. quærenti. de uerb. ſign.*
q *Eod. ca. num. 1.*
r *Arg. cap. dudum. 2. de elect.*
s *In clem. 1. §. cæterũ. num. 6. de priuil.*
t *In capit. atſi. nu. 7. de iud.*
u *In clem. cupientes. de pœn. nu. 43.*
x *In ca. cũ nõ ab homine, de iud.*
y *In ſũma uerbo ſuſpẽſio.*
z *Arg. ca. 1. de cõſtit.*

litatem,vel aliam cauſam fit , iuxta cap. tua nos,& cap.de rectoribus, & cap.fi.de cler.ægro & c.pri.eod.tit.lib.ſexto, licet poſſit dici generaliter ſuſpenſio,non tamen eſt ſtricte cenſura,de qua loqmur . Vnde ſequitur primo,quod prohibitio , ſiue ſuſpenſio confeſſarij a celebrando , non eſt proprie ſuſpenſio:quia non eſt facta ab habente iuriſdictionem , quæ eſt vera ratio,cur contraueniens illi non fit irregularis ſecundum gloſſam receptã. [a]

a In c.is,cui de ſent.exc. lib.6. poſt Specul. de diſpenſat.§. 1 uxta n.32

152 Secundo dico, quod quidquid fere omnes incogitanter dicant, licet prohibitio,qua mortali peccato infectus prohibetur celebrare,vocetur generaliter ſuſpenſio,in cap.fin.de cohabit cler.& cap. fi.de cler.excom.non eſt tamen talis ſtricte accepta. Tum quia ſuſpenſio non eſt peccatum, ſed eius pœna, iuxta omnes . Tum quia peccatum mortale antiquius eſt iuribus canonicis,quorum inuentum eſt ſuſpenſio . Tum quia non eſt cenſura,qualis eſt ſuſpenſio .

Tertio dico, quod neque excommunicatio maior,neque minor eſt ſuſpenſio . Tum quia eſt ſpecies diuerſa cenſuræ . Tum quia non vetat exercitium Eccleſiaſticum quatenus eſt tale, ſed quatenꝰ eſt ſpes cõicationis humanæ Chꝛianæ.

Quarto dico , quod quamuis quodlibet peccatum mortale,& excommunicatio minor ſuſpendant a perceptione ſacramentorum,in hoc ſenſu,quod percipiendo peccetur mortaliter,non tamen incurritur irregularitas:quia nó cõtrauenitur ſuſpenſioni, prout eſt ſpecies cenſuræ, ſed ſolum prout eſt prohibitio reſultans ex natura illorum .

Quinto dico, quod neque irregularitas,neq; depoſitio verbalis, neq; degradatio realis,eſt ſuſpenſio:licet Innoc. in ca.fi.de exceſ.prælat.& multi alij appellent eas ſuſpẽſionem, ꝙ verum eſt capiẽdo verbum ſuſpẽſio generaliter,nó ſtricte,vt hic capitur.Tum quia nó sũt priuationes, vel inhabilitationes , quæ priuãt officio,vel inhabilem faciũt omnino ad ordinem obtinendũ, vel exercẽdum . At ſuſpenſiones ſolum ſunt impedimẽta exercitij,iuxta mẽtem Panor.[b] & cõem.

b In d. c.at ſi , nu.7.de iu d.

153 Sexto dico,quod illa diuiſio ſuſpẽſorum Panormitani [c] & aliorum , ſcilicet,quod quidam ſunt quo ad ſe ſolum , alij quo ad alios ſolum,alij & quo ad ſe, & quo ad alios,licet communis ſit & vera, accipiẽdo vocabulum ſuſpẽſum generaliter:nó tamen accipiendo, vt hic,pro impedito per ſuſpenſionem ſpeciem cẽſuræ Eccleſiaſticæ , per proxime dicta de peccato mortali,& de excommunicatione minore. Et quia exemplum tertij membri,quod afferunt de ſacerdote peregrino,qui deuotionis cauſa poteſt celebrare in occulto, & non in publico , [d] nó eſt idoneum:ſiquidem peregrinus nó peccans,non incurrit ſuſpenſionem,quæ ſine peccato a iure non imponitur, vt recte dixit Caietanus verbo ſuſpenſio.

c In c.ſi celebrat de cler.excõ. nu.4.

d Cap. tua de cler.peregri.

Septimo dico,quod neque vlla ſuſpẽſio laici eſt ſuſpenſio,de qua hic agim[9] , & per cõſequens,neque ſuſpenſio officij aduocandi, etiam in foro Eccleſiaſtico: quia nó eſt proprie Eccleſiaſticum, neque ſuſpenſio facultatis dandi gradus cõceſſæ per Regem,vel Imperatorẽ,quidquid ſentiat gloſſa , [e] & Tabienna verbo ſuſpenſio,in principio .

e Dict. cle. cupientes, colum.2.

154 Octauo dico,quod ſuſpẽſio eſt triplex,officij,& beneficij ſimul,c tuarum, de priuil.officij tantum , vel partis eius, & beneficij,vel rei pertinẽtis ad illud tãtum, vt colligitur ex exemplis poſitis, ꝑ gloſſam magnam,& finalem,clem.cupiẽtes,de pœnit.Eſt item duplex,lata a iure,& lata ab homine . A iure ipſo facto feruntur multæ, quas tangit prædicta gloſſa & ante omnes Angelus [f] in ordinem redigit. Quarum (omiſſis raro contingentibus)prima in cap.nullus, ſ & alijs multis capitulis ſuſpendit presbyterum diaconum vel ſubdiaconum fornicarium notorium,donec pœniteat,[h] ita quod ſicut iure,incurritur per notoriam fornicationem, ita ipſo iure,tollitur per pœnitentiam, iuxta gloſſam receptam , in dict.capit , de qua plura,ſupra [i] vbi dicitur , quod huiuſmodi fornicarius vtens ordine ſuo ante pœnitentiam,fit irregularis : quia infringit cenſuram ſuſpenſionis .

f Verb ſuſpenſio. a nu.2.

g Cap.præter 32.diſt. & c.ſciſcitã tibus. q.8.

h Et capi.ſi qui ſunt 81 15.diſt.

i Cap.25. nu.77.

Et nota , quod longe differt prohibitio,qua huiuſmodi fornicarius vtitur ordinis ſui vſu ,a prohibitione, qua infectus crimine magno depoſitione digno, & notorio prohibetur: quoniam hæc eſt irregularitas delebilis ab Epiſcopo , cui contraueniens peccat , ſed non incurrit aliam irregularitatẽ,de qua ſup.[k] illa vero eſt

k Cap.25. nu.73.

ro eſt ſuſpenſio, & vera cenſura, cui contraueniens incurrit irregularitatem a ſolo Papa delebilem, diſtinctam a ſuſpenſione ſic violata, de qua. [a]

155 Secunda, in c. cum in cunctis, para gra. fi. de elect. ſuſpendit triennio a bene cijs clericos eligentes in Epiſcopum eum, qui non eſt legitimus, vel legitima ætate, ſcientia, & moribus præditus.

Declaratio prima, quod comprehendit etiam eos, qui eligunt tamquam com promiſſarij, c. ſi cõpromiſſarius eo. ti. lib. ſexto. Secunda, quod non comprehendit eos, qui eligunt in aliam dignitatẽ, neque laicos, vt reges, & Imperatores, qui præſentant in Epiſcopos, neque Cardinales, qui eligunt Papam, [b] quia ſolum loquitur de clericis eligentibus Epiſcopum.

Tertia, in extrauag. cum ex ſacrorum Pij II. ſuſpendit eos, qui ſine legitima facultate vel ætate, vel extra tempus legitimum, ordinem ſacrum accipere præſumpſerint, & facit irregularem ordine vtentem.

Declaratio prima, quod ob ignorantiam illius extrauag. & per cap. vel non eſt compos, de tempor. ordin. quod non ſuſpendit, ſed iubet ſuſpendi, oppoſitum dixerunt fere omnes cum gloſſa. [c] Secunda, quod non comprehendit eum ſaltem quo ad forum conſcientiæ, qui bona fide, & ſimplicitate exiſtimans ſe legitimum, ordinatus eſt, vt late diximus, [d] qa textus habet, præſumpſerint, quod ſignificat dolum, ſecundum doctrinam Cardinalis. [e]

158 Quod idem auſi fuimus dicere ibi de eo, qui temerarie quidem ordinatus eſt, poſtea tamen bona fide, & candida ſimplicitate, per pœnitentiam purgato peccato, exercuit ordinem, exiſtimans ſibi licitum eſſe: quamquam ad illud vſque tempus non fueramus auſi affirmare.

Quarta, eſt in c. pri de cler. pug. in duel. ſuſpẽdit clericum qui prouocat ad duellum, vel acceptat prouocationem, & in arenam deſcendit, iuxta Sylueſtrum, [f] & Tabiennam ibidem, ſed non eſt verum: quia textus in d. ca. pri. ſolum dicit deponendum fore.

Quinta, in c. ſacro, de ſent excommu. ſuſpen dit vno menſe ab ingreſſu Eccleſiæ eum, qui excommunicat abſq; monitione, quæ debet eſſe talis, qualem ſupradiximus. [g]

Sexta, [h] ſuſpendit ab ingreſſu Eccleſiæ, & diuinis officijs eum, qui excommunicat, interdicit, aut ſuſpendit aliquem ſolo verbo ſine ſcripto, aut expreſſa cauſa illius, vel non dat copiam requiſitus. [i]

Septima, [l] ſuſpendit a quolibet officio, & beneficio capitula, & ſingulares perſonas, quæ vacante ſede Epiſcopali, vel collegiata, vſurpant ſibi aliqua bona: quæ reliquit vita functus, aut collecta fuerunt tempore vacationis. Quod locum habet etiam in reditibus ſigilli, & in quolibet alio emolumento. clem. ſtatutũ de elect. 157 *Octaua*, in c. præſenti, de offi. ordi. lib. ſexto, ſuſpendit Epiſcopos, & ſuperiores eorum ab ingreſſu Eccleſiæ, & inferiores ab officijs, & beneficijs, qui vſurpant aliquid ex reditibus dignitatum, & Eccleſiarum vacantium, & illis ſubditarum, quos reliquerunt mortui, vel collecti fuerunt durante vacatione, niſi habeant ſpeciale priuilegium, vel conſuetudinem præſcriptam ad hoc.

Nona, in c. fi. de offi. deleg. lib. ſexto, ſuſpendit vno anno ab officio conſeruatorem ſedis Apoſtolicæ, qui ſcienter cognoſcit cauſas, quæ non ſunt notoriæ. Quod intelligendum eſt de his, quæ cõceduntur ſine clauſula, quod poſſit cognoſcere etiam de alijs, cum qua ante Concil. Trid. concedebantur: per illud tamen ſtatutum fuit, [k] vt eſſet longe reſtrictior vſus.

Decima, [l] ſuſpendit vno anno a ſuo officio iudicem Eccleſiaſticum, qui contra ius, & ſuam conſcientiam aggrauat partem gratia, vel ſordibus. Sed debent cõcurrere quinque, vt hæc incurratur. Primum, quod non ſit Epiſcopus, glo. ibi verb. ordinarius, arg. c. quam periculoſum, de ſent. excom. lib. ſexto. Secundum, qđ aggrauet contra iuſtitiam. Tertium, qđ faciat contra conſcientiam. Quartum quod ſit iudex: quia non ſatis eſt, quod ſit merus exſecutor, vel arbiter. Quintũ, quod faciat pretio, amore, timore, vel odio, vt ex gloſſa recepta colligitur.

Vndecima [m] ſuſpendit ab ingreſſu Eccleſiæ (quouſque ſatisfaciant) eos, qui admittunt ad diuina officia, aut ſacramenta, aut Eccleſiaſticam ſepulturam, excom-

[a] *In d. cap. 25. nu. 77.*
[b] *Argum. l. interpretatione. ff. de pœnis. c. pœnæ. de pœni. diſt. 1.*
[c] *Clem. generalem de ætat. & qualit. & in d. c. vel nõ eſt compos S. Anton. in 3 part. tit. 14. c. 16. Maior in diſt. 24. q. 1.*
[d] *In repe. c. accepta. de reſtit. ſpolia. opp. 8. a nu. 32.*
[e] *In cle. 1. q. 38. de priuil.*
[f] *Verb. ſuſpẽſio vers. 11.*
[g] *Eod. c. nu. 10. & 11.*
[h] *In c. 1. de ſent. excom. lib. 6.*
[i] *In c. quiæ ſæpe. de ele. lib. 6.*
[l] *In c. 1. de reiud. li. 6.*
[k] *Seſſ. 14. ca pit. 5.*
[l] *In c. 1. de reiud. li. 6.*
[m] *In c. Epiſcoporum de priuil. lib. 6*

excommunicatos, aut interdictos publicos. Quæ tamen, vt dictum eſt, [a] locum non habet niſi contra exemptos, iuxta communẽ, contra gloſſ. eiuſdem capitis.

a Sup. c. 95. nu. 94.

Duodecima, in c. non ſolũ, & c. conſtitutione de reg. lib. ſexto, ſuſpendit eos, qui admittunt aliquem ad profeſſionem ante finitum annum probationis in aliquo ordine mendicantium.

Decimatertia, [b] ſuſpẽdit in ſex menſes clericos beneficiarios, qui geſtant veſtes partitas vel coloribus diſtinctas, & ſacro ordine initiatos, q non ſunt beneficiarij, & minoribus inſignitos, qui cũ prima tó ſura geſtãt tales veſtes, inhabiles efficit ad beneficia in idem tempus.

b In cle. 2. de vita & honeſt. cler.

Non autem incurrit illam qui ob celebrationem nuptiarum, vel doctoratus, vel alicuius alterius ſimilis feſti, aut aliam iuſtam cauſam geſtat, iuxta Cardinalem, in d. clem. quæſt. tertia.

Decimaquarta, in clem. pri. de rebus eccl. non alien. ſuſpendit quoslibet religioſos, qui habent aliquam adminiſtrationem, & alienant aliquam rem ad eam pertinentem, etiam ſolũ præbendo alicui ad vitam abſque neceſſitate, aut abſque facultate ſui capituli ſi habet, vel ſui prælati, ſi non habet capitulum.

Hanc non incurrunt, qui in modicum tempus locant fructus, per finẽ illius clement. licet incurrant aliam excommunicationem, [c] vt ſupra dictum eſt. [d]

c Extraua. 2. de reb. eccle. nõ alie. d Eod. c. n. 149.

158 *Decimaquinta* in ca. penul. de ſimonia, ſuſpendit Papaliter, qui ſacris initiatur ſine patrimonio cum pacto non petendi ab Epiſcopo victum: & qui ordinatur ad præſentationem alicuius beneficiarij, cum pacto nihil petendi ab eo.

Declaratio prima, quod per eandem rationem noſtra ſententia ſuſpenditur, qui ordinatur cum patrimonio, vel alimentis promiſſis, vel donatis ab aliquo pactus antequam ordinaretur ſe non petiturum, poſtquam ordinatus fuerit, qui caſus eſt valde quotidianus.

Secundo, quod qui poſt ordinationẽ remittit vel retrodonatius, aut patrimonium, quod illi fuit donatum, vel promiſſum ſine pacto ante ordinationem facto, non incurreret, arg. glo. ſingul. c. tuis de præb. & glo. memorabilis. c. ſi Epiſcopus, eodem titu. libro ſexto.

Tertia, quod qui ordinatur cum facultate ſui Epiſcopi, impetrata ad titulum patrimonij donati, & ante ordinationem renuntiati, non cenſetur noſtra ſentẽtia ordinari abſque facultate, quo ad effectũ incurrendi aliam ſuſpenſionem ſupra poſitam, [e] quia talis renuntiatio facta ante quam ordinetur, non videtur valere, per ea, quæ omnes dicunt, [f] etiam ſi eſſet iurata, iuxta Felynum, & Ananiam contra Panorm. hanc tamen incurrit.

e Nu. 155.

f In d. c. penult.

Decimaſexta § ſuſpendit Epiſcopum ordinantem, abſque titulo clericum religioſum ordinis, in quo ſolum fit votum tẽporale religionis: quia is, quo ad hoc reputatur ſecularis

g In conſtitutionibus Pij V. fol. 407.

Hæc Pij V. conſtitutio, qua inter alios religioſi Societatis ante profeſſionem ad ſacros ordines promoueri, phibebãtur: per S.D.N. Gregorium XIII. reuocata fuit per bullã quæ incipit, Ex ſedis Apoſtolicæ editam anno 1573. die vltimo Februarij, quatenus illa eoſdem religioſos attingebat. Conceſſumque ijs eſt qui in eadem Societate tria vota ſimplicia religionis emiſerint (quæ hic temporalia dicuntur) ante ſolemnem profeſſionem de licẽtia Præpoſiti Generalis ad ſacros etiam presbyteratus ordines promoueri poſſe: Proinde hæc ſuſpenſio, quã Epiſcopi, tales promouentes incurrere poterant, penitus eſt ſublata.

Quarto dico, quod rurſus eſt duplex ſuſpenſio, altera a diuinis, altera ab alijs, [h] & quantum differat harum altera, quo ad irregularitatem tranſgreſſorum dicitur infra.

h Vt colligitur, ex c. 1. §. fi. de sẽt. excom. li. 6. & ca. 1. de re iud. eod. lib. cum eis annotat.

QVIS, CVR, ET QVOMODO poteſt ſuſpendere, & ſuſpendi, & abſolui, & quæ pœna contrauenientis.

159 *Suſpendere, & ſuſpendi quis poteſt: requiritur monitio ſcripta & peccatũ, non certa verba.*

160 *Suſpẽſio ab vno non eſt ab alio, & ſic a iuriſdictione non eſt ab ordine, nec cõtra, & a beneficio, non eſt ab ordinibus, vel iuriſdictione: nec quæ ab officio eſt a beneficio, nu. 161.*

161 *Generalis non incurritur ab Epiſcopo, qua forma tollitur 162.*

162 *Abſoluere quis poteſt a ſuſpenſione lata a iure, vel ab homine.*

163 *Suſpenſionis tranſgreſſor quis irregularis, & vt peccet participans.*

Circa

CIrca hoc dico ſequentia. Primo, qđ communiter omnes, & ſoli illi qui poſſunt excommunicare, poſſunt etiam ſuſpendere: & quamuis omnis Chriſtianus poſſit excommunicari, ſolæ tamen perſonæ Eccleſiaſticæ poſſunt ſuſpendi, per definitionem ſuſpenſionis ſupra,[a] poſitam, & quod ſuſpenſio ſcripto ferenda eſt, ſicut excommunicatio,[b] & quod debet præcedere monitio ſuſpenſionem, quando ponitur ob contumaciam, quãuis non quando in pœnam iuxta Innocentium in cap. fi. de exceſſ. prælat. receptum per Panormitanum & communẽ, in cap. reprehenſibilis de appel. & quod ob quodlibet peccatum mortale, imo & veniale, poteſt quis ſuſpendi, vt dictũ eſt.

a Eod. cap. nu. 151.

b Cap. 1. de ſent. excom. lib. 6.

Secundo dico, quod vt excommunicatio lata poſt legitimam appellationem eſt nulla, & inualida, ſic ſuſpenſio, & vt appellatio non ſuſpendit excommunicationem præcedentem, ſic neque ſuſpenſionem. [c]

c Domin. cũ communi, i c. 1. §. & hęc de ſent. excom. libr. 6. per ea ad hæc quoni ã de appe. & c. is cui. §. fi. de ſent. excom. lib. 6.

160 Tertio dico, quod ſuſpenſus a quibuſdam actibus non eſt ſuſpenſus ab aliis non annexis eis. Ex quo ſequit, quod ſuſpenſus a iuriſdictione, non eſt ſuſpenſus ab ordine, qui eſt diuerſus ab ea, cap. aqua, de conſec. eccleſ. vel alia, & c. tranſmiſſum, de elect. cum eis annot. neq; cõtra, ſuſpenſus ab ordine, eſt ſuſpenſus a iuriſdictione, neque ſuſpenſus a beneficio, eſt ſuſpenſus ab ordine, neque a iuriſdictione, quæ ei conuenit alia ratione, quam beneficij, a quo eſt ſuſpenſus. Neque ſuſpenſus ſimpliciter ab officio, cenſetur eſſe a beneficio quo ad ea, quæ dãtur non intereſſenti diuinis officijs, modo ſuſpenſio non ſit tam diuturna, vt tacite, vel expreſſe habeat vim priuationis [d] quidquid dicant Cardinalis & Imola, poſt Gaſparem: quia mulra ad beneficiũ pertinentia poteſt facere ſuſpenſus ab officio clericali, qualia ſunt regere, & gubernare illa, quæ ad ſe attinent, & quæ non ſunt diuina officia.

d Iux. Boni fa. in d. cle. cupientes, a nu. 31. vbi hoc latiſſime probat.

Per quæ nuper reſpondi beneficiariũ ſuſpenſum, ideo quod presbyter factus fuit ante annum 25. cœptum, non perdidiſſe fructus beneficij: quia per illam trã ſgreſſionem ſuſpenditur tm̃ ab officio.

161 Quarto dico, quod ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ tantum poteſt excommunicare, & abſoluere: quia adhuc retinet iuriſdictionis vſum, cap. ſacro, de sẽt. excommu. & quod quis, eo quod ſit ſuſpenſus a beneficio, non eſt ab officio, neque ſuſpenſus ab officio tantum, eſt a beneficio: & vt ſuſpenſus ab officio, & beneficio ſimul, eſt ab vtroque, iuxta omnes, ſic ſuſpenſus ab officio, aut beneficio diuiſim, a nullo illorũ eſt, iux. Panormitanum receptum contra gloſſam, cap. latores, de cleri. excommu. min.

Quinto dico, quod non incurrunt hãc cenſuram latam generaliter a iure Epiſcopi, niſi fiat mentio ſpecialis illorum, licet ſecus de excommunicatione, capit. quam periculoſum de ſent. excomm. lib. ſexto, cum gloſſ. & ei annot.

Sexto dico, quod ſuſpenſio ferri, & tolli poteſt quibuſlibet verbis id ſignificantibus: quia nulla ſunt præſcripta in formãm ſubſtantialem ſuæ lationis, vel ſolutionis: quamquam in abſolutione neceſſarium eſt iuſurandum, vt in excommunicationis abſolutione, ca. ſuper eod. cap. venerabili, de ſentẽ. excommu. licet communiter quando eſt certa ſuſpẽſio, docti vtantur hac forma. *Abſoluo te a vinculo ſuſpenſionis quam incurriſti ob talem, vel talem cauſam, & reſtituo te priſtinæ exſecutioni:* & ſi eſt dubia hac, *ſi teneris aliquo vinculo ſuſpenſionis, quo te poſſũ abſoluere, abſoluo te,* iuxta ſententiã Sylueſtri [e] aliquantulum reformatam: & quod ſuſpenſio tam lata ab homine, quã a iure, quæ certo tempore, aut facto, aut omiſſione facti alicuius terminatur, tollitur lapſo tempore, vel adueniente termino, ipſo facto, abſque vlla abſolutione ſecundum gloſſam in clem. pri. verb. donec. de decim. receptam communiter, & putatam ſingularem a Panor. [f] quæ tamen habet alias ſimiles.

e Verb. abſolut. 6. dubio 2.

f In capi. 1. de iudic. not. 6.

162 Septimo dico, quod a ſuſpenſione lata ob contumaciam, & non in pœnam delicti abſolute ſine termino, & reſeruatione, ſiue iure communi, ſiue particulari, confirmata, vel non confirmata p Papam, poteſt abſoluere Epiſcopus, & eius Vicesgerens, arg. c. nuper, de ſent. excom. & melius, ea. ex literis de conſtit. vt tradit Innocẽtius communiter quo ad hoc receptus, in cap. pri. de ſolut. & quod a lata in pœnam alicuius delicti etiam a iure, non poteſt abſoluere Epiſcopus, ſiue ſit temporaria, ſiue perpetua, quidquid

dicant

dicant gloſſæ, [a] licet communiter reciпiantur in ſuis locis, vbi probat efficaciter Panormitanus in ca. ſecund. de ſolut. & c.tam literis, de teſtibus, vbi ſequitur Aretinus, & Fely. altius, ibi rem perpendens, q̃ in d.c.nuper, & in c.paſtoralis, parag. præterea, de offi. ordin. vbi aliud dicit, eo quod non ſatis perpenderat dicta Panor. recepti ab omnibus, qui ea diligẽter expenderunt, q̃ non fecerunt aliqui, vt Sylueſt. [b] & alij, qui ſibi ipſis contradicunt, dum ſequuntur Panor. tenentẽ contrarium eius quod ipſi. Poteſt tamen in ea diſpenſare, ſi poſita fuit ob adulteriũ, aut alia minora delicta ſm eũdẽ Panor. [c] Dixi, *a iure*, quia a ſuſpenſione abſolute poſita ab homine regulariter non poteſt abſoluere, niſi qui eam tulit, aut eius ſuperior, aut ſucceſſor, arg. c. paſtoralis, parag. præterea vbi Fely. de off. deleg. Male autem exceperunt à regula prædicta, quæ habet ſuſpenſos a iure ob contumaciam poſſe abſolui ab Epiſcopo clericos & religioſos, qui adminiſtrant ſacramenta, aut ſepulturam hereticis, aut accipiũt eleemoſynas ab illis: quia tex. cap. excõcomunicamus, ſecund. parag. fi. de hæret. quo nituntur, non loquitur de ſuſpenſis ab officio, ſed de priuatis, & de ſuſpẽſione irrogata in pœnam, & non ob contumaciam & de pena reſeruata. Male etiã excipiunt exauctoratum, ſiue degradatũ aut depoſitum realiter, cum neque hic, neq; depoſitus verbaliter, ſint ſuſpenſi p dicta ſupra. [d] Male etiam excipiunt ſuſpenſum ob collationem beneficij factam indignis, iuxt. c. graue, de præb. quia illa ſuſpenſio irrogatur in pœnam, & non ob contumaciam.

a Cle. 1. de har. §. pen. ver. excom. & c. cupientes, §. cetera verbo ſuſpenſus, de elect. lib. 6.

b Verb. ſuſpenſio, q. 8.

c In d. c. tã literis, & c. 2. de ſoluti. iuxt. not. in c. at ſi. §. de adulterijs. de iud.

d Eod. cap. nu. 152.

163 Octauo dico, q̃ omnis, qui violat ſuſpenſionem ſtricte acceptã pro vna ſpecie trium cenſurarum Eccleſiaſticarum peccat mortaliter, arg. c. ſecund. de maior. & incurrit irregularitatẽ, ſi violat eã exercendo aliquem actum peculiarẽ alicuius ordinis, ſiue maioris, ſiue minoris, per c. pri. lib. ſexto, de ſent. excõ. & c. pri. de re iud. eod. lib. & vtrobiq; Innoc. receptus cõiter dicit, quod illa duo capita non ſolum habent quoad hoc locum in caſibus: inquibus loquuntur, ſed ét in omnibus alijs violantibus ſuſpenſionem: qa non fuit mens eorum conditoris, q fuit ipſemet Innoc. IIII. quidq̃ noue induce re in illis, ſed declarare ſm antiquas ſanctiones canonicas, de quibus meminit textus, eam incurri. Dixi, *aliquem actum peculiarem ordinis*: quia ſecus ſi exerceret alium, etiam Eccleſiaſticum, & ad officia diuina pertinentem, qualis eſt ſpallere etiam in choro cum alijs, canere reſponſa defunctorum, vel litanias, baptizare ſine ſolemnitate, vt alius laicus, & alia id genus, quæ non ſunt peculiariter alicui ordini deputata. Illa autem dicuntur deputata alicui ordini, quorum faciendorum ſpecialis poteſtas traditur in ordinatione, vt in presbytero poteſtascõ ſecrandi, baptizandi, ſolemniter dicendi collectas in choro: in diaconatu poteſtas canendi ſolemniter Euangelium, in ſubdiaconatu canendi ſolemniter epiſtolã, in acolytatu ferendi cereos, &c. Dixi, *etiam minoris*: quia violans exercendo ſolemniter actum deputatum ordini minori, ita incurrit, ac exercens deputatũ maiori, ſecundum Innocentium & communem, [e] Repetij ſæpe, *ſolmniter*: quia faciẽs aliter aliquod horum, vt cantans epiſtolã ferens cereos, vel vrceolos tamq̃ alius laicus, non incurrit ſecundum omnes.

e Cap. fi. de exceſſ. prælat.

Ex quo infertur primo, quod veri [f] eſt Epiſcopum celebrantem in apparatu Põtificali incurrere irregularitatem: quia id eſt actus peculiaris ordini Epiſcopatus quem eſſe verum ordinem diſtinctum ab alijs ſignificaſſe Concil. Trid. dictum eſt. [f]

f Sup. c. 22.

Secundo infertur, quod pſallere in choro non facit irregularem: quia nõ eſt peculiare vlli ordini vero: licet enim videatur peculiaris Pſalmiſtatui, ſiue primæ tonſuræ, tamen illa non eſt verus ordo, per ibidem dicta.

Tertio infertur, quod ſuſpenſus a perceptione ſacramentorum, quamuis peccet mortaliter in percipiendo ea, non tamen eſt irregularis, c. ſi celebrat. de cler. excom. min. quia perceptio non eſt officium diuinum, neq; opus peculiariter ordini alicui addictum.

Quarto infertur, quod ſuſpenſus ab eorum collatione, dando illa non tamq̃ ad ſuum ordinem pertinentia, ſed vt alius quilibet laicus, non incurrit eam, iuxta Hoſtienſem. [g]

g In c. 1. de ſent. excom mun.

Quinto infertur, quod ſacerdos ſuſpẽſus ab officijs ſacerdotalibus adminiſtrando

ſtrando in ordine inferiori non peccat, neque oſt irregularis.

Sexto infertur, quod ſuſpenſus a beneficio non peccat eligendo, ſi ius eligẽdi non competat ei ratione illius.[a]

a Cap. cum in cunctis. §. fi. de ele.

Septimo infertur, quod ſuſpenſus ab officio peccat, ſed non incurrit irregularitatem eligendo, & accipiendo electionem de ſe factam, c. cum dilectus, de conſuet. iunct. glo. & excommunicando, & conferendo beneficia.[b]

b Cap quia diuerſitatẽ. de conceſ. præb.

Octauo infertur, quod licet ſuſpẽſus ab officio prædicandi, celebrando non peccet, nec fiat irregularis, ſecundum Panor. & communem, in d. clem. cupientes, concionando tamen peccat, & eſt irregularis, ſecundum opinionem, quam ſequmur ſupra,[c] quod actus prædicandi eſt lege diuina, vel humana, vel conſuetudine actus peculiariter diaconatui deputatus: quia licet inſtitutione diuina ſit ſoli ſacerdotio peculiaris,[d] lege tamen, & conſuetudine humana videtur deputatus diaconatui, vt tãdem Caietanus vbi ſupra concludit: quando ſaltem ſolemniter vti ex officio ſuo tamquam ſacerdos prædicat.

c Cap. 25. nu. 141.

d Iux. c. ad ijcimus, 16. q. 1.

Nono infertur, quod ſicut tenemur vitare excommunicatum in omnibus, per ſupradicta,[e] ita ſuſpenſum in eo, a quo eſt ſuſpenſus: & non vitando in diuinis officijs, & in actibus deputatis ſuis ordinibus peccamus mortaliter, ſi eſt denuntiatus, alias non, per extrauag. ad euitanda,[f] & per latius dicta alibi.[g]

e Eod. c. nu. 26. & ſeq.

f Relatum ſup. nu. 35.

g Cap. 1. §. laboret, de pœn. diſt. 6:

INTERDICTVM QVID, & quotuplex.

164 *Interdictum hic non generaliter, ſed ſpecialiter ſumitur, quo conueniat, & differat ab excommunicatione, & ſuſpenſione, nu. 165.*

166 *Interdictum triplex, & quid xnumquodq; includat. nu. 167.*

CIrca hæc dico ſequentia. Primum, quod vt interdicere ſignificat prohibere, inſt. de inter dict. in princ. ſic interdictum generaliter dicitur, quælibet prohibitio: ſed hic accipitur ſpeciatim pro vna trium cenſurarum Eccleſiaſticarum, quod vt in repet. c. dilect[9]. de appe. dixi, cautius definiri poteſt, quam a Calderino in tract. de eccleſ. interdict. mẽb. pri. colum. pri. *eſſe cenſura Eccleſiaſtica, qua prohibentur diuina officia, ſacramenta & ſepultura actiue, & paſſiue, exceptis aliquibus.* Dixi, *cenſura Eccleſiaſtica:* pro genere, quo diſtinguitur a ceſſatione a diuinis, de qua in c. irrefragabilis, de offic. ordina. & cap. quamuis, eo. tit. lib. ſexto. quæ non eſt cenſura Eccleſiaſtica: quia non eſt niſi ipſa omiſſio officiorum diuinorum, iuxta Panor.[h] Reliqua addũtur ad differentiam inter interdictum ex vna parte, & inter excommunicationem, & ſuſpenſionem ex altera, quæ tres cõueniunt in nouem, iuxta Calder.[i] receptum per communem, Dominicum & Peruſinum,[k] Sylueſtrum & Tabiennam verb. interd. & per complures alios alibi.

h In d. c. di lectis, n. 18.

i Vbi ſupra, col. 2.

k In d. c. 1. §. ſuperi. de ſent. excom. lib. 6.

Conueniunt enim primo, quod quælibet earum eſt cenſura Eccleſiaſtica, cap. quærenti de verb. ſign. Secundo, q̃ quælibet in ſcriptis debet ferri, & cum cauſa in eis expreſſa.[l] Tertio, quod nullam earum ſuſpendit appellatio ſubſecuta, & q̃libet annullat præcedens.[m] Quarto, q̃ quamlibet debet præcedere monitio, c. reprehenſibilis, de appell. cum fertur ob contumaciam, & non cum in pœnam.[n] Quinto, q̃ quælibet eſt nulla, cum ferẽ ſine canonica monitione ab excõicatore cõtra participantes excõicatis a ſe. c. ſtatuimus, iuncto c. ſtatutum, de ſent. excõ. lib. ſexto. Sexto, quod quælibet impedit a diuinis, excepta illa ſuſpenſione, q̃ non fit ab eis.[o] Septimo, q̃ in abſolutione omnium iuratur. c. venerab. & c. ex tenore, de ſent. excõ. Octauo, q̃ nulla earum cõtra receptos in filios ſpeciales Papæ ab ordinario ferri põt.[p] Nono, q̃ quælibet eſt a ſuperiore ſeruanda,[q] imo, & a ferẽte quouſq; eam tollat, Calderinus.[r]

l Cap. 1. de ſent. excom. lib. 6.

m Cap. is cui, §. fi. eo. tit. lib. 6. & c. ad hæc quoniam, de appell.

n cap. 2. de conſt. lib. 6. & c. quam quã, de cenſibus eo. li.

o Cap. paſtoralis, §. Verũ, de app. iunct. d. c. is cui.

p Cap. 1. de verb. ſign. lib. 6.

165 Differunt autem primo, quod excõmunicatio directe priuat communicatione, quatenus eſt communicatio humana Suſpenſio priuat directe vſu facultatis Eccleſiaſticæ. Interdictum vero priuat directe ſacramentis, & diuinis officijs. Dixi, (directe) quia indirecte, & per conſequentiam priuant etiam conſequẽtibus directe prohibita. Secundo, q̃ excommunicatio non põt ſuſpendi, & aliæ ſic, d. c. ad hæc qm̃, q̃q̃ idem eſſe de excõmunicatione dixit Dec. ibid. quem per multa fundamenta ſequimur ibidem.

q Ca. cũ ab Eccleſiarũ de off. ordi.

r Vbi ſupra membr. 1. col. 3.

Tertio,

Tertio, ꝙ Epiſcopus non incurrit ſuſpenſionem, neque interdictum latum a iure, niſi exprimatur in eo, excommunicationem vero ſic, c. quia periculoſum de ſent. excom. lib. ſexto, cum glo. Quarto, ꝙ vniuerſitas non poteſt excommunicari, [a] ſuſpendi autem, & interdici ſic. [b] Quinto, quod excommunicati numquã admittuntur ad diuina officia, alij vero ſic interdum, c. ſi de ſent. excom. eo. lib. Sexto, quod excommunicatio, & ſuſpenſio non feruntur niſi ob culpam propriã, & maior ob mortalem, & minor, & ſuſpẽſio, etiam ob venialem: interdictum tamen etiam ob alienam, d. c. ſi ſententia. Septimo, quod abſolutio excommunicationis ſemper requirit aliqua verba: ſuſpenſionis vero, & interdicti non, quãdo feruntur quouſque certum quid fiat: qa ſufficit vt illud fiat, gloſſa putata ſingularis, clem. pri. de decim. verb. donec, quæ tamen habet: alias quatuor ſimiles citatas a nobis alibi. [c]

166 Secundo dico, quod interdictum eſt triplex, locale tantum, perſonale tantum, locale, & perſonale ſimul. Locale tãtum, quo ſolus locus interdicitur: quod rurſus eſt duplex, generale, quo interdicitur locus vniuerſalis, vt regnũ, prouincia, epiſcopatus, ciuitas, oppidum, pag⁹, aut parochia Et ſpeciale, quo interdicitur aliquis locus particularis, vt Eccleſia, & non deſinit eſſe tale, eo quod comprehendat multa loca, modo ſint particularia, quale eſt, quod interdicit multas Eccleſias, etiam ſi interdicat omnes ciuitatis, epiſcopatus, prouinciæ, regni, aut quotquot ſunt in mundo, iuxta Calder. [d] receptum per Dominicum Peruſinum, & communem, in c. præſenti, de ſent. ex com. lib. ſexto, ſingulare autem, quod addit Angelus [e] eſt ſpecies interdicti particularis minime neceſſaria. Interdictum perſonale tantum eſt, quod interdicit p ſonas tãtum, quod etiam eſt duplex, ſcilicet generale, quod interdicit aliquam vniuerſitatem hominum, vt populi, regni, prouinciæ, ciuitatis, oppidi, collegij aut pagi, d. c. ſi ſententia. Et ſpeciale, ſiue particulare, quod interdicit perſonas ſingulares, vnam, aut multas, certas, aut incertas, vt quod interdicit hoc, vel illud facientem. Interdictum locale, & perſonale ſimul eſt, quod interdicit locum, & perſonas ſimul: & quod interdicit locũ, & populum, & tales, vel tales perſonas: exemplum quotidianum eſt in interdicto, quod appellant ambulatorium, quo interdicitur aliqua perſona, & locus vbi eſt, vel fuerit, q̃diu ibi fuerit, aut etiam certo tempore poſtq̃ receſſerit, de quo quatenus eſt locale, iudicandum eſt, vt de locali tm̃: & quatenus eſt perſonale, vt de perſonali tm̃, [f] quibus addimus, vnumquodq; illorum poſſe diuidi in ſimplex, & mixtũ, hoc eſt, generale tm̃, aut particulare tm̃, aut generale, & particulare ſimul. De quo quatenus eſt generale, iudicandum eſt, vt de generali, & quatenus particulare, vt de particulari. [g]

167 Tertio dico, quod interdictũ generale loci non includit populum, nec perſonas eius: neq; interdictum generale populi alicuius loci comprehendit eum: itaq; qñ eſt interdictus vnus locus, qui ſunt in eo, & non fuerunt cauſa interdicti, poſſunt audire, & dicere in alio loco diuina officia, & dare, & accipere ſacramenta, & alij aliorum oppidorum non poſſunt hoc facere in illo loco interdicto, cuius illi ſunt. Et qñ interdicitur ſolus populus illi qui ſunt eius, nõ poſſunt audire, neq; ibi, neq; alibi: & exteri poſſunt audire ibi, & in eo poteſt celebrari patentibus ianuis, excluſis eius loci hominibus, perinde, ac ſi non eſſet interdictus, d. c. ſi ſententia cum ei annotat. Rur ſum interdictum cleri alicuius loci non comprehendit locum, neque populum, & habitatores eius laicos: neque ecõtrario interdictum populi comprehẽdit clericos, d. ca. ſi ſententia. Cuius rei nouam rõnem tradidimus, [h] poſt Decium [i] q̃uis interdictum cleri videatur includere religioſos, & religioſas, conuerſos, & cõuerſas, nouitios, & nouitias, ſm Dñicum in d. c ſi ſententia, in fin. prin. & Calder.

k Item interdictum ciuitatis includit ſuburbia, & ædificia prope mœnia, [l] quę vero ædificia dicenda ſint talia relinquitur arbitrio iudicis, glo. ibid. Interdictũ etiam Eccleſiæ, licet ſpeciale tm̃, includit ſacella, & cœmeterium contigua, alia non d. c. ſi ciuitas. Interdicta vero Eccleſia, non cenſentur interdicti clerici eiuſdem: neq; contra interdictis clericis, cenſetur interdicta eorum Eccleſia, arg. cap. per exemptionem, de priuil. lib ſexto.

a Cap. Roman. §. in vniuerſitatem, de ſent. excõ. lib. 6.

b Cap. quia ſæpe, de elect. lib. 6. c. ſi ſent. de ſent. excom. eod. lib.

c In c. 1. not. 6. de iudic.

d Vbi ſupra membr. 2.

e Verb interdictum, 1. §. 1.

f Arg. l. qua de tot. ff. de rei vẽd.

g Arg. d. l. quæ de tota & c. paſtoralis, §. itẽ cum totum de offi. del.

h In c. 2. de præb.

i Ibi, & in c. eccleſ. de conſti. col. 4

k Vbi ſupr. membr. 2.

l Ca. ſi ciuitas, de ſent. excom. libr. 6.

QVIS, CVR, ET QVOMODO poteſt interdicere, & interdici.

168 *Interdicit communiter, qui excommunicat, & ſuſpendit, & contra.*

268 *Interdictum fertur ob culpam alienã ſed non ob culpam debiti, & ponitur ipſo facto a iure his caſibus, nu. 169. & quæ opera prohibeat, nu. 170.*

QVarto dico, quod communiter, q poteſt excommunicare, & ſuſpendere, poteſt etiam interdicere: & qui poteſt excommunicari, & ſuſpendi, poteſt etiam interdici. Et vniuerſitas, quæ non poteſt excommunicari,[a] & locus, q non poteſt ſuſpendi, vt ſup. dictum eſt. pót in terdici. [b] Et quamquam aliud eſt populus, vel vniuerſitas, & aliud particulares eiuſdem,[c] interdicto tamen illo, cẽſentur interdicti omnes eius particulares, ſontes, & inſontes, d. ca. ſi ſententia, vbi id affirmant Dom. & Per. quia pót vnus interdici pp culpam alterius, licet nó ex communicari, vel ſuſpendi, vt prædictũ eſt: q̃uis ſemper debeat interuenire culpa propria vel aliena, vt feratur interdictum: nec ſufficit culpa non ſoluendi debitum, vt feratur interdictum generale auctoritate ordinaria, vel delegata ſine ſpeciali Papæ mandato, extrauag. prouide, de ſent. excom. q̃uis particulare Eccleſiæ ferri poſſet, iuxt. Calder.[d] & Dñicum, in ca. præſenti, de ſent. excom. non tñ parochiæ, q̃uis per incogitantiam, noſtro iudicio, contradixerit Stephanus,[e] interrogatus olim Salmaticæ, an infans lactens, & amens includantur interdicto? Reſpondi, includi, nec eſſe admittendos ad diuina: quia, vt prædictum eſt, ſine culpa propria quis poteſt interdici.

169 Quinto dico, quod fertur generale ipſo facto contra vniuerſitatem, quæ facit ſolui portoria illicita clericis,[f] & contra eam, quæ facit, vt capiatur, percutiatur, vel in exſilium mittatur ſuus Epiſcopus, clem. pri. de pœnit. Et contra eam cuius dominus impedit ingreſſum, aut negotia nuntij Apoſtolici, extrauag. ſuper gentes de cõſuetud. Imo & in omnibus caſibus, in quibus iure fertur interdictum locale generale, ob delictum populi, in eiſdem fertur etiam generale perſonale contra ſuum populum: quãuis non, quando fertur ob delictum ſolius domini, ſi non exprimatur, c. ſent. de sẽt. excõ. lib. ſexto, fertur ẽt particulare locale Eccleſiæ in aliquot caſibus, ſcilicet, qñ vniuerſitas facit, vt capiatur, percutiatur, vel mittatur in exſilium ſuus Epiſcopus, d. cle. pri. de pœnit. Et qñ clerici, aut conuentus Eccleſiæ, nolunt reſtituere corpora, aut monumenta eorũ, quos in ea ſepelierunt: eo quod inducti ab eis iurauerunt ſe electuros ſepulturas.[g]

170 Sexto dico, quod interdictum pſonale particulare ſolum includit pſonas nominatas, & actus in eo expreſſos, & qui includuntur in illis. Si vero nulli exprimantur, omnes qui vetantur interdictis cenſentur incluſi. Vnde interdicto ſimpliciter Petro, omne illud, qđ interdictum prohibet, vetatur illi. Interdicto aũt eo, quo ad miniſterium altaris, reliqua omnia pót facere: quo ad ingreſſum vero Eccleſiæ, omnia diuina officia illi prohibentur intra illam: quia includunt in prohibitione ingreſſus illius: & nulla extra illam: quia poteſt facere domi, vel in tabernaculo,[h] aut in ſacello non erecto auctoritate Epiſcopi, perinde, ac ſi nulla re eſſet interdictus, iux. S. Anton. & ante illum Calder. ſm quem approbatũ ab Anchar. Dominico & Peruſio, in d. c. is cui, cui eſt interdictus ingreſſus Eccleſiæ bene poteſt introire in eam, & orare qñ non aguntur diuina officia, vt gloſſa ſingularis dicit de excommunicato, ca. q ſtudet. pri. q. pri. & Innoc. in ca nuper. de ſent. excó. q̃uis multi contra ſentiãt, ſed male: non poteſt tamen audire diuina officia, iuxta Dominicum & cõem, in d. c. is cui, qdquid dicat Calder.[i] ſed noſtra ſententia poteſt tranſire per eam, etiam quando illa fiunt: quia id non eſt audire.[k] Quorum ratio eſt: quia prohibitio ingreſſus Eccleſiæ ſolum reſpicit diuina officia, ne ea faciat, vel audiat in ea, dic. cap. is cui, cum ei annot. & cap. præſenti quinta quæſt. prima.

a Ca. Roma na, §. in vniuerſitate de ſent excom. lib. 6.
b Dic. ca. ſi ciuitas, & d. c. ſentent.
c Arg. c. de multa 7. q. 1. & l. propo nebatur, ff. de iud.
d Vbi ſupra numbr. 1. cap. 4.
e De poteſt. eccl. caſ. 10
f Cap. quãquã de cenſib. lib. 6.
g In c. 1. de ſepult. li. 6.
h Iux. gl. c. is cui de ſent. excõ. lib. 6. & commun.
i Vbi ſupra col. 16.
k Arg. eorũ quæ ſup. eo. cap. nu. 34. diximus de excommu.

QVAE PROHIBEANTVR Interdicto, & tempore interdicti.

171 *Interdicto vetantur omnia diuina officia, ſacramenta, & ſepultura, præter expreſſa.*

172 *Officia*

172 *Officia diuina quæ, & permissa quomodo in interdicto generati, numero 174.*
173 *Missa vna singulis hebdomadis licita in interdicto speciali.*
174 *Clerici etiam alieni admittuntur ad diuina tempore interdicti, & an coniugati.*
174 *Aqua benedicta, vt benedicenda, & vsui adhibenda tempore interdicti.*
175 *Interdicto in loco, & etiam in Ecclesia clerici recitant horas, nu. 176. & vt campanæ pulsatio, Episcopi benedictio, & sacramentalium vsus liceant, nu. 177. Confessio item & alia plurima 178.*
179 *Interdicta quæ priuilegia particularia relaxant. & 2. seqq.*
182 *Interdictum iure suspenditur quatuor festis, & an alijs hoc priuilegio & 2. seq.*
187 *Interdictum non denuntiatum nō obligat, neq; illum, & quando tale, et & validum violando qui laici & & moniales peccant.*

SEptimo dico, quod per quodcumque interdictum prohibentur omnia diuina officia, sacramenta, & ecclesiastica sepultura (exceptis his, quæ expresse, vel tacite permittuntur) vt colligitur ex ca. non est & alijs, de sponsa. & c. fi. de excess. plat. & c. quod in te, de pœn. & remiss. & c. respons. de sent excō. c. qm̄, & c. fi. eo. ti. lib. sexto, & notatis in eis, & ex definitione interdicti.[a] Et quo seqtur, q̄ regulariter prohibēt omnia exercitia specialiter deputata, alicui ordini, siue maiori, siue minori, vt dicendi epistolam solemniter cum manipulo Subdiacono, & Euāgeliū Diacono, offerendi vrceolos Acolyto, dicendi missam, aut agendi hebdomadarium, q̄n peragitur matutinum, aut aliæ horæ canonicæ Presbytero, & ordinādi Episcopo: quia omnia talia exercitia sūt diuina officia, quæ est ratio noua, & firma non perpensa ab alijs.

[a] *Supr. nu. 164.*

172 Octauo dico, quod male definierunt Angelus,[b] & aliqui alij diuina officia in hac materia, esse officia diuina in missali, & breuiario cōtēta: quia neq; omne in illis ordinatum est diuinū officiū, nec omne diuinum officium est in illis ordinatum: siquidem multa sunt ordinata in Pontificali, & multa in missalibus, & breuiarijs, q̄ nō sunt diuina officia, prohibita tempore interdicti. Qualis est benedictio mensæ, & fructuum, qualis baculi, & sacculi ad peregrinādum, & habitus nouitiorum. Possunt autem recte definiri esse officia ordinata in dictis tribus libris, aut in alijs legitime ad vsum ordinum, & aliorum sacramentorum, vel sacramentalium, aut ad horas canonicas.

[b] *Verb. interdictum, 2. §. 4.*

173 Nono dico, quod potest dici vna missa quaq; hebdomada, etiam in Ecclesia specialiter interdicta, ad renouādum sanctum sacramentum, quod asseruatur infirmis, cum moderatione versiculi sequentis c. permittimus, de sent. excō. & etiam plures q̄ vna, si necessitas infirmorum id postularet.[c] Et quod possunt celebrari omnia diuina officia in loco generaliter interdicto, sicut prius ianuis clausis, voce submissa, nō pulsatis campanis, & exclusis excommunicatis, & interdictis,[d] expulsis item nō habentibus priuilegium iuris communis, aut specialis,[e] Dixi, *In loco generaliter interdicto*, qa in interdicto specialiter, non habet locū, iux. glo. receptam, in d. c. fin. verb. eccles.

[c] *Iux. Hostiens. ibid.*

[d] *Cap. fi. §. adūcimus de sent. exc. lib. 6.*

[e] *Iux. gl. d. §. adūcim verb. interdict.*

174 Et quamuis Ancharanus dicat, qđ talia officia diuina debent fieri p solos clericos, & monachos illius Ecclesiæ, vel monasterij, & nō per alios, cuius opinio obseruabatur meo tempore in Gallia, vbi pauca interdicta ponuntur: sed contrarium, scilicet, quod omnes clerici maiorum, & minorum ordinum etiam primæ tonsuræ: vndecumque, & cuiuscumque Ecclesiæ, nisi fuerint causa interdicti, possunt admitti ad dicendum, & audiendum illa, tenent Ioannes Andreas, Dominicus, & Philippus, & alij,[f] quod seruatur in tota Castella, vbi seruntur infinita interdicta, & etiam in Lusitania, vbi seruntur pauciora, etsi plura, quam in Gallia: sed clerici coniugati nō sunt de horum numero, quia quidquid dicat Margarita confessorum, non gaudēt nisi duobus priuilegijs, c. pri. de cler. conjug. lib sexto, e quibus non est hoc, & consequenter, quo ad hoc habentur pro laicis, vt iampridem rndimus Salmanticæ: quamquam si esset consuetudo præscripta, qualis fertur esse in Aragonia, valeret illis, arg. c. fi. de cōsue. etia si esset

[f] *In eo. c. fi. Feder. cons. 70. Angel. verb. interdictio. 5. §. 3. & Sylu. verb. interdict. 5. q. 1.*

introducta per errorem iuris. [a] Et adeo quidem excludendi sunt non habentes priuilegium, vt non sint admittendi ad oblationem, quæ fieri solet in medio missæ, neque sit eis porrigenda pax, neq; aperienda fenestra, neque foramen, per quam intueri possint corpus Domini nostri, iux. cle. pri. cum suis glo. de sent. excom. Neque sacerdos potest benedicere aquam absque prædicta modificatione, neq; benedicta illa inspergere populum absq; illa ante missam, cum antiphona, *Asperges, &c.* sicuti solet, iuxta Calderinum. [b] Quamquam credimus populum posse sumere aquam benedictam, cũ ingreditur Ecclesiam, & clericum dare ei, tamquam laicum sine peccato, quidqd sentiat idem Calderinus, vbi supra, quia id nulli prohibetur. Et vox debet esse tã submissa, quæ foris non audiatur, vel saltem proferatur ea intentione, vt non audiatur, & cum debita cautione: quia hoc excusaret peragentes officia, quamuis ab aliquibus curiosis audirentur contra eorum voluntatem: siquidem tam clare est proferenda, vt alij ab alijs possint audiri in choro, iux. mentem text. cap. alma mater & omnium doctorum. Possunt tamen accipere funeralia, [c] & alias oblationes factas pro defunctis, quamuis sepeliantur extra locum sacrum, & illi essent interdicti, si decesserunt pœnitentes: siq dem potest, & debet rogari pro eis, arg. c. fi. de sepul. & c. a nobis secũ. de sẽt. exc. 175 Decimo dico, verum esse id, quod Salmanticæ respondimus, & defendim[9] sequentes mentem Hostien. in c. quod in te. de pœn. & remiss. cum c. illud plegeremus contra Villadiegũ [d] & satis contra Calderinum [e] & Angelum & Sylvestr. [f] scilicet, quod in tempore generalis interdicti nõ solum vnus, sed etiam duo, tres, & plures recitare possunt suas horas in campo, ianuis, quæ nõ sunt, nõ clausis & domi, & in cubilo clausis illis, & etiã nõ clausis, modo non audiantur ab alijs nõ habentibus priuilegium ad audiẽdũ, q̃uis audiant aliqui per transitũ, & casu. Et quod etiam intra Ecclesiam pót quis solus nõ clausis ianuis recitare horas ita submisse, vt a nemine alio a se audiatur: & ita duo, vel tres diuisi in aliquo sacello, aut tam submisse, aut tam seiuncti a populo, vt audiri nequeant, & a fortiori intra vnũ sacellum clausum, q̃uis ianuæ Ecclesiæ, vbi illud est sint apertæ, qdqd dicat Hostiens. Ioã. Andr. & Cardin. in d. ca. quod in te, quia intentio iurium, quæ permittunt diuina officia cum prædicta moderatione in Ecclesijs, non est excludere alia loca, vt ponderabat Villadieg. vbi supra, imo a fortiori includere illa, vbi regulariter nõ audiuntur ab alijs, pmittendo ea dici in Ecclesijs, vbi solent audiri: & principalis scopus prohibendi diuina officia est, ne audiãtur a laicis, arg. d. c. quod in te. & d. c. alma mater, cũ nõ obstante illo quisque clericus teneatur dicere suum officium. § Dixi, *tempore interdicti generalis*, nã in loco specialiter interdicto, non esset licitum quidquam horum facere, neque clausis ianuis, neque apertis, arg. glo. d. ca. alma verb. ecclesijs. 176 Vndecimo dico, quod non prohibetur oratio matutina, meridiana, & vespertina, quam vocant Aue Maria, neq; benedictio mensæ, [h] neq; ea, q̃ Episcopi iter facientes concedunt Neque prohibetur lectio, neque declaratio psalmorum, [i] aut euãgeliorum, aut aliorum similium, quę in diuinis officijs dicuntur, cum nõ prohibeatur prædicatio, c. respõsio de sent. excom. neq; oratio priuata in Ecclesia, etiam illis ipsis, quorum causa positum est interdictum, licet illi sint interdicti p sonaliter, [i] neq; dare, neq; accipere aquam benedictam in ingressu Ecclesiæ: neq; cãtus laicorum, etiamsi cãtent litaniam, aut psalmos, & laudes Dei, aut ei[9] Sanctorum in suis cõfraternitatibus etiã intra Ecclesias, [k] neq; excommunicare, neq; absoluere excommunicatum absq; stola, & solemnitate sacerdotali, iuxta Innoc. in c. fi. de excess. præl. & Carderinum, vbi sup. neq; etiã introducere puerperam in Ecclesiam ad reddẽdum Deo gratias in illa, etiam cũ confessione generali absque stola, & ornatu sacerdotis, [l] neque consequenter confessio generalis, quam solent facere laici sacerdoti, [m] neque adoratio crucis in die Veneris sancti, [n] neq; recommẽdatio animarum defunctorum, Calder. vbi sup. neq; alia similia: quia nõ sunt diuina officia. Et q̃uis laici nõ possint sepeliri in loco sacro tali tempore, neq; extra illum cum officio diuino, licet sublato interdicto deferri debeant ad illum, & si sepeliantur

[a] *Arg. eorũ quæ inf. nu. 177. dicuntur.*
[b] *Vbi sup. memb. 6. col. 14.*
[c] *Card. in d. memb. 6. col. 20.*
[d] *De irreg. col. 14.*
[e] *Di. mem. 6. col. 12.*
[f] *Verb. interdictum, 6. q. 2.*
[g] *Gl. recep. c. 2. de cler. excõ. facit glos. ordi. c. illud eo. tit. & c. presbyterum 28. dist.*
[h] *Cald. vbi sup. col. 16.*
[i] *Iuxt. Monald. recep. per Angel. verb. interdictum. 6. §. 14.*
[k] *Card. ubi sup. memb. 6. col. 10.*
[l] *Cald. vbi sup. col. 3.*
[m] *Idẽ ibi. col. 14.*
[n] *Idem ibi. col. 15.*

liantur in illo durante interdicto, non sunt extrahendi, iux. gl. receptam, c. a nobis ver. forma de sent excommu. Clerici tñ seruantes interdictum, possunt sepeliri in loco sacro absq; solemnitate: quia id eis permittitur, d. c. quod in te. quamuis sint cõiugati, si cõsuetudo præscripta habet, vt clericus cõiugatus cum vnica & virgine, perinde possit interesse diuinis tempore interdicti, ac alij nõ coniugati, alias non, iuxta dicta supra. [a]

a Eod. cap. nu. 174.

Ad quæsitum, an dictum Calderini de litanijs habeat locum in clericis? Respõdeo habere: quia litaniæ cum cãtu, vel sine cantu absq; solemnitate cõsueta crucis leuatæ, superpelliciorũ, & ordinis procedendi, de quibus loquitur Calder. liceat tam clericis, q̃ laicis: cum prædicta vero solemnitate neutris, licet min⁹ clericis, q̃ laicis: quia hæc sunt diuinum officium, illæ vero nequaquam, per di. sup.

177 Duodecimo dico, quod nõ possunt pulsari campanæ, neq; campanulæ ad horas canonicas, [b] quamuis sic ad alios fines, veluti ad Aue Maria prædictũ, aut ad ostendendũ reliquias, aut notificãdũ horas, aut prædicandum, aut ad aliud, q̃ nõ sit officium diuinum. [c] Vnde fortassis originem duxit Salmanticensis cõsuetudo pulsandi ad interdictum (hoc est ad notificãdum illud) horis quibus finienda erat pulsatio ad primam, & ad vesperas: quæ tamen etsi nostra sententia iam excusset a pœna, & a peccato, ob id qđ potuit sua antiquitate effectum interdictorum quo ad hoc minuere: tamen nõ excusasset in exordio, neq; modo excusaret vbi primum inciperetur, quia esset manifesta fraus, vt ad aliud propositum dixit Calder. [d] neq; etiam potest Episcop⁹ tempore interdicti publice benedicere solemniter cum baculo, & versu, *Adiutorium nostrum, &c.* ſm Calderinum, [e] neque benedicere Abbatem, neq; Abbatissam, neq; consecrare calices, altaria, virgines, neq; benedicere corporalia, & alia ornamẽta ad dicendum missam, neq; vela monialium, neq; ipse, neque parochus possunt benedicere aquam, vt declarauit bene Federicus [f] & Calder. [g] neque cãdelas in die Purificationis, neq; palmas, & ramos in Dñica palmarum, [h] neque missam, quam siccam dicũt, sine cõsecratione, Sylue. verb. interdictum qu. tertia, quia sunt diuina officia. Dixi *Publice*, quia clam ianuis clausis, &c. bene possunt iuxta eũdem, quia nõ sunt, vt ille dicit, sacramenta, sed diuina officia ad faciẽda q̃dam sacramẽtalia: & ideo etiam fieri possunt in festis, in quibus tollitur interdictum, de quibus infra, [i] iuxta Federicum in d. const. tert. & Calder. vbi supra.

i Eod. capi. nu. 182.

178 Decimotertio dico, qđ sola & omnia illa sacraměta, & sacramentalia, quæ ius, aut priuilegiũ exprimit, aut tacite permittit, sunt permissa in loco interdicto, siue interdictum sit generale, siue speciale, iux. Calder. [k] quale est sacramentum baptismi pro paruulis, c. nõ est, de sponsa. & etiam pro adultis, c. qm̃ de sent. excõ. lib. sexto, qualia sunt catechismus, & exorcismus, & vnctio olei, & chrismatis, siquidem in baptismo iubentur hæc fieri, [l] quale etiam est sacramẽtum cõfirmationis, c. rñso, de sent. excõ. & cõsecratio chrismatis, quæ ad id, & baptismum est necessaria, d. c. qm̃, & eadem ratione cõseruatio olei baptizãdorũ. Quale est sacramẽtum pœnitẽtiæ pro infirmis, d. c. nõ est, & etiam pro sanis, d. ca. fi. qui non fuerint excommunicati, neq; interdicti neq; fuerint causa interdicti sua culpa, neq; cõsilium, neq; fauorem, neq; auxilium præbuerint delicto, ob q̃ fuit positum. Siquidem hi nequaquam sũt admittendi ad sacramẽtum pœnitẽtiæ, nisi satisfaciãt prius si possunt, sin minus præbeãt idoneam cautionem, iurãdo, se daturos operã fideliter, vt satisfiat per se, aut per alios. [m] Quale est etiã Eucharistia, siue viaticũ, d. c. q̃ in te, solũ in articulo mortis, glo. d. ca. fi. recepta, & sic nõ põt dari sanis, quamuis sint clerici, & religiosi iuxta Calder. [n] & Philippum. [o]

k Memb. 6. col. 29.

l Ca. accepisti, de cons. dist. 4.

m Dic. c. fi. §. illis.

n In d. mem bro. 6. colu. 22.

179 Quod verum est, nisi haberẽt priuilegia, quib⁹ nõ præiudicaret Bulla S. D. N. Gregorij XIII. trãscripta infr. nu. vlt. licet secũdum ius commune possint sumere, quãdo celebrãt: quale est celebrare semel in hebdomada ad renouandum sanctissimum Sacramẽtum, ca. permittimus, de sent. excom. quale etiã pulsare campanulam, quando fertur ad infirmos, & etiam ostendere ipsum in reditu vbi mos est, [p] partim quia videtur iusti & decorum, d. c. qm̃, partim quia non est de actibus prohibitis, per interdictũ conspectus S. Sacramenti, nisi in missa.

o In d. c. fi. §. adijcimus & § seq.

p Calde. vbi sup. mẽbro 6. col. 19.

b Card. vbi sup. memb. 6. col. 16.

c Cardi. d. membr. 6. col. 14. recepta cõiter in c. fina. de sent. excõ. lib. 6.

d Di. mem. 6. col. 16.

e Memb. 6. col. 16.

f Conf. 3. colu. 2. & 3.

g Vbi supra col. 14. & 15. & seq.

h Calde. d. col. 15.

Quale eſt etiam ſacramentum matrimonij.gloſſ.dict.cap.fin.etiam inter interdictos perſonaliter,& ſpecialiter iux.Cardin.[a] ſed non eſt talis benedictio nuptiarum iuxta Hoſtienſem in d.cap.non eſt, receptum per Communem, ibidem, & Calderin. [b] Non eſt etiam tale ſacramentum extremæ vnctionis, d.ca.quod in te,etiam quo ad clericos,quia quamuis ſint priuilegiati quo ad ſepulturam, non tamen quo ad extremam vnctionē, iuxta Ioan. Andr.d.cap.quod in te,neq; religioſis poteſt dari extrema vnctio ſecundum ius commune.Ncque etiam eſt tale ordinare in loco interdicto,iuxta Innocentium in d.cap.non eſt, neq; extra illum ſi ordinator,vel ordinatus ſint interdicti perſonaliter Panor.ibidem,& melius Cald. [c]

a Dic.mēb. 6.col.25.

b Dic.mēb. 6.col.22.

c Membr.2 col.22.

180 Decimoquarto dico,quod priuilegium audiendi diuina officia tempore interdicti cum prædicta moderatione, non valet ei,qui fuit cauſa eiuſdem, aut cuius culpa,aut fraude fuit poſitum,aut commiſſum delictum,ob quod fuit poſitum: ei autem qui hoc non commiſit,ſi eſt perſona ſingularis, valet, non ſolum pro ſe, ſed etiam pro ſuis familiaribus domeſticis,qui non ſunt fraudulenter re cepti ad audiendum, aut celebrandum cum illo, [d] ſed ſi eſt collegium non valet,niſi collegis,d.cap.licet.

d Cap.licet §. cum conceditur de priui.lib.6.

181 Et quamqnam in alijs materijs per familiares & domeſticos intelligantur mulier,filij,nepotes, ſerui, & famuli illi ſubiecti,qui ratione poteſtatis paternæ, vel dominij degūt cum illo,iux.gl.& determinationem Are.& Fely.in cap.in literis,de teſtibus,in hoc tamen caſu non ſumitur tam late,iuxta Ancharanū,cap. licet,& ſic,noſtro iudicio,in hoc caſu illi tantum intelligendi ſunt familiares domeſtici alicuius,qui eum de more comitantur.Hæc enim ampliatio huius priuilegij fit, ne inutile ſit,vt poſſet eſſe, niſi ſic ampliaretur ad multos, qui ſine comitatu non poſſunt honeſte ad Eccleſiā ire,aut celebrare in ea, iuxta gloſſam ſolemnem quæ penultima eſt,d.c.licet, & commēdata ad pulchram cōcluſionem p Decium. [e] Et ſic clericus qui habet vnū famulum laicum, pōt dicere miſſam in Eccleſiam ſeruiēte illo,ſiue receperit ante interdictum, ſiue poſt, & in eius loc ū ſi ęgrotaret, vel abeſſet, poſſet ſumere alium etiam mere laicum, Carderin⁹. [f] Addo ēt, q priuilegia conceſſa aliquib⁹ religioſis, vt tempore interdicti poſſint admittere ad diuina officia ſuos confratres,intelligūtur de illis,qui licet ſint,& maneant extra monaſteria,tn̄ ſe addixerūt illi ordini mutato habitu ſeculari,aut donarunt inter viuos ſua bona ſuo ordini,ſeruato ſibi q̄diu vixerint vſufructu, c.vt priuilegia de priuil.Eodem modo,q habent priuilegia,quod tempore interdicti poſſint admitti ad diuina officia, poſſunt ſepeliri in cœmeterio,iuxt.Calder. [g] quem ſequitur Angel.[h] licet Federicus [i] in cōtrarium inclinet, cuius opinio facile defendi poſſet,ſi conſideretur ſepultura pro principali,& officium pro acceſſorio,ſicut & opinio Calderini conſiderationē contraria, & tamquam ſauorabilior ſeruanda videtur.

e In c.cum ordinem.de refir.col.2.

f Vbi ſupra memb.6.

g In 6. mēb. col.24.

h Verb.interdictum. 6.§.35.

i Conſil.3.

182 Decimoquinto dico , quod etiam poſſunt fieri omnia diuina officia feſtis Natiuitatis,Paſchæ,Pentecoſtes,& Aſsūptionis Dñæ noſtræ diebus ſolum,& nō octauis,etiam ſine prædicta modificatione,apertis ianuis, campanis pulſatis, & alta voce,excluſis excommunicatis, & admiſſis interdictis:ita tn̄,vt quorū culpa tale interdictum poſitum fuit,non accedant ad altare:qa id expreſſe permittitur.[k] Quod idem poſtea pmiſſum fuit in feſto Corporis Chriſti, & tota octaua per Martinum V. & Eugenium IIII. in ſuis extrauag.quæ legi ſolent intra octaua Virg.Matris in Eccleſia,in quibus dr̄ officium ordinatum per protonotarium Leonardum Nogarolum, & eius miſſa, quæ incipit, *Egredimini* , & non in quibus illud non dicitur , vt monuimus in Enchir. ſiue Manual de ora. & hor. canon.ſiue repet.capit.quanto , de conſec. diſt.pri cap.decimo,nu.ſexto .

k Per c.alma mater i §.in feſtiuitatibus,de ſent.excō. lib.6.

183 Decimoſexto dico,quod in diebus in quibus a iudice ſuſpenditur interdictum,id omne & ſolum,ad quod ſuſpenditur poteſt fieri in illis: ita quod ſi non ſuſpenditur ad aliud,quam ad ſepeliendum aliquem , aut faciendam certam miſſam, aut certum officium , aut dandum certum ſacramentum (vt ſæpe fit Salmanticæ) non poteſt fieri niſi illud: & ideo cum ſuſpenditur aliquod interdictum ſcire oportet quo ad quantum tempus

tempus, & quo ad quæ officia illud ſuſpenditur, quod tenor ſuſpenſionis nion ſtrabit.

184 Et ſi nouerimus interdictum eſſe ſimpliciter ſuſpenſum in vnum diem, vel dimidiatum, poterimus in eo facere omnia quæ poſſunt fieri, ſi nullum eſſet interdictum. Si autem nouerimus eſſe ſuſpenſum quo ad officia diuina tantum, vel ad aliquot miſſas tantum faciendas, non licebit facere alia: & ita non licebit alia ſacramenta, vel ſacramentalia dare, ſuſcipere, vel facere. In prædictis autem quatuor diebus ſuſpenditur a primis veſperis illorum, [a] vſque ad completorium incluſiue dici, aut octauæ poſtremæ, Archidiaconus, Dominicus & Peruſinus, in c. fin. de ſent. excommun. libr. ſexto, contra gloſ. antepen. eiuſdem.

a Arg. c. 1. & 2. de feriis.

185 Et ſuſpenditur illis diebus, in d. ca. fin. §. feſtiuitatibus de ſent. excommun. lib. ſexto, quo ad omnes miſſas, & omnia diuina officia illorum feſtorum, & quæ-nis alia tam publica, quam peculiaria, & tam ordinaria, quam extraordinaria, iuxta gloſſam receptam, verb. ſicut prius, p Domin. Peruſ. & comm. ibid. quia textus dicit generaliter miſſæ celebrentur, & alia diuina officia dicantur ſicut prius, & quia ſic vſus habet.

186 Et cõſequenter publice poteſt epiſcopus in illis cõſecrare, Abbates, Abbatiſſas, calices, Eccleſias, virgines, corporalia, & alios apparatus altaris, vela, & omnia alia, quæ fieri poſſent ſecreto prædicto tempore, de quibus ſupra. [b] Et quãq; alias nobis viſum fuit, quod die Corporis, & Conceptionis, & eorum octauarũ non poterant peragi, niſi officia diuina eorum feſtorũ, ponderantibus illud verbum, *Huiuſmodi officia*, quod eſt in dicta extrauagãte Martini V. & Eugenij IIII. tũ mens auctoris videtur fuiſſe ſuſpẽdere quoad illos dies tũ, quantũ ſuſpendebatur a iure quo ad prædictos quatuor dies, & etiam amplius, ſiquidem ſuſpendit quoad octauas: & quia videtur ſic eã interpretari cõſuetudo, dicimus permiſſum eſſe in illis omne id, quod permittitur in præfatis quatuor feſtiuitatibus, & etiam in omnibus aliorum Sanctorũ prædictorum ordinum in eccleſijs, in quibus ſuſpenditur.

b Eod. cap. nu. 177.

187 Decimoſeptimo, dico, q̃ nemo tenetur noſtra ætate ſeruare interdictum aliquod, niſi denuntiatum, vt ſupr. dictũ eſt de ſuſpenſione, [c] & de excommunic. [d] per extrauagantem *ad euitanda*, cuius tenor de verbo ad verbũ refertur ſupr. [e] Nec q̃ interdictum eſt in ſe nullum, & nullitas eſt ſufficienter publicata exceptis religioſis, qui debent illud obſeruare, ſi Eccleſia matrix id obſeruat, vt dictũ eſt ſupra. [f] Interdictũ aũt eſt nullum regulariter in eiſdem, caſibus, in quibus excommun. de quibus ſup. eod. c. nu. 4.

c Eod. cap. nu. 163.
d Num. 15. & 35.
e Eod. cap. nu. 35.
f Eo l. capi. nu. 146.

Deci mooctauo, dico, q̃ laicus non dẽ violare interdictum vllũ, quamuis ſit validũ, & denuntiatum, audiendo miſſam, vel alia diuina officia in loco interdicto, etiam ab eo, qui dicendo ea peccet, & q̃uis audiat cum aliquo perſonaliter interdicto, iuxta Caiet. verb. interdicti violatio. §. pen. exceptis quatuor caſibus, in quibus peccaret, q̃uis nõ incurreret irregularitatẽ. Primo cũ ipſemet eſt interdictus perſonaliter, etiã ſi interdictũ ſit generale oppidi eius, quidquid ille dicat, ibidem. Secundo, cum expreſſe, vel tacite eſt cauſa, q̃ illa dicantur, rogando, iubendo, aut præbẽdo ad id cauſam ſua p̃ſentia, & auditione: quia facientes & cõſentientes, &c. [g] Tertio, cum dicit talia officia, qualia dicendo violarẽt clerici, [h] vt ſentit Calder. [i] affirmans, q̃ tali caſu poteſt puniri per iudicem eccleſiaſticũ, quia delictum eſt eccleſiaſticum. Quarto, cum mentiendo aſſerens ſe eſſe clericum minorum, aut habere priuilegium, intraret ad audienda diuina officia vetita, vbi dicebantur clauſis ianuis.

g Arg. c. 1. ad Rom. & c. 1. de offic. deleg. & ſæcit optime gl. ſing. cle. fin. de priu.
h Arg. ratio nis c. paſtoralis, §. 1. de cler. excom. miniſ.
i In dicto membro 6. col. 10.

Decimonono dico, quod monachi, & moniales, qui nullum ordinem habent, peccant mortaliter faciendo officia prohibita clericis: quia merentur includi ob id in alijs monaſterijs ſtrictioribus, quo faciant pœnitentiam, d. c. paſtoralis & licet non incurrant irregularitatẽ, fiũt tamẽ ineligibiles actiue, & paſſiue, iuxta Calder. d. membro. 6. Et a fortiori clerici, qui violant interdictum peccant mortaliter, quantumlibet dubitet Caietan. vbi ſupra, & cenſentur violare, quo ad hunc effectum, quoties faciunt, quod illis eſt prohibitum per interdictum perſonale, & quo ad effectũ incurrendi irregularitatem, illis tantum vicibus quibus ſupra dictum eſt. [k]

k ca. 25. n. 81. & 94.

DE

DE CESSATIONE a diuinis.

188 *Ceſſatio a diuinis quid, & eſt duplex, & in his differt ab interdicto.*

189 *Ceſſatio qualis & cur ponatur poſt interdictum.* 190.

VIgeſimo dico, quod ceſſatio *a diuinis eſt quædam deſiſtentia a diuinis officijs & ab adminiſtratione ſacramentorum*, iuxta mentem Innocentij & communis, in cap. dilectis, de appella. & cap. irrefragabili de offic. ordin. quæ eſt duplex, generalis, quæ fit in loco vniuerſali, vt ciuitate, oppido, aut parochia, & particularis, quæ in particulari, vt in Eccleſia, aut eccleſijs. Quo fit, non eſſe certum, quod aſſerit auctor compendij priuilegiorum: [a] allegans in hoc duos doctores Salmanticenſes, ſcilicet, ceſſationem a diuinis generalem, & interdictū generale eſſe idem, contra mentem Calderini; [b] & Cardinalis, [c] vbi Bonifacius [d] declarat. Tum quia, vt ſupra [e] dixi, ceſſatio non eſt cenſura, & interdictum ſic. Tum quia ſecundum Innocentium [f] receptum ibi per Antoninum, Panormitanum, Peruſinum & Præpoſitū, qui trāſgreditur ceſſationem a diuinis etiā particularem, non eſt irregularis: & qui trāſgreditur interdictum, quamuis ſit generale, ſic: quod optime probat Bonifacius [g] poſt Cardinalē & Imolam, licet Ioan. Andr. in c. ſi canonici, de offic. ordin. lib. ſexto, quem ſequutus fuit Angel. verb. ceſſatio. teneat contrarium, ſed male, vt demonſtrauimus Salmanticæ, repetentes dictum c. dilectis. Tum quia ipſe Angelus verb. ceſſatio, fatetur ceſſationem particularem, non eſſe idem, quod interdictū particulare, neque facere ſui tranſgreſſorem irregularem, [h] ob idque qui habet priuilegium audiendi diuina officia tempore interdicti, non poterit tempore ceſſationis, [i] neque qui habet priuilegium audiendi tempore ceſſationis generalis poterit tempore ſpecialis, quamuis verum ſit, quod interdictum generale, & ceſſatio generalis æquantur quo ad modificationem prædictam, dicto capit. alma, & quo ad rigorem prædictæ clemen. prim. de ſentent. excommunic.

189 Rogati vero cur ponatur ſæpe ceſſatio poſt excommunicationem, & interdictum, quibus non eſt paritum, ſi interdictum eſt fortius illa? Reſpondeo, quod hoc non fit, niſi a ſummo Pontifice: & q illē nō ponit ceſſationem generalē poſt interdictum generale, ſed aliud interdictum ſpeciale, aut ceſſationem ſpecialē, quæ aufert celebrationem diuinorum officiorum etiam clauſis ianuis, &c. Cæterum quando feruntur ſimul interdictū & ceſſatio ſpecialis, ponderandæ ſunt diligenter literæ, & ſecundum eas iudicandum. Tum quia transgreſſor cenſetur irregularis ea ratione, qua eſt interdictū & non ea qua eſt ceſſatio, per prædicta. Tum quia interdicta, & ceſſationes poſita a ſummo Pontifice nonnumquā ſunt ſtrictiora, nonnumquam vero laxiora, q̄ communia, tantum enim, & nō plus obſtringunt, quantum ille vult, ſecundum omnium ſententiam. Alia de ceſſatione vtilia, ſed confeſſarijs non vſq; adeo neceſſaria, tradit nouiſſime vir eruditiſſimus, & clariſſi. Alphon. Aluērez Guererus Præſes Regius in Regno Neapolitano, in ſuo laude digniſſimo Iuris Pontificij, ac Cæſarei Speculo, varia eruditione referto. [k] Qui tamen potius refert, quam probare videri debet Philip. Francum in c. ſi canonici, de offic. ordin. dicentem, ceſſationem generalem poſitam ab habente poteſtatem eam ponendi, vim interdicti ad inducendam irregularitatem habere, quum paulo ante cum communi contrarium recte teneat.

190 Porro, vt quod ad numerum vltimum huius cap. retuleramus, hic opportunius expediamus, multa ſuper interdictorum ſuſpenſione priuilegia ſunt a Se de Apoſtol. conceſſa religioſis, quorum ſummam hoc in loco in vulgari ſcripſeramus, ſed quia putamus ea eſſe ſublata per. [l] Concil. Trident. conſulto etiam ſu per hoc S. D. N. eam prætermittimus, deſiderantes, vt Sanctitas eius faceret illis facultatem ſuſpendendi interdicta in diebus tantum, & non octauis Sanctorū ſui ordinis, modo eadem faceret etiam parochis quo ad dies Sanctorum ſuarum Eccleſiarum patronorum, quam puto faciet, ſi humiliter petatur.

Dixi, *In diebus tantum*, ne nimis eneruetur nernus cenſuræ eccleſiaſticæ.

Dixi, *Modo, &c.* vt ſeruetur æqualitas

&

a Verb. interdictum, 1. §. 17.

b Vbi ſupra memb. 3.

c In cle. 1. §. in ceſſationis, de ſent. excō.

d Num. 4.

e Eod. cap. nu. 164.

f In d. c. irrefragabili num. 4. & in dict. c. dilectis, n. 3.

g In d. cle. 1. nu. 90.

h ca. is qui de ſent. excom lib. 6.

i Arg. cap. priuilegia, 3. d. & ca. porro, & c. ſane de priuileg.

k ca. 37. de eccleſiaſtico interdicto.

l Ca. 18. & poſtremo de reg. ſeſſ. 25.

& concordia, qua, vt poſt Saluſtium, in bello iugur. ait Hieron. etiam paruę res creſcunt, vt diſcordia magnæ dilabuntur. Non arbitror tamen eis ſublata priuilegia ſuper neceſſitate, vel modo præſentandi ordinarijs confeſſarios, quia credimus, quod per præfatum cap. fin. de reg. ſolum tolluntur eis priuilegia contraria iuribus communibus, quæ in capitibus præcedentibus eiuſdem tituli iubentur ſeruari, & in nullo illorum iubetur ſeruari ius commune præſentandi præfatos confeſſarios, ſicut ius commune de interdictis ſernandis iubetur ſeruari, in dicto cap. 12. & alia in aliquibus alijs. Qua ratione idem dicendum eſt de alijs priuilegijs conceſſis eis contra alia iura communia, quæ non iubentur in illis ſeruari. Et hæc quidem de tribus cenſurarum eccleſiaſticarum ſpeciebus, puta excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto dicta ſufficiant. Veniamus nunc ad irregularitatem.

DE IRREGVLARITATE, & de eius multiplicitate, & regulis generalibus.

191 *Irregularitas quid, humanum inuentum eſt, tollitur manente peccato, & eſt quintuplex: nulla mentalis tantum, num.* 192.

193 *Irregularis nemo in dubio iudicādus in foro exteriori, ſed ſic in interiori.*

194 *Irregularitatem non duplicat celebratio, nec tollit bulla communis.*

PRimo dico, quod nomen irregularitas eſt parum Latinum, & generaliter acceptum ſignificat id, quod aliquē extra regulam ponit, quia componitur ab in, pro non, & regularis ſecundū omnes. Sed irregularitas accepta, vt in hac materia ſumitur, definiri poteſt ex mente canonum, & Innocentij [a] communiter recepti paulo cautius, quam definiat Speculator, de diſp. §. iuxta, & Villadiegus, de irregul. Nicolaus, de irregul. S. Antoninus, [b] & Aluarus [c] & alij alibi, *eſſe impedimentum inductum a iure canonico, directe impediens acceptationem ordinum eccleſiaſticorum, aut aliquem vſum eorum quatenus ſunt ordines, etiam poſt pœnitentiam*.

a In ca. niſi num. 7. de renun.

b 3. par. tit. 28. cap. 1.

c De plāct. eccle. lib. 1. 46.

Dixi, *Impedimentum*, pro genere: *& inductum a iure canonico*: ad ſignificandum non eſſe inuentum iuris naturalis neque diuini.

Dixi, *directe impediens*, ad differentiā excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, & aliorum impedimentorum canonicorum, quæ quamquam ordines, & eorum uſum impediunt, quatenus ſunt communicatio, aut ſacramenta, aut beneficia eccleſiaſtica: non tamen quatenus ſunt ordines, ſaltem directe.

Dixi, *Aut aliquem uſum acceptorum*, quia aliqua irregularitas impedit acceptionem, & non uſum acceptorum, & aliqua vnum vſum, & non alium, [d] vt ſtatim dicetur.

d cap. 2. de cler. ægro.

Dixi, *poſt pœnitentiam*, ad maiorē eius naturæ declarationem, & ad ſignificandum poſſe quem abſolui a peccato, quo irregularitas incurritur, remanente ipſa, ſecundum Cardinalem, [e] quidquid innuat extrauagans 1. de priu.

e In clem. dudum. §. ac deinde, q. 8. de ſepult.

Ex quo ſequitur primo, quod recte dixit Innocentius, cap. ad audientiam de homi. omnem irregularitatem inductā eſſe a iure canonico humano, quamuis aliqua eius origo in veteri teſtamento fuiſſet, ſecundum mentem gloſſ. [f]

f §. 1. de cōſecr. diſt. 1.

Secundo, quod incaute Syluester, & Tabienna in principio verb. irregular. ſignificauerunt irregularitatem eſſe ſuſpenſionem, & plus aliquid. Tum quia irregularitas nō eſt cenſura eccleſiaſtica, ſuſpenſio vero ſic, cap. quærenti, de verbo ſignific. Tum quia eſt ſpecies pœnæ multum differens ab illa.

Tertio, quod incautius Speculator, in dicto §. iuxta, ſignificat omnem excommunicatum, & ſuſpenſum, aut interdictū eſſe irregularem.

192 Quarto, quod iuxta mētem textuū (omiſſis multis modis diuidendi Doctorum) irregularitas diuidi poteſt in quinque ſpecies, quæ manant ex quinq; defectuum generibus, ſcilicet, ſacramenti, corporis, animę, lenitatis perfectę, & delicti: quamquam Aluarus Pelagius dixit eſſe innumerabiles, [g] quod verum eſſe poteſt accipiendo eam generaliſſime, ſed non accipiendo ſpecialiter, vt prædictum eſt: quia in ſolis caſibus iure expreſſis incurritur, cap. is qui de ſentent. excommunic. libro ſexto.

g In lib. de planct. Eccleſ. libr. 1. ar. 24. arg. c. fi. 15. q. 1.

Quinto,

Quinto, quod prima regularum, quibus regulãda est irregularitas, est, quod nulla earum incurritur sola voluntate faciendi, nisi fiat id, ob quod imponitur, & ideo nulla est mẽtalis, vt infra dicetur. [a]

a Nu. 226.

193 Secundo dico, quod vt Panormitanus in cap. ad audientiam, de homi. receptus per complures recentiores, dixit in foro exteriori nemo in dubio irregularis iudicandus est, quamuis in interiori secus, in quod est aptus textus in cap. significasti. 1. de homi. Interius autem reputatur non solum forum pœnitentię, sed etiam consilij, secundum Villadiegũ. [b] Cuius differentiæ rõ non est, vt diximus, [c] quod in rebus dubijs nõ sit accipienda pars securior, sed q̃ nemo potest facere absque peccato id, de quo dubitat an sit peccatum, necne, & quod nullus iudex debet condemnare aliquem, de quo dubitat, an debeat condemnari necne, propter ibi allegata, monstrando, quod Innocentius, in d. cap. ad audientiam, non dixit, quod ei Panormitanus & alij imponunt.

b De irreg. c. olum. 43.

c In cap. si quis autem de pœn. dis. 7. a nn. 35.

194 Tertio, quod licet irregularis, qui celebrat, antequam obtineat dispensationem, peccet mortifere, [d] non tamen incurrit nouam irregularitatem. Tum quia Innocentius, in cap. si celebrat. nu. tertio, de cler. excommunic. receptus id dicit primo de irregulari ob defectum corporalem, aut illegitimitatis. Tum qa paulo post idem asserit de irregulari ob magni criminis notorietatem. Tum qa ratio eius scilicet, quod id iure non catur, & quod sedes Apostol. qñ dispensat cum præfatis irregularibus, qui celebrarunt, solũ dispensat super irregularitate, q̃ ante celebrationem incurrũt, militat in alijs. Tum quia firma ratio dictorum Innocentij, quam nec ille, nec alius aduertit, est quod, vt supra diximus, irregularitas non est vera suspensio, nec censura ecclesiastica, & sta celebrans illa irretitus nullam violat censuram, nec aliq̃d aliud, cuius violatio nouam infligat irregularitatem, & illa non incurritur, nisi cum exprimitur, vt mox dicetur.

d Arg. cap. fi. de temp. ordin. & c. inquisitionis, de accus.

Quarto, quod potestas absoluendi a peccatis ad dispensationem irregularitatis non extenditur, Dominicus & Alexãder per illum textum, [e] neque potestas, quæ per bullas Papæ dat ad absoluendũ, vt recte dixit Villadiegus, vbi supra in fine, & probatur latius infra, num. 254.

e In ca. minor. 50. dis.

Quinto, quod nemo fit irregularis, nisi in casibus a iure expressis. Sexto per quam respondetur quæstioni circa hæc propositæ videlicet, quod irregularitas quamlibet occulta, tantum nocet quoad forum conscientiæ, quantum publica, & æque necessaria est dispensatio in vtraque. Nec obstat, quod Castrensis [f] loquens de illegitimitate occulta contrarium teneat. Tum quia nouum, & sine textu, & efficaci ratione dictum, contra Communem, Antoninum, [g] & contra textum fere expressum, cap. nisi. §. personæ, ibi *si tamen culpa latet*, & causa, de renuntiat. Tum quia est contra omnem vsum Ecclesiæ hactenus seruatum. Tum quia communis efficaciter colligitur, ex [h] Concil. Trident. cuius verba sunt, *Liceat episcopis in irregular. tatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur, ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forũ content osum, dispensare, & in quibuscumque occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis delinquentes quoscũque sibi subditos in diœcesi sua per seipsos, aut vicariũ ad id specialiter deputandum in foro cõscientiæ gratis absoluere, imposita pœnitentia salutari. Idem & in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ eis tantum, non eorum Vicarij sit permissum.*

f libr. 2. de leg. pœn.

g In c. 1. de fil. presbyt.

h capit. 6. sess. 24.

Ad quæsitum autem circa hoc dico, eum qui tacita irregularitate occulta ordinatur, & impetrat beneficium, debere occulte dispensationem impetrare: & si scienter accepit possessionem, quia per id incidit in intrusionem, quæ fecit eum inhabilem ad illud, iuxta citata per Felinum, [i] debet facere mentionem de illa in impetratione a Papa, vel certe impetrare habilitatem ab eo, & postea clam collatione ab ordinario, modo non fuisset reseruatum Papæ, quando obtinuit illud, q̃ nos nuper consuluimus.

i In cap. in nostr. corol. 7. de rescri.

Septimo, colligitur ex [k] Concil. Trid. quod in omni irregularitate descendenti ex delicto occulto, & non deducta in iudicium excepta ea, quæ descendit ex homicidio voluntario, potest Episcopus dispensare. Ex quo eodem cap. sexto, nota primo, quod difficilior impetratu est dispensatio super irregularitate occulta

k Dic. c. 6.

homi

homicidij, & mutilationis iuſtorum, q̃ iniuſtorũ nõ voluntariorú, quia illa a ſolo Papa põt haberi, vt clare colligitur, ex dict.cap. ſexto, hæc vero etiã ab Epiſcopo. Secundo, nota textũ expreſſum contra Caſtr. vbi ſupra, ad hoc quod omnis irregularitas deſcendens ex crimine q̃libet occulto, indiget diſpẽſatione, licet hæc dari poſſit hodie ab Epõ Tertio, q̃ per illud non datur Epis vlla poteſtas diſpẽſandi ſuper vlla irregularitate occulta deſcẽdente aliunde, quam ex delicto, & conſequenter, neque ſuper illegitimitate, vt dicitur infra, num. 221.

DE PRIMA SPECIE irregularitatis ex bigamia.

195 *Bigamia quid eſt triplex, & qualibet iuris humani, delebilis a Papa, & ſimilitudinaria etiam ab epiſcopo, quæ non contrahitur a laico contrahente nulliter cum uidua, & 2. ſeqq.*

DIco primo, quod *bigamia eſt ſtatus coniugati cum duabus coniugibus ſiue ante, ſiue poſt baptiſmũ ductis,* [a] de qua ſm gloſſ. in ſumma eiuſdem diſtin. fuit ſtatutum, vt eſſet impedimentũ ordinũ ob quatuor, ſcilicet, q̃ bis coniugatus nõ poteſt apte ſignificare vnionẽ Ieſu Chriſti cũ eccleſia vnica ſua, & ſancta ſponſa, iuxt. caput debitum, de bigam. cuius gl. recepta, verb. Sacramentũ, id late declarat, & quod excellentia Sacramenti ordinis hoc meretur, dict.cap.vna, & quod eſt ſignum incontinentiæ, [b] & quod ad perſuadendam caſtitatem auctoritatem adimit, dicto cap.vna.

Secundo dico, q̃ triplex eſt bigamia, ſcilicet vera, interpretatiua, & ſimilitudinaria, iuxta gloſſ. receptam, [c] quam ſequuntur ibi Antonin. & alij, & dixit antea Rota, quæ in nouiſſime rubricatis eſt prima eiuſdem tituli, deciſ. 447. in nouis, & declarauit, Speculator. [d] Vera eſt eius, qui habuit, & cognouit duas vxores veras, alteram mortua altera, dic. cap. debitum, quamuis vtramque, vel alteram antequam fuiſſet Chriſtianus, habuiſſet. [e] Interpretatiua eſt, quam incurrit is, qui fingitur duas vxores habuiſſe, qualis eſt contrahens cum vna ſola, ſed vidua, aut cum corrupta per alium, [f] ſecus ſi per ſe, gloſſ. recept. in dict.ca. fin. de bigam. & cap. ſecundo, de cler. cõiug. Idem ſi cum virgine, quam poſt commiſſum adulteriũ ab ea, cognouit, [g] quãuis per ignorantiam id contingeret, gloſ. receptin d.ca ſi cuius, Panor. in c. ſi vir. de adult. qualis eſt etiã contrahens cũ vna validũ matrimoniũ, cũ alia inualidũ, aut cũ duabus de facto, cũ neutra valide, ob aliquod impedimentũ viuentibus ambabus, aut cum vna, mortua altera. Similitudinaria eſt, quã incurrit ordine ſacro inſignitus, vel voto ſolẽni adſtrictus cũ aliqua etiam vnica contrahens, & conſummans, [h] licet illa ſit virgo, vt ſentit Angel. [i] cui conſentiũt Sylueſt. verb. bigamia in princ. & S. Anton. [k] Primo, per. di. ca. quoquot. Secundo, quod licet neq; de iure, neque facto cõtrahat cum duabus, vel vna corrupta valide, tamen habet affectũ contrahendi cum opere ſubſequuto, poſtea quam per ordinẽ ſacrũ, vel votum ſolemne contraxit ſimilitudinarie cum Chriſto. Dixi, *Ordine ſacro inſignitus, vel voto ſolemni adſtrictus*, ad ſignificandum q̃ nec laicus, nec minoribus tñ initiatus contrahens cum vidua, ſiue corrupta, inualide, ſiue nulliter p̃p aliquod impedimentũ efficitur irregularis, vt in ſacra pœnitentiaria nuper cõcluſum fuit. Tum quia nullo iure id cauet, & irregularitas non cõtrahit, niſi in caſibus a iure expreſſis. cap. is qui, de ſent. excom. lib. 6. Non obſtat Rota, [l] quæ p c. fina. eiuſdẽ titul. tenuit contrarium in clerico minorũ ordinũ, quia non aduertit integram rationẽ decidendi illius c. final. eſſe prædictã quæ ceſſat in tali clerico. Tũ quia non obſtat cap. nuper, eod. tit. quia loquitur de presbytero, & verb. *clericis*, in eo poſito addit Innocentius, *conſtitutis in ſacris*. Nec etiam obſtat d.c. fin. quia loquitur de ſubdiacono, nec rõ in eo expreſſa, ſcilicet, quod habuit affectum cõtrahendi opere ſubſequuto, qa non eſt integra, ſed integranda ſupplendo (& quia iam ſimilitudinarie contraxerat cum alia) quæ ſuppletio colligitur ex ipſo textu, nõ fruſtra loquẽte de ſubdiacono, cui eſt annexum votũ ſolenne caſtitatis, ca. a multis. de ætat. & qualit.

196 Tertio dico, quod non incurrit qs ſine matrimonio de iure, aut facto cõtracto, eo quod habeat concubinas etiã mul-

a Ca. acutius, 26. diſt. gloſ. cuna, ead. diſt.

b cap. propoſuiſti. 82. diſt.

c In cap. 7. de bigam.

d Di. diſt. pen. §. iuxt. nu. 6.

e Dict. cap. deinde et c. acutius 26. diſt.

f cap maritum. 33. diſtinct.

g cap. ſi cuius 24. diſ.

h cap. quotquot. 27. q. 1. & c. ſi de bigam.

i Verb. bigam. §. 9.

k 3. par. tit. 21. c. 1.

l Deciſ. 1. & bigamia.

multas,etiamſi eas coniugatus cum vna ſola virgine haberet,cap.penis de bigami.& ca.fin.34.diſtinct. neque eo quod cum deſponſata alteri per verba de præſenti matrimonium contrahat,modo ad huc illa virgo eſſet,cap.debitum, de bigam.neque etiam ſi cum multis contraheret,ſi non haberet copulam, niſi cum vna tantum.

Quarto dico, quod qui matrimoniũ cum muliere ſcurrili,ſerua,aut cum publica fabularum actrice contrahit, non eſt bigamus,ſi erat virgo,quamquã mortua illa, non debet ordinari. [a]

197 Quinto dico, quod quidquid aliq dicant, pro certo habetur, poſſe Papam cum bigamis diſpenſare ad ordines, vt ait Innocentius, in c.2.de bigam.& cap. ad audientiam,de homi. & S.Thomas [b] quem ſequitur Ancharan.in c.primo de bigam.& Rota, [c] & communis habet in omni bigamia poſſe Papam diſpenſare: quia omnis irregularitas ſolo iure humano introducta eſt, licet fuerit inducta a S.Paulo, [d] quamuis in vera non ſoleat, neque poſſit ſine magna cauſa ordinaria poteſtate diſpenſare,iuxta Rot.in p̃dicta deciſ.447. In interpretatiua vero, & ſimilitudinaria ſolet,& iuſte poteſt ſaltem cum iuſta cauſa.

Sexto dico, quod nemo alius a Papa in vera,vel interpretatiua ad ordines ſacros poteſt diſpenſare,iuxta omnes, neque ad minores, iuxta Ioann.Andream, Ancharanum & Philippum [e] quamquã S.Thomas [f] & Sylueſt. [g] oppoſitum dicant, & Rota, [h] quorum opinio admitti poſſet quo ad vſum ordinum ſuſceptorum, arg.dict.cap.lector.ſed non ad acciendum nouos.

Septimo, quod ſuper ſimilitudinaria ſi illa erat virgo, Epiſcopus diſpenſare poteſt, cap.prim.cui gloſſ.qui cleric. vel vouent. quod ibi tenent Panormitanus cum Cardinali, Præpoſito & communi.

a ca.ſi quis viduam,2.24.diſt.

b In quolib.4.art.8.

c Quæ in nouæ rubricatis ẽ prima eiuſdem ti. deciſ. 447.

d capit. lector. cũ glo. 34.diſt.

e In c.1.de bigam.li.6. vbi bonus textus, & ibi Domin.

f In 4.diſt. 27.

g Verb. bigam.q.6.

h In d.deciſ.447.

DE SECVNDA SPECIE irregularitatis ex defectu corporali.

198 *Irregularitas ex quali defectu membri,vel uiſus naſcatur: & quæ quo ad ſnũ officiũ,& nõ quoad aliud. In qua ſolus Papa diſpenſat. nu.199. & 200.*

201 *Irregularitas illegitimitatis quos notat & a quo tollitur.*

202 *Irregularis quis minor,æger,obſeſſus, lunaticus,furioſus, hermaphroditus, numer.203. ſeruus,infamis,& abſtemius.204.*

DIco primo, quod defectus cuiuslibet membri principalis contingẽs ob culpam inducit ſecundæ ſpeciei irregularitatem, [i] quamuis mẽbrum ſit occultum, neque facultatem vtendi ordine impediat,ut ſunt pudenda, [k] quamuis quis ſibi non abſcindat, ſed alius ſua culpa:quia iuſſit, aut rogauit, aut quia rei illicitæ dans operã id caſu perdidit, argum.cap presbyt.cap.continebatur de homicid. vt ait Hoſtienſis, in ſumma de corpor.vitia.§.Et quæ & in cap.ex parte eodem titul quem ſequuntur Ioannes Andreas & Communis determinauit de eo, cui maritus mulieris, cum qua fuit deprehenſus, pudenda abſcidit,& a fortiori,ſi iure a iudice abſciſſa fuere, cap. qui fin.de tempor.ordin.

i capit.1.ſi euangelica 55.diſt.

k ca.ſi quis abſciderit c.ſeq.55.d.

Secundo dico, quod etiam defectus partis membri, quam ipſe per indignationem abſcidit,eam inducit, [l] quamuis facultatem naturalem bene celebrandi non adimet ſi eſt notorium, quod per indignationem, & impatientiam fecit, & alias non,iuxta Antoninum & Cardinalem in cap.fin.de corpore vitiat. quãquam de eo Villadiegus dubitet,vbi ſupra,& poſſunt conciliari dicendo, quod non eſt irregularis ob defectum mẽbri, ſed ob notorietatem peccati, quod ſe abſcindendo commiſit,dicto cap.fin.

l Capit.qui partem.55. diſt.

199 Tertio dico, quod neque imbecillitas membri, neque eius defectus contingens abſq; propria culpa (niſi impediat celebrationem) irregularem efficit,qualis eſt illius, cui conſilio medici,aut chirurgi propter valetudinem, aut ab infidelibus,aut ab inimicis ſine ſua culpa abſcinditur. Qualis illius,qui natus fuit ſine pudendis,aut poſt per vim a parentibus,aut alijs caſtratus. Qualis claudicatio eius,cui ſcipio in altari non eſt neceſſarius, gloſſ.ca.ſi quis in infirmitate.55. diſtin. Qualis macula oculi,quæ nõ priuat uiſu, neque notabilem deformitatẽ tribuit, cap.ſecundo de corpore vitiat. Qualis gibbus, & nimia magnitudo alterius,

terius,aut vtriuſque oculi,ſi non ſint notabilis deformitatis.

Quarto dico,quod verum videtur, q̃ iampridem reſpondi,ſcilicet,quod quãuis monoculus ſit irregularis,dicto cap. ſi euangelica, non tamen qui caret viſu oculi dextri, qui alijs videtur ſanus, & ſiniſtro quantum ſatis eſt ad bene celebrandum cernit, licet gloſſa [a] idem de carente oculo,& de carente eius viſu videatur cenſuiſſe, etiam ſi integer appareat,ſecundum Alexandrum [b] & Vuendel. [c] quod teneri poteſt de oculo ſiniſtro, quem ſtylus Romanus oculum canonis appellat, cum eſt neceſſe videre eo,vt canonã miſſæ ſine indecora,& nimia faciei ad populum conuerſione legere poſſit,alias ſecus, quod nuper conſuluimus ei, qui viſu dextri oculi tantũ valebat, vt ſine tali conuerſione legere poſſet,magis enim deformitas,quam defectus viſus videtur in hoc expenſus, & ideo caput, ſi euangelica, diſponens de carentia oculi, quæ grauem inducit deformitatem, non extendendum ad carẽ tiam viſus, quæ eam non facit, argum. cap.odia, de reg.iur.libro ſexto.

200 Quinto dico,eſſe errorem vulgi dicere oportere eum,cui abſciſſa ſunt virilia ea arefacta, aut in puluerem redacta ſecum geſtare ad celebrãdum, vt ait gloſſ.ſing. recept.in c.eunuchus,55.diſt. & Hoſtienſis, in ca.fin.de corpor.vitiat. dicit melius etiam fore, quod nonnulli neque virilia geſtarent,cuius falſum dictum eſt verum,quando ob illud non eſſent irregulares.

Sexto dico, quod quilibet defectus, aut imbecillitas cuiuslibet membri, q̃ inhabilem facit ad celebrandum ſaltem ſine notabili horrore, deformitate, aut ſcandalo, irregularem efficit,ſiue incuratur culpa,ſiue ſine ea,cap.penul. & ca. fin.de corpor.vitiat, quæ eſt regula Panormit. [d] quam dixit ſingularem Villadiegus [e] quod ipſum de membro ſuperuacaneo, aut nimis grandi dicendum, argum. gloſſ.dicto cap.qui partem. Quis autem defectus,aut deformitas ſit talis, determinabit Epiſcopus,iuxta Innocentium [f] per ca.2.eiuſdem tituli, receptũ per Cardinalem & Antoninum, & non confeſſarius, neque alius prælatus eius qui eſt ordinandus,quamuis ſit religioſus, Sylueſter, verb.corpore vitiat q.1.

Septimo dico,quod defectus,aut exceſſus membri, qui aliquem efficit inhabilem ad exercendum aliquod officium eccleſiaſticum,efficit irregularem ad illud,non autem,ad aliud, ſecundum Panormitanum [g] per illum textum. Exemplum de clerico, qui eo quod membro aliquo captus ſit,non poteſt miſſare, ſed ſic pœnitentes abſoluere, & aliqua alia officia exercere. Quod verum nobis videtur,quando non incurriſſet eum ſponte,aut ſua culpa,iuxta Villadiegum [h] & probatur per ſupradicta, quo ad iam in ordinatos, non autem quo ad ordinandos,arg.cap.fin.de corpore vitiat,& notãt,ibi per gloſſ.& argum.cap.2. de cler. ægrot.& nota,ibi per Panorm.& gloſ.in cap.forum, de verb ſignifi. quod etiam ſenſit eruditiſſimus R.D.Symachus, in tract. de irregul cap.2 & alijs locis.

Octauo dico, quod in illa irregularitate ſolus Papa diſpenſat, ſecundũ Innocentium [i] receptum a Ioann.Andrea & Antonino, in cap.ſignificauit de corpore vitiat. licet Villadiegus, [k] Sylueſt. [l] & aliqui alij contrarium teneant.

201 Nono dico,quod defectus naliũ, ſiue,vt ita dicã, illegitimitas,qui ad defectum corporalem redigitur, includit omne illegitimorum genus, gloſſ.ca.niſi cum pridem de renuntiat.verbo manſeres,& c.per venerabilem,§ quod autem qui filij ſint legit. & omnes facit irregulares,cap.primo,& finale,de fil.presbyt. quamuis eorum defectus occultus ſit, & publice habeantur pro legitimis, quales ſunt multi, quos coniugatæ ex adulteris habuerunt,adeo quidem,vt qui ſcit, aut credit per dictum matris ſe talem eſſe,legitimationem occultam debet petere,quæ facile illi conceditur, iuxta Antoninum poſt Hoſtienſem: in dicto ca. primo, quamuis matri adulteræ credere ſi nolit, non teneatur, iuxta eoſdem ibidem,& dicta ſupra. [m]

Decimo dico,quod in hac irregularitate ſolus Papa ad ordinem ſacrum, dignitatem,& beneficium curatum diſpẽſat,ſed ad minores,& vnum beneficium ſimplex poteſt etiam Epiſcopus, [n] & ꝓfeſſio religionis ad omnes ordines, cap. primo,de fil.presbyt.non tamen vt poſſit eſſe prælatus, aut prælata, [o] etiam

cum

a In c.2.de verb.ſignif. lib.6.
b In c. hinc etiam 149. diſt.
c In 4.diſt. 25.q.1.col. 18.
d In c.2.de cler. ægro.
e De irreg. col.39.
f In c.1.de corp.vitiat.
g In c.2.de cler. ægra.
h Vbi ſupra col.39.
i In c.1.de re iud.li.6. et in c.2.de corp.vitiat.
k Col.49.
l verb.corp. vitiatur, q. final.
m Ca.16.a nu.45.& alia ſup hoc vide ſupra num.49.
n c.1.& 2. de fil.presbyt.lib.6.
o Pal.in 4. diſtin. 43. q.4.

cum dispensatione Episcopi, secundum Villadiegum, vbi supra, & efficaciter ꝓbatur per ca. primũ, de fil. presbyt. verb. nullatenus, adiuncta gloss. fin. clem. vt hi qui verb. nullo modo, de ætate & qualitate, quatenus habet, *per verba illa, Nullo modo, tolli potestatẽ dispensandi Episcopis.*

202 Vndecimo dico, quod ætatis defectus, qui etiam ad defectum corporalẽ reducitur, dum durat, irregularem facit iuxta Villadiegum. [a] Quæ vero ætas in ordinãdo requiratur dictum est supra. [b] Et quamquam ordinatus ante legitimã ætatem characterem accipiat (licet sit infans, & ordinetur presbyterio iuxta Archidiaconum) [c] non tamen ordinũ exsequutionem, neque priuilegia ad eã pertinentia, quamuis sic ad characterem spectantia, qualia sunt canonis, & fori, iuxta dictũ cap. si quis suadente, & ca. 2. de foro compet. & clem. vt hi qui de ætate, & qualitate verbo. constitutus iuxta gloss. clem. fin. de ætate & qualitate.

Duodecimo dico, quod in hoc defectu solus Papa dispensat, iuxta gl. & Cardinal. ibi. quamuis sit religiosus non obstantibus priuilegijs, quæ videntur exclusa per Concil. Trident. [d]

Decimotertio dico, quod lepra, quæ etiam ad hunc defectum corporalem redigitur, irregularitatem inducit, & non solum susceptionem ordinum, sed vsum susceptorum impedit, cap. cũ percussio. septima, quæst. prima, & cap. de rectori, & cap. ex parte, de cler. ægrot. quod ipsũ in qualibet alia corporis infirmitate, q̃ notabile scandalum ordinum vsui præbet, videtur dicendum, saltem quo ad actus, in quibus id facit, arg. l. illud, ff. ad l. Aquil. & cap. 2. de translat. prælat. & in hac solus Papa dispensat. [e]

203 Decimoquarto dico, quod qui patitur epilepsiam, quam quidam appellãt epilentiam, alij morbum caducum, [f] arreptitius item, energumenus, aut dæmone obsessus, est irregularis, iuxta Aluarum [g] qui dicit epilepsiam duplicem esse (quod ille philosophice declarat) & quod solus Papa super ea dispensat, [h] & adeo est irregularis, vt semel hoc morbo infectus, numquam amplius possit ordinari, quamuis omnino sanus appareat, [i] neque qui iam ordinatus est, si sæpe decidit, neque etiam si raro, modo spumas ore vomat, celebrare põt alias sic, vt colligitur ex cap. communiter, & duobus sequent. [k] si forte morbo corriperetur, dict. c. illud & d. c. nihil, exceptis obsessis a dæmonibus, qui numquam celebrare debent, vt sentit S. Antoninus, [l] & ꝙ dicitur de epileptico, idem de amente, lunatico, & furioso, inxta eundem ibi dem, dicendum est.

Decimoquinto dico, quod Hermaphroditus, qui est vtroq; sexu præditus, nõ est capax characteris, si sexu femineo magis quã virili præstet, & licet sit eius capax, si magis virili, quã fœmineo pollet, non debet tamen ordinari, [m] secundum S. Antoninum [n] receptum, quia est monstrum, & in hac solus Papa dispensat, per prædicta.

204 Decimosexto dico, quod est irregularis seruus, sic vt non possit sine facultate sui Domini ordinari, & si cum illa ordinatur, fit liber, illo vero ignorante, vel eõtradicente manet seruus sicut antea, si non initietur nisi minoribus. Et si initietur subdiaconatu, vel diaconatu se liberare potest, dato alio seruo æquali sui loco, aut iusto pretio soluto. Ad presbyterium autem ꝓmotus, manet liber dato suo peculio, aut redimendo se, si peculium non habet, & si nec illud habet, nec hoc facere potest, satisfaciet præstando Domino obsequia non indecentia presbytero, iuxta S. Antonin. vbi supra sexto cap. sexto §. & colligitur, ex ca decimosecundo, & decimotertio, & cap. nulli, & cap. ex antiquis, & cap. frequens, 54. dist. & toto titulo de seru. non ordin.

Decimoseptimo dico, quod infamis tam facti quam iuris infamia, est irregularis, cap. infamibus cum gloss. & not. ei per Franc. de regu. iur. libro sexto, & secundo iuncta gl. fin. de ordin. cogn. & ca. ipsi Apostol. 2. quæst. 7. in qua, cum nascitur ex infamia iuris, solus Papa dispẽsat, iuxta Villadiegum [o] nisi quando Episcopus dispensat super delicto, ad quod sua facultas se extendit, accessorie infamiam demit, iuxta glossam singularem, [p] cui similis in cap. Domino, [q] & ea, quæ post Decium dicimus, [r] in ea vero, quæ nascitur ex infamia facti, qualis est illa, quæ nascitur ex crimine graui notorio, etiam Episcopus dispẽsat, vt dictum est supra. Quin etiam pœnitentia iusta, & emen-

a Vbi supra col. 39. facit, c. fin. de tempo. ordi. lib. 6.
b cap. 25. n. 106.
c In capi. si quis suadẽ te 7. q. 4.
d Sess. 23. c. 12. de refor.
e Arg. not. in cap. at si cler. §. 1. de iudi. & Vil lad. vbi supra, col. 48.
f cap. in literis, 7. q. 2.
g De plãct. eccle. lib. 1. c. 48. litera F.
h Per not. in d. c. at si cler. & Vil lad. ubi supra col. 48.
i Arg. §. fi. 15. q. 1.
k 53. dist. & c. illud. cap. nihil 7. q. 1.
l 3. par. tit. 28. ca. 5. & Villad. col. 42. ubi sup.
m Arg. ca. illeteratos, 36. di. & c. fi. dist. 49.
n Vbi supr. ca. 19. §. 5.
o Vbi supra col. 50.
p ca. Euphemium, §. 1. 2. q. 3.
q 50. dist.
r In c. at si, §. 1. de iud.

emendatione vitæ interdum aliqua tollitur,quia omnis res per quaſcumq; cauſas componitur, per eaſdem diſſoluitur, cap.primo,de reg.iur.& cap.teſtimoniũ de teſtibus & gl.cap.primum 25.d.in fi.

Decimooctauo dico,quod qui vinum non poteſt bibere,quin euomat, eſt irregularis, gl.ſing.de cap.ipſi Apoſtoli.cum quo etiam Papa non poſſet diſpenſare, niſi teneatur eum poſſe diſpẽſare,vt qui celebrat,non ſumat ſub vtraque ſpecie,[a] de quo tractare hic non conuenit : non uideo tamen, cur is non poſſit promoueri ad ordines minores , cum non teneatur communicare ſub ſpecie vini, etiam ſi ſeruaretur, capit. peracta [b] quo gloſſa illa mouetur .

a Contrac. comperim[9] de conſecra diſt,2.& c. illiteratos diſt. c.fi.de tempo. ord. lib.6.

b De conſe. diſt.2.

DE TERTIA SPECIE IRregularitatis ex aliquo defectu animæ.

205 *Irregularis quis Idiota,Neophytus, et quis diſpenſat.*

DIco primo, quod idiota ſine illiteratus, penitus ignarus literarum , eſt irregularis,[c] de quo late dixi in prælectione. [d] Nunc autem addo Concil. Trident. [e] quod videtur facere irregularem, etiam ad primam tonſuram eum qui neſcit legere & ſcribere , & ad quatuor minores,eum , qui ſaltem Latinam linguam non intelligit .

Secundo dico,quod raro,aut nũquam in hoc defectu directe Papa diſpenſat , quamquam ſic indirecte diſpenſando ſuper ætate neceſſaria ad diſcendum,vt dixi, [f] de amentia vero , & defectu iudicij continuo, vel interpolato ſupra ſ meminimus .

Tertio dico, quod defectus fidei irregularem facit, ita ut qui non eſt baptizatus non eſt capax ordinis , [h] quamuis ſit catechumenus & ſanctus : quia character ordinis præſupponit characterem baptiſmi ,iuxta Ioannem Andream , & communem, [i] neque baptizatus ordinatur, licet capax, ſi eſt hæreticus , aut fautor hæreticorum , quamuis ſit iam conuerſus, [k] neque etiam filius hæretici , qui talis exceſſit vſque ad ſecundam generationem per lineam virilem , aut vſq; ad primam per fœminea,dic.§.hæretici, & c ſtatutam,2.eod.tit.& lib. Neq; Sarracenus,Iudæus, aut Paganus, Neophytus,ſiue recenter conuerſus, aut baptizatus. [l]

c cap.illiteratos,36.d. d ca.ſi quã do, deſcrip. 13. e Seſſ.23.c. 4. de reſor. f In d.prælect.capit.ſi quando de reſcript.exceptt.19. g §. proximo.

h ca.1.& c. Veniens,de presby. non baptiz. i In d.c.1. k c.ſi quis omniũ 1.q. 7.& c.2.§. hæretici, de hæret. li.6.

Dixi, *recenter conuerſus*, & non nouus Chriſtianus : qa vulgus nouos Chriſtianos appellat etiam ab hinc plus decem, viginti , triginta , & quadraginta annis conuerſos , in quibus hoc locum non habet , argumen.cap.eam te de reſcript. vbi Felyn.num.2. & minus in eorum filijs , quos etiam praua nonnullorum conſuetudo nouos Chriſtianos appellat : quamuis ſtatutis aliquarum Eccleſiarum a ſede Apoſtolicá confirmatis aliud ſtatutum ſit.

l ca.1 & 2. 84. diſt. & conſtituit, 17.q.4.

Quarto dico, quod in his irregularitatibus defectus animæ ſolus Papa diſpenſat,argumentum eorum, quæ ſupra proximo, § dict.ſunt,& notatur in §.primo , capitulo at ſi , de iudic. neque ille ſatis bene poteſt in defectu iudicij continui, vt ſentit Baldus , In cap.cum adeo numero decimo,de reſcript.neque in defectu baptiſmi : quia ea iure naturali, aut diuino in eo , qui eſt ordinandus requruntur,iuxta illa, quæ adduximus , in dicto cap.ſi quando except.10.

DE QVARTA SPECIE irregularitatis ex homicidio iuſto ob defectum perfectæ lenitatis .

206 *Deformare hic capitur pro occidere , vel mutilare circa irregularem ex homicidio,& ſeq.*

209 *Irregularis eſt ex defectu perfectæ lenitatis omnis,& ſolus qui.& 210.& ita iudex,accuſator,teſtis,&c.qui fuerunt cauſa deformationis ſecutæ, nu. 212.& 214.*

211 *Cauſa propinqua deformationis quid & quotuplex, & multa illata & ſeq.*

212 *Intentio virtualis ſpecialior neceſſaria ad irregularitatem iuſtam quam iniuſtam.*

213 *Irregularis deformans ob defenſionẽ parentum , & patriæ,&c. non aut m denuntians , &c. num.214. & quid adiuuans chirurgum deformantem , num.218.*

215 *Irregularis non eſt ſic dans arma horũ,iuuans,pugnans,&c.contra Alua-*

rum Pelagium. Et quis ferens ligna, parans funes, & alia ad deformandum, & seq.

217 *Dispensare nequit Episcopus cum irregulari iusto, & cum male ordinato, num.241.*

DIco primo, quod hæc oritur ex occisione, vel mutilatione membri hominis in casu licito: quia visum est ecclesiæ non posse eum satis referre lenitatem, atque mansuetudinem D.N Iesu Christi (qui propter nos suum propriũ sanguinem fudit, & morti se tradidit) q occidit, vel mutilat etiam licite, per dicta S.Thomæ. [a]

a 2.2.q.40 art.2.

Secundo dico, quod illa sola pars hominis dicitur membrum, quæ officium per se distinctum habet, vt manus, pes, auris, [b] quare digitus non est membrũ, sed pars membri, iuxta Bartolum receptum, [c] quæ firmiter sequimur contra Caietanum, [d] licet eũ sequatur Sotus. [e] Primo, quod a communi opinione præsertim recepta, non est discedendum sine textu aut ratione necessaria, [f] qualia ipsi non afferunt. Secundo, quod Caietanus confitetur, quod ille, cui vnus digitus abscinditur, sine quo bene celebrare potest, non est irregularis, & consequenter non perdidit mẽbrum, cum amissio membri apparentis irregularem faciat, iuxta omnium mentem. Tertio, quod [g] habetur, quod habens abscissum vnum digitum, habet abscissam partem membri, & non ipsum membrum. Et in l.non sunt liberi, ff.de statu homin. innuitur habentem æquo plures digitos, non habere æquo plura membra. Quarto, qđ falsum est id quod Caietanus pro se adducit, scilicet, quod vt sit membrum, nõ est necesse, vt habeat officium distinctũ ab alijs membris, & satis est, quod sit socius, & adiutor in illo officio faciendo: quia etiam pars digiti manum in suo officio iuuat, attamen non est membrum, vt ipsemet fatetur: tum quod capit.primo de corp. vitiat, ab ipso citatum, potius pro nobis, q̃ pro eo facit, q̃q̃ neutrã partem probat. Quinto, quod nõ est verum id quod assumit, scilicet, testiculos hominis sine parte genitali membrum per se facere: quia quamuis, qui sua culpa eos amisit, non possit ordinari, non tamen ex eo sequitur esse membrum: nã non potest ordinari, qui sua culpa partem digiti amittit, [h] quam tamen non esse membrum ipsemet confitetur. Sexto, quod nullus æquus iudex iudicare auderet, quod statutum irrogans magnam aliquam pœnam in abscindentem alteri membrum, includat digitum abscinden tem: nam & Felinus in d.cap.cum illorũ de sentent.excommunic. ponens sex casus, in quibus digitus habetur pro membro, oppositum pro regula ponit. Monemus tamen nulla esse glossam, quæ hanc conclusionem Bartoli expresse teneat, licet Soto fuerit visum id tenere glossam clemen.1. de homicid. quæ tamen nihil tale habet, nec vllus nostrorum eam in id citauit.

b Arg.c.singu.89.dist.
c In l.2.ff. de publ.iud 2.2.q.95 art.1.
d lib.2.q.5. art.1.de iust. & iur.
e Iuxt.c.de quibus. 20. dist. & Ioa. And.recep. in c.i. de cõstitut.
f
g In l.item Offilius,ff.d adilit.edic.
h c.qui partem,35.dist. & c.a.1. de corpor. vitiat.

Tertio principaliter dico, quod quãuis paria sint quoad hoc, interficere, & membrum abscindere, clem.1. de homicid. non tamen sunt paria abscindere illud, & debilitare, etiam adeo, vt nihil eo facere possit, secundum Cardinalẽ, Panormitanum & Præpositum In ca.1. qui cleric. vel vouent. post Calderinum ibidem, quia saltẽ excusat a deformitate. 207 Contra quod tamen facit, quod itẽ Panormitanus, quem sequuntur Angel. Syluester, & quidam alij, contrarium tenuit, asserens, quod clem.1. de homicid. quæ de hoc loquitur, pro diuersis ponit mutilare, & truncare: & quod per mutilare intellexit debilitare. Pro quo facit, quod Bonifacius [i] ait, quod irregularis est, qui facit alium irregularem, ideſt, inhabilem ad sine scandalo celebrandũ, quæ duo assumpta esse falsa, iampridem probauimus Conimbricæ. Tum quia præfata clement.prima, non habet truncare, sed solum mutilare, vt palam est. Tum quia [k] irregularitas non contrahitur, nisi in casibus a iure expressis, e quibus non sunt illi, quos ipsi de suo addũt. Tum quia iura statuentia irregularem eum qui occidit, aut mutilat, oppositum de debilitante significant, arg.ca.nonne, de præsumpt. & l.cum prætor.ff.de iud. Tum quia generans filium extra matrimonium, irregularem facit, cap. primo, de fil.presbyt. non tamen est ob hoc ipse irregularis: & iudex furem furti damnando, facit eum irregularem, [l] ipse tamen ob hoc non est irregularis.

i Ea.clem. 1.col.6.
k vt supra dictum est. nu.194. & 192. per c. ii qui de sẽtent.excom. lib.6.
l cap.tantis Daniel 81. dist.& cap. omnipotes, de accusat.

Tum

Tum quia membrum aridum uere est membrum, ut habetur, *si cuius manus arida est, membrum quidem est, licet inefficax.*

208 Quarto dicò, quod ad maiorẽ breuitatem vtemur hoc verbo deformare, loco illorum verborum occidere, & mutilare membrum, & non absre, quia vterque potest dici deformator. Mutilator quidem: quia tollit formam figuræ accidentalem. Occidens autem: quia tollit formam substantialem, [a]

209 Quinto dico, quod omnis, & solus ille est irregularis huius speciei, qui iam baptizatus, *hominem deformat in casu licito, alio quam infirmitatis, aut dat causam propinquam deformandi aliquem aut saltem, vt citius deformetur, quam alias fuisset deformatus, extra necessitatem ineuitabilem suæ vitæ defendendæ.*

Dixi, *iam baptizatus*: quia per mortem iustam anteriorem irregularitas nó incurritur, [b] secundum Panormitanum & Præpositum in cap. gaudemus de diuort. Cardinalem [c] quem secuti sumus cum glo. [d] & Innocentium, in d.c. gaudemus, & Villadiegum [e] non quia infidelis sit incapax omnis irregularitatis, est enim capax bigamiæ, [f] sed quia iura solum constituerunt hoc de actibus baptizatorum dict. cap. si quis viduam. Per quod soluitur argumentum, quod ad oppositum tenendum Villadiegum induxit. [g]

Dixi, *deformat*: quia nisi deformatio sequatur, non incurritur.

210 Dixi, *hominem*: ad includendum eum, qui deformat Sarracenum, aut alium infidelem, & excludendum eum, qui solum corpus mortuum, aut antequam animetur deformat, ob dicenda. [h]

Dixi, *in casu licito*: quia qui in alio hoc facit, hanc irregularitatem non incurrit, sed aliam prioris speciei, scilicet, delicti. [i]

Dixi, *alio quam infirmitatis*: quia deformitas ob illam inducta deformatorem irregularem non facit, neque deformatum, si per hanc facultas recte celebrandi non adimatur, [k] quorum tñ nullũ loquit de deformatore: sed solũ de deformato. Quod aũt idẽ sit dicẽdũ de deformatore, colligit ex dicẽdis infr. 217.

Dixi, *aut est causa generaliter*, ad includendum quatuor causas, scilicet efficientem, materialem, formalem, & finalem, de quibus infra. [l]

211 Dixi, *propinqua*: quia non sufficit esse remotam, [m] causa uero propinqua, quo ad hoc, est dictum, uel factum licitum directum sufficienter in deformationem inde secutam.

Dixi, *licitum*: quia illicitum causat irregularitatem speciei sequentis.

Dixi, *directum*, quia oportet, vt sit tale, & tendat in deformationem ex se, siue suapte natura, vel intẽtione operantis, vt est ictus mortifer ẽt sine intẽtione occidẽdi, vel cõtra, ictus ex se nõ deformatorius cũ intentione deformandi.

Dixi, *sufficienter*, quia non sufficit qualiscunque: nõ enim sufficit directio, qua minimus ictus ex se dirigitur in deformationem, neq; directio per quamlibet generalem intentionem, qualem habet, qui præbet arma militi ad bellum iustũ generaliter, & qui hortatur generaliter exercitum ad prælium iustum, & ad victoriam, etiam iuuando sine intentione speciali deformandi.

Dixi, *saltem*: quia sufficit, vt sit causa, ut deformetur citius quam alias deformaretur.

Dixi, *extra necessitatem ineuitabilem*, quia hæc excusat, [n] quamuis ante illã oppositum tenuit S. Thomas, [o] eo quod nondũ per illam hoc ius nouum erat inductũ, ut opinatur Caietanus, [p] licet illa non contineat uerba ius nouũ denotantia, sed parui refert an nouũ, an uetus contineat. Idẽ aũt esse de deformante ob necessitatẽ euitãdæ mutilationis, dixit Cardinalis. [q] Ille uero dicitur esse in prædicta necessitate, qui neq; fuga, neque ullo alio modo, nisi interficiẽdo, aut deformando aggressorẽ, eam uitare põt, [r] quia licet regulariter quis nõ teneatur fugere ad peccatũ uitandum, ne aggressorem interficiat: tenetur tñ quo ad uitandam irregularitatẽ, ut recte Panor. declarauit, [s] & senserunt glossæ, [t] quia hæc sine peccato incurritur, [u] non tñ dicitur fuga posse uitari, cui ipsa est periculosa fm cõem, quam sequitur Felinus, [x] & ẽt Bonifacius post Zenzelinũ. [y]

Dixi, *secutam*: quia sine illius consecutione alia non sufficerent etiam si alia pœna sanguinis irrogaretur. [z]

a *Arg. corũ quæ habentur in c. de fabrica de consecr. dist. 1. et c. quadã. de celeb. miss.*

b *Per cap. si quis viduam. 50. distin.*

c *In clem. 1. num. 13. de homic.*

d *In summa. 51. dist. & in d.c. si quis viduã.*

e *Vbi sup. col. 54.*

f *Cap. acutius 26. dist.*

g *Vbi sup. colum. 44.*

h *Infra nume. 219.*

i *De qua d. nu. 219.*

k *Cap. si qs a medicis, cum 3. seq. 55. dist.*

l *Nu. 219.*

m *Arg. cap. de occidendis. 33. q. 5. et glo. sing. c. de cetero. de homic.*

n *Iux. cle. 1. de homi. o 2. 2. q. 64. art. 7. ad 3. p Il 1.*

q *In d. cle. 1. q. 3.*

r *Iux. glo. clem. 1. & ca. suscepimus. eo. tit.*

s *In c. olim nu. 27. de rest. spol.*

t *Dict. cle. 1. uerb. non ualens, & ca. suscepimus. eo. tit. verb. interi metur.*

u *Vt sup. dictum est.*

x *In. d. ca. suscepim⁹.*

y *In d. cle. 1. nu. 75.*

z *Iux. dict. sup. n. 192. & gloss. recept. in c. si aliquis. de homic.*

Dixi, *inde*, quia non sufficeret aliunde: nam si captus a iudice contra quem sum testatus, occideretur ab alio, quā a iudice, vel ab eo alia de causa, vel non moueretur per meum dictum: quia non vidit, vel floccipependit, non essem irregularis: quippe quod ex meo dicto non fuit secuta mors.

212 Ex qua regula sequitur primo, qđ est irregularis huius speciei iudex iuste procedens, accusator, aut promotor fisca lis, testis & notarius, qui sententiam scribit, aut pronuntiat, aut testimonia testium scribit, aut legit quando publicantur, scribens aut dictans literas, quibus iubetur deformatio, agens aut procurās contra reum talem deformationem patientem, etiam pro reo, qui vicit cū condemnatione talionis, per quam accusatus fuit deformatus assessor, & quilibet alius officialis, [a] omnes enim hi deformant, vel dant causam propinquam deformandi, per prædicta.

a c. aliquā-to, 51. di. & ca. clericis, & ca. sent. ne cler. vel monach. & glo. summa 15. dist. & clem. 1. de homic.

Secundo sequitur, quod non est irregularis, q̄ alteri arma præbet, vt se alias se defendere non valentem defendat, si ille aggressorem deformet: quia quum per seipsum deformando non incurreret, per fin. dict.clem. a fortiori non incurreret faciendo id per alium, argum. cap.penult.de homic.

Tertio sequitur, quod e cōtrario qui dat arma proximo non valenti se sine illis defendere, & ille occidat inuadentē, est irregularis, quia tota regula cōuenit ei, quum nō det illa ad necessariam suæ vitæ defensionem: & a fortiori si nō daret illi arma, sed ipsemet illis occideret eiusmodi inuadentem, vt tenet glossa ſe re ab omnibus recepta, in d.clem.verb. suum, solerter ab illa expensum.

213 Quarto, quod est irregularis, qui deformat alium ob defensionem iustam vitæ alterius, etiam patris, aut matris, ét in bello iusto, etiam in casu in quo, nisi ipse id faceret, ciuitas obsessa caperetur aut exercitus iustum bellum gerens fugaretur: & a fortiori, qui ob iustā defensionem sui honoris & bonorum, aut proximi deformat, licet id iuste faceret, qđ fieri posse dictum est, cap. 15. num. secundo, & tertio, post alios citatos ibi & latius in cap.olim 1. de restitut. spoliator. quia solus ille, qui necessitate ineuitabili suæ personæ deformat ab illa excusatur. [b] Nec obstat, quod doctissimus Fortunius, [c] oppositum tenuit, quē aliq secuti sunt moti eo, quod non incurrit excommunicationem, qui clericum pp defensionem necessariam proximi percutit, iuxta Innocentium receptū, in ca. si vero, de sent.excom. quod certum est licere, imo & interdum oportere proximū defendere, c.dilecto de sent.excom. lib.sexto, cap.quantæ eo.tit.in antiqui Non inquā hęc obstant: quia excommu. generalis non incurrit sine peccato mortali, vt sup. [d] dict.est, irregularitas autē sic, per dicta, [e] & quia non sufficit iustā esse deformationem, quo non inducat irregularitatem: & quia sequeretur, quod qui defendendi honoris, aut bonorum causa in casu licito interficit, non foret irregularis, quod afferere esset mille decisiones in theoria & praxi receptas sine ratione sufficienti mutare contra textum fere expressum. [f]

b dic. cle. 1. cum gl fere ab omnibus recepta de homi. Caie. 2. 2. qu. 40. art. 2.

c Inl. & ff. de iust. et iur. col. 9.

d Eod. cap. nu. 9.

e Nu. 206.

f In d. cle. & gl. receptæ fere per omnes hoc tenet.

Dixi, *iustam*, quia qui ob iniustā defensionē, aut in bello iniusto hoc facit, non est irregularis huius speciei, sed sequētis hac deterioris, & difficilioris dispensationis: nullā tñ illarum incurrunt, qui iudicibus denuntiant proditiones, homicidia, & alia delicta cum protestatione, se hoc facere solum, vt impediantur, ne fiant, & non vt aliqua pena saltē deformante puniantur, etiamsi sint clerici eiusmodi denuntiantes, vt supra [g] diximus, modo ea extra confessionē sciāt: quia licet clericus, qui alium ob alienas iniurias coram iudice etiam cum prædicta protestatione accusat, irregularitatē non vitet, si iudex accusatum deformet. vt sup. dictū est, non tñ incurreret si ad euitanda mala, quæ imminent eos denū tiet cū prædicta protestatione, præsertim ad id conscientia eum perstringēte per locum a maiori. Quamquam etiam laici, qui hoc faciunt sine prædicta protestatione, huius speciei irregularitatē incurrunt, licet nō peccent: & clerici beneficiarij, vel ordine sacro initiati alterius speciei deterioris, quia peccant.

g ca. 18. & in repe. c. inter Verb. 11 q. 3.

214 Quinto infertur, quod eam nō incurrunt laici, vel clerici, qui deferūt ad iudicem crimen, quod non meretur deformationem, licet captum ob illud, iniuste, vel ob alia aliunde ad eum delata defor-

deformet: modo non tenerentur credere id euenturum:quia non præbent prædictam cauſam propinquam, neq; ſufficit,quod interſint deformationibus,quę per iudicis ſententiam fiunt,iuxta gloſſam, Panormitanum & communem, in cap.ſententiam,ne clerici,vel monachi, niſi interſint, auctoritatem, vel auxiliũ præbendo, ſed tantum nil dicendo aut faciendo, quo deformatio fiat,aut anticipetur,quamuis clerici, ſecundum eã dict.gloſſ.recept. peccent,ſi eis interſint ſine cauſa rationabili, vt conſolandi,aut confitendi condemnatum, ſm Panorm. ibidem. Quod noſtro iudicio reſtringẽdum eſt ad clericos, ſacrorum ordinum & beneficiarios,per ſupradicta, [a] & Angelum, [b] & Sylueſtrum. [c]

215 Sexto infertur, quod clericus præſens bello iuſto etiam adhortando ad victoriam generaliter,& percutiendo multos proprijs manibus,& efficiẽdo,vt cõmilitones eius ope,& hortatu multos occidant,non fit irregularis, ſi per ſe non deformet: quia non dat cauſam propinquam deformandi ſupra definitam,cum non faciat actum ſpeciatim ad deformationem directum quo ad percuſſos ab alijs:& licet faciat talem quo ad percuſſos a ſe: illi tamen non ſunt deformati; ſecus,ſi per ſe deformet: quia licet neceſſitas defendendæ patriæ, parentum, cognatorum, aut alius proximi a peccato excuſet, non tamẽ ab irregularitate per proxime dicta.

Septimo infertur,quod ex hoc colligi tur ratio, cur interdum præbere lanceã, aut enſem,balliſtam, aut ſclopetum non faciat aliquem irregularem, & interdũ ſic: & interdum præbere ante prælium non, & in eo ſic: quia interdum dando illa eſt cauſa propinqua,& interdũ non, & ita interdum inducit irregularitatem interdum non: non enim tacit talem eum,qui non dat principaliter ad deformandum,licet det generaliter ad bellandum, præliandum,& vincendum,vt paſſim dant patres,patrui,cognati,amici,& domini Eccleſiaſtici:& ſeculares,vt colligitur ex Panor.& communi,[d] & a S.Anton. [e] & alijs ſupra citatis: neq; etiam, [f] qui dat balliſtam, aut ſagittas ſagittarijs vt iaciant in hoſtes ſine tamen intentione ſpeciali, vt deforment, ſed generali,

a Cap.25. nu.110.
b Verb.cleric. 4. §.1.
c Verb.cleric.2.§.4.
d In d.cap. ſententiã.
e 3.par.tit. 28.c.2.§. fina.
f Iuxt.Innocent.in d.c. ſententiã.

vt vincant:nec eadẽ ratione qui ſclopetum, aut globulos præbet, & a fortiori, nec qui dat lanceam, enſem, & alia arma quibus rarius quis interficitur: neq; qui hortatur milites,vt animoſe,& fortiter aggrediantur prælium iuſtum, vt Deo,iuramẽto,Regi,& Imperatori ſuis ſatisfaciant.neque etiam,qui in ipſo prę lio cohortatur,& dicens præliamini,vincite,iuxta communem, in d.c.ſententiã.

216 Octauo infertur verus intellectus cap.quod in dubijs,de pœnis, quatenus habet ſacerdotes, qui ad prælidum incitant in bellis eſſe irregulares,& gloſſæ, cap.ita quorundã de Iudæ. dicentis irregularem eſſe,qui ad præliandum dat arma,ſi eis aliquis interfectus fuerit,& cõmunis [g] concludentis, qui in prælio ad interficiẽdum incitat eſſe irregularem, quamuis bellum iuſtum ſit ex parte ſua: & illius dicti Innocentij approbati communiter ibidem,ſcilicet,eum qui balliſtam, aut ſagittas præbet ei, quem credit interfecturum, ſi interficit,eſſe irregularem,quamuis bellum iuſtum ſit: intelligi enim debent de incitante,vel dãte arma cum prædicta intentione ſufficienti ad conſtituendum cauſam ꝓpinquam deformationis.

g In d.cap. ſententiã.

Contra hæc tñ oĩa plurimũ vrget primo,ꝙ intentio actualis,ſiue expreſſa, & virtualis, ſiue tacita æquiparant. [h] Et ꝙ incitat,iuuat,aut præbet arma ad prælidũ, & vincendum hoſtes, virtualiter vr velle,vt percutiant, mutilẽt,& occidant eos,vel aliquem eorum,quũ id non poſſit contingere moraliter, niſi ea faciendo: & qui vult conſequens, vult neceſſarium antecedens. [i] Secundo vrget,quod qui hortatur ſuos in prælio iniuſto ſecuta deformatione fit irregularis ea ſola ratione,quod videatur virtualiter deformare. Tertio vrget,quod dupliciter vult quis aliquid, ſcilicet in ſeſe,vel in cauſa ſua.& quod ſufficit velle in cauſa homicidium ad incurrendam irregularitatẽ, pro quo eſt c.presbyt.& c.continebatur cum multis alijs,de homicid Ad ſoluendũ hæc,& conſtituendum definita ſupr. in hoc dicto.& ſeptimo,& octauo corollario eius ꝓdictis, ꝙ nullibi ſatis reſoluta legimus, adhibito multo ſtudio,& diuino fauore p ſacra implorato in vigilia S. Matthæi anno 1556.ea occurrerunt,vna

h In l.cum quid, ff. de reb cred.& ca.quemadmodum de iureiur.
i l. 2.ff. de iuriſd.omn. iud. ca.præterea, de offic. deleg.

cum consideratione, quod non omne q̃ sufficit ad dandam causam propinquam & habendam intentionem sufficientem deformandi quo ad deformationem iniusta, vt incurratur irregularitas, sufficit ad dandam causam propinquam, & habendam sufficientem intentionem occidendi, quo ad occisionem iustam, vt eadem incurratur. Tum quia qui iubet aliquem percuti baculo iniuste, etiam expresso modo, ne interficiat, si iussus interficit, est irregularis: quia dat propinquam causam, & habet intentionem ad id sufficientem, cap. fin. de homic. libr. 6. At prælatus qui ciuitati, cuius iurisdictionem temporariam habet, gubernatorem præficit, vt iustitiæ munera exsequatur, nõ videtur dare causam propinquam, nec habere intentionem sufficientẽ, vt interficiat, quamquam expresse id non prohibeat, [a] cum tamen certius sit illum gubernatorẽ aliquem morte condemnaturum, quam iussum percutere, occisurũ. Tum quia opem ferens, & assistens etiam sine armis iniuste præliantibus, dat talem causam, & habet talẽ intentionem sufficientem, vt post Innocẽtium [b] supra dictum est: quia tamen assistit iuste præliantibus non, [c] etiam si assistat armatus, [d] etiam si hortetur, [e] nec etiam si percutiat, dict. cap. penul. Per q̃ respondetur tribus argumentis prædictis, quod assumpta in eis sunt vera quidem regulariter, sed fallunt in his, quæ spectant ad hanc irregularitatem: quia sicut speciale est in ea, vt pro actu etiam iustissimo imponatur, ita speciale est, vt ad id requiratur causa ita propinquã, & intentio adeo specialis, vt dictum est.

a cap. prælatis de homicid. lib. 6.

b cap. penu. de homicid.

c ca. igitur cum 3. seq. 23. q. 8.

d cap. continebatur de cler. percuss. ec. 3. eo. tit.

217 Nono consequitur hæc omnia modus excusandi ab irregularitate prælatos & clericos, qui non solum solent interesse bellis sacris, & pijs cum suis subditis, & militibus, sed etiam exhortari eos ad præliandum, & vincendum, sine tamen intentione speciali ad deformandum per alios, & sine deformatione ab ipsimet facta, quamquam nulla probabilis excusandi eos ratio occurrisset. Aluaro Pelagio, [f] modus item excusandi ab ea clericos, & fratres Lusitanos, qui magno zelo fidei Christianos, & non minori animo suos in Indijs contra Sarracenos, & Paganos hortari solent, manibus crucem gestantes, & aciem ipsam præeuntes, qui non irregulares, sed regulariissimi sunt.

f De plãct. eccl. ar. 48.

Decimo facit, quod est irregularis huius speciei, qui vt consequatur indulgentias, fert ligna, quibus hæreticus vratur, si ex eis factis cooperatus fuit ad occidẽdum, alias non, iuxta S. Antoninum ẽ & communem. Quæ consequitur, quod quando antea strangulantur hæretici, q̃ vrantur, non fieri irregulares eos, qui huiusmodi ligna detulerunt, neque etiam quando viui vruntur, si ligna facta fuerint mortuis iam illis.

g 3. par tit. 28. capt. 2. parag. 5.

Vndecimo facit, quod fit irregularis comitans iudicem tamquam notarius satelles, aut custos damnati ducti ad mortem, aut deformationem: vendens item, vel commodans scalas, funes, enses, sagittas, ballistas, aut alia instrumenta ad sagittis configendum, ad laqueo suspendẽdum, iugulandum, aurem, aut aliud mẽbrum decidendum.

Duodecimo, qui capit aut indicat furem, aut reum, vt a iudice capiatur, & qui etiam suæ vtilitatis causa tradit, aut conqueritur de aliquo apud iudicem sine protestatione, ne procedat ad deformationem: ca. prælatis. de homicid. lib. sexto, quia omnes isti sunt causa propinqua deformationis, in casu licito, & ita irregulares. Dixi, *etiam suæ utilitatis causa*, quia si causa alienæ tãtum id faceret, etiam cum protestatione, fieret irregularis. per d. cap. prælatis, in verb. suas, secũdum cõmunem quam Fran. sequitur ibi. Quod autem protestatio non solũ verbo, sed etiam mente debeat fieri, quo ad forum conscientiæ, dicetur infra. [h]

h Nu. 226.

Decimotertio, quod etiam est irregularis hortãs cõdemnatum, vt admoueat caput ad stipitem, aut cippum. aut ascendat scalas, aut faciat aliqd aliud ex quo acceleretur deformatio. Et qui acuit gladium, aut præparat funes, aut instrumẽta, quo citius, & minori cum dolore fiat exsecutio, iuxta mentem S. Anton. vbi supra, & omnium aliorum.

218 An autem adiuuans chirurgum ad secandũ iuste membrum fiat irregularis quæstio noue mota est. Pro cuius parte affirmante facit, quod adiuuans iudicẽ iuste iudicantem occidere, vel mutilare fit irregularis per prædicta. Ergo eadem ratio-

ratione adiuuans chirurgum iuſte muti lantem incurrit eam. Sed tenenda eſt pars negatiua. Tum quia rem, quæ culpa caret in damnum vocari non conuenit.[a] Et quod præfatus actus iuuandi eſt bonus, iuxta illud Apoſtoli,[b] *Alter alterius onera portate.* Tum quia nullo iure cauetur, quod iuuans chirurgum incurrat irregularitatem abſque ſua culpa propter mortem, vel mutilationem,[c] de iuuante autem iudicem ſic, cap. ſentent. ſanguinis ne cler. vel monac. Et ad oppoſitum, cui nullibi reſponſum memini, reſponderetur: negando in vtroque caſu eandem rationem idem ius dictare: quoniam iudex damnans aliquem, vt mutiletur, & is, qui eum quoquomodo ad mutilandũ reum iuuat, licet moueatur ad id virtute iuſtitiæ: finis tamen eorum eſt vindicare, & actum, terrorem, & horrorẽ incutientem facere, vel ad illum iuuare: chirurgus autem volens mutilare, & qui eum iuuat, mouentur miſericordia, & pietate ad ſanandum ægrotum: & Eccleſia induxit irregularitatem ob homicidium, & mutilationem, ad aſſimulandũ Chriſto miti, & manſueto, miniſtros eius, quo mites eſſent, & non crudeles, nec ſimiles crudelibus: quales ſunt etiã, qui iuſte occidunt, vel mutilant, iuxta cap. *non eſt crudelis, qui crudeles iugulat, ſed crudelis ideo uocatur, quia crudelis patientibus eſſe uideatur. Nam latro ſuſpenſus patibulo crudelem iudicem putat,*[d] chirurgus autem, & qui iuuant illum miſericordia, & pietate moti, nec ſunt crudeles, nec ſimiles crudelibus: & ita longe diuerſa ratio induxit Eccleſiam ad conſtituendum iudicem, etiam iuſte iudicãtem, & iuuantem eum irregulares, quã chirurgum, & eum iuuantem. Pro quo facit primum dictum ſupra.[e] Ex quibus infertur idem eſſe iudicandum de medico, & iuuante illum, quod dictum eſt de chirurgo, & eũ iuuante: qm̃ nec illi, nec iuuantes illos abſq; culpa incurrunt irregularitatem: cum culpa autem ſic.[f]

Sexto principaliter dico, quod in hac irregularitate ſolus Papa diſpenſat, ſed longe facilius, & ex minore cauſa, quam in ſequenti, quę ex actu illicito naſcitur: licet poſt Concil. Trident. in illa ſi eſt occulta, diſpenſet Epiſcopus, & in hac non, vt[g] dicetur.

a cap.2.de conſtit.
b Ad Gal. 6.
c ca.ad aures, de etat. & quali.& cap. tua de homic. cum eis adnot. p Inno.recep.
d 23.q.5.
e Nu.106.
f Vt Innoc. cõmuniter recep. ait in d.c.ad aures, & cap. tua arg.l.ſi licitas, §.ſicuti, ff.de offic. præſid.
g Infra.nu. 240.

DE QVINTA SPECIE irregularitatis, ex homicidio iniuſto, vno ex delictis, vnde illa naſcitur.

219 *Irregularis per deformationem illicitam eſt omnis, & ſolus ille &c.*
219 *Cauſæ ſunt quatuor, efficiens, formalis, & finalis.*
220 *Cauſa propinqua deformationis noue definita, & ſeq.*
222 *Irregularem facit omnis deformatio illicita mere intenta, & nulla mere caſualis, mixta uero facit contentum in hac regula. 28. corollarijs ornata de monacho, chirurgo, abortiente, vulnerante, & deformante, miniſtrante arma iuuante, & hortãte, accuſante ſine proteſtatione, detinente furẽ, alente feram, magiſtro caſtigante, ludente illicite clerico, venante, cordigere equitante, & de adulterante uſq; ad num. 239.*
233 *Mandans vel conſulens hoc, differãt, nec refert, an cito, an tarde exſecutio fiat, & ſeq.*

DIco primo, quod quo ad hunc effectum paria ſunt occidere, & mutilare, ſiue abſcindere membrum: non tamen debilitare, vt dictum fuit ſupra, & vt ibi, ita hic vtemur verbo, deformare pro occidere, aut mutilare, ſeu membrum abſcindere.

Secundo dico, quod deformatio eſt triplex, mere voluntaria, mere caſualis, & mixta. Mere voluntaria eſt deformatio intentata, ſeu volita in ſe iuſte, vel in iuſte: qualis eſt quam quis intendit facere iuſte, vel iniuſte, per ſe, vel per alium iubendo, conſulendo, aut cooperando, vel iuuando, teſtimonio, vel patrocinio, ferreo, veneno, aut alijs modis, aut deducendo ad locũ, vbi deformetur, aut procurando, vt faciat aliquid, ob quod deformetur. Mere caſualis eſt non intenta, ſeu volita in ſe, neque in cauſa ad eam ſufficienter ordinata, qualis eſt mors, q̃ infert fulmen eo loco illi, qui ſine talis deformationis præuiſione ad eum iuit, vel miſſus fuit. Illa enim neque eſt volita in ſe, neque in cauſa ad illam ſufficiẽter ordinata. Mixta eſt, quæ non eſt intẽta, vel volita in ſe, ſed ſic in cauſa ſufficienter

ficienter in illam ordinata, qualis est facta a seruo iusso palo cædere alium citra deformationē, & testificatio in causa sanguinis nolentis deformationem. Illæ enim non sunt intentæ, siue uolitæ in se, sed sic in causa sufficiēter in eam ordinata, vt bene declarat S. Thom. [a]

Tertio dico, quod sicut ad soluenda dubia occurrentia circa irregularitatem quartæ speciei posuimus vnam regulā, ita nunc ad soluenda dubia circa hanc tradimus alteram, scilicet, *quod omnis, & solus ille est irregularis hac specie irregularitatis, qui discretus, & baptizatus se ipsum, aut alium hominem illicite deformat, aut causam propinquam illius, aut sua anticipationis præbet.* Dixi, *discretus*, quia infans, & furiosus, qui nunquam habuit iudicium, aut amisit illud ante deformationem eam non incurrit. [b] Dixi, *baptizatus*, quia prius facta non sufficit. Dixi, *deformat*, ad includendum occidentem, & mutilantem, sed non solum debilitantem, etiam sic, ut sine scandalo non possit celebrare, vt proxime diximus.

Dixi, *seipsum*, quia cum nemo sit dominus suorum membrorum, [c] etiam irregularitatem incurrit, qui seipsum illicite deformat, [d] quamuis id sancta intentione faciat, vt qui se castrat, quo melius castitatem colat. [e]

Dixi, *aut alium hominem*, quia non satis est deformare embryonem nondū anima rationali animatum, [f] aut cadauer ea destitutum. [g]

Dixi, *illicite*, quia qui ob morbum cōsilio chirurgi abscindi facit, aut abscindit aliquod suum, aut alienum membrum, hanc irregularitatem non incurrit, [h] quamuis aliam, quæ ex defectu corporali nascitur incurreret, si ob eam fieret inhabilis, aut deformis ad celebrandum sine scandalo per supradicta. [i]

Dixi, *causa*, generaliter ad comprehendendum quatuor causas, quæ sunt efficiens, materialis, formalis, & finalis, iuxta Aristotelem, [k] & nos collegimus dudum, [l] & tradit Marianus in hoc proposito, [m] & consequenter ad includendum eum, qui est causa efficiens deformitatis, qualis est, qui eam facit (iubet, mandat, ratificat, uel iuuat: & eum qui est causa materialis illius, qualis est, qui dat arma, aut deducit aliquem ad locū, vbi sunt inimici parati ad deformandū ipsum, & eum, qui est causa formalis, qualis est, qui instruit, docet, aut consulit, & eū qui est causa finalis, qualis est, qui præmium, aut receptationem deformatori pollicetur.

Dixi, *propinquām*: quia non sufficit, quod sit causa remota, [n] qualis est de se omnis armorum fabricatio.

Dixi, *illicitam*, quia irregularitas huius speciei, q̄ oritur ex deformatione illicita, nunquam sine peccato saltem veniali nascitur, vt ūatim dicemus.

220 Causa vero propinqua illicita deformationis pōt definiri *esse dictum, aut factū illicitum directū sufficienter In deformationē inde secutam*, declarando partes eius, ut supra [o] excepto, quod nō requiritur intentio tam specialis ad incurrēdum ex causa illicita, de qua hic, quā ad incurrēdum ex licita, de qua ibi, vt [p] declaratur.

Dixi, *suæ anticipationis*: ad includendum eos, qui dicunt, aut faciūt aliquid, sine quo deformatio quidē sequeretur, sed non tam cito, iuxta Speculatorem, [q] Panor. [r] Villadiegū, [s] & S. Antoninū. [t]

Ex hac regula sic declarata infertur primo, quod prima deformatio intenta, & volita in se semper inducit irregularitatem.

Secundo infertur, quod nulla secunda, s. mere casualis inducit illā, quia neque est in se, neque in sua causa volita.

221 Tertio infertur, quod omnis, & sola deformatio mixta secuta ex opere illicito lege iustitiæ, quod est causa ꝓpinqua eius, inducit irregularitem huius speciei, cap. tua. ca. suscepimus, [u] quę de opere in se illicito loquuntur, & c. cōtinebatur, & cap. presbyterum, [x] quæ de opere licito illicite facto agunt.

Dixi, *lege iustitiæ*: non enim sufficit, quod sit iniustum lege caritatis: nam iudex, qui iuste secundū legem iustitiæ iubet homicidā occidi, licet forte id faciat animo vindictæ priuatæ, vel etiam, qui erat clericus beneficiatus, qui licite non poterat esse talis iudex, neque miles, qui occidit in bello iusto hostem, malo tamen animo non est irregularis hac specie irregularitatis, sed tantum specie præcedentis defectus lenitatis, quæ est facile dispensabilis.

Dixi

a 2.2. qō. 64. art. 8.
b Capit. si quis uiduam. 60. dis. & per dict. sup. nume. 207.
c l. iber. homo. ff. ad l. Aquil. cap. cōtingit. 1. de sent. excommu.
d Cap. si quis absciderit. & c. hi qui. 55. distin.
e Dict. ca. hi qui.
f Cap. sicut ex tuorum. de hom. ca. quod uero. & ca. Moyses. 32. q. 2.
g Archid. c. si quis. 15. q 1.
h Cap. si qs a medicis. & c. si quis in infirmitate. 55. di.
i Exod. c. num. 200.
k Libro 2. Physic.
l Ex gl. 1. decret. aliū.
m In d. ca. ad audientiam. q. 41. de homic.
n Per glo. sing. ca. de cætero. de homic. receptam per omnes.
o Nu. 211.
p Nu. 211.
q Dispens. §. iuxt. nu. 12. & 13.
r In c. sententiam ne cleric. uel monach.
s Vbi sup. col. 22.
t 3. par. ti. 28. c. 2. 5.
u De homic. & cap. fin. eod. tit. lib. 6.
x Eod. tit.

Dixi etiam *ſola:* quia nulla deformatio caſualis,quæ ex opere licito licite facto naſcitur,facit quem irregularem huius ſpeciei.[a] Non dixi,vt alias,*de opere licito illicite facto:* quia opus licitum illicite factum illicitum eſt.Dixi,*quod eſt causa propinqua eius:* quia non ſufficit,quod ſequatur ex illicito, niſi ſit cauſa eius ꝓpinqua,qualis eſt deformatio fulminis ictu facta eius q̃ male iuſſus aliquo ibat: quia illa mala iuſſio,neq; de ſe,neq; per intentionem directam in illam eſt cauſa propinqua ipſius per prædicta: ſicut, & culpa præcedens caſum fortuitum non efficit,vt fortuita imputentur, contra l. ſi creditor,& l.quæ fortuitis,cod de pig. act.niſi illa culpa dirigatur ſufficiẽter ad illum, vt in hac ipſa ſpecie ſingulariter dicunt Ancha. & Francus:[c] nam & tunc demũ culpa præcedens caſum nocet cõmodatario, cum illa aliquatenus ordinatur ad illum,iuxta mentem omniũ,in d. c.pri.de commod.& c.fi.de depoſit. Mula enim cõmodata periens in itinere ictu fulminis non perit commodatario licet ꝓp eius culpã in ludendo, vel fornicãdo non tranſijt prius locum,vbi fulminauit: quia culpa illa non fuit ſufficienter directa in illum caſum,[d] & ideo mandans ꝓcutere citra mortem,ſi mandatarius occidat,fit irregularis:quia ꝓcuſſio culpabiliter mandata,ſufficienter dirigitur in mortem. Quid aũt dicat ſufficienter directũ boni viri arbitrio terminãdũ eſt.[e]

222 Quarto infertur, pro reſolutione eorum,quæ contra hæc adduci poſſent, ex Soto,[f] & alijs infra citandis,dicendũ eſſe,quod non eſt aptus,nec verus intellectus,quem pro certo dat Sotus ca.tua, de homic.ſcilicet,quod monachus, qui vtendo chirurgia ad ſolam pietatem curat vulnus,& aperit,ex quo infirmus exponens ſe vento contra præceptum eius moritur,non eſt irregularis: & ſi ob lucrum curat,ſic.Tũ quia Io.Andr.Panor. Ananias & Fely. dicunt in vtroque caſu eſſe irregularem,quamuis in altero caſu quam in altero facilius diſpenſetur. Tũ quia textus aperte dicit illum monachũ exercendo alienum officium ſibi vetitũ peccaſſe,ibi: *Licet ipſe monachus multum deliquerit officium alienum ℣ſurpando, quod ſibi minime congruebat:* & ita ex opere illicito ſufficienter ad id tendenti ſecuta fuit deformatio. Tum quia textus in illis verbis,*ſi tamen,&c.* palam cõcludit neceſſariam fuiſſe illi diſpenſationẽ, etiam ſi ob ſolam pietatem curaſſet.

Quinto infertur,quod nimis audaciter videtur dixiſſe idem Sotus contra omnes Canoniſtas,imo & Theologos nõ eſſe textum probantem,quod ex deformatione caſuali ex opere illicito ſecuta, fiat quis irregularis.Tum quia c.dilect⁹, & c.ex literis,de homic.id probant a cõtrario ſenſu,quod licet,vt ipſe ait,ſit infirmum logicis:iuriſconſultis tamen firmiſſimum eſt,[g] ſaltem quando deſumitur ad probandum illud,cuius contrariũ non eſt iure expreſſum,[h] vt in propoſito contingit. Tum quia prædicta duo cap. dilectus:& ex literis: non ſolum probant id a contrario ſenſu, ſed etiam a ceſſãte ratione & cauſa,quod eſt validum,l.adigere parag.q̃uis.ff.de iur.patron.ca.cum ceſſante,de appell. vt palam eſt ea ppenderi. Tum denique, quia plurimi ſunt textus, quibus pro regula ſtatuitur, qđ qui deformat,irregularis eſt, c.minor,c. ſiquis viduam,c.clerico,c.de his 50.diſt. c.continebatur,& c.presbyterum, de homic.& adeo quidem,vt videatur includere etiam eos,qui iuſte,& ſanctẽ,directe, aut indirecte deformant,aut illius cauſa ſunt.Quin multi,& in his S.Tho.[i] contra caſum clem.pri. de homic.tenuerũt eſſe irregularem, etiam deformanté ob neceſſariam ſuæ vitæ defenſionem. Cũ ergo a regula non ſit diſcedendum niſi iure,aut ratione in id cogente,[k] cumq; ius ab hac irregularitate non eximat, niſi caſu citra culpam deformantem,regula præfata probata relinquitur.

223 Sexto infertur, ꝙ deformans embryonem inanimatum, vel cadauer exanimatũ,nõ eſt irregularis,per dicta ſup.[l] Nec qui propinat mulieri,aut viro potũ quo eis generandi facultas impediꝫ:quia non deformat,c.ſi aliqs,de homici. neq; qui prægnantem abortire facit, anteq̃ fœtus anima rõnali animetur, c.ſicut exuarũ, de homic.q̃ quadrageſimo die maſculo,& octuageſimo fęminæ infundit.[m] Si vero neſcitur,an fœtus abortiuus quẽ mulier abortiuit poſt diem quadrageſimum,ſit mas,an fœmina,debet ſe cenſere irregularem,qui eius cauſa fuit,argu. cap. ad audientiam,de homicid.

Septimo

a Cap.lator c.dilect⁹, c. ex literis,1. & 2.c.Ioã. de homicid. & c.prælatis,eod.titu. lib.6.

b Ca. cũ miniſter.23. q.5.gl.iuncto tex.c.1. de colluſ. deteg.

c In gl.pen. c.fin.de homic.lib.6.

d In c.fi.de homic.lib.6

e Arg. l.1. ff.de iur.de liber. ca.de cauſis de of fic.deleg.

f Lib.5.q.1. art.9. de iuſti.& iur.

g l.1.ff.deoffic.eius, cui mãdata eſt iuriſdict.& c. Apoſtolica,de his, q̃ fiunt a prælat.ſine con. cap.

h Iux.cap.a nobis.2.de ſent.excom. & glo.ca.ſignificaſti, de for.competet.

i 2.2.q.64. art.8.

k Glo.l.omnis definitio.ff.de regu.iu.& in rub.de reg. iuris,libr.6 recept.per omnes.

l Nu.218.

m Iux.gloſ. ſingulær.in prin.diſt,5.

Septimo infertur, quod non eſt irregularis, qui vulnerat pluries, & plurimũ, etiam cum maxima ſanguinis effuſione etiam abſcindendo aliquas partes membrorum, modo non abſcindat membrũ, nec vulneratus moriatur, etiam ſi maneat inhabilis ad decenter celebrandũ: quia non deformat. Monemus autem, quod licet auris, ſiue cartilago illa ſenſũ auditus exornans: non videatur eſſe mẽbrum eius: tamen carentia videtur inducere irregularitatem, ob deformitatem, quam in parte adeo edita, & publica inducit,[a] quod colligitur ex iure & ex eo, quod paulo ante diximus, per illud qđ Speculatori placuit in paragr. iuxta, de diſpenſat.

a Arg.cap. qui partem 55.diſt.

Octauo infertur, quod non eſt irregularis, qui iuſte aliquem percutit, & non occidit, licet ab alijs ſine ipſius culpa occidatur,[b] aut moriatur culpa medici, aut regimine, aut morbo ſuperueniente: qa illa mors eſt ſequuta ex eius opere illicito, ſecus tamen eſt de iniuſte percutiente: nam etiamſi percuſſio non ſit mortifera, eſt tamen cauſa, quod alius eum interficiat, aut incidit ob illam in morbum, quo moritur etiam culpa medici, vel malo regimine: quia quo ad hoc paria ſunt interficere: & iniuſte percutere, ex quo mors ſequatur, etiam ſine alia culpa percutientis, vt ſingulariter ꝓbant c. presby. c. ad audientiã de homic.

b Ca. ſignifi caſti, 2. de homic.

224 Nono infertur, quod non eſt irregularis, qui non occidit, nec mutilat, licet debilitet membrũ, adeo vt nequeat celebrare per ſupradicta.

Decimo infertur, quod eſt irregularis huius ſpeciei præbens arma ad bellum iniuſtum euntibus, ſi quis in eo deformetur, & [c] a fortiori ſi ipſemet pliet. Imo & quidquid dicat Speculator [d] & nonnulli alij, nos opinionem Innoc. Panor. & communis, in c. penu. de homic. certã putamus, ſcilicet, quod qui in prælio, vel alia quacũq; rixa interſunt illis, ex quorum parte ſunt iniuſta auxiliando, vel faciendo, ſunt irregulares, ſi aliquis in eis deformet, ſiue interſint armati, ſiue inermes, ſiue deforment, ſiue non, ſiue ob id timor inimicis augeatur, ſiue non: quis non, qui interſunt ad diſſuadendũ prælium, & ſuadendam pacem, licet inde nõ nihil animi ſuorum parti, & nonnihil tumoris aduerſę redderetur. Neq; etiã, qui interſunt ijs, qui iuſte bellum gerunt, ét ad fauendum, modo ſuis manibus nõ deforment, etiamſi animo deformandi, pcutiant, & ex percuſſione poſtea ſequatur deformatio culpa percuſſi, vel medici: quia hoc differt iuſta percuſſio ab iniuſta. Addo etiam, quod qui ſuis manibus interficiunt in iuſto bello, non ſunt irregulares huius ſpeciei, ſed illius quæ naſcitur ex defectu perfectæ lenitatis, de qua ſupra,[e] ſi ſunt laici, nec ſi ſunt clerici, ſi initæ ipſis pugnæ tanta eſt neceſſitas, vt excuſet a peccato, quis non ab irregularitate, vt contingere pót, iuxta nota tata per Caiet. [f] & tractatur ſupra. [g]

c Cap. ita quorũdam, de Iuda, fundatam in ca. quod in dubijs de pœn. d Tit. de diſpenſ. §. iuxta verſ. 56.

225 Vndecimo infertur, quod eſt irregularis huius ſpeciei laicus, vel clericus, qui alium in iudicio iniuſte criminis mentis mortem, aut deformitatem accuſat, ſi ea ſequatur. Et qui inimico indicat vbi ſit, quo iter teneat, quo inueniet, quem quærit ad deformandum iniuſte, ſi illud ſequatur, Iudex item condẽnans iniuſte, & omnes eiuſmodi condemnationi ſcienter fauentes. Dixi, (Iniuſte:) qa quis laicus, qui iuſte accuſat, ſententiam fert vel exſequitur, cum omnibus ad id auxilium præbentibus ſit irregularis alterius ſpeciei, vt dictum eſt, [h] non tamẽ huius quæ eſt deterior, & difficilioris diſpenſationis quam illa, excepto clerico ordinis ſacri, qui hoc facit etiam iuſte accuſando ſine proteſtatione prædicta: qa facit actum illicitum, iuxta regulam S. Thom. [i] vnde ſequitur deformatio.

e ant.206. f 2.2.q.40. art.2. g Eod.capi. nu.214.& 217. h Sup.nu. 206. i 2.2.q.64. art.7.

226 Duodecimo infertur, quod non eſt irregularis huius ſpeciei, nec alterius, qui ad recuperandum ſua detinet furé quo ad iudex veniat, aut eidem tradat: neq; qui furti ſibi facti accuſat in iudicio, quis ſuſpendatur, modo expreſſe ꝓteſtetur, ſe nolle vt Iudex illi irroget pęnam ſanguinis, c. platis, de homic. lib. ſexto, & alias ſic, etiam in foro conſciẽtiæ, licet id ei vere diſplicat, vt colligitur ex glo. & Archid. in d.c. prælatis, & affirmat Calderinus probatus ibi a Peruſino: ſi aũt vere placeat, fiet irregularis, quo ad forum conſcientiæ, etiamſi ſcripto, aut verbo proteſtetur contrarium, ſm Ioã. Andr. Dñicum & Peruſ col. ſecunda. Et ideo non ſemel conſuluimus, quibus id contigit, vt diſpenſationem obtinerent,

quam-

q̃q̃ Felyn. [a] contrarium significet, allegando ibi Io. Andr. [b] qui tamẽ in meo libro id nõ dicit, neq; in libris Dñici & Perus. [c] qui eum pro nostra parte allegant, & bene quia ipse remittit se ad Holtiẽs. [d] vbi copiosius q̃ oẽs id, q̃ nos asserim⁹ tenet. Nec obstat, q̃ per solam voluntatem, aut intentionem sine opere exteriori irregularitas non incurritur, vt supra dictum fuit, [e] quia in proposito cum volũtate cõcurrit accusatio, aut querimonia exterior, quæ ad iudicem defertur, & deformatio illam consequuta, & ptestatio non est talis, qualem ius requirit ad excusandum ab irregularitate, ius enim nõ requirit protestationem mendacem, & fraudulentam, qualis est præfata, in nullo enim casu mentiri permittitur. [f] Hęc tamen irregularitas non est huius speciei, sed præcedentis, quæ ex defectu pfectæ lenitatis nascitur, nisi in clerico sacris initiato, vel beneficiario, qui peccat sic detinendo, tradendo, aut accusando sine dicta protestatione, vt dictum est.

227 Decimotertio infertur, q̃ est irregularis huius speciei, qui illicite rixat, aut certat cum alio, si eius amici superuenientes eũ deforment, etiamsi absq; aliquo eius consensu id faciant, iux. Ioã. Andr. in c. Petrus, de homic. receptum a Panormitano, Felyno & Communi, quia ex eius opere illicito in id aliquo modo ordinato, sequuta est deformatio.

Decimoquarto infertur, quod est irregularis huius speciei, qui domi suæ alit, aut custodit feram aliquam bestiam, vt leonem, elephantem, aut vrsum: & est in culpa soluendo, vel tenendo solutam, vt illa aliquem deformet, secus si non est in culpa, ſm Innocent. Card. & Cõem, in d. c. ad audientiam, quia quum est in culpa, ex oppẽre illicito sequitur deformatio, non autem, cum non est in ea.

228 Decimoquinto infertur, quod est irregularis huius speciei chirurgus, vel medicus, cuius dolo, ignorantia, aut negligentia, aut audacia omittendo suæ artis regulas, ictus, vel ægrotus deformatur, alias secus, iuxta mentem Speculatoris receptam, [g] & Innoc. & omniũ in c. tua de homic. Custos item infirmi, qui dolo aut notabili culpa, aut contra consilium curantis præbet, aut facit aliquid quo infirmus deformatur saltem citius, nõ aũt si id faciat bona fide sine culpa notabili, licet in aliquo errauerit, & põt se libera re scrupulo consilio Doctorum, qui si ẽt dubitant irregularem se debet putare iuxta Speculatorem. [h]

229 Decimosexto infertur, quod est irregularis, ſm Specul. vbi sup. receptũ qui cum non sit medicus, neq; chirurgus, sagittam, aut aliud telum corpori infixum percusso euellit, vt citius moriatur, vel si ob id celerius moriatur, quã alias moreretur: & etiam qui ad aliam partem infirmum vertit, vt citius moriatur: & qui aliquid horum iubet, rogat, aut consulit & ob id citius moriatur, alias non.

220 Decimoseptimo infertur, qđ non est irregularis infans neq; dormiens, neque furiosus alium deformans, clem. pri. de homic. Infans aũt quo ad hoc dicitur minor septennio, ſm glo. prædictę clem. q̃ certum est quo ad forum exteri⁹: quo ad forum aũt interius, videtur iudicãdus talis maior eo, si nondũ nactus est iudicium sufficiens ad peccandũ, & non minor eo, si nondũ nactus est illud, vt colligitur ex Io. Andr. & Panor. in c. pri. de lict. is, Imol. & Bonif. in d. cle. vbi fuit defectus iudicij, quod præsumitur post septem annos, & non ante. Et q̃is Zenzelinus receptus per Cardin. & Ioã. Colonien sem, & Villadiegum, [i] & Sylueſtr. [k] dicat, q̃ est irregularis qui ebri⁹ iudicio carens deformat, quia causa fuit illius, cũ se inebriauit, c. inebriauerunt, nobis tñ numq̃ placuit, quo ad omnino ebriũ, & extra iudicium positum. Tum quia furiosus q̃uis sua culpa furiat, siue insaniat, non est irregularis deformando. [l] Tũ qa multi inebriantur citra suam culpã. Tũ ob duodecim argumenta, q̃ adhibet Maior, [m] ad probandum, quod ebrius non peccat in eo, quod extra iudicium manens facit. Tum quia neq; qui dormiens deformat, fit talis, etiamsi deformet, quẽ vigilans deformare intẽdebat, vt [n] cõis declarat. Et magnopere lætatus fui, cũ primum hoc Bonifacium tenere vidi, [o] q̃q̃ cõis opinio procedere põt in ebrio, qui iudicium omnino non amisit, & quo ad forum exterius, si tanta ebrietas non probaretur: & etiam quo ad forũ interi⁹ in eo qui sciens solere se inebriatum sumere arma, & alios percutere, sua culpa inebriatus fuit, vt Marianus annotauit, [p]

quia

a In cap. postulasti, de homi. lib. 6.
b In c. 2. de homi. lib. 6.
c In d. c. 2.
d In summa de homicid. §. qua pœn. verb. si verum.
e Nu. 192. per cap. fin. 13. q. 1.
f Ca. 1. 21. q. 2. c. super eo. de vsur.
g Vbi supra num. 11.
h Vbi supra nu. 13.
i In tracta. de irregul. col. 28.
k Verb. homicidium 3. q. 4.
l Iux. gloss. c. si quis in sanens 15 q. 1. & Cardin. in dict. clem. 1. q. 6 & Imol. in gloss. 2.
m In 4. dis. 15. q. 8.
n In d. cle.
o In d. cle. nu. 26.
p In ca. ad audientiã nu. 55. de homic.

quia facit opus illicitum ordinatum ad id conſuetudine ipſius. Quod ipſum dici pôt de dormiente,&furioſo,qui interdum ad ſe redit, ſi admoniti ſe dormientes,aut furentes capere arma, & percutere alios,ſunt in culpa non prouidendo tempori,quo dormierint,vel furuerint, ne talia faciant;a paritate,ſiue identitate rationis. [a]

a l.illud,ff. ad l.Aqui. & ca.2. de tranſ.præl.

331 Decimooctauo infertur,quod fit irregularis iniuria affectus, ſi eius amici iniuriantem deformant, rogati,vel iuſſi ab ipſo:& etiam ſi eo ſciente,& nõ contradicente id faciant, alias ſecus.

Decimonono infertur, quod eſt irregularis,qui auertit aliquem a liberando alio ab iniuſta deformatione, [b] quia ex ipſius opere illicito ad eam ordinato,ſequuta eſt,q̃q̃ nemo fit irregularis ex ſola complacentia,quod deformetur ali[9], quia id non ſequitur ex ea, gl. recept.d. c.ſiquis viduam,licet in eo peccet. Nec conſequenter medicus,qui non vult curare infirmum,qui ob id moritur,nec dines non paſcens,vel non veſtiens,fame, vel frigore morientem,nec qui cum pôt non defendit,quem alij deformant, niſi ſit iudex,aut q̃ ſuo officio ad id teneat, iux.S Anton. [c] quia non ſequitur ex opere illicito iuſtitiæ lege: & omiſſio operũ caritatis etiam obligantis ad mortale [9], non obligat ad reſtitutionem damni,nec ad pœnas irregularitatis. [d]

b Arg.ca.ſi quis viduã 50.diſt.c.periculoſe, de pœn.diſt.1.

c 3.par.tit. 28.c.2.

232 Ex quo ſequi videtur,non eſſe irregularem eum,qui omittit aliquod trium prædictorum facere,etiamſi omittat voluntate & deſiderio mortis eius, cui ſub uenire omittit,ſm S.Anton. [e] q̃is Sylueſt.oppoſitum teneat, [f] & ante illũ Angelus, [g] ſed ſine ratione & textu idoneo, quia c.quante,de ſent.excõ.quod Angelus adducit, & eſt fortiſſimum fundamẽtum omnium,q̃ allegari poſſunt,non loquitur de irregularitate, ſed de excommunicatione, & magis inducit præſumptionem quo ad forum exterius, quam veram diſpoſitionem vt diximus. [h]

d Per d.ca. 14.nu.5.et in tract. de redit.eccleſiaſt.q.2. monito.3. e 3.par.tit. 28.ca.2.in prin. f Verb. homic.2.q.5. g Verb. homic.1.§.17 h Sup.c.24.

233 Vigeſimo infertur,quod eſt irregularis qui iubet,mandat, vel conſulit aliquem deformari illicite,ſequuta deformatione, [i] ſiue ſtatim,ſiue multo poſtid faciat,anteq̃ iuſſum,vel mandatum reuocetur expreſſe,aut tacite per reſtitutionẽ inter eos primæ amicitiæ,ita vt in nouitiam iuſſi vel mandatarij veniat,iuxta Innoc.in c.ad audientiã,de homi.cõiter recept.ibi,& Villadiegũ. [k] Idem de iubẽte,mandante,vel cõſulẽte ꝓcuſſionẽ alicuius citra deformationẽ ea ſequuta.c.fi. de homic.lib.ſexto,& gl recept.ibidem. Dixi,& repetij ſupra,(illicite:) quia ſecus ſi licite, quidquid Sylueſt. [l] ſubtiliter,ſed periculoſe dicat.Tum quia nunc non ſequitur deformatio ex opere ſuo illicito.Tum quia ex dicto Sylueſt.inferretur,eum qui exercitum ad præliandũ, & vincendũ abſq; alia intentione expreſſa,vel virtuali interficiendi cohortatur, eſſe irreguiarem huius ſpeciei, cum tamen non ſit etiam ſpeciei pcedentis per probata ſupr. [m] Idem de ratificante deformationem ſuo nomine factam,q̃ anteq̃ fieret mandare poterat,quia ratihabitio his duobus cõcurrentibus mãdato comparatur,c.ratihabitionẽ iun.c.rarũ, de reg.iur.lib.ſexto,& c.cũ quis,de ſent. excõ.eo.lib.pro quo facit gloſ. [n] quidqd ibi Archidi.dicat,& alias non vt ſi factũ fuit alterius nomine,aut ſuo,cũ eſſet infans,aut furioſus,qui mandare non poſſunt iuxta Io.Andr. & Panor.in c.pri.de conuerſ.infid. Hæc aũt procedunt,ſiueis contra quem conſulitur,iubetur,vel mãdatur,deformetur,ſiue conſultus,iuſſus, vel mandatarius, iuxta Panor.in d.ca.ad audientiã. Inter conſulentẽ aũt, & alios hoc diſtat, quod conſulens non ſatisfacit reuocando conſilium,quia tenetur ꝓſua dere contrarium,nam cõſiliũ datur gratia eius, cui conſulitur,qui non tam cito credit ei,qui contrarium priori conſilio ſuadet,q̃ iuſſius,vel mandatarius mãdanti,vel iubenti.Ex quibus colligitur,fuiſſe irregularem illum clericũ,qui me pridem conſuluit,dicens ſe conſuluiſſe,conIugi cuiuſdam abſentis, quæ facta erat prægnans, certum modum abortiendi, q̃ conſilium poſtea pœnitentia ductus reuocauit,ſed illa verita maritum regredientẽ,exſequuta conſilium, abortiuit.

k Vbi ſupra col.32. l Verb.homic. 1.q.4. m Numẽ. 211. n In c. omnes.17.q.4.

234 Vigeſimoprimo infertur, quod nõ eſt irregularis,qui ſcit tractari de alicuius deformatione illicita, & non ſignificat illud ei, (q̃is peccet mortaliter,) ſi nec dicto,nec facto ad id iuuet, quidqd dicat Sylueſt. [o] per dicta ſuperius, [p] eſtta men qui intereſt pugnæ iniuſtæ auxiliãdo, incitando,aut exhortando ſuos, aut animos

i Ca. ſiquis vidua.50. diſt.

o Verb. homic.1.q.10 p Eod. cap. nu.232.

animos contrarijs imminuendo, & etiã cuſtodiendo veſtimenta, aut ſarcinas eorũ, qui ad præliandũ iniuſte ꝓficiſcunt.

235 Vigeſimoſecundo infertur, qđ magiſter caſtigans diſcipulum non fit irregularis, etiamſi moriatur, ſi circumſpecte faciat, alias ſecus, c presb. de homi. & clericus ludens cũ clerico, aut laico, qui decidens ſuo ſe cultello deformat, ſine alicuius notabili culpa, non fit irregularis, ſi licito ludo licite ludebat, alias ſecꝰ c. lator, & c. continebaꝫ, de homic. Et qđ tecta reficiens, aut aliquos lapides in alium locum iacias aliquem deformans, eſt irregularis, ſi dicto, aut ſigno debite non præmonuit illae tranſituros alioqui ſecus. [a] Et quod iaceins lapides in ſues, aut alia animalia aliquem deformãs, eſt irregularis, ſi admiſit culpam non ſatis circumſpecte id faciendo, alias non, glo. dicto c. clerico. & quod clericus venans, aut balliſta ſe exercens, aliquẽ caſu deformans, eſt irregularis, iuxta Angel. [b] & Sylueſt. [c] quod intelligendũ eſt de venatione, aut exercitio illi illicitis, nõ aũt de licitis. Non enim omnis venatio, nec omne balliſtæ exercitium eſt illicitum illi, vt illi præſupponunt. [d]

Vigeſimotertio infertur, quod clericꝰ introducens meretricem per tecta in domum ſuam, ſi decidens moriatur, vel abortiat, ſit irregularis, ſi vero introducat per viam planam, & idem contingat, minime: quia licet vtrumq; opus ſit illicitum, & ex vtroq; ſit ſecuta deformatio caſualis, prius tamen eſt ſufficienter ordinatum ad eam, & poſterius non. Et qđ circumuerſans campanam, cuius tintinabulum ſolutum aliquem deformat, non eſt irregularis, ſi non fuit in culpa male ligandi tintinnabulum, alias ſecus, vt qa erat campanarius ad id obligatus. [e]

236 Vigeſimoquarto infertur, quod iocans, aut ſaltans cum grauida muliere, q̃ ob id abortit, non eſt irregularis, ſi licite id facit. vt frater, propinquus, aut amicus honeſtus, ſecus ſi illicite, vt amator obſcœnus aut clericus, aut monachꝰ, cui eiuſmodi ſaltatio eſſet prohibita, c. ſicut ex tuarũ, cũ annot. ei p Pan. de homicid. Et quod monachus vel clericus beneficiarius, aut ordine ſacro initiatus videſ furem ſurripientem vociferatur, *l.atro, latro*, ſecuta deformatione, eſt irregularis huius ſpecici, ſi animo, vt deformaretur clamauit: aut credens quod ſuperuenientes eum deformaturi erant, vel ad Iudicem vt deformaretur ducturi, alias non. [f] Laicus autẽ, vel alius clericus idem faciens, eſſet irregularis ꝓcedentis ſpeciei.

Vigeſimoquinto infertur, quod eſt irregularis, qui dormiendo, ſuffocat infantem in eodem lecto illicite a ſe poſitum alias ſecus. Quando autem id licite fiat, & quando non, dictum eſt ſupra. [g] Idem de mittente puerum ad puteum, aut ad flumen, vbi ſuffocatur. Et de eo qui fugiens ictum vnius, propellit alterũ, qui deformatur, & alia ſimilia, quæ illicite facta inducunt irregularitatem, alias non.

237 Vigeſimoſexto infertur, ꝙ recte dixit Sotus, [h] aberraſſe Sylueſt. dicendo irregularitatem incurri a clerico, qui cædendo alienam arborem, caſu aliquem interimit, etiam adhibita diligentia, quæ ipſum cædentem propriam, a culpa excuſaret. Recte etiam dixit, non fieri irregularem monachum, eo quod ſurſũ verſus ipſo mouente campanam tẽpore prohibito, illius tintinabulum aliquem occidat, ſi eam diligentiam adhibet, quę ſufficeret ad excuſandum eum a culpa, ſi tẽpore debito id faceret: licet enim in his duobus caſibus opus ſit illicitum, culpa tamen nullatenus dirigitur in mortem.

Vigeſimoſeptimo infertur, quod eadẽ ratione recedo ab eodem Sylueſt. [i] dicẽte irregularem fieri clericum, qui mercans illicite caſu occidit aliquem abſq; alia culpa in id ordinata, & quod limitãdus eſt Caietanus, dicens, quod licet clericus occidens caſu venando, ſi tantam diligentiam, quantam laicus adhibet, ne homicidium ſequatur, non magis peccet quam ille, incurrit tamen irregularitatẽ quam non ille, limitandus eſt inquam, ne procedat in venatione, quæ ſua natura in homicidium non dirigitur, qualis eſt venatio paſſerum, & perdicum ad aucupis cantum, vel accipitris ſine armis, in prouincijs, in quibus non eſt prohibita: licet clericus peccaret id faciendo tẽpore, quo diuinis intereſſe tenetur, neq; ſi rogatus, vt ſe venantem comitaretur, fulminis ictu periret. Dixi, (Limitãdũ,) quia ſaluari poteſt in venatione vrſorũ, aprorum, & ceruorum, quæ armis exercetur, ſi mors per illa contingeret.

238 Vige-

a Argu.l.ſi putator.ff. ad l. Aqui. & c.ſi duo, & c.clerico 50.diſt.

b Verb. homic.nu.2. §.13.

c Eo.verb. q.7.

d Arg. glo. recept.in l. 1.de cle. Gc nat.& not. in cap.1.de ſagit.

e Ca.Ioan. cum ei annot.de homicid.

f Ca.ſignifi caſti.cum ei annot.de homicid.

g Capi.15. nu.13.

h Libr.5.de iuſt.& iure q.1.art.9.

i Verb.homic.5.q.2.

238 Vigesimooctauo infertur, quod nõ fit irregularis monachus minor peccans equitando, eo quod mula mansuetissima qua vehitur citra suam aliam culpã puerum occidat: quia culpa incessionis eius modi mulæ nullatenus dirigebatur in talem mortem, & quod adulter qui a marito cum vxore deprehensus suæ defensionis causa eum occidit, est irregularis, vt dixi supra.[a] sequutus S. Antoninum.[b] quia adulterium est actus illicitus, & sufficienter directus ad mortem inferendã, attenta maritorum procliuitate, & consuetudine interficiendi adulteros, & suas vxores, & lege permittente in certis casibus patri, & marito eos, & adulterantes occidere,[c] & eadem ratione clericus adulter fit irregularis, si maritus ob id occidat vxorem, secundum eam opinionẽ, quã fel. rec. Pius V. pbauit, cum in sacra pœnitentiaria id cõtrouerteretur. Adde hic ea quæ tradimus in rub. de indi.[d]

a Cap. 25. nu. 7.
b 3. par. ti. 5
c Arg. l. pat. 1, l. marito ff. ad l. Iul. de adult. et l. Gracchus C. eod.
d an. 107.

DE DISPENSATIONE irregularitatis.

239 *Missam quis irregularis iuste dicat.*
239 *Dispensare potest, sed non solet, Papa in irregularitate homicidij voluntarij*
239 *D. Franciscus Toletus Societatis Iesu insigniter laudatus.*
239 *Homicidium voluntarium exacte definitum, & cum quo dispensat Episcopus.*

DE dispensatione huius irregularitatis dico primo, id quod pridem respondimus, scilicet, licere facere sacrum post debitam contritionem & confessionem ante dispensationem ei, qui occultissime occidit alium, & probabiliter est certum, & creditum, infamatum iri eum illud fecisse, nisi celebret, quia lex naturalis & diuina de defendenda sua fama præstat legi humanæ de abstinendo a sacro in irregularitate, per dicta supra.[e] Ad qõnem aũt, q̃ hic quærit quidam vir eruditus, scilicet, an idem sit dicendum de excommunicato occultissimo posito in simili periculo infamiæ, & de moniali incidente occultissime in censuram Palem, vt ante moram petendi absolutionem possit communicare, qñ aliæ ad id tenentur, & interesse choro, & alijs, quibus si abstineret fama eius & monasterij periclitaretur? Ad quod respondeo affirmatiue eadem ratione.

e Ca. 7. n. 2 & 3. & ca. sicut. de cõsecr. dist. 1.

Secundo, quod tam mala est quo ad forum conscientiæ hæc irregularitas occulta, q̃ publica, per dicta supra,[f] vbi trã scripsimus § Conc. Tridẽ. quo Episcopis noue conceditur facultas dispensandi super quacumq; irregularitate descendente ex quocumq; delicto occulto, excepto homicidio voluntario. Super dispensatione vero descendentis ex voluntario idem Concil.[h] statuit in hæc verba, *Cum etiam, qui per industriam occiderit proximum suum, & per insidias ab altari auelli debeat: qui sua voluntate homicidiũ perpetrauerit, etiam si crimen illud nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoueri possit, nec illi aliqua ecclesiastica beneficia, etiamsi curã non habeant animarum conferre liceat: sed omni ordine, beneficio, & officio ecclesiastico perpetuo careat. Si vero homicidium non ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo, & quis se a morte defenderet, fuisse commissũ narretur, quam ob causam etiam ad sacrorum ordinum, & altaris ministerium & beneficia quæcumque ac dignitates iure quodammodo dispensatio debeatur, committatur loci ordinario, aut ex causa Metropolitano, seu viciniori Episcopo, qui non nisi causa cognita, & probatis precibus, aut narratis, nec aliter dispensare possit.*

f Eodem nu. 194.
g Cap. 6. sess. 24.
h Sess. 24. c. 7. de refor.

Ex quibus duobus cap. nota primo, q̃ ante prædictũ Conc. non licebat Episcopis dispensare super hac irregularitate publica, neq; occulta. Ad q̃ probandum alias hic adduximus multa, quę nunc tãquam superuacanea omittimus.

Secundo nota,[i] duplex homicidium voluntarium illicitum. Alterum in se intentum, ac volitum, super quo statuitur, ne dispensetur. Alterũ volitum in se causa defensionis, nam vers. *si vero* ponit duplex genus homicidij illiciti, scilicet, casuale, & factum causa defensionis, quod intelligendum est de intento, & volito in se, licet causa defensionis, alioq; enim superflueret, quia contineretur sub casuali altero membro disiunctiuæ. Ex quo tertio nota, q̃ homicidium intentum, & volitum in se causa defensionis, licet sit illicitum ob excessum inculpatæ tutelę,

i Ex dicto cap. 7.

non

non eſt indiſpenſabile, q̃ eſt quotidianũ in praxi: ad quod hunc canonem efficaciter in ſacra Pœnitentiaria inducentẽ iucũde audiui admodum Reuerendũ Collegam in ea meum Franciſcũ Tolletum excellentẽ ſacræ paginæ Doctorẽ, & acerrimum antea Gymnaſtã, ac nõnullis annis primum fel. record. Pij V. & nunc S.D.N. Eccleſiaſtem cum primis Vrbis, & orbis ſuſpiciendum, Illuſtriſſimæque Societatis Ieſu ſingulare ornamentum.

240 Tertio nota, quod ex eodem Cõc.[a] & his, quæ alias hic[c] & prius,[b] de cõſecr. dixi põt definiri homicidiũ voluntariũ, ſuper cuius irregularitate diſpenſandi poteſtas excipitur in omnibus facultatibus diſpenſandi ſuper irregularitate factis tam ſummo Pœnitentiario, quã Legatis, Cruciatarum Commiſſarijs, & qui buſuis alijs. Definiri inquam poteſt, *eſſe homicidiũ illicitũ, intentum, ſiue volitum in ſe ſaltem æquipollenter, alias quam ꝯ tãdæ mortis cauſa ab oratore.* Dixi, *Illicitum*, ad differẽtiam eius, q̃ neq; eſt licitum, neq; illicitum quale eſt factum ab infante, vel furioſo,[c] eius item, quod eſt iuſtũ, quale eſt q̃ miniſtri militiæ, vel milites in bello iuſto iuſte faciunt, de quo ſupra in quarta ſpecie. Ex quo videtur inferri pdictos, & alios, quibus fit facultas diſpenſandi ſuper oĩ irregularitate excepta illa, q̃ naſcitur ex homicidio voluntario poſſe diſpenſare ſuper ea, quæ naſcitur ex homicidio iuſto, cum ſolum homicidium iniuſtum dicatur volũtarium per prædictam definitionem.

Dixi, *Intentum, vel in ſe volitum*, quia nõ ſufficit, vt ſit volitum in cauſa, quale eſt oẽ caſuale producens irregularitatẽ ſm S.Tho. receptũ.[d] Dixi, *Saltem æquipollenter*, ad includendum illud, quod non eſt quidem intentum, ſeu volitum in ſe, ſed in cauſa adeo propinqua morti, vt mora liter vix ſint patibilia, velle illam causã, & nolle occidere. Cuiuſmodi ſunt, nolle occidere, & venenũ, quod ſcit eſſe mortiferum propinare, vel ferire enſe punctum circa p̃cordia, vel circa caput ẽt cæſim. Dixi, *Alias quam, &c.* ad excludẽdũ inte ntum ob defenſionem vitandæ mortis cauſa.[e] Dixi, *Ab oratore*, quia non ſuffi cit vt intendatur ab alio: fit enim ſæpe, q̃ idem homicidiũ ſit voluntariũ vni, & nõ alteri, quale eſt, quod facit Petrus pcutiendo alium animõ occidendi, mandante Ioanne, vt aliq̃ iniuriam leuem citra deformationem ei dicat, vel faciat. Illud em̃ Petro eſt voluntarium, & Ioãni nõ. Et contra quod famulus facit propinãdo potum veneno infectum animo iocandi mandato heri pſuadentis eſſe ſolo ſale inſperſum, id em̃ famulo non eſſet volũtarium, & hero ſic. Quæ definitio funda tur, tam in d.c.7. quatenus in trib⁹ locis ſignificat oẽ homicidium indiſpenſabile eſſe volitum in ſe ſcilicet, ibi, *Per induſtriam, vel per inſidias*, & ibi. *Voluntate ſua* & ibi, *Ex propoſito*. Tum quia S.Tho. recepctus, ait voluntarium differre a caſuali, eo quod illud eſt volitum in ſe, & caſuale in cauſa tm̃. Tũ quia longe magis peccat, qui intẽdens occidere occidit, q̃ qui nõ intendens illud facere, id facit. Adeo quidem q̃ occidens ſine animo occidendi, minus peccare dicatur, q̃ vulnerans animo occidendi,[f] quia hic eſt in dolo, ille in culpa, & dolus præpõderat culpæ. Tum quia mandans vulnerare aliquem citra mortem, licet mandatarius occidat non dẽt pœna ordinaria mortis puniri, ſed minori, ſm Cõem, quam poſt plurimos alios ſequitur Dec.[g] & Alciat.[h] & non alia rõne, q̃ quia non intendebat occiſionem. Ergo qui occidit aliquem non intendens occidere, non incurrit irregularitatem indiſpenſabilem, q̃ incurrit intendens occidere quum ſm menſuram delicti debeat eſſe plagarum modus.[i] Tũ quia c.fi.[k] q̃ maxime contra hoc facit, non probat mandantẽ percutere citra mortem, ea conſequuta, eſſe homicidam voluntarium, neq; irregularẽ irregularitate indiſpenſabili, ſed tm̃ eſſe irregularem, quod & nos fatemur. Tum quia nullo iure probat Cate. in d.art.fi. q̃ pcutiẽs in vtero prægnãtem, ſine animo cauſandi aborſum, ſi ille ſequatur, eſt homicida voluntarius. Et quod faciens ſine animo occidẽdi, aliquid, ex quo vt plurimũ ſequitur mors, illa ſequuta, eſt homicida voluntarius, quia id maxime fundat in d.c.fi. & in d.S.Tho. quod aũt in d.c. fin. non probetur, ſupra probatum eſt, & q̃d dicta S.Tho. id nõ probent, probatur eo, quod ait in corpore q̃nis, oẽ, q̃ non eſt volitum in ſe, ſed in cauſa tm̃, eſſe caſuale, & in ſecundo argumento & eius ſolutione ſentit homicidium pcutientis in vtero

a Capitu. 7
b In principio, d. 1.
c Ca. illud, 15. q. 1.
d 2. 2. q. 64 art. fin.
e Per diſtũ 7. cap.
f l. 1. §. diuus. ff. de ſi car. & facit, l. 1. & l. is qui. C. cod.
g l. item ſi obſtetrix. §. fin. ff. ad l. Aquil.
h Conſ. 622
i In l. magna negligentia. ff. de verb. ſign.
k Deut. 25 & c. non aſſeramus, 24 q. 1.
l De homicid. lib. 6.

vtero prægnãtem ſine occidendi animo eſſe caſuale, licet punibile, & non voluntarium. Tum quia d.c.fin.ſi probaret, qđ ait Caiet.probaret quod ét faciens id, ex quo non ſequitur vt plurimum homicidium, eſſet homicida voluntarius: quia vt plurimum non ſequitur mors ex percuſſione nolentis occidere: nam & ex percuſſione volentis occidere pluries deſinit ſequi mors, quam ſequatur, vt experientia docet. Tum quia in ca.ſignificaſti,[a] clare ſignificatur diſpensãdũ eſſe cum clerico, qui percuſſit ſacrilegũ foſſorio, ſine animo occidendi, licet ob id ab alijs fuerit occiſus. Tum deniq; q̃, vt ſup ponderatum eſt prædictũ c 7. probat non oẽ homicidium illicitum intentũ, & volitũ in ſe, eſſe indiſpenſabile, dicẽs: *non eſſe tale intentũ cauſa defenſionis.*

a 2. *de homicid.*

Quarto nota, q̃ poſt prædictũ Conc. non pót Epiſcopus diſpenſare cũ homicida voluntario ad vllos ordines, neq; vllum beneficiũ, ét ſimplex, vt diſponit,[b] q̃uis cum alio poſſet diſpenſare quo ad ordines minores,[c] & ét ad beneficium, p c.2.[d] omnium iuris optimũ ſm Ananiã ibid. modo ſit ſimplex, iux. Panor. ibid. & Fely. in d.c. ad audiẽtiam, & etiam ad retinendum curatum iam obtentum, licet non obtinendum, iux. Dec.[e] concordantem ſic opiniones contrarias. Quinto nota hanc concluſionem maximi póderis & quotidianam, q̃ alibi poſuimus, ſcilicet, in rubr. de iud. n. 109. & hic placet inferere, nempè, q̃ homicidium voluntarium factum authoritate legitima, & iuſta de cauſa, non parit irregularitatẽ indiſpenſabilem,[f] licet ſit iniuſtum defectu rectæ intentionis vel alicuius alius circũſtantiæ perſonæ, loci, temporis, modi, &c. p̃fatum. n.c. pen probat iuſtam cauſam occidendi concurrente authoritate legitima id faciẽdi, plurimũ excuſare ab irregularitate opitulantẽ occidere ét in iuſtè ob circũſtantiã pſonæ, adeo quidẽ, quod per opitulationẽ ét percutiendo, eam non incurrit. Deinde, q̃ per ſuperi[g] dicta probatur huiuſmodi homicidium non eſſe iniuſtum legib. iuſtitiæ, ſpiritualis, nec obligare ad reſtitutionẽ. Secũdo, quod ſicut non contrahitur irregularitas niſi in caſib. expreſſis a iure,[g] ita à ſimili videtur, q̃ irregularitas indiſpenſabilis non contrahit, niſi in caſib. expreſſis a iure. At nullo iure exprimitur irregularitatẽ indiſpenſabilẽ oriri ex homicidio iniuſto ob defectum circunſtantiæ finis pſone, vel alius, modo auihoritas, & iuſta cauſa occidendi ſubſint. Poſtremo, q̃ tam facile, & gratioſe fęl. rec. Pius V. diſpenſabat cũ multis presbyteris conſtitutis in ſacris ét religioſis, qui in illa fœliciſſima contra Turcas habita victoria anno 1571. occiderunt aliquos eorum, eã rõne, quod licet contra leges ſuorum ordinum, & religionũ peccaſſent manibus proprijs occidendo, & ita incurriſſent irregularitatem,[h] non tamen incurrerũt præfatam indiſpenſabilem, quia ſuberat authoritas, & cauſa legitima. Quem in hoc imitatur S.D.N. Greg. XIII. diſpenſando ſæpè cum his, qui in bellis iuſtis hæreticos vel alios occiderunt. Tertiò infertur rectè reſponſum eſſe ſubdiacono, qui iudicem criminalem agens, recte quoad leges iuſtitiæ ſpiritualis condẽnauit quoſdam ad mortem, incurriſſe qdẽ irregularitatem, ſed non præfatã indiſpẽſabilem, quia licet occidiſſet iniuſtè ob circunſtantiam perſonæ, non tamen ob defectum authoritatis, vel cauſæ iuſtè occidendi. Quarto, quod qui inuaſus nõ potens aliter vitare, occidit inuaſorem, mala intentione, & ad vindictam, ſed alias cum moderatione inculpatæ tutelæ, licet peccet mortiferè, non tamen incurrit irregularitatem, neque obligationẽ ad reſtituendum damnum: quia non occidit illum contra leges iuſtitiæ ſpecialis, imo ſm illas.[i] Quibus conſequẽs eſt, eum qui iuuit inuaſum occidentem inuaſorem, qui aliter non potuit mortẽ euadere, non fuiſſe factum irregularem, ſi ipſe non occidit eum, etiamſi percuſſit,[k] neq; ſi ipſe occidiſſet, incurriſſet præfatam irregularitatem indiſpenſabilem, licet ſic diſpenſabilem. [l] Quinto, recte reſponſum fuiſſe illi, qui comitatus fuit lictores miſſos a prætore ad capiendum, & occidendum bannitos, quòd nullam incurrit irregularitatem, ſi proprijs manibus non occidit, neque indiſpenſabilem, ſi proprijs manibus id fecit, etiam ſi clericus fuerit, quia non occidit iniuſtè ob defectum authoritatis, vel cauſæ, ſed ob circunſtantiam, perſonæ, & ita nõ contra leges iuſtitiæ ſpecialis, ſed alias charitatis, vel ſui ordinis.

b In d.ca.7.

c Iuxta nota inc. ad audientiã, de homic.

d De cler. pug. i duel.

e In c. at ſi §.1. de iud. nu.16.

f De qua i c.miror.50. diſt. & c.5. de refor. ſeſſ. 25. Concil. Trid.

g Ca.is, qui de ſent.exc. lib.6.

h iux. c.pẽ. de homic.

i L. & vim. ff de iuſt. & iu. adiũcta cle.1. de homi. & leg.1 C. Vnde vi. k Per d.ca. pe. de homi. l Arg. gloſſ. ſing. cle.1. de homicid.

DE

DE IRREGVLARITATE delicti accipiendi, aut exercendi male ordines.

241 *Irregularis, & ſit ordinatus, aut ordine ſtens in cenſuris aut ab Epiſcopo cenſurato, aut extra tempora, aut ſtens ordine non habito, & ſeq.*

CIrca hæc dico primo, quod eſt irregularis, qui ſciens, aut ſcire debẽs ſe eſſe excõicatũ excõicatione maiori, aut interdictum, aut ſuſpenſum, ſaltem a ſu ſcipiẽdis ordinibus, ordinat, c.pri.de eo, q furt.ord.ſuſcept.& c.cũ illorũ, de ſent. excom. Dixi, *Excõicatione maiori*: q a minor q̃uis ſufficiat ad peccandũ, nõ tamẽ ſufficit ad irregularitatẽ incurrendã, c. ſi celebr.de cler.exc.miniſt. Dixi, *Vel debẽs ſcire*, quia ignorantia craſſa non excuſat, c.apoſtol.de cler.excom.qualis eſt eius, q ad conſtitutum diẽ ſub pœna excõica tionis fuit citatus, & non comparuit, & poſtea celebrat neſciens ſe a iudice fuiſſe excõicatum, vbi de conſuetudine tales contumaces excõicantur, iuxta Archid. in d.capit. Apoſtolicæ, receptum ẽt per Villadiegũ.[a] Neq; Epiſcopus in hac pót iure antiquo diſpenſare, niſi cum ingrediente religionem poſt bonam aliquãti tpis conuerſationem, c.fi, de eo qui furt. ordin. Dixi, *Iure antiquo*: quia nouo Tridentino[b] pót, ſi delictum ſic celebrandi eſt occultum, erit aut occultum ſi excõicatio eſt occulta licet celebratio ſi publica,[c] quia q̃ꝝ actus celebrãdi ſit publicus, non eſt tñ publica eius malitia: q in ſacra Pœnitentiaria definitum fuit.

Secundo dico, q ẽt eſt irregularis, qui quatuor ordines minores, & ſubdiaconatum vno eodemq; die ſuſcipit,[d] ſed conſuetudine excuſari pót, iuxta S. Anton.[e] vt ſup.[f] diximus. Et a fortiori, ſi duos ſacros ordines ſuſcipit. Nec obſtat, q ſup. ſ dr, quod eſt ſuſpenſus, ideoq; non eſt irregularis tum quia c.literas, de tẽp ord. q de illo diſponit, vtitur verbo ſuſpẽſus vti antiquiora iura, q̃ præceſſerunt c.niſi de renunciat. ante q non erat frequẽs in canonib. verbum irregularitas, vel poti⁹ quia d.c.literas, loquitur de ordinato duplici ordine ſacro non præcedente excõicatione contra eum, qui ſic ordinaret, q licet ſit irregularis, non tñ eſt tñ, quantum, qui duos ordines ſacros accipit præcedente excõicatione contra ſic accipiẽtem, vt colligitur ex c.1.2. & 3.[h] cum eis adnotatis a Panorm. & alijs, q̃uis Epus poteſt concedere vſum aliorum prius ſuſceptorum, d.c.ſecund. de eo qui furt.

Tertio dico, quod eſt irregularis, qui ordinatur ab Epo, qui ſe abdicatur epiſcopatu ſuo quo ad locum, & quo ad dignitatem, c.pri.de ordin.ab Epiſc q Epiſcop.renunt.ſciens, aut ſcire debens eius abdicationem, q̃uis de facultate ſui Epiſcopi ordinetur, iuxta omnes.[i]

Quarto, quod qui ab Epiſcopo excommunicato, interdicto, aut ſuſpenſo, ſimoniaco, ſchiſmatico, hæretico, aut depoſito, aut degradato ordinatur eſt irregularis, quamuis characterem ſuſcipiat, per prædicta:[k] non tamen exequutionem, ſiquidem qui eam non habet, alteri dare non poteſt, modo ſit denuntiatus talis, p extrauagantem *ad euitanda* relatam ſupra,[l] & ad id iuſto timore non cogatur.[m] Poteſt autem Epiſcopus diſpenſare cũ eo, qui ignorans denuntiationem, ordinatur. arg.c.fi.de ordin.ab Epiſcop.& ca. ſtatuimus, & c. ſi a ſimoniacis, pri.q.pri.

Quinto dico, quod qui ordine ſacro ordinatur ante legitimam ætatem, vel extra tempora legitima, vel abſq; literis dimiſſorijs, non eſt irregularis, eſt tamen ipſo iure ſuſpenſus, & ſi antequam abſoluatur, eum exerceat ſit irregularis.[n]

242 Sexto dico, quod quamuis qui per ſaltum ordinatur accipiendo maiorem ante minorem ordinem, verum ordinẽ ſuſcipiat, etiam ſi primo ſaltu ex laico presbyter fiat, iuxta glo.c.ſolicitudo 22. diſt.& c.pri.de cle.per ſalt.promot. receptam communiter, eſt tamen ſuſpenſus, & prætermiſſum ordinem ſine diſpenſatione accipere nequit. Poteſt tamẽ Epiſcopus antequam accepto vtatur, diſpenſare, vt prętermiſſum ſuſcipiat, & poſtea ambobus vtatur, ſed ſi priuſquam diſpẽſetur, vtatur accepto, aut prætermiſſo, videtur talis irregularis, cum quo ſolus Papa ad maiorem ordinem diſpenſat, ſi ſciens errorem id fecit, ſi autem per ignorantiam, Epiſcopus poteſt, imo & ſi ſcienter vſus fuerit ad exercendum acceptum, quamuis non ad maiorem ſuſcipiendum, arg.cap.pri.& eorum, quæ poſt alios ibi annot.Pan. de cler.per ſal. promot.& Sylu.verb.irreg. q.vndecima.

h De eo, q furt. ordin. ſuſcepit.

i Cap.2.19. diſt. c.quod quidam. §. *q̃uis, &* §. *ſciendũ*, 1. *q.7.*

k Et per c. gratiam, & c.ſtatuimus 1.& 2.2. *q.1.*

l Eod.n.25

m Arg.cap. cõſtã.1.q.1

n Per extra uag.cum ex ſacrorũ citatam ſup. c.25.n.70. & in hoc nu.155.

a Col.4.vbi ſupra.

b Seſſ.24. cap.6.

c Argu.l.in delictis, §. *ſi extraneus, ff. de noxa. act.*

d Ca.2.eo. tit.

e 3.par.tit. 14.cap.16. §.10.

f Cap 25. nu.71.

g Capi.25. nu.71.

Septimo dico, quod eſt irregularis, q ordine, quem non habet vtitur, c.pri.de cler.non ordin. miniſt. modo illo vtatur ſerio, & non ioco,[a] & tamquam ordinatus eo, & non vt laici ex conſuetudine, interdum exercent officium minorum ordinum, iuxta S.Thomam,[b] & S.Antoninum,[c] aut non initiatus presbyterio, ſine conſueta ſolemnitate, vt alius bapti zat, aut nondum ſubdiaconus, epiſtolam cantat ex choro, aut altari, etiam cum dalmatica, ſed ſine manipulo, aut cum eo, vbi eſt talis conſuetudo, iuxta S.Antoninum[d] & affirmat Villadiegus[e] fratribus mendicantibus eſſe conſuetudinem eam dicere, etiam cum manipulo, ſecus enim ſi ſolum exſecutione careret eo quod in ordinatione aliqua ſolemnitas accidentalis defuit, licet enim peccet vtendo, antequam illa ſuppleatur, c.pri. de ſacram.non iteran cum annot.ibi. nō tamen fit irregularis. Quin pridem reſpondi, quod q̃is clericus primæ tonſuræ, qui ſolemniter cantauit epiſtolam cum manipulo tanquam ſubdiacon⁹, vbi non erat conſuetudo cantandi eam cum illo niſi ſubdiacono ſit irregularis: in foro tamen animæ non eſt talis, ſi noluit facere tamq̃ ſubdiaconus, licet in foro exteriori putaretur talis, quia præſumeretur id feciſſe, vt ſubdiacon⁹. Ad dubiū de laico audiente ſerio confeſſionem ſacram, & abſoluente, ſimulando ſe presbyterum, reſpondeo quod ſit irregularis p prædicta, quia ſolemniter facit actū appropriatum ordini p̃sbyterali, quo caret.

243 Octauo dico, quod eſt irregularis clericus violans interdictum generale, aut ſpeciale, locale, aut perſonale ſepeliēdo, adminiſtrando ſacramenta, aut celebrando diuina officia ſic, vt aliquod op⁹ peculiare alicuius ordinis faciat, vt dictū eſt ſupra.[f] Dixi, *Clericus*, quia laicus q̃uis ſæpe peccet mortaliter interdictum violando, numquam tamen irregularitatem incurrit, vt ſup. 8 dictum eſt. Dixi, *Interdictum*: quia ſecus de ceſſatione non mixta interdicto, vt dictum eſt ſupra.[h]

Nono dico, quod ſolus Papa cum tali ad aſcendendum ad maiorem ordinem diſpenſat, quamuis ad vtendum accepto poſſit Epiſcopus, Panorm. in cap. pri. de cler.non ordin.miniſt.

a Arg.c.illud, 15.q.1

b In 4.diſt. 24.

c 3.par. tit. 28.cap.1.

d Vbi ſupra §.3.

e Vbi ſupra eot.42.

f Eod.c.nu. 189.

g Eod.capi. nu.187.

h Eod.capi. nu.188.

DE IRREGVLARITATE ex delicto violandi cenſuras celebrando.

244 *Irregularis & ſit cenſuratus celebrādo, aut actum ordini proprium agendo & ſeq.*

PRimo dico, quod excommunicatus excommunicatione maiori, interdictus, aut ſuſpenſus, qui ſciens, aut ſcire debens, celebrat officia diuina, faciendo ſolēniter aliquid alicui certo ordini ſuo deputatum tamq̃ ordinatus tali ordine, aut audit auctorando, eſt irregularis, iuxta cōem q̃ Hoſtien. Io. Andr. Panor. & alij tenent, in c. ſecund. de cler. excō. miniſt. Et probatur de excōicato in c. ſi celebrat. a contrario ſenſu, eod. tit. & de ſuſpenſo in c. pri.[i] Dixi, *Excōicatione maiori*, quia minor ad hoc non ſufficit.[k] Dixi *Sciens*, ad excludendū eum, qui per ignorantiam probabilem hoc facit, & ad includendum eum, qui per craſſam, arg.c. Apoſtolicæ, cū ei ann. eo. ti Dixi, *Diuina officia*, quia peragendo alia, puta iudicando, viſitando, caſtigando, præſentādo, eligendo, confirmando electū, &c. nō incurritur: quia id nullibi cauetur, & ita nō eſt dicendū[l] Dixi, *Aliquid certo ordini ſuo*, ad excludendū, iuxta doctrinam Innoc. in c. fi. de exceſſib prælat. receptā cōiter, eos qui recitant aliquas horas, ēt canonicas, & reſponſoria ad ſepulchra mortuorū cantant, aut Pſalmos in choro, q̃ etiā conſueuerunt laici, facere, aut ferunt cereos, aut faciunt aliquid aliud minorib⁹ ordinibus annexū, q̃ mere laici conſueuerunt facere, vt S.Th. & Anton. citati ſup. ꝓxime dixerunt. Dixi, *ſolemniter*, ad excludendum eum, qui dicit epiſtolam aut euangelij ſine apparatu ſolito, vt proximē dictum eſt. Dixi, *Tamquam ordinatus tali ordine*, ad includendū hebdomadarium, qui tamq̃ ſacerdos capitulū dicit, & orōnem in choro, & aquam ſolēniter benedicit. Quod Sylueſt. declarat.[m] Dixi, *Aut audit auctorando*, ad includendū prælatum, aut dñm, q ligatus aliqua cenſura coram ſe celebrare facit aliquē, ſiue ſit ligatus ea, ſiue non: aut aliquem ligatū, licet ipſe non ſit ligatus, iux. gloſſ. ſingularem, in cle ſecūd. de priuile. verb. celebr. commendatam per plurimos.

i De re iud. lib.6.

k Per d.c ſi celebra. de cle. excom. miniſt.

l C.legatur 24.q.2. & cauſa qui, de ſent.excō. lib.6.

m Verb.irregularitas q.13.

245 Se-

245 Secundo dico, quod non diſtingui mus,vt alij inter ſuſpenſum quo ad ſe ſo lum,& inter ſuſpenſum quo ad ſe⁊, & quo ad alios,quia loquimur de ſuſpenſo ſuſpenſione propria,quæ eſt ſpecies cen ſuræ eccleſiaſticæ [a] definita, qualis non eſt ea,quam peccatum mortale,vel irre gularitas facit,vt ibidem dictum eſt.

Tertio dico,quod in hac irregularita te ſolus Papa diſpenſat, iuxta Innocentium & communem⁊.[b]

a Ea.c. nu. 151.
b In c.1. de re iud.li.6. adiunctis, quæ dicit in c.1.de ſent. excom.eod. lib.& c.fin. de exceſſ. prælat.

DE IRREGVLARITATE ex delicto iterandi Baptiſmũ.

246 *Irregularis eſt bis baptizans, aut bis baptizatus.nu.247.*

PRimum dico eſſe irregularem, qui ſciens ſe eſſe baptizatum, iterum ſe permittit baptizari, [c] & qui baptizat, quem ſcit eſſe baptizatũ,c.ſecũd.de apoſtat.ẽt ignoranter,[d] niſi ignorantia eſſet probabilis & iuſta,iuxta Scot.[e] & Card. S.Xiſti,[f] q̃uis gloſſa, Archidiac. & c.tati per eum aliter ibi dicant per illum textum,cui nos ibi noue rñdimus:& ẽt dubium probabile excuſat: qm̃ non mõſtratur eſſe iteratum, quod neſcitur eſſe factum.[g] Ignorantia probabilis eſt ei,qui adhibita diligentia debita,ſcire non potuit,an qui offertur, ſit baptizatus, vel non,qui baptizandus eſt ſub ea cõditione,*ſi non es baptizatus,ego te baptizo* c.2. de bapt. Talis tñ non eſt ei,qui ſcit eum natum ex parentibus Chriſtianis,& educatum inter Chriſtianos,qui infantes recẽs natos baptizant: dẽt em̃ credere eſſe baptizatũ,c.veniens, de presby.nõ bapt.

Secundo,quod,vt diximus,in d.c.qui his, parochus non põt iterato baptizare illum,quem obſtetrix baptizauit, donec cognoſcat ex ea,an & qũo baptizauit,& ſi cognouerit eam ſcire baptizare,& baptizaſſe recte dẽt alia oĩa ſupplere, ſed non baptizare,ẽt ſub conditione, *ſi non es baptizatus,&c.* quoſdã tñ q ſic baptizarũt bona fide,rñdi pridẽ non fuiſſe irregulares quo ad forum exterius, licet peccauiſſent: quia vere non baptizarũt, cũ conditio eſſet de ꝓterito,vel præſẽti, & talis falſa faciat ceſſare actũ,l.cum ad ꝓſens,ff.de reb.cred.cum gl. & cita. in ea Et quia intentio eorum non fuit iterare baptiſmum, & actus agẽtiũ nõ operãtur vltra intentionẽ eorum, l.nõ oĩs,ff.eod.

c Ca.eos de conſe. di.4.
d C.qui his ignoranter, de conſecr. diſt.4.
e In 4.di.6 q.8.
f In d.c.qui his.
g Ca.ſolemnitates,2. de conſecr. di.& ca.1. de cler. per ſaltum promot.

247 Tertio dico, quod idem eſt de iteratione reliquorũ ſacramentorũ, q̃ characterem imprimunt, quæ ſunt cõfirmatio,& ordo,ſm̃ S.Anton.per c.dictum,[h] quod agit de bis confirmatis,& c.pri.[i] ꝙ agit de bis ordinatis, licet acerrimus Scotus, [k] cõiter receptus oppoſitum teneat,cuius opinio etſi iuri ſcripto aptior videatur,conſuetudini tñ illud interpretanti aptior eſt S. Anton.& ideo tenẽda, arg.c.cum dilectus,& c.fi.de conſuet.

h De conſe. di.5.
i 68.diſtin.
k In 4.di.7 q.vlt.

DE IRREGVLARITATE ex delicti notorietate⁊.

248 *Irregularem ſola enormitas peccati nõ facit,quid aliud requiratur.nu.ſeq.*
249 *Sodomita non eſt irregularis, ſed hodie grauiſſime punitur.*
250 *Matthæus Contarellus S.D.N. Datarius laudatus.*
251 *Collatio beneficij facta irregulari nulla⁊.*
252 *Irregularis an oĩs incapax beneficij.*
252 *Irregularitas pœna maior excommunicatione minore.nu.153.*
253 *Commiſſio ſicut mandatum exſpirat morte committentis.*
254 *Confeſſarius, quis per bullam electus tollit irregularitatem⁊.*
255 *Occultum, & pœne occultum quid & quotuplex.*
255 *Publicum quid & quotuplex.*
255 *Qualitas adiuncta verbo iuxta eius tempus intelligitur.*
255 *Diſpenſat, vt Epiſcopus in irregularitate notorij criminis, & in nulla confeſſarius.*

DIco primo irregularẽ eũ,qui notorio crimine,enormi,& dignod epoſitione notatur,d.c.fi.de temp.ord.Dixi, *Notorio*,quia id requiritur. Quod aũt ſit illud dictum eſt ſup.[l] de hac ipſa re tractando.Quibus eſt conſequens,non ſufficere,quod probari poſſit,aut ſit fama⁊ de eo,aut ſit cõfeſſum extraiudicialiter, vt S.Antoninus dixit,[m] Dixi, *depoſitione digno*,alias ſecus,vt dictum eſt. vbi ſup.

Secundo dico,ꝙ crimina de poſitione digna ſunt adulteriũ, & oĩa alia maiora illo,concubinatus diu continuatus,præſertim notorius,& ſtuprũ,virginis,& alia ſimilia,

l Capit.25. nu.73.
m 3.par.ti. 28.c.6.§.7

similia,de quibus late Panor. & alij,in c. at si cler.§.pri. de iudic.& Aretinus.[a]

Tertio dico, quod quæcumque enormitas sine notorietate non sufficit,quãuis contradixerint glossi. [b] & Villadiegus,[c] & Angel.& Sylvestr. ver.irregularitas, q.quarta,post S.Anton. vbi sup.male inijcientes magnos scrupulos multis ecclesiasticis, qui delicta enormia occultissima commiserunt. Tum quia contra eos est dictũ caput *ex tenore*,vbi expresse hoc ait Innoc. Tum quia Batholo.Brixiensis [d] tenet contra eam,inducendo c. fi.de tempor.ord. per q̃ noue declarauit Grego.IX.nulla crimina occulta præter homicidium facere irregularem. Tũ qa hoc probatur per c.is,qui,de sent. excõ. lib.sexto.quatenus habet,nullum crimẽ quantũlibet graue irregularitatem inducere,nisi de quo id a iure speciali tertia tuatur,vt hũc effectum habeat,vt homicidium.Tum quia nullo solido fundamẽto nituntur contradictores,solum enim nituntur auctoritate Bernardi &Hostiẽ. in c.nisi,§.pri. de renunt. & Speculat. [e] quos licet Anton.sequatur , [f] contra tñ tenet in d.c.ex tenore,sequutus ibid Innoc. Speculator ẽt vltimo loco, [g] refert opinionem Vincentij contrariã.Tũ deinque p̃ ea,quæ adducit cõtra eos Aret. [h] 249 Quarto dico, quod hæc consequit̃ crimen occultum sodomiæ, licet nefandũ, de quo interrogamur, non inducere irregularitatem, q̃uis Speculator [i] contra teneant nitũs opinioni supra reiectæ tum per prædicta.Tũ quia,vt dictum est enormitas nõ sufficit, nec requiritur ad inducẽdam irregularitatem: hæresis ẽm mentalis enorme crimen est , & multo maius quam quædam alia inducentia irregularitatem,[k] ẽt desperatio [l] & multo enormius odium Dei, [m] quorũ tñ nullũ irregularitatem inducit:&alia multo minora eam inducunt,c.presby. c. continebatur, de homic. quin aliq̃ opera bona. [n] Tum qa numq̃ vidi, nec audiui dispẽsationem super hoc a Sede Apostol.datã esse vel petitã. Tum qa vbi sup. Aret. ex professo, hęc tractans irrefragabiliter id cõprobat.Nec me in contrariũ mouẽt illa plurima,q̃ diligentissime tradit p̃fatus Illustriss Preses,[o] qa vt ipsemet fatetur,non est de casibus expressis in iure , extra quos non incurrit irregularitas, vt dictum est sup.nu.192.per dict. c.is qui.

Quinto, q̃ dubitari põt, an incurrat eam iure nouo extrauagans felicis record Pij V. quæ incipit Horrendũ editã anno 1568.cuius tenor,quo ad hoc est : *Oẽs & quoscumq; presbyteros,& alios clericos seculares,& regulares, cuiuscũq; gradus,& dignitatis tã dirum nefas,* (puta sodomiæ)*exercentes,omni priuilegio clericali omniq; officio,dignitate,& beneficio ecclesiastico p̃sentis canonis auctoritate priuamus.Ita q̃ per iudicem ecclesiasticũ degradati.potestati stat im seculari tradantur.*

Ad q̃ dico primo,non inducere illã, quo ad laicos:quia nil agit de illis.Secundo dico,quod nec quo ad clericos , si teneamus pœnas eius ipso iure non incurri,quod tñ teneri non potest,propter illa verba,præsentis canonis auctoritate priuamus : quæ cum sint præsentis temporis,inducunt ipso iure pœnam,[p] vt tradit Felyn.[q] & sentit glossa,cap in pœnis, de reg iur.lib.sexto,cõmuniter recepta. Tertio dico,non includere illam quemcumq; clericum sodomitam , sed solum exercẽtem, quod verbum dixit mihi S. D N.Greg.XIII.de industria posuisse in ea Reuerendiss.eundemq; doctiss ac integerrimum, nec pretio, nec precibus a recto flexibilem virum Matthæum Contarellum Datarium eiusdem Sanctissimi fidelissimum , qui a me consultus id ipsum respondit.

250 Ideoque arbitror tantum comprehendere eos, qui quasi ex vsu continuato id exercent,vt colligitur ex §. secundum,argu.l.sciendum.§.illud.ff.de edil. edi.per quem Bartolus,[r] quem sequitur Panormitanus [s] dicit artificem vel mercatorem non dici eum,qui semel,aut iterum,artem,vel mercaturam exercet,sed eum , qui toties , vt vulgi opinione habeatur pro tali,sicuti etiam erro, & abigeus non dicitur quis pro vno,vel altero actu,in l.qs sit fugitiuus.§.erronẽ. ff.eo. & l. fi.ff.de abige.& ita tẽperãda vĩ dicta extrauagãs saltẽ,quo ad forũ cõscientiæ vt solum comprehendat eum,qui sic labitur in p̃fatũ crimen,vt boni viri arbitrio dici possit exercitor eius, nõ aũt,q tñ cadit aliquoties, & pœnitet cecidisse.

Quarto dico,quod cupiẽti mihi, vt solum forum exterius respiceret, idem Sãctissimus respondit,etiã interius respice re,

[a] *In c. cum non ab homine,eo tit. gl.in sũma 15.q.8.& c.1.81.dist.*
[b] *In c.fi.25 di. & ca.ex tenore, de temp.ord.*
[c] *Vbi supra col.35.*
[d] *In additione glo.in d.c. fi.25. dist.*
[e] *In ca.ult. 25.dist.*
[f] *In d.c.nisi §.1.*
[g] *Num.18*
[h] *In c. cum nõ ab homine,col 13. & duobus ieqq.*
[i] *In d.n.17*
[k] *S.Th.2.2. q.11. ar.3.*
[l] *Idem ibi. q.20.art.3.*
[m] *Idem ibi. q.34.ar.*
[n] *Vt supra nu.206.*
[o] *In clem.1 de homic.1. par.nu.6.*
[p] *Ca.excõmunicam . de hære. & multa capitula Bullæ Cenæ inserta sub eod. nu.52.*
[q] *In ca.Rodulphus,n. 28. & melius nu.33. de rescri.*
[r] *In proœm. ff.nu.50.*
[s] *In c.1. n. 24. de iud.*

re,quum non fundetur ſuper ꝑſumptione,nec ponat diſcrimen inter vtrumque forum. Quinto dico,etiam videtur tẽperanda,ne comprehendat omnem exercẽtem luxuriam contra naturam,q̃ comprehendit oẽm pollutionem extraordinariã ſm S.Tho.[a] neq; exercentem actum ſodomiticum, qui cõprehendit oẽm pollutionem habitam cũ alio,vel alia extra vas ordinarium ſm eundem,ibi. ſed ſolum habentem copulam ſodomiticam, arg.c.fi.de ſponſ.quod habet non conſũmari copulam,niſi intra vas naturale ſemen effundatur,& c.extraordinaria,[b] ꝙ habet ex tali pollutione non gigni affinitatem. Quærenti aũt,an vt vidimus eã grauiter in foro exteriori receptam, ita ea in foro interiori ſit recepta? rñdemus qõnem eſſe facti, ad quam reſpõdere nõ eſt iuriſconſulti,arg.l.vt reſponſum,cod. de trãſa.Sexto dico,ꝙ quo ad illos,quos comprehendit inducit depoſitionem ipſo iure,quæ non eſt irregularitas,ſed peior illa,per dicta ſupra.

a 2.2 quæſt. 154. artic. 171.

b 35.q.2.

251 Sexto principaliter dico,ꝙ nulla irregularitas inducit priuationem beneficij iam q̃ſiti ipſo iure,q̃ videtur ſentẽtia Innoc.in c. cũ noſtras de conceſ.præbẽ. cõiter recepti, ibi, & vbiq; præſertim a Fely.in c.inquiſit.de accuſ.& probatur ꝙ c.clericis,[c] ꝙ ꝓbat irregularitatẽ ex homicidio natã,nõ ĩducere illã:& cũ illa ſit potiſſima,[d] a fortiori nõ inducent aliæ.

c Ne cleric. vel mon ac. verb.priuetur.

d Arg.c.miror.50.diſt.

Septimo dico, ꝙ omnis irregularitas ꝓcedens collationem,reddit ipſam ſubſequutam nullam ipſo iure:ꝙ probatur primo, ꝙ verior reſolutio illius grandis q̃ſtionis tractatæ a multis citatis a Fely.[e] An collatio beneficij facta criminoſo valeat,eſt, quod facta irretito crimine inducente irregularitatem non valet, facta vero alij ſic,vt colligitur ex c.fi.& alijs quæ citantur vbi ſup.de temp.ord. ꝙ Fely.Et ita ratio,cur valet,vel nõ valet, non eſt criminis magnitudo, vel paruitas,ſed quod inducit irregularitatem, q̃ ratio non eſſet iuſta,niſi irregularitas impediret vallorem collationis. Tum quia inhabilis ad vnum,eſt inhabilis ad ei annexũ,c.trãſlato,de conſt.vt in hac ſpecie dicit hoc gloſſ.notabilis,[f] & probat c.poſtulatis,de cle.excõ.miniſt. At irregularis eſt inhabilis ad ordinem & vſum ei?, & beneficium eccleſia ſticum prequirit ordinem,& illius vſum: quia datur propter officium,[g] ergo irregularis eſt inhabilis ad beneficium,& conſequenter collatio illi facta nil valet. Deinde quod caſecũd.de cler.pug.in duel.& d.c.ſtudeat,[h] probant irregularem eſſe inhabilem, ét ad beneficiũ ſimplex ſine diſpẽſatione

e In c.2.de reſcrip.

f In ca. ſtudeat,50.di.

g Cap.fi.de reſcri.lib.6.

h 50.diſtin.

252 Contra tamen hoc facit, quod ex eo ſequeretur,quod collatio facta initiato aliquo ordine, qui ſine ſua culpa fieret irregularis defendendo iuſte proximum, vel amittendo aliquod membrũ, vel deformitatem grandem incurrendo caſu,vel morbo, vel malitia aliorum nõ valeret,quod videtur contra totum titulum de cler.ægrot.& c. cum percuſſio,[i] quod licet omnis irregularis ſit incapax omnis ordinis ſuſcipiendi, non tamẽ eſt incapax omnis ordinis vſu ſuſcepti,vt ꝑ eius definitionem patet,& cõſtat ex c.2. de corp.vitiat.quod probat, clericum q̃ perdit aliquod membrum, quo fit inhabilis ad ſacrificandum,non ideo fieri inhabilem ad alium vſum ordinum, ſcilicet ad canendum in choro,vel ad audiẽdas confeſſiones & abſoluendum : ergo ſaltem irregularis, quum ſit habilis ad aliquem vſum ordinis ſuſcepti, & etiam erit habilis ad beneficium, cui ſeruiẽdo ſufficit ille vſus,& conſequenter videt, quod qui eſt irregularis ob defectũ,quo ſolum eſt inhabilis ad celebrandum, & non ad canendum, licet inhabilis ſit ad ſuſceptionem Eccleſiæ parochialis, non erit ad ſuſceptionem beneficij ſimplicis. Pro quo faciunt etiam c 2.& c.ſtudeat,[k] quibus conceditur diſpenſatio ad beneficium ſimplex ei,cui non conceditur ad officium altaris: ſed reſponderi poteſt, per hæc ſolum probari, quod ei qui ſine ſua culpa incidit in irregularitatem,quę naſcitur ex defectu ad vſum vnius ordinis,& non alius iam ſuſcepti, poteſt dari beneficium non requirens maiorem vſum,quod concedimus:& conſequẽter in caſu d.c.de cler.ægro.ei qui duos digitos, & dimidiam palmæ amiſit ſine ſua culpa, poſſe conferri beneficium non requirens celebrationem,non autem requirens illam.Nec ex hoc ſequitur,qđ cuilibet laboranti quarta ſpecie irregularitatis,q̃ ſine culpa.contrahitur,poſſit conferri quodlibet beneficium,ad quod clericus huius ordinis iam ſuſcepti ſufficit:

i 7.quæſt.1.

k 50.diſtin.

non inq̃ hoc sequitur: quia licet sine culpa contrahatur, non tamen contrahitur ob defectum habilitatis ad vsum vnius ordinis, & non alius suscepti, sed ob defectum contrariũ cuiuslibet ordinis suscepti, & suscipiendi, vsui, scilicet defectus lenitatis ad omnium ordinum vsum requisitæ.

Octauo dico, quod ad incurrendã irregularitatẽ, q̃ ex delicto nascitur, non sufficit, quod illud sit veniale, q̃ sentit Sotus.[a] Tũ quia irregularitas est pœna valde grauis, quippe q̃ oium ordinũ vsu priuat, & ideo non imponenda pro culpa veniali.[b] Tũ quia sine contemptu nó incurritur, dicente Panor.[c] quod est pœna cõtẽptus, q̃ ipsum dixit Dom. in c. solet desent. excõ. li. sexto, vbi bon. gl. pœn. q̃ illis & Fely. in c. Rodul. nu. 43. de resc. 253 Tum quia non obstat rõ Caiet. contra tenẽtis, in summ. verb. irregularitas, scilicet quod excõio minor, quæ incurritur per peccatũ veniale, est maior pœna q̃ irregularitas: quia id falsum est: nam licet irregularitas non priuet sacramẽtorũ perceptione passiua, vt excõicatio minor,[d] priuat tn̄ actiua, & collatiua, & omnis ordinis vsu, q̃ est maius, a quo oi non priuat illa,[e] & præterea excõicatio minor est medicinalis, & facile solubilis c. cum desideres, de sent. exc. Irregularitas aũt difficilis, cũ regulariter a solo Papa sit delebilis, qua rõne licet excõicatio maior dicatur pœnarum maxima,[f] quia tn̄ est facilis solutionis & medicinalis, censetur minor alijs multis ſm Pano. & Cõem, vbi sup. Nec obstat, quod Panor. & cõis tenent, in d. c. fi. quod licet excõicatus minore excommunicatione non peccet mortaliter, nisi celebrãdo, peccat tn̄ venialiter conferendo sacramẽta, eo quod text.[g] id videtur exprimere: quia ille intellectus est ineptus, vt[h] tetigi, & contrarius textui, probanti, quod minor excommunicatio tantum prohibet a participatione sacramentorum, quæ in sola pceptione consistit: & ita ne textus sibi sit contrarius, quatenus ait peccare conferendo sacramenta, dẽt intelligi de collatione, quæ fit vna cũ perceptione, ex mente Hosti. & Anch. ibid. qualis est collatio eucharistiæ facta sano a celebrãte, & ordinis ab Epo missante, vt ibi. dixi.

Nono dico, quod subieceram hic in alia editione quandam resolutionẽ Cosmæ gloſſatoris Pragmaticæ sanctionis q̃ attexuit. §. & nihilominus,[i] q̃ quia intelligo non esse adeo perpensam, ac solent esse aliæ illius viri doctissimi omitto, & illi substituo rõnem, qua non debeat D. Lector fidere illi decisioni quotidianæ, ac periculosæ relatæ in hac materia dispensationum a viro alioquin eruditissimo,[k] scilicet, quod cum Papa dispensat per commissionem factam ordinarijs, vt de veritate precum cognoscatur, iuxta Conc. Trid.[l] commissio illa nõ expirat morte Papæ, ẽt re integra ad quod citat Sylueſt. Armillam & Federic. imo & me aliqua ex parte in id inuoluit, quod tn̄ non est verum: quia mandatũ, & cõmissio alteri facta, exspirat re integra morte mandantis, l. mandatũ, C. de mãdato, ẽt si sit iudiciale, c. relatũ, de offi. & ibi p oẽs. Nec obstat auctoritas eorum, quos allegat: nam Federicus quẽ alij sequunt̃, non loquitur de mandato, vel cõmissione dispẽsandi: sed de gratia potestatis facta ad dispensandũ, & de dispensatione iam facta, loquitur. n. de gratia, qua Papa concessit cuidam Magistro Prædicatorum potestatẽ dispensandi cum centũ fratrib⁹ sui ordinis illegitimis, vt possint esse priores: & de dispensatione iã facta ab illo Magistro, & non de mandato, & cõmissione dispensandi cum tali, vel tali religioso: nos aũt loquimur de cõmissione dispensandi cum tali, vel tali, si p̃ces eius veritate nitantur, quæ non est gratia facta cõmissario, sed mandatũ cõditionale de gratia faciẽda alteri tertio expresso: sicut facultas, q̃ facit Papa cuipiam conferendi aliqua beneficia aliquibus personis idoneis non exprimendo eas, censet̃ gratia facta illi delegato, quæ non exspirat re integra morte Papæ. Facultas aũt a Papa concessa cuipiam cõferendi aliquod beneficium alicui certæ p̃sonæ non videtur gratia facta illi, sed mãdatum de gratia facienda ei, cui conferẽdum est beneficium: & ideo si Papa re integra moriatur, exspirat, vt expresse hẽt textus singularis c. si cui.[m] Et hoc est qd voluit dicere Decius,[n] quatenus ait id, quod Panor. concessionẽ quæ gr̃am continet, non exspirare morte mandantis,[o] intelligentiũ esse de concessione facta p viam gratiæ eius, cui fit concessio, & nõ de

a Li. 6. q. 1. ar. 9. de iuſ. & iur.
b Arg. c. nõ afferamus. 34. q. 1.
c In c. paſtoral. §. verũ. de app. n. 5.
d Cap. fi. de cle. excom. mini.
e Per d. ſup. eo. nu. 4.
f In c. corripiantur. 24 q. 3.
g In 2. par.
h In d. n. 24
i Titul. de concubinarijs, & verſ. inhabiles.
k In tract. de irreg. nu per editis, §. 5. c. 5. n. 6
l Ca. 5. ſeſſ 20. de reſo.
m De præb. lib. 6.
n In d. c. relatũ. nu. 5.
o Ca. fi ſup gratia de of. del. lib. 6 & d. c. ſicut de præben. eod.

de facta per viam ſimplicis cõmiſſionis alij tertio: qualis eſt commiſſio diſpenſandi cum aliquo expreſſo, *ſi preces veritate nitantur*, quia tunc non fit gratia ei: cui committitur, ſed tertio, cum quo eſt diſpenſandum, in quo citat Io Andr. & alios, & efficaciter probatur per p̃dicta. 254 Decimo dico, quod cum nullo irregulari diſpenſare poteſt confeſſarius ele ctus p̃ bullas Papæ, quæ ſolũ habẽt clauſulam abſoluendi a qualicunq; cenſura: quia irregularitas non eſt cenſura, neq; abſolutio eius eſt neceſſaria ad peccatorũ abſolutionẽ, vt dictũ eſt ſupra, [a] poſt Dñicum, Alexan. & Villadiegum ibi citatos, neq; ẽt ſi habent clauſulã diſpẽſandi a quibuſlibet votis, & abſoluendi a quibuſlibet cenſuris, & pœnis. Tũ qa ſtylus Curiæ hẽt, q̃ per eã non intelligat data facultas diſpenſandi ſuper irregularitate niſi exprimat, quod colligit̃ ex eo, quod aliquoties eam exprimit. Tũ quia quoties id exprimit dando facultatẽ expreſſam diſpenſandi ſuper irregularitate, ſolet excipere illam, quæ ex bigamia, & homicidio voluntario naſcitur. Et ita ex cõtrario conſequereẽ quod clauſula abſoluẽdi ſimpliciter ab oibus cenſuris, & pœnis, quæ paſſim in Iubilæis & Bullis indulgentiarũ ponitur ſine irregularitatis expreſſione, maioris virtutis eſſet q̃ cum ea: quia in hoc caſu ſemp excipitur irregularitas, quæ ex bigamia, & homicidio voluntario manat, & in illo non. Tũ quia pari rõne poſſet abſolui a pœna pecuniaria pro illo peccato a iudice impoſita, vel imponẽda, quod eſt palam falsũ: Tũ quia facultas illa abſoluendi a cenſuris, & pẽnis, quæ ponit̃ in dictis Iubilæis, & Bullis ſolum vr̃ reſpicere illas cenſuras, & pẽnas, quæ impediunt abſolutionem a peccatis: quia in illũ finem datur: vt colligitur ex illis verbis. Et cum abſolutio peccatorum recte fieri poſſit ſine ſublatione irregularitatis, vt ſup. [b] dictũ eſt, non vr̃ eius ſublatio conceſſa, niſi exprimat: quia ex fine ſumenda eſt intẽtio Auctoris. [c] Non obſtat, q̃ ſm hoc, verba illa *alijs pœnis*, ſuperfluerent, quũ non videat occurrere alia pœna diſtincta a cenſuris, cuius ſublationem prærequirat abſolutio Sacramentalis, & ſacra cõio: non inq̃ hoc obſtat: quia imo põt dari aliqua, ſcilicet ſuſpenſio a Confeſſario, ne intra certum tempus confiteatur, vel commu nicet, quam non eſſe proprie cenſuram diximus ſupra. [d] Et etiam illa, quam ipſe pẽnitens promitteret aliquo bono fine ſubire, vel ſoluere, ſi intra certũ tempus illa Sacramenta ſuſciperet. Et illa, qua aliquot canones pẽnitentiales mandant arceri quem intra aliquod tempus a cõmunione. [e] Adde quod fere omnes prælati omnium religionum poſſunt diſpenſare ſuper qualibet irregularitate ſui monachi, exceptа illa, quæ naſcitur ex homicidio voluntario, & bigamia, non quidem iure communi, ſed priuilegio conceſſo ſpecialiter eis, vel generaliter communicando illis priuilegia omnia omnibus alijs conceſſa.

Vndecimo dico, quod in hac materia irregularitatis conceſſæ ad diſpenſandũ ſuper occultis, & non publicis, vt in c.2. [f] & in Conc. Trident. [g] & alijs, ac Bullæ ſacræ Pẽnitentiariæ, & aliquorum legatorum circumſpectis omnibus videtur reſoluendum, quod occultum eſt, quod nõ eſt publicum.

255 Publicum autem, quod eſt notoriũ manifeſtum, vel famoſum. Tum quia rõ cur alterum concedatur, & alterum negetur, eſt, vt obuietur ſcandalo publico, iux. c. nihil, de præſcr. cui ſatis obuiatur non diſpenſando in notorijs, manifeſtis, & famoſis. Tum quia non eſt de occulti eſſentia, quod ſuapte natura non ſit probabile, qualia ſunt ſola mentalia. [h] Neque quod licet ſuapte natura, ſit probabile, nullatenus tñ probari poſſit: quia id eſt contra §. hæc ergo, iux. gloſ. verb. ſecreta ſub c. quis aliqñ, de pœn. diſt. pri. quatenus probat dici occultum factũ in p̃ſentia quinque: & contra c.2. de apoſta. quatenus probat miniſterium Acolyti iuuãtis rebaptizantem poſſe eſſe occultum. Tum quia pene occultũ videtur eſſe ſpecies occulti, iuxta §. cæterum. d. c. veſtra, quatenus occultũ, & pene occultũ dicit eſſe, quod toleratur, ẽt ſi ab aliquib. ſcitur, & gl. ibi [i] ait id dici pene occultum, quod probari põt, licet difficulter. Tum quia nulla irregularitas contrahitur ſine facto ſua natura probabili, & paucæ sũt, quarũ factũ aliquo modo probari non poſſit, per ſupradicta. [k] Tum quia oẽ, q̃ nõ eſt publicũ, põt dici occultũ, & publicum definitur eſſe, quod patet oibus ſm

a Eod.cap. nu.194.

b Eod.capi. nu.192.

c l.& ſi non ſint.§ pueniamus, ff. de aur.& arg.lega.& l. fin. ff.de hæred. inſti.

d Eo.n.152

e Ca.presby ter.82.diſt. & c. de his vero 33. q.2.

f De ſortil.

g Ca.6.ſeſſ. 14.

h Ca. erube ſcant.32.d.

i Et c.mani feſta 2.q.1. cõmuniter recepta.

k Eod.cap. nu.239.

a *In l.1.§. pœnit. ff.de ſuſpe. tut.* Bartolũ.[a] Et ita oportet eſſe ſaltem notorium, manifeſtum, vel famoſum, ſufficit tñ eſſe tale viciniæ, collegio, vel monaſterio, licet non prouinciæ, ciuitati, vel parochiæ. Tunc aũt dicẽt tale alicui eorũ, qñ maiori parti eorum fuerit tale modo ſaltem decem inueniant in eo, ꝑ notata a Panor. & citatis ab eo. [b] Publicum aũt eſt triplex, ſcilicet notorium, quod nititur ſcientia maioris partis prædictarum communitatum. Manifeſtum quod nititur fama eiuſdem partis maioris, orta, a ſcientibus: & famoſum, ꝙ nititur fama maioris partis, orta ex vno ſcienti, vel ex indicijs, vel præſumptionibus illi æqpol lentibus. [c] Occultum item triplex, ſcilicet, ꝙ non eſt probabile ſuapte natura, qualia ſunt ſola mentalia: & ꝙ eſt probabile ſuapte natura, ſed non põt probari: quia coram nemine factum eſt: & quod probari quidem põt, ſed adeo a paucis, ꝙ nulla inde fama orta eſt, nec eſt in iudicium deductum, ꝙ præfatæ gloſſæ pene occultum appellant. Duodecimo dico, ꝙ vt delictum dicatur publicũ, non ſufficit, vt actus qui eſt delictum, ſit publicus, niſi etiam publice ſciatur eſſe delictum: miſſa enim facta corã populo ab excommunicato occulto actus publicus, & delictum eſt, non tñ delictum publicũ quia neſcitur publicum eſſe delictũ. Tũ quia qualitas adiuncta verbo debet intelligi ſm qualitatem eius. l. in delictis,[d] quatenus probat non dici dñm ſerui delinquentis, qui non erat dñs ſerui cũ deliquit, & vt aiunt Dialectici, non dicitur vidiſſe Papam, qui vidit eum ſolum anteq̃ eſſet Papa. Tum quia teſtamentum factũ ab aliquo ante militiam, non cenſetur militare, niſi in ea approbet,[e] & Bartol.[f] ait, ꝙ pupillus moriens poſt mortẽ tutoris, per cuius ſcientiã reputabatur ſciens in vita eius, dicitur mori ignorans, quod effectum, l. cum antiquioribus cod. de iur. delib.

b *In d.c.ueſtra, nu.10. & 16.& ſupra ca. 25. nu.78.*

c *Iux.gl.d. c.manifeſta 2.q.1. & c. veſtra, de co hab.clem.*

d *§.1. ff.de noxalib.act.*

e *l.Ttii⁹. ff. de teſtam.*

f *Ibi.& in d.§.1.*

DE SEX CASIBVS, QVIBVS Eccleſia pro polluta habetur, ita quod non liceat in ea celebrare.

256 *Eccleſia, vt dicatur polluta in ſex caſibus, & ſeq.*

258 *Poluta Eccleſia pollutum eſt cœmeterium contiguum, ſed non contra.*

PRim⁹ caſus eſt, ſ c. propoſuiſti de cõſecr eccleſ. qñ intra eam ſanguis humanus iniurioſe effundit, aut cauſa naturalis eius effuſionis, aut mortis datur. Dixi, *intra*, quia ſecus ſi extra eam, ẽt deſup in tecto, vel ſubter eam in ſpecu, iux. Archidiac, in d.c. eccleſijs, & glo. in c.pri. de conſec. eccl. lib. ſexto. Dixi, *Eccleſiam*: generaliter, ad comprehendendã ẽt nõdũ conſecratã,[h] q̃uis, quo ad reconciliationẽ ſit magna differentia: qa recõciliatio conſecratæ dẽt fieri ab Epo, & cũ aqua benedicta ab ipſo, aut ab alio Epo: nõ cõſecratæ vero poteſt fieri a ſolo presbytero, & cũ aqua a ſeipſo benedicta, c. aqua, de conſe. eccle. d.c. ſi. ꝙ probant ibid. Io. Anch. Card. & Panorm. licet dubitet Antonin. ibid. Dixi, *effunditur*: ad ſignificandum, ꝙ non ſufficit aliquarum guttarũ ſanguinis emiſſio: quia iura requirũt effuſionem, q̃ largitatem denotat.[i] Dixi, *ſanguis*: quia non ſufficit pcuſſio q̃ non ſit mortifera ſine eius effuſione, q̃uis ſit eiuſmodi, vt carnes contundat, aut oſſa frangat, iuxta Speculat. de dedic. eccleſ. col. decima, in rõnali diuin. offic. Dixi, *humanus*, quia nulla effuſio ceterorũ animalium ad id ſufficit gl. dict. c. pri. de cõſec. eccle. verbo ſanguis, lib. ſexto Dixi, *iniurioſe*: quia non ſufficit naturalis effuſio per nares, aut per os, aut q̃ caſu fit lapſu, vel offendiculo, aut ictu lapidis, aut tegulæ per ſe decidentis, gl. d.c. pri. recept. neq; facta ob iuſtam defenſionem, Pan. in d.c. ꝓpoſuiſti, & Dñic. in d.c. pri. neq; ludo aut ioco,[k] ꝙ noſtro iudicio intelligendũ eſt de licito, & licite facto, arg. ca. cõtinebat, & c. lator, de hom. Qualis raro accidere põt in Eccleſia, niſi cũ aliqua pia repræſentant,[l] nec effuſio facta per furioſum, aut ſtultũ, Arch. in d.c. pri. aut ꝑ puerũ iudicio carẽtẽ.[m] Dixi, *aut datur cauſa, &c.* quia ſufficit, vt vulnus infligat intra eam, q̃uis pcuſſus ante egrediatur, q̃ ſanguis in illam infundat, & q̃uis recipiatur ille aliquo vaſe, ne in eã decidat: nec contra ſufficit, ꝙ ſanguis in illa effundat, ſi vulnus extra inflictũ eſt.[n] Dixi, *naturalis*: quia non ſufficit, vt feratur ſẽtentia condemnatoria, etiam intra, ſi ꝑ eius exſequutionem effuſio extra illam facta eſt. Dixi, *aut mortis*: quia ſatis eſt ad id ſuffocare, aut alias intra illam homĩnẽ ſine ſanguinis effuſione interficere,[o] ſufficit

g *In c.eccleſij. 68. diſt. & c.eccleſ. de conſecr. diſt. prima.*

h *Cap.fi.de conſec.eccl.*

i *Ca.reuerti mini 16. q. 1.& gl. ſin gul. in hac ſpecie ca.cũ illorum de ſent.excom. ver.effuſionem cõmen data per Fely. ibi, & Panor. in d.c. propoſuiſti.*

k *Specu.vbi ſup.col.9.*

l *arg.c.cum de cẽ adiunta gl. de vita.& honeſt. cler.& c.de cet, de imm. eccl. li.6.& per ea q̃ in c.quãdo de conſ. di.1.c. 5. n.26. diximus.*

m *Collecta rius in d. c. fi. arg.c. 1. de delict. puer or.*

n *Gl.in d.c. cõiterrecep. o Gl.in d.c. propoſuiſti, facit l. qua actione §.1. ff. ad l.Aq.*

sufficit etiam mors, & effusio sanguinis ob fidem Catholicam occisi, vel vulnerati, Arch. & glo. recept. in dict. cap. primo. non tñ sufficit interficere, aut percutere aliquo telo, vel tormento missio ab ecclesia in exsistentem extra eam, quamuis sufficiat mors, vel effusio facta in Ecclesia per tormentum foris missum, ſm mẽtem prædictorum. Ad quæstionẽ hic ꝓpositam respondeo, ꝙ nec ista, nec alia pollutio occulta impedit celebrationẽ in ecclesia, ſm glo. receptam, cap. primo de consecra. eccle. lib. sexto, ex qua cum eam Salmanticæ prælegerem, intuli fieri posse, vt effusio sanguinis, vel seminis facta ab hinc octo diebus, hodie incipiat impedire, & non ante: nam facta tunc videntibus duobus, & vsque nunc tacentibus, nunc aũt publicantibus, ita vt fama gignatur, non impediet, vt ita dixerim, ex tunc, sed ex nunc.

257 Secundus casus est, qñ in Ecclesia semen humanum voluntarie effunditur. Dixi, *humanum*, quia ceterorum animalium ad id non pertinet, glos. in dic. c. 1. verb. humanum, & quia satis est, vt sit cuiuslibet hominis, siue fœminæ, viri clerici, laici, fidelis, siue infidelis: & qđ effundatur iuxta, contra, aut extra cursum naturalẽ, tex. in cap. ecclesijs, verb. cuiusq; 68. dist. & Specul. vbi supr. tit. de dedi. c. eccles. colum. decima. Imo, & per copulã coniugalem, iuxta gloss. notabilem, [a] & alias tres, quãuis alia oppositũ teneat, [b] quam eius additio a nobis ibi probata confutat. Dixi, *Voluntarie*, quia non sufficit quæ dormiendo fit, gl. sing. in d. cap. ecclesijs cõiter recepta, quamuis Angel. in verb. consecr. eccles. §. nono, oppositũ dicat, sed absque sufficienti ratione, qa ex eo quod teneatur coniugalem violare, non sequitur sufficere eius qui dormit, cum ista non contineat eam irreuerentiam, quam illa erga Ecclesiam.

Tertius casus est, qñ in ea aliquis excommunicatus sepelitur, cap. consuluisti, de consecr. eccles. vel alta.

Quartus est quando in illa aliquis infidelis sepelitur, [c] quamquam in hoc casu non solum recõcilianda est ecclesia, sed etiam parietes illius abradendi: licet in præcedenti reconciliatio sufficiat, iuxta Panorm. in dict. cap. consuluisti.

258 Quintus est, quando Ecclesia per Episcopum excommun. publicum consecratur, aut benedicitur. [d]

Sextus, qñ oẽs parietes renouantur. [e] Sed contrariũ verius vꝰ, vt docuimus, [f] nisi qñ oẽs, aut maior pars eorum simul dejciuntur, quod raro fit. Et addo, quod quoties aliqua ecclesia polluitur, etiam cœmeterium illi contiguum est pollutũ quamuis non id, quod nó est contiguũ, licet e contrario polluto cœmeterio ecclesia illi contigua non polluatur. [g]

DE CASIBVS RESERVATIS.

258 *Casus reseruatus quid, & quotuplex.*
259 *Casus reseruatus dicitur, qa tollitur, non quia non datur.*
260 *Absoluere oĩs sacerdos iure diuꝰ põt.*
260 *Papa a quo, et qua põtate absoluitur.*
260 *Absoluitur episcopus, non potestate a se data.*
261 *Casus nullus reseruatus Papæ sine cẽsura, qua sublata cessat reseruatio: secus in episcopali.*
262 *Casus quot, & qui reseruantur epis.*
262 *Blasphemiæ absolutio, vt facienda.*
263 *Papa iurisdictionem immediate sumit a Deo in omnes.*
263 *Papa absoluit ab omnibus sibi, & alijs reseruatis.*
263 *Regis operibus præfecti sæpe hoc modo peccant.*

CIrca hoc dico sequentia. Primo qđ casus videtur proprie descendere a cado, & significare ruinam, iuxta illud Curtij. *Casu rhedæ inopinato oppressus*, ꝙ translationem autem significare alia, scilicet miseriam, per quam quis ruit a sta tu feliciori, iuxta illud. [h]

Sed si tãtus amor casus cognoscere nostros.

Et euentum inopinatũ, quia cadit, & deuiat a regula prudentię. In proposito autem significat peccatum, quo quis cadit a rectitudine virtutis, & est duplex. Alter reseruatus, alter non reseruatus. Reseruatus est, *cuius absolutio adimitur alicui inferiori sacerdoti*: & est duplex. Alter Papalis, *cuius absolutio adimitur omnibus Parochis, & etiam episcopis*: alter episcopalis, *cuius absolutio adimitur solis Parochis.*

Secundo dico, qđ ex his infertur, casum non dici reseruatum eo solo, qđ nõ concedatur potestas absoluendi ei, qui non

[a] *In d. c. 1. de consecr. & in d. ca. eccles.*
[b] *In d. c. ecclesi. de consecr. di. 1.*
[c] *cap. eccle. 1. & 2. de consecr. dist. 1.*
[d] *Arg. d. c. consuluisti vbi not. Panorm.*
[e] *glo. in ca. ligneis. de consecr. eccles.*
[f] *In d. c. eccles. not. 3.*
[g] *capi. 1. de conse. eccle. vel altar. lib. 6.*
[h] *Virgil. 2. Aeneid.*

non habebat eã actu, vel habitu, (vt aliq̃ sentire videtur,) sed quia tollitur, & minuitur ei: qui eã actu, vel habitu habebat & ita verissimum vr̃ id, q̃ ait Palud. [a] relatus a nobis, [b] scilicet omnes sacerdotes simul cũ ordine sacerdotali accipere potestatẽ super verũ Christi corpus ad conficiendũ Sacramentũ Eucharistiæ, & super Christi mysticum ad absoluendũ ab omnibus peccatis mortiferis, eius sumptionẽ impedientib⁹: q̃ nos latius q̃ alij fundauimus, in d. c. placuit, de pen. dist. 6. per illius contextum, & multa alia. Quibus nũc addimus primo cap. adijcimus, §. ecce, & c. generaliter. [c] in quibus Gratianus exserte concludit, q̃ omnes sacerdotes, siue regulares, siue seculares in sua consecratione, & in ordinatione æqualem suscipiunt potestatẽ baptizandi, prædicandi, pœnitentias dãdi, & peccata remittendi, & cet. licet eis omnibus interdicatur exercitium illius potestatis, donec iure ordinario per electionẽ populi, vel de alius licentia concedatur. Secundo, q̃ Panorm. iam senex, & id animaduertens, in cle. 1. de priuileg. reuocauit quædã, quæ in ca. significasti, de foro compet. dixerat, quẽ postea oẽs, qui eum legerunt sunt sequuti. Tertio, q̃ S. Anton. [d] pro re certa præsupponit, sacerdotibus datam esse plenariam potestatem absoluendi a Christo, & sacerdotẽ posse diuino iure oĩa, quæ pertinẽt ad forũ pœnitentiale, præter ea, quæ iure humano fuerint ei adempta. Quarto, q̃ Gratianus, in d. c. adijcimus, & d. c. generaliter, §. ecce, concludit monachos accipere tantam põtatẽ in hoc per suam cõsecrationem, quantã parochi, & alij sacerdotes: quia eisdem verbis consecrãtur omnes: & subdit, q̃ cum in consecratione coniungantur, non debet fieri diuortium, siue diuisio quo ad potestatẽ: sed tantum quo ad exsequutionem eius. Quinto, q̃ Bart. quem sequuti sunt oẽs, dixit, [e] esse iudices, quos vocant cartularios habentes iurisdictionem in habitu, & nõ in actu, super eos qui se voluerint illis subijcere: sicut delegatus a sede Apostolica contra aliquem expressum cũ clausula, & quosdam alios, generaliter habet quidem in expressum iurisdictionem in habitu, & actu, & in non expressos habitu tm̃, vt probatur. [f] Quales videntur fuisse in primitiua ecclesia cõiter oẽs sacerdotes, donec parochiæ diuiderentur: [g] & Vrbanus statueret, ne qs audiret confessiones alienorũ parochianorum, in c. placuit. de pœn. dist. sexta. 260 Tertio principaliter dico, q̃ etiam ex prædictis infertur non satis caute dixisse Sotum, [h] vnum esse oĩum consensum, q̃ in ordinatione sacerdotis nulla iurisdictio absoluendi a mortalibus cõferatur. Tum quia oĩum consensu iure diuino competit eis potestas, & iurisdictio absoluendi: & per nullum actum eis conceditur illa iure diuino, nisi per cõsecrationem: ergo in sua consecratione, & ordinatione accipiunt illam iurisdictionem saltẽ in habitu. Tũ quia expresse habetur, in d. c. adijcimus & c. generaliter, q̃ potestas absoluẽdi datur in cõsecratione iure diuino: licet iure humano adepta sit eius exsecutio, donec assequantur eã ratione tituli, [i] vel de alia licentia.

Quarto dico, q̃ etiam infertur ex eisdem incaute ipsum dixisse, Papam constituere sibi confessarium, & dare illi iurisdictionem super se. Tum quia si confessarius acciperet iurisdictionem a Papa, non posset eum absoluere potestate iure diuino sibi data, cum eam solum haberet ab ipso iure humano. Tum quia non aduertit id, quod nos longe ante ipsum scripsimus, in d. cap. placuit, scilicet non posse asseri, q̃ ipse dicit. Tum quia Papa nõ habet iurisdictionem super se: imo, neque super succẽssorem suum, ca. innotuit, de cler. Tum quia iure naturali vetatur quis habere iurisdictionẽ sup se, ſm oẽs, [i] & nemo põt dare alij, q̃ ipse non habet, c. q̃ autem, de iurepatronat. l. si vniuersi C de leg.

Quinto dico, q̃ incautius idem subijcit, idem prorsus esse in Episcopo, quod in Papa, scilicet, q̃ in eligendo confessarium, iuxt. cap. fin. de pœn. & remiss. ipse dat iurisdictionem illi, quod nusquam alius dixit: cum ſm oẽs confessarius nõ absoluat Epm virtute iurisdictionis acceptæ ab eo, sed virtute iurisdictionis diuinitus acceptæ per claues, quas accipit in ordinatione, non ab homine, sed supernaturaliter a Deo, vt ipsem et dixit, [k] & sentit, [l] dum per multas rationes nobis applaudentes concludit, solum sacerdotem esse verum ministrum sacramenti pœni-

a In 4. lib. sent. dist. 17. q. 3. art. 2.
b In c. 1. in prin. n. 73. de pœn. dist. 6.
c §. ecce. 16 q. 1.
d 3. parte. suæ summę tit. 17. c. 11
e In l. 1. ff. de iud.
f In ca. Sede Apostol. de rescript. & in ca. cũ in multis, eod. tit. li. 6.
g Iuxt. c. 1. 13. q. 1.
h In libr. 4. sent. dist. 18 q. 4. art. 2.
i l. penul. ff. de recep. arbit. & l. ille aquo §. item pestiuum, ff. ad Treb.
k dist. 20. q. 1. art. 3.
l Arg. 1. & dist. 18. q. 4. art. 1. & 2.

pœnitentiæ, nec sufficere quod sit sacer dos: sed oportere, vt sit proprius, vel de legatus a proprio: & ꝙ tres soli dñr, quo ad hæc proprij sacerdotes, s. Papa, Eps, & parochus, quos ait esse iure diuino ꝓ prios: & ita accipere a Deo diuinitus po testatem absoluendi. Et cũ per nullum aliũ actũ, quam per consecrationem eã accipiant, & oẽs eodem modo, & eisdem verbis consecrentur, vt in supradictis c. adijcimus, & generaliter habetur, conse quitur eos accipere a Deo iurisdictionẽ, saltem in habitu in sua ordinatione, & consecratione, vt eruditissime vbi supr. dixit Panor. quem oẽs postea secuti sunt & dilucide Gratianus vbi supr. conclu dit, oẽs sacerdotes accipere potestatem dandi pœnitentiam, & absoluendi a pec catis per cõsecrationẽ, licet iure huma no vetetur eis exsecutio eius, donec ꝓ ti tulos, vel alio modo licentiã assequant.

Sexto dico, quod ex hoc sequit aliud esse casum reseruatum, aliud censuram, quæ est pœna eius, vt est tactum supra.[a]

Septimo dico, ꝙ Concil. Trid.[b] defi nit esse hæreticum dicentem, ꝙ Eps nõ possit reseruare aliquem casum quo ad forum interius, sed solum quoad exte rius. Et addit, quod in articulo mortis ois casus, & ois censura desinit esse reser uata, &[c] ꝙ Episcopi absoluere possunt in omnibus casibus occultis reseruatis Papæ: cuius tenor refertur supra.[d] Huic §. in editionibus priorib. Latinis hic po sito vr contradicere bulla Cenæ, Dñi,[e] quatenus reseruat absolutiones excom municationum illius bullæ, non obstanti bus quibusuis Concilijs. Per quæ verba vr derogare præfato cap. 6.[f] Et quod, vt audio S.D.N. non permittit, vt Episcopi absoluant per seipsos, nec per suos vicarios speciales hæreticos occultos: licet illud concedatur eis, per illud ca. sextũ. Et ꝙ eadem rõne vr eis ablata facultas absoluendi ab omni excomm. & casibus reseruatis in illa bulla: nisi dicamus, qđ hic §. limitat illum, ne procedat in occul tis habentibus complices, & ita nõ sunt contrarij. Pro quo facit, ꝙ lex specialis non censetur tolli per generalẽ, siue præ cedat, siue sequatur, iuxt glos. singularẽ, & receptam[g] cui similis in l. sciendum,[h] quatenus ꝓbãt præfatã authent. licet sit posterior limitari ꝓ pfatã l. sciendum: li cet sit prior, & non tolli per d. authent. licet sit posterior, & tradit Decius.[i]

261 Octauo dico, ꝙ nullus est casus re seruatus Papæ, cui non sit annexa aliqua censura, vt testatur S. Anton. vbi supra colum. 1. & sentit Caiet. in verbo casus. Quo fit vt bulla, quæ concedit facultatẽ absoluẽdi a casibus Papalibus, videatur concedere potestatem absoluendi a cen suris Papæ reseruatis.

Nono dico, ꝙ ab omnibus peccatis ha bentibus annexam censutã Papæ reser uatã, post absolutionẽ eius legitimã sim plex parochus absoluere põt: quia ꝓ id, desinit esse reseruatum, Caiet. in summa verbo casus, nisi cũ reseruatione cẽsuræ Papalis cõcurret etiã Epalis, qua sibi re seruat peccatũ, ob quod illa censura po nitur,[k] quatenus habent, altero ex duo bus impedimentis sublato, alterũ nõ tol li, qđ quãuis iure nitatur, vr tñ vsu indi stincte interpretatum, sublatam esse epi scopalem reseruationẽ, & censurã subla ta Papali, per ea quæ diximus alibi.[l]

Decimo dico, ꝙ Eps cõcedendo casus suos, siue sibi reseruatos, non vr conce dere absolutionem a censuris sibi reser uatis: qm a diuersis non fit illatio,[m] & aliud est peccatũ reseruatum Epo, aliud censura ei reseruata: nã aliqua sunt pec cata annexã cẽsuram non habentia, quæ sunt Epo reseruata: & etiam sunt censu ræ aliquæ illi reseruatæ, peccatis ob quę illæ dantur ei non reseruatis. Nec etiam cõcedendo absolutionem a suis casibus, & a censuris, vr concedere absolutionẽ, aut dispẽsationem votorum, aut irregu laritatum, a quibus ipse potest: quia nec sunt casus, nec cẽsuræ ipsi reseruatæ, & ita ex illis non infertur ad hæc neque e contrario, arg. prædictorum iurium. Ad quæstionem de parocho habente facul tatẽ absoluendi a casibus reseruatis Epo suo, an possit absoluere pœnitentem alte rius Episcopatus: cum iusta licentia sibi concessa a peccatis reseruatis suo Epo? Respondi posse. Tum quia glossa,[n] & cla rius per multa Panorm.[o] habent confes sarium legitimum vnius parochiæ posse absoluere confessum a peccatis vbicum que cõmissis: & Epi videntur tacite vel le debere, vt idẽ sit de peccatis eis reser uatis, qñ confessio fit habenti facultatẽ absoluendi a reseruatis suo Episcopo.

Tum

a Et eo. ca. nu. 151.
b cap. 7. & can. 15. sess. 14.
c In c. 6. sess. 24. de refo.
d Eod. nu. 194.
e In §. cete rum relato supr. eo. nu. 72.
f Sess. 24. de reform.
g In auth. offeratur, C. de lit. cõtest.
h ff. qui satisd. cogan.
i In reg. 1. ff. de regul. iur.
k Arg. cap. ex tuarum de auctori. & vsu pal. & l. si domus, ff. de ser. vrb. pd.
l In cap. ita quorũdam de Iud. no. 11. nu. 71.
m l. Papinianus, ff. de minor. & c. ad audientiam de decim.
n c. placuit 16. q. 1.
o In c. cum cõtingat. n. 29. de for. competen.

Tum quia id vſ habere consuetudo: nũquam enim intellexi vllum confessariũ legitimum, cui esset præfata facultas, remissse quẽ ad Epm alterius Epatus. Et consuetudo ampliare põt Iurisdictionẽ, imo & dare non habenti, cap. duo simul cum glos. de offic. ordin.

Vndecimo dico, q̃ Eps concedendo alicui omnem suam facultatem, & oẽm suam auctoritatem ad audiendam confessionem, & absoluendum auditos, non vſ concedere casus sibi reseruatos iure communi, aut suo particulari, aut cõsuetudine generali vel speciali, quamquam oppositum credo, qñ concedit oẽs suos casus: quia iuxta communem loquendi consuetudinem, quæ attendi debet, cap. ex literis, de sponſ l. librorũ, §. quod tñ Cassius, ff. de leg. 3. per suos casus peccata illi reseruata intelliguntur: nec S. Anni. [a] oppositum tenet. Et etiam qñ cõcedit oẽm suam facultatẽ excepto tali casu reseruato. [b] Et etiam quo ad forum conscientiæ, quando apparet intentionẽ episcopi fuisse concedere reseruatos ei, cũ omnem suam facultatem concessit.

262 Duodecimo dico, quod excommu. Epo reseruatæ referunt supra. [c] Qui aũt & quot sint casus ei reseruati, magna est inter doctores contentio, vt colligitur ex glossa, [d] S. Anton. [e] & Ang. verb. casus in princ. & Sylueſt. [f] in qua controuersia communior cõclusio est esse quatuor quinque, aut sex. Primus est, peccatũ clerici, quod irregularitatẽ annexam habet ſm Sylueſt. & eos quos ipse refert, vbi supra quæſt. tertia, sed nobis verius & vſitatius vſ dictum Card. in clem. dudum, §. ac etiam, de sepult. ſ. clericum qui ob aliquod peccatum irregularitatẽ incurrit, posse absolui a censura, ſi qua subest, & a peccato, antequam cum illo in irregularitate dispensetur. Secundus est incendium domorũ, frugũ aut aliarũ rerũ ex proposito factum, & consilium, & auxilium in id præstitum. [g] Tertius est peccatum, ob quod pœnitentia solemnis imponenda est, quæ ob solum notoriũ peccatũ graue, & scandalosum imponitur. [h] Quartus, absolutio blasphemiæ publicæ & notoriæ, per capit. statuimus, de maled. cui communis inniititur, sed nõ probat: quia loquitur de foro contentioso, vt recte Angelus insinuauit, vbi supra, & quia ius nouũ §. ad abolendã, Conc. Lateran. sub Leone X. oppositum eius, qđ cõis dicit, significat: quatenus vetans, ne confessarij blasphemos in foro conscientię, nisi cum grauissima pœnitentia ad arbitrium seueri confessarij impoſita absoluant, innuit eos posse cum prædicta pœnitentia absoluere, prout supra [i] dictum est. Quintus dispensatio votorũ, & iuramentorũ: sed hic nõ debet numerari inter casus, cum non sint peccata, qualia illos esse diximus supra. [k] Sextus, absolutio excomm. maioris, [l] sed hic non est casus, reseruatus: quia non est peccatũ, sed illius pœna: neq; intelligenda est de omnibus excomm. sed de reseruatis Papæ, quarũ absolutio in aliquibus casibus inferiori concedit̃, per quem Eps intelligitur, vt dictum est: [m] nam ab alijs casibus reseruatis parochi quo ad forum cõsciẽtiæ iure communi absoluere possunt, p dicta supra. [n] Per quæ vſ, vnum, vel alterum tñ ex his casibus esse vſu receptũ. Alij vero casus reseruantur Epis ipſis p consuetudinem generalem, aut quãſi generalem, quos tangit & refert gl. extrauagant. inter cũctas, de priuileg. Primus est homicidium voluntarium, aut realis membri abscissio quia mentalis, nec verbalis etiam perueniens ad percussionem non comprehenditur, ſm S. Anton. [o] Secundus, peccatum falsitatis falsandi scripturas, ac dandi testimoniũ falsum, aut tacendi verum corã iudice, iuxta notata a Panorm. in cap. primo, de crim. falſ. & Bart. in l. 1. ff. eodem, & peccatum admiſſum ab Aduocatis, Procurator. & Notarijs ostendendo scripturas partibus aduerſis, iuxt. l. 1. §. qui depoſita ff. eodem. Tertius violatio libertatis, aut immunitatis Eccleſiæ, de qua supra, [p] per quam iniuste personis, aut rebus Eccleſiaſticis iniuria infertur. Quamquam nunc sæpe habet annexam excomm. cęnæ, per dicta supra. [q] & consequenter vſ, quod omne sacrilegium est casus Episcopalis per consuetudinem, Sylueſt. verb. casus, q. 4. Quartus peccatũ retinendi incerta alicna, quem supra [r] vtiliter declarauimus. De casibus tamen qui per consuetudinẽ, aut constitutionem ſpecialem episcopatuum reseruantur, certa regula dari non potest, iuxta omnes: quia vnaquæq; prouincia suo ſenſu abundat. [s]

263 Deci-

[a] 3. par. tit. 17. cap. 13.
[b] arg. c. dominus, 32. q. 7. & eorũ quæ late notat Deci. in reg. 1. ff. de reg. iur.
[c] Eod. cap. nu. 112. cũ ſeq.
[d] cap. 2. de pæn. & remiſſ. libr. 6.
[e] 3. par. tit. 12. ca. 11.
[f] Eod. verb. q. 2. & gloſ. & doctor. in clem. dudũ §. ſtatuim. de ſepult.
[g] 23. q. 8. c. peſſimam.
[h] ca. fin. ad iunct. gl. 26 quæſ. 6. quæ tamen non eſt in vſu.
[i] cap. 12. n. num. 33.
[k] Eod. cap. nu. 254.
[l] Glo. d. ca. 1. de pœn. et remiſſ. lib. 6
[m] eo. c. 111
[n] Eo. n. 19.
[o] 2. par. tit. 17. c. 11. in fin.
[p] Eo. c. nu. 119. et c. 25 nu. 17.
[q] Eo. c. nu. 120. in fin.
[r] In ca. 17. nu. 92.
[s] ca. ſtinã, 36. diſt.

263 Decimotertio dico, qđ nō vī satis tuta opinio cuiusdā viri eruditi, q̄ publicauit in tractatu suo de casibus sedi Apostol. reseruatis sub finē: nēpe q̄ cōfratres sanctissimę Trinitatis, & alij Christi fideles non p̄nt absolui a casibus reseruatis Ep̄is eis in consultis auctoritate bullę S.D.N. Greg. xiij. per quam facit facultatē p̄fatis Christi fidelibus in hæc verba. *Et insuper vt ipsi confratres, & alij Christi fideles indulgentiarū, remissionū, relaxationū p̄fatarū Deo propitio facilius efficiātur participes, illis, & eorum cuilibet, vt tēporibus, & diebus supradictis quoscumq; seculares, vel quorumuis ordinum etiam mēdicantiū regulares presbyteros idoneos ab ordinatis locorum approbatos in suos posśint eligere confessores, & qui eorū confessionib⁹ diligenter auditis, & eos, & eorum quemlibet ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantūcumque grauibus, & enormibus, etiam sedi Apostolicæ reseruatis, exceptis contentis in literis in die Cœnæ Domini legi consuetis, totiens, quotiens & etiā a criminibus in eis literis contentis semel in vita tantum, & in mortis articulo eadem auctoritate absoluere, ac pro commissis pœnitentiam salutarem iniungere, &c.* Præfatus.n. auctur fundat suā opinione in eo, quod Papa non p̄ōt tollere ius diuinum, & quod iure diuino est concessa potestas Ep̄is reseruandi sibi aliquos casus: quæ potestas videretur auferri, si virtute præfatæ concessionis possent prædicti Christi fideles absoluia peccatis reseruatis Ep̄is. Quæ tñ opinio non est vera, nec bene fundata. Tum qđ Papa habet super oēs Christianos iurisdictionem, per extrau. vnam sanctam, de maior. & obed. & dict. Innoc. in cap. 1. de const. amplificatū ibi per Fel. a num. 2. & non solū qualē, qualē: sed immediatam quoad oīa spiritualia, vt colligitur ex S. Thom. [a] & sicut habet illā immediate a Deo, ideo nemo alius p̄ōt eam illi tollere, vel minuere. [b] Tū quia non satis cauete arguit tolli ab Ep̄is ius reseruandi casus, eo quod Papa cōferat facultatē absoluendi ab eis aliquibus alijs in aliquot casibus, vt in casu proposito: quia effectu arguit a sublatione partis ad sublationē totius, & sic a minori ad maius affirmatiue contra regulam Dialecticorum, & Baldi, in l. cōuenticulā, C. de epis. & cler. Tum quia etiam oīs presbyter solo iure diuino attēto p̄ōt absoluere quemlibet a quolibet peccato, vt dict. est supr. eod. in princ. & efficaciter probauimus, in c. placuit, de pen. dist. 6. attamen plurimis nō licet iure humano Papæ id vetante. Nec sequitur ex hoc tolli eis pōtatē illis diuinitus datā, sicut iure diuino & naturali cuilibet pacisci & cōtrahere, [c] nihilominus iure non solum Pontificio, sed ēt Regio vetantur multi ad pacisćendū, & contrahendū: nec p̄p ea dr̄ tolli ius naturale, & diuinum: sed tm̄ ex æquo, & bono restringi Tum quia oīum est vna cōclusio multa iura iure naturali & diuino cōpetentia multis restringi, & limitari a summo Ecclesiæ Principe quo ad spiritualia, & a seculari quo ad temporalia, iuxt. c. quod in dubijs & c. pen. de pēnis, tam per interpretationem inter ius, & æquitatem interpositā, [d] quam per pœnæ interpositionem, [e] quā per iustā dispensationem, cap. ex multa, & toto titu. de voto, & ca. quanto cum eis adnot. de iureiur. quā per rōnē iustā naturalem, [f] & copiose tradunt Fely. Decius & alij, in d. ca. quæ in ecclesiarum, & palam est in casu proposito solum ius Eporum restringi, & limitari ex iusta causa, sancta & honesta. Tū quia glossa, damnatur ibi cōiter, quatenus dicit confessos religiosis habentibus a Papa priuilegiū audiēdi confessiones, teneri confiteri iterum suis parochis, si absque ipsorum licentia confessi fuerint ipsis. Tum quia præfata opinio sapit hęresin Ioan. Poliaci damnatā, in extrauag. vas electionis, de hęre. quatenus asseruit, quod ſtāte ſtatuto ca. (omnis vtriusque sexus,) nō p̄ōt Papa facere vt parochiani non teneantur confiteri proprio sacerdoti, seu parocho Ecclesiæ. Et quod Papa non potest dare licentiam audiendi confessiones, quin cōfessus habenti eam teneatur eadem peccata iterum proprio Parocho fateri. Tū quod destruit clem. dudum, de sepult. & omnia Iobelæa, cruciatas, & confessionalia, quibus fit facultas eligendi cōfessores, & consuetudinem generalem totius Ecclesiæ Christianæ, quę contrariā eius opinionis sententiam vbiq; terrarū seruat. Tum denique quod facile diluitur argumentum eius, concedendo, quidem Papam non posse tollere ius diuinum

c l. 1. ff. de pactis.

d Iuxt. l. 1. C. de leg.

e Iuxta l. quisquis C. ad l. Iuliā maiest. &c. cum secundum de hæret. lib. 6.

f Iux. l. Lucius, ff. de euict. & l. itē si verberatū, ff. de rei uendic. §. si constat, ff. commu. pd.

a Recept. in tract. cōtra errores Græcorum cōclus. 65. alias c. 32. cōclu. 33.

b c. 33. cuncta per mūdum, & c. per principalem, 6. q. 3.

in

in totum,[a] imo & concedendo pōtatem reseruādi sibi aliquos casus iure diuino Epis conuenire,[b] negando tñ, quod non possit Papa illam ex iusta causa limitare & restringere aliquo prædictorū modo rum: negando item, q̄ per limitationem & restrictionē in hoc casu factam, tollat Epis potestas reseruandi sibi facultatem absoluendi in aliquot casibus per supradicta. Quin & Panorm. dicit,[c] secutus Innoc. receptum ab omnibus, quod per rōnē naturalē pōt declarari, & limitari ius naturale, & diuinum, non solum per legem Papæ, quoad spiritualia, & per legem alterius principis quo ad temporalia, sed etiam per consuetudinem rōnabilem, vt passim limitatur præceptū de non occidendo, & de stādo duorum, vel triū testimonio, &c. Dixi supra, *Imo & concedendo, &c.* Tum quia Conc. Trid.[d] non habet præfatam pōtatem reseruādi dari Epis iure diuino, idest, immediate a Deo: sed magnopere ad Christiani populi disciplinam pertinere, vt hanc pōtatem habeant, summi quidē Pontifices in toto orbe, Epi vero in suis diœcesibus. Quod longe aliud est, cū multa iure humano constituta multum ad Christiani populi disciplinam pertineant. Tū quia hæc reseruandi potestas nō pertinet ad ordinis substantiā, neq; ad iurisdictionē ad absoluēdum necessariam: sed ad aliā extrariam Ecclesiæ Christianæ gubernandæ valde opportunā. Tum quia nullibi ꝓbari vī iure diuino cōpetere Epis aliam iurisdictionē, q̄ illā, quæ datur eis per ordinationē, & consecrationē: quia oīs alia conceditur eis mediate, vel immediate a Papa.[e] Per quam considerationē negari posset, q̄d ita immediate suscipiant Epi iurisdictionem hanc reseruandi extrariā a Deo, sicut ordinis characterem: sed a Papa per electionem, cōfirmationē, vel aliā dispositionē ordinariā, vel delegatā, expresse, aut tacite per traditionem, & cōsuetudinē iam inde ab ipso Petro in hunc diem continuatā.

Ad primam qōnem hic propositā respōdeo, quod Regis præfectus publicis operibus, qui minore pretio cogit subditos ad importandā materiam eorū, non pōt iuste in gratiā alicuius priuati etiā gratis curare, vt importent similē ipsius operi. Ad secundā, q̄ non sufficit ad id cōsensus Regis, qui operas subditorum non pōt ita in vtilitatē priuatam, ac publicam imperare. Ad tertiam, q̄ talis priuatus non excusatur, eo q̄ ipse prefectus suæ conscientiæ oneri id accipit, magis q̄ Pilatus suscipientibus in se Iudeis culpam damnationis Christi: nec magis q̄ iuuans ad furandum eum, qui totā culpam in se recipit, quia facientes, & consentientes, &c.[f]

a cap. sunt quidā, 25. q. 1.

b cap. 7. de casuum reseruat sess. 14. Concil. Trident.

c In c. fi. de consue. n. 3.

d In prædicto cap. 7.

e cap. in nouo 21. dist.

f Ad Rom. 1. & cap. 1. de offi. dele.

MISCELLANEVM PRIMVM de præsentatione Confessariorum Religiosorum.

264 *Præsentatio fratrum ad audiendas confessiones, &c.*
265 *Concilio derogatur nisi expresse.*
266 *Præsentatus semel, & admissus noua præsentatione non indiget.*

DE præsentatione fratrū confessario rū faciēda ordinarijs, iuxt. clem. dudū, de sepult. hoc in loco scripsimus in vulgari multa, & diligenter quidē, q̄ ob iustas causas præter hæc pauca in editione latina omittimus. Primū, q̄ § tenent prælati fratrū petere ab Epis, & superioribus, vt placeat ipsis, q̄d fratres ad id ꝑ suos prælatos nominati, possint in suis ciuitatibus, & diœcesibus libere eorū subditorū confessiones audire, & salutares pœnitentias imponere, & cū sua facultate, & bona venia absoluere, quidquid dicat Syluest.[h] allegando Card. in d. §. statuimus, qui licet ibi subobscure loquat, tñ in §. ac deinde, qōne quinta, resoluit, teneri fratres ad petendū prædicta. Secundū, q̄ iuxt dict. §. ac deinde, debent fratrum Prælati eligere fratres idoneos in numero conuenienti ad tria prædict. ac eos præsentare Epis. Dixi, *Præsentare:* quia non sufficit nominare, iuxt. gl. sing. & recept. ibidem verb. præsentare, quod dixit esse sensibus corporis exhibere. 9. Tertium, q̄ Epo sine iusta causa nolente admittere, possunt præsentati facere illa perinde, ac si fuissent admissi. dict. clem. §. si vero. Nec vī obstare[i] Concil. Trid. Tum quia huiusmodi præsentatus, & sine causa ab Epo reiectus habetur ꝑ approbato ab eo, sicut & regularis petens licentiam transeundi ad regulā strictiorē negata ea sine iusta causa habetur ꝑ licen-

g Iux. dictā clem. dudū §. Statuim⁹ & Conc. Later. sub Leone X. sess. 11

h Verb. cōfesso. 2. q. 1.

i cap. 15. de reform. sess. 23.

licentia donato, cap. licet, de regula. & si cut Abbas, qui petijt tertio benedictionē ab Epo, habetur pro benedicto, si eā sibi neget. cap. 1. de supp. neglig. prælat.

265 Tum quia Concil. Trid. non vī voluisse derogare iuri cōi, & cōciliari, dic. cle. dudum, §. si vero, neq; Conc. Later.[a] argum. dicti solemnis Archid. quod requirit derogationem expressam Cōcilij ad hoc, vt illi cēseatur derogatū, de quo late Fel. in ca. nonnulli, de rescript. Tum quia expedit iura cōcordare,[b] & possumus hæc iura commode concordare dicendo, ꝙ Concil. Trid. limitetur p alia duo prædicta ob rōnē specialitatis, quæ colligitur ex eis, *Ad frenandam aliquorū Episcoporum duritiem:* vt ī d. c. 1. de supp. negl. prælat. statuitur, cum etiam posteriores leges limitentur per priores.[c]

266 Quartum, ꝙ semel præsentatus, & admissus nō indiget noua p̄sentatione, etiā si aliquoties exierit diœcesin, ad q̄ fuit præsentatus.[d] Quintum, ꝙ præsentatus non debet absoluere a casibus Epo reseruatis, nisi data ei ad id facultate, & minus dispensare in iuramentis, vel votis, iuxt. gl. recept. in d. §. si vero, q̄d est tutius ꝑm S. Anton.[e] licet Sylvest.[f] cōtra teneat quo ad casus per ipsum Epm reseruatos. Sextum, quod prædicti cōfessarij per priuilegiū Papæ Sixti IIII. p̄nt audire confessiones oium, qui ad sua loca confitendi causa venerint, licet non sint ex Episcopatu, ad quē fuerunt præsentati,[g] non tn̄ p̄nt extra loca pro quibus sunt præsentati nisi, &c. Septimū, ꝙ Epi si voluerint p̄nt remittere religiosis obligationem petendi & præsentādi, habēdo eos pro præsentatis, arg. c. quod ob gratiam, de reg. iuris, libro sexto, & sentit[h] Concil. Later. ibi, nisi eos exhiberi sibi petierint. Octauum, ꝙ prædicti Patres habent priuilegiū Innoc. VIII. quo se possunt aliter præsentare Epis, relatū in Compendio priuil. fratrum Minorū.[i] Hæc tn̄ præsentatio nō est tātę virtutis, ac alia, quia non nisi in vnū annū durat, neque facit vt sic præsentati ,p præsentatis habeantur, iuxt. formā iuris, nec cōsequēter, vt gaudeāt priuilegijs, quibus p̄sentati gaudent, vt colligit ex tenore cōcessionis, quæ quia est priuilegiū, strīgi debet,[k] & eo non esse vtendū consulit Compilator præfatorū priuilegiorum.[l]

a Sess. 11. in c. 1. de cōst. lib. 6.

b capit. cum expediat de elect. lib. 6.

c l. sed & posteriores, ff. de legib.

d Di. clem. §. ijdē, vbi Card. q. 1.

e 3. par. tit. 17. cap. 11.

f Verb. confessor. q. 5.

g Supple. fol. 58. concess. 159.

h Prædicta sess. 1.

i Verb. præsentatio fratrū, & melius verbo absolutio quo ad seculares, & habetur ī mo numētis primæ impressionis. fo. 95 & secundæ impressionis, 95. & ī supplemen. fol. 9. cōcess. 351

k ca. porro, & ca. sane de priuileg.

l Verb. præsentatio, §. vltim.

MISCELLANEVM SECVNDVM de quibusdam regulis Confessariorum.

267 *Bona facta in peccato mortali ad hæc multa prosunt.*

268 *Absolui nō debet sacramentaliter nō confessus, etiam non valens.*

269 *Confessio facta vni non sufficit, vt alter absoluat.*

269 *Voluntas non fertur in incognitum.*

270 *Religiosus qui testans nō absoluēdus.*

272 *Excommunicati mortui cuius absolutio non petenda.*

272 *Mortuus absolui: & excommunicari an possit.*

272 *Hæres cuius excommunicati absolutionem quærere non debet.*

272 *Excommunicatum etiam non confessum absoluit sacerdos, etiam excommunicatus in morte.*

272 *Absoluere non potest laicus excommunicatum etiam in morte.*

273 *Collatio beneficij facta excommunicato quæ valida.*

273 *Excommunicatio non ligat extra episcopatum, etiam episcopo volente.*

273 *Excommunicatio conditione non trahitur retro.*

273 *Appellatur ab excommunicatione durante conditione, etiam post decēniū.*

274 *Pensio, cui quis per se consentit statim tenet.*

274 *Ignorans cur non incurrit pœnam extraordinariam.*

275 *Absoluit quis ab hæresi per Papæ commissionem.*

275 *Dispensare potens super voto, cur non potest super iuramento.*

276 *Vouens intrare religionem, an tenetur extra prouinciam.*

277 *Absolutio excommunicati ad cautelam quotuplex, a Confessario vt dari potest. 278.*

PRo contentis in regulis Confessariorum, & Pœnitentium hic in vulgari positis, quæ excepto vno supra locis opportunioribus inserūtur, substituo illud & alia sexdecim responsa totidem noue quæsitorum. Primo, quod vltra illa, ad quæ[m] diximus prodesse opera bona facta in peccato mortali, prosunt etiam ad implēda præcepta, & excusandū a nouo pecca-

m In præl. 7. nu. 3.

peccato, iuxta ea quæ diximus, [a] & ad illuſtrandã mentẽ peccatoris, quo ſuũ malum ſtatum agnoſcat, & eius pẽiteat, [b] & ad quærendas virtutes morales, [c] & ne peccatũ nos ſuo pondere in aliud trahat, ſm Altiſiodor. in quarta par. ſumm. & ad quærendam cordis lætitiam, iuxta illud Pauli, [d] *Spe gaudentes*, & ne angelus noſter tutelaris ob ingratitudinem nos oĩno deſerat, & ne tam cito nos Deꝰ puniat, tardius enim puniuit Achab: qa ſe humiliauit. [e] Id aũt quod hic diximꝰ in vulgari de actu de ſe malo fieri, bonũ ex circunſtantia, & contra, explicatũ eſt ſupra, [f] per quod ſoluitur dubium.

268 Secundo, quod firmiter eſt tenẽda ſententia poſita ſupra [g] ſcilicet, nõ debere quẽ abſoluere ſacramentaliter infirmum, qui verbis, vel nutibus non fuerit ei confeſſus aliqua peccata, licet anteq̃ obmuteſceret, vel iudicium amitteret, vocauerit eũ, quantãlibet voluntatẽ cõfitendi cũ ſignis contritionis oſtenderit alij, vel alijs quã abſoluturo, Tum per rationẽ irrefragabilem ibidẽ inſinuatam. Tum qđ S. Tho. pro contraria parte citatus, h dicens poſſe talem vngi extreme, baptizari, & a peccatis abſolui, intelligẽdus eſt de abſolutione alia quã ſacramẽtali, puta generali deprecatiua, vel a pœna per indulgentias ei conceſſas. S. item Anton. [i] pro eadẽ citatus, qui ſolũ ait in tali caſu ſacerdotẽ debere præbere infirmo quidquid humanitatis põt abſoluendo, & reconciliando, eſt ſm prædicta intelligendus. Medina etiã pro eadã citatus, [k] potius concordat ſequendo gloſſ. [l] quæ vt vbi ſupr, diximus, verbũ, *pœnitentiam*, in textu poſitum intelligit de alia abſolutione, quam ſacramentali. Tum quia quãuis valeat confeſſio facta ſcripto abſenti, ſaltẽ ex iuſta cauſa, vt dictum eſt ſupra, [m] non tñ ſufficit velle ſcribere illa, niſi ſcribat, & id faciat animo confitendi ea, & non cuicumque, ſed illi preſbytero, a quo vult abſolui, & ita non ſufficiet vocare confeſſarium, & dicere ſe velle confiteri, imo neque cõfiteri peccata coram alio, niſi ad ſummum quum cõfiteretur omnia ei mandando vt deferret illa tamquam nuntius ad presbyterũ eum abſoluturum.

269 Tum quia contra Conc. Trid. & oẽs receptas ſententias eſſe vr̃ dicere, quod voluntas confitendi abſque confeſſione, vel cõfeſſio facta vni, præſertim nõ preſbytero, vel aliter, quam ſacramẽtaliter, ſufficiat, vt abſoluatur ab alio, qui eam non audiuit, & iudicialiter debet abſoluere: cum voluntas non feratur in incognitum, ſm Auguſt. [n] præſertim iudicis, (qualis eſt confeſſarius.) Tum quia non vendicat ſibi locũ eadem rõ in hoc ſacramento, quæ in baptiſmo, Euchariſtia & Extrema vnctione: nã illa non miniſtrantur iudicialiter, & cauſa cognita, vt hoc: nec vllius eorum pars eſſentialis eſt concurſus vllius actus actualis illa ſumpturi quo ad eorũ miniſtrum: imo ſufficit voluntas præcedẽs ea ſuſcipiendi, in hoc autem non ſufficit voluntas confitẽdi, & accipiendi abſolutionem, imo cõfeſſio eſt eius pars ſubſtantialis, vt definit Conc. Trident. [o] Tum denique, quod ſi maior cognitio peccatorum nõ requireretur ad abſolutionem, non concluderetur confeſſionem eſſe iure diuino præceptam, per illud Ioann. 21. *Quorum remiſeritis, &c.* vt ſubtiliter inſinuauit Medina, vbi ſupra, quod eſt contra veritatẽ declaratam in Concil. Trid. [p]

270 Tertio, quod confeſſarius abſoluere, & ſi moriatur in ſacro ſepelire nõ debet vllum religioſum, etiam canonicum regularem) qui omnium laxiſſime regulæ ſeruit, (ca. qđ Dei, de ſtatu monaſtantem, vel teſtari volentem, niſi a propoſito deſiſtat, & ſi quod teſtamentũ fecit, reuocet illud aut certe efficaciter reuocare proponat, [q] & late tradit admodum Reuer Pater Ioann. Trullus eruditione, ac pietate inſignis, ſimul Prior ſãctę Chriſtinæ Canonicorum regulariũ Aragoniæ, de ordine ſuo optime meritus, [r] qui ait cauendum eſſe cuiuis Canonico regulari, & ea fortiori cuilibet alij monacho, a ſcribẽda ſcheda, vel memoriali ſignificante ſuam de vllis rebus ſuis vſibus deputatis ſic, vel ſic diſtribuẽdis voluntatem, vel intentionem vltimam, quod tñ ſolum intelligendum eſt de faciente illa ea mente, vt ſint teſtamentũ codicillus, donatio mortis cauſa, vel alia vltima voluntas vim ex ſua diſpoſitione trahens, nõ autem de illo, qui expreſſe, vel tacite proteſtatus nolle teſtari, vel nullatenus diſponere, ſolum rogat Prælatum, vel Cõuentum, vt pro ſua libera volun-

a In princ. c. 1. de pœn. diſt. 6. n. 45
b ca. falſas, de pœn. d. 5
c cap. Sides 23. q. 6.
d Rom. 11.
e 3. Reg. 28
f cap. 23. nu. 1.
g capit. 26. num. 27.
h In opuſc. 65.
i 3. par. tit. 10. ca. 2. de infirmo.
k In Co. de confeſſ. tracta. 2 de abſolut. ab oblitis.
l ca. is qui, 26. q. 6.
m Cap. 21. nu. 36.
n In libr. 9. & 15. de Trinitat. & patur in c. 1. 29. q. 1.
o Seſſ. 14. c. 13. & 5. & cano. 4.
p Seſſ. 14. c. 5. & c. 3. et 8. de ſacra. pœnit.
q Arg. cap. nõ dicatis, 12. q. 1. c. 1. de teſtam. c. monachi, & c. ſuper eo & ca. cũ ad. de ſtat. monach.
r In ca. 22. libri primi ex quatuor libris de eo dem ordine Canonicor.. regulariũ pie Valde, ac erudite ſcriptis qui c. 40. n. 11.

voluntate, illud, aut illud pietatis, aut miſericordiæ opus, illi faciat, cum hoc nullatenus ſit diſponere, ſed ad pie diſponendum aliũ pie rogare, aut exhortari, ꝙ cuilibet religioſo, etiam Franciſcano, licet, ꝙa miſericordia eſt virtus omnibus, etiam pauperibus, communis, [a] ꝙ quotidiana concluſio eſt, quam nuper latius tradidimus. [b]

a c.in ſing. 86.diſt.

b In Comment.2. de regu. ſuper ca. non dicatis. 12.q. 1.

271 Quarto, quod hęres eius qui mori tur abſolutus a peccatis, & ſuſceptis alijs ſacramentis. & in loco ſacro ſepultus, licet poſtea credat eum obijſſe excommunicatum, non tenetur petere abſolutionem. Tum quia mortuus proprie, & quo ad Deum, nec abſolui, nec excommunicari poteſt, quia non eſt homo mortalis, quem ſolum excõmunicari poſſe ſupradictum eſt. Nec obſtat cap. ſi quis, de hæret. per quod gloſſa eius contrarium dixit per illa verba. *Dicatur mortuo anathema*: quia non ſignificauit, quod excommunicetur, vt putauit gloſſa cum Panormitano, ibidem, ſed quod fiat ei maledictio qua declaretur deceſſiſſe anathematizatus, vt pulchre ait Caſtrenſis [c] nec abſolui: quia ſolus poteſt abſolui, qui & excõmunicari, & e contrario, per ſupradicta. Nec obſtat prædictum c. a nobis. [d] quia ſenſus non eſt, quod excommunicatus mortuus ꝓprie quo ad Deum abſoluatur, ſed quod denuntietur Eccleſiæ deceſſiſſe quoad Deum abſolutus, ita vt liceat ei nominatim orare pro illo, ſecũdum mentem Panor. & communis ibid. & Caſtrenſis. vbi ſupra, cap. 20. Tum ꝙa, ſi quo ad Deum, & culpam per pœnitentiam fuit abſolutus, non indiget abſolutione quo ad illa, & quum excommunicatio eſſet occulta, non indiget etiã quo ad Eccleſiam, quæ non iudicat de occultis, [e] & ſi per pœnitentiam non fuit abſolutus, nil prodeſt quo ad Deum abſolutio. Tum quia ſolus denuntiatus excommunicatus indiget abſolutione quo ad Eccleſiam, per d. extrauag. ad euitanda, & hic de quo quæritur, non erat denuntiatus, nõ inquã, tenetur, imo nec expedit petere, ꝙa nihil ꝓdeſt animæ quoad Deũ, & nocet honori quoad homines.

c libr. 2. de iuſta hæret. punit. c. 19.

d In 2. de ſentẽ. excõ.

e cap. ſi omnia 6. q. 1.

272 Quinto, ꝙ idem omnino dicendũ eſt de hærede illius, qui ſine abſolutione cũ ſignis tñ contritionis in excõmunicatione occulta moritur, arg. ca. fin. de ſepult. & c. in literis de rapto. non aũt de hærede excommunicati denuntiati: qm̃ is debet quærere abſolutionem ab eo, a quo viuus, & ſanus erat abſoluendus, ſi non fuit abſolutus, ſaltem ab aliquo ſacerdote ſimplici in articulo mortis, dic. cap. a nobis, qui tunc poteſt abſoluere, vt clarius, quã omnia alia iura antiqua definit Conc. Triden. [f] in hæc verba, *In articulo mortis omnis ſacerdos quoslibet pœnitentes a quibuslibet peccatis, & cenſuris abſoluere poteſt.*

f Seſſ. 14. cap. 7.

Sexto, ꝙ per hoc vr̃, ꝙ omnis ſacerdos pót abſoluere ab excommun. in articulo mortis etia non confeſſum, modo ſigna contritionis præcedant, quia in tali articulo non ſolum habet facultatem abſoluendi a peccatis, etiam reſeruatis, ſed etiam a cenſuris, vt per prædicta verba patet, quod clare ſentit Panorm. [g] dũ ait, quod præſuppoſito quod laicus poſſet abſoluere a cenſuris in articulo mortis, illa prodeſſet, ne iterũ oporteret eũ abſolui. Et conſtat ſm oẽs non poſſe laicum abſoluere a peccatis. Ergo a fortiori abſolutio ſacerdotis ſine abſolutione a peccatis, prodeſſet. Præſuppoſitum tñ non eſt verũ, vt dictũ eſt ſupra, [h] ꝙ ipſũ poſtea videtur confirmaſſe prædictum Concil. Triden. per prædicta verba, quę non habent, omnis homo, ſed (*omnis ſacerdos,*) ſignificando non poſſe id facere etiam alium clericum etiam ſacris initiatum, quanto minus laicum.

g In d. ca. a nobis, n. 10.

h Cap. 26.

Septimo, ꝙ per eadem verba auſim dicere, ꝙ ſacerdos etiam excommunicatus, & denuntiatus põt hodie abſoluere licite conſtitutũ in prædicto artic. ſicut non excõmunicatus. Tum quia Concil. vniuerſaliter nullum excipiendo loquit. Tum quia non obſtat, ꝙ per excommunicationẽ tollatur, vel certe ſuſpendat̃ iuriſdictio, quã ſaltem habitualẽ habet iure diuino, [i] ſine qua non poteſt conſtere abſolutio: quia probabiliter credi põt: iam matrem Eccleſiam nõ auferre illi, nec ſuſpendere iuriſdictionem quo ad talis articuli tempus, licet, vt proxime dictũ eſt, non deceat credi, quod laico eandem quo ad eundem articulũ videatur concedere, quia quo ad eum agitur de nõ tollenda, vel non ſuſpendenda iuriſdictione, ſed de nouo danda, ꝙ eſt difficilius, c. quemadmodum de iureiur.

i §. ecce, 16 q. 1.

præſertim incapaci, qualis eſt laicus, talis iuriſdictionis. cap.tuã de or di.cog.& cap.2.de iudic.Auſim,inquam, id nunc dicere, quamuis ante prædictum Conc. cõis contra tenuit, [a] quam ipſe quoque immemor prædicti cõcilij ſequutus fuerat ſupra. [b] Cæterum faceſſat ſubtilis illa nouitas differentiæ quorundã inter articulum mortis, & periculum mortis, eadẽ enim ſunt quoad iura facientia facultatem abſoluendi in eis, vt ſatis probat,cap.eos, de ſentent.excommun

273 Octauo,quod illud dictum de collatione beneficij facta alicui excommunicato, ꝙ ſit nulla,procedit etiam in eo qui ſe excõmun.ignorat,ſm gloſ.Panor. & communẽ, in c.penul.de cler.excõm. nam licet ignorantia excuſet a pœna trãſgreſſionis,non tñ efficit capacitatẽ acqſitionis,cuius excommunic.eſt incapax, cap.poſtulaſtis, co.tit ſufficeret tñ diſpẽſatio Epi,ſi ad eũ ſpectabat collatio, ſm oẽs, non tñ ſi ad alium, quidquid dicat Panorm. in dic.c.poſtulaſtis.quod tñ nõ procedit incollatione facta a Papa, vel Legato cum clauſula *abſoluentes quo ad effectum præſentium cõſequendum*, in literis eorũ apponi ſolita,de qua Fel.in cap. Apoſtol.col 1.de except. & alia alibi.

Nono, ꝙ non eſt tenenda opinio Bartoli [c] cõiter recepti a Legiſtis, vt tradit Hyppolitus [d] ſcilicet.excommunic. Epi ligat extra Epãtum ipſo id volente: quia irrefragabiliter confutatur, per cap.1.[e] & fortius per rõnem eius,ſumptã ex d.l. final.vt recte affirmat Panorm.[f] Nec obſtat l.fin.ff.de decret. ab ord.fac. qua magno colore motus fuit Bartolus,quia eſt male traducta e Græco in Latinum, vt teſtatur eruditiſſimus Andr.Alciatus, ſecundum cuius translationem nihil facit pro Bartolo & ſequacibus.

Decimo, ꝙ excommunicatio conditionalis impleta conditione non retrotrahitur: quia fictio retrotractionis non habet locum in cẽſuris. Tum arg.c.licet. de ſent.excomm.libro ſexto. Tum quia fictio fundatur in æquitate,[h] & nulla ꝙquitas ſuadet, vt qui iuſte communicabat ante conditionem impletam cenſea tur iniuſte tunc communicaſſe: id enim eſſet fingere impoſſibile ſecũ pugnans, contra l. vbi repugnantia,ff.de reg.iur.

Vndecimo,quod ſicut excõmun. lata ſub conditione nõ ligat ante eam impletam, ita põt quis appellare ante illã impletam,etiam poſt decennium,ita quod ſine ſcrupulo poteſt communicare, etiã ea impleta,vt ſentit gloſſa, quam contra Panormitanum ſequitur communis. [i]

274 Duodecimo,ꝙ penſionarius,qui p ſonaliter conſentit conſtitutioni penſionis, non ſoluens eam die ſtato, incidit in cenſuram etiã ante intimationẽ literarũ,ſecus ſi cõſentit p procuratorẽ,iuxta ſtylũ curiæ,de quo teſtatur Caſſador. [k]

Decimotertio, ꝙ pro cõi opinione,q̃ tenuimus ſupra,num.16.contra gloſſam ſecundam,[l] ſcilicet,ꝙ ignorantia probabilis excuſat ab excommunicatione ſtatuti pro facto damnato,vltra ibi dicta facit,quod licet non requiratur conſenſus delinquentis in pœnam, vt obligetur ad eam,quia obligatio non nititur eius cõſenſu, ſed poteſtate legislatoris imponẽtis eam, requiritur tñ conſenſus in cauſam,ob quam imponitur, vt dixit S.Thomas,[m] & vt quis dicatur cõſentire in cauſam alicuius,non ſufficit, quod conſentiat in eo,quod eſt cauſa, ſed requiritur quod ſciat, aut ſcire debeat id eſſe cauſam,[n] & qui ſcit aliquid eſſe malum, & ignorat pœnam ob id impoſitã,ſcit quidem id quod eſt cauſa illius,non tñ cauſam illius. Nec obſtat,quod ex eo ſequeretur,quod mulier, ruſticus, & alij, qui probabiliter pœnas legum ignorant, in nullam earum inciderent: reſponderi.n. poteſt negando quidem ſequelam, quo ad pœnam ordinariam, & mediocrem proportionatam delicto,ſm naturã eius ſtatutam,vel prudentia communi imponendam, quam quilibet diſcretus paulo plus minus præuidere poteſt,ſaltem hallucinando per legem naturalem dictantem delicta mediocriter punienda, l.ita vulneratus,ff.ad l.Aquil.concedendo vero ſequelam quo ad pœnam extraordinariam, & exorbitantem, & auctam vltra naturam ſuam nude conſideratam ꝓpter frequentiam, vel alias circumſtantias perſonæ temporis,loci,&c.ea ratione diuerſitatis, ꝙ quicumque ſcit,vel ſcire debet aliqd eſſe malũ, ſcit, vel debet ſcire id eſſe puniendum,iuxta naturam eius,& ita non ſolum,conſentit in eo,ꝙ eſt cauſa eius,ſed etiam in eo quod ſcit, vel debet ſcire eſſe cauſam eius,ſecus ta

men

a *In c.non eſt de ſpon. & S.Thom. in 4.lib.ſent.diſt.17. qu.3. & 3. part. q.82. art.7.ad 2.*

b *Cap.26. nu.26.*

c *In l.1.n. 45.C.de ſũma Trinit.*

d *In l.fi.ff. ꝺ iuriſ.om. iudic.num. 142.*

e *de conſti. lib.6.*

f *In c.a nobis,1.n.11. de ſent.excommun.*

g *lib.2.diſpunct.c.18*

h *l. qui in vtero, ff.de ſtat. homi.*

i *In capite, præterea 2. de appellat.*

k *Deciſ.1. de penſ.ſuper reg. Cã cel. & 12. de reſcript.*

l *Cap. a nõ 2. de ſent. excomm.*

m *2.2.qu. 64.art.8.*

n *Arg.l.in delictis, §. 1.ff.de noxal.*

men eſt de pœna exorbitanti aucta, & addita vltra naturam eius, ob frequentiam, & alias circunſtãtias, quia nec ſcit, nec ſcire debet illud malũ eſſe cauſſam illarum, cuius generis eſt excommunicatio, & eo magis, quo ſola ratio naturalis, quæ docet pœnam debitam malo, nõ pertingit ad illã ſine lumine fidei. Quæ eſt ratio germana cap. 2. de conſtit. libro ſexto, per quam extenditur ad quaſcum que alias pœnas exhortantes, ſola natura delicti conſiderata. Per eandem rõnẽ idem cenſeo cum Sylueſt. verb. ignorantia, § octauo, de excommunicatione latam per legem cõem Pont. Max. vt probo in comment. c. fraternitas, 12. q. 2. cũ multis eruditis Curiæ putantibus multas extrauagantes cum cenſuris grauiſſimis latas ſuper criminibus dãnatis, quarum notitia nũquam tranſiit Pyrenæũ, nec Alpes, non excommunicaſſe Hiſpanos eas penitus ignorantes, nam & percutiens clericum, aut patrem, aut dominum, & interpellans monialem, vel virginem, ignorans probabiliter eorũ qualitates, quas ſciens id non feciſſet, nõ incurrit pœnas extraordinarias pro illas additas, [a] quia etſi ſciat eſſe malum, id quod facit, neſcit tñ, nec ſcire debet tantam pœnam pro illo malo impoſitam, & minus peccat, qui frangit legem grauiſſimis, & extraordinarijs pœnis munitam, ignorando eas probabiliter, quam ſciendo: ſicut minus contemnit, & peccat qui ingreditur hortum, leui ceſpite ſeptum cauſa furandi q̃ qui alto pariete cinctũ.

a ca. ſi vero 2. de ſent. excom. & l. ſi quis ignorans, ff. locat.

265 Decimoquarto, quod nullus præter Papam ſine eius commiſſione ſpeciali, poteſt abſoluere ab hæreſi, & cenſura ei annexa, etiam occultiſſima, quia Papa eã ſibi reſeruat in Bulla Cœnæ, quamuis Concil. Trid. [b] concedit Epo, vt per ſeipſum in ſuo Epiſcopatu poſſit abſoluere ſubditos ſuos ab occulta hæreſi, quanuis item poſſit contendi, quod non ſit derogatum, quod ad hoc illi per Bullam Cœna, quia S. D. N. Gregorius xiij. & Pius V. adeo id expreſſe declararunt, vt etiã ſummo Pœnitentiario negauerint illam facultatem, niſi cum certis modificationibus, ſine quibus, nec hic abſoluit ſine maxima cauſa, nec ille dũ vixit abſoluebat, etiam cum illa. Per quod, [c] moueor ad credendũ, quod nec virtute Iubilæorum, nec Bullarum Cruciatarum, in quibus non datur ſpecialis facultas abſoluẽdi ab hæreſi, pót quis abſolui ab ea, licet expreſſe detur facultas abſoluendi a caſibus Bullæ Cœnæ, [d] iuncto dicto S. Antonini, [e] ſcilicet quod facultas generalis abſoluendi ab excommunicatione non includit abſolutionem illius, quæ ſpiritualiter non fuiſſet conceſſa.

b ca. 6. ſeſſ. 24. de refo.

c Et arg. c. fin. de offic. vic. li. 6. & c. in, enerali de regul. iur. co. li.

d Arg. c. frater noſter 16. q. 1.

e 3. par. tit. 24. ca. 77.

Decimoſexto, quod Confeſſarius, eo § 1.
quod ſit munitus facultate diſpenſandi ſuper voto, non pót diſpenſare ſuper iuramento etiam eiuſdem materiæ. Tum quia iuramentum vr̃ continere duo vincula, promiſſionis & iuramenti, quæ sũt fortiora vno, [f] qua rationes S. Thom. & ait votum iuratum eſſe firmius non iurato. Tum quia ſm eundem alia rõne ligat iuramentum, quam votum. Iuramẽtum enim ligat, quia eſt ſacrę rei atteſtatio, ratione reuerentiæ, qua quis debet implere, quod per nomen eius promittit. Votum vero ratione fidelitatis, qua quis debet implere, quod Deo promiſit. Tum quia ſm oẽs votum, vt votum non eſt iuramentum, nec contra, nam diuerſitas nominum, definitionem, & titulorum, [h] & rõnum obligandi ſupra dictarum concludit eſſe diuerſæ ſpeciei iuramentũ, & votum, & facultas diſpenſandi ſuper vna ſpecię, nõ extenditur ad aliã, arg. ca. cui, de nõ ſacerdotali, de præbẽd. libro ſexto, quatenus probat, virtute mãdati, vel priuilegij de conferendo beneficio valoris maioris, non poſſe conferri beneficium minoris. Tum quod Abbates habentes poteſtatem abſoluendi a ſententia canonis, *ſi quis ſuadente*, iuxt. c. cũ illorum, de ſent. excommu. non poſſunt abſoluere a multis alij excommunic. minoris auctoritatis, iuxta Federicum, [i] qa exorbitãtia a iure cõi nõ ſunt extendẽda de alio, ad aliud, reg. quæ a iure libro 6.

f Cap. 1. de treug. & pace.

g 2. 2. q. 89. art. 8.

h De iure ĩ 2. Decre. et de uoto. in 3.

i Conſt. 14. Monac. Peruſinus.

266 Hoc ipſo die, quo hæc in prima editione latina excudebantur, puta, pridie Idus Octob. Ann 1573. (quo ſui ſacræ Pœnitentiariæ Prætorij primum habuit conuentũ Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Cardinalis Stanislaus Hoſius, poſtea quam fuit in ſummũ Pœnitentiariũ a S. D. N. deſignatus, magna cum laude, & gloria vtriuſque vt pote gratis, & abſens nihilque minus præuidens ob ſolam eandẽq; celeberrimam pietatis, integritatis, &

eruditionis famam, (qua non ſolũ Vrbi, ſed orbi toti Chriſtiano etiam ante purpuram fuit notiſſimus) tactum fuit, an qui Hiſpanus probabiliter ante annos 20. vouerat ingredi Religionem ordinis fratrum minorum Conuentualiũ, (qui poſtea a fel. record. Pio V. in tota Hiſpania abrogatus fuit) teneretur quærere extra illã, vbi nõ eſt abrogatus, monaſteriũ in quo recipereſur? Et vr nõ teneri, tũ per dict. ſup.[a] Tum q̃ actus agẽtium non operantur vltra fines eorũ. l. non ois, ff. de rebus cred. Et orator non intenderat intrare extra Hiſpaniam.

a Capi. 12. nu. 48.

277 Eodẽ die rogatus de poteſtate abſoluendi ad cautelam Confeſſarij electi per confeſſionalia, Iubilæa, & alias bullas Apoſt. dico tumultuarie primo, quod abſolutio excommun. ſimplex eſt abſolutio integra excommunicat. quæ ſcitur eſſe lata, & valida. Abſolutio vero ad cautelam eſt, quæ non eſt talis, & iſta eſt triplex, dimidiata, quæ ad certũ tẽpus, vel actũ fit· & integra eius, q̃ dubitatur eſſe lata: & eius, quæ ſcitur eſſe lata, ſed dubitatur an valeat. Quæ colliguntur ex ca. ſolet, de ſent. excomm. libro ſexto, & ſcribentibus ibi præſertim Innocentio.[b]

b Et capit. Veniens. 2. iunct. gloſs. vlt. de teſti. & 10. Andr. & Fan. ſuper ea. & alijs alibi.

Secundo, q̃ præfatus electus Confeſſarius non põt dare primam harũ, & ita non poteſt abſoluere cum reincidentia. Tum quod illa non eſt integra. Tum q̃ in effectu eſt quædã ſuſpenſio, vt ait Ianoc. in c. cum bonæ de ætate, & qualita. & Deius [c] & confeſſario huiuſmodi non eſt poteſtas dimidiandi abſolutionem, nec ſuſpendendi. Tum quia eam dare eſſet fere abſoluere pure, & excommunicare ſub conditione, adquod faciendum nulla eſt illi poteſtas: nec poteſt abſoluere ad certum tẽpus, vel actum, quia id effectu eſſet abſoluere cum reincidentia.

c Conſ. 145

278 Tertio dico, quod poteſt dare ſm, quam paſſim dant Confeſſarij confeſſis ignorantibus ſe eſſe excommunicatos p̃ verba illa, *Si teneris vinculo excommunicationis, &c.* Per quam abſoluitur ab ea, vel eis in quas poteſtas eius extenditur, modo præmiſerit ſatisfactionem, vel aliud quod bulla requirat, vel certe eo ſit animo, quo faceret illud, ſi meminiſſet ſe eſſe excommunicatum, & faciet cum primum meminerit. Tum quia attenta ſua ignorantia, ſatis videtur facere, qđ poteſt, & facienti quod poteſt, nõ eſt negãda abſolutio. Tum quia paſſim ita abſoluunt Cõfeſſarij laudati ob hoc ab eruditis, vt etiam prædictum eſt. in cap. 26. Quarto dico, quod non poteſt dare tertiam ſine præuia ſatisfactione, ſi confeſſus agnoſcit eſſe veram offenſam, ob q̃ eſt excommunicatus, quia quum offenſa eſt manifeſta, non poteſt dari illa etiã cum cautela ſufficienti ſine præuia ſatisfactione, d. ca. ſolet. Poteſt autem dare, ſi dicat ſe nõ offendiſſe: ſed ſi dicat ſe dubitare de offenſa, vr, quod non poſſit: quia commiſſa ſimpliciter abſolutione nõ cẽſetur commiſſa abſolutio ad cautelam, iuxta gloſ. ſing. c. capitulum, de reſcript. Non obſtat, quod ſemper tenuerim, & teneam, quod delegatus, cui cõmiſſa eſt cauſa, põt partes abſoluere ad cautelam, cum Aretino[d] recepto frequenter a Decio, & nobis contra gloſſ. cõiter receptã, in d. ca. ſolet, quia gloſſa loquitur de cõmiſſione abſolutionis ab excommunicatione, quæ tractari poteſt commode ſine abſolutione ad cautelam, & deciſio Aretini, & vſus loquitur de cõmiſſione cauſæ, quæ ſine abſolutione partium ad cautelam non ſatis commode poſſet tractari. Adde ijs illa, quæ ſcripſimus in ca. 1. in princip. num. ſexto, de pœnitent. diſtint ſexta.

d In d.c. de teſtib. col. 3

Quinto dico, q̃ Confeſſarius, cui committit Sacra Pœnitentiaria, vel alius ſuperior, vt abſoluat latorẽ ad cautela in foro conſcientiæ tm̃, nõ tenetur ſeruare formam d. c. ſolet: quia illi foro non congruit citatio partis, quam illa requirit, [e] ſed ſatis eſt, quod conſtet ei per confeſſionem partis, preces veritate niti.

e Secũdum Inno. recep. in d.c. ſolet.

Sexto, q̃ Confeſſarius, cui ſimpliciter vt ſimplici cõfeſſario, cõmittitur abſolutio ad cautelã in vtroq; foro debet antea accipere cautionẽ ſufficientẽ, iuxt. d. ca. ſolet, licet nõ debeat citare partem, nec audire excipientẽ de manifeſta offenſa, ſaluo, ſi aliquid amplius, vel minus faciẽdum ei præcipiatur: quia vno onere ſublato, non cenſetur ſublatum alterum, [f] & ita cum abſolutio ad cautelam requirat citationem, & ſufficientem cautionẽ etiã ſi ſit dubia offenſa, per d. c. ſolet, licet onus citandi tamquã incongruũ foro pœnitentiæ tollatur, ſatisfactio tamẽ, vel cautio ſufficiens, quæ etiam illi foro cõgruit,

f ſea. ex tua rum. de auctor. & uſu pall.

gruit, non videtur tolli: adeo vt putem, quod ſi excõicatus agnoſceret offenſam eſſe veram, deberet eum cogere ad pri⁹ ſatisfaciendum. Dixi, *in utroque foro*, qa ſi committeretur, quo ad forum conſciẽtiæ tm̃, putarem ſufficere ſeruare propoſitum firmum ſatisfaciendi debito, vel offenſo, ſi apparuerit eam valere, quum quo ad illud cor magis reſpiciatur, quã manus.[a] Dixi, *niſi plus, uel minus præcipiatur*, quia ſi præciperet, vt ſine vlla cautione, vel cũ ſola iuratoria, vel ſatisfacto dimidio, vel toto abſolueret, id eſſet ſeruãdũ, c. cũ dilect. cũ nota. ibi a Fel. de reſ.

a C. ſi quid inuen ſti, 14 q 5.

Septimo, q̃ Cõfeſſarius, cui cõmittit̃ abſolutio ſpecialis alicuius ad cautelam in vtroque foro, déret abſoluere corã notario, & teſtibus, vel ſaltẽ teſtibus, vt abſolutus poſſet probare alijs ſuam abſolutionem, q̃ non præſumit̃, niſi probet̃, c. ſicut nobis, de ſent. exc. & gl. c propoſuiſti de cler. excommu. miniſt.

Octauo, q̃ excõicato, denuntiato, & abſoluto a Confeſſario, ſiue ſimpliciter, ſiue ad cautelam, quo ad forum cõſcientiæ tm̃, non tenent̃ cõicare alij p̃ſertim publice, neq; iure poſſunt, niſi probabiliter illud credẽtes, quia limitata cauſa limitatũ producit effectũ, l. in agris, ff. de acqui. re. dom. nec abſoluto, quo ad vtrũque forum, niſi legitime id oſtendatur, vel probabiliter credatur, per d. ca. ſicut nobis, & per dict. gl. d. c. propoſuiſti.

MISCELLANEVM III. DE ſcientia, credulitate, opinione, dubitatione, & ſcrupulo.

279 *Scientia fides, opinio, dubium, & ſcrupulus quid, vt differunt, & conueniunt, & ſeqq.*

280 *Conſcientia quid. quotuplex, ad quid obligat, ſcrupuloſa quam mala, naſcitur ex ſex cauſis, & curatur* 10. *medicinis a nu.* 282.

281 *Dubijs in rebus pars tutior an neceſſario eligenda.*

283 *Legis rigor temperatur per æquitatem quinque modis.*

284 *Intellectus illius dicti*, Bonæ mentis eſt culpam timere, vbi non eſt.

b In c. ſi qs autem, de pœn. diſt. 7. a nu. 9.

DIcimus primo, q̃ ſciẽtia, fides, opinio, dubitatio, & ſcrupulus, in quibuſdã conueniunt, & in quibuſdã differunt, vt reſolutius alijs tradimus alibi.[b] Quorũ ſumma eſt, q̃ ſciẽtia eſt cognitio viſiua rei[c] tã intellectus, q̃ ſens⁹.[d] Fides eſt cognitio, qua firmiter ita eſſe iudicamus, id q̃ non videmus, iuxta illud Auguſtini, *Fides eſt credere q̃ non videt*,[e] iũcta gl. 7. quæ citat illud Greg.[f] *Fides non hẽt meritũ, vbi rõ humana præbet experimentũ.* Opinio eſt cognitio, qua iudicamus aliq̃d eſſe, vel non eſſe, q̃ non videmus, nec firmiter credimus ita eſſe, ſed cũ formidine, ne cõtrariũ, ſit verũ, facit gl. d. §. antep. & gl. in l. ſi duo. §. penult. ff. vti poſſidet. Dubitatio eſt cognitio duarũ rerũ cõtrariarũ, neutrã earũ iudicãdo verã iux. gl. recept. l. de ſtatu. ff. de teſta. & gl. rubr. ff. de iur. & fac. igno. q̃ dubietatem appellauit tutubationem. Scrupulus eſt cognitio argumenti apparentis contra p̃dicta. Ex quibus infertur, hæc quinque conuenire in hoc, q̃ ſunt cognitiones, & actus potentiæ cognitiuæ & non appetitiuæ, vt ex verbo, *cognitio*, apparet & quod differũt in eo, q̃ ſcientia eſt firma, & euidens cognitio. Fides firma nõ tñ euidẽs, ſed oſcura, ca. firmiter, de ſum. Trinit. Opinio aũt nec euidẽs, nec firma q̃uis ſit iudicatiua. Dubitatio vero, nec euidẽs, nec firma, nec iudicatiua. Scrupulus aũt eſt ſolũ quoddã argumentũ contra alĩq̃ p̃dictarum. Et q̃ quatuor prima ſũt contraria, q̃ non poſſunt ſimul ineſſe vni, & eidẽ p̃ſonæ eodẽ reſpectu, Scrupul⁹ aũt cũ qualibet aliarũ quatuor eſſe p̃t.

c Glo. ſin. in l. 2. §. ante pe ff. aqua plu. arc.

d Vt præl. 2 & 3. dictũ eſt.

e Ca. in domo de pœn. diſt. 4.

f Hom. 20. Euang.

MISCELLANEVM IIII. de conſcientia.

COnſcientia, vt definit, & diuidit S. Thom. g̃ non eſt potentia, nec proprie habitus animæ, ſed actus eius iudicatiuus, interdum teſtificans, q̃d illud fecimus, vel non fecimus, iuxta illud,[h] *Scit conſcientia tua te crebro maledixiſſe alijs, &c.* interdum accuſans, vel excuſans dictando aliquid bene, vel male factum eſſe, iuxta illud B. Auguſt. *Senti de Auguſtino quidquid libet, ſola me in oculis Dei conſcientia non accuſet*,[i] & interdum dirigens dictando aliquid faciendũ, vel non faciendũ eſſe, c. p tuas, ſecũd. de ſimo. & ita hic accipit̃, definiriq; põt eſſe ſciẽtia, fides, opinio, aut dubitatio, de ali qua re faciẽda, vel nõ faciẽda, ſm cõem in locis proxime citatis, & eſt duplex. Vera, q̃ vere iudicat aliquid eſſe faciẽdum,

g 1. part. q. 79. art. 13.

h Eccleſ. 7.

i Cap. ſenti. 11. q. 3.

vel

vel non faciendũ. Et erronea, quæ falſe iudicat eſſe faciendum, vel non eſſe faciẽ dũ, d.c. per tuas, ca. inquiſitioni, de ſent. excõ. Eſt & aliter triplex: certa, quæ pro certo iudicat. Dubia, quæ nullatenus iudicat: & ſcrupuloſa, quæ contra id quod iudicat, habet argumenta. Porro, quælibet conſcientia certa ligat eam habentem. Quantum autem quælibet harum obliget, dictum eſt ſupra. [a]

a Prælud. 9 anu. 9.

281 Quibus addo non ſemper neceſſariũ partẽ tutiorẽ eligere, qa ſatis eſt quo ad ꝓcepti implemẽtũ tutã eligere, vt late [b] ꝓbauimus, ẽt in his, q̃ ad fidẽ, & mores ꝓtinẽt: in alijs em̃, nec de cõſilio, qs tenetur eligere tutiorem, vt ibidem probat.

b In d. cap. ſi quis aũt, anu. 34.

MISCELLANEVM V. DE cauſis, ex quibus fit conſcientia nimis ſcrupuloſa.

DIco primo, quod cõſcientia nimis ſcrupuloſa naſcitur ex vitio naturali, vel acquiſito.

Secũdo dico, ꝙ cõſcientia nimis ſcrupuloſa gignit multa mala ſcilicet inconſtantiã, augmentũ peccatorũ, animi paruitatem, nebulas intellectus, inquietudinem mentis, accidiam, & id genus alia.

Tertio dico, ꝙ huius vitij cauſæ, ſm S. Anton. [c] ſunt cõplexio timida, melancholia, & mania, dæmon tranquillitatis oſor, vigiliæ, ieiunia immodica, & conuerſatio cum ſcrupuloſis.

c 1. par. ti. 3 c. 10. §. 10.

283 Quarto dico, ꝙ decẽ ſunt huius ęgritudinis medicinæ, ſm S. Anton. [d] Prima Deus per ſuã gr̃am intus habitãs, & foris benigne aſſiſtens. Scđa pharmacũ cõtra melancholiam, maniã, & alios malos humores, iudiciũ debilitantes. Tertia auerſio cogitatus a re ſcrupuloſa. Quarta ſubmiſſio ſui aliorũ iudicio. Quinta cõtrauentio ſcrupulorũ. Sexta vſus epijkeiæ ſiue æqtatis circa leges, de qua S. Tho. [e] ꝑſuadendo ſibi nõ peccare, q̃ implet legem ſm mentẽ auctoris, licet in verba offendat, S. Tho. ibi art. pri. neq; q eã ī ſenſu benigniore ſeruat, q̃is in duriore violet, l. benignius, & l ſeqq. ff. de leg. neq; q eam non ſeruat vbi, & qñ eſt impoſſibile, vel valde difficile, [f] neque q eam non ſeruat. vt poſt ſtulto nõ habeatur: nec qui in rebus dubijs ſm cõem bonorum vſum eam ſeruat. §

d 1. pa ti. 3 c. 10. §. 10.

e 2. 2. quæſ. 220.

f S. Antoni. vbi ſupra, col. 6.

g Arg. §. leges 2. di. & l. minime, ff. de leg.

284 Septima rectus intellectus illius vulgati, *Tutior pars eſt eligenda in dubio,* [h] nempe, in eo quod eſt proprie dubium, quale non eſt, cum ſufficienti auctoritate, aut rõne altera pars creditur, neq; cũ ex multis opinionibus vna pro vera eligitur. Octaua rectus intellectus illius, [i] *Bonarum mentium eſt etiam culpas agnoſcere, vbi culpa non eſt*: cuius vnus ver[o] sẽſus eſt, generaliter ſe culpatum agnoſcere, licet non meminerit ſpecialiter culpam, iuxta gloſſ. d. c. ad eius, & late tradita a S. Anton. [k] Alius, (qui viſus eſt [l] Io. Gerſon. aptior) ſignũ animæ in bonum propenſæ, timere, ne ſit culpa, q̃ non eſt tale, quamquã hoc non eſt bonitas, imo ſcientiæ, aut probi iudicij defectus.

h Ca. ad audientiã de homic. ca. ſi quis autem de pœnit. diſt. 7.

i Ca. ad eũ 5. diſt.

k 1. par. tit. 3. c. 10. co. 6 l 2. part. de nat. & qua li. conſcien. alphab.

QVAE OPINIO DELIGENDA. Miſcella. VI.

285 *Opinio communis quæ, & quando alteri præiudicat.*

286 *Opinio, q̃ deligenda late, & reſol.* 287.

288 *Opinãs deponat dubiũ, antequã iudicet, conſulat, aut operetur, & ſeq.*

290 *Scrupulos mitigat ſibi parũ & multũ Chriſto fidere, & eũ talẽ imaginari.*

290 *Auxilio ſine ſpeciali Dei, quæ bona moraliter agi poſſunt.*

291 *Deus, & Deus, nullius figuræ, & homo, gratioſiſſimæ, & benigniſſimæ.*

NOna medicina eſt electio bona ex varijs opinionibus, & quieſcere in ea. Electio aũt bona fit ſm Matth. Matheſil. lib. d e elect. verior. opin. pri. volu. tract. & alios alibi eligendo primo cõſuetudine receptam, niſi ſit contra legem naturalem vel diuinam certam, contra quam conſuetudo nihil poteſt. [m]

m Cap. mala, & c. fruſtra. 8. diſt.

286 Dixi, *certam*: quia dubiã interpretari põt conſuetudo, & eius interpretatio ſeruanda eſt iux. Panor. [n] Scđo ceſſante conſuetudine eligendo eã, q̃ nititr alicui textui, cui contraria, licet ſit cõis, nequit apte rñdere, ẽtſi q̃ſtio principalis ſit vni[o] iuris, & textus alterius, ꝑ citata a Philip. Franco. [o] Tertio eligendo eam, q̃ nititr aliquo argumento, cui apte rñderi non põt. [p] Quarto ceſſantibus his eligendo cõem, ſi ſcitur eſſe talis, arg. c. prudẽtiã, de offic. del. c. de quib. vigeſ. diſt. Quinto ceſſante cõi eligendo eam, q̃ plurib[o] fundamentis,

n In c. 1. de iudic.

o In princ. c. ſi pater, de teſtamẽ lib. 6.

p Diſt. c. capellanus, de ferijs.

damẽtis, & rõnib⁹ nititur, q̃uis ſatis apte diſſõlui queant, q̃a cæteris parib⁹ funicu-
a Eccl. 4. c. 1. de treug. & pace. lus duplex, aut triplex difficilius rũpit·[a]
287 Sexto ceſſantib. p̃dictis, eam q̃ beni-
gnior, aut fauorabilior fuerit, l. ſẽp ĩ dubijs. ff. de reg. iur. Qualis eſt quæ iuramẽto fauet, arg. ca. q̃uis, de pact. lib. ſexto, & c. cũ contingat. de iureiu. Et q̃ matrimonio, doti, teſtõ, aut libertati, l. quoties, dubijs, ff. de reg. iur. c. fi. de re iud. aut alijs pijs, & religioſis rebus, l. ſunt p̃ſonæ, ff. de relig. & ſumpt. fun. aut pupillo, viduæ,
b Argu. totius. diſt. 85 c l. non puto, ff. de iur. fiſc. ſecund. Matthef. no. 13. peregrino, aut alteri p̃ſonæ miſerabili.[b]
Qualis ẽt q̃ priuato contra fiſcũ fauet,[c]
c cũ fiſcus in delicto priuati fundat, alias ſecus,[d] vt recte Decius declarauit, in l. in ambiguis pro dote, ff. de reg. iur. Qualis ẽt eſt q̃ valorem actus, de cuius fauore agitur, ſit vltima voluntas, l. quoties, ff. de
d L. 2. C. de iur. fiſ. libr. 10. reb. dub. ſiue contractus, l. quoties, ff. de verb. ſign. ſiue libellus, litis conteſtatio ſentẽtia, aut quilibet actus iudicialis, reſcriptũ, aut priuilegiũ,[e] quia p̃ſumptio pro actus valore præpõderat alijs,[f] q̃uis valor actus in actoris fauorẽ, & dãmnum
e Matth. in d. tractat. col. 4. rei redundet. 8 Septimo p̃dictis deficientibus illã, q̃ reo fauet.[h] Octauo, ſi nullo modo p̃dictorũ alia opinio aliã ſuperat, illã q̃ affirmant Doctores auctoritate, &
f L. in cõtra henda quã ad hoc ibi ponderat Dec. nu. 6. ff. de reg. iur. ſcientia in materia, de qua agit̃ p̃ſtantiores, arg. l. ſept. menſe, ff. de ſtatu. hom. & eorũ, q̃ p eã ait Deci. in c. ꝓpoſuiſti, nu. vndec. de ꝓbat. & ita q̃ tenẽt Theologi, ſi quæſtio eſt theologa, & q̃ Canoniſtæ, ſi Pontificia, & quam Legiſtæ, ſi ciuilis.[i]
g Arg. l. inter pares. ff. de re iud. 288 Quatuor aũt nobis vident̃ addẽda omnibus, qui hac de re tractarũt, quo ad forũ conſcientiæ. Primũ, q̃ Iudex, cõſultor, aut agens, qui in re dubia iudicatur⁹ conſulturus, aut facturus eſt aliquid, anteq̃ id faciat, dẽt, vt non peccet, expellere ex animo illã dubietatẽ, & credere,
h Arg. c. cũ ſunt iura partium, de reg. iur. li 6 & c. ſauorabiliores. ff. eod. aut certe opinari opinionẽ dicto modo electã eſſe verã, & ſm eã dẽre in eo caſu iudicare: quia ſi priusq̃ id faceret, & dubius iudicaret, cõſuleret, aut faceret, peccaret contrauẽiendo conſciẽtiæ dubiæ
i Arg. d. ca. propoſuiſti cum not. per Panor. & alios. per dicta.[k] Scd̃m eſt, q̃ in vtroq; foro venus, & idẽ de vna, & eadẽ re põt, & dẽt credere aliquid eſſe verũ quo ad vnũ effectũ p̃p vim alicuius rõnis, & cõtrariũ, quo ad alterũ p̃p vim alterius, arg. c. Dominus, de ſecund. nup. & c. inquiſit. de sẽtent. excõ. & multorũ, quæ pro eius vera
k Supra nu. 277. concordia adduximus,[l] p̃ q̃ ꝓbat vnã, & eandẽ mulierẽ poſſe, & dẽre credere ſuũ maritum eſſe illũ, cui cohabitat, quo red-
l In d. ca. ſi quis, a nu. 102. dat debitum, & contrariũ ad effectũ exigendi. Tertium, q̃ q̃uis in foro contẽtioſo regulariter p̃dicta obſeruari debeant in foro tñ conſcientiæ, ad effectũ nõ peccandi ſufficit eligere pro vera eius opinionem, quem merito cenſemus eſſe virum idonea ad id ſcientia: & conſcientia
m Nu. 283. præditum, iuxta dicta,[m] quibus adde gl. ſecund. c. Capellanus, de ferijs, adiuncta doctrina Panormitani.
289 Quartũ, q̃ nõ videt vna opinio appellanda cõis, ad effectum præiudicandi alteri eo ſolo, quod plures eã ſequantur tamq̃ oues aliæ alias, quæ præcedunt ſine iudicio ſequẽtes velut aues, quæ vnã volantẽ aliæ oẽs ſequuntur ſm Deciũ.[n]
n In conſil. 494. incipiente, quod ſupra, & c. col. fin. Cõionem enim ad hoc exiſtimarem illam, q̃ ſex, vel ſeptem auctores claſſicire ex profeſſo tractantes aſſererent, q̃ probatam a quinquaginta ſola fere auctoritate priorum ductis. Opinio enim cõis non ex numero opinantiũ, ſed ex ponderatione auctoritatis fit, vt dicit Alex.[o] relatus
o Conſ. 202. lib. 7. nu. 6. a Ludouico Gomez, in q ſecund. prooemij regul. cancellariæ, quin & arbitror vtramq; ad hoc poſſe dici cõem, quando vtraq; hẽt octo vel decem aſſertores graues, & cum iudicio eam deligentes. Quo fit, vt non ſit multum laudanda diligentia quorundam recentiorum inquirentium vtram teneant plures: doctrina em̃ præfata Io. Andr. in c. pri de conſtitu. de ſequẽda cõi, intelligenda videt, cũ pauci reſpectu aliorum teneant contrariam.
290 Decima ſcrupuloſi medicina colligitur: conſiderando primo, quod opinio, quæ videtur eſſe S. Auguſtini, & aliorum antiquorũ, (q̃ ſequitur Greg. Ariminẽſ. P
p 2. lib. ſenten. diſt. 21 q 1. 2. quæ. 109. art. 6. r Diſt. 28. & in q̃ inclinat S. Tho.[q] & S. Bonauent.[r] q̃que munit ibi Maior vigintiquatuor argumentis) tenent neminem poſſe ſolo libero arbitrio, & concurſu Dei generali, ſine auxilio eius ſpeciali etiam moraliter tantum bene operari Et quod licet contrarium teneat Gulielmus Ocham,
s Diſt. diſt. 28. [s] & videatur receptior apud recentiores licet item, noſtra ſententia ei ſit locus in operibus bonis, quæ ſuapte natura, & ex propinquo, ad ſolos virtutum moraliũ fines attingendos ratione naturali ducе diriguntur (qualia ſunt ſecundum rationem

nem naturalem, honeſte viuere, alterum non lædere, ius ſuum cuique tribuere: quale, quid liceat, quid deceat, quidue expediat, iuxta naturalem captum, & rationem prouidere) neceſſario tamen tenenda eſt antiquiorum ſententia in actibus moraliter bonis, quæ ex propinquo ſpectant ad iuſtificationem: qualia ſunt bene credere, ſperare, diligere, pœnitere, qualia percupere cœleſtia, contemnere terrena, & horrere inferna, & id genus alia, vt colligitur in directo ſenſu [a] ex Concil. Trident. in hæc verba: *Si quis dixerio ſine præueniente Spiritus ſancti inſpiratione, atque eius adiutorio hominem credere, ſperare, aut pœnitere poſſe, ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia conferatur, anathema ſit.* Qui ſacer canon argumento a contrario ſenſu ſatis etiam probat opinionem recentiorum, quoad alios actus moraliter bonos. Secundo conſiderando, quod bona pars ſcrupulorum naſcitur ex quadam nimia confidétia propriarum virium, per quam fere quis putat ſe poſſe ſolis illis bene pœnitere, confiteri, communicare, bene precari, & alia id genus operari, & videns ea non tam recte, ac vellet facere, pluries iterat ea, non implorato, vt deberet, a Deo auxilio diuino, & poſtrema facit imperfectius, quam prima: & ita nunquam ſibi plene ſatisfacit, & turbatur triſtitia erratorum, & timore errandorum. Huiuſmodi ergo ſcrupuloſi medicina fuerit conſiderare paruitatem & infirmitatem ſuam, & omnium communem, ob quam vix quis poteſt, etiam moraliter tantum bene agere ſine gratia gratum faciente, vel auxilio ſpeciali Dei: & ita reputare ſua opera, qua parte ſua ſunt, non poſſe fieri tam perfecte, vt ſint digna tanta maieſtate: & conſequenter diffidere ſibi, & fidere infinitæ bonitati eius, qui pronior eſt ad miſerendum, quam vlciſcendum. Et quod, vt eſt auſterus in eos, qui nimium ſibi fidentes, & ſine illo ei bene ſeruire poſſe putantes, & ſic non ſatis, de ipſius auxilio curantes, omnia perfecte ſuis viribus facere nituntur, & non faciunt: ita eſt clementiſſimus erga eos, qui memores ſuæ imbecillitatis, & ipſius auxilij, neceſſitatis, ſine quo ei placere non poſſunt, illi ſe totos ſubijciunt, & pro naturalibus ſui liberi arbitrij viriculis, ac pro auxilio ab eo ſuperaddito, bona fide, obſeruantiæ legum eius, & Eccleſiæ ſuæ ſtudent, ſperantes eum boni æquique conſulturum eam, quæ mediocris fuerit, etiam ſi non ſit exacta. Qui enim hæc pio animo ſecum voluerit, contentus erit, quod vel mediocriter obligationi ſuæ ſatisfecerit, & gratias aget Deo, qđ ad id ita ſua diuina bonitate eum iuuerit, deſiderans, ſperanſque fore, vt in dies maiore ope auctus, melius id faciet, ſcrupulos abiget, animumque ſerenabit.

a Canon 3. ſeſſ 6.

291 Et quia Deus vt Deus, nullam figuram, & ita neque vultum ſeuerum, neque gratioſum niſi metaphori ὡς habet, quippe qui longe, imo infinite ſimplicior eſt, quam anima & Angelus, plurimum ſcrupuloſo conducet imaginari vultum illum ſpecioſiſſimum, & benigniſſimum reuerendiſſimæ, & benedictiſſimæ humanitatis D. N. IESV Chriſti, qualem Sancti contemplantur eum, eum olim doceret, concionaretur & cõuerſaretur, exhibere ſolitum, nempe ſerenum, ſubhilarem, in ſui amorem rapientem, conſolantem, & lætificantem, imo & promittentem ſe a nobis fragilibus, & humilibus noſtræ paruitati parum fidentibus, eiuſque magnificentiæ plurimum confidentibus. & bona fide ſibi ſeruientibus, non exacturum adeo ſeueram rationem, qua nos condemnet, ſed adeo beneuolam qua ſaluet, Amen.

FINIS.

COMMEN-

COMMENTARIVS RESOLVTORIVS DE VSVRIS

In Capitulum Si fœneraueris. 14. quæstione 3.

IAMPRIDEM SERMONE HISPANO COMPOSITVS & nunc ab eodem Nauarro Latinitate donatus, & auctus.

Aug. super Psalmo 36. concione 3.

SI fœneraueris homini, ideſt, ſi mutuo dederis pecuniam tuam, a quo plus, quàm dediſti expectes, non pecuniam ſolam; ſed aliquid plus, quàm dediſti: ſiue illud triticum ſit, ſiue vinum, ſiue oleum, ſiue quodlibet aliud; ſi plus, quàm dediſti expectes accipere, fœnerator es, & in hoc improbandus, non laudandus.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarius eſt, qui plus, quàm dederit ex mutuo ſperat.*
1 *Vſurarij ſunt quidam creditores in ædes debitorum diuerſantes.*
2 *Vſuræ uerbum quid ſignificet.*
2 *Doctor Sotus laudatus.*
3 *Creditum duplex, & utrumq; gratuitũ.*
3 *Vſura apta in cuiuſmodi credito reperiãt.*
4 *Vſura palliata inueniri poteſt in omni cõtractu, in quo ſolutio anticipatur, vel differtur, cum exemplis.*
5 *Pretium rei iuſtum non conſiſtit in indiuiſibili; imo habet latitudinem ſummi, infimi, & medij.*

PRIMO noto ex hoc capite, id quod præcipue D. Auguſ. per illud intendit, ſiue ſummam eius, quæ ſm maximũ illum Magiſtrum Gratianum, huius magni voluminis, qđ Decretum appellatur auctorem, eſt hæc; *Qui plus, quam dederit accipit vſuras expetit.* quæ parum contextui eius congruit, ob multa, quæ non expedit referre, & videtur aptior iſta. *Qui aliquid ultra id quod mutuo dat, expetit, quidquid illud ſit, uſurarius eſt.* Quod ipſum confirmat Hiero. [a] in illis verbis. *Vſura appellatur, quidquid illud eſt, ſi ab eo, quod dederint, plus acceperint.* Et id ipſum affirmat Sanct. Ambr. [b] per illa verba.

Neque, inquit, *uſuram eſcarum accipies, neque omnium rerum. Item eſca uſura eſt, & ueſtis uſura eſt, & quodcunq; accedit ſorti, uſura eſt. Item ſi quis inſtaurandum conuiuium putat, ad negotiatorẽ mittit, ut abſynthiaci cupellam deferat ſibi gratis: ad cauponem dirigit, ut Picenum uinũ, aut Tyrtæum requirat, ad lanium, ut hyllam ſibi procuret, ad alium, ut ſibi poma adornet.* Hæc ibi. pro verbo *hyllam* videtur habuiſſe

[a] *In c. ſeq. ex cõment. eius ſuper Ezechielẽ deſumpto lib. 6. ca. 1.*
[b] *In c. 3. inf. ead. q. deſũpto ex commentarijs eius in Thobiam.*

habuiſſe in ſuo libr. Archidiac. *Vuluam*, vel *vber*,, vel *hyliam*, ſed caſtigatior vide tur littera hæc, habens *hyllam*, q̃ eſt inte ſtinũ fartum, quod lanij ſolẽt in delicias & xenia parare. Idipſum cõfirmat Cõc. Agathenſe [a] quibus conſentiunt multi canones, & leges, quæ in titulis de vſuris Codicis, & Digeſtorum, Decretal. Sexti, & Clem. & hac ead. cauſa, q. ſeq. & alibi ſæpe, licet. n. non oẽs vſuram damnẽt, lucrum tñ illud vltra ſortem vſuram appellant. * Ex hoc not. modo pdicto confirmato facilè colligi põt, reẽtè nos rndiſſe in Luſitania, vſuræ peccatum admiſiſſe quoſdã, qui morantes in ciuitatibus mutuabant tenuioribus multis pagos, & vicos colentibus quaſdã paruas pecuniarũ ſummas, quas non exigebãt vſq; ad meſſem, nec in ea ſi erat copioſa, ſed quaſi beneficiũ eis largiẽtes differebant exactionẽ, dicentes, nolumus vobis nũc incõmodare, & interim euntes, & redeuntes frequenter ad ſua negotia in eorũ domibus cũ ſuis equis gratis prandendo, cẽnãdo, & cubando, nunc in horum, nunc in illorum domibus, & poſtea adueniente meſſe ita exigua, vt eſſet veriſimile grana Maio ſequenti futura cara, exigebãt debita, ob quæ miſeri agricolæ non habentes aliud, quod ſoluerent, dabant frumenta, & alia grana eis in ſolutum duplici nomine grauati, nẽpe q̃ multis diebus eos hoſpitio gratis ſuſcepiſſent, & q̃ cogebãtur ſoluere, qñ non poterant, ni ſi granum, quo multum egebant, dando in ſolutũ cũ prius commodius ſoluere potuiſſent, ſi fuiſſent exacti. [b]

a In c. vlt. inf. ead. q.

*b Arg. eorũ quæ dixim⁹ in Manua. Conſ. c. 17. nu. 225. **

Secũdo noto, quod q̃uis hoc verbũ, *vſura*, originaria ſignificatione vſum cuiuslibet rei ſignificet, iuxta illud Cic. ꝓ Rabirio: *Vſuram huius lucis, &c.* tñ iuxta ſignificationem, q̃ hic, & in alijs iuribus & Doctoribus tam Theologis, q̃ Canoniſtis cõiter hẽt, ſignificat lucrũ proueniẽs ex contractu mutui, & Græcis dr ideſt partus, quia eũ mutuũ parit, & Hebreis appellatur morſus, quo mutuãsmutuatarium mordet. Ex quo quidã recentiores, intulerunt, quoddã falſum * poſt quos, & ẽt nos latius ſcripſit de haceadẽ re Dominic Sotus illuſtriſs. ordin. Dominicanorum clariſſimum decus. [c] Cuius dicta magis erudita, q̃ praxi, & vſui accõmoda gratia breuitatis prætermitto.

c Lib. 1. q. 1 art. 2. de iu. & iur.

3 Tertio noto, oia mutua gratuita eſſe debere, quia omne creditum, quod vulgus Hiſpanũ appellat. *præſtando*, eſt tñ duplex. Alterum, quod latinè dicimus commodatum, per quod rei creditæ dominium non tranſit in commodatarium imò eadẽ res in ſpecie, vt Iuriſc. loquuntur, ſiue in indiuiduo, vt Logici, eſt commodanti reddenda, cuiuſmodi eſt cõceſſio mulæ ad deambulandum, de quo quidem mutuo dictum eſt in prædicto Manu. [d] & debet eſſe gratuitum. [e] Alterum eſt mutuum, per quod dominium reicreditæ tranſit in mutuatariũ, quod non eſt reddendum in re eadem ſpecie, & indiuiduo, ſed in eodem genere, [f] & ideo, hoc creditum dicitur proprie mutuum, quia per illud meum, fit tuum, vt ait Vlpia. [g] & debet eſſe gratuitum. ſicut commodatum, iux. gloſſ. recept. [h]

d Capi. 17. nu. 282.

e Iux. gl. c. 1. de commod. & tot. tit. ff. cõmo.

f Vt colligitur ex text. & gl. leg. 2 in princ. & §. 1. ff. de rebus credi.

Quartò noto, ex illis verbis, *Mutuum dederis, &c.* quod clara, & apta vſura nõ committitur, niſi in credito ſecũdi generis prædictorum, ſcilicet mutuo, & conſequenter, quod ſicut clarum mutuum non contrahitur, niſi in rebus, q̃ vſu conſumuntur, & in põdere, numero, aut mẽſura conſiſtunt, puta, pecunia numerata vino, oleo, tritico, & id genus alijs, quæ vſu conſumuntur, [i] ita clara vſura nõ niſi in huiuſmodi rerum contractibus inuenitur. Et conſequenter, q̃ quemadmodum mutuum palliatum, ſiue occultum in omnium rerum contractibus inueniri poteſt, ſic etiam vſura palliata, & occulta in illis omnibus inueniri põt, quin ẽt reperitur in omnibus illis, in quibus obſolutionis tempus dilatũ plus iuſto precio rigido, & ſummo accipitur, aut ob anticipatam ſolutionem datur min⁹ iuſto precio, pio, & infimo. [k] Exemplum primi, vendo tibi domum, cuius iuſtũ precium ſummum, & rigoroſum ſunt centũ & quia do tibi vnum annum ad ſolutionẽ eorum faciendã, vendo tibi eam centum, & decem, in hoc caſu, vt mutuũ palliatum cõtrahit, ita & vſura palliata inuenitur. perinde. n. eſt, ac ſi mihi mutuo dares centũ aureos numeratos, quos rurſum tibi ad annũ crederem, vt eo trãſacto centũ, & decẽ redderes. Exẽplũ ſecũdi, cõduco, vel emo a te fructus, aut prouẽtus tui beneficij, aut primigenij, aut alicuius oppidi, pagi, aut alicuius dñij, cuius

i Inſt. quib⁹ mod. re contrah. oblig. in princ.

k Ca. conſuluit. & c. in ciuitate. de vſu. & c. ad noſtram. de empt.

cuius iuſtū precium, pium, & infimum ſunt mille aurei, & ob anticipatam ſolutionē anni vnius conduco, vel emo noningētis, perinde.n.eſt, ac ſi ante annum mutuarem 900. vt in fine illius redderes mille. Non autem otiosè in exēplo primi verbis illis (iuſto precio) addimus verbū infimum, (& piū,) quia ſicut ēt diximus in Man. Conf.[a] dare minus precio iuſto, ſummo, & rigoroſo ob anticipatam ſolutionem, non eſt vſura. nec peccatū, modo detur iuſtum, medium, vel infimum, ſiue pium, neq; accipere plus iuſto p̄cio infimo, ſiue pio, vel medio propter dilatam ſolutionem, modo non accipiatur plus ſummo, ſiue rigoroſo. Pro cuius rei clariori intelligentia memorandum eſt id, quod etiam poſuimus in præfato Manua.[b] & cum primis dicat Sco.[c] preciū nempe iuſtum non conſiſtere in indiuiſibili, immo habere latitudinē, cuius extremum inferius appellatur pium: & ſuperius rigoroſum, & quod illa duo interiacet medium, vel moderatum, verbi gratia, vnius vlnæ panni iuſtū precium dicentur decem Iulij, vno plus, vel minus. ita quod vndecim erunt rigoroſum, nouem pium: & decem, & quodlibet aliud interiacens medium, vel moderatum. Præfatorum quatuor not. ſumma inſeritur præfato Manu.[d]

a Ca.28.n. 228.& ca. 33.nu.79.
b Cap.23. nu.79.
c In 4.diſt. 15.q.2.
d Cap.17. nu.206.

6 *Vſura quid, cum ſua definitione exacta.*
6 *Peccatum vſuræ quid.*
6 *Vſura non eſt lucrū ſpirituale, aut quaſi ſpirituale amicitia, &c.*
7 *Vſurā eſſe illicitam, & peccatum mortale eſt de fide.*
8 *Vſura prohibita etiam in noua lege, etiā in ſpecie, etiam mentalis.*
9 *S.Tho. intellectu angelico donatus.*
10 *Caroli Molinæi erroris primus proditor vbi fuit. auctor. & 11.*
12 *Vſura realis, & mentalis, & cur ita dicantur.*
13 *Simonia mentalis ad reſtitutionē non obligat.*
13 *Peccatum mentale vſuræ, & differt ab vſura mentali.*
14 *Vſura nunc magis, q̄ nunquam antea uerbis execrata, ut uero magis quam unquam opere exerceatur palliata.*

QVintò noto, ex mēte huius c. quod aliud eſt vſura, aliud peccatū vſuræ. Peccatū.n. vſuræ eſt ipſe appetit[9], vel acceptio lucri illiciti ex mutuo ſiue pro poſitū accipiendi illud q̄ in hac materia vt p̄dictū eſt, appellat vſura. Vſura vero eſt ipſum lucrū illicitū, q̄ appetitur, vel accipitur. Et q̄uis a multis diuerſis modis, iuxta p̄fata ſignificationē definiatur apertius tn, & accōmodatius verbis huius.c. & aliorū multorū huius cauſſæ, & qōnis 2.3.& 4.& c.qm̄.c in hoc. c.qd dicā, ea.cauſ.& c.conſuluit.& aliorū de vſuris, & gloſſarū, & DD. tam Theologorum q̄ Canoniſtarum,[e] definiri poteſt ſic.

Vſura eſt lucrū pecunia æſtimabile ſua p̄tè natura, principaliter, ui mutui ueri, uel palliati quæſitum vel ſperatū. Dixi, *lucrū*, pro genere. Dixi, *pecunia æſtimabile ſua p̄te natura*, ad differentiā lucri nō æſtimabilis ſuap̄tè natura pecunia, tam ad includendū beneficiū Eccleſiaſticū, quod licet nō ſit iure æſtimabile, eſt tamē ſua natura tale, vt mox dicetur, tū ad excludendum lucrum rei ſpiritualis meriti, & gr̄æ, quod mutuās in ſtatu gr̄æ, quando, & quomodo, & cur oportet, q̄rit apud Deum, iuxta illud Pſal. † *Beatus uir qui miſeretur, & commodat, ſiue mutuat.* Et illud Euang.[f] *Centuplum accipietis, &c.* q̄ proprie non eſt vſura, licet aliq̄n metaphorice, ſic dicatur,[g] vt ait S.Th. recept.

[h] Quale eſt ſecundo omne lucrū quaſi ſpirituale, vel ſimile ſpirituali, virtutis, & amicitiæ, q̄d mutuando q̄ritur, & non eſt vſura, quia ſuapte natura nō eſt pecunia æſtimabile, licet multi pluris ę̄ſtiment amicitiam, quam mutuādo quærunt, q̄ pecuniam, q̄ ab vſurario quærerent, propter ſimilis pecuniæ mutuum. Dixi, *ui mutui*, ad differentiā eius, quod rōne veri intereſſe lucri ceſſantis, vel dāni emergentis accipitur, quia illud non eſt vſura, iux. gl. ſing. & recep.[i] Dixi, *ueri uel palliati*, ad includendum lucrum, quod de mutuo palliato quæritur.

7 Sextò noto ex illis verbis, *in hoc improbandus*, q̄ lucrū vſuræ eſt illicitum, & ei[9] appetitus ſuo genere peccatū mortale: adeo vt cōtrarium aſſerere ſit hæreſis,[k] & vetitum non ſolum iure humano, ſed etiam n̄aturali, & diuino veteris, & noui teſtamēti. Tū q̄a id ſenſit Conc. Later.[l] & Alex. III.[m] q̄d q̄d Alex. Imol.[n] & alij citati ab eo dicāt, tū q̄a prohibet ſeptimo p̄cepto Decalogi, *Non furtū facies*,[o]

e Goffr. Hoſtiē. & aliorū in ſummis, & in lib.4.ſent. diſt. 15. & in rubr. de uſuris.
† Pſal. 111
f Mat. 19.
g Luc. 19.
h In 2.2.q. 78.ar.1.ad primum.
i In c. conq̄ſtus. de uſu. facit c.2. & c.ſalubriter de uſur.
k Clem. 1. de uſur.
l In c. quia in omnibus de uſur.
m In c. ſuę eod. tit.
n In conſt. 1 lib.2.
o Lato Exo. 20.

quo oís rei illicita vſurpatio, qualis eſt
a Ca. pœna le. 14. q. 5. vſura, prohibetur,[a] Tũ quia iuſtitiæ naturali aduerſaẽ, quatenus capitur, vt fructus rei, quæ nó eſt capiẽtis ratione dominij directi, nec vtilis, nec vſusfructus, neq; vſus, neq; alterius iuris, vel ſeruitutis. nam vſurarius, quærit illud ex re mutuata, quam mutuo dedit, q̃ per mutuum definit eſſe omnino mutuãtis, & fit oĩno alterius.[b]

b L. 2. §. appell. ff. de rebus cred. Inſt. quib. mod. re contr. ob. in prĩ. c Deut. 23. Ezec. 18. & pſ. 43. & 71.

8 Tum quia in multis locis veteris teſt.[c] ſpecialiter eſt prohibita, & cũ illa prohibitio nõ eſſet ceremonialis, neq; iudicialis, ſed moralis, ẽt in nouo pmanet,[d] & colligitur ex S. Th.[e] Tũ quia ẽt in Euãg.[f] per illud *Mutuum date, nihil inde ſperantes*, ſpecialiter prohibita eſt, vt præfatũ Conc. Lateran. & præfatus Alexan. III. ſignificauerunt, quatenus aiũt eã vtriuſque teſtamenti pagina dãnari, & ſatis cõſtat eos nó intellexiſſe de generali damnatione ſeptimi pcepti, *Non furtũ facies*. Tum quia Papa Vrbanus iã affirmauit[h] allegando illud.[i] *Mutuum date, nihil inde ſperantes*. Tũ quia non obſtat, q̃ Car. Molin. impius[k] & Sot. pius[l] dicant pfatum illud Lucæ. *Mutuum date, nihil inde ſperãtes*, (q̃ Vrbanus ad id adduxit,) id nõ „pbare, dicentes, q̃ ſolum conſulit, & non præcipit ſine vſura mutuare. Primo quidem, quod q̃uis prior pars eius, ſcilicet, *Mutuum date*, cõiter contineat conſiliũ, poſterior vero, ſ. Nihil inde ſperantes, ſemper continet præceptum, ne qui mutuat aliquid amplius expectet, vt prædictum Conc. & Alex. III. ſanxerũt, & Vrbanus expreſſit, & S. Th. ita declarauit.[m]

d §. fi. di. 6. ubi gl. not. e 1. 2. q. 94. art. 5. adiũ. q. 100. ar. 1 & 103. art. 3. 104. ar. 3 f Luc. 6. g Vbi ſupra h In d. c. cõſuluit. eo. ti. i Luc. c. 6. k De commerc. n. 11. l Lib. 6. q. 1. de iuſt. & iur. m 2. 2. q. 78 art. 1. ad 4. in pri. reſpõſione.

9 Secundo, quod alioqui dicẽdũ eſſet, Papam Vrbanum erraſſe, aut certe incogitanter reſpõdiſſe adducendo illud Lucæ, & conſequenter, Greg. IX. dormitaſſe reponendo eius reſponſum in Decretal. adeo authentico, & D. Tho. angelico intellectu donatũ torpuiſſe declarando, vt prædictum eſt, præfatum elogium Lucæ. nã Vrbanus non ſolum aſſerit q̃ colligitur, ſed ẽt q̃ apertè colligitur ex illo Luc. peccare eum, qui ad vſurã mutuat, & non ſolum peccare, qui mutuat cũ pacto, ſed etiam qui cum ſola intentione accipiendi aliquid amplius. Et q̃ is non non ſolum peccat, ſed etiam tenetur ad reſtituendum illud plus acceptum.

Tertiò quod aliud Conciliũ recẽtius Lateranenſe,[n] q̃ approbãte Concil. Leo X. tulit ſuper approbatione montiũ pietatis, expreſſe ait, illud Luc. continere apertum præceptum vſuram prohibẽs.

n Seſſ. 10. in bulla,

Quartò, q̃ niſi auctoritas illa ſic intelligeretur, poſſet quis tueri, nõ eſſe peccatum mutuare cum tali intentione, ſine pacto expreſſo, aut tacito, ſicut nó eſt ſimonia renunciare beneficium cum principali intẽtione, vt ſuo nepoti deẽ, cui, niſi crederet illi collatum iri, nó renunciaret, modo non adſit pactũ expreſſum aut tacitum iuxta gl. ſing.[o] Panor. P Fely.[q] S. Anto.[r] q̃ etiam Syl. & alij dixerũt. * & tradimus latius in Manu. Conſeſ.[s] Quod autem id ſequeretur, ex eo colligitur, quod nullo alio loco iuris diuini videtur probari; quod autem hoc nó ſit tenendum, conſtat ex omni catholicorũ ſententia expreſſa, vel tacita. *

o Cap. ordinationes. 1. q. 1. p In c. dilecto. de preb. q Ca. ad audient. 2. col. 4. de reſcri. r 2. par. ti. 1 c. 5. §. 11. s Capi. 23. nu. 107.

10 Quinto quia niſi illud Lucæ intelligeret ita, vt ab Vrbano declaratur, aliq tenerent, quod licet peccet cũ tali intentione mutuando, ad reſtituendum tamẽ acceptum non teneretur, vt parũ quidẽ pudenter, & nimium pertinaciter prædictus Carol. Molinæ.[t] auſus fuit tenere, exiſtimans ſe prædicta reſponſione definitionem dicti Vrbani[u] eneruare, citans in id aliquos, qui aut id non dicunt, aut facile in noſtram ſniam exponi poſſũt. tã periculoſum eſt incipere mutare p̃ noſtras præcoces imaginationes id qđ ſanctiſs. Sedes Apoſtolica matura deliberatione conſtituit. Quare ſuſcipientes, & reuerentes præfata duo Cõcilia, & præfatos duos Pontifices Maximos, concludimus, vſuram eſſe prohibitam ſpecialiter iure diuino Euangelico, non ſolum admiſſam cum pacto expreſſo, aut tacito recipiendi aliquid amplius, ſed etiam ſi ne vllo pacto cum ſpe, & intẽtione principali aliquid amplius accipiendi, quod huius capituli contextꝰ duobus locis sẽſit, in quibus verbũ (expectes) ponitur. Siue aſſerimus leges Romanas ciuiles vetare vſuras ſaltim implicite, vt cõmunis opinio aſſerit, iuxta late tradita a Io. And.[x] & a Panorm. & alijs,[y] ſiue aſſeramus. eas permittere cum moderamine, l. eos.[z]

t ubi ſupra n. 7. & 11. u In d. c. cõ ſuluit. x In Merc. regu. pecca tum. d. reg. iur. lib. 6. y In c. cum ſit gener. de for. comp. z C. de uſ.

11 Quare nõ video qũo ab hæreſi, aut ab eiꝰ ſuſpitione excuſari poſſit Carol. Mol.[a] ibi, *fremãt oẽs licet, ego ſoli* &c. &c.

a Vbi ſup. a nu. 7. n. 11. & nu. 515.

qui

qui cũ magna laude impij Philippi Melant. & maiori cum grauissimorum Auctorum irreuerentia, & nimia sui iudicij confidentia ausus fuit affirmare, licitas esse vsuras moderatas per illam l. eos, hoc textu, & toto iure canonico nó obstante, * cuius impudentiæ, & erroris damnatores, proditoresq; nos fuisse primos in celeberrimis Hispaniarum Academijs credimus, & gaudemus. quamuis, quia nondum erat tunc eius impietas adeo manifesta, modestius, quam ipse merebatur, eum notauerimus.

12 Septimo noto ex illo verbo, *expectes* bis iterato, adiunctis cap. debitores, [a] & alijs multis, vsuram diuidi in vsuram realem & mentalem. Realis est vsura, quæ ex pacto tacito, aut expresso recipit. Vsura vero mentalis est vsura, q̃ accipitur sine pacto expresso, nec tacito ex mutuo facto intẽtione principali recipiendi eã, iuxta mentem omnium. [b] Vnde sequitur, vsuram mentalem non dici mentalẽ ob eandem rationem qua alia peccata mentalia communiter dicuntur mentalia. Alia enim dicuntur mentalia, eo q̃ sint actus interioris voluntatis, sine verbo, & opere consecuto, vt homicidium mentale dicitur voluntas occidendi mente, nó consecũto opere: [c] & furtum mentale voluntas furandi non secuto furto. [d] Mẽtale vero, & reale dr, quando vtrumque concurrit: & cõsequenter vsura mẽtalis communiter non appellatur mentalis, eo q̃ sit voluntas committendi vsuras sine opere consecuto, sed eo, quod capitur sine pacto expresso, aut tacito ex sola mentis intentione, qua mutuãs, mutuat, vt aliquid amplius sibi reddatur. Vnde infertur, q̃ aliud est peccatũ vsuræ mentale, & aliud vsura mentalis. vsura quippe mentalis est illa, quæ supra proximè definitur. Peccatum aũt mentale vsuræ est voluntas exercendi, vel recipiẽdi vsuras receptione non secuta, neq; opere cõsecuto. Nam sicut omne illud peccatum quod opere perficitur, diuiditur in mentale tm̃, quod est voluntas peccãdi absq; verbo, vel opere: & mentale, & reale, qđ est voluntas peccandi verbo, vel opere consecuto ita & peccatum vsuræ est duplex mentale tantum, quod est voluntas quærendi vsuram, opere non secuto: & mentale, & reale, quod est voluntas eam quærendi opere subsecuto. Sciendum autem est nullum peccatum vsuræ mentale, quantumuis mentale sit illud, si nihil accipiatur, ad restitutionem obligare; & contra omnem vsuram receptam, q̃is solum sit mentalis, ideſt recepta sine pacto tacito, nec expresso, cum intentione principali recipiendi eam, obligare ad restituendum, licet simonia mẽtalis, ad id nó obliget, vt probamus in cõm. resol. c. fi. de simo. [e] quem recognoscendo Manu. Cõf. sermone Hispano vna cum hoc composuimus, & nunc lanitate donatus suo loco ponitur.

13 Ex quo infertur, quòd cum Doctores disputant de vsura mentali; an obliget ad restituendum, non quærũt de peccato mentali vsuræ, certum enim est, illud non obligare, sicut nec vllum aliud peccatum mentale tm̃ ad restituendum, sed disputant, an vsura mentalis, siue lucrum quæsitum ex mutuo sine pacto cũ intentione principali ob id facto, obliget ad illud. Infertur ẽt, q̃ inuenitur, & frequenter, peccatum mentale tm̃ vsurę mentalis. quippe multi sunt, qui volunt mutuare mente, ac intentione principali recipiẽdi aliquid amplius, sine vllo pacto, & tamẽ non mutuant. Per quod quidem apparet, quantũ differat vsura mentalis, a peccato mentali vsuræ, cũ illa sit frequenter obiectum huius. quæ planè hactenus, quod sciam, nullibi fuerunt sic declarata.

14 Octauò noto ex hoc cap. & eius pessima obseruatione, mirandum esse, quod cum totus orbis Christianus nunc magis quam vmquam vsuram damnet, & dicẽtem eam licere, hæreticum iudicet, maiorem tamẽ saltem palliatas dissimulant, quàm lex ciuilis olim permittebat, per l. eos. [f] maxima enim vsurarum, quas male permittit est centesima, quæ 100. mensibus ipsam sortem exæquat. Quod diligenter, & copiosè ostendit Barth. Soci. [g] cui concordat Budæus de asse, [h] & Alciat. [i] & alij recentiores alibi. Ita qđ sors pariat vnum in vnoquoq; mense, & duodecim in anno, & eã nó permittit, ni si in pecunia traiectitia, sortis periculũ in se susципienti: alijs mercatorib⁹ duas partes centesimæ concedit, hoc est octo pro cẽtũ in anno, & alijs hominib⁹ vulgarib⁹ dimidiã centesimæ, hoc est sex pro centum

a De iurei. & c. fin. de vsur.

b In c. consuluit, de vsur. & ca. fi. de simon.

c ca. pericu. lose. c. homicidiorum. c. nolí. de pœn. dist. 1.

d ca. si propterea. & c. si cui. de pœnit. dist. 7.

e 3. not.

f §. 1. C. de vsur.

g In l. si hæres, §. item. ff. ad leg. falcid.

h Lib. 1 fal. 14.

i Libr. 3. dispunct. c. 1.

centum in anno, & nobilibus etiam partem, quæ ſunt quatuor pro centum. Nũc tamen permittuntur ſaltem palliatę, tã grandes, vt interdum ſors pariat decẽ, & amplius pro centum ab vnis nundinis in alias, quæ tamẽ tres, aut quattuor in anno occurrunt, & ita centum pariant triginta, & amplius in anno. Item antea ex vſuris vſuræ nõ capiebantur,[a] at nũc de cambijs recambia exiguntur. * Neq; obſtat, quod multi reſpondebunt, non reci pere ſe iſta pro vſuris, ſed pro intereſſe, aut cambijs, quia non omnes, qui mutãt nomen, rem ipſam mutant. Qua quidem de re in commentario reſolutorio de cã bijs,[b] altius tractamus, atque veritat coacti addemus, quædam, quæ facile ter reant multos in cambiorum lucra ineffrænate, intrepideque anhelantes.

a L. vt nul lo. C. de uſu ris. & l. pla cuit. ff. eod.

b Super ca. fi. de vſur.

15 *Vſuræ quæ definitio aptior.*

16 *Vſura, etiam mortifera, capere quidquã pro bono opere mutuandi, licet non ca piatur pro vſu rei mutuatæ.*

17 *Vſura ſimoniaca mutuare ob beneficiũ.*

18 *Vſura, vt inuenitur ſine pacto, & volũ tate paciſcendi.*

19 *Vſura non eſt mutuare cum intentione minus principali lucri contra quoſdã, mutuare autem cum intentione prin cipali lucri ſic, contra alios. & n. 20.*

c Sup. not. 5 nu. 6.

NOnò nota, q̃ non abs re diximus,[c] definitionem vſuræ ibi datam clariorem, iuribuſq; aptiorem eſſe, quã ſint quædam aliæ. Illa. n. quam Io. Maior. dedit,[d] ſcilicet, q̃ eſt *volitio, ſeu voluntas ac cipiendi lucrum vi mutui*, non eſt ſatis ap ta, quoniam non definit vſuram, ſed pec catum vſuræ, inter quę magnam eſſe dif ferentiam prædiximus.[e] Illa item noua, quam poſt nos dedit præfatus celebris Doctor Sotus,[f] quamq; potuit decerpe re ex quodam dicto S. Thom. §

d In 4. libr. ſent. diſt. q. 13. col. pri.

e Sup. n. 13.

f Lib. 6. q. 1. de iuſt. & iur.

16 Vſura nempe eſt precium vſus rei mutuatæ, non videtur eſſe apta. Tũ quia datur verbis in hac materia inuſitatis, & rẽ ipſam obſcurantibus, vocabulum em̃ precium, in hac materia parum vſitatũ eſt, tum quia ſequeretur, quod non eſſet vſura mutuo tibi dare centum aureos; vt in fine anni reddas mihi centum & decem, non propter vſum eorum, qui per mutuum facti ſunt tui, ſed propter bonũ mutuãdi opus, quod meum eſt, quia nihil reddis pro precio vſus rei mutuo datæ, ſed in præmium operis mei boni. quod tñ eſt contra mentem omniũ poſt & ante S. Tho.[h] Tum quod mutuare ad obtinendum aliquod beneficium eccleſiaſticum eſt dare ad vſuram, vt mox dicetur, beneficium tñ non eſt preciũ, nec iure precio æſtimabile, iux. gl. cele.[i] vbi eam commendat Panorm. & Lud.[k] licet ſuapte natura ſit æſtimabile, vt infra dicetur. Et quãuis ad hoc reſponderi poſſit, ſæpe precium pro prẽmio vſurpari, iuxta illud Teren. in Andr. *Ego ob ſtultitiam precium fero*: replicari tamen poteſt, quod ratio, cui definitio illa nititur, concludit illud pro precio vſus aſſumi. Præterea noto, quod quamuis mutuare communiter ſit conſilij, ſaltem quando extrema neceſſitas non adeſt, nihil tamen ſperare principaliter vltra rem mutuatã præcepti eſt, quamuis non ſit mortiferũ, quando quod ſperatur exiguum eſt, quẽ admodum nec furtum rei exiguæ nõ eſt niſi veniale, iuxta doctr. S. Thom.[l]

h 2. 2. q. 78. art. 1.

i Cap. corã, de of. deleg.

k Sing. 513.

l 2. 2. q. 66. art. 6 quã in Man. ca. 17. nu. 2. & in Comm. c. fi. 14. q. 4. latius decl.

17 Colligitur item mutuare principaliter ob beneficium Eccleſiaſticum obtinendum eſſe vſuram, quia licet tale beneficium non ſit iure pecunia æſtimabile, ſm gl. celeb. d. c. coram, eſt tñ ſuaptè natura tale, cum ſit ius percipiendi fructus, & prouentus aliquos, ſm Cald. recept.[m] latius declaratum a nobis.[n] Et ad hoc, vt vſura committat, ſufficit, vt accipiatur, vel ſperetur principaliter lucrũ rei ſuaptè natura pecunia æſtimabilis, licet à commercio rerum æſtimabilium a iure ſeparetur. Quemadmodum etiã omnes res conſecratæ, licet dicantur iure inæſtimabiles, eo quod eas lex a commercio hoĩum remoueat,[o] ſuapte natura tñ ſunt æſtimabiles, & qui mutuaret ob eas quærendas, vſurarius eſſet. Neq; plane obſtat, q̃ hoc peccatum ſit ſimonia, argumento definitionis ſimoniæ, da tæ á gl. P latius declaratæ p nos in Man. Conſ. 9 quia eo, q̃ ſit ſimonia, nõ definit eſſe vſura, imo eſt vſura ſimoniaca, vel ſimonia vſuraria, & conſequenter erit ipſa duplex peccatum, aut vnum cum circumſtantia neceſſario confitenda, iuxta ea, quę poſt alios diximus in præd. Man.

m In ca. in noſtra, de re ſcrip.

n In rub. de præb.

o L. interſti pulantẽ, §. ſacram. ff. de verb. obl. § ſacræ. inſ. de rer. diu.

p Summ. 1. q. 1. q. Cap. 23. nu. 100.

18 [r] Colligitur etiam, peccatum vſuræ reperiri poſſe ſine pacto expreſſo, aut tacito

r Cap. 6.

cito accipiendi aliquid vltra rem mutua tã, imò, & ſine vlla voluntate paciſcẽdi, mutuando ſcilicet, cum ſola intentione principali recipiendi ob id aliquid vltra rem mutuatam, per prædicta, quod induc it etiam obligationem reſtituendi, vt Papa Vrbanus declarauit in d.ca. conſuluit. de vſu. cuius quidem ſanctam declarationem non fuit veneratus, vt debuit immodeſtus Carol. Molinæ. [a]

a De commerciis, nu. 11.

19 Decimonono ex textu, & p̃dictis, vſuram requirere pactũ expreſſum, aut tacitũ, aut intẽtionem principalem lucrandi aliquid ex mutuo. Nam minus principalis, & ſecundaria intentio lucrandi non ſufficit ad conſtituendam vſuram, licet noue tenuerit oppoſitum Domin. Sot. [b] dicens vtramq; intentionem vſurã conſtituere, quod minus benè dictum eſt. Primò quidem, q̃ cõtrarium tenẽt gl. & Inno. [c] ab oĩbus ferè Theol. & Canoniſ. recep. diſtinguẽtibus inter intentionem principalẽ, ſiue primariam; & minꝰ principalẽ, ſiue ſecundariam, excepto Molinæo vbi ſup. qui alterum extremum amplexus, ait, neutrã, nec principalẽ, nec minus principalem obligationem reſtituẽdi vſuram ſine pacto inducere. Secũdo, qđ Caiet. [d] (cuius quandam ſniam, per eam ſuum dictũ firmando, Sot. laudat) ſtatim in q. ſeq. quæ quarta eſt, expreſsè id, quod gl. & cõis tenet; imo, & in illa ip ipſa q. 3. vbi ponit ſniam, qua ſe iuuat Sotus, concordat cõi, in illis verbis: *Oculus ſiniſter, ſeu ſpes ſecundaria, poteſt dirigi circa aliquam remunerationem*, quin & ſi ſatis perpendatur, ſignificat numq̃ de hoc D. Tho. dubitaſſe. Tertio, q̃ id ſatis probant c ſi officia. [e] & c. quid prodeſt. [f] cum ſuis gl. per quæ cõis id affirmat, qua tenus ſignificant, id quod eorum gl. expreſsè habent, ſ. licere ſeruire Eccleſiæ, & Prælato cum ſpe minus principali, ſiue ſecundaria obtinendi aliquod beneficium, licet nõ cũ principali, & primaria. 20 Quarto, q̃ q̃ plurima ſunt, quæ q̃is non poſſint eſſe fines principales, & primarij operis, poſſunt tñ eſſe minus principales, & ſecundarij verbi gr̃a. Non licet dicere miſſas, & diuina officia audire principaliter p̃p diſtributiones quotidianas, minus tñ principaliter ſic, iux. gl. fin. recep. [g] Nõ licet item amare Deum principaliter p̃p aliud; quia eſt vltimus finis, & ideo p̃p ſeipſum tm̃ amabilis, vt poſt S. Tho. [h] diximus, [i] nec conſequenter licet ei ſeruire principaliter p̃pter aliud, quia id eſſet facere de vltimo fine medium, licet tamen amare Deum minus principaliter propter aliud, vt ſeruire illi minus principaliter propter remunerationẽ, iuxta illud. [k] *Inclinaui cor meum ad cuſtodiendas, iuſtificationes tuas propter retributionem.* Adeo q̃ Cõc Trid. [l] anathematizat eum, qui dixerit peccare iuſtum, qui Deo intuitu præmij ſeruit, qm̃ tam merces tẽporaria, q̃ æterna aſſumi poreſt in finem minus principalẽ & ſecundarium, modo in principalem, & primarium, vltimumq; finem præfigatur ipſe Deus ſolus digniſſimus, qui ſuo ipſius ſolius intuitu ametur, & colatur.

b Lib. 6. q. 1 de iuſt. & iur.

c In d.c. cõſuluit, de vſur.

d Tom. 3. q. 3. de vſur.

e 59. diſt.

f 61. diſt.

g Cap. 1. de cler. non re ſid. lib. 6.

Quinto, q̃ pulchra, & firme fulta concluſio Adria. [m] (quem ſequimur alibi [n]) habet oẽm actum cuiuſcumq; virtutis, cuius totus finis, aut partialis eſt bonum aliquod temporarium, eſſe vitioſum, & nos nuper probauimus. [o] Et patet paucos eſſe collatione aliorum, qui ex ſuis honeſtis actionibus aliquod bonũ tẽporarĩ honoris, famæ, gloriæ, ſalutis, rei familiaris, victus ſui, aut aliorum in minus principalem non præſtituãt, quos nemo catholicorum peccare dicit. Noto ẽt, qđ nullum, nec principale, nec minus principale lucrum, tanquam iure debitũ ex mutuo expectari põt, ſed ſic tanquã antidorale, & remuneratorium de gratia, & non de iuſtitia debitum. Vnde & cũ communi aſſerimus, q̃ tã principaliter, quã ſecundario lucrum amicitiæ, & gratitudinis ex mutuo ſperare poſſumus.

m Quolibet 10. col. 4.

n In repe. c. inter verba concl. 5. nu. 12. & 13.

o In c. cum miniſter. 23 q. 5. nu. 39.

21 *Vſura mentalis, vt deſinit eſſe vſura.*

22 *Vſura non eſt lucrum ex amicitia principaliter ſperatum.*

23 *Spes principalis non omnis illa, ſine qua non mutuaretur.*

24 *Vſura eſt acceptum ſine liberæ dantis voluntate.*

25 *Sed non receptum pro ſolutione debiti, aut p̃ labore numerandi, aut mittẽdi.*

VNdecimò noto ex prædictis, q̃ qui poſt eaq̃ principaliter propter lucrum mutuauit, ſuum peccatum agnoſcẽs illam intentionẽ mutat in intentionẽ minus principalem accipiendi, & poſtea

ſtea gratis datum accipit, peccat quidē mutuādo, ſed nó peccat accipiēdo, neq; acceptū tenetur reſtituere, quia nó recipit principaliter, eo q̄ mutuat, vt rite dicit Ricard.[a] quē ſequit Ang.[b] adijciendo [c] q̄ licitū eſt mutuare ēt principaliter, ſicut dictū eſt, ad cōparandū amicitiam, & grām mutuatarij, qa huiuſmodi gratia nó eſt ſua natura pecunia æſtimabilis, etiam expectando aliquod lucrum pecunia æſtimabile principaliter ex illa amicitia, vt docet S. Tho [d] pulchre declarat Caiet.[e] & Sotus.[f] * Qua quidem concluſione, & alijs præcedentibus ſcio quoſdam frequenter conſolatos eſſe, & alios quotidie cōſolari poſſe, ideoq; oīa eſſe memoranda maxime confeſſarijs.

22 * Ex quibus colligitur non eſſe peccatum expectare lucrum aliquod ex mutuo mediante amicitia, & gratitudine, tanquam quid gratuitum ex libera eius qui recipit voluntate prouentum.

23 Colligitur item, q̄ non eſt vſurarius, qui mutuat cum ſpe, quod aliquid plus ſibi reddetur, q̄ dedit, ſi eo animo id faciat, quod non deſineret id facere, q̄is nihilō plus quam mutuauit ſibi reddendum foret, cum talis ſpes ſecundaria ſit, & non principalis. Sed nec etiam, qui cū tali ſpe lucri mutuat, quod ſine illa non mutuaret, ſi modo finis principalis mutuandi non eſſet illa ſpes ſed amicitia, vel amor Dei, vel virtus; & lucrū, minus principalis. Tū quia merces tā temporaria: quam æterna aſſumi pōt in finē minus principalem, tam amoris q̄ obſequij Dei. Tum quia, vt aliquis finis ſit principalis actus nó ſufficit vt ſit cauſſa, ſine qua non fieret actus, ſed oportet, q̄d pluris, vel tanti, æſtimetur, ac alius finis, p̄ quem ille fit, vt latè probamus alibi, [g] & tangitur ſup [h] Exemplo ſint illi q̄ principaliter celebrāt, aut ad diuina officia vadunt p̄ Deū, & minus principaliter p̄ pitātias, vt vulgo dīt, & diſtributiones, ſine quarum tamen lucrandarum ſpe ſecundaria non celebrarent, vel nó irent.

24 Nec ēt peccat mutuans, qui non mutuat principaliter ob lucrum, accipiēdo a mutuario aliquid bona fide, exiſtimās id ſibi amāter & gratis ab eo dari, licet mutuarius, id non ſibi det, tā ob gratitudinem, quam ob timorem, ne niſi det, pecunia a ſe repetatur, vel ſibi alia vice. mutuum denegetur, q̄is ſi poſtea id reſciret, teneretur ad reſtitutionem illius vt rectè ait S. Anton.[i] & conſonat ei id, quod ait Syl.[k] Caie.[l] Contra vero ſi dū ſibi dabatur exiſtimabat non dari libera voluntate, ſed coacta, peccaret accipiendo, etiamſi a principio ſola charitate mutuaſſet.[m] Si qs aūt roget, quomodo mutuans ſcire poteſt, an mutuatarius libera voluntate, an coacta moueatur ad dādum illud plus? rīndeo, quod ex qualitate rei datæ in lucrum, & ex iactura, vel lucro, quod mutuarius fecit, & ex cōditione naturali, & virtute liberalitatis mutuatarij, probus pœnitens, & prudēs confeſſarius id conijcere pōt, animus.n. ex coniecturis cōijcitur. 25.[n] Colligitur ēt, quod qui debitori ſuo, a quo debitū recuperare commode non poteſt, mutuat pecuniam, vt ſibi hac via alterum tantū, quantum ei debet refundat, nō peccat, nihil quippe ab eo accipit ob mutuum principaliter, ſed vt ſibi debitum recuperet.[o] Adijcimus tamen cauendum eſſe debitori, per chirographum, vel aliū modum, per quem de ſolutione conſtet, ne poſtea ipſe, vel eius hæredes iterum illud petant, vel accipiant ſponte ſolutum per ea, quæ diximus in ſimili in Manua. Confeſſ.[p] Neq; etiam peccat, qui accipit aliquid in iuſtam mercedem laboris numerandi magnam ſummam a ſe vel a ſuis familiaribus ſuſcepti, quia nó vi mutui, ſed ob laborem numerandi accipit, neque qui capit aliquid pro ſumptu, & labore mittendi pecuniam mutuatam longe abſenti, vt inquit Maior vbi ſup.

26 *Vſura eſt quidquid amplius accipitur ob ſolutionis dilationem, aut datur minus ob anticipationem, in omni contractu etiam innominato, cum multis exemplis.*

26 *Redituū ēditores, & emptores i auctionibus, qui multum videntur peccare.*

26 *Fortuitorum caſuum renunciatio minuere deberet redituū pretium, quod apud paucos facit.*

30 *Doctor Monte maior laudatus.*

30 *Carolus V. Imperator. & Rex Philip, Secundus, & eorum conſiliarij laude ob hoc digniſſimi.*

31 *Lex de non emendo reditus grænorum ſancta & fraudatur.*

Duode-

a *In 4. diſt. 15. ar. 5.*
b *Verb. vſu. 1. §. 1.*
c *In §. 2.*
d *2. 2. q. 78 art. 2. ad 3.*
e *Ibi. & in paruis opuſc. tom. 3. q. 3. & 4. de vſur.*
f *Lib. 6. q. 1. art. 2. de iuſti. & iure.*
g *In d. c. cū miniſter.*
h *Nu. 20.*
i *2. par. ti. 1 c. 7. §. 6.*
k *Verb. Vſura 6. q. 3. & 4.*
l *2. 2. q. 78. art. 1.*
m *Laur. in c. ſalubr. ter de vſur. & Syl. ubi ſup.*
n *C. eū qui. de renun. lib. 6. l. dolū C. de dolo. & c. etſi qu. de ſimon.*
o *Maior in 4. diſt. 15. q. 29. in prin.*
p *Cap. 17. nu. 113.*

DVodecimo nota, quod ex eodē textu, & prædictis colligitur eum, qui emit, aut conducit aliquid minoris iuſto pretio, infimo ob anticipatam ſolutionē committere vſuram, & ēcontrario, eum qui vēdit, aut locat maioris iuſto pretio ſummo, ſiue rigoroſo, ob dilatā ſolutionem, quia omnes prædicti accipiūt aut volūt accipere aliquod lucrum pecuniæ eſtimabile vltra ſortem, principaliter ratione mutui palliati, & occulti, & ita tota definitio vſuræ poſita ſupra, [a] conuenit huic lucro, vt & ipſis tota definitio vſurariorum.* Idē eadem ratione eſt dicendū de omnibus, qui per permutationem, vel quemcumque alium contractū innominatū, do, vt des, facio, vt facias & [b] volunt recipere, vel recipiunt aliquid maioris valoris, eo qđ dederint, vel dent aliud minoris valoris aliquanto tempore ante quam recipiant rem maioris valoris. Et conſequenter, qui in hyeme dāt mercenarijs ante tempora meſſis, vel putationis, vel foſſionis vinearum aliqua, q̄ non ſunt tanti valoris, quāti operæ, quæ promittuntur præſtandæ in illis, vſuram cōmittunt, ſicut e contrario omnes mercenarij, qui carius ſuas operas præſtant tempore, quo illæ ſunt præſtandæ, eo q̄p ſolutio mercedis in hyemem ſequētem eſt facienda. Quod non videntur ſatis animaduertere, qui militibus egētibus, pannum, & veſtes, coriū, & calceos, immo & aliquando panem, & vinum, & carnes maioris iuſto pretio maximo, ſiue rigoroſo vendunt (eo quod ſolutio differtur in tempus, quo eis ſtipendia ſunt ſoluenda) quam venderent præſenti pecunia. Neque ēcontrario ſatis hoc perpendūt milites, qui preſenti pecunia emūt omnia prædicta minoris iuſto pretio, infimo, vel pio, eo quod longe poſtea ſint ea recepturi. *

27 Colligitur item q̄p obnixe rogādus eſt Deus, vt de more pius inſpiret uerā pœnitentiam cum voluntate reſtituendi coniunctam plurimis emptoribus, ſiue conductoribus, qui reditum epiſcopatuum, & aliorū beneficiorū eccleſiaſticorū, præſertim ſummorū Magiſtratuū illorū Hiſpaniæ ordinū militariū, commēdarū eorundē, Dominatuum, item ciuitatum, oppidorum & vectigalium, & cēſuum regalium, & aliorum publicorum, vel priuatorum emunt, ſiue conducunt a neceſſitate oppreſſis, multo minori iuſto pretio infimo, ob ſolutionem anticipatam vnius anni, & minori ob duorum & adhuc minori ob trium. Orandus itē, vt idem inſpiret his, qui ēcontrario vendunt, vel locant ſpecies, cinamonum, piper, & crocum, pannum ſericum, lanas, aulæa, libros, papyrum, & alia ſimilia, boues, vaccas, equas, oues, & alia pecora his, qui eis indigent, ad ſe ſuſtentandum, vel ad quærendum præſentem numeratam pecuniam, reuendendo protinus ea, minoris iuſto pretio.

Vendunt, inquam, vel locant maioris iuſto pretio ſummo, vel rigoroſo, propter dilatam ſolutionem. Colligitur etiam orandum eſſe Deum, vt parcat hominibus illis eccleſiaſticis, & ſecularib⁹, præſertim prædiuitibus, qui agros ſuos locant colonis ſuis pluris iuſto pretio, ſummo, vel rigoroſo, eo quod ampliant terminum ſolutionis ſibi debitorum, vel mutuant a principio triticum ad ſerendum, & victum, vel pecunias ad emenda quædam alia in agrorum culturam neceſſaria, data eis ad ſoluendum dilatione longa, quibus quidem actib. eos adeo fatigant, vt coganē miſerius viuere, quā ſi eſſent ueri ſerui, & vera mancipia.

28 Orandus item, vt etiam parcat illis qui reditus ſuos quam maximo poſſunt pretio locant in auctionibus publicis allicientes ad augenda pretia pollicitationibus, & donarijs incrementorum, (quæ Hiſpani, vocant, Puias,) & dilationibus ſolutionum, & adigentes conductores facere renunciationes iurium caſuum fortuitorum maiores, & rigidiores, quam ante noſtram ætatem Hiſpania viderit, nulla ratione habita, an pretium, quod eis promittitur, ſuperet iuſtum, an non, neque quod diminuit pretium iuſtum adiectio earum renunciationum, cum prouentus illi minoris valeant cum onere præfatarum renunciationum, quam ſine illo.

Nulla item habita ratione, quod huiuſmodi prouentus non tanti valent illi, qui eos chriſtiane colligit, & iuſte vendit, quam illi, qui per fas, & nefas, quo iure, quaue iniuria eos colligit, & exigit, & poſtea vendit eoſdem multis mendacijs & ſimulationibus adhibitis, longisque dila-

a Num.6.

b ca. de quibus in l.na turalis. ff. d præſcr.

INTELECTUAL · VIONA · TO · BIBLIOTECA

dilationibus ad ſoluendum conceſſis, illisq; durantibus frequenter vtendo gratis debitorum hoſpitijs, & nó pauca munuſcula coacta potius quam libera volũtate ſibi oblata ſuſcipiendo, pauperum ſanguinem tanquam ſanguiſugæ inſenſiliter exſugendo.

29 Colligitur etiam, non abs re, Doctorem illũ Montemaiorem (quem ita fulgentẽ gloria in cęlo mihi videre videor, ac in terra virtute ſplendentem cognoui, cuius magno ſucceſſori in primæ functionis Cathedra ipſe indignus ſucceſſi) & me ambos, ſed ſolos quodam anno in celeberrimæ Salmaticẽ. Academiæ Senatu in ea ſententia fuiſſe, ne reditus Academię, qui ex decimarum fructibus redeunt modo ſolito venderentur, ſiue locarentur, puta bis de illis auctionem faciendo ſemel quidem menſe Februario, & iterũ mẽſe Iunio adiudicãdo eos plus offerenti, & omnibus caſibus fortuitis renuncianti, & alijs multis clauſulis ſe oneranti, & quibuſcunq; qui pretium eorũ augerent certa dona promittendo. Tum, quia adeo care vendebant, ſeu locabant, vt menſura tritici, (q̃ vocãt Fanecã) quæ tpe meſſis vix valeret quinq; & vix ſeptem veriſimiliter cum ab Academia vendẽdus eſſet, ſi reditus eius nó locarentur in præfatis auctionibus, emebatur pluris quam decem, cum tñ labores, & impenſæ in colligendo, & ſeruãdo eos, & periculum, quod per præfatas renunciationes ſubitur, aliquid de pretio diminuere deberent. Tum quia timere debebamus, ne adeo care vẽdendo, ſiue locãdo daremus occaſionẽ propinquam emptoribus, ſiue cõductoribus reuendẽ di poſtea tenuiorib. pluris iuſto pretio, dando longas dilationes, vtendo multis artibus, mendacijs, & fraudibus, ſine quibus vendendo nó poſſent quidquam lucrari, immo nec tñ pecuniæ numeratæ ex eorum diſtractione colligere, quãtũ pro eis ſoluere promiſerunt. Tum, quia debebamus cõſiderare, quod illi, qui per hmõi emptiones, & conductiones, (quas arrendationes Hiſpani, & Itali ad affictum acceptiones vocãt,) ſe, ſuaſque domos ſuſtentant, vt plurimum, quaſi cogũtur ea quouis pretio ẽt cariſſimo conducere, ne decoquãt, ſiue, vt vulgus ait, fallant, qm̃ oportet eos ex fructibus noue, vt ita dicam, arrendatis ſiue ad affictum acceptis ſoluere debita, quæ debent pro acceptis anno præcedenti. Tum, quia nó debebamus diſſimulare, quod ſciebam⁹ & cernebamus huiuſmodi conductores ferè oẽs in tantam paupertatem tãdem redigi, vt cogerentur decoquere, & relicta ſua miſera familia ſolũ vertere, aut confugere in Eccleſias, quæ ſunt ſibi aſylum, & refugium, quod in vrbe franquigiam vocant, & ſic dabamus multorum malorum occaſiones, ita vt vix poteramus effugere nomen damnificantium. [2] In hac inquã ſententia prefat. illuſtriſſ. Doctor, & ego fuimus, ſed adeo illa pleriſque omnibus diſplicuit, vt ꝙ ad aliud propoſitum grauius Pſaltes ait, riſerunt nos, & mouerunt capita ſua. Rideant tñ nunc, & ſubſannent quamlibet libeat, hi redituum Dñi, ſiue ſint perſonæ ſingulares, ſiue capitula, & vniuerſitates, ſiue clerici, & laici, ſiue ſummates, ſiue infimates, ſiue Prælati, & Duces, ſiue Reguli, & Reges, quibus nimia cura eſt quoquo modo augendi reditus ſuos quot annis, & minima, vel nulla obuiandi malis, quæ inde ſequuntur Reipublicæ, & conductoribus, quiq; nulla iuſta ratione habita valoris redituum ſuorum, & quãtũ valere poſſunt conductori diligenter, & Chriſtiane res colligenti, & diſtrahenti, locant eos quam cariſſimè poſſunt viris auaris lucrũ, & diuitias quadamtenus ꝑ Deo colentibus, vel ijs, qui ne tam cito decoquant vel fugiant, vel in carcerem conijciantur, coguntur quãlibet magno pretio emere, ſiue conducere, quos ꝑbabile eſt nihil non tentaturos, vt iure, vel iniuria, ꝙ fas, vel nefas ſpõte, vi, vel metu vendendo, vel exigendo exigenda, vl non exigenda corradant non ſolum pretium, quod promiſerunt, cum illis renũciationibus iuris, & cum obligatione, vt aiunt, in forma Cameræ exequenda, ſed etiam, quo ſe ſuasque pompoſas domos ſuſtentent, & diteſcant. Rideant, inquã nunc, & ſubſannent ſpiritu auaritiæ inſpirante, quam largiter volent, veniet tamen dies ille vltimus horrendæ mortis, quæ nec Regibus nec Principibus parcit, in qua qui mortiferè in his peccauerunt, & non ſatis pœnituerunt, vel reſtitutionem neceſſariam neglexerunt, & dicent, quid ꝑfuit nobis reditus noſtros nimia,

[2] *a iuxta ca. fi. de iniur.*

nimia, & inordinata cupiditate cõtra fas iusque naturale, cuius pęnis subijcimur, etiam si ab his, quæ sunt humani liberi simus, augere? exponẽdo nostras animas tanto æternæ damnationi periculo, non satis curãtes, an essemus in causa, & culpa, vt nostrorum redituum auctores, & arrendatores, suas animas perderẽt opprimendo nostros populos, subditos, vel alios decimarum, & tributorum, & gabellarum debitores, & negligentes considerare, quod eramus in causa, vt debitores nostri, quibus reditus nostros vendebamus, dure, ac crudeliter a prædictis conductoribus exacti perdiderint etiã suas, nunc negando veritatem, & peierãdo, nunc fraudibus iniquis vtendo, nunc desperando, nunc nobis detrahendo, & mala impiè precando? Veniet inquam dies ille, in quo hæc sunt dicturi, immo, & addituri, Cur non potius existimauimus nos fuisse eorum fratres, & qđ fratrum est, vt ait Paul. [a] non circumuenire fratrem in negotio, & consequenter, non dare causam culpæ coniunctam circumueniendi? Cur non etiam nos existimauimus quadãtenus patres aliquot eorũ, & quod patris est thesaurizare filijs, & non ad iracundiam prouocare? & ita eos tractare, vt potius amarent, quam timerent, & odio haberent? & quod nõ est danda occasio pręsertim propinqua peccandi, nec vllatenus consentiendum peccanti, maxime mortifere, eo quod secundum Apostol. [b] ab æterno iudice non solum facientes, sed etiam consentientes in æternum punientur, iuxta declarationem gloss. & aliorũ omnium, [c] & nostrã resolutionem in Manual. Confess. [d] Et cur non potius aliquanto minoris locauimus nostros reditus viris Deum timẽtibus, & nos reuerentibus, proximosque amantibus, quos probabiliter credebamus, & nobis sine fraude soluturos, & a debitorib. sine iniuria debita exacturos?

a 1. ad Thessalonic.

b cap. 1. ad Rom.

c cap. 1. de offic. deleg.

d capit. 11. num. 12.

30 Tertiodecimo noto ex textu, & prædictis colligi mille bonas precationes siue benedictiones deberi Cæsareæ Maiestati Caroli V. Imperat. & Regię Catholicæ eius filij Regis Philippi II. dominorum nostrorum, ipsorumque proceribus ob illam pragmaticam sanctionem, ne quis emat, aut conducat reditus prouenientes ex tritico, hordeo, vel alijs granis, ex quibus conficitur panis, quæ non parua salus fuit suis regnis, nec paruum frenũ multis vsuris palliatis, saltem paruis, quę in tenuiorum oppressiones exercebantur.

31 Video tamen aperiri ostium, per qđ nisi claudatur virtus præfatæ pragmaticæ elabetur, nam cum prouide cõtineat pœnã arbitrariam, cuius tertia pars applicetur iudici, vt libentius audeat inqrere trãsgressores eius etiã eorum odiũ incurrendo, cumque liceat condemnatis bis appellare, [e] posteriores iudices aliqua ex parte satagunt, ita reformare sententias priorum, vt ad eos pertineat executio earum reformationum, [f] & consequenter pęnæ in eius contentæ sibi applicantur, & priores nihil lucrantur. Qui videntes hoc, nulla, vel parua pœna multant præfatos transgressores, ne ab eis appelletur: & sine suo lucro odium trãsgressorum incurrant, ægre ferẽtes, quod posteriores suorum laborum pręmia tollant, & ita transgressores nulla, vel parua pœna castigati parum verentur eam transgredi. * Quare rogo etiam, atque ẽt Prælatos, concionatores, & confessarios, qui assistunt Regiæ Maiestati, eiusque proceribus, vt eos hæc admoneant, (quorum aliquot, etiam ipse admonui,) simulq; eisdem persuadeant, vt ob amorem Dei, & vtilitatem publicã, & in pauperes misericordiam, inueniant aliquã rationem, qua primi iudices, qui odium transgressorum incurrunt inquirẽdo, & curando, vt coram ipsis accusentur, sua mercede fruantu: neque sua fraudentur postremi, qui sunt iudices appellationũ confirmantes, vel infirmantes sententias priorum. Et quidem vna, salua eorum saniore sententia, posset esse, vt postremi iudices accipiant oẽm illã pęnam, quam primorum pœnæ adiecerint, & si nihil adijciant, vel eam minuerint, remittant sentẽtiam exequendã primis, quibus earum pœnæ cedant. Admoneo etiam religiosos, qui præfatos iudices deprecant̃, ne huiusmodi transgressores, vlla, vel solum parua pęna puniant sub boni specie male facere, cũ illud sit vti misericordia iniusta, de qua in capitulo est iniusta misericordia, [g] dum enim paucos nocẽtes a pœna iusta liberant, plurimos innocentes grauibus ærumnis inuoluunt.

e Iuxt. rub. C. ne cui lice. tertio ꝓuo.

f Iuxt gl. c. cum Eccle. de appella.

g 23. q. 4.

32 *Vsuræ*

32 *Vſuræ non eſt ſemper lucrum ſocietatis ſalua ſorte remanente, & quomodo id fieri poteſt per tres contractus, &c.*

33 *Intellectus nouus cap. per veſtras, de do nat. inter virum & vxo.*

34 *Vſurariam non eſſe conſuetudinem immemorialem recipiendi quatuor pro centum, ſalua ſorte, qua ratione defendi videtur.*

34 *Conſuetudo immemorialis habet vim conſtituti.*

35 *Mutuum non facit ſola ſecuritas pecuniæ datæ.*

36 *Dominium rei nõ facit transire in aliũ ſola periculi receptio.*

37 *Dominus non omnis de ſuo vtlibet, diſponit.*

38 *Obligatio debitoris non tollitur ſecuritate adiecta.*

DEcimoquarto noto, quod ex text. prædictis colligitur, magnæ quæſtionis eſſe, an aliqui poſſint inter ſe ſocietatem ita contrahere, vt alter, ſalua ſorte principali, aliquid vltra illam ſine vſura capiat? Cui reſpondimus affirmatiue in Manual. Confeſſ. [a] quod ipſum Vlyſſiponæ antea conſulueramus, monſtrando in primis quendam modum ad id Maieſtati Regiæ, a quibuſdam iuris doctoribus oblatum, non fuiſſe vllatenus admittendum. Quem modum colligim[o] a Ioan. Maio. [b] Silueſt. [c] & ex Caieta. [d] qui tamen mercatoribus parum placuit eo quod parum lucri ſibi allaturus viſus fuit, quamuis pro ſua in religionẽ Chriſtianam obſeruantia ab alio abſtinuiſſent. Modus autem præfatus quem ipſe Regiæ Maieſtati obtuli, conſiſtit in faciendo tres contractus, quorum primus ſit ſocietatis, quo alter conferat pecuniam, & alter operam, & induſtriam ad commune lucrum, & damnum. Secundus, quo qui operam & induſtriam confert, aſſecuret alteri ſortem principalem iuſto in id precio ſibi ab eo conſtituto, aut altero tanto ex lucro remiſſo. Tertius, vt ad tollendas moleſtias, & ſuſpitiones malas rationum reddendarum de lucris, & damnis earundem conueniant, vt qui ſortem aſſecurat, etiam aſſecuret alteri lucrum certum, pro incerto, iuſto ẽt in id precio conſtituto, aut altero tanto ex lucro remiſſo. Quem inquam modum dicimus eſſe licitum, ceſſante omni fraude vſuraria, & ſimulatione, & infamiæ periculo. Cuius iuſtitia efficaciter probatur, eo quod omnes fatentur, hos tres contractus iuſte cum tribus diuerſis hominibus fieri poſſe, & quod nullo textu, nec vlla ratione probari poteſt, cur cum vno, & eodem fieri non poſſint ceſſante omni fraude, & vſura, & doloſa ſimulatione, ita quod lucrum illud certũ, quod pro dubio, ſed veriſimili aſſecuratur, ſperetur ex iuſta negociatione ſocietatis, & non alia illicita. Addimus præterea in dicto Manual. Confeſſ. [e] ſecuti præfatum Ioan. Maior. [f] prædictos tres contractus vno, & eodem tẽpore ita fieri poſſe, ac tribus diuerſis, cum eadem ratio id perſuadeat, [g] modo, vt diximus, fiant ceſſante omni fraude vſuraria, & iniuſta ſimulatione. Addimus item, qd qua ratione fieri poteſt per tres contractus formales, & expreſſos, ita fieri põt per tres tacitos, & æquiualentes, quia regulariter eadem eſt virtus taciti, quæ expreſſi, [h] & duorum æquipollentium. [i]

Poſt hæc ſcripta cum præfatum Manual. Confeſſ. latinitate donaremus, poſuimus exemplum faciendi hoc per contractus tacitos, & æquipollentes, cũ ſumma probationum, quos olim Vlyſſiponę adduxeramus: nempe. Si negotiator publice proteſtaretur, ſe paratum ad accipiendam pecuniam a quocunque volente illi conferre illam in ſocietatem cum pacto de aſſecuratione ſortis ad rationẽ 4. pro centum, & lucri certi quatuor pro duodecim incerti lucri, ita quod ex lucro incerto veriſimili duodecim ex centum accipiat, quatuor pro aſſecuratione ſortis, & quatuor pro certificando lucro duodecim, & conſequenter non teneat reddere niſi quatuor, & poſtea alius ſciens hanc proteſtationem confert ei centum, dicens, ego confero tibi centum in ſocietatem negotiationis cum ſecuritate ſortis, & redemptione lucri incerti in xta proteſtationem tuam. Pro quo præter prædicta vrget cap. per veſtras, [k] ſic noue inductum. Ibi Papa iubet, vt marito vergente ad inopiam, dos deponatur apud aliquem mercatorem, quo ex parte lucri honeſti, onera matrimonij ſuſtentet, & ita intentio eius fuit, vt dos ſalua ſeruaretur, ſiquidem ob hoc iubebat illam

a capit. 17. num. 254.
b In 4. diſt. 15. q. 49.
c In verbo, ſocietas. q. 2
d In lib. 17 reſpõ. reſpõ. 11.
** quæ nunc habetur i opuſc. ſuis tom. 1. tract. 31. re ſponſio. 11.*
e capit 17. nu. 255.
f vbi ſupra.
g Arg. l. illud, ad leg. Aquil.
h l. cum qd ff. de rebus cred. & cæ. 2. de reſcri. i l. ſi. ff. mãdati.
k De dona. inter virũ, & uxor.

illam a marito inferri, & ita vꝝ noluiſſe, vt ad lucrum, & damnum mercatori tra deretur, quod erat eam periculo obijce re. Voluit item certum aliquod lucrum inde prouenire ad matrimonij onera ſu ſtentanda, at hæc duo fieri nó poſſunt ſi ne aſſecuratione capitalis, & ſine redem ptione lucri incerti pro certo, ergo Pa pa tacite voluit illa fieri. Vrget item, qđ in multis Galliæ partibus, qn in ea præ legebamus, audiuimus, & nunc audimus in aliquot Italiæ partibus, & montibus idem ſeruari, quod eccleſiæ, & viduæ, & pupilli more immemoriali antiquo con ferebant ſuas pecunias mercatoribus, quo quatuor ſecura pro centum in ſuam ſuſtentationem lucrarentur.

34 Quæ plane conſuetudo defendi nul lo modo poteſt per intellectum, quem Ioan. And. & nónulli alij in d. c. per tuas. aſſignāt, ſcilicet, quod in fauorem eccle ſiarum, viduarum, & pupillorum, cum il lo lucro mutuari poterat, quia eſſet vſu ra, quæ neque etiam ad redimendos ca ptiuos admitti pōt. [a] Vrget item, quod nullo alio modo defendi pōt, quam dicē do, quod exordium cœpit ab hoc ſocie tatis modo, qui fit cum ſecuritate, & re demptione prædictis, & continuata fuit vſque ad illud tēpus. Ad quod conijcien dum, vrget etiam, quod vix tertiam par tem lucri dubij veriſimilis, ꝙ ſibi ꝓ ſua rata regulariter obuenire poſſet, accipie bant, & accipiunt, nam veriſimile lucrū centum ad minus erat 12. vel 15. & non recipiebant niſi quatuor pro centum, quod ſignificat, illos reliquas duas par tes pro ſecuritate eiuſmodi, & redēptio ne dubij pro certo relinquere. * Vrget etiam, quod conſuetudo immemorialis habet vim conſtituti, & per eam probā tur titulus, vel priuilegium quod allega tur pro eo. [b] Et quod prædicta conſue tudo erat immemorialis, vt poteſt alle gari, quod habuit originem a modo con trahendi ſocietatem, adiecta præfata du plici aſſecuratione. Præterea vrget etiā quod præfata Regna cum primis omniū ſemper floruerunt pietate, ſanctitate, & eruditione, & quod in initio præfatæ cō ſuetudinis homines eorum, (vt par eſt credere) non erant peiores, ſed multo melioret, quam nunc ſumus, & ideo non permiſiſſent conſuetudinem huiuſmodi vſurariam tanto tempore coaleſce re, niſi aliqua ratione iuſtificari potuiſ ſet. Obſtare tamen ijs videtur. Primo, quod Caietanus, quem pro nobis cita mus, [c] videtur eſſe contrarius.

Secundo, quod expreſſe damnat con tractum quendam ſocietatis allatum ex Germania, quo quis dabat in ſocietatē centum alicui mercatori ſaluo capitali, eo pacto, vt ſibi redderentur ſecura quinque in anno pro ſua parte lucri ex eis quærendi.

Tertio, quod etiam expreſſe aſſerit ip ſe, quod contractus ſocietatis, quo ſaluo capitali reddantur quinque pro centum pro parte lucri, nó poteſt iuſtificari, per præfatos tres contractus ſubintellectos, quia ex natura contractus ipſius ſocieta tis non ſubintelliguntur.

Quarto, quod etiam aſſerit, non licere contrahere ſocietatem cum aliquo mercatore, eo pacto, vt ipſe teneat aſſe curare capitale, & aliquam partē lucri.

Quinto, quod ex hac opinione ſeque retur, licere nobilibus mutuare ad vſu ram, quatuor pro centum iuxta l. eos. [d]

Sexto, quod ex eadem videtur aperi ri via exercendi vſuras, ad rationem qua tuor, vel quinque pro centum.

Sed hæc nullatenus obſtant. ad pri mum enim reſpondetur, negando, quod Caietan. ſit contrarius, quia immo, [e] expreſſe dicit, qđ licite poteſt fieri, per tres contractus prædictos, vt in contra ctu ſocietatis ſaluum maneat capitale.

Ad 2. reſpondetur concedendo id, ꝙ ipſe ait, nempe, quod cōtractus ſimplex dandi in ſocietatem centum, ſaluo capi tali, & quod quinque reddantur pro par te lucri, eſt illicitus, ſi formaliter, vel æquipollenter non fiant præfati tres cō tractus, ſed non, ſi fiant illi, quod ipſe met concedit.

Et quod non dicimus nos valere, vel eſſe licitam conſuetudinem aliquarum partium Italiæ, & Galliæ, qua orphani, & viduæ dent mercatori cētum in ſocie tatem, vt ſaluo capitali reddantur illis quatuor in anno, ſed, quod illa conſuetu do potuit habere iuſtam originem a cō tractibus initis, cum prædicta duplici aſ ſecuratione, & quod ſi poſſet ſatis cōſta re hoc, & quod intentio eorum, qui eam introduxerūt vſque ad tempora noſtra,

fuit

a cap. ſuper eod. de uſuris.

b l. hoc iure §. ductus a quæ, ff. de a quæ quot. & aſſi. & c. ſuper quibuſdam. §. præterea, & uerbo ſign.

c In dict. re ſpon. 11.

d C. de uſuris.

e In 2. art. præfatæ re ſponſ.

fuit tacite, & æquipolléter facere id, qđ a principio fiebat, poſſet iudicari licita, & ꝙ faciũt capitulũ ad conijciendũ hoc multum per veſtras, & alia ſupradicta.

Ad 3. concedimus etiam, quod non licet contrahere ſocietatem eo pacto, vt alter teneatur aſſecurare aliquod lucrũ, & capitale, quod ipſe ait, ſed negamus, ꝙ cõtracta prius tempore, vel natura ſocietate, non poſſint de vtriuſque libera voluntate aſſecurationes illæ fieri, quod nos aſſerimus, & ipſe Cai. fatetur. τόκος

Ad 4. concedimus, quod cõtractus ſocietatis, vt ſaluo capitali, aliquod certũ lucrum reddatur conferenti pecuniam, non poteſt iuſtificari per prædictos cõtractus ſubintellectos, ex ſola natura cõtractus, quia non ſubintelliguntur ex ſola illa, ſed negamus, quod nõ poſſit iuſtificari per eos formaliter, ſiue expreſſe, vel equipollenter, ſiue tacitè additus, vt prædictum eſt.

Ad 5. negamus ex hac opinione ſequi quod liceat nobilib. mutuare ad vſuram 4. pro 100. ſed ſolum licere nobilibus, & quibuſque alijs inire ſocietatem cũ pacto, quod capitale, & aliquod lucrũ, ſint ſalua, & ſecura conferenti pecuniam, ſoluendo pro aſſecuratione, quod iuſtũ fuerit, quod longe diuerſum eſt.

35 Ad 6. negamus per hoc aperiri viam exercendi vſuram ad quatuor pro centum, quia vſura nõ quæritur niſi ex mutuo uero, vel palliato, & ex hac opinione ſolum ſequitur, quod poteſt quæri lucrum quatuor pro centum ex contractu ſocietatis, & prædictis aſſecurationibus, quæ ſunt longe diuerſa, & a diuerſis non fit illatio,[a] Intelligenda ſunt autem hęc omnia, vt ꝓdiximus, ceſſante omni fraude, & ſimulatione, ita vt coram Deo formaliter, aut æquipollenter prędicti tres cõtractus fiant, quia niſi ceſſantibus his, nec duo, nec vnus quidem fieri poſſet.

a l. Papinianus, ff. de minoribus.

Poſt eaquã hæc ſcripſimus præfatus Sot. vir alioquin doctiſſimus [b] tria de hac re reſcripſit. Primũ nihil intereſſe an huiuſmodi contractus eodem tpe vel diuerſo fiant, quod rectè dictum vr, quo ad Deũ, & forum conſcientiæ, licet multum intereſſe poſſet quoad homines, & forum exterius, ad peius præſumendum quum eodẽ tempore, quam cũ diuerſis fiunt, [c]

b lib. 6. q. 6. art. 1. de iuſti. & iur.

c arg. c. ad noſtram. de emption. & vend. & ca. cum illo vos cũ eis anno tat. de pig.

Secundum licere inire prædictos tres contractus cum tribus diuerſis hominibus, imo etiam, ſi primus ſcilicet ſocietatis, & ſecundus ſcilicet lucri certi pro incerto cum vno fierent, & tertius ſcilicet ſecuritatis cum alio, quod etiam cõmuniter approbatur. Tertium non eſſe licitum, primũ ſcilicet ſocietatis, & tertium ſcilicet ſecuritatis capitalis, cum eodem facere, neque eodem tempore, neque diuerſis, per nouam quãdam, ſed parum perpenſam rationem, nempe qđ pecuniam in ſocietatẽ conferre ſecuritate a ſocio præſtita, aut etiam collatam ſic aſſecurare, re vera ſit mutuare, aut mutuum facere, quia cõferens ita pecuniam, vel incipiens ſic collatam habere, eius dominium in recipientem trãsfert, cum eius periculo maneat, & conſequenter pro ſuo libito perinde illa vti poſſit, ac ſi mutuo data fuiſſet, negotiando, & prædia, vel cenſus emendo, aut alias diſtrahendo, eo ꝙ ſi pereat, eius damno pereat, et ſi ſeruetur, eius cõmodo ſeruet, ꝙ non contingit qñ cum vno fit primus contractus ſocietatis, & ſecundus lucri, tertius aũt de ſecuritate cum alio, tunc enim is, cui pecunia tradit, non tenetur reſtituere, & ei qui ad id tenetur, pecunia nõ datur, & ſic nullum mutuũ inuenitur. Quæ certe ratio, etſi primo aſpectu cuipiã tardo, veri ſpeciẽ præ ſe ferre videatur, nullatenus tamen eſt firma.

36 Primò quidem, ꝙ aperto iuri contrarium eſt dicere, dominium rei eo ſolo in aliũ tranſire, ꝙ periculum in ſe recipiat, tum quia expreſſe Gregor. IX. [d] definit, [e] id quod ceditur alicui certi vſus gratia cum pacto, vt totum periculũ ſit penes recipientem (etiam ſi caſu fortuito pereat) eſſe commodatum, & conſtat dominium rei commodatæ in commodatarium non tranſire, ſecundum gl. ab omnibus recept. [f] tum quod idẽ Gregor. [g] definit, commendatum alicui cuſtodiendum cum pacto, vt cuſtodientis periculo maneat, eſſe depoſitum, & conſtat depoſiti dominium non tranſire in depoſitarium, [h] Tum quia culpa, & mora regulariter transferunt periculum in debentem, vt idem Gregor. vtrobique præſupponit, & tamen noto notius eſt culpam, & moram non eſſe titulos tranſferendi dominij.

d In c. 1. de commodat.

e Iuxt. l. 1. C. eod.

f In d. ca. 1. de cõmoda.

g In c. fi. de depoſito tuxta l. 1. §. ſi conueniat. ff. eod.

h l. 1. & l. licet, ff. depoſiti.

37 Secundò, ꝙ etiam eſt iuri contrariũ dice-

dicere, ꝙ quis poſſit diſponere pro libito ſuo de omni re, quæ ſuo periculo, vel commodo ſtat, aut perit, quia omne cõmodatum, & depoſitum cũ pacto, vt periculo commodatarij, & depoſitarij maneat, quoad reſtituatur, & omne aliud ꝙ eſt penes aliquem, qui eſt in mora reſtituendi, manet, vel perit eius periculo, & tamen certi iuris eſt, non poſſe illos iuſte eis vti in alios vſus, quam in quos ãc ceperunt, vel habent, adeo quidem, qđ ſi in alios vſus vtatur cõtra voluntatem commodantis, deponentis, vel alias tradentis, furti conueniri poterit, & dupli, vel quadrupli damnari. [a]

a §. placuit inſt. de obli. quæ ex delic. naſcun. l. qui vas. §. uetare. ff. eod l. fin. § ſed ſi quidẽ C. de iure domin. impetrã. auth. præſenti. C. de fideiuſ.

Tertiò, ꝙ etiam iuri repugnat dicere, ꝙ ſocius apud quem pecuniam cõſtituit, ad reſtitutionẽ non teneatur, eo ꝙ aliqs tertius ſecuritatem præſtiterit, quia pinde tenetur ac ſi nullam ſecuritatẽ præſtitiſſet. Nullo enim iure, nec vlla ratione probari poteſt eximi quem ab obligatione, eo ꝙ alius illius debita aſſecuret, nam nec fideiuſſio neque pignora eam tollunt, aut diminuunt, quia hæc omnia adduntur ad augendam, & non ad diminuẽdam obligationem, & inducta ad augendam non operantur diminutionem, nec ècontrario, [b] quia inducta in vnum finem non debent contrarium operari. [c]

b l. legata inutiliter ff. de adimendis legat. et c. fi. de ver. ſignific. c. ad noſtrã. de appell. l. 1. ff. eod.

Quartò quia ſocius meus non poteſt vti pecunia, quam ego in certam negotiationem illi trado, in aliam, & ita non poteſt vti pecunia, quam ad mercaturã faciendã dedi, in emendos cenſus, quãlibet ſalua mihi maneant lucrum, & ſors id enim eſſet vti re mea in alios vſus, q̃ in quos eam tradidi, quod ſpecies furti, & peccatum eſt. [d]

d l. ſi conuenerit. ff pro ſocio. & argum. p dicti §. placuit, et l. qui vas §. vetare. et clemẽ. quia contingit. & religio. domi. & eorũ quæ ibi pulchre tradit Cardin. el. fœminæ. C. & 2. nup.

Quintò, ꝙ etiam contra ius eſt dicere, quemlibet, in quem dominium rei tranſit, de ea pro ſua voluntate diſponere poſſe, id enim locum non habet, quãdo cũ aliqua reſeruatione, & onere vtẽdi ea in certum finem, vel modum tranſijt, vt dominiũ rerum, quas primus maritus vxori ſuæ dedit, transfertur in illam. [e] & vt dominium Primigeniorum, & multarum rerum tranſit in eos, qui ad ea vocantur. Et conſequenter quamuis pecuniæ dominium ad ſocium transferretur, quia tamen transfertur cum ea re ſeruatione, & onere, ut ea vtatur in talẽ negociationem, aut in tractandas merces, non poteſt in alias res, quam in deſtinatas expendi. [f]

e l. fœminæ. C. & 2. nup.

f l. 1. l. legatũ. ff. de adminiſt. rer. ad ciuit. p. ti. l. legatũ, de vſufruc. leg. & dict. clem. quia contingit.

38 Cum igitur dominium rerum in accipientem non transferatur eo ſolo, qđ eas recipit, cum pacto, vt omne periculum caſuum fortuitorum ad ſe ſpectet p primum argumentum; & hoc ſolum faciat aſſecuratio, cumque nemo eo ſolo, ꝙ rem periculo ſuo recipiat vti poſſit ea in alios vſus, quam in quos recipit, per ſecundum argumentum: cumque nemo; in quem tranſit rei alicuius dominium, reſeruato aliquo iure, vel onere, poſſit ea iuſte vti, niſi ſaluo iure, vel onere per tertium argumentum, cumque denique ſecuritas a tertio præſtita obligationem ſortem reſtituẽdi ſocio nec adimat, nec diminuat per quartum argumentum; pſpicuum profectò eſt, prædictam Soti rationẽ quatuor de cauſis corruere, ideoq; nihil concludere, & noſtram concluſionem manere firmam. quam etiam cõfirmat ea conſideratio, quæ ex præfatis infertur, ꝙ ſocius tradens pecuniam, cum his conuentionibus, cogere poteſt ſociũ negotiantem, vt eam in illam ſolam negotiationem, in quam tradidit, impendat, & etiam ab eius ſocietate diſcedere ſi contrarium faciat, [g] non obſtante aſſecuratione, & lucri certi pro incerto vẽditione, aut ei auferre ſuam pecuniam, & alteri dare, quatenus ius & pacta patiuntur, quin alia pacta addere poteſt, quibus ſocietas clariſſima efficiatur, & exprimere id, quod iure tacite ineſt, ſcilicet ſe nolle, vt ea pecunia in alias negotiationes, quam in illas, aut illas, vtatur, nec aliud lucrum certum, vel incertum ſperare quam quod illa, vel illa negotiatione comparabitur, immo & addere pęnas contractui ſoluendas, ſi aliter, quam conuenerit, vel tacite iure intelligitur, negotietur.

g l. ſi cõuenerit, & le. ſi ſocius. ff. pro ſocio.

39 Quod non ideo aſſerimus, vt cupiamus homines ab antiquioribus modis lucrandi ad hos nouiores adducere, nec quod credamus, multos tam exiguo lucro cõtentos fore, ſed quia vis veritatis, & iuris in id nos adigit, & quod magnopere deſideram [9] auidos homines ad magna lucra illicitis modis faciẽda, ad hæc parua modo licito quærenda allicere, q forte nulla via licite quærenda propoſita ab illis non diſcederent, & quidem

cre-

credimus non eſſe hoc vſuræ tam finitimum, quã ſunt cenſus perſonales, quos prædictus Sot. concedit. quos tamen infrã[a] impugnauimus.

[a] *notab.* 22

40 *Intereſſe quid, & quotuplex.*
41 *Intereſſe damni, & lucri quid.*
42 *Intereſſe ex mutuo capitur tribus caſibus ſecundum omnes.*
43 *Intereſſe regulariter non debetur.*
44 *Vſuram, nec diſpenſatio, nec uis facit licitam.*
44 *Intereſſe, & Vſura differunt iuxta leges Romanas, & 46.*
45 *Et ita nõ debetur intereſſe eo ſolo quod uſura debeatur.*
46 *Pecunia plus ualet apud negotiatorẽ; quàm apud alios, ut triticum ſeminale apud uolentem ſeminare, & non habentem aliud ſimile.*
47 *Precium rei non augetur per furtum, aut uim.*
47 *Vẽdere quis ſuũ põt precio, quo ſibi uiuat, quãuis alijs non tantũdẽ ualeat.*
48 *Pecuniæ duplex potentia ad lucrãdũ.*
48 *Virtuti magis, quam uitio fauendum.*
49 *Papæ commentanti non creditur, ut legem ferenti.*
50 *Intereſſe damni, & lucri, ut differunt.*
51 *Vendere ut licet ſpe lucri.*
52 *Amor an dicatur cogere ut timor.*

DEcimoquinto noto ex text. & prædictis, licitum eſſe mutuãti accipere aliquid vltra ſortem nomine intereſſe, tã lucri ceſſantis, quam damni emergentis. Et quia multi percupierunt vt explicaremus, quid in noſtro Manu. Cõ feſſ.[b] appelletur intereſſe, & quotuplex ſit, & an vtrumque capi poſſit, & peti a mutuãte, tam pro illo loco, quã pro iſto dicimus, prætermiſſis ſubtilitatibus tam definitionis intereſſe, quam membrorũ diuidentium, & ſubdiuidentium ipſum. de quibus late Bart. Bald. Sali. & alij noſtiores[c] (quibus ex parte materia obſcuratur.) Dicimus inquam primo id, quod tranſtulimus in Manual Confeſſ.[d] quod intereſſe in genere eſt damnum emergens, & lucrum ceſſans, eo quod aliquid fieri ceſſatur, ſecundũ gl.[e] In qua definitione coniunctio, *&*, accipitur pro, *uel*, & verbum *fieri*, prout comprehendit, *non fieri*, eo quod non facere, ſit facere,[f] & ita in propoſito intereſſe id dicitur, q̃ mutuans perdit de ſuis rebus, aut deſinit lucrari eo quod mutuat, aut eo quod ad præſtitutum diem non ſoluitur. Et ſic duplex eſt intereſſe, alterũ damni emergentis, alterum lucri ceſſantis.[g]

[b] *c. 17. nu. 211.*
[c] *In l. 1. C. de ſent. quæ pro eo, quod inter*
[d] *capit. 17. nu. 211.*
[e] *in uerbo, poſſibile, C. de ſent. quę pro eo, qđ.*
[f] *gl. ſi mora. ff. ſolu mat. & gl. recep. l. 2. in prin. ff. de uerbo. oblig.*
[g] *glo 4. d. l. 1. cuius §. fi. id probat.*

41 Exemplum damni emergentis; habeo pecunias quibus reficiam domũ, ne corruat, aut quibus ætate volo triticum emere in totius anni alimenta, aut fœnũ pecoribus, aut ſepta, ſiue aggeres aquæ molendinorum reſtituere, aut mea debita ſoluere: quas mutuo tibi, & quia eas ad præſtitutum diem nõ ſoluiſti, domus concidit, triticum duplo carius emi, pecora fame interierunt, molendina non molunt, aut intereſſe debitoribus meis ſoluo, aut res meas vilius uendo, quo illis ſatisfaciam, damnũ ex hoc mihi ſubſecutum dicitur intereſſe damni emergentis. Exemplum intereſſe lucri ceſſantis: ſum mercator habeo pecunias, quib. merces emere volo ad negotiãdum, eas tibi mutuo: & die præfixo non reſtituis; lucrum quod ob id facere ceſſo, eſt meũ intereſſe lucri ceſſantis.

42 Secundo dicimus, quod inter omnes conuenit, vtrumq; horum cõtingens ob mutuum peti poſſe in duobus caſibus. Prior eſt cũ culpa, aut mora in ſolutione p̃ceſſit.[h] Poſterior autẽ caſus cum ante, aut poſt moram contingit; mutuum tamen datum fuit per aliquam vim regis, ciuitatis, aut cuiuſuis alius.

[h] *gl. celebr. c. cõqueſtus de uſur. per c. dilecti. de for. comp. c. peruenit, et c. conſtitutus, de fide iuſſ. & l. 2. ſub fine. C. de ſent. quę p eo quod inter. prob. opti. tex. in l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco. i 2. 2 q. 78. art. 2. ad 1.*

Tertiò inter oẽs ẽt cõuenit, intereſſe damni exigi poſſe etiam ſi nec mora aliqua interueniat: modo mutuatarius admonitus fuiſſet tempore mutui, dãni quod euenire poterat, & fuiſſet contentus illud vnà cum ſorte mutuata ſoluere, vt expreſſe determinat D. T.[i] In quibus tribus caſibus non ſolum licet accipere, & exigere, ſed etiam a principio conuenire de ſumma, quæ vltra ſortem ſibi rependenda eſt, ex veriſimili illo intereſſe damni, aut lucri, ut late prædictus Sot. ſubſcripſit,[k] quamuis magis, quàm alij hanc materiam reſtringere conatus.

Quarto, quod ſolum dubitatur de caſu: in quo quis ſpõte, ſine vi mutuat pecunias expoſitas negotiationi, aut rerũ frugiferarum emptioni, & ceſſat a negotiatione, ac frugiferorũ emptione, poſſit cape-

[i] *2. 2. q. 78. art. 2. ad 1.*
[k] *lib. 6. parte. 1. art. 3.*

capere licite intereſſe lucri ceſſantis cõ tingentis ante moram & culpam? Nam Innoc. tenet, ꝙ non, in c. fi. de vſur. quem præd. Sot. laudat, & ſequitur, quamuis dicat ſe contrariam opinionem minime dãnare, & pro ſua opinione, adducit primo prædictũ Innoc. in d. cap. fin. qui hoc affirmat, Deinde S. Tho.[a] qui vr ei pone re hanc differentiam intereſſe damni, & intereſſe lucri, & Duran. & Sco. quos dicit eſſe ſecutos S. Tho. Tertio, ꝙ nullus tex. vr reperiri, qui concedat hoc intereſſe lucri ceſſantis accipi ab eo, qui culpa caruit, nec moram in ſolutione adhibuit. Quarto, ꝙ vr ei nullum antiquum Doctorem aperte oppoſitum tenuiſſe. & ꝙ immo Scot.[b] & Durand.[c] S. Thom. ſequuntur.

Pro contraria tamẽ ſententia, quæ receptior eſt facit primo, ꝙ vt etiam ille dicit, eam tenent Conrad.[d] Silueſt.[e] Caiet.[f] & Adrian.[g] Addimus nos, quod ét idem tenent Panor.[h] & ante illum Hoſt. & S. Anton. in c. ſalubriter, eod.[i] & Ioan. Andr. in dict. cap. fin. quatenus dicit dictum Hoſtien. habere locum, quando debitor ſolutionem diſtulit, quia alias quiſque voluntatem negotiandi fingeret, & poſtea pecuniã ad intereſſe daret. Quæ ratio ſolum includit, noſtrę opinioni locum non eſſe, quando re vera, corã Deo mutuans negotiari non vult, ſed fingit ſe uelle, quod omnes fatemur, & conſequenter Ioann. And. fateri debet, aut nihil ſua rõnẽ valere, aut noſtram opinionẽ eſſe verã. Et etiam Ioan. de Lignano grauiſſimus Doctor, & Lauren. & Rod.[i] tenet idem; quod Hoſt. & etiam S. Ant.[k] tres rationes ad id adducens, quamuis dicat melius eſſe, ut huiuſmodi contractus diſſuaderentur, quod nos etiam fatemur, niſi quãdo conſtaret maius obſequium Deo per eorum exercitium præſtitum iri. quod toties vſu venit, quoties proximus liberaretur a magno dãno mutuata ſibi pecunia iam mercaturæ parata pro exigno lucro intereſſe lucri ceſſantis. Præcipuarum rationũ, quibus ad id mouemur, prima eſt, ꝙ ipſemet Sot. fatetur, intereſſe damni unius domus ex mutuatione proueniens iuſte poſſe acci pi, & cõſtat, id eſſe intereſſe, quod extra rem dicitur ſecundum Bart. & alios,[l] & quod tale non magis debetur, quam intereſſe lucri ceſſantis.[m] Ergo ſi illud iuſte accipi poteſt abſque eo, quod culpa, aut mora præcedat, poterit & hoc.[n]

44 Secunda, quod idem Sotus fatetur, ꝙ intereſſe lucri ceſſantis, culpa & mora non præcedentibus, accipi poteſt ab eo, qui vi aliqua mutuat. At vis non poteſt vſuram licitam facere, cum illa iure naturali, & diuino prohibita ſit, vt dictũ eſt,[o] & ipſe latius probat, igitur ob interuentum vis huiuſmodi intereſſe lucri accipere non licebit, aut quamuis illa non interueniat, licebit.

Tertia, quod Alex III. expreſſe determinauit in c. ſuper eo. de vſur. non poſſe diſpenſari ſuper prohibitione diuina vſurarum, & quod ut nullatenus mentiri licet, ita nec ad vſuram dare, & conſequenter, ꝙ ſicut nulla vi fieri poteſt, ut quis licite mentiatur, ita nulla ui fieri pót, vt ad vſuram licite detur. Cum ergo Sotus fateatur non eſſe vſurã accipere intereſſe lucri ceſſantis ob mutuatas aliqua vi pecunias ad negotiandum paratas, cõfiteri debet, quod nec accipere illud ob eaſdem ſpõte mutuatas, ſit vſura.

Quarta, quod aliud eſt accipere inter eſſe lucri ceſſantis, & aliud vſuram, vt ſingulariter, & aperte dicit Scæuola, in l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco, quatenus aſſerit, ꝙ debitor ob non ſolutionẽ debiti interdum tenetur ad ſoluendum intereſſe lucri, quamuis ſummam vſurarum permiſſarum ſuperet.

45 Quinta, quod idem Scæuola clare ſignificat, nõ omnes creditores licite poſſe recipere intereſſe lucri, eo quod debitores ſua illis debita non ſoluant tempore pſtito, quia mercatores accipere poſſunt, & alij non, & conſequenter ſignificat plus deberi mercatori ob pecuniam, qua negotiatur, quam alteri, qui non negotiatur. Cui conſequens uidetur vnam & eandem pecunię ſummam plus ualere apud mercatorẽ paratũ ad negotiandum cum ea, quam apud alium, qui non eſt cum ea negotiaturus, & ideo ſi plus aliquid recipit, quam alius, non recipit plus, quam habebat, & dedit.

46 Sexta, ꝙ ut proxime dictum eſt, prę fatus Scæuola ſignificat, quod pecunia, quam habet mercator paratã ad ſtatim negotiandum plus ualet, quam tanta altera, quam habet alius non paratam ad

a 2.2.q.78 art.2.ad 1.
b In 4.diſt. 15.q.2.
c In 3.diſt. 37.q.2.
d de cõtra. q.30.
e verb.uſu. q.19.
f 2.2.q.62. art.4.
g In 4. de reſtit. q. de u ura.
h In c.fi. de uſur.
i In d.c.ſalubriter.
k 2.par.tit. 1. c.7.§.15
l In l.1.C. de eo quod intereſt.
m l.ſi ſteriliis, §. cum ꝙ uẽditorem de act.emp.
n Arg.l.illud ff. ad l. Aquil.
o Supr.col. Com.nu.7.

negotiandum,imo plus quam altera tanta, quã ipſemet habet a negotiatione ſe paratam,ob quod,qui ei eam furaretur, plus reſtituere tenetur,quam ſi alteri furatus fuiſſet,vt qui habet triticum ſeminare ad ſtatim ſeminandum,aliud ſimile ad idem nõ habens, plus valet ei,quã aliud tantundem alteri non ſeminaturo & qui furaretur illud ei teneretur reſtituere plus quam ſi aliud tantundem furaretur alij, qui ſeminare nolebat, aut idem ipſi aliud ſimile ad ſerendum habenti,iuxta omnium mentem,quam late Caiet. [a] explicat.

a 2.2.q.78. art.2.

Septima, quod contra ius eſt dicere, qđ ex ſola culpa debitoris,aut mora ſolutionis intereſſe lucri ceſſantis debeatur, eſt enim contra diſtin. l.3. Ibi, *quo l ſi merces ſolebat comparare,puto, & lucri habendam rationem.* Ex quibus verbis clare colligitur,qꝑ licet leges Romanæ vſuras conſtitutas ſolui iubeant propter ſolam ſolutionis metam in quibuſdam contractibus,[b] non tamen iubent ſolui intereſſe lucri ceſſantis, niſi quando ſaltem cũ mora debitoris facultas,& voluntas propinqua, & veriſimilitudo lucri faciendi in creditore concurrit. [c] Et communis opinio [d] tenet, nihil eſſe immutatum ꝑ illam legem, quo ad hoc,vt ſoluatur intereſſe,quod ante illam ſolui non debebat. Et ita longe alia eſt ratio ſoluendi intereſſe lucri ceſſantis,a ratione ſoluẽdi vſuram,& conſequenter non infertur illud eſſe illicitum,eo quòd vſura ſit illi cita,cum a ſeparatis non fiat illatio. [e]

b l.mora §. in bonæ fidei.ff. de uſur.& l.fi. ff.de peri.et commo. rei vend.l.fructus.Co. de actio.empt.
c Per d.l.3. §.fin.
d In d.l.1. C.de ſent.q̃ pro eo.& contra glo.eius & alias ei ſimiles.
e t.Papinianus.ff.ꝺ minoribus.

Octaua, quod ex his omnibus ſequitur, quod quamuis facultas, quæ pecuniæ ad lucrandum ineſt, abſolute conſiderata non augeat eius precium,nec faciat valere pluris,quam ſine illa,conſiderata tamen ea prout eſt perſonæ, quæ illa ſcit & vult vti,facit, vt pluris valeat, vt facultas generandi, quæ ineſt tritico abſolute conſiderata non efficit, quod plus valeat.conſiderata tamen, quod eſt eius, qui illud iam ſatum habet, aut ſatui præparatum, aliud ſimile ad ſeminãdum non habens,facit,vt pluris valeat, ad effectum,vt vendere, & mutuare carius poſſit, & qui furto illud ſuſtulerit, plus ei, quam alteri reſtituere teneatur. Et ita,qui mercator mutuat aliquam pecuniam negotiationi paratam accipiendo aliquod lucrum vltra ſimilem quantitatem, quamuis accipiat pluſquam valebat quantitas mutuata, conſiderando eam abſolute, non tamen capit pluſquã mutuauit, conſiderando eam cum illa qualitate quod erat parata a ſe ipſo ad negotiandum, & conſequenter non accipit vſuram.

47 Nona, quod nullo iure,nec ulla ratione probari poteſt,quod precium alicuius rei creſcat, eo quod quod ſubtrahatur furto manifeſto,aut nõ manifeſto vi,aut metu,quamuis enim ratione pœnæ, aut iniuriæ reus cogi poſſet ad aliquid plus eo ſoluendum in pœnam delicti commiſſi, [f] nõ tamen ideo, quod precium eius creſcat,eo quod furto ſubtractum,aut vi, aut metu extortum fuerit. Vnde,qui ſic deliquit,non tenetur reſtituere in foro conſcientię,amplius quidquam, quam ſimplex ablatum ſine aliquo incremento, iuxta gloſſ.ſingul. & recept. ſ & honorem, ſi aliquem ademerit. Fatentur tamen omnes,quod ſi quis ab alio furto,aut vi,metu,auferret pecuniam ad negotiandum paratam,aut triticum ſationi pręparatum,& non haberet aliud ſimile, tenetur plus reſtituere illi,etiam in foro conſcientiæ, quam ſi abſtuliſſet ab alio,qui non habuiſſet illa ſic parata. Ergo neceſſario cõfitendum eſt, illam pecuniam, & triticum plus valere illi,qui ſeminare,& negotiari vult,& poteſt, quam alijs id facere nolentibus, & conſequenter ſi mutuat põt accipere aliquid amplius ratione intereſſe pecuniæ.

f Iuxt. titu. ff. de furtis vi bono. rapto qđ metus cauſ. & inſti.de obl. quæ ex delicti. naſcun. & de vi bono.raptor. g ca.frater. 12.q.2.

48 Decima quod licet,qui habet aliqd quod communiter,nec ſibi nec alijs pluris quam decẽ valet,plus alteri vendere nõ poſſit (quamnis ementi multo pluris valeat) tñ ſi pluris ſibi valeat,rectè id vẽdere poteſt eo precio,quo ſibi valet accipiendo pro eo tanto plus, quanto ſibi plus valet,iuxta S.Thom. [h] & Scotum,[i] receptos. At vt dictum,& probatum eſt centum ſcuta plus valent mercatori illis ſtatim negotiari volenti, aut alteri prædia fructifera occurrentia ſibi emere cupienti, quam alij, quibus id faciendi animus non eſt:ergo illud amplius ſine uſura recipere poterit.

h 2.2.q.77 art.1.
i In 4.diſt. 15.q.2.

Vndecima quòd hoc intereſſe non accipitur propter mutuatam pecuniam, neque etiam propter facultatem generalem,

neralem, & obseruantiam, quæ ad lucrãdum eidem inest, sed propter facultatẽ specialem lucrandi, quam habet, ob id quod est ad negotiandum parata, & consequenter non erit vsura illud percipere argumento eorum, quæ de vsuræ definitione supradicta fuerunt nu. 5. cum non recipiat illud rõne mutui, sed ratione illius facultatis specialis maioris, quam habet apud illum, quam apud alios.

Duodecima, quod virtuti potius, quã vitio fauendum est, [a] mutuare autem coacte non est actus virtutis, mutuare vero ex amore, & charitate sic. Cum ergo, qui coactus aliqua vi mutuat, capere hoc interesse possit, ẽt secundum Sotum, vt supra dictũ est, a fortiore poterit idẽ facere, qui ex amore, & charitate mutuat.

a c. 1. de postul. præl. ca. quando, 2. q. 5.

Decimatertia, ꝙ ipse Sotus vbi supra fatetur interesse lucri cessantis deberi a mutuatario, & posse a mutuante accipi, si cũ tali pacto mutuũ accepisset, quod elicit, & quidem recte, ex S. Thom. [b]

b 2. 2. q. 78 art. 2. ad 1.

49 Non obstant illa argumenta quibus mouetur Sot. * Ad primum enim respõdetur concedendo, ꝙ Innoc. Quartus, quem pro se adducit [c] tenet illam sentẽtiam, vt Doctor comminiscẽdo in illud. cap, non aũt vt Papa statuendo illud, & ita nõ tenemur eam magis sequi, quam aliam, quæ in comminiscendo in alijs locis tenuit; adeo ꝙ Host. quem cõmunis sequitur [d] discessit a quadam eius opinione, quam tenuit interpretando, vt doctor illud capitu. a semetipso, vt Papa constitutum.

c In c. fin. de vsur.

d In c. 1. de concess. præben. lib. 6.

50 Ad secundum respondetur concedẽdo, quod S. Tho. quem pro se citat, [e] ponit quidem differentiam inter interesse damni emergentis, & interesse lucri cessantis, quoad hoc, vt interesse lucri non accipiatur, tanquam res iam quæsita & perdita, vt interesse damni recipitur; nõ autem quoad hoc, vt nihil accipi possit. Tum quia ratio, quam ille reddit, scilicet quod non potest vendere, quod nõdum habet, & multis modis impediri potest, oppositum concludit. Concludit. n. non posse recipi interesse lucri tanquam rem iam quæsitam, significando, ꝙ põt recipi tanquam res sperata, quæ potest multis modis impediri. Tum quia ipsemet [f] dicit, quod qui alteri in semine sato nocet, aut in alia re, quæ nondum est acquisita, sed speratur acquiri, quamuis non teneatur restituere quantum collecturus esset impedimentis cessantibus; ad iustam tamen, & probabilem quandã compensationem tenetur. Itaque dictũ Diui Thomæ nostræ conclusioni nõ aduersatur, quamuis eam moderetur, vt dicamus, quod qui mutuat non tantum interesse debet accipere, quantum alius sui similis, & æqualis altera tanta pecunia lucrifacit, impedimẽtis cessantibus, sed quantũ meretur illa facultas, & spes lucri verisimilis, quam pecunia illa in mutuante habet, consideratis modis, q̃bus impediri potest.

e in d. q. 78 art. 2, ad 1.

f Ead. 2. 2. q. 62. art. 4.

51 Quemadmodum qui habet prædiũ aliquod satum, non debet tanti vendere fructus speratos, quãti valerent, si essent collecti prospere, cessantibus impedimẽtis: sed quanti valet illa spes colligendi, consideratis modis, quibus eorum collectio prospera impediri potest.

Nec plus obstat, quod de Durãdo adducit [g] quia idem ait, quod S. Thom. & per eadem verba; nec, quod de Scot. adducit, [h] quia licet alia pulchra in hac materia dicat, vbi ab eo citatur, sicut ĩ alijs solidis solet: tamen hanc dictionem Diui Thomæ non adfert. Immo expresse dicit, [i] quod qui habet pecuniam negotiationi expositam, eam mutuare potest constituta pęna certæ rei sibi soluendę, nisi ab eo restituatur, vt se indemnẽ seruet; & ita sentit, eum posse damnum in mutuatione, & lucri cessatione acceptũ recipere. *

g In 2. dist. 37.

h In 4. dist. 15. q. 2.

i In ead. distin. col. 6.

Ad tertium respondeo, ꝙ si præfatus Sotus, satis meminisset præfatam, k & perpendisset præfatas duodecim rationes, non fuisset visum ei, hanc sententiã firma ratione carere.

k l. 3. §. fin. de eo, quod certo loco.

Ad quartum respondetur negando, ꝙ nullus antiquorum doctorum hanc sententiam tenuerit; quia supra citauimus Hostien. Ioan. Andr. Panorm. S. Anton. & alios multos eam tenuisse; immo, & in octaua ratione monstrauimus, Iurisconsul. Scęuolam eam sensisse. * Neque obstant etiam alia duo argumenta omnibus alijs fortiora. Alterum est, quod qui voluntate spontanea mutuat, non facit id coactus; & qui coactus non mutuat, non vr̃ dicere posse, ꝙ per alium impediatur lucrari, donec mora, aut culpa solutio-

lutionis adſit, & conſequenter, qui ſine vi mutuat nó vī poſſe accipere quidquā lucri, cū illud ei ante culpa, aut moram ab alio non impediatur. Alterū eſt illud, q̄ Caiet. [a] licet noſtrā opinionem tueatur, adſerit: ſ. q̄ quamuis aliqua res, dum eſt in particulari potentia lucrandi, pluris valeat, quam alia eiuſdem ſpeciei, & bonitatis ab illa potentia ſeparata, ſed non ſi ſponte ab illa extrahatur. Quemadmodū triticū ſeminatū, aut ad ſeminādū paratū pluris valet, & vendi plurispoteſt, quam aliud eiuſdem ſpeciei, & bonitatis a tali potentia ſeparatum: ſi tamen ſponte ab illa potentia, quæ lucrum continet, ſepararetur, non poſſet pluris, q̄ aliud eiuſdem bonitatis vendi, & ſic vī, quod quamuis pecunia, quæ negotationi expoſita eſt, aut eidem ſtatim exponenda pluris, quam alia ſimilis valeat, ſ. ſimul ac ſponte mutuo datur ſponte ab illa lucrandi potentia extrahitur, & ita non pluris, quam alia valet, neque ob eā plus quam ob aliam peti poteſt.

52 Ad hæc duo argumenta Caie. rīdet multis verbis, quorum ſumma eſt, q̄ qui amore, & charitate mutuat; quo proximū paruo dāno, a maiori liberet, non dicitur mutuare ſponte, ſecundum mentē D. Thom. [b] ſed aliquo modo coactus. Pro quo facit, q̄ qui è naui ſeruandi ſui cauſa merces in mare iacit, etiam ſponte. [c] non facit voluntate abſolute ſpontanea: ſed conditionaliter vitandi maioris mali gratia. Aduerſus tamen hanc reſpōſionē Caiet. fortiſſime facit primo, q̄ iuſtum aut iniuſtum non conſiſtit in bonitate, aut prauitate animorum, & intentionum: ſed in rerum, & operum externorum æqualitate, & inæqualitate, iuxt. doctrinam Ariſtote. [d] & D. Thomæ recepti. [e]

Secundo, quod nihil refert, an mutuatio fiat ob miſericordiam, charitatē, amorem, aut odium, vel crudelitatem ad hoc vt mutuum dicatur iuſtum, vel iniuſtum; vel ad hoc, vt iuſte aliquid ratione illius deſideretur, aut capiatur, ad inducendum reſtituendi neceſſitatem, vel ad liberandum ab ea. Tertio, quod quamuis mutuatio poſſit eſſe bonum opus charitatis, aut malum ei repugnās, eo quod fiat animo iuuandi, vel lædendi proximum: non tamen ob hoc, dicetur iuſta, aut iniuſta ad hoc vt neceſſitatem reſtituendi inducat, aut ab eadem liberet, quia, vt in Manual. Confeſſa. [f] diximus, ſola peccata contra iuſtitiam ſpecialem inducunt reſtituendi neceſſitatem. Quarto, quod videtur doctrina noua, & contraria, [g] & concluſioni S. Thomæ, quæ fundatur in ea, [h] quam in Manual. [i] ad aliud propoſitum accommodauimus: puta, quod neque miſericordia, vel pietas, neque amor, vel preces blandæ ſine mendacio, & fraude adhibitæ inducunt neceſſitatem, aut uim ſufficientem, ad hoc, vt quis dicatur coacte feciſſe aliquid ad effectum, vt poſſit reſtitutionem petere, aut ab ea liberari. Quare ad prius argumentum reſpōdeo, concedendo quidem, quod qui mutuat motus charitate, & miſericordia ad opitulandum proximo, non dicitur mutuare compulſus coactione, quæ reſtitutionem inducat, aut tollat. Concedendo et, quod qui ſponte mutuat, non dicitur impediri a lucro quærendo, per alium, ita vt ille teneatur ei reſtituere illud, eo ſolo, quod impediuit eum; ſed negando, quod qui ſponte a lucrādo ceſſat, vt ſubueniat alij, non poſſit iuſte accipere tantum, quanti res mutuata ſibi valebat, & quanti ſpes lucrandi iuſte poteſt æſtimari; nam & carpētarius, latomus, aut alius operarius, qui ceſſat a ſuo lucro, & officio, meis precibus, vt me cōmitetur aliquo proficiſcentem ſponte quidem deſiſtit a lucrando; ſancte tamen a me exigere poſſet, id quod probabiliter lucrifeciſſet. Qui etiam ſponte vicino modium tritici ſeminalis ad ſeminandū parati mutuat, iuſte exigere poteſt ab eo tantum quantū ſibi tempore, quo dedit, valebat, licet alijs non tantundem valeret, per ea, q̄ paulo ante nu. 54. dicimus. Qui etiā ſpōte dat cuipiam triticum ſatū iuſte poteſt accipere pro eo tantum, quantū illud cum ſpe veriſimilis fructus valet. Eadem igitur ratione nullam iniuſtitiam cōmittit, qui ſpōte omittit emere prædia, vel merces, vt pecunias, quas ad id paratas, aut expoſitas habet, mutuet alteri petens lucrum, q̄ illius cauſa omittit, aut quātum illa pecunia, cū illa commoditate valet, nec eſt vlla vi opus ad id excuſandū, nec eſt vſura, qa nihil accipit vt mutui, ſed ratione lucri, quod pro-

a 2.2.q.78 *art.*2.*ad*1.

b 2.2.q.78 *art.*2.*ad* 1.

c l. 1.*& tot. tit. ff. ad le. Rhod. de iactu. ca. maiores, §. ītē quæritur de baptiſ.*

d 2.*&* 5. *Ethicor.*

e 2.2.q. 58. *art.* 10. *et q.* 28. *art.* 2.

f capit. 24. *nu.* 5.

g l. *Glt. C. ſi quis teſtar. aliquē prohibuer.*

h 1.2.q.6. *art.*6.

i capit. 17. *n.* 15. *&* 6.

propter mutuatarium non facit, & in effectu ſunt duo cõtractus, alter mutui, alter facio, vt des, hoc eſt lucrari ceſſo, vt tibi mutuem, & illud rependas, [a] aut eſt vẽditio iſtius lucri veriſimilis, iuxta mẽtem S.Thom. [b] Ad poſterius argumentum reſpondeo, quòd & dictum Caieta. aſſumptum in eo, ſolum intelligitur de illo, qui ſuam pecuniam quam habet ad lucrandum paratam ſimpliciter ab illo fine tollit, non dando eam alteri ad iuuãdum eum, & poſtea tãtum pro illa vult, quanti cum illa commoditate lucrandi valet, noſtra vero concluſio intelligitur de illo, qui pecuniam cum lucrandi cõmoditate coniunctam dat alteri. Concludamus itaq; licitum eſſe mutuanti aliqd amplius accipere, nõ ſolum ratione interesſe damni emergentis, ſed etiam lucri ceſſantis, neq; ſolum ratione eius, quod moram, aut culpã in ſolutione cõmiſsã ſubſequitur, ſed etiam eius, quod ante euenit. Quæ tñ concluſio intelligenda eſt, dummodo dolus, & fraus palliandi vſuras abſit, & modo, non tanquã res acquiſita, ſed tãquam in ſpe poſita, & quę impediri multis modis põt, æſtimetur, maxime ſi mutuatur cum pacto de reſarciendo illud intereſſe, nam etiã Sot. [c] pro indubitato ponit, quod intereſſe lucri ceſſantis accipi, & peti põt, qñ a principio mutationis ,pmiſſum fuit illud.

[a] Iuxt. reg. naturalis, ff. de pſcrip. verb.
[b] 2.2.q.78. art.1.ad 1.
[c] In d.q.1. art.3.lib.6.

53 *Intereſſe capi non poteſt ſecundum aliquos, niſi concurrant ſeptem, quæ tamen omnia non ſunt neceſſaria.*

54 *Intereſſe ante tempus, quo lucrifieret, capi non poteſt.*

DEcimoſexto noto ex prædictis, qđ non ſunt neceſſariæ tot cõditiones ad iuſtę capiẽdum intereſſe lucri ceſſantis ex mutuo, quot Conradus [d] & quidã alij alibi requirunt, ſed aliquot ſic. Prima enim eſt, vt hic lucrandi modus non tñ ſibi placeat, quantum negotiationis, quod tenet etiam Sylueſt. [e] quæ tamen non videtur neceſſaria.

[d] In q.30. de contract.
[e] verb. uſura. q.19.

Tum, quia nulla lege vel ratione probatur, quod vnus modus lucrandi de ſe iuſtus fiat iniuſtus ex ſola voluntate æq; libenter vtendi eo, atque alio quamuis ille eſſet melior. * Quod poſt hæc noſtra ſcripta tradidit Sotus, [f] & addit, &

[f] lib.9.q.1. art.2.de iuſtit. & iur.

quidem recte, [g] nihil referre an mutuãs ſit rogatus, & quæſitus a mutuatario, an vltro mutuet. modo id quod ad iuſtitiã comutatiuam pertinet, ſeruetur.

[g] eod.lib.q.1.art.3. de iuſt. & iur.

Nam, vt ſupra dictum eſt, iuſtum & iniuſtum non bonitate, aut prauitate animorum, & intentionum, ſed in rerũ, & operum externorum æqualitate, & inæqualitate conſiſtit, ſecundum Ariſtotelem, [h] & D. Thom. receptum. [i]

[h] 2. & 5. Ethicor.
[i] 2.2.q.58. art.10.&q.59.art.2.

Secunda conditio eſt, quod intereſſe ſit verum, quæ neceſſaria eſt iuxta mentem gloſſæ, & omnium dict. cap. conqueſtus. Satis tamen eſt, vt tempore mutui lucrum pactum ſit veriſimile, quamuis poſtea non ſubſequatur, vt recte Medina dixit. [k]

[k] In C. de reſt. ſol. 132

54 Aduertendum tamen eſt, quod per extrauag. Pij V. editam ſuper cambijs, & relatam a nobis in Manual. Confeſſarior. [l] (& referendam, Deo propitio, in Commentario cap. vlt. de vſuris. in quo de cambijs agetur) vetitum eſt, ne poſt illam campſores poſſint ab initio conuenire de certo intereſſe, quam tamen ad mutuantes extra materiam cambiorum non extendi ſuper eadem extrauagante annotauimus. * Tertia, qꝑ mutuatio, vel non ſolutio ſit cauſa amiſſionis lucri, ſecundũ oẽs, qualis non eſt, ſecundum Caiet. & Med. vbi ſupra, qñ mutuans aliam pecuniam habet, qua negotiet, quãto minus erit ſi mutuator non erat negotiaturus, nec frugifera empturus, etiamſi non mutuaſſet argumento auth. multo magis. [m] Quod valde ponderandum eſt circa illos campſores, qui non negotiarentur, etiamſi nõ cambirent, attamẽ dicũt ſe pro intereſſe capere aliquid vltra ſortem, quam mutuãt. Quæ tamen limitatio Caieta. non procedit, ſi aliã pecuniã ad alios fines, veluti ad fortuitas neceſſitates deſtinaſſet, neque negotiationi cõmittere vellet, quod prudẽtiæ eſt. Quarta, vt mutuans nõ ſit dandis vſuris aſſuetus, quæ tamen non procedit in foro cõſciẽtiæ, in quo veritas præualet præſumptioni, cap. tua, de ſponſ. & fieri poteſt, vt quis in alijs vſurarius ſit, & in hoc nõ. Quinta, vt non recipiat intereſſe, priuſquam labatur tempus, intra quod illud ueriſimiliter lucri factus fuiſſet, qa ſubrogatum ſubire decet naturã, ſeu conditionẽ eius, cui ſubrogatur, [n] & id quod

[l] capit. 17. nu. 300.
[m] C. de ſacroſ. eccleſ.
[n] l. eũ qui, § qui inu-rarum. ff. ſi quis cautio. & c. eccleſ. ut lite pẽd. nihil inno.

accipitur pro intereſſe, ſubrogatur ipſi intereſſe, quod tñ non percipitur ab initio mercium, vel prædiorum emptorũ, ſed poſtea tempore meſſis vl vindemię, vel nundinarũ, vel alio tempore, in quo merces venduntur. Per conſiderationes tamen Medinæ vbi ſupra, intereſſe lucri veriſimilis a principio conuentũ, poteſt capi, etiamſi in fine, dum recipit, cõſtet, nullum lucrum factum fuiſſe, argumẽto c. in ciuitate.[a] Sexta, vt mutuatarius nõ egeat extreme, quæ etiam non videtur neceſſaria, quia non tenetur ex præcepto ſubuenire illi gratis, immo ſatisfacit mutuando, vt cum poterit ſoluat per ea, quæ diximus in Manua. Confeſſ.[b] & mutuare ſine intereſſe eſſet donare. Septima, vt mutuans ob hoc non incurrat infamiam vſurarij apud ſimplices, æſtimãtes illud intereſſe, eſſe vſuram ob ſimilitudinem, cum omnis ſpecies mali fugiẽda ſit,[c] quæ conditio, quamuis ad euitãdum peccatũ ſcandali neceſſaria ſit, non tñ ad euitandam vſuram, & obligationẽ reſtituendi, quæ ex ſola iniuſtitia naſcitur, per tradita in præfato Manua. Confeſſ.[d] quale non eſt peccatũ ſcandali, ꝙ eſt contra charitatẽ, S. Tho.[e] Octaua, ꝙ cauſa principalis mutuandi ſit ſubſidiũ neceſſitatis uitæ, ſalutis, honoris, aut bonorũ proximi, quæ tñ eſt non neceſſaria, licet ſit honeſtiſſima, per dicta in prima conditione. Nona, vt non capiat neq; paciſcatur totũ intereſſe, quod veriſimiliter expectatur ceſſantibus impedimentis caſualibus, ſed ſolum tm̃, quantũ valet illa veriſimilis expectatio, conſideratis impedimentis præfatis: nã qui prædiũ ſatum vendit, nõ pót tanti vẽdere, quãti valet triticũ, ꝙ veriſimiliter colligẽdũ ſperat, ceſſantibus prædictis impedimentis, ſed quanti valet veriſimiliter illa ſpes ſubiecta illis, quibus impediri poteſt, vt dictũ eſt poſt S. Thom. in præcẽd. notab.

Credimus tñ, quod qui mutuat pecunias negotiationi, aut rei frugiferæ emẽdæ deſtinatas ea lege, vt ei ſoluatur pro intereſſe tm̃, ſiue ſit multum, ſiue parũ, ſiue nihil, quantum alij eiuſdem artis altera tãta pecunia lucri fecerint, aut quã tum fructus rei frugiferæ, quam emere volebat, impenſis deductis, valebunt, quia hoc intereſſe nõ tanquam iã lucri factum, ſed in ſpe lucri poſitũ exigitur.

a De Vſuris.

b capit. 27. nu. 60.

c 3. Theſ. 5. & ca. cũ ab omni. de Vita & hone. cler.

d capit. 17. nu. 6.

e 2. 2. q. 43. in princ.

55 Mutuãs licite capit id, quod ſoluit, quia non eſt ei ſolutum.

56 Mutuanti an liceat capere intereſſe nõ promiſſum.

57 Vſura non eſt capere quantum reddidiſſet prædium, quod ob mutuum non fuit emptum, quamuis non tantum fuiſſet mutuo datum, &c.

58 Vſura eſt lucrum, quod capit mercator pro intereſſe pecuniæ mutuatæ, qua non erat negotiaturus, nec frugifera empturus.

DEcimoſeptimo noto ex textu, & p̃dicto, quod qui cogitur ſoluere intereſſe, vel vſuras creditori ſuo, eo quod mutuatarius non ſoluit ei mutuum ſtato die, licite poteſt ab eo recipere illud, quod ſic ſoluit, ſecundum Innoc. recept. quem commendat Iaſon,[f] & etiam cõpenſationem iacturæ, quam fecit vẽdendo res ſuas minoris, quam valerent, aut emendo triticum, aut vinum maioris eo quod ſtato die debitor ei non ſoluit, quia id non accepit vi mutui, ſed ratione intereſſe damni emergentis, quod debetur, dummodo ſecundum aliquos concurrant duo, nempe quod monuerit debitorem damnum emerſurum, & qđ quæſierit mutuum gratuitum ſufficiens ad vitandum illud, & non potuerit inuenire, quorum tamen poſterius non videtur neceſſariũ, quoniam nulla lege, nec vlla efficaci ratione probatur, creditorẽ mutuantem teneri ad mutuum gratuitum quærendum, quo liberet mutuatarium a damno, quod ob non ſolutionem incurreret. Sed neque prius videtur neceſſarium. Tum quia intereſſe intrinſecum, ſiue intra rem, quale eſt incremẽtum precij vini, tritici mutuati.[h] Tum quia etiam intereſſe extrinſecum, quod appellat Bart. communiter receptus extra rem,[i] frequenter debetur ſine alia promiſſione, vt cum in re, quæ debetur non inuenitur intereſſe intrinſecũ, qualis eſt pecunia numerata,[k] & declarat Bart.[l] licet quando in re debita poteſt conſiderari intereſſe intrinſecum regulariter non veniat extrinſecum, per l. ſi ſterilis. paragraph. cum per venditorem Digeſtis de actione emption. ſaltem in emptione, & venditione, vt ſentit Alcia tus, in dicta lege prima, C. de ſentent. quæ

f In c. 1. de Vſuris.

g In l. num mis. ff. de in lit. turan.

h Arg l. vinum. ff. ſi cert. pet. & l. 3. § fin. ff. de eo quod certo loco.

i In l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod num. 12.

k l. nũmis. ff. de lit. iur.

l Vbi ſupra nu. 21.

quæ pro eo. & cap. vltimo, & tunc non ſufficeret admonitio, quia requireretur ſolutionis promiſſio, ſaltem, quo ad exigendum, licet non quoad ſponte oblatũ accipiendum.

56 Decimooctauo noto ex textu, & prę dictis, quod volens emere aliquod prædium aut domum, quæ ſibi aliquid annuatim redderet, pecuniam, qua id, vel eam empturus erat, mutuat alteri præſertim promittenti recompenſationem, poteſt accipere, & petere ab eo prouentum, quem ex illa, vel illo facturus erat quoad pecunia reddita fuerit, ſecundum Sanct. Antoninum [a] quem communis ſequitur, tum quia is æquatur mercatori mutuanti pecunias ad emendas merces paratas: tum quia illud accipit ratione intereſſe lucri ceſſantis, ſicut mercator, tum quia, qui vendit aliquod prædium, & tradit illud emptori, qui non ſoluit, poteſt accipere loco intereſſe tantum, quantum reddit illud, etiam ſi pretium ſoluendum deponeret, [b] vbi gloſſ. ſecuta Azon. & recepta per alios ait, id etiã iure canonico procedere, quod tamen videri poteſt limitandum ſaltem in foro conſcientiæ, quando illæ pecuniæ, p quibus prædium dabatur, iuſtum illius pretium eſſent, quia ſi prædium mille aureis valet, & propter neceſſitatem, aut alias rationes, quæ donationem non contineant, 500. illi dentur, non poſſet accipere plus, quam dimidium prouentus illius, per ea, quæ ad aliud propoſitum, [c] ſcripſimus, ſi quidem in foro cõſcientiæ illa pecunia, niſi dimidium illius cenſus emi non poterat.

57 Addimus tamen, quod ſi tu ſeptingentis, quibus tamen a me mutuo tibi datis prædium, aut merces, quas expedi ret, emere non poſſem, & omnibus ſic; & vt tibi mutuarem a lucro ceſſaui, acci pere potero intereſſe mille aureorum, vt recte Medina conſiderauit in codice de rebus reſtitu.

58 Decimonono noto ex textu, & prædictis, quod non poſſunt quidquam capere iuſte ratione intereſſe lucri ceſſan tis hi, qui nolunt, vel non poſſunt negotiari, nec res frugiferas emere, & mutuant ad intereſſe. Neque illi mercatores, qui certa pecuniæ ſumma negotian tur, & non maiori, & aliam quam habẽt, mutuant ad intereſſe. Neque hi, qui mul tas pecunias in nundinas important, & emptis mercibus ſuo propoſito ſufficiẽtibus reliquas pro intereſſe mutuant. Neque, qui ab alijs ſumunt grandes pecuniarum ſummas, quas alijs, atq; alijs, ad intereſſe tribuant, nolentes illis negotiari, nec cenſus, vel alia frugifera emere, quamuis alias ad negotiationem habeant, quia clarum eſt, nullos præfatorũ poſſe prætendere ullum intereſſe verũ, vel veriſſimile lucri ceſſantis, ſed ſolum fictum & inane. An autem ratione cambij, vel alia iuſta capere poſſint aliquid, dicetur in commentario ca. fin. de vſur. vbi de cambijs agitur.

59 *Mons Pietatis, & alia ſimilia qualia ſint.*

60 *Mons Pietatis approbatur per Concilium & Papam Leonem ex certa ſcientia, & modo ſpecialiſſimo.*

61 *Cuſtodia rei conuenit ei, ad quem eius emolumentum principaliter pertinet, & cui pereat.*

62 *Mons Pietatis non accipit a pauperibus propter mutuationem, ſed propter cuſtodiam.*

63 *Montes Pietatis communiter inſtituti nõ deſinunt eſſe liciti, eo quod poſſent melius inſtitui.*

VIgeſimo noto ex textu, & prædictis, quòd non ſine magno colore viſum eſt aliquibus vſurarium id, quod Montibus pietatis, & aliquot alijs ſimilibus operibus exercetur ad ſubueniendũ pauperibus in Italia, & alijs terris inſtitutis, quod magnis uiribus nititur probare Caietanus, [d] quem ſequitur Sot. [e] quia inſtituuntur hoc modo. Prælatus aliquis, aut Dominus, aut opulẽtus homo, aut Ciuitas donat, aut relinquit aliquam quantitatem tritici, vel pecuniæ numeratæ alicui loco vel reipu. ea lege, vt mutuo dentur pauperibus, pignorib. acceptis, vt exiguum aliquod ſoluant ſin gulis menſibus pro quantitate accepta, & pro tempore, quo eam non ſoluerint pro victu, & ſalario miniſtrorũ, qui ſunt habituri curam cuſtodiendi dictum triticum, aut pecuniam mutuandi, & recuperandi, ſeruandi, & reſtituendi pignora tempore opportuno, ita quod aliquid

a 2.par.tit. c.7.§.15.

b l.2.C.de uſur. & quã dam l.

c In ca.nouit.de iudi. not.6.a nu. 21.

d In opuſc. de mõte Pietatis.

e lib.6.q.ar tic.6.de iuſtit. & iur.

amplius vltra ſortem mutuo datam ſingulis menſibus capitur ad prædicta onera ſuſtentanda. quod, vt dixi, viſum eſt vſurarium aliquibus, præſertim Caietano, & Soto in locis prædictis. Primo quidē, quia mutuās palam capit aliquid vltra ſortem mutuo datam. Secundo, qa alioqui liceret cuilibet homini pio, & priuato deputare aliquā pecuniam, aut triticum ad mutuandum pauperibus, ea lege, vt caperet aliquid vltra ſortem pro ſalario, labore, cura cuſtodiendi, mutuā di, pignora capiendi, & reſtituendi ea tē pore opportuno, quia eadem in vtroque ratio militat, quod tamen ſecundum omnes eſt falſum. Tertio, quod non videntur pauperes teneri cuſtodiri magis pecuniam, aut triticum, quod ſibi de illo monte pietatis mutuo dandum eſt, quā triticum, & pecuniam præfati hominis, quia non eſt ſuum,[a] nec eſt futurum ſuum, quo ad vſq; mutuo acceperit. Quæ licet ſimul cum auctoritate Caietan. fuerint in cauſa, cur neque in cathedra prælegendo, neque extra illam reſpondendo ſuper hoc contrariam ſententiam aſſeruerim, nūc tamen eam aſſero. Primo quidem, quod Leo Papa X. in Concil. Lateran.[b] (cuius tenorem etiā doctiſſ. Ioan. Medina refert,)[c] per bullam patētem approbauit prædictos Montes, & declarauit, eos eſſe licitos & ſanctos, affirmans idem feciſſe ſuos prædeceſſores Paulum. II. Sixtū IIII Innocen. XIII. & Iulium II & non vtcumque & in forma communi approbauit, vt aliqui cenſent, ſed ex certa ſcientia. De quarum approbationum differentia late tradunt Panorm. & Dec.[d] & alij alibi neq; vtcunq; approbauit, & declarauit ea certa ſcientia, ſed recenſendo argumenta vtriuſq; partis, & laudando multum Montiū huiuſmodi inſtitutores, & concionatores, qui eos perſuaſerunt, & Pontifices Maximos, qui magnas indulgentias eorum amplificatoribus conceſſerunt.

a Arg. l. 1. & l. neceſſario. ff. de peric. & cō mod. rei vēdit. & l. incēdium. C. ſi cert. pet. §. *is cui. iſt. quib. mod. re contrah. oblig.*

b Seſſ. 10.

c fol. 113.

d In rub. et ca. 1. & ca. venerabilis de conſi. & util. uel inu.

Secundo, q̄ reſponſio, qua Caie. præfato Cōcilio reſpondet parum modeſta videtur, & qualem magnus ille, idemq; in Concilia œcumenica, & Maxim. Pontifices maxima obſeruantia D. Thomas Aquinas non dediſſet, & quæ a doctiſſ. Medina ſatis confutatur, & eo minus audere dicere id, quod præfatus Sot. vbi ſupra dixit, nempe omnia illius Concilij minime recepta fuiſſe.

Tum quia ſignificat, præfatam approbationem parum nos obligare.

Tum quia licet illa reſponſio vtcunq; aliud valere poſſet, quoad declarationes legum humanarum, quas Concilium fecit, cuiuſmodi eſt exemplum, quod ibi ille ponit, nihil tamen valet quo ad declarationes legum diuinarum, quæ ob id, quod non ſuſcipiantur, non deſinunt eſſe veræ, nec obligare. Non enim quiſquam dicere poteſt Concilium in iſta declaratione errare potuiſſe, cum hæc declaratio pertineat ad legem diuinam, & ad materiam definiendi, an aliquid ſit peccatum mortiferum, nec ne, in qua Concilium non poteſt errare, cap. maiores, 24. quæſtione prima, cum alijs citatis ibidem a gloſſ. immo neque Papa, quatenus eſt Papa, vt habet recentior ſententia Sanct. Thom.[e] pro qua facit cap. hęc eſt & ca. quoniam vetus,[f] quæ latius retulimus. §

61 Tertio, quod inter omnes tam illos, quam nos conuenit, iuſtum eſſe, vt miniſtri, quibus iniunctum eſt onus cuſtodiendi, mutuandi, & recuperādi mutuo datum, aut recipiendi, ſeruandi, reſtituēdi pignora pauperibus, ſuam mercedem honeſtam habeant, & hanc illos habere debere ab eo, qui ad illud tenetur, & diuerſitas in eo conſiſtit, quod Caietan. & eius ſequaces dicunt, qđ ipſi Montes, aut Ciuitates, quæ ipſos ſuſcipiunt, eam ſoluere tenentur, & non pauperes. Nos autem dicimus, quod pauperes ad quos emolumentum illorum Montium peruenit, tenentur, & non ipſi Montes, aut Ciuitates, in quibus ipſi conſtituuntur, quia id palam ſenſit Concil.[h] dum pro ratione ſuæ deciſionis ſubijcit illa verba. *Qui commodum ſentit, onus quoque ſentire debet*, quæ eſt vna pars illius regulæ iuris, libro ſexto. Qui ſentit onus, debet ſentire commodum, & è contra. Et patet prædictas pecunias, & præfatū triticum, non eſſe data, vel relicta Ciuitatibus, vel ciuibus ad commodum eorū quatenus ſunt tales, ſed ad cōmodū pauperum, etſi perirent, aut imminuerētur illis ſolis perirent, aut diminuerent, & non alijs, & ſecundum ius ad illum pertinet cuſtodia rei ad cuius commodum,

e 2. 2. q. 11. art. 2.

f 24. q. 1.

g In c. nouit de iud. not. 3. n. 45. & ſeq. alibi.

h In dicta ſeſſ. 10.

&

& vtilitatem cuſtoditur, & cui perit, aut lucri fit. [a]

a L.1. & l. neceſſario. ff. de peri. et commo.

Quartò, quia iuſtum, & firmum eſſet legatum, aut donatio, quibus aliqd pauperibus cum aliquo onere relinqueretur aut donaretur, [b] & conſequenter iuſte illis donari, & relinqui decem milia aureorum, cum onere, vt illa ſemper ſeruẽ tur in arca, aut chirographis aſſecuratis iuſtis pignoribus, vt eis in vſus ſuos vtãtur accipientes mutuo pignoribus datis & ſtatis temporibus ſoluendo, & nunc alijs, nunc vero alijs ſint vſui, & vtilitati. Et cum illorum ſoluin commodis ſeruiant, ad illos ſolos etiam pertinebit illorum cuſtodia, & conſequenter illi debẽt contribuere, & conferre id, quod fuerit neceſſarium ad ſoluendam iuſtam mercedem miniſtris, qui datis idoneis fideiuſſoribus, hñt curã, & laborẽ cuſtodiendi, & mutuandi pecuniam, vel triticum, chirographos, & pignora recipiendi, & cuſtodiendi, ſolutiones recuperandi, & pignora reſtituẽdi. At nulla æquabilior, neque iuſtior contributio, & collatio, ſiue collecta fieri poſſe videtur, q̃ inſtituẽ do, vt ab vno quoque pro ſingulis menſibus, quibus mutuum durauerit, certum quid tribuatur, quod ita exiguum ſit vt veriſimiliter non excedat iuſtam præfatorum miniſtrorum mercedem.

b Argu. l. id q̃ pauperibus. C. de epiſc. & cler. & leg. ſi quis ad declinandam cod. tit.

62 Non obſtant in cõtrarium adducta. Ad primum enim reſpondeo, quòd pauperes mutuum accipientes nihil ſoluũt ratione mutui: ſed ratione cuſtodiæ, & adminiſtrationis Montis, qui eorum cõmodis cuſtoditur & regitur, nã & Sotus confitetur, poſſe quem accipere aliquid a mutuatarijs pro officio, & obligatione, qua teneretur ad mutuandum eis, quod ipſum ante illũ dixit ſingulariter Scot. [c]

c In 4. diſt. 15. q. 2.

Ad ſecundum reſpondeo, magnum diſcrimen eſſe inter hominem pium, de quo in argumento, & Montem pietatis, quia illius pecunia ſua eſt. & ſi nollet mutuare, non poſſet ad id cogi, dominium autem pecuniæ Montis pietatis penes communitatem pauperum eſt, aut penes aliam, ea lege, vt tota eius vtilitas pauperibus cedat. Per quod in effectu fit ſua, & adminiſtrator Montis habet officium, & obligationem mutuandi, & ad id cogi poteſt.

Ad tertium reſpondeo negando cuſtodiam illius Montis, ad alios quã ad pauperes principaliter pertinere, cum ſaltẽ principaliter ſola ipſorum vtilitas in eo reſpiciatur, quod præfatum Concil. [d] exprimit illis verbis, *Cum pauperes commodum ſentiant, etiam impenſam, quæ parua eſt, ſentire debent*. Quare nihil videm [e], quod in re tam ſancta, & per tantum Cõcil. approbata, damnandum ſit. Contra verò videmus multa laudanda, quorum laudibus, alij ad alia ſimilia pia incitentur.

d In præſa. ſeſſ.

63 Non obſtat, quod melius eſſet conſtituere aliquem reditum annuum, quo ſine onere aliquo pauperibus mutuaret. Tum quia hoc eſſe melius illo nõ arguit illud eſſe malum, cum bono vino detur melius, [e] & virginitas, quæ melior eſt matrimonio, [f] non arguit illud eſſe malum, cum ſit vnum de ſeptem ſacramentis Eccleſiæ Chriſtianæ, iux. gl. c. veniens. de tranſact. redactum in canonem in [g] Conc. Trid. * Tum quia ſatis eſt, q̃ Conc. Lateran. iudicauit, præfatum modum conſtituendi Montem eſſe bonũ. Tum, quia pecunia, qua conſtituendus eſſet annuus reditus in ſtipendium pro adminiſtratione adimeretur Monti, & diminueret illum. Tum quia ex illa ſola pecunia, qua præfatus reditus cõſtaret, poſſet conſtitui Mons alius paruus alicui populo ſatis aptus.

e L. vbi aũt non appar. ret. ff. de uerb. oblig.

f Cap. uirginitas. 32. q. 1.

g Seſſ. 24.

64 *Vſura non eſt accipere fructus pignoris pro ſoluenda dote dati, noua ratione, ſex alijs reiectis, etiam ſi maritus non ſit gener.*

65 *Bona omnia ſunt communia inter maritum, & uxorem in Luſitania.*

66 *Dotem qui promittit, & non ſoluit videtur promittere emolumentum, quod mediocriter ex illo quari poteſt.*

67 *Vſura non eſt accipere certum quid pro dote promiſſa ſingulis annis.*

68 *Quod etiam vidua capere poteſt, &c. et talia ſtatuta ualent.*

VIgeſimoprimò noto ex textu, & ſupradictis, quòd gener licitè poteſt accipere fructus pignoris fructiferi traditi ſibi a ſocero in cautionẽ dotis ſoluẽdæ, [h] qa non capit eos vi mutui veri, vel palliati, ſed alia rõne, q̃ a varijs varia redditur, vt [i] refert diligentiſs. doctiſſimus dominus Didac. a Layua, & Couarr. qui iam pridem

h Vt eſt caſus c. ſalub. de uſur. & l. pater. ff. de doli mali. excepti.

i In c. 1. lib. 1. variarũ reſolution.

pridem multis annis auditor noſter fuit ſtudioſiſs. in hac Academia Salmanticēſi, eo maiore hanc noſtram diutinam peregrinationē honorans, quo id candidi⁹ in ſuis præclaris operibus teſtatur: nunc autem in magnum ſuarum litterarum, & virtutum teſtimonium Epiſcopus factus eſt Reuerendiſſ.* quiq; poſtea eue ctus in illuſtriſs. totius Caſtellæ Præſidē cum omnium magno deſiderio, hanc miſeram vitam ante vnum circiter annum in alteram, vt merito creditur, felicem commutauit,* quæ tamen ratio ſatisiuſta nobis adhuc non videtur inuenta, nā illa, quæ eſt communis (ſcilicet q̄ illos accipit ratione damni emergentis, aut lucri ceſſantis) non conuenit. tum quia non quadrat textui, tum quia ſi conueniens eſſet, concluderet, nullum eſſe diſcrimen inter dotis, & alterius rei debitum, quod abſurdum, eſt. tum quia qñ certum eſſet, aut veriſimile, maritū nullum damnum ſuarum facultatum paſſurum ob dotem non ſolutam, neq; lucrū facturum ob illam ſolutam, prædictos fructus accipere non poſſet. tum quia etiam quando ob id aliquod damnum pateretur, vel aliquod lucrum, veriſimiliter faceret, nequiret capere fructus, niſi poſita ratione inter illud damnū, uel lucrum, & valorem fructuum, & niſi dānum vel lucrum exæquaret valorem fructuum, quod repugnat antiquiſſimæ cō ſuetudini, quæ nunquam eiuſmodi rōnē & calculum admiſit, cum tamen cōſuetudo ſit optima legum interpres, c. cum dilectus, de conſuet. Minus conuenit ſecunda ratio, quam reddit Io. ab Anan. [a] cui nonnulli conſentiunt, ſ. quod accipit eos rōne damni emergentis, quod patit in ſuſtentanda vxore, quia vxorē ſuſtentare non eſt pati damnum, ſed debitum officium præſtare. Non ſatisfacit ēt tertia, eademq; noua ratio Medinæ. [b] puta, quòd ſocer videtur donare illos fructus pignoris, quia præfatum c. ſalubriter. nulli donationi innititur. Nō. n. ſatiat quarta eademq; nouiſſima Soti, quā reddit, [c] nempè, quod maritus tenetur ad onera matrimonij ſuſtentanda, quorum vnum eſt dotis cuſtodia. Tum quia contextus non ſe fundat in cuſtodia dotis.

65 Tum qa ſequeretur, quod in Luſitania, & in alijs terris, vbi omnia bona inter coniuges fiunt communia, non haberet locum præfatum c. ſalubriter. quod contra omnem morem, & conſuetudinē eſt, tum quia nullus vnquam alius vſque ad ipſum dixit cuſtodiam dotis eſſe on⁹ matrimonij, quin potius ipſius cuſtodia, & rectus eius vſus, ſunt leuamen, & adiutorium, ſicut e contrario perditio ei⁹, & ſumptus, quos in alendo ſe, ſuaq; vxore, ac domo facit, ſunt onera eius. Neq; etiā eſt idonea illa ſexta doctiſſimi Fortunij, [d] quem olim ſequuti fuim⁹ in hac Academia celeberrima, dum prælegeremus ti. de vſur. & præfatum c. ſalubriter. nempè, quòd pater tenetur ad alendam, & ſuſtentandam filiam ſuam, & ita fructus pignoris videtur donare pro alimētis eius, donec dotem ſoluat. non inquā hæc eſt idonea. tū quia ſequeretur, qđ illi textui non eſſet locus, niſi in genero recipiente pignus pro dote filiæ dotantis, quòd etiam ipſemet fatetur, ſed minus bene, quia is intellectus nimis reſtringit illum textum: ſemper enim ſeruatus eſt in omnibus frugiferis pignoribus pro ſoluenda dote acceptis, ſiue detur pro dote filiæ, ſiue ſororis, vel neptis ſiue cuiuslibet alius extraneæ, quod palam ſentit lex Luſitana. [e] tum quia rō, quam inſinuat peræque omnes videtur includere.

Quare videtur reddenda ſeptima ratio, quę nobis videtur conueniētiſſima, quod attento, quod dos traditur in vxoris patrimonium ad ſuſtentationē onerum matrimonij, [f] & quod intentionis dantis dotem eſt, vt illa ſeruetur, & non conſumatur, [g] & quod onerib⁹ matrimonij inſeruiat, [h] attentis item alijs multis priuilegijs dotis, de quibus ampliſſime per Bal. [i] qui eam dat, aut promittit, non ſolum illam dotem expreſſe promittit, ſed etiam præſumitur tacite promittere pro prædictis onerib⁹ tantum emolumentum, quantum ex dote illa ſoluta ſalua exiſtente poteſt facere, ſiue decerpere aliquis homo mediocri prudentia, & diligentia præditus ab illo tempore, quo illa eſt ſoluenda, & ab eo quo incipit maritus prædicta onera ſuſtinere vſque ad ſolutionem, nulla habita ratione alterius damni, vel lucri ceſſantis mariti, & ita dans, & accipiens dotem dato, & accepto pignore frugifero

pro

a In d. c. ſalubri. nu. 8.

b In C. de reſtit. q. 1. de vſuris.

c Lib. 6. q. 3. art. 2. de iuſt. & iur.

d Quā redditi in illatione 6. de vſt. fi. iuris.

e Lib. 4. tit. 14. §. epacto.

f L. Pompo. ff fami. erc.

g L. ubi adhuc. C. de iure dotium.

h Cap. per ueſtras. de donat. inter uir. & uxo.

i Nouel. de dote.

pro ſecuritate dotis promiſſæ, videntur tacite paciſci, vt omnes, & ſoli fructus illi pignoris capiantur pro ſolutione illi⁹ emolumenti tacite promiſſi. Ad quod nos monet primo prædictæ attentiones, & conſiderationes. [a]

66 Secundo, quòd qui promittit centum clericis alicuius eccleſiæ cum onere dicendi vnam miſſam in qualibet hebdomada, & quòd illa maneant ſemper ſalua, & ꝙ incipiant dicere miſſas a tempore promiſſionis, & non ſoluit illa ſtatim ſatis profecto videtur promittere ſe ſoluturum reditus illorum centum ꝓ miſſis, quæ dicentur vſq; ad illorum traditionem, qui enim promittit aliquid, videtur promittere id, ſine quo promiſsũ conſiſtere non poteſt. [b]

Tertio, ꝙ huic noſtræ ſententiæ generalis conſuetudo conſentit, & ꝙ contex. d.c. ſalubriter. inſinuat in illis verbis, *Cũ frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonij ſuſtinenda.* illa em̃ verba videntur ſignificare, eum, qui aliqua dotem promittit, obligari ad ſoluendũ tantum fructum ſiue reditum pro illa dote, quouſque ſoluatur ad ſuſtentandum onera matrimonij, quantum aliquis homo mediocris prudentiæ, & diligentiæ ex illa dote, ſalua ea manente, colligere pót. Per hanc decidendi rationem ſine vllo ſcrupulo reſpondimus contra id, ꝙ antea tenuimus in d.c. ſalubriter. cum illud vt dictum eſt interpretaremur hic Salmanticæ ſecuti Fortu. in præced. nẽpe quemlibet maritum, quamuis non ſit gener eius, qui tale pignus dedit, poſſe fructus eius percipere non computãdo eos in dotem promiſſam in quamlibet longum tempus ſolutio dotis differatur modo obligatio dotem ſoluendi eſſet ad præſens tempus, niſi contrarium expreſſe actum fuerit, ſ. vt computentur in partem dotis fructus pignoris, quia quælibet diſpoſitio in dubio intelligitur facta ſecundum ius, & conſuetudinem. [c]

67 Per eandem rationem decidendi cõcludimus, maritum poſſe paciſci cũ eo, qui dotem promiſit, & nõ ſoluit, vt quoad vſq; ſoluatur in ſingulos annos, ad ſuſtentandum onera matrimonij, tantum, paulo plus, vel minus ſoluat, quantum aliquis mediocriter induſtrius ex illa dote, ipſa ſalua, capere poſſet, quod Panor. d.c. ſalubriter, & alij multi relati a præfato D. Didaco vbi ſupra, & etiam Sot. tenent, q̃is contrarium vſu fuerit receptius Io. Lupo. [d] Per hanc eandem rõnẽ defendi pót id, quod inſinuat Sotus, [e] puta maritum, qui dotem recepit, & hæredes eius in cauſa diuortij, teneri vxori viduæ, aut ſeparatæ ad alimenta præbẽda, quæ de reditu dotis, ſalua manente illa, dari poſſunt, quoad vſq; illi ea ꝓſoluatur, quia quemadmodum, qui eam ꝓmiſit, viſus fuit in dubio ad id obligari, & quoad ſolueret, ſic videtur, quod in dubio tacitè, qui eam recepit viſus eſt ad idem obligari quoad vſque illam reſtituat ei, quia correlatiuorum eadẽ eſt diſciplina, q̃n eadem rõ, idem in vtroq; ſuadet, [f] & traditur late per docto. præſertim per Fel. in ſupraſcriptione ꝑmij Gregoriani. Nec vxor vidua, vel ſeparata peccat accipiendo illud incremẽtum dotis, ea ſalua, quia non recipit illud, vt vſuram ex mutuo palliato, ſed vt quoddam onus promiſſum a donante pro conſeruatione dotis acceptatum, tam cõtra ſe, q̃ pro ſe ab accipiente illam, ꝙ onus tanquam reale comitatur illam quo ad vſque deſinat eſſe dos, ſ̃ & aliorum, quæ ad hoc ſupra citamus. [g]

68 Per hanc eandem rationem poſſunt defendi ſtatuta illa terrarum, quibus cauetur, vt qui dotem promittit, & hæredes eius, quouſq; illam ſoluant, & maritus qui recipit eam, & hæredes ei⁹, quouſque illam reſtituant vxori viduæ, aut ſeparatæ certum quid ex centum ſingulis annis ſoluãt, quia, ſicut dictum eſt, nõ iubent illud ſolui, vt vſuram mutui veri, aut palliati, ſed vt quoddam debitũ certum ſubrogatum loco debiti incerti, qđ pro conſeruatione dotis tacite promiſit, qui eam dedit, & etiam tacite repromiſit eandem accipiens, iuxta ſupra dicta, quæ omnia videntur eſſe memorabilia.

69 *Cenſus perpetuus licite emitur.*

70 *Quamuis recenter conſtituatur.*

71 *Et an qui in vita, aut decem, aut plures annos.*

72 *Et etiam qui pro voluntate ſenditoris conſtitui poſſit.*

72 *Licet is ſimilior vſuræ, quam alij ſit.* & 74.

73 *Bartholomæus a Carança laudatur.*

73 Cen-

a Quæ colliguntur ex d. c. per ueſtras. & ca. fi. de diuor. & d.l. ubi adhuc. & l. pro onerib. C. de iure dotium. & d.l. Pompo.

b Arg.l.2. ff. de in. om. tu. c. præterea. de offic. deleg.

c Cap. cum dilectus, de conſuet. & c. cãm, qua. de reſcript. ca. cũ M. de cõſt. l. fi. C. de fidei. cũ multis addi tis per Fel. in d.c. cãm quæ, & per alios alibi.

d In repe. c per ueſtras. not. 6.

e Lib. 6. q. 1. ar. 2. de iuſt. & iure.

f L. unica. C. de cũſſ. lib. 11.

g Arg. ca. ex literis. de pignoribus. et præſ. c. ꝙ ueſtras. de dona. inter uirum & ux. & l. ubi ad huc, & l. ꝙ onerib. C. de iur. dot.

93 *Cenſus redimibilis quot conditiones requirat.*
74 *Quæ omnes, an probentur quibuſdam extraua.*
75 *Cenſus realis in perſona libera conſtitui nequit.*
76 *Nec perſonalis, nec ius pignoris.*
76 *Præſertim quoad forum exterius. et 78.*
77 *Venditor nihil perdit re empta pereũte.*
78 *Emptio cum pacto de retrouendendo, & in minori precio quando præſumitur vſuraria.*
79 *Emptio animalium, quæ non ſunt, ut uſuraria.*
80 *Cenſus realis pro rebus non neceſſarijs reip. pernicioſa.*
80 *Et perſonalis pernicioſior, & ſeq.*
81 *Homo liber non datur in pignus, neque in ſeruitutem ob debitum ciuile.*
82 *Et ſt venditio eius ualet.*
82 *Exhortatio ad perſonales cenſus diſſuadendos. 82. & 83.*

VIgeſimo ſecundo noto, qđ ex text & prædictis colligitur, magnæ quæſtionis eſſe, an & quando emptio, & venditio cenſus ſit, & cenſeri debeat vſuraria; de qua ſæpe in prælectionibus publicis, & conſilijs, atq; reſponſis ad interrogata datis locuti ſumus, & tandẽ in Manu. Conſ. Hiſpano,[a] paulo latius ſcripſimus, quæ in hoc commen. dilatauimus, pro quibus poſtea in eo. Manu. latinitate donato ſolum inſeruimus extrauag. ſęli. record. Pij V. infra relatam, remittendo nos ad hunc locum. Dicimus itaque primum, cenſum eſſe ius quoddam recipiẽdi aliquam penſionem pecuniæ, aut alterius rei vtilis in annum, menſem, aut aliud tempus.[b] Scđm, q antiqui dubitarunt, vt refert Inn. in c. in ciuit. de vſur. an licita eſſet emptio hmõi cenſus ẽt ꝑpetui, & antiq, & irredimibilis, qa paria eſſe videntur mutuare centum in viginti annos eo pacto, vt ſingulis annis mutuatarius reddat mutuanti quinque pro lucro, & emere cenſum annuum quinque pro centum. at illud palam eſt vſura per definitionem uſuræ ſup.[c] datam, ergo & hoc.[d] Sed contrarium ipſemet tenet Inn. recep. ibidem per omnes, qa cenſus antiquus eſt rei vendibilis,[e] & cõſequẽter iuſto precio emi põt,[f] ſimilior tamen eſt vſuræ quam emptio alicuius prædij, ſm Pet. Anch.[f] quam late refert Ioan. Anania.[g]

70 Tertium, q aliqui dixerunt, q non licet emere cenſum noue conſtituendum a cenſuario, quia non vł emi iure anteq̃ fit, & quia videtur vere fieri mutuum, & fingi venditio contra tit. plus valere qđ agitur. Sed communis tenet contra. Tũ quia nondum nata poſſint vendi.[h] Tum quia, in dubio nemo præſumitur fingere & peccare.[i] Tum quia, qua ratione aliqs põt donare alteri reditum annuum duorum, vel trium aureorum ſuper aliquo prædio ſuo, eadem poterit & vendere illum ei, vel alteri,[k] quæ eſt ratio Cõra.[l] & aliorum. q tñ parum valet, quia in conſtitutione cenſus per donationem nõ poteſt eſſe vlla fraudis vſuræ ſuſpicio, & in ea, quę fit per pecuniam ſic, quod à præfatis non animaduertitur, ſed omiſſa ratione illa probant alia præmiſſa concluſionem communem, q̃uis emptio cenſus noue conſtituendi ſimilior ſit vſuræ, quam emptio cenſus antiqui.

71 Quartum, quod licita ẽt eſt emptio cenſus in vitam emptoris, aut venditoris aut vtriuſque cum pacto, vt ſua morte finiatur etiam obligatio reſtituẽdi precium, quo conſtitit, iux. Inno. & cõem,[m] & late Panor.[n] q̃uis viſum fuerit alicui, Philippum Decium[o] contrarium ſenſiſſe, ſed ſi ſatis perpendatur, longe aliud eſt, quod dicit, & multæ aliæ coniecturæ occurrebant in caſu ei propoſito. Plus tamen obſtat extrau. illa noua ſęl. rec. Pij V. infra relata[p] in cuius. 18. gl. hoc tangemus. Quintum licitam ẽt eſſe emptionem cenſus in certos annos, vt ſex, decẽ, quindecim, aut viginti, quod ꝑſpicuum eſt, qñ penſio omnium illorum annorũ non eſt maior, q̃ precium, quod pro illa accipitur, ſed ſi maior ſit, v. g. ſi pro penſione decẽ in ſingulos annos centum aurei in quindecim annos darentur, ſuſpicio maipr ineſſet, ſempet tñ ſi precium fuit iuſtum, iuxta arbitrium boni viri, emptio licita foret, nec cenſeretur facta ad palliandas vſuras, vt declarauit Conrad. vbi ſup. q de hoc tamen idem vidẽ dicendum, q de proximo dictũ eſt, ꝑ ꝑdic. extrau. Pij V. & gl. 18. illi adiectam.

72 Hæc tamen emptio ſimilior eſt vſuræ, quam aliæ prædictæ. Sextum licitam eſſe emptionem cenſus perpetui redimibilis,

a In ca. 17. nu. 232.
b Arg. c. per uenit. de cẽſibus. & c. præterea. de iur. patr.
c Not. 7.
d Arg. l. illud. ff. ad l. Aquil.
e Inſt. de emp. in pri. & §. 1.
f In diſput. illa ſolẽni, q̃ incipit, An tiquis, & moder. temporibus.
g In d. cap. in ciuitate.
h L. nec em pt. ff. de contrah. empt. & legari, l. cum Titius ff. de tritico vino, oleo, lega. & ſtipulari, l. interdum. ff. de verb. ob.
i Cap. 2. de reg. iur.
k Arg. c. dudum. in 2. de elect.
l De contr. q. 79.
m In d. c. in ciuitate.
n In diſputa. 5.
o Conſ. 123
p Nu. 98.
q Quæ. 79. & 8.

nibilis,ideſt,quem vẽditor tollere, ſiue redimere pro ſua voluntate pót, ꝙ duo Pontifices in duabus extrau.ſuis declara runt,ſ.Mart.V.[a] & Calixt. [b] Notandum tamen eſt, prædictos Pontifices expreſſe non declaraſſe omnem emptionem cenſus,qui redimi poteſt,licitam eſſe, & ꝙ tali habendam, quia ſolum declarant ta les eſſe,quæ in ſuis extrau.referuntur,& cum certis modis,& conditionibus erat factæ.Quarum prima eſt,quod venditor certum prædium, in quo cenſus conſtitueretur aſſignabat.Secunda,ꝙ illud ſolum illius ſolutioni obligatum remanebat,& non ipſe,neq; alia ſua bona. Tertia,ꝙ precium iuſtum ſoluebatur.Quarta, quod ſtatim illud totum tradebatur. Quinta,ꝙ venditori optio dabatur totũ aut partem,quando,& quomodo melius ſibi videretur redimendi Sexta,ꝙ vendi tor ad redimendum cenſum non obliga tur.Septima,quod prædicto prædio peũte,cenſus periret.Octaua,ꝙ pdiũ,in quo cenſus conſtituebatur, redderet ſaltem tantum, quantum cenſus venditus valeret.

a In extra. 2.de emp.
b In extra. 2.eiuſd.tit.

73 Quas cõditiones iamdiu in hac Salmanticenſi Academia præd extrau præ legendo,nos collegimus,ſed poſt ea cele berrimus Doctor pater Bart.Caran.magnum Dominicanorum decus conterra neus noſter præfatas octo conditiones redegit in ſex,in ſumma Conciliorum [c] vbi poſtq̃ de Martino V. & Calixto III. tractauit,retulit præfatas eorum extrauag.* Septimum,quòd aliqui, de quib⁹ nunc eſt Sotus,[d] dicunt,in illis non probari ſecundam, & ſeptimam conditionẽ prædictarum, ſcilicet, quod ſolum prædium ſuper quo cenſus cõſtituitur,illius ſolutioni obligatũ maneat, & quod illo perdito etiam cenſus perdatur. dicũt.n. contextum illarum extrauagantium nó habere,quòd cenſus non poſſit a vẽditoribus exigi,ſi prædiũ cenſui addictũ periret,ſed ſolum habere precium pro cẽſu datum exigi nõ poſſe,& ꝙ ſi auctores earum ſenſiſſent, ꝙ nec cẽſus exigi poterat,etiam id expreſſiſſent,qui tamen noſtro iudicio male illas interpretantur.

c Pap.618. in his,quæ ſunt paruæ formæ,& in alijs, quæ ſunt medio. pag.387.
d Lib.6.q.5 art. 1.de iuſt.& iure.

74 Primò quidem,quòd non ideo id exprimere omiſerunt,quod aliud ſentirẽt, ſed eo quòd de illo non dubitarent, viſum quippè fuit eis, quod ſicut ſublato cęmento paries ei n.tens corruit,ſic pereunte prædio cui cenſus inhæret, ipſe quoque cenſus,perit,quia ſublato fundamento,neceſſe eſt corruere fundatum,[f] & ideo ſolum dubitabatur,an qui precia recepiſſent ad eorum reſtitutionem tenerentur, cum cenſus ob quos data fuerunt pereuntibus prædijs perirent,[g] & ad hoc dubium Pontifices reſpondent, quod non.

f Capi.cum paul.1.q.1
g Arg. c.cũ ceſſante cauſa,ceſſate eſſe ctus.de appell. & l.adigere.§.q̃uis.ff.de iu. patr.

Secundo,quod præfatæ extraua.tamquam rem multum dubiam declararũt, quòd venditores cenſuum, pereuntibus prædijs,ſuper quibus fuerãt impoſiti,nõ tenebantur ad reſtituendum precia pro eis accepta,at non fuiſſet res valde, neq; vllatenus dubia, ſi pereuntibus prædijs reſtaſſent obligati ad ſoluẽdum cenſus, qui acceperunt precia eorum: nam quãuis illa non periſſent,non tenebantur illi ad reſtituenda precia,nec ad redimendum cenſus,vt ex illarum tenore cõſtat. Octauum,quod in prima,& ſecunda editione Manu.Confeſſ nobis,ſicut,& alijs multis viſum fuit,prædictas extrau.non probare,illicitas eſſe emptiones redimibiles cenſuum,quæ fiunt abſq; omnibus conditionibus, cum quibus factæ fuerũt illæ, de quibus ipſę loquuntur,quia ſolũ probant illas ſufficere,vt illæ iuſtæ ſint, non autem probare,illas requiri,cũ longe aliud ſit aliquid requiri, & ſufficere, iuxta gloſſ.ſingul.[h] Propterea in prædictis editionibus diximus,aliquas ex prædictis conditionibus non eſſe neceſſarias & poſthac prædictus Sotus dixit in ſuma.[i] nullam prædictarum conditionum eſſe neceſſariam præter illam iuſti precij,& illam,vt venditor ad redimendum cenſum non teneatur.

h Ca. ſtatu tũ,in princ. verb. canonic. de reſc. lib.6.
i In lib.6.q. 5.art.1.de iuſt.& iur.

75 Nonum, quod poſt ſeriam meditationem viſum eſt nobis primam octo pdictarum conditionum eſſe neceſſariã. tum quia prædictæ extrauag.ambæ id ſignificant. tum quia in ea ſumus ſententia,vt cenſus in perſona libera conſtitui nó poſſit,ſaltem ſine vſuræ præſumptione, vt mox in dicto ſequenti probauimus. tum quia hic de cenſu reali, quia in bonis conſtituitur diſputamus. tum quia accidens ſine ſubiecto cõſiſtere nó pót,[k] & cenſus reſpectu pdiorum, in q- bus conſtituitur,eſt tanquam accidens. denique quia in nulla parte iuris agitur

k L ſi ſeruũ §.1.ff.de actio.empt. Bal.in l. 2. C.de bonor. poſſeſſ.cõtra tabul.

dę

de cenſu reali, qui pro re aliqua certa, non eſſet conſtitutus.

Admonemus autem nunc lectorẽ præfat. D. Barth. a Caranza, virum alioquin vigilantiſſimum, aut certe correctorem ſuæ ſummæ per nonnullam incogitantiam dixiſſe, vbi ſupra, primam conditionem eſſe, vt vendens deſignet, & exprimat rem aliquam, quam vendat, & alius emat tum, quia non habent extrau. præfatæ, vt is, qui vendit cenſum, vendat p̃dium, ſuper quo ille imponitur. tũ quia, alioquin vendens cenſum, venderet etiã prædium, quod contra ius, & omnem morem eſt. alioquin enim cenſus conſtitueretur ſuper re, & prædio mentis, & non vendentis. Mens autem eius fuit dicere, quod vendens debet deſignare rem aliquam ſuper qua imponat cenſum, & alius emat illum illi rei impoſitum.

77 Secunda etiam conditio, ſ. quod res illa ſola, ſuper qua cenſus imponitur, obligetur, ad id neceſſaria videtur. tum qa prædictæ extrau. id ſignificant, vt dictũ eſt in ſexto dicto. tum quia, ſi perſona venditoris cenſus, & alia bona ipſius ad eius ſolutionem obligata manerent, nó cenſeretur emptio cenſus realis, de quo agimus, ſed perſonalis, de quo nunc non loquimur. aut eſſet cõſtitutio pignoris, & obligatio ſecuritatis precij accepti, & ſolutionis cenſus, quod vſura eſſet pallia ta, quia contra naturam eſt venditionis, & emptionis, vt venditor ſe, & ſua bona ad perpetuam ſecuritatem rei venditæ obliget, cum res empta periens poſt tra ditionem emptori pereat, & non vendi-

a Toto titu. ff. & C. de peri. & cõmo. rei & ẽd.

tori. [a] Tum quia licet venditor cenſus iuſte ſe, ſuaque obligare poſſet, ad aſſecu randum, quod prædium ſuper quo impo nitur cenſus, eſt ſuum, & poteſt ſuper illo imponere illum cenſum, quia iure ad

b Tot. tit. ff. & C. de eui ctionib. & c. fi. de empt.

id tenetur ratione euictionis, [b] non tñ ex eo ſequitur, q̃ ſe debeat obligare ad ſoluendum cenſum illi prædio impoſitũ quamuis illud pereat; cum id iniuſtum ſit: ſicut venditor prædij tenetur quidem ad præſtandam cautionem de illius euictione; non tamen tenetur præſtare cautionem de ſoluendis fructibus eius, quãuis illud pereat, cum id iniuſtum ſit, & repugnans omni rationi iuris diuini, & humani.

78 Tertia conditio, ſcilicet quòd preciũ ſit iuſtum, quamuis nou ſit neceſſaria ad hoc, vt emptio cenſus ſine illo facta in foro conſcientiæ dicatur vſuraria, ſi verè venditor habuit animum vendendi cenſum, & emptor emendi eum: ſed ſic quoad hoc, vt non ſit iniuſta inducens obligationem ad reſtituendum, per ea quæ latè diximus, [c] & ad hoc, vt in foro exteriori non cenſeatur vſuraria, ſi quidem paruitas precij cum pacto de retro uendendo, præſumptionem vſuræ inter dum inducit, vt in Manu. Conf. [d] dictum eſt, præſertim in contractu emptionis, & venditionis cenſus, qui ſimilior eſt ali quo modo contractibus vſurarijs, quàm aliarum rerum emptiones, vt ſupra. [e] dictum eſt.

c In c. noui. de iud. not. 6. n. 70. & ſeq.

d Capi. 17. nu. 149.

e Eod. commen. nu. 77 & 78.

Quarta, ſcilicet, vt totum preciũ ſtatim ſoluatur, etiam neceſſaria videtur, etiam in foro conſcientiæ, quia emptor non debet credere, quòd venditor ſpon te dat dilationem ad ſoluendum preciũ (licet ipſe dicat) ſi quidem præſenti neceſſitate impulſus in ſuo prædio cenſus conſtituit, quemadmodum nec credere debet, eum, qui mutuum accipit, ſponte ſibi vſuras promittere, quamuis id ille affirmet, iuxta omnes poſt S. Tho. [f] qui dicunt, eum per quandam vim neceſſitatis promittere. Neceſſaria etiam videt in foro exteriori, tum quia illa dilatio partis precij data ab homine compulſo neceſſitate ad vendendum cenſum, quã dam ſimilitudinem mutui vſurarij ſigni ficare videtur propter ſimilitudiné maiorem, quam habet emptio cenſus, quã aliarum rerum emptiones, per prædicta in ſex prioribus dictis. Tum quia videt minus iuſto precio dare, qui ſtatim non ſoluit, ei qui neceſſitate ductus cenſum vendit. [g]

f 2. 2. q. 78. art. 1. ad 7.

g Arg. c. 1. de plus petitio. §. plus autẽ. inſlit. de actionib.

Quinta, vt ſcilicet, in totũ, vel in partes redimi poſſit etiam neceſſaria dici poteſt ad effectum, quòd eſſet iniuſta emptio cenſus, niſi plus pro eo daretur, interueniente pacto, ne per partes redimi poſſit, q̃ cum facultate redimendi p partes. Immo, & ad effectum ne vſuraria cenſeatur, niſi plus detur cum pacto de non redimendo per partes, quam cũ contrario, quia minus iuſto precio datur, propter quod, & facultatem redimẽdi, quæ ex pacto de retrouendendo deſcendit, poſſet fieri, vt interdum vſu-

raria

raria puteretur, vt ſupra tactum eſt.

Sexta, ſcilicet, quòd vendens non teneatur redimere, ſecundum omne eſt neceſſaria.

79 Septima, ſcilicet, quòd peremptа re cenſuaria perit cenſus, ex ſecunda ſequitur, & per eam probatur eſſe neceſſaria.

Octauo, ſ. vt prædij reditus æquet, aut ſuperet cenſum in eo conſtitutum nonnullis nō videtur neceſſaria, quia magis emptori cenſus, quam venditori fauet, ſi quidem venditor liberatur relinquendo prædium cum ſuo cenſu emptori, p ſecundam conditionem. Tum quia illa ex prædictis extrau. non videtur colligi, neque nos quando eas Salmanticæ prælegebamus, eam collegimus, ſed non eſt verum. Tum quia nemo emit cenſum ſuper prædio aliquo quod ſciat non reddere tantum. tum quia pro conſtituto habetur, vt diximus in Manua. Conf.[d] (ſecuti Ang.[b] & Maior.[c] & Silu.[d]) eum, q emit prædia, aut pecora, ab his, qui non habent, aut plura, quam habent, & ea eiſdem locat, vſurarium eſſe, cui ſatis ſimilis eſt is, qui emit cenſum ſuper prædio, quod non eſt, aut non tantos prouentus affert, quantus eſt cenſus. Decimū quòd per dicta concludimus tenendum eſſe, omnes prædictas octo conditiones reſpectibus prædictis neceſſarias eſſe.

a Capi. 17. nu. 219.
b Verb. uſu. 1. §. 7.
c In 4. diſt. 15. q. 46.
d Verb. uſu. 2. q. 6.

Primo per rationes ad earum probationes adductas.

Secundo, quia ſicut ſupra inſinuatum eſt eodem commētario,[e] omnis emptio cenſus, etiam antiqui, aliquam ſimilitudinem cum vſuraria habet, & multo maiorem emptio noui, qui per eam conſtituitur, q̄is ſit perpetuus, & ſine pacto facultatis redimendi, & tollendi, & longè maiorem emptio cenſus, cum pacto facultatis tollendi, & adimendi quæ adeo magna eſt, vt in prædictis extraua. dicatur quòd etiam factæ cum prædictis cōditionibus, quæ vſuræ præſumptionem, & iniuſtitiam diminuunt, pro vſurarijs a multis habebantur, & pro talibus diſſoluebantur, quouſque per eas declaratum fuit, eas, quæ cum illis factæ eſſent, licitas eſſe, ſignificando, reliquas, non eſſe pro talibus habendas.

e Anu. 76. & 79.

Tertio, quia pactum, quod de retroue dendo appellatur in qualibet cuiuſcūq; rei emptione adeo magnam vſuræ ſuſpitionem affert, vt ipſum, & defectus iuſti precij, pro vſuraria haberi eā faciat, iuxta gl. ſingul. c. cōqueſtus. de vſur. communiter recept. ſm Ant. Burgen. c. ad nr̄am de empt. & Decium.[f] Et conſtitutio noui cenſus ad habendam peream pecuniā ſine prædictis conditionis, videtur tantam, aut maiorem vſuræ ſuſpitionem inducere, quàm precij paruitas. Ergo illa cum pacto facultatis redimendi (quod in effectu eſt de retrouendendo) pro vſuraria cenſeri debet, ſi fiat ſine prædictis conditionibus, quæ hanc præſumptionem tollant.

f Conſ. 167

Quarto, quòd quamuis hęc ſententia neceſſario probari non poſſet contra eum, qui mordicus contrariam defenderet, tenenda tamen eſt, quia neque contraria probari poſſet contra eum, q hāc tueretur.

80 Et hæc eo maiore fauore digna eſt, quo magis facultatem dandi, & accipiēdi cenſum reprimit, quoq; magis conuenit vtilitati animarum, & conſeruationi rerum priuatarum, immo, & publicarū: ſunt enim plurimi, qui ſua bona huiuſmodi cenſibus onerant ad quædam minime neceſſaria, & ad quædā ſuperflua, immo & mala, qualia ſunt profana, vana, & interdum noxia, vel turpia, quo fit, vt dum nec cenſus conſtitutos ſoluere poſſunt, nec licentioſè viuendi conſuetudinem ſuſtentare, facile fidem fallant, & decoquant, & relictis vxoribus & liberis, cum magno publicæ, priuatæque rei detrimento ſolum vertant, & peregre in longinqua proficiſcantur, quæ materia delinquendi eſt amputanda, g etiam in his, quæ mediate tm̄ illam contingunt.[h] Confirmantur prædicta, eo q Inno. IV. grauiſſimus auctor, q̄is fuerit in primis eorum, qui dixerunt, licitam eſſe hāc emptionem cenſuum nouorum addit tamē omnes Chriſtianos ſe ab illa debere abſtinere, in quo nemo illi aduerſatus eſt. Ex quibus omnibus iuſtum eſſe intelligitur ſtatutum quoddam ſanctæ Mariæ Guadalupæ, cum eo, qnod in eius copioſo commentario dicitur.

g Ca. ex parte de cōſue. l. conueniri. ff. de pactis dot. & reſp. fouenda, c. ſi diligent. de ſo. compi h L. 1. ff. ſolut. matri.

81 Vndecimum, quòd ex his ſequitur, non eſſe tenendum id, quod prædictus Sotus. tenuit,[i] & Couarr.[k] nempe licere alicui cenſum conſtituere ſuper ſua ſola perſona, ſine deſignatione aliquorum bonorum,

i Lib. 6. q. 5. art. 1. de iuſti. & iur. k Li. 3. c. 7. variar. reſo.

bonorum, quod etiam ante tenuit Conrad.[a] Contra quos faciunt primo conclu ſio præcedens, & omnia eius fundamẽta.

Secundo, quòd contrarium eius, quod Sotus dicit, affirmant Innoc. Hoſtiẽ. Ioã. Andr. Anchar. Ant. & Card. Panor. & Io. Anania in c. ciuitate. de vſur. & Panor.[b] & Angel.[c] Barth. Caſſa.[d] Lau. Rodul.[e] S. Anton.[f] & ferè omnes.

Tertio, quia eſt inuentio noua, qua nunquam Reſpub. Romana, ſaltem poſtea quam Chriſtiana facta fuit, vſa eſt, nec paſſa, vt cenſus, & penſio in perſona libera conſtitueretur, quomodo in prædio aliquo conſtituitur. Quare tanquam res inſolens, & noua, maliq; exẽpli able ganda eſt.[g]

Quarto, quia eiuſdem Reipub. Romanæ legibus cautum eſt, ne liber homo pignori detur,[h] neq; in eo ius reale, quod ius pignoris dicitur, conſtituatur: adeo, vt creditor, qui tale pignus accipit pœnã incurrat,[i] certum eſt, ius cenſus maius onus, q̃ ius pignoris eſſe, quia per pign⁹ nihil aliud dat debitor, quàm debiti ſecuritatem, & per cenſum ſic,[k] & ob id q pecunias habet mauult emere cenſum, quam eas pro pignore dare.

Quinto, quòd quamuis, ſecundum leges Reipubl. ſeu veteris teſtamenti Hebræorum, poterat ſe debitor, filioſque ſuos in quandam ſeruitutem tradere, vt ſacra ſcriptura ſignificat[l] licet non eſſet vera omnino ſeruitus, vt dicit S. Tho.[m] quamuis item tempore, quo leges duodecim Tabul. inſtitutæ fuerunt Romæ, quo tempore adhuc Reſpubl. inculta, & minus humana, & minus morata erat, debitor, qui vnde ſoluere non habebat, ſe ad tempus creditori in ſeruitutem dabat, vt Bud. in annotationibus ad Pãdec. tit. de in diem addict. & alij declarãt, ex illa tamen duritia multa mala, & magnũ periculum Reipubl. Romanæ euenisſe, narrat Titus Liuius[n] qui libr. 7. ſcribit, iuſſum fuiſſe, ne quis fœneraretur. Et libr. 8. ait ob quandam crudelitatem, & turpitudinem, quam quidam creditor in adoleſcentem quendam ſuum debitorẽ exercuit, omnes debitores ab obligatione corporum Senatum liberaſſe, ſanciẽdo, vt bona debitorum, & non corpora accipi poſſent. Et Solon videns, quòd homines propter facilitatem conſtituendi pignoris in ſuis perſonis inueniebãt, qui ſibi mutuo ad vſuras darent, & ſe illis onerabant, ſtatuit, vt nemo pignori ſuum corpus ob mutuum acceptum dare poſſet, vt refert Plut. libr. de vitanda vſur. quanto magis ſanxiſſet, ne cenſus conſtitueretur, cum (ſicut dictum eſt) cenſus ſit grauius onus pignore.

Sexto, quia facultatem conſtituendi cenſus in ſolis perſonis inducere, eſſet, nos ipſos ad illam duritiam antiquã magnorum malorum fontem reducere.

82 Septimo, quòd quamuis tenerem⁹, poſſe aliquem ſe vendere, aut ſe alicui ad tempus, aut perpetuo in ſeruum tradere, eo quòd licitum ſit, ſecundum ius naturale, & diuinum, & non prohibitum humano, tamen non ideo licitum eſſet in ſe manente libero ius cenſus conſtituere, quia lex humana iuſta vetat, ne in perſona libera ius pignoris poſſit conſtitui, libera ea manente, & conſequenter nec ius cenſus quod minus, quàm pignoris eſt. Neque dubium eſſe poteſt, quin interrogatus legislator idem de cenſu, quod de pignore reſpondiſſet, & ita habendum pro lege.[o]

Octauo, quòd quamuis rationes partis aduerſæ probarent, hunc cenſum redimibilem in ſola perſona abſq; alia bonorum deſignatione coram Deo licitè conſtitui poſſe, apud homines tamẽ cenſeretur conſtitui ad palliandas vſuras. Nam ſi alicuius prædij emptio cum pacto facultatis redimendi dum libuerit ſæpè vſuraria cenſetur, c. ſignificante. & c. illos vos. de pign. & ſi aliquot grauiſſimi doctores tenuerunt emptionem cenſus noui, etiam perpetui, & ſuper prædijs abſque perſonæ obligatione conſtituti vſurariam habendam eſſe, etſi alij multi tenuerunt, ſaltem emptionem cẽſuum redimibilium talem exiſtimandã eſſe, etiam cum prædictis octo conditionibus, hanc præſumptionem minuentibus fieret, & ſi adeo magnum dubiũ fuit vt a duobus ſummis Pontificibus oportuiſſet reſolui in præfatis extrau. 1. & 2. de emptione, quòd eſſet licita illa, quæ cum prædictis conditionibus fieret: quis dicere audeat, cenſum in perſona ſola conſtitutum cum facultate redimendi non eſſe cenſendum vſurarium.

Nono, quòd contraria opinio præcludit

a De cõtractib. qu. 74. & 75.

b In diſput. 5 col. penult.

c In ſumm. verb. uſu. §. 78.

d In Cata. glor. mun. par. 12. concluſ. 99.

e In c. ſalubrit. de vſu. 2. pa. q. 11.

f 2. par. ti. 1 cap. 8.

g Ca. ex parte. de conſu. & ca. lquis neſciat. 11. diſt.

h C. 2. de pignor. l. ob es alien. C. de oblig. & act. & l. 2. C. q̃ res pign. oblig. poſſint.

i Auth. immo. C. de obliga. & act. §. quia vero. auth. ut nulli iud. coll. 9.

k Vt colligitur ex le. 1. ff. de pigno. c. 2. de vſu. adiunct. ca. conſtitutus de relig. domibus.

l Leu. c. 25. & 4. Reg. m 1. 2. quæ. 105. ar. 4.

n Libr. 1. ab vrbe condi.

o Iux. gl. ſin gu. l. tale pact. §. q pro uocauit. ff. de pact.

dit viam mutui gratuiti petitioni, eo ꝙ quiuis pecunia egens erubeſcet petere gratuito ab alio, cum reſponderi ei poſſit, conſtituat iuſtum cenſum pecuniæ, q̃ petit, quod per viam emptionis, & non mutui recipiat, cum ſupra ſuam perſonam tam facile illud conſtituere poſſit, quàm facilè poteſt eã ſolutioni eius obligare. Et ita quadantenus ianuam charitati claudit, & cupiditati aperit; pauci enim gratis mutuarent, cum mallent in pretium cenſum tradere, oſtiumque vſuris palliatis aperire. *

83 Multa deniq; alia inconuenientia in ferri ex contraria opinione monſtrabã hoc in loco ſerm. Hiſpano, quo a Chriſtiana Reipub. exploderetur, & nemini arrideret, ob quæ ſcio in prætorijs Hiſpaniæ tam ſæcularibus pſertim ſupmis, q̃ Eccleſiaſticis decretum fuiſſe, huiuſmodi cenſum perſonalem verè, vel præſumptiuè ſaltem vſurarium eſſe iudicandum. In quorum oĩum locũ ſubijcio extrauag. illius opinionis expultricẽ, quam fœl. rec. Pius V. poſt noſtrũ in vrbem appulſum edidit, auditis ſatis, & perpenſis, q̃ nos in hoc 22. no. notabiliter ſcripſim⁹ ſuggerente illa ei eruditiſſimo probatiſſimoq; viro Doctore Corneio, ſiue Cornelio Luſitano, vtriuſq; ſignaturæ referẽdario, qui noſter olim fuit auditor ardẽtiſſimus, & ob id minerualib⁹ inſignibus magno cum gaudio à nobis ibidem donatus, quem tãdem egregiam laudem in vrbe meritum, ad præmia æterna, vt pie creditur, a ſũmo Rege gloriæ Chriſto vocatum, non ſine magno, ſed pio dolore in eadem extulimus.

84 *Extrauagans Pij V. de modo cõſtituendi cenſus.*
85 *Cenſũ in conſtituendo ſeruanda octo etiam olim ſeruata.*
85 *Imm & alia totidem.*
86 *Cenſus ut non poteſt poni ſuper omnibus bonis.*
87 *Cenſu ſuper cenſu poni poſſe.*
88 *Cenſus precij ſolutio præſens, & fraudatur.*
88 *Et quod non ſufficiat teſtatio Notarij de confeſſione receptionis.*
89 *Solutio anticipata vt ualet hic minus.*
89 *Compenſationi cur non eſt hic locus.*
90 *Fortuiti caſus renunciatio in hoc caſu non valet, & optatur, nè etiam in alijs contra ius ordinarium renũciaretur.*
91 *Cenſuariam rem vendi potius emptori, quam alij ſubdurum. & 92.*
93 *Laudemium ob rem cenſuariam vendi tam & debetur.*
94 *Cenſus precium nequit eſſe debitũ, nec debendum.*
95 *Cenſus contractus, & emphyteuticus in hoc differunt.*
96 *Cenſum redimendi facultatem nec immemorialis præſcriptio tollit.*
97 *Præſcriptio immemorialis, ut fortior centenaria.*
98 *Forma contra, uel præter datam facta non ualent.*
98 *Cenſus qui contra formam extrauagantis conſtituti ualent.*
98 *Cenſus perpetuos quales non includit hæc Extrauagans.*

PIVS EPISCOPVS SERVVS ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

CVM onus Apoſtolicæ ſeruitutis obeuntes cognouerimus, innumeros celebratos fuiſſe, & in dies celebrari cenſuum contractus, qui nedum non continentur intra limites a noſtris anteceſſoribus eiſdem cõtractibus ſtatutos: verũ etiam, ꝙ deteri⁹ eſt, contrarijs oĩno pactionibus, propter ardẽtem auaritiæ ſtimulum, legum etiam diuinarũ manifeſtum contemptum præſeferunt: non potuimus, animarum, prout tenemur, ſaluti conſulentes, & piarum mentium petitionibus etiam ſatisfacientes, tam graui morbo, let hiferoq; ueneno ſalutari antidoto nõ mederi. Hac igitur noſtra conſtitutione ſtatuimus, cenſum, ſeu annuum reditum creari conſtituiue nullo modo poſſe, niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de ſua natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus deſignata ſit. Rurſum, niſi uere in pecunia numerata, præſentibus teſtibus, ac Notario, & in actu celebrationis inſtrumenti, non aũt prius recepto integro, iuſtoq; precio. Solutiones, quas uulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus Conuentiones directe, aut indirecte obligantes ad caſus fortuitos eũ, q alias ex natura cõtract⁹ nõ tenetur, nullo modo ualere uolum⁹: quemadmodũ nec pactũ auferens,

aut reſtringens facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitã; quia volumus rem ipſam ſemper, & libere, aut ſine ſolutione laudemij; ſeu quinquageſimæ, aut alterius quãtitatis; vel rei, tã inter viuos, q̃ in vltima voluntate alienari. Vbi aũt vendenda ſit, uolumus Dominum cenſus alijs omnib⁹ præferri, eiq; denunciari conditiones, quibus vẽdẽda ſit; ẽt per menſem expectari. Pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambiũ, ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria, ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubiectã, ſeu aliq̃ eius partem amittere, aut aliud ius eodem contractu. ſiue aliunde acquiſitũ p̃dere, aut in aliq̃ pœnam cadere ex toto irrita ſint, & nulla. Imo & cenſum augeri, & nouum creari ſuper eadem, uel alia re, in fauorem eiuſdem, aut p̃ſonæ per eum ſuppoſitæ pro cenſibus t̃pis, vel præteriti, vel futuri omnino prohibemus: Sicut ẽt annullamus pacta continentia ſolutiones onerum ad eũ ſpectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non ſpectarent. Poſtremo cenſus omnes in futurum creandos, non ſolum re in totum, vel pro parte peremptã, aut infructuoſa in totum, uel pro parte effectã, volumus ad ratam perire; ſed ẽt poſſe pro eodem precio extingui: non obſtante ẽt longiſſimi t̃pis, ac immemorabili, immo centum & plurium annorum præſcriptione: & non obſtantibus aliquibus pactis directe, vel indirecte talem facultatem auferentibus quibuſcumq; verbis, aut clauſulis concepta ſint. Cum vero traditione precij reditus extinguendus erit, volumus per bimeſtre ante id denunciari cui precium dandũ erit; & poſt denunciam, intra annum tamen, ẽt ab inuito p̃cium repeti poſſe: & ubi precium, nec volẽs intra bimeſtre ſoluat, nec ab initio intra annum exigatur, uolumus nihilominus q̃cunq; reditum extingui poſſe, p̃uia tamen ſemper denuncia, de qua ſupra: & non obſtantibus his, de quibus ſupra, idq; obſeruari mandamus, ẽt q̃ pluries denunciatũ fuiſſet, nec vnq̃ effectus ſecutus fuiſſet. Pacta ẽt continentia p̃cium cenſus extra caſum prædictum ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliã cauſam repeti poſſe oĩno prohibemus, cõtractuſq; ſub alia forma poſthac celebrandos feneraticios iudicamus. Et ita illis q̃ea nõ obſtantibus, q̃dquid vel exp̃ſſe, vel tacite, cõtra hac noſtra mãdata dari, remitti, aut dimitti contingat, a fiſco volumus poſſe uendi cari. Hanc aũt ſalutiferam ſanctionem, nedũ in cenſu nouiter creando, verum etiam, & in creato quocunq; t̃pe alienando, modo poſt publicationem cõſtitutionis creatus ſit, perpetuo & in omnibus ſeruari volum⁹. Declarantes precium ſemel cenſui conſtitutũ, numquam poſſe ob temporum, aut contrahẽtium qualitatem, ſeu aliud accidens, nec quoad vltimo contrahentes minui, vel augeri. Et licet legem ipſam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes, in quos ſub alia forma peruenerũt cenſus, hortamur in Domino, vt ſingulos contractus cenſuræ bonorum religioſorum ſubij ciant, & animarum ſaluti conſulant. Non obſtantibus, &c. Dat. Romæ Anno 1568. 14. Kal. Febr.

QVoniam quidem in Man. Confeſ.[a] diximus nos huic extrauag. hoc in loco addituros eſſe aliqua: quoniam item quidam amici illuſtriſſimi ordinis Societatis Ieſu, viri egregia pietate, & eruditione, attulerũt ad me multa circa præfatam extrauagantem dubia, quæ ſibi, & alijs ſui ordinis poſt eam editam occurrerunt, paulo maiorem, quàm putaram commentarium in eam faciam. Addendo primo 17. gl. Deinde, quærendo, & breuiter decidendo multa, quæ ad hanc Extrauagantem propius attinent.

a Cap. 17. nu. 234.

Prima igitur gl. fuerit, quod per eam probatur ſeruandas eſſe, in cuiuſq; cenſus conſtitutione, omnes octo conditiones, quas ſupr.[b] diximus ſeruatas fuiſſe in conſtitutionibus cenſuum, de quorũ iuſtitia vel iniuſtitia, interrogati reſpondent Martin. V. & Calixtus III.[c]

b Anu. 73

c In præfat. extraua. 1. & 2. de emptio.

Prima quidem, q̃ cenſus debet cõſtitui ſuper re certa, probatur in illis verbis, *niſi in re immobili, &c.*

Secunda, q̃ illa ſola res remaneat illi cẽſui ſubiecta, ibi, *rem cenſui ſuppoſitam.*

Tertia, q̃ precium iuſtum detur. ibi, *iuſtoque precio.*

Quarta, q̃ totum precium ſimul ſoluatur, ibi, *non prius, &c.*

Quinta, q̃ vẽditor poterat redimere totum vel partem. ibi, *extingui poſſe.*

Sexta, q̃ venditor non obligetur ad redimendum. ibi, *ab initio.*

Septima, quòd re cenſuali pereunte

cenſus

cenſus pereat. ibi, *re in totum, vel in parte perempta.*

Octaua, q̃ res cenſualis reddat tantũ quantus eſt cenſus. ibi, *frugifera*, quamuis enim nõ dicatur expreſſe, quãtæ frugis debeat eſſe, ſatis tamẽ ſignificatur, q̃ debeat eſſe tãtæ, quantus eſt cenſus, alioqui nõ ſatis apte diceretur *frugifera*, iuxta materiam ſubiectam, iuxta quam verba ſunt intelligenda. [a]

a L. ſi uno. §. 1. ff. locati. & c. intelligentia, de uerb. ſign. b co. nu. 75.

Glo. 2 quòd hæc extrauag. probat, q̃ non ſolum non poteſt conſtitui cẽſus ſuper ſola perſona conſtituentis iuxta conditionem primam, vt ſupra [b] cõtra Scotum probauimus: ſed neque ſuper aliqua re corporali, vel ſpirituali: niſi ſit res immobilis, aut quæ pro immobili habeatur ſitque frugifera, & finibus certis deſignata, quod colligitur ex illis verbis Statuimus, &c.

86 Ex quo infertur, non valere cenſum quem quis ponit generaliter ſup bonis ſuis, nec vniuerſaliter ſuper omnib⁹ bonis ſuis, nullo certo prædio cũ ſuis limitibus ſiue confrontationibus, deſignato, immo neque aliquo prædio deſignato, qđ pridem vidi Legione Hiſpaniæ practicari. Tum quia hæc extrauagãs clare habet, nõ poſſe conſtitui, niſi in re immobili deſignata, at per illum modum conſtituebatur nõ ſolum in re deſignata, ſed etiam in omnibus alijs bonis conſtituentis illum. Tum quia ratio, qua Pius Quintus fuit motus ad ſtatuendum, debere rem eſſe certis finibus deſignatam, fuit, vt perdita, vel pereunte illa, periret & cenſus, etſi ſuper ea, & alijs bonis non deſignatis conſtitueretur, non periret, q̃ infra paulo latius repetitur, donec alia quoque perirent.

87 Secundo, ſequitur poſſe cenſum conſtitui ſuper annuo reditu, quia licet ille non ſit proprie res immobilis, habeẽ tñ pro re immobili per tex. iuris optimũ clem. exiui. [c] & conſequenter poſſet cõſtitui cenſus ſuper cenſu maiore, vel æquali iam antea cõſtituto, p quod reſoluitur vnũ de p̃dictorum Patrum dubijs.

c §. cumq; annui redditus de uerb. ſign. cui concordat. c. 1. ſ adiun. gl. recepta ĩ uerbo iura, de reb. eccl. non aliena. lib. 6.

88 Glo. 3. quòd hæc extraua. addit duas alias nouas cõditiones ad cenſus cõſtitutionem requiſitas vltra prædictas octo, nempe, quòd precium cẽſus ſoluatur in pecunia numerata, & coram notario, & teſtibus, q̃ videãt illã realiter tradi, quę forma nouiſſima eſt, cui tamẽ audio fieri fraudem duobus modis. Altero monſtrando quandam quantitatem pecuniæ quam non numeratam tradit venditori cenſus, qui cẽſeatur recipere integrum precium cenſus a ſe conſtituti, per quod non videtur fieri ſatis contextui huius extrauagantis, quæ ſic habet, *Rurſus niſi vere in pecunia numeratæ præſentibus teſtibus, ac Notario, & in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius recepto, integro, iuſtoque precio.* Per quæ ſignificatur, quòd notarius, & teſtes debent videre ſolui precium integrum in pecunia numerata, ad quod non videtur ſufficere oſtenſio, & traditio partis pecuniæ, etiã cum confeſſione vendentis cenſũ, quòd recipit totam, [d] quatenus probat, maius eſſe probare ſolutionem factam numerando pecuniam realiter, quam probare quod pars fuit confeſſa eam recepiſſe. Videtur etiam, quòd non poteſt pars remittere ſaltem in præiudicium fiſci, ne teneatur emptor ſoluere totum preciũ in numerata pecunia adnumeratum, vt vocant, per verſiculum, & ita. Altero modo fit, quòd emens monſtrat totũ preciũ & tradit illud totum numerando, ita qđ notarius, & teſtes poſſunt ferre teſtimoniũ de numeratione totius precij, ſed poſtea per cõuentionem antea ſecreto initam illico in abſentia eorum reſtituit vẽdens partem pecuniæ, quam prius ab emente receperat, & debebat. Harum autem cautelarum prior videtur parũ tuta in foro exteriori, eo quòd non probatur per eam realis numeratio totius precij, quam extrauagans requirit. Altera vero tutior eſt, niſi probari poſſet, q̃ ante traditionem totius precij fuit conuentum, vt accipiens illud redderet ſtatim illam partem, quæ debebatur emptori cenſus, quoniam qui ſic ſoluit, vt ſtatim reddatur ei ſolutum, non liberatur. [e]

d Arg. l. 1. & ult. C. de dote cauta non num.

e L. qui ſic ſoluit. ff. de ſolut.

℣ Eſt tamen quæſtio quotidiana, & magni ponderis. An præſuppoſito, quòd vẽdens cenſum debet emptori centum antea ob aliquas cauſas recepta, & poſtea recipit illa centum in partem precij, q̃ alteram præfatarum cautelarum, an emens tuto in foro conſcientiæ poſſit recipere cenſum ita conſtitutum, & ſolutum? Et videtur quòd ſic: tum quia vere coram Deo totum precium ſoluit;

tum quia magis prodeſt vendenti cenſum, qui antequam conſtituat illum tem poribus opportunis, tradit partem precij eius; & expectat ſolutionem aliquando ſeſqui anno, & aliquando anno, vel biennio ſine vllo lucro, quam qui ſoluit totum in ipſa conſtitutione cenſus, inci piendo ſtatim lucrari. [a] Tum quia lex fundata in præſumptione non habet locum in foro conſcientiæ, quãdo veritas eſt contraria. [b] At is rigor ſoluendi totum precium in conſti utione cenſus in pecunia videtur inductus à Pio ad præcludendam viam malis dolis, & cautelis quibus ementes cenſus male ſoluebant precium in pannis, & alijs mercibus antea, vel tunc traditis, vel in pecunia numerata ad ludendum, aut in alios fines vanos, vel malos, & ita non videtur includere quoad forum conſcientiæ illos, qui bona fide vtilius, vel æquè vtiliter anticipauerunt ſolutionem totius, vel partis cenſus, ac ſi in ipſa conſtitutione ſoluerent.

a Arg.c. 1. de plus pet. & §. ſi quis agens. inſti. de actio.

b cap. is qui c. tua. cũ eis annotat. de ſponſ.

89 Glo. 4. quòd hic eſt caſus, in quo, qui dat ante tempus, non videtur dare plus, immo minus, cum tamen regula contra rium habeat, [c] eſt item caſus, in quo nõ fit compenſatio etiam de liquido ad liquidum, [d] licet enim Ioannes conſtitutu rus, & venditurus cenſum Petro debeat ei mille quingenta; non poteſt tamẽ Petrus paciſci cum Ioanne, vt illa, quæ debet, vel eorum aliquam partem accipiat in ſolutionem alicuius partis mille quin gentorum ſibi pro cenſu ſoluendorum. Ratio harum fallentiarum, videtur eſſe præcluſio viæ fraudis vſurariæ ſupra tactæ: ſicut & ratio, quæ contra petentem depoſitum non admittitur compenſatio eſt exuberantia illa bonæ fidei, quæ ſeruanda eſt in depoſiti redditione. [e]

Iux. præd. c. 1. de plus peti. & §. ſi quis agens. inſti. de act. d Cont. reg. l. ulti. C. de compenſat.

e Iux. c. fin. de depoſit. & per alia iura per eĩ gl. citata.

90 Glo. 5. quòd alia conditio, & ita vndecima requiritur in cenſuum conſtitutione, ne ſcilicet derogetur vlli exceptioni caſus fortuiti, niſi ei, qui naturæ contractus conueniat, & conſequenter nota caſum, in quo renunciatio caſuum fortuitorum, non valet contra regulam legis, ſed & ſi. §. quæſitum. ff. ſi quis caut. quatenus probat ſecundum communem intelligendi modum, quòd licet genera lis renunciatio non obſtet excipienti de caſu fortuito, nocet tamen ſpecialis, immo, & generalis, quoad caſus ſimiles, alijs ſpecialiter renunciatis, [f] quod vtinam omnes Monarchæ in ſuis Monarchijs idem ſtatuerent, etiam in alijs materijs: quandoquidem quamplurimi partim ignorantia, partim incogitantia, partim deſiderio adipiſcendi aliquid ex timore ne illud alias eis negetur, faciunt renunciationes a iure exorbitantiſſimas & Notariorum ſtylo ad formam obligationum Cameræ, quæ tot ſacris canonibus & legibus derogat, ampliatiſſimas, & poſtea per eas omnia ſua bona, quib⁹ ſe, ſuoſque ſuſtentabant, perdunt, decoquunt, & fugiunt, aut carceribus incluſi, fame pereunt. quibus renunciationibus nullis, quod ſciam, legibus, tam obuiatũ eſt, quam Luſitanis.

f Arg. c. qui ad agendũ de procur. lib. 6.

91 Glo. 6. q⁹ duodecima conditio æquiſſima ſeruanda eſt in conſtitutione cenſus, nempe, quòd eum conſtituens, nõ ſe obliget, ad non alienandum rem cenſui ſubiectam; propter quam memini pridẽ reſpondere cuidam viro doctiſſimo, qui multos cenſus emerat, & ſuſpicabat eorum inſtrumenta non ſatis licite dicta ta, vt faceret tolli, vel remitti aliquot cõditiones, quas tabellio inſtrumento inſeruerat, quarum vna grauiſſima erat, q⁹ dominus prædij cenſui ſuppoſiti, non poſſet illud vendere: immo caderet illud in commiſſum, ſi venderet illud ſine conſenſu ipſius; quod profectò nullatenus contractui cenſuali conueniebat, ſed ſolum contractui emphyteutico, cuius natura longe aliena eſt a contractu cenſuali. [g]

g Per ea, q̃ habentur in l. 1. & 2. C. de iur. emphy. & in c. cũ dilectus. de reli. domi. & alibi ſæpe.

92 Glo. 7. q⁹ additur decimatertia conditio, quæ eſt in fauorem ementiũ cenſus, ſcilicet quòd præferatur alijs in emptione rei cenſuariæ, & adeò quidem, vt venditurus eam, teneatur denũciare ante menſem domino cenſus conditiones, & precium, quæ ſibi offerũtur, quo poſſit eam, ſi voluerit, emere, offerẽdo eadẽ quæ profecto conditio, mea ſententia, iuſte potuiſſet omitti. Tum quia nullo iure alio illa probatur. Tum quia hoc fuit facere quadantenus de contractu cenſuali contractum emphyteuticum contra notata in d, c. cum dilectus. de relig. domibus. tum quia domino emphyteuſis debẽt illa prærogatiua ratione directi dominij, quod habet in re emphyteutica, [h] quale

h Iuxt. l. 1. ff. ſi ager uectig. uel emphy. petatur & §. adeo. inſtit. de locato.

quale emptor cenſus non habet, nec vn quam forſan habuit in re ſuo cenſui ſub iecta,ſed ſeruanda eſt hæc conditio, qã ea placuit principi,[a] nec video vllam rationem,quæ magis iuſtificet huius oneris impoſitionem, quàm quòd ipſa minuit facilitatem imponendi cenſum prę dijs,quæ multorum ſit cauſa bonorum, vt prædictum eſt.

93 Glo.8.quòd aliqui parum caute colligunt ex hac extrauag. q̃ ex nulla venditione rei cenſui ſuppoſitæ debet laudemium, quod ad ſummũ eſt quinquageſima pars precij, [b] non enim fuit intentio legislatoris, liberare a laudemio prædia,quod alia ratione, quam cenſuũ in eis poſitorum debetur, ſed quod dominus rei cenſuariæ poteſt vendere illã non ſoluendo laudemium ei, qui habet cenſum in ea, niſi alia ratione teneatur ei.Conſtitutio enim Principis intelligẽda eſt ſine præiudicio tertij. [c]

Glo.9 quòd hæc extrauagans inducit multa ſpecialia in ſolutione cenſus.Primum,quod propter moram ſoluendi illum non incurritur vlla pęna amiſſionis rei cenſuariæ,vel partis eius,etiã ſi conuentio de illa incurrenda præcederet. [d]

Secundò, quòd non incurritur etiam obligatio ad intereſſe lucri ceſſantis, ẽt ſi cõuentio de illa incurrenda pcederet.[e]

Tertium, quod non incurritur etiam obligatio ſoluendi certas impenſas, & certa ſalaria, & impenſas iuramẽto partis liquidandas. [f]

An autem idem ſit dicendum de obligatione damni emergentis? Et videtur, quòd non: tum quia de illo nullam facit mentionem, tum quia non obſtant illa verba,quibus annullantur conuentiones deſoluendis certis expenſis, & certis ſalarijs,& expenſis iuramento eius qui fecit, liquidandis; quoniam ſolum videtur reſpicere conuentiones illas duras, quæ ſolebant imponi ab ementibus cenſus,vt ſi die præſtituto non ſoluerit,cenſuarius teneretur ad ſoluendum certũ, idemque nimium ſalarium, & certas, eaſdemque nimias expenſas nuncio mittendo ad recipiendum cenſum, quia illæ nimiæ coram Deo non debentur. Tum quia iure naturali debentur creditori a moroſo debitore impenſæ moderatæ, & ſalarium iuſtum, iuxta illud Pauli. § *Reddite omnibus debita*,& infrà. *Nemini quidquam debeatis*,& iux.illud. [h] *Dignus eſt mercenarius mercede ſua*. Et qui cauſam damni dat,damnum dediſſe videtur, [i] in quibus fundatur damni emergentis obligatio. Quare iuſte poteſt petere emptor cenſus non ſolum illum,ſed etiam damna,quæ paſſus eſt ꝓpter moram ſoluendi,mittendo nũcios, faciendo impenſas moderatas, non quidem ratione conuentionis deſoluendo tantum, aut tantum pro ſalario, & impenſis, ſed ratione legis naturalis diuinæ,& humanæ, qua præcipimur ſoluere proximis debita iuſta, & damna eis a nobis iniuſte illata, aut quorum fuimus cauſa.

94 Gloſſ.10 quòd etiam alia conditio, quæ erit 14.neceſſaria eſt ad conſtituendum cenſum, nempè, quod non conſtituatur pro cenſibus iam decurſis, & debitis,vel decurrendis, ob quos nec augeri poteſt cenſus antea poſitus,nec imponi nouus ſuper eadem re,& neque ſuper alia emptori priori cenſus, & licet dici poſſet hanc conditionem contineri ſub illa,quæ requirit,vt totum precium ſolnatur tempore conſtitutionis cenſus, & quod nullum debitum accipiatur in ſolutione totius precij,vel partis eius. Eſt aduertendum,quòd non probatur hic illud,quod aliqui putarunt,nempe, quòd conſtituens cenſum in aliqua re,non poteſt augere illum cenſum,vel ponere nouum emptori prioris,quia ſolum ſtatuitur,vt non poſſit id fieri pro cenſibus decurſis, vel decurrendis.Quare ob pecuniam noue dandam recte poteſt augeri,vel nouus imponi.

Glo.11. quòd etiam eſt alia conditio quæ erit 15. in conſtitutione cenſus neceſſaria,nempe,quòd conſtituens non ſe obliget ad ſubeunda alia onera, quæ alias iure ſubire non debet, præter quàm ad ſoluendum cenſum,puta, vt ſuſcipiat hoſpitio familiares eius,cui debetur cẽſus,donec illa redimatur,pro quo faciũt per contrarium tres leges tituli C. ſine cenſu, & reliq. fundum comparari non poſſe.

95 Glo.12.quòd cenſus creati,& creandi poſt hanc Extrauagantem poſſunt redimi in totum,& pro parte,& quòd non ſolum pereunt peremdta re,cui ſint im-

a Argu.l.1. ff. de conſt. princi. & l. proſp. ff qui, & a quib.

b Iuxt.l.3. C.de iu.em phyt.

c Ca. ſuper eo.de off.de leg. & l.2. §. ſi quis a principe. ff. ne quid in loc.pub.fiat d Cont.reg. c.ſuam. de pœnis, & l. ſtipul. iſta. §.aiteri. de verb. oblig. e Cont. regu.l.3.ff de eo ꝙ cert.lo. & c.cõaſt. iun.gloſſ.de vſur. f Cont. reg. c.1. de pac. & l.1. & l. iuriſg. & l. legit. ff de pactis.

g ad Ro.13

h Luc.10.

i Cap. fi.de iniur. l.qui occidit. ff. ad l.Aquil.

poſiti, ſed etiam pars eorum pro rata partis peremptæ. Et quòd paria ſunt, rem perire, vel infrugiferam fieri, quia ita perit cenſus ob hoc, vt ob illud, quæ nuſquam alibi ſic declarata ſunt. Ex ex his, [a] colligitur vna grandis differentia inter cenſum emphyteuticum, & inter alios cenſus annuos alio modo comparatos.

a Adiunct. l.1.C.de iu. emph.

Glo.13. quòd duo alia noua inducuntur alterum in fauorem ementium, nẽpe quod venditor volens redimere illũ, debet emptori denũciare ante duos mẽſes, quàm redimat, & illis lapſis, põt cogi intra annum ad redimendum illum, alterum in fauorem debentium cenſus, videlicet, quòd denuncians velle redimere, ſi non redimat illum voluntarie in fine duorum menſium, nec cogatur intra annum redimere, non poteſt poſtea cogi ad redimendum, nec poteſt repelli a redemptione eo, quòd ſemel, aut pluries denunciauerit, ſe velle redimere, ſi intra annum a renunciatione non cogatur id facere, & conſequenter colligitur hinc vna exceptio illius regulæ, quod ſemel placuit.[b] Caue tamen ne damnes obiter contextum huius legis propter verbum, denunciam, bis poſitum, pro verbo, denunciationem, quia de negligentia correctoris, & non barbarè dictantis contigiſſe videtur.

b De reg. iuris. lib.6.

96 Glo.14. quòd hic ſit declaratio vtiliſſima debentibus cenſum, nempe, qđ facultas redimendi, quandocunque volunt, facta præfacta denuntiatione, non põt tolli abis pacto, nec præſcriptione etiam immemoriali, nec centum annorum, per quam declarationem ceſſat illa grandis difficultas, an facultas redimẽdi cenſum vlla temporis præſcriptione tollatur.

97 Glo.15. q̃ alia eſt immemorialis p̃ſcriptio, & alia centum annorũ, quod eſt verum ſm oẽs.[c] Nota ẽt, q̃ contextus ſignificat, præſcriptionem centum annorum eſſe maioris virtutis, quam immemorialem, dictio enim immo, eſt implicatiua, iuxt. gloſ. receptam,[d] ſicut & dictio etiam, & implicat caſum dubitatorem, iux. l. etiam. ff. de minor. & ita dum textus ait; *non obſtante præſcriptione immemoriali, imò nec centum annorum*, ſignificat hanc eſſe maioris virtutis, quam immemorialem, ſed contrarium eſt verũ.

c In c. cum nobis. de præſcrip. & c.1 eo. lib.6.

d In l. iuriſgent. §. quin immo. ff. de pact.

Maioris quippe virtutis eſt immemoria lis, quam centum annorum, quia hęc nó prodeſt ſine titulo ad præſcribendũ ea, in quibus præſumptio iuris eſt contra præſcribentem, illa vero ſic, per textum iuncta gloſſa, & eis annotatis,[e] quia habet vim tituli.[f] quam non habet ſpaciũ centum annorum, ſm omnes in dictis locis. Ideoq; dicendum eſt verbum illud, imò, huius extrauag implicare quidem alium caſum, & ita probare id, quod prę notatum eſt, nempe aliam eſſe præſcriptionem immemorialem, & aliam centenariam, ſed non implicare caſum vere dubitatiorem, ſed qui poſſet apparere dubitatior alicui, qui crederet pſcriptionem centenariam eſſe maioris virtutis, quàm immemorialem, eo, quòd opinio glo. Panor. & communis in c. cum vobis. de præſcrip. habet, quòd probata prę ſcriptione immemoriali, non eſt probata cẽtenaria. Contra quam tamen præfatus Couarruuias validis argumentis tenet.[g]

e In c.1. de præſcr. li. 6.

f Ca. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſig. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & eſt.

gIn c. poſſeſſor. de regul. iur lib.9. par. §.3. n. 9. ſecutus Card. in c. ſi diligeod. tit.

Circa quod videntur tria dicẽda. Primum, quòd proculdubio immemorialis eſt maioris virtutis, quam centenaria, vt prædictum eſt. Secundum, quod ex præfata communi opinione, non inferẽ contrarium huius, vt palam eſt. Tertium, q̃ mea ſententia, facile conciliari poſſunt præfata communis opinio, & contraria Card. & Couar. dicendo, quòd illa intelligatur de vera probatione, hæc vero de præſumpta, inter quas quoad hanc materiam præſcriptionis, eſt illa magna differentia, quòd præſcriptio immemorialis iudicanda eſt inualida, ſi probeẽ, vere cum mala fide illa fuiſſe continuata, non autem ſi ſolum prę ſumptiuè fuerit mala fides probata, vt colligitur ex citatis per præfatum Couar.[h]

h 2. pa. §. 8.

Gloſſ. 16. quòd nullo pacto ſtatui poteſt, vt precium a conſtituente cenſum inuito repeti poſſit ob pœnam, vel aliã cauſam, niſi quando denunciauit velle ſe redimere, quia tunc intra annum cogi poteſt ad reddendum precium, vt prędictum eſt.[i] * Ex quibus infertur, q̃ opinio Inno. in c. ciuitate. de vſur. ſcilicet q̃ poteſt conſtitui cenſus redimibi is, ita vt conſtituens teneatur redimere illum poſt tres, vel quinque, vel decem annos, non eſt nunc tenenda, ut inſinuatum eſt ſupra.[k]

i Nu. 95.

*k Nu. 78.**

98 Glo.

98 Glo. 17. quòd conſtitutio cenſus facta ſub alia forma, q̃ contenta in hac extraua cenſenda eſt fœneratitia. Pro quo facit principium c. prudentiam. de offic. del. quatenus habet, non ſolum facta contra formam eſſe nulla, ſed etiam facta contra formam, quòd ibi Panor. Fely. & alij vtiliter declarant. Aduertendum tamẽ, q̃ contextus loquitur de contractibus tãtum, & ita non videtur damnare conſtitutiones cenſuum etiam redimibilium, per viam legati, fideicommiſſi, vel aliam vltimam voluntatem in alia forma, quã iſta factas,[a] imò nec factas per omnes cõtractus, quia non includit factas per donationes, & alios contractus gratuitos, q̃ uis donatio inter viuos ſit contractus, ſecundum oẽs, etiam nominatus, ſm veri[9] loquentes poſt gl.[b] Idipſum videtur dicendum de conſtitutione cenſus per viã dotis, vel ſponſalitiæ largitatis, ſeu donationis pp nuptias, vel donationis alicuius eccleſiæ, vel capellæ ad aliqua diuina officia facienda, licet non ſit cõtractus gratuiti,[c] immo videntur excludi omnes conſtitutiones cenſuum, quæ nõ fiunt per emptionem, & venditionẽ, vel alium contractum ſibi æquipollentem, per quem quis conſtituit alteri cenſum in re ſua ob aliquod precium. Tum quia ſolum diſponit de ijs, quæ precio accepto conſtituuntur, vt colligitur ex verſi. Rurſum. Tum quia ratio præſumptionis fraudis vſurarum, in qua fraudatur, ceſſat in illis, & conſequenter ipſa ceſſabit.[d]

Glo. 18. q̃ hæc extrauag. non ſolum videtur includere cenſus redimibiles poſt eam conſtituendos, ſed etiam irredimibiles. Tum q̃ generaliter ſine vlla diſtinctione de omni cenſus conſtitutione, & vẽditione loquitur, & ita generaliter eſt intelligenda.[e] Tum quòd etiam cenſus irredimibilis poteſt in fraudem vſurarũ cõſtitui, & vendi, & ita ratio edendi hãc extrau. videtur habere locum in illo, & conſequenter ipſa.[f] Dixi, poſt eam conſtituendos, quia conſtitutos antea nõ includit, etiam ſi ſint redimibiles, vt habet finis eius. Hanc autem ampliationẽ, ſiue declarationem reſtringo ad cenſus irredimibiles temporales, vel perpetuos qui eodem ferè precio, quo redimibiles conſtituuntur, qui tamen vix iuſte poſſunt ſic conſtitui, & ita nunquam, vel rariſſimè huic extrauag. erit locus in cenſu perpetuo irredimibile iuſte conſtituto, non enim videtur hæc extrau. includere illos perpetuos irredimibiles, qui longe maiore precio, & quaſi duplo quã redimibiles, conſtituuntur, eo quod nulla penitus facultas redimendi fiat vendi tori: quoniam in illis videtur ceſſare ratio præſumendi mutuum uſurarium, cũ ceſſet facultas redimẽdi, & paruitas precij, quod illa facultas minuit, arg. c. cum ceſſante cauſa, cum concord. de appell. Hactenus de gloſſis, nũc aũt de q̃nib⁹.

99 *Cenſus qualis contra formam imponitur per ſententiam.*

100 *Cenſus per ſententiam creatus an pro parte redimatur.*

101 *Creditor regulariter an teneatur accipere debiti partem.*

102 *Obligatio dandi natura, & effectu diuidua.*

103 *Solutio partis debiti quæ incommoda.*

104 *Cenſus an ſolius pecuniæ numeratæ liceat.*

PRima quæſtio eſt, vtrum cenſus annuus poſſit conſtitui per ſententiam iudicis condemnantem alteram partem ad ſoluendum mille, vel cenſum annuũ, donec illa ſoluantur. Et pro parte affirmante, facit primo, quòd huiuſmodi sẽtentiæ frequenter in Hiſpania feruntur, & exequuntur, quo verbo nunc vtimur in paſſiua ſignificatione.[g]

Secundo, q̃ licita eſt obligatio, qua quis obligatur ad aliquid faciendum ſub pœna, tam iure canonico,[h] quã ciuili,[i] & nõ ſolum per contractum, vt in dictis legibus, ſed etiam per vltimam voluntatem.[k] Et quod etiam per ſententiam iudicis de iure canonico, caſus eſt in d. capit. ſuam.

100 Tertiò, q̃ debitor non ſolum tenẽ ſoluere ſortem, ſed etiã intereſſe, quod paſſus eſt creditor,[l] quæ pro eo quod inter. profer. ergo iudex poteſt condemnare debitorem ad ſoluendum debitum & intereſſe, at per ſententiam præfatam iudex illud prætendit: ergo poteſt id facere.

Quarto, quòd cui licet, quod eſt plus, licet quod eſt minus.[m] At minus & vti-

a *Arg. l. cũ prætor. ff. de iud. & cap. nonne. de præſump.*
b *In l. legitima ff. de pact. & in l. ſi quis argentum. §. fi. C. de do.*
c *Arg. l pro onerib. C. de iur. dot. c. p eſtras. de don. inter vir. & vxo. & c. 1. de cenſib. & c. ſignificatũ. de præb.*
d *Arg. c. cũ ceſſante. de appell. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. pat.*
e *Arg. l. de precio. ff. de publicia. in rem. actio. & c. ſolitæ. ſub finem, de maio. & obed.*
f *Arg. l. illud. ff. ad l. Aquil.*
g *Sicut Vlp. in l. qui pro trib. iuncta gl. verb. exequuntur. ff. de re iud.*
h *C. dilecti. de arb. & c. ſuã de pen.*
i *L. qui fidẽ ff. de trãſa. & l. cũ pro ponas. C. de dolo.*
k *L. 1. C. de his quæ pẽ. nom. & in §. fi. inſt. de legat.*
l *L. 1. C. de ſent.*
m *C. cui plẽ cum ibi cit. de reg. iur. lib. 6.*

lius debitori eſt, q̃ condemnentur alternatiue ad ſoluendum mille, vel cenſum eorum, donec illa ſoluerit, quam ſimpliciter ad ſoluendum mille, ergo ſi poteſt condemnare ſimpliciter ad ſoluendum mille, poterit etiam condemnare ad ſoluendum mille, vel cenſum eorum annuum, donec illa ſoluerit.

Pro parte autem negante facit primò q̃ cenſus non poteſt conſtitui licitè alio modo, quã quo p̃dicta extrauagãs determinat, & hic modus cõſtituendi per ſententiam eſt longe alius ab eo.

Secundo, q̃ per contrariam opinionẽ daretur via facilis ad conſtituendas vſuras, qui enim vellet mutuare centũ, mille, vel plura ſub vſuris, & qui vellet ea ſic mutuari, facile poſſent conuenire, vt mutuaturus tradat illa mutuatario, & vocet eum ad iudicium, ad ſoluendum illa ei, & mutuatarius confiteatur ſe debere illa; ſed non poſſe ſoluere: & quòd eſt contentus, vt condemnetur ad ſoluendũ ea, vel cenſum eorum annuum, donec ea ſoluerit.

Tertio, quòd non licet dare alteri aliquid conſiſtens in numero, pondere, vel menſura, ſiue mutuare cum pacto pœnali quòd ſi non ſoluerit ad certum termi num, ſoluat aliq̃ pœnam, quia id eſt dare tacite ad vſuram, vt ſentiunt Bar. & Salic.[a] & ante ipſos Inno. communiter receptus,[b] & latius Lud. Rom.[c]

Pro concordia ab vtraque parte allegatorum, videtur diſtinguendum: an lis fuerit mota ſuper rebus conſiſtentibus in numero, pondere, & menſura, an ſup alijs; quod priore caſu nõ valet, poſterio re vero ſic. Ratio diuerſitatis colligitur ex ipſismet argumentis ſupra formatis, nempe, q̃ pœna pecuniaria impoſita cõtra debitorem rerum mutuabilium præſumitur impoſita in fraudem vſurarum: impoſita autem ſuper alijs minime, niſi ſaltem fuerit impoſita a cõſueto fœnatori.[d] Vnde ad argumentum primum, pro parte negante formatum reſpondetur, q̃ hæc extrauagans non habet locũ, niſi in conſtitutione cenſus per contractum vt in gl. 17. dictum eſt, & quæſtio mouet ſuper cenſu per ſententiam conſtituto.

Nec obſt. q̃ p ſniam quaſi contrahit̃,[e] & q̃ a contractu ad ſniam arguitur.[f] Tũ, qa id regulariter non vr verũ,[g] neq; vllo caſu, in quo ratio diuerſa. diuerſum ſuadet, & in propoſito noſtro eſt diuerſa ratio, quia in conſtitutione cenſus per contractum præſumi poteſt fraus vſuraria, q̃ in ſententia iudicis non præſumitur, niſi ferret illam ſuper rebus mutuabilibus, qualem diximus non debere cenſeri validam, ſaltem in foro exteriori.

Per quod ipſum rñdetur ad alia duo argumenta pro parte negante facta. Ad argumenta vero pro parte affirmante facta, reſpondetur, illa ſolum probare cenſum poſſe conſtitui per ſententiam latã ſuper alijs rebus, quam mutuabilibus, quod noſtra concordia concedit.

Quæ tamen diſtinctio, & cõcordia videtur ſeruanda in foro exteriori, nõ aũt in foro conſcientiæ, quia ſi vere coram Deo, iudicis & partis victricis animꝰ fuit vt altera pars condemnaretur in aliqua ſumma, & obligare illam ad ſoluendum cenſum annuum pro vſu illius pecuniæ, in qua eum condemnauit, in neutro foro eſſet ſeruanda ſententia coram Deo, & in foro conſcientiæ. ſi autem fuit animus condemnandi debitorem in illa ſũma, & ad ſoluendum annuum cenſũ, donec eam ſoluat, tanquam intereſſe, vel pœnam contumaciæ, in vtroq; foro valebit, ſi in vtroq; caſu intereſſe, vel contumacia inueniatur, per illam rationem firmam, quòd lex vel diſpoſitio fundata ſuper præſumptione, non habet locum, quando rei veritas habet contrarium.[h]

Neq; obſt. dictũ Inno.[i] quatenus hẽt adiectionem pœnæ non cenſeri in fraudem vſurarũ factã, niſi cũ creditor erat aſſuetus fœnerari, quia, i. verũ in alijs cõtractibus q̃ mutuo, in mnuo. n. ſemper p̃ſumitur adiecta in fraudem vſurarũ.[k]

101 Secunda quæſtio, an condemnatus ſoluere mille, vel cenſum eorum, donec illa ſoluerit, ſuper alijs rebus, q̃ mutuabilibus, ſuper quibus talem condemnationem fieri poſſe in prima quæſtione dictum eſt, poſſit ſoluere particulatim, & cogere creditorem ad recipiendam ſolutionem particulatim.

Pro huius parte negante, facit primo quidam l.[l] quatenus habet debitorem centum per obligationem, & conſignationem quinquaginta non liberari a ſolutione vſurarum, quas debet pro centum.

Se-

a *In l. cum proponas. C. de dolo.*
b *In d. cap. ſuam.*
c *In conſil. 510. nu. 13*
d *Iux. gl. in l. pœnã. ff. de vſur.*
e *L. 3. §. idẽ ſcribit. ff. de pecul.*
f *L. ſi procu. ff. de procu.*
g *L. inter ſtipul. §. 1 ff. de uer. obl.*
h *Ca. is qui fidem. & c. de ſponſalib. cũ eis annotatis.*
i *In c. ſuam de pœn.*
k *Iux. gl. in l. rog. aſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert. pet. cõiter recept. a Bar. & alijs*
l *L. tutor. §. Luc. ff. de vſur.*

Secundo facit l. plane. ff. fam. ercis. qua tenus habet particularem ſolutionem incommoditatem afferre.

Tertiò quod creditor nō poteſt petere partē ſummæ debitæ coram iudice, qui de tota ſumma cognoſcere poteſt, debitore id opponente, vt tradit Barto. communiter receptus [a] qui habet cōmodātē duas res, poſſe petere vnam ex illis ſeparatam a commodatario, cōmodātē autem unam, nō poſſe petere partē eius.

Quarto, ꝙ cōmunis opinio tenet hāc concluſionem cum gloſ. [b]

Pro parte vero affirmante, vrget primo hæc extrauagans, quæ determinat quemlibet cēſuarium poſſe ſoluere particulatim pecuniam in precium cēſus accepta ad liberandum ſe a ſolutione cenſus pro rata. Nec obſtat, quod iuxta vltimā gloſ. huic extrauaganti non eſt locus in cenſibus, qui per alium modū, quam per emptionem & venditionē, aut aliū contractū ei non æquipollentem conſtituitur, quia id uerum eſt quatenus continet formam contrahendi cenſum, non autem quatenus cōtinet formam diſſoluendi, & tollendi illum propter rationē diuerſitatis, eo, quod in ſublatione cenſus, non timetur fraus uſuraria, ſicut in eius conſtitutione, & ita hæc extrauagans videtur niti iure humano antiquo, & cōi, quatenus diſponit poſſe redimi cenſum per partes, ꝑſupponendo ꝙ debitum quantitatis poteſt ſolui per partes.

Secundo vrget prædicta l. quidam exiſtimauerūt. quatenus ſine vlla reſtrictione generaliter habet. Prætorē humani [c] facturum, ſi coegerit creditorem ad accipiendā debiti partem, quæ offertur ei. Nec obſtat reſpōſio gloſſæ, & communis, quę reſtringit legē illam ad debitorem, qui confitetur partem debiti, partē vero negat; qm̄ ex nullis verbis legis, nec alius totius iuris colligitur illa limitatio. cū nulla talia ſint, quæ de tali confeſſione, vel negatione loquantur.

Tertio facit, ꝙ debitor Reipublicæ poteſt ſoluere particulatim ei debitum, [c] quæ habet, receptores Reipublicæ cōfitendo ſe recepiſſe partem rei debitæ Reipublicæ, adeo liberare debitorē quo ad illā, vt exceptio nō numeratæ pecuniæ nequeat ei opponi. At idē eſt caſus in l. placuit. [d] quatenus hēt rōnales, ſiue receptores publicos teneri ad recipiendā debiti ſolutionem tributorū Reipub. debitorum particulariter factam, modo tribus vicibus ſoluatur totum, ergo a fortiori debitor priuate perſonæ poterit id facere, arg. authent. multo magis. [e]

102 Quarto vrget, ꝙ obligatio de dando quantitatē eſt diuidua natura, & effectu, ita ꝙ præſtatio partis liberet debitorē a ſolutione illius quoad illā partē, [f] ex quo Bart. ibi. nu. 2. cōiter receptus id colligit, & obligatio de qua loquimur, eſt de dando quātitatem: ergo eſt diuidua.

Quinto vrget. l. ſi ſtipulatus ſum, [g] vbi ſine vlla exceptione habent hæc verba. *Qui decē debet, partem ſoluendo liberatur.*

Sexto, ꝙ nihil obſtat his duobus proximis argumētis dicere, ꝙ illa procedūt in ſolutione partis facta creditori eo volente. Tū quia nulla eſt lex, neq; canon, qui hoc ſic limitet. Tū qa præfatus §. & harū. ponit differentiā inter obligationē de dando quantitatē, & de dando hominē, & ait Iuriſc. ꝙ hæc eſt indiuidua effectu, i. ꝙ nō liberat ſolutio partis quoad partē, illa vero ſic. at cōſtat ꝙ etiā debitor generis liberat quoad partē volente id creditore, [h] *Satisfacere alicui dicimur, cum eius deſideriū adimplemus*: ergo in obligatione dandi quantitatem ſolutio partis, etiam nolente creditore, liberat quoad partem. Equidem hoc argumentum adiunctum duobus proximis irrefragabiliter probat hanc concluſionem, quā exerte affirmauit eruditiſſimus Alciat. [i] faciens regulam, quod regulariter poteſt cogi creditor ad capiendam ſolutionem partis oblatæ, niſi cum nimis minutatim offertur.

Septimo facit ratio, qua tam Paul. Iuriſconſultus, [k] quam comminiſcentes in illum ponunt differentiam inter ſtipulationem dandi quantitatem ab vna parte, & inter ſtipulationem facti, vel dādi hominem ex altera, quo ad hoc, vt illa dicatur regulariter diuidua, hæc autē regulariter indiuidua, eſt enim illa rō, qđ raro cōtingit, vt ſolutio partis quantitatis, quoad illam ſit notabiliter incōmodior, quā ſolutio totius quantitatis quo ad totam quantitatem. Per quam rationem tollitur cōſideratio illa magnæ incommoditatis, qua ſe munit contraria opinio ad dicendum, quod particularis

ſolutio

a In l. incōmodati, §. duab. ff. cōmod.

b l. quidam exiſtimauerunt, ff. de reb. cred.

c l. Glt. C. de apoch. publ. lib. 10.

d C. de coll. fund. patri.

e C. de ſacroſ. eccl. & c. cum incūbis de elec.

f l. 2. & §. & harum. ff. de verb. oblig.

g §. qui decem. ff. de ſolut.

h Arg. l. ſatisfactio. ff. de ſol. & l. ſi rē. §. omnis. ff. de pign act. & l. 1. ff. qui ſatisd. cog. ibi.

i In d. l. quidā exiſtimauerūt. n. 12.

k In dic. §. & harum.

ſolutio multas incommoditates adfert, quia id non eſt regulariter verum, cum debetur quantitas.

Octauò facit cõſideratio Philippi De cij, & Alciati [a] ſcilicet, quod ratio illius legis, nempe, vt diminuantur lites, æque habet locum in debitore confitente totum debitum, ac in confitente partem tantum, quoniam per acceptionem partis oblatæ in vtroque caſu minuitur lis quoad illam partem. Cum ergo omnes fateantur cogendum eſſe creditorem recipere partem confeſſam, quando alia pars negatur, etiam cogetur, quando nihil negatur, præſertim, quod abſurdum videtur, vt melioris conditionis ſit negans & contumax, quam confitens, & obediens, cum magis fauendum ſit obedientiæ, quam contumaciæ. [b]

Nono facit illud argumentum Alciati, quod niſi hanc partem teneamus, cogemur dicere legem duodecim Tabularum. quæ debitum defuncti diuidit inter hæredes proportionibus hæreditarijs, [c] fuiſſe iniquam creditoribus, nam per illam hæredes poſſunt pro parte debitum ſoluere: quod tamen non potuiſſet defunctus facere ſecundum contrariam opinionem, & tamen tam ipſa, quã noſtra confiteri cogitur conditionem creditoris non debere fieri peiorem ex perſona hæredum. [d]

103 Decimo facit, quod licet omnes hæredes debitoris teneantur defendere ſe per vnum procuratorem, ne cõditio creditoris fiat peior per multiplicationem perſonarum hæredum, hæredes tamen creditoris non tenentur petere ſuas partes debiti per vnum, [e] cuius ratio nulla alia dari poteſt, quam quod ſolutio partis debitæ quantitatis, non inducit incõmoditatem ſaltem notabilem creditori.

Ad primum oppoſitorum, quod eſt contrariæ opinionis Achilles, [f] reſpondet Philip. Dec. [g] ſecutus Fulgoſium, q ſequitur tertiam ſolutionẽ gloſſæ illius legis, videlicet, quod loquitur in debito vſurario, ſiue quod debetur ſub vſuris. Ratio ſpecialitatis eſt, quod vſuræ ſunt quaſi pœna, quæ non excuſatur per reſolutionem partis, [h] & quaſi debitum ſub conditione, & quodam euentu, qđ non tollitur niſi conditione in totum adimpleta, & euentu in totum ſecuto. [i]

Ad ſecundum reſpondent Decius, & Alciatus, quod particularis ſolutio tunc eſt incommoda notabiliter, quando multiplicantur perſonæ, a quibus exigendũ eſt debitum: & ideo boni iudicis eſt, vt in iudicio familiæ erciſcundæ debita, & nomina defuncti diuidat inter hæredes, vt quædam illorum integra adiudicet vni hæredi, & quædam alij, ſic ut non cogantur omnes hæredes petere ſuas portiones ab omnibus creditoribus, quod eſſet valde graue, quodque nullatenus cõtingit in propoſita quæſtione.

Ad tertium reſpondetur, quod ille. §. duabus. loquitur de toto ſpeciei, & eius parte integrali, non autem de toto quãtitatis, & eius parte quantitatiua, & ita dictum Bart. de creditore quantitatis, q̃ non poteſt petere partem eius, non probatur ibi, & contra eum tenẽt multi Doctores, quos additio ipſius ibi citat, & ẽt Iaſon, quem illa non citat [k] ſignificat cõmuniter teneri contra Bart. quod creditor petens quinquaginta a debitore, probando, quod debentur centũ, debet obtinere ſententiam in quinquaginta.

Ad quartum reſpondetur, quod communis opinio ideo tenuit partem contrariam. quia non ſatis perpendit prædicta, quæ efficaciter illam reprobant: & quoties unus melius, quã multitudo ſentit, eius eſt ſententia ſequenda, [l] licet regulariter ſit tenenda communis ſecũdum Ioann. Andr. [m] quem & alios citat, & ſequitur ibidem Felin. num. 54. & non vnus tantum, ſed multi, & in his Decius & Andr. Alciat. qui pro ſuo acumine, & profunda eruditione multis æquipollẽt, eam defendunt, & mea ſententia, quam etiam in Manuali Confeſſ. [n] inſeruimus, quoties utraque opinio claſſicos auctores habet pro ſe, parũ eſt tribuendũ numero, & multũ rõnibus & fundamẽtis.

104 Tertia quæſtio, an per hanc extrauagantẽ vetetur conſtitui cenſus in alia re, quam in pecunia numerata. Ad quã quæſtionem reſpondeo, quod non. Tum quia ex nulla eius parte poteſt id colligi. Dum, quia hoc tenet Innoc. communiter receptus, [o] & ita non ſolum poteſt conſtitui, & emi annuus cenſus pecuniæ numeratæ, ſed etiam vini, frumenti, & cuiuſcunque alius rei, quamuis in nonnullis Regnis Hiſpa. ante aliquot annos ſtatu-

a In d.l. quidam exiſti.
b c. quanto, 2. q. 4. ca. 1. §. nos igitur de poſtu. pl.
c Iuxt. l. 2. C. de hered. act.
d l. 2. §. ex his. ff. ſi Ser hor. oblig.
e l. iam tamen. ff. iudi cat. ſolui. f. ſ. in l. tut. §. Lucius, ff. de Vſur.
g In dict. l. quidam exiſtimauer.
h l. in executione, §. ſi parte, ff. de uer. obl.
i . . cui fundus, ff. de cõdi. et demõ.
k In l. ſcire debemus ff. de uer. obli. num. 12.
l l. 1. §. ſed neque. C. ſi Ser. iur. enucl. & argum. c. capell. de fer. &c. Nican. 31. diſt.
m In ca. 1. de conſt.
n capit. 27. nu. 286.
o In c. in ciuitat. de uſuris.

ſtatutum fuerit, ut non conſtitueretur niſi in pecunia numerata, imo & legibus cautum fuit, quantum deberet eſſe precium eius. Vnde in Aragonia debẽt ſolui viginti pro vno, ſiue ad rationem 5. pro 100. & in Regno Nauarræ ad rationem 7. pro 100. & in Regno Caſtellæ ad rationem 7. pro 96. imo & cenſus antea conſtitutos in alijs rebus redegerunt in cenſus pecuniæ numeratæ ad rationem prædictam. Pius autem Quintus in hac extrauaganti, neque determinauit, vt cẽſus conſtituatur in ſola pecunia numerata, neque quantum precium debeat p eo ſolui. Vnde quamuis in vrbe communiter ſoluatur ad rationem 7. pro centũ audiui tamen aliquos ſoluere, aut ſoluiſſe octo pro centum. Audio item Regem Catholicum Philippum II. nunc in Regno Neapolitano erigere Montẽ in quo ſoluũtur nouem annua pro centum, ſcio etiam in aliquibus partibus Galliæ conſtitui cenſus ad rationem 10. pro centũ, nec mirum, quia precium rerum pro varietate gentis, terrarum, & temporum, & pro copia, vel penuria ementium, vel vendentium, aut mercium, vel pecunię numeratæ variantur, [a] & apud omnes conſtat, cenſum eſſe mercedem quandã emibilem & vendibilem.

a Iux. l. precia rerũ, ff. ad l. Falci. & annot. ei per Doctor. & tacta ẽt per nos in Man. Conſ. c. 23. n. 86.

105 *Ius diuinum an humanum continet hæc extrauagans.*

105 *Ius quod eſt naturale vel diuinum, & quod humanum.*

106 *Cenſus conſtituendi forma Papæ, an vbique ſit ſeruanda.*

106 *Lex, quæ Papæ ligat Reges omnes, & eis ſubditos.*

107 *Ius contentum in hac extrauaganti eſſe uariæ ſpeciei.*

108 *Extrauagantem hanc, qua parte conſuetudo, aut non uſus tollet.*

QVarıa quæſtio, cuius deciſione præ dicta extrauagans recte intelligi, & in praxim deduci poſſit, fuerit, an hęc extrauagans ſit naturalis, & diuini iuris declaratoria, an humani tãtum inductoria? quod enim ſit iuris naturalis, & diuini declaratoria, facit proœmium eius, quatenus habet, auctorem eius motum fuiſſe ad tollendos contractus cenſuales qui fiebant in diuinarum legum contẽptum, cum magno animarum periculo, & quatenus poſtea ſub finẽ iudicat, omnes contractus cenſuales ſub alia forma, quam ab ea præſcripta eſſe fęneraticios & conſęquenter contra naturale, diuinumq; ius factos, cum omne fęnus vtroque illo iure damnetur, vt copioſe probatum eſt ſupra. [b]

b notabi. 7. nu. 8.

Quod autem humani tãtum iuris ſit inductoria facit, quod ſub finem declarat non extendi eam ad præterita, & cõſtat conſtitutionem iuris naturalis, vel diuini declaratoriam extendi ad præterita, vt tradit Panorm. [c] & Fel. [d] & probatur ea firma ratione, quod omnis conſtitutio declaratoria iuris antiqui extenditur ad præterita, [e] & palam eſt ius naturale eſſe antiquius, cum ab exordio rationalis creaturæ cæperit eſſe, [f] & etiam diuinum poſitiuum antiquius omni Põtificio humano. [g]

c In ca. fin. de præſcrip.
d In c. fi. de conſt. fel. 2.
e c. ex anti quis 54. di. cum ei annot. per Do minic. & in auth. de æ quali. dotis collat. 2. §. 5.
f 5. diſt. in princ.
g Arg. cap. ſunt quidã 27. q. 1.

Pro reſolutione igitur huius quæſtionis, dicendum primo, multa in ea contineri, quæ ſunt iuris naturalis, & diuini, & multa quæ iuris humani. Nam iuris naturalis, & diuini eſt, contractum fęneratitium eſſe reprobum per dicta ſupra notabil. 7. quod ex hac conſtitutione colligitur, eiuſdem iuris videtur etiam eſſe, quod cenſus non conſtituatur in re, quæ non ſit frugifera, cum contra naturam rei ſit, cenſum, qui eſt quidam fructus, capi de re infrugifera, nam eadem ratione Doctores concludunt, vſuram eſſe contra ius naturale, cum illa ſit quidam fructus, & capiatur ex pecunia, quę eſt res infrugifera.

Eiuſdem iuris videtur etiam eſſe, qđ cenſus non conſtituatur, niſi in re immobili, cum res mobilis ſine ſui totius, uel partis conſumptione non poſſit reddere fructum, & cenſus eſt quidam fructus, q de aliqua re ſine ipſius peremptione colligitur. Iuris autem humani eſt, quod precium ſoluatur in ſola pecunia numerata, & coram Notario, & teſtibus, & q venditio rei cenſuariæ, cum contigerit fieri, ante bimeſtre denuncietur cenſuario, & quod ille præferatur alijs emptoribus, & multa id genus alia, quæ ex ſolo iure naturali, & diuino non poſſunt per bonam cõſęquentiam educi, & quæcunque non ſunt talia, quamlibet rationabilia ſint, non cenſentur eſſe iuris naturalis,

turalis,& diuini, ſed humani. [a] Ex quibus infertur quod iuris humani eſt illa grandis particula, *Contractusque ſub alia forma poſt hac celebrandos fœneraticios in dicamus*. Tum, quia non extenditur ad prius celebratos, ad quos extendenda erat: ſi tota forma contrahendi per eam inducta eſſet iuris naturalis, & diuini p prædicta. Tum, quia ſolo iure naturali, & diuino attento poſſet conſtitui iuſte coram Deo cenſus, ſoluto precio eius in alia re, quam pecunia numerata, ſi illa coram ipſius diuina Maieſtate eſſet æque vtilis, aut vtilior venditori quam pecunia numerata.

106 Quinta quæſtio, an prædicta extra uagans ſit ſeruanda etiam in Regnis, quo ad temporalia temporali dominio Eccleſiæ non ſubiectis? Et quidem pro parte negante facit capitul. nouit. de iudic. cum multis alijs a nobis in eius 3. not. citatis, quatenus probant Maximis Pontificibus non eſſe mentem turbandi iuriſdictionem Regum quo ad tempora le dominium ſibi non ſubiectorum, & quod leges Pont. Max. quæ non continẽt leges naturales, neque diuinas, non debent neceſſario ſeruari extra ſtatum, & forum eccleſiaſticum. [b]

Pro parte vero affirmante facit idem cap. nouit, quatenus multis modis a nobis in eius ſexto notab. inductum probat, ad Pontificem Maximum pertinere declarationem dubiorum de peccatis, an ſint peccata, & an ſint lætalia, nec ne? Omiſſa tamen, quæ altior fieri poſſet, diſputatione, reſoluendo eam breuiter dico primo, proculdubio eam eſſe ſeruandam in omnibus Regnis, quæ non ſunt de temporali dominio Eccleſiæ, quatenus eſt iuris naturalis, & diuini declaratoria, quia quatenus talis nihil noui inducit, ſed ſolum quid actum ſit, monet, [c] & conſtat ius naturale, & diuinum eſſe vbique ſeruandum. [d] Et conſequenter quatenus expreſſe, vel tacite decreuit, peccatum uſuræ eſſe contra ius naturale, & diuinum; ita quod vbique gentiũ credendum eſt eſſe peccatum vſurariũ, vel aliud id, quod in hac extrauaganti declaratur eſſe tale, ſolo iure naturali, vel diuino attento.

Secundo, quod dubitari poteſt de ijs quæ præter ius naturale, & diuinum nouе inducit propter rationes in principio quæſtionis pro vtraq; parte inſinuatas, & quod videtur reſoluendum etiam ſeruanda illa, quæ inducuntur ad præſumendum contractum cenſualem eſſe vſurarium. Tum quia leges Pont. Max. latæ circa ea, in quibus vertitur periculum animæ, etiam ſi non contineant leges naturales neque diuinas, debent ſeruari apud omnes Chriſtianos in vtroq; fero, & vbique gentium, [e] & hæc extra uagans lata eſt circa ea, in quibus vertitur periculum animæ, vt palam eſt. Tum quia lex Papæ lata circa ſpiritualia, ſeruanda eſt in vtroque foro, cap. vt inquiſitionis, § final. & cap. penult. & vltimo de hæretic. libro ſexto, quales ſunt latæ circa matrimonium, cap. penult. & vltimo de ſecund. nupt. etiam ſi ſolum inducat modum præſumendi matrimonium, ca. is qui. de ſponſa. quod vbique ſeruatum fuit vſque ad Concil. Trident. Tum quia in vtroque foro videtur ſeruandum id q̃ præfatus Pius V. in extrauaganti, cuius caput eſt, Intolerabilis, relata a nobis in Manuali Confeſſ. [f] ſtatuit, ſcilicet, quod ad probandam confidentiam illicitam, & ſimoniacam, ſufficiant teſtes ſingulares, & quędam aliæ præſumptiones, quę nec iure naturali, neque diuino ante illius conſtitutionem ſufficiebant. Tum, quia gloſſa præfati cap. ſecund. de arbit. & ei ſimiles, quæ probant leges canonicas in foro canonico eſſe obſeruandas, & leges ciuiles, in foro ciuili, intelligenda ſunt, quando lex canonica non fertur circa ſpirituale, neque circa ea, in quib⁹ vertitur periculum animæ, nec ſpectantia ad religionem Chriſtianam, ſed fertur circa alia profana vtrique foro ſubiecta. At hæc extrauagans lata eſt circa ſpirituale dubium, ſcilicet, an conſtitutio cenſus ſit peccatum, cuius deciſio reſeruatur Papæ. dict. cap. nouit. & tangit periculum animarum, vt palam eſt. Neque obligat gloſſ. celebris clemen. diſpendioſam. de iud. in verb. vſuris. quatenus habet illa clementina, quæ inducunt formam ſuper vſuris repetendis, non eſſe locum in foro ſæculari, in quo illæ repeterentur; quia illa clementina non declarat hunc, vel illum cõtractum eſſe vſurarium, vel præſumendum vſurarium, ſed ſolum inducit formam procedendi

a Arg. cap. ius naturale. 1. diſtin. ubi hoc latius reſolui mus.

b c. 2. de arbit. libr. 6. adiũct. ſua gl. & gl. ca. cum contingat. de iure iur. cum eis annotatis.

c l. hæredes palam. §. 1. ff. de teſta. d c. quod in re. 8. di.

e Iux. gloſ. celebrem & receptam in c. 2. de reg. iur. lib. 6. p qua eſt illud capitulum, & ca. fi. de præſc. et c. cũ cõtingat. de iure iur. & c. pe. & vlt. de 2. nupt. & cõmunis opi. in illis omnibus c. & in c. cum ſit generale de foro cõpet. f capit. 23. nu. 110.

dendi ſuper vſuris, quæ nihil attinet ad peccatum. Nos autem agimus de conſtitutione, quæ declarat, contractus aliquos cenſuarios eſſe vere peccata, vel præſumenda eſſe talia.

Tertio, q̃ his videtur eſſe conſequẽs, q̃ non ligat eos, qui Regibus laicis ſubijciuntur, illa clauſula, q̃ cenſuarius præferatur in emptione rei ſibi per cenſum ſubiectæ, nec illa quod redempturus cẽſum debet ante bimeſtre denunciare illam redimendi voluntatẽ cenſuario, qa per illas clauſulas non declaratur aliqd eſſe peccatum, nec præſumi eſſe tale, ſed quod contenta in illis viſa ſunt iuſta, & æqua eius latori.

Quarto, q̃ nemo eſt iudicandus vſurarius in foro conſcientiæ propter præſumptiones per hanc extrauagan. inductas, ſi contrarium coram Deo eſt verũ, quia nulla lex fundata ſuper præſumptione ligat aliquem in foro conſcientiæ, ſeu Dei, ſi contrarium eius, quod præſumitur, eſt coram Deo verum, cap. tua de ſpon. & cap. humanæ aures. [a]

a 22. q. 5. & c. is qui, cum eis an no. de ſponſ.

107 Sexta quæſtio, an omnia contenta in hac extrauaganti ſint iuris eiuſdem ſpeciei? Ad quod reſpondeo, quod nõ, quædam enim ſunt in ea expreſſa præſuppoſita, vel inſinuata, quæ ſunt iuris naturalis & diuini, quæ certum eſt ligare omnes etiam laicos Regnorum non ſubiectorum quo ad temporale dominium Papæ, ut primum dictum quæſtionis proximæ habet. Quædam vero ſunt, quæ non ſunt iuris naturalis, neque diuini, ſed humani noui per extrauagantes 1. & 2. de emptio. & per hanc clarius noue inductam ad præſumendũ aliquos contractus cenſuales eſſe vſurarios, quæ probabiliter dici poteſt ligare vniuerſos etiam laicos, etiam quo ad temporalia Papa minime ſubiectos. Quædam tandem ſunt, quæ nec continent ius naturale diuinum, neque modum præſumendi cenſum eſſe vſurarium, ſed æqua, & digna quæ in eo ſeruentur, qualis eſt prælatio, quæ datur cenſuario in emptione rei cenſui ſubiectæ, qualis item denunciatio, quam redempturus cenſum debere facere ante bimeſtre, & illa, qua tenetur denuncians velit, nolit redimere cẽſum infra annum poſt denunciationem, hæc enim non declarant aliquid eſſe peccatum, nec præſumi eſſe tale, niſi dicas mentem Pij fuiſſe, vt cenſus præſumatur vſurarius, ſi hæc omnia non ſeruentur, quod tamen non videtur rationabile, cum cenſus ante decem annos contractos ſeruatis ſeruandis, & toto illo tempore iudicatus iuſtus, nulla ratione poſſit iudicari vſurarius, eo ſolo, qđ redempturus illum non denunciauerit ante bimeſtre, vel poſt denuntiationem ante annum lapſum non redemerit.

108 Septima quæſtio, an hæc extrauagans poſſit in totum, vel partem tolli per contrarium vſum vel non vſum eius, ſicut & aliæ leges eneruantur, ac tolluntur? [b] & per late deducta ibi per Felyn. Ad quam quidem quæſtionem reſpondeo primo, quod non poteſt tolli, quatenus eſt ſolum declaratoria iuris naturalis, & diuinis ſiue quo ad ea, quæ expreſſe, vel tacite deſinũt eſſe iura naturalia, vel diuina, cap. quo iure octaua diſtinctione, & cap. final. de conſuetudine.

b ca. in iſtis §. leges 4. diſt. & per gloſ. ſolemnem c. 1. de treug. & pace.

Secundo, quod poteſt tolli per contrarium vſum, vel non vſum eius quo ad alia omnia noue inducta, etiam quoad p̃ſumendam vſurariam prauitatem, quia illa ſunt iura humana, & omnia iura humana per non vſum, vel conſuetudinem contrariam tolli poſſunt, ſaltim Papa ſciente, & non contradicente, d. § leges, & d. cap. fin. de conſuetud.

Tertio, quod iuſte poſſet omitti eius obſeruantia extra terras Papæ ſubiectas quoad ea, quę non ſunt iuris naturalis, nec diuini, neque humani inducti ad p̃ſumendam vſurariam prauitatem, ſed ſolum tangunt iniuſtitiam conſtitutionis cenſus, quoniam illa non tangunt ſpiritualia, nec continent vitationem periculi animarum pluſquam aliæ leges factę ſuper emptione, & venditione aliarum mercium, quia cenſus eſt merx, & res temporalis, & de ſe profana, & conſtitutio eius non eſt res magis ſpiritualis, quam emptio, & venditio aliarũ mercium, cum vere ſit venditio ex parte cõſtituentis, & emptio ex parte illius cui conſtituitur ſecundum omnes, & ita lex ſuper iuſtitia vel iniuſtitia illius lata, eſt lata ſuper materia temporali, & communi, tam iuriſdictioni Regum, quam Papę, & conſequenter ſicut lex lata ab

vno Rege ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia eius ſi non continet ius naturale, vel diuinum, non ligabit alios ſibi non ſubditos, ſic lex Papæ facta ſuper ea, ſi non cõtinet ius naturale, vel diuinum, vel non inducit præſumptionem, qua præſumatur tale, non ligabit Reges, & Regna tẽporalia Eccleſiæ dominio non ſubiecta.

109 *Cenſus debitor ſatisfacit credendo in dubio, quod debet illum ex contractu cenſitico, & non emphyteutico.*

109 *Obligatio cenſitici mitior, quam emphyteutici.*

110 *Cõtractus cenſiticus ut differt ab emphyteutico.*

110 *Pœna exacta ob non ſolutionem cenſus an reſtituenda.*

112 *Cenſus an uendi poſſit maioris, vel minoris, quam ſit creatus.*

111 *Precium cenſus per quæ creſcit, & decreſcit.*

112 *Cenſus ſuper cenſu conſtitui poteſt.*

113 *Frugifera eſt res apta fructum ferre, licet non ferat.*

113 *Cenſus unus ſuper pluribus rebus cõſtitui poteſt.*

OCtaua quæſtio, an qui ſoluit aliquem cenſum, ob aliquod prædiũ, & neſcit, an eum debeat ex contractu emphyteutico, an cenſuali, vtrum eorũ potius in foro conſcientiæ credere debeat, cum plurimum referat, vtrum illorum credat? nam ſi credat, cenſum illum ſe debere ex contractu emphiteutico, tenebitur credere, ſe perdidiſſe prædium in ſoluendo cenſum intra duos annos ſi debet Eccleſiæ, cap. potuit. de locat. vel intra tres ſi debet perſonæ laicæ. [a] Ad quod dubium videtur dicendum, primo quod eodem modo videtur reſoluendũ quo ad forum exterius, ac quo ad interius. cum non agatur de interpretanda lege fundata in præſumptione. [b]

Secundo, quod non tenetur credere in dubio, ſe debere illum ex contractu emphiteutico, ſed ſatis eſt credere, ſe debere illum ex contractu cenſitico, argu. multorum cap. ex parte, de cenſi. & nota torum ibi per Panormit. [c] cum alijs ſimilibus, quatenus probant obſcura, & dubia, ita interpretanda eſſe, vt quam minimam obligationẽ inducant, & prædictum ca. ex parte probat de cenſu debito ex uoto, quod votum ſoluendi ſextarium frumenti eſt intelligendum de ſextario minore, ſi duo ſint ſextaria. Et conſtat, mitiorẽ eſſe obligationem debendi cenſum ex contractu cenſitico, q̃ ex emphiteutico, cum, vt ſupra tactũ eſt debens ex illo non perdat prædium non ſoluendo cenſum, cap. cum dilectus, cum gloſſ. & Innocen. recept. de religioſ. dom. debens autem ex emphiteutico ſic. [d]

110 Nona quæſtio, an liceat poſt prędictam extrauagantem tradere alicui prædium valoris mille ducatorum, reſeruato ſibi annuo cenſu, adiecta pœna vt ceſſante illo ſoluere per triennium, poſſit recipere prædium traditum? Ad quod reſpondeo, quod ſic. Tum, quia extrauagans diſponit de cẽſu, quem quis imponit, & vendit ſuper re ſua, & non de illo, qui tradit rem ſuam alteri, vt ſibi aliquid annuum ſoluat, & a diuerſis non fit illatio. [e] Tum quia non fuit intentionis Pij V. prohibere locationes ad longum tempus, nec conſequenter contractus emphyteuticos, vt ſupra dictum eſt, & præfata traditio dicenda eſt locatio ad longum tempus, vel certe cõtractus emphyteuticus, qui ſimilis eſt illi, §. adeo. Inſtit de locato. vt colligitur ex differẽtijs, quas ponit, [f] & tradunt Doctores, maxime Iaſon ſuper illa. Tum quia, vt contractus dicatur emphyteuticus, uel locatio ad longum tempus, non eſt neceſſarium, vt id expreſſe dicatur, ſed ſatis eſt, vt colligatur tacite, ex his, quæ aguntur, adeo quod aliquando, contingit, ut in inſtrumento dicatur dari aliquid in emphyteuſim, attamen contractus non ſit emphyteuticus, ſed cenſiticus, vt poſt Imol. [g] tradit Iaſ. [h] ponens exemplum de illo, qui diceret, tradere ſe aliquod prædium in emphyteuſim ꝑ certo annuo cenſu, ita quod omne ius ꝙ haberet in eo, transferret in illum Cum enim per contractum emphyteuticum non transferatur dominium directum, ſed tantum utile, ſecundum omnes, cũque ſimul ac quis transfert, omne ius ꝙ habet iure videatur transferre dominiũ directum, videtur nolle facere contractum emphyteuticum, ſed cenſiticum, vel tradere pro annuo cenſu, ne diſpoſitio ſecum pugnet. [i]

Tum

[a] *l. 2. C. de iur. emphit.*

[b] *Iuxt. not. in cap. is qui & c. tua, de ſponſal.*

[c] *In 4. notab. l. ſemp in ſtipulationibus, ff. de verb. obl. & ff. de regu. iur. c. in obſcuris. de regu. iur. li. 6.*

[d] *d. c. potuit de loca. & d. l. 2. C. de iur. emph.*

[e] *l. Papinianus. ff. de minor.*

[f] *Gloſ. 1. in l. i. C. de iu. emphyt.*

[g] *in c. ad audiẽtiam. de reb. Eccleſ. non alien.*

[h] *In d. l. 1. nu. 48. & ſeq.*

[i] *Contra l. vbi repugn. ff. de reg. iu. c. ſolicitudinem. de appellat.*

Tum denique quod prædicta extrauagans nihil diſponit de cenſu præſeruato in traditione alicuius iuris, vel aliquorum iurium, de quo eſt tex. cum gl. ſolenni [a] ſed tantum de noue conſtituto vel conſtituendo ſuper re, quę retinetur a vendente illam, & non eſt eadem ratio de vtroque, quia in illo nulla cadit fraudis vſurarum ſuſpicio, in hoc autem magna, vt palam eſt.

a In d.c.cũ dilectus. de religioſis domibus.

111 Decima quæſtio, an qui exegit pœnam ob non ſolutum cenſum per nouã conſtitutionem debitum, tempore præſtituto, teneatur reſtituere illam in foro conſcientiæ. Reſpondeo, quod ſic, ſi fuit conſtitutus poſt præfatam extrauagantem per dicta ſupra in gloſſ. nona. Si autem fuit ante illam conſtitutus, diſtinguendum eſt, an ſit talis, & tam moderata, & tam abſque mente fœnerandi facta, vt iuſte potuiſſet poni quo ad forum conſcientiæ, an non. Priore caſu non tenebitur reſtituere, poſteriore, vero ſic. [b]

b Arg. l. ſi pact. quo pœnã. C. de pacto. & l. nuda. C. de cõtra. vel cõmit. ſtipul. l. ſtipul. iſta §. alteri. ff de verb. obl. § alteri. inſtit. de inut. ſtipul. c ſuã de pœnis. c. ſi ſæculi leges. & ſeq. 12. q. 2.

112 Vndecima quæſtio, an liceat ei, cui debetur cenſus, vendere illum in certũ tempus, vel ad uitam ipſius, vel emptoris? Reſpondeo, quod non, per dicta ſupra in gloſſ. decima ſexta, an autem uendere poſſit cenſum ipſum ſimpliciter. Reſpondeo, quod ſic, modo eodem precio vendat, & non maiori, neque minori, quam fuit emptus, vt hæc extrauagãs exprimit, quod quia videtur ſtatutum fuiſſe ad euitandam fraudem vſurariam, fit, vt arbitrer licere in foro conſcientiæ habenti cenſum ſeptem aureorum emptum centum aureis, ſi egeret, & non inueniret, qui vellet totidem emere, ſed aliquanto minoris, poſſe vendere minoris, ſaltem quo ad forum conſcientiæ, modo nulla fraus uſurarum interueniat, ſed ſolum diminutio valoris, aut ex eo, quod venditor, quærit, & rogat emptorem, & merces vltroneæ vileſcunt, aut, quia multi ſunt venditores talium cenſuum, pauci emptores, propter quæ valor rerum vendendarum minui ſolet, vt dicimus in Manuali Confeſſ. [c] Arbitror etiam quod e contrario, ſi multum rogaretur is, cui debetur cenſus vt venderet illum, & ille nollet, & adeſſent multi emptores, & pauci venditores, poſſet vendere aliquanto maioris, quam centum, ſaltem quo ad forum conſcientiæ. Tum quia iuſtum precium cenſuum non videtur in precio indiuiſibili conſtitutum, ſicut nec cæterarum mercium, vt diximus ſupra [d] & latius poſt alios in dicto Manual. [e] & videtur licere intra illam latitudinem pluris, vel minoris vendere, aut emere. Tum quia multitudo volentiũ uẽdere, & raritas volentiũ emere pót minuere precium, & contra multitudo uolentiũ emere, & raritas volẽtiũ vẽdere poteſt illud augere, ſecundum omnes. Tum quia paſſim videmus in vrbe eos qui habent cenſus emptos in montibus Pietatis, & alijs vẽdere maiore precio eo, quo emerunt, ſi rogantur a multis vendere, & cõtra minoris quam emerunt, & rogant emptores, & multi inueniuntur venditores, & rari emptores. Dixi ſupra bis, ſaltem quoad forum cõſcientiæ, quia non tam facile poteſt id aſſeri, quoad forum exterius, ob hanc extrauagan. quæ expreſſe vetat illum uendi carius, vel vilius, quam ſit cõſtitutus, nihilominus tamen ex bono, & æquo idem poſſet dici, quoad forum exterius limitando eandem extrauagantem, per rationes præmiſſas ne procedat, quando precium cenſus creuit, uel decreuit poſt illius conſtitutionem, ſed ſolum quando precium non fuit auctum, nec diminutum. Quod quia quotidianum eſt, memorabile eſſe duco maxime cõfeſſarijs.

d Not. 4. nu. 5.

e capit. 23. nu. 79.

Duodecima quæſtio, an ſuper cenſus, vel alio iure capiendi aliquos reditus, valeat conſtitui nouus cenſus? Reſpondeo, poſſe, vt dictum fuit in prima gloſſ. quoniam annuus reditus pro re immobili habetur, per tex. ſingul. in clem. exiui. §. cumque annui reditus: de verb. ſignifi. ibid. citatum.

f Arg. c. ad per nouale. de verb. ſig. & le. ſylua cędua. ff. de verb. ſign.

113 Decimatertia quęſtio, an quælibet res immobilis, quæ pro precio æquante cenſum ad humanos vſus locari valet, cenſeatur fructifera licèt locari nunquã ſoleat, quales ſunt aliquot turres non conſuetæ locari? Reſpondeo, quod ſic.

g l. Labeo, ff. de ſupel. lega. & l. li brorũ. §. ꝙ tamen Caſſius. de leg. 3.

Tum quia non ſolum prædium, quod actu fert fructum, dicitur fructiferum, ſed etiam id, quod de ſe aptum, natum eſt ferre illum. [f] Tum quia modus loquendi pene omnium, qui ſeruandus eſt [g] id habet. Tum quia ſpolians tenetur reſtituere fructus, quos ſpoliatus percipere potuit, licet actu non perceperit. [b]

h tex. & ibi glo. recep. in c. grauis. de reſt. ſpoliat.

Deci-

c capit. 23. nu. 78.

Decimaquarta quæſtio, an vendens cenſum poſſit partem precij pro eo accepti dare alicui, ea lege, vt partem cenſus, quæ illi reſpondet, ſoluat eius emptori? Reſpondeo, quod non, quia id effectu eſt mutuare pecuniam, vt aliqd lucretur, & ita ad vſuram dare, quod omni iure vetitum eſt, iuxta prædicta in notabil. ſexto numero octauo.

Decimaquinta quæſtio, an liceat emere cenſum conſtitutum ſuper diuerſis p̃dijs ſeparatis, expreſſis tamẽ finibus eorum? Reſpondeo, quod ſic. Tum quia hæc extrauagans, quatenus ait, quod cẽſus non poteſt conſtitui niſi ſuper re immobili, non intendit excludere pluralitatem rerum immobilium, ſed res mobiles. Tum quia diſpoſitio loquens de vno habet locum in pluribus, quando eadem ratio militat in illis, vt colligitur ex text. adiuncta gloſſ. prima communiter recepta, [a] vbi hoc adnotat Domin. communiter receptus. Tum quia a iure antiquo non eſt recedendum, niſi quatenus dictat nouum, l. præcipimus. C. de appella. & ante hanc extrauagan. licebat conſtituere vnum cenſum ſuper pluribus rebus, & hæc non vetat illud.

a c. ſi cõpromiſſarius de elect. lib. 6.

114 *Cenſuarius poteſt pluribus uendere rem cenſualem.*

114 *Cenſus totus ſoluendus a poſſeſſore partis rei cenſuariæ.*

115 *Cenſuarius non tenetur pacto redimẽdi cenſum, caſu quo partẽ rei alienet.*

115 *Cenſus ante hanc extrauagantẽ creatus an pereat parte rei perempta.*

116 *Cenſuarius, an poſſit obligari in forma Cameræ.*

116 *Cenſuarius uendita re cenſuali liberatur.*

117 *Prædium non fit ex parte infrugiferum, eo quod reddat minus.*

117 *Prædium reddens minus non fit ex parte infrugiferum.*

117 *Cenſus non perit re facta ſterili.*

118 *Cenſuarius detinens rem &t tenetur.*

118 *Cenſum ponens ſuper re alienu &t tenetur.*

DEcimaſexta quæſtio, an liceat diuidere rem, ſuper qua eſt conſtitutus cenſus, & vendere diuerſis diuerſas partes? Reſpondeo, quod ſic, quoniam hęc extrauagans vetat, vt nec per pactum libertas alienandi rem cenſuariam, quam habet conſtituens & vendens cenſum tollatur, vel reſtringatur. Cum ergo ante conſtitutum cenſum poſſet diuidere, & rem cenſui ſubiectam in diuerſas partes, & eas vel aliquas earum diuerſis vẽdere, poterit facere poſt illum conſtitutum.

Decimaſeptima quæſtio, an venditor, qui vendit aliquas partes fundi cenſualis ipſe ſolus teneatur ſoluere totum cenſum, an etiam illi, qui eas emerunt? Reſpondeo quod is, cui debetur cenſus poterit illum totum petere a quolibet illorum. Tum quia conditio creditoris nõ debet fieri deterior ex hæredum multiplicatione, [b] ergo eadem, immo fortiori ratione, non debet fieri peior ex venditione partium fundi vectigalis. Tum quia per fundi vectigalis diuiſionem nõ diuiditur vectigal in pręiudicium illius, cui debetur, immo põt petere a quolibet poſſeſſore illius vel partis eius, leg. communi diuidundo. ff. communi diuidundo. Tum quia gloſſ. illius leg. recepta habet, mortuo emphyteuta, relictis duobus hæredibus, neutrum illorum ſoluendo partem penſionis, quæ illum contingit, liberari a pœna caducitatis ſiue perditionis partis emphyteuſis in quam ſucceſſit, immo altero illorum non ſoluente ſuam partem totam, emphyteuſim perdi ab vtroque, vt late poſt multos alios a ſe citatos tradidit Iaſon. [c]

b l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig. & l. plane, ff. ſa mil. erciſ.

c In l. 2. n. 57. C. de iu re emphyt.

115 Decimaoctaua quæſtio, an ab initio conſtituti cenſus liceat paciſci, quod caſu quo venditor cenſus vẽdiderit fundum vel partem eius teneatur redimere cenſum? Reſpondeo, quod non, quia hæc extrauagan. inverſi. pacta. etiam vetat, ne in venditione cenſus poſſit apponi pactum, per quod a vendente cenſum inuito precium poſſit exigi, cui cõſequens eſt, non poſſe apponi pactum, quo vendens redimere cogatur.

Decimanona quæſtio, an quicunque cenſus etiam ante hanc conſtitutionem creatus ſuper re certa, ea perempta, vel pro parte infructifera effecta in totum, vel pro parte ceſſet; Reſpondeo, quod cenſus ante hanc conſtitutionem creatus non perditur in totum, nec in partem, ex eo ſolo, quod pars prædij vectigalis

galis cenſui ſuppoſiti perdatur, quia id nullo iure videtur caueri, nec vlla efficaci ratione probari, cum is, qui debet illum, relicta parte, quæ ſupereſt cenſuario, cui debetur cenſus, liberetur, nam vt probatum fuit notab. 22. cenſus etiã ante hanc extrauagant. non poterat cõſtitui in perſona, ſed tantum in re ipſa, qua perempta, vel derelicta, liberaretur venditor.

Vigeſima quæſtio, an cẽſus ſuper certis, definitiſque rebus conſtitutus, & ſuper omnibus uendentis facultatibus, pereat in parte, parte illorum perempta? Reſpondetur, quod non, ſi cenſus fuit creatus ante hanc extrauag. per reſponſum, ad q. præceden. Et quod poſt hanc extrauagantem non poteſt creari cenſus ſuper omnibus bonis inde ſignatis, ſed tantum ſuper deſignatis ſuis finibus, & de tali idem dicendum eſt, quod dictum
a quæſ. 27. eſt ſupra [a] de cenſu ſuper duabus rebus deſignatis conſtituto.

116 Vigeſimaprima quæſtio, vtrũ hanc extrauagantem tranſgrediatur, qui vendit cenſum obligando ſe ad ſolutionem in forma Cameræ? Reſpondeo, quod ſic. Tum quia conſtituit, & vendit cenſum, in alia forma quam poſita in illa. Tum quia obligat ſe ad pœnas & incommoda, quæ incurruntur per obligationẽ in forma Cameræ, & hæc extrauag. irritat omnia pacta & conuentiones, ad quæ vendi tor iure communi non tenetur.

Vigeſimaſecunda quæſtio, an vẽditor cenſus deſinat eſſe obligatus ad ſoluendum illum vendendo, & diſtrahendo rẽ cenſui ſubiectam? Reſpondeo, quod ſic, modò requiſito cenſuario illam vendat. Tum quia onus reale trãſit cum ipſa re,
b c. ex litteris. de pign. [b] Tum quia ceſſante cauſa ceſſat effe-
c c. cum ceſſante. de appell. ctus, [c] & cauſa cur debitor cenſus tenet ſoluere illum, eſt dominium, vel poſſeſſio, quod, vel quã habet in re ſuper qua conſtituit cenſum, & deſinit illa habere
d Toto ti. ff. de peric. & cõmod. rei vend. per venditionem eius. [d] Tum denique quia cenſus non conſtituitur, nec conſtitui poteſt ſuper perſona, vt late probatũ fuit ſup. in not. 22.

117 Vigeſimatertia quæſtio, an res cenſui ſuppoſita deſinat eſſe in parte frugifera eo ſolo, ꝙ non reddit tantum quantũ tpe conſtitutionis, & uenditionis eius reddebat. Reſpondeo, ꝙ non. Tum quia nullo iure videtur probari, ꝙ aliquod prædiũ dicatur in totũ, vel in parte peremptũ eo ſolo, ꝙ deſinat ferre tm̃ fructus, quantũ antea ferebat, & ita nõ eſt dicendũ. [e] Tum quia non obſtat dicere, quod de æquipollentibus idme eſt cenſendum. [f] & quod paria, & æquipollentia videntur, partem prædij perimi, & partem fructuũ non ferre. Non inquam hoc obſtat, quia negari poteſt illa eſſe paria, & æquipollentia ſimpliciter, licet ſecundum quid ſint talia.

e Arg. c. cõſuluiſti. 2. q. 4.
f l. ſi. ff. mã. cap. licet ex quadam de teſtibus.

Vigeſimaquarta quæſtio, an propter ſterilitatem fundi multorum annorum extinguatur cenſus? Reſpondeo, quod non. Tũ, quia nullo iure id cauetur. Tum quia debitor cenſus relinquendo prædium illud cenſui ſubiectum pro derelicto liberatur ab onere illum ſoluendi, vt prædictum eſt.

118 Vigeſimaquinta quæſtio, an caſu, quo molendinum ſuper quo eſt conſtitutus cenſus deſtrueretur a domino, eo ꝙ aqua mutauerat curſum, & ædificauit aliud ex materia prioris molendini, an cenſus debeatur ex ſecundo molendino? Reſpondeo, ꝙ ſecundum molendinum non erit ſubiectum cenſui, quia non fuit impoſitum illi, & certum eſt illud eſſe aliud a priori. Tum quia nauis conſtructa ex materia alterius nauis penitus diſſolutæ, eſt alia a priori. § Tum quia etiã
g l. inter ſtipulantẽ, §. ſacra. uerb. & nauis. ff. de uer. obli. domus, ſi vſque ad aream deſtruatur, licet ex eadem materia reſtituatur etiam in eodem loco, alia domus dicitur. [h] Tum, quia ædificium cõſtructum in vno
h l. quid tamen. §. 1. ff. quib. mod. vſuf. amit. & d. §. ſac. loco, ex materia ædificij deſtructi in altero, non ſolum eſt aliud ab eo, ſed etiã frequenter eſt alterius domini, vt colligitur ex §. cum in ſuo. inſt. de rer. diuiſ.

Secundo dico, quod cenſuarius quia deſtruxit molendinum, tenebitur ei cui debebatur cenſus conſtitutus in eo actione de dolo; vel alia, iuxt. text. in hoc aptum, [i] cum ei adnot. de iniur. aut ad
i In l. repet. adiũ. mag. gl. ff. quibus mod. vſufr. amit. & ca. fin. minus cogetur reddere precium, quod pro cenſu accepit, aut conſtituere illum ſuper nouum molendinum, vel aliam rẽ ſuam immobilem.

Vigeſimaſexta quæſtio, an qui emit cẽ ſum ſuper alia re nõ libera, uel ſup qua non poterat uenditor eum conſtituere, quod tamen emptor ignorabat, poſſit emptor exigere illum abſque peccato?

Reſpondeo, quod ſic, pro tempore quo id probabiliter ignorauit. Tum quia ſic ignorans debet excuſari a damno, [a] & ſua fraus, & dolus nemini debent prodeſſe cap. ſedes, de reſc. l. itaque ſullo. ff. de fur. & conſequenter emptor præfatus innocens non debet perdere cenſũ, nec venditor doloſus excuſari ab eo ſoluendo. Tum, quia venditor celans vitia, & defectus rei venditæ, tenetur emptori ad intereſſe, leg. Iulianus digeſtis de actione empt.

a cap. 2. de conſtit.

Vigeſimaſeptima quæſtio, an in caſu præcedenti queſtionis poſſit emptor cõ pellere venditorẽ ad reſtituendum precium? Reſpondeo, quòd ſic. Tum quia datum ob cauſam, ea non ſecuta, redire debet ad dantem, [b] & præfatus emptor dedit precium ob cenſum ſuper re libera conſtituendum, quod non fuit ſecutum. Tum quia venditor prædij ſeruituti ſubiecti tenetur emptori id ignoranti ex empto actione, [c] & ad intereſſe ſi ſciens vitium, aut ad quantum minoris, ſi ignoranit; iuxta diſtinctionem poſitam in l. Iulianus. ff. eod.

b Tot. tit. de cond. cauſ. da. cau. non ſecu. & C. de cond. ob cauſ.

c l. 1. ff. de act. emp.

Vigeſimaoctaua quæſtio, an ab initio conſtitutionis cenſus poſſet fieri pactio, vt vendens teneatur ſoluere cenſum, do nec precium reddat, caſu quo res non eſſet libera, vel eſſet alij cenſui ſubiecta. Reſpondeo, quod non. Tum quia cenſus cum huiuſmodi pacto conſtitutus videtur eſſe cõtra formam præfatæ extrauagantis. Tum quia aperiretur magnũ oſtium exercendis uſuris, nam volentes ſub eis mutuari, conſtituere poſſent cenſus ſuper alienis prædijs, & volentes mutuare ſub uſuris emerent illos cum huiuſmodi pacto, per quod ſecure acciperent vſuram nomine cenſus, & huiuſmodi oſtium nullatenus eſt aperiendũ, [d] Tum quia non obſtat, quod expreſſio eius quod iure ineſt, nihil nocet. [e] ſi tantum eo modo quo ineſt exprimatur iuxta glo. & tradita ibi vtiliter a Felyn. in cap. ad audientiam, tert. de reſc. & quod contentum in ipſo pacto videtur tacite ineſſe per allegata in quæſtione præcedenti. Non inquam hoc obſtat, quia licet tacito iure inſit, quod conſtituens, & vendens cenſum ſuper re aliqua, vel nõ libera, teneatur reddere precium, & ad intereſſe vt prædictum eſt, non tamen iure, vt teneatur ſoluere cenſum male conſtitutum donec reddatur precium, quia hoc eſſet vere præſumptiue vſurarium, arg. eorum, quæ ſupradicta ſunt.

d Arg. l. cõueniri. ff. de pac. dot. & ca. ex parte de conſ.

e l. 3. ff. de l. 1. c. ſignifi caſti. de ele.

119 *Cenſus in re aliena, vel non libera creatus, an deberi, & exigi poſſit.*

119 *Cenſus poſitus in alia re, quam pecunia numerata, an ad eam reduci debeat.*

120 *Cenſus creatus alio precio, quã nummis, vt licitus.*

120 *Cenſus cum quo pacto perimendi cõſtitui poſſit.*

121 *Cenſus an valeat cum pacto repetendi precium, recipiendo in partem ſolutionis eius cenſus antea ſolutos.*

122 *Cenſus redimi poteſt etiam ſine numerata pecunia.*

123 *Cenſus pro redemptione quale amplius liceat accipere.*

124 *Cenſus, vt redimitur per compenſationem.*

VIgeſimanona quæſtio, an iuſte poſſit accipere cenſum emptor, qui nouit rem, ſuper qua conſtituitur ſibi cenſus, eſſe alienam, vel non liberam, & ſimulat ſe id ignorare, vt poſſit, quando voluerit, cogere venditorem, ad reddendum ſibi precium, ea ratione quod eum conſtituit ſuper re, quæ non erat ſua, vel non erat libera, & apta ad conſtituendum illum? Reſpondetur, quod non. Tum quia illa ſimulatio doloſa, non debet ei prodeſſe, argumen. a contrario ſenſu. [f] Tum quia ſimulatio doloſa eſt peccatum, vt probat Sanct. Tho. recep. [g] quibus eſt conſequens, non poſſe ipſum bona conſcientia recipere cenſum illum ſic impoſitum, & quod ſi reciperet, teneretur eum reſtituere, vel computare in partem ſolutionis precij, quod pro eo dedit, & hoc in foro interiori conſcientiæ. In foro autem exteriori, ſi non confiteatur, nec probetur, obtineret, quia in illo foro de non exiſtẽtibus & non apparentibus idem iudicatur, [h] ſed ſi probaretur, poſſet puniri pœna uſurariorum ultra id, ad quod in foro conſcientiæ obligatur, eo quod vſuram palliatam admiſit per ſupradicta. [i] 120 Trigeſima quæſtio, an cenſus conſtitutus in alia re, quam in numerata pecunia

f c. Stilem. iunct. gl. 22 q. 2. & arg. tot. ti. C. pl⁹ valere, qđ agitur, quã quod ſimul concip.

g 2. 2. quæ. 111. art. 1.

h l. duo ſũt tibus Titij. ff. de teſt. tut. & gl. c. ſi ſacer dos de offic. ord.

i In not. 1. nu. 4.

cunia puta in tot modijs frumenti, vel tot amphoris vini, vel cadis olei debeat reduci ad pecuniam numeratam, quæ iuſte reſpondeat precio pro eo dato, ſi precium frumenti, vini, vel olei adcreuerit, vt excedat precium pro eo datũ, licet cum daretur eſſet iuſtum?

Ad quam quæſtionem reſpondeo, primo, quod pro parte negante facit, quia non debet augeri, vel minui precium rei venditæ, quod erat iuſtum tempore venditionis, eo quod precium illius poſtea creuerit, alioquin omnium fere rerum immobilium uenditionum precia eſſent augenda, cum fere vbique longè maiori pecunia numerata valeant hodie, quam tempore uenditionis valebant, quod eſſet abſurdum, & ita non dicendum. [a]

a l. nam q̃ abſurdum, ff. de bo. li.

Secundo, quia iuſtitia precij ad mercem eſt aſſumenda ſecundum tẽpus vẽditionis, & non ſecundum tempus futurum vel præteritum. [b]

b Iux. l. precia rerũ, ff. ad l. Fal.

Tertio, quod ſi precium frumenti, vini vel olei eſſet valde diminutum, non propterea uendens eſſet cogendus ad reſtituendum aliquid de precio, quod erat iuſte tempore uenditionis accepto, ergo nec emẽti cẽſum debet diminui quá titas eius, quod fuerit auctum precium eius, quia quod operatur oppoſitum in oppoſito, operatur propoſitum in propoſito. [c]

c l. etſi contra tabulas ff. de uul. et c. ſciendum 8. q. 1.

Pro parte autem affirmante facit primo, quod in multis Hiſpaniæ Regnis, vt prædictum eſt [d] facta eſt præfata reductio. Secundo, quod cum emitur cenſus alterius rei, quam numeratæ pecuniæ, maior reſpectus habetur ad preciũ eius, quam ad ipſam rem, & ita magis uidetur poni cenſus in numerata pecunia, quam in ipſa re, quæ illa æſtimatur, ſicut cum datur aliqua ſpecies æſtimata in dotem, uidetur potius data pecunia qua æſtimatur, quam ipſa. [e]

d In q. 3.

e l. æſtimata. ff. ſolut. matr.

Pro reſolutione huius quæſtionis, & concordia pro utraque parte citatorum dico primo, quod iuſtè poteſt ſtatui a legislatore non recognoſcente ſuperiorem, ut prædicta reductio fieret, ob rationem ſecundam pro parte affirmante formatam. Dico ſecundo, quod antequam præfata reductio fieret per regem ſoluendus eſſet cenſus in re, qua conſtituta eſt, ſiue precium eius ſit auctum, vel diminutum, ſiue non, propter rationes pro parte negante adductas.

121 Trigeſimaprima quæſtio, an tutus ſit in conſcientia emptor cenſus, ſi uere iuſtum precium ſoluit, ſed non in præſentia notarij, & teſtium, nec in pecunia numerata, ſed per liquidi, & iuſti precij recõpenſationem, vel ſine fraude in mercibus quas uenditor cenſus emere uolebat, & quæ pro iuſto precio taxatæ fuerunt? Reſpondeo, quod ſic, ut dixi ſupr. [f]

f In gloſ. 3. nu. 88.

Trigeſimaſecunda quæſtio, quid ſi nõ pro iuſto precio fuerunt æſtimatæ, & partem precij in mercibus partem in pecunia accipere fuit coactus, an tunc emptor cenſus teneatur ad damnum emergens, & lucrum ceſſans, an tantũ ad ſupplendum iuſtum precium? Reſpõdeo, q̃ præfatus emptor tenebitur ad ſupplendum iuſtũ precium, & inſuper ad totum intereſſe tam lucri ceſſantis, quam damni emergentis. Tũ quia tenetur offerre, & ſoluere totum precium. [g] Tum quia uenditor tenetur ſoluere intereſſe emptori per principium præcitatæ. [h]

g l. Iuli. §. offerr. ff. de act. emp.

h l. Iuli. & l. ſi ſterilis, §. cum per vẽditorem, ff. de actio. emp.

122 Trigeſimatertia quæſtio, an poſſit dari iuſta uẽditio cũ pacto exigẽdi preciũ a uẽditore aliquo caſu? Rñdeo, quod non, niſi ſit caſus in quo iure cõi preciũ exigi poſſit, ut qa fuit ignorãter emptus ſuper re nõ libera, uel inepta cenſui ſol uẽdo, uel qñ uẽditor denũciauit emptori, ſe uelle cenſum redimere, tunc enim intra unũ annum põt cogi ad redimendum, ut habet hæc extrau. uer. cũ uero.

Trigeſimaquarta qõ, an per adiectionem pacti, de qua in quæſt. præcedenti, emptio cenſus fieret, ut præſumeretur uſurãrat? Reſpondeo, quod ſic per eandẽ extra. uer. contractusque in alia forma.

Trigeſimaquinta qõ, an a principio poſſit fieri pactum, ut emptor precium repetat q̃cunque uolet, cõputatis in eo oĩbus cenſibus antea receptis? Rñdeo, q̃ non. Tũ per eãdẽ extra. uer. cõtractuſq; ſub alia. Tum quia per huiuſmodi pactũ aperiretur uia fraudendi leges uetantes uſuras, quod non eſt faciendum. [i]

i Arg. c. eæ parte, de cõ ſuet.

Trigeſimaſexta qõ, an clauſula huius extrauag. quod cenſus redimatur codẽ precio, quo fuit conſtitutus, reſtringatur ad ſolum cenſum redimibilem tantum. Reſpondeo, quod nõ, quoniam ha-

bet locum in cẽſu perpetuo irredimibili conſtituto eodem precio, quo conſtituit redimibilis, iuxta declarationem poſitã ſupra in gloſſa 18. licet uix iuſte ſic poſſit conſtitui, ut ibi dixi.

123 Trigeſimaſeptima quæſt. an uendi tori cenſus liceat preciũ redemptionis, ſiue caſſationis ſoluere in alijs rebus, q̃ pecunia numerata? Reſpõdeo, quod ſic. Tum quia regulariter quoties ſit contẽtus debitor de precio ſibi debito, cenſe tur ſibi ſolutum, [a] & is caſus non uidet exceptus ab illa regula, & ita manet ſub ea, argumento gl. ſolẽ. [b] Tum quia hæc extrauagans exorbitat a iure communi, quatenus ſtatuit, vt precium cenſus non poſſit ſolui eius venditori etiam uolenti, niſi in pecunia numerata, & ita eſt re ſtringenda, [c] & conſequenter cum ſolũ ſtatuat de precio ſoluendo vẽditori precium cenſus conſtituenti, non debet extendi ad precium ſoluẽdum emptori ꝓ eo redimendo, ſiue caſſando. Tum quia mens & ratio Auctoris extrauag. fuerũt obuiare fraudibus uſurarum, & iuuare conſtituentes cenſus, ne vrgente neceſſitate, acciperent pro precio, uel parte precij aliqua ſibi parum commoda, uel maioris, quam iuſtum eſſet, æſtimata, q̃ mens, & ratio ceſſant in precio ſoluendo emptori pro redemptione, ſiue caſſatione illius, & ita ipſa extrauag. ceſſabit in illo. [d]

134 Trigeſimaoctaua quæſtio, an liceat accipere ꝓ eius redẽptione ſiue caſſatio ne aliquid vltra id, quod datũ fuit, ſi ſolutio fuit in pluribus terminis, puta ſoluendo illud intra ſpacium triũ, uel quat tuor annorum? Reſpondeo, quod non, ſi illud plus accipiatur tanquam preciũ, vel pars precij, ſed ſic ſi accipiatur tanquam ſolutio alicuius partis cenſus iam decurſi. Verbi gratia, emit quis in Aragonia cenſum 15. ſcutorum trecentis ſcutis, iuxta legem illius Regni, vt iuſtũ precium cenſus unius anni ſint viginti, & venditor uult redimere, uel caſſare totũ cenſum unica ſolutione, non poteſt emptor quidquam amplius, quam trecenta iuſte accipere, immo nec ſi pluribus ſolutionibus, ex interuallo etiam magno factis redimat, poteſt capere aliquid amplius, tanquam precium, ſed tanquã ſolutionem cenſus diuerſi. Si enim venditor tribus annis redimat cenſum illorum quindecim, poterit ultra 300. capere quindecim pro cenſu quidem ſequentis anni primam ſolutionem decem, & pro cenſu anni ſequentis primam ſolutionem quinque, per ſolutionem enim tertię partis precij non redimur niſi tertia pars cenſus, & nec per ſolutionẽ duarum partium precij, niſi duæ partes cenſus, & ita ſoluta prima tertiæ partis precij currunt duæ partes cenſus, & ſolutis duab. partib. precij, currit tertia pars cẽſus, vt palam eſt rem ſatis perpendenti.

Trigeſimanona qõ, an cenſus redimi poſſit per cõpenſationẽ debiti liquidi? Ad quod reſpondeo, q̃ ſic, eo modo quo dr̃ in q. ſeq. Tũ quia omnis actio ipſo iure tollitur ꝓ cõpenſatione debiti liquidi. [e] Tum quia debitor cenſus poterit ꝓ ponere corã iudice cõpetenti, q̃ is, cui debet cenſus, debet ſibi liquide tm̃ quã tũ fuit preciũ accepteũ, & petere ab eo, ut iubeat ei habere cẽſum ꝓ redempto. Poſſet itẽ extraiudicialiter cõuenire cẽ ſuariũ, & monere, vt ex tunc habeat cenſum ꝓ redempto, proteſtans, ſe nõ eſſe obligatũ ad ſoluendũ illũ amplius, nec uelle, ut duret ultra, imo uelle, vt extinguatur per cõpenſationẽ, [f] & quod curſus vſurarum ceſſet, quoad concurrentẽ quantitatem a tempore, quo cœpit uſurarius illam debere. §

125 *Cenſum ſoluere vtilius interdum eſt, quam compenſare.*

129 *Cenſuario quouis tempore fit denunciatio redemptionis.*

126 *Cenſus, an totus ſoluendus cum redimitur ante terminum.* (*cari.*

127 *Cenſuarij prælationi &t põt præiudi-*

127 *Cenſuarij prælatio, an obſit cognatis, &el ſocijs.* (*valeat.*

128 *Cẽſus* 110. *ꝓ mille donat° ad uitã an*

129 *Cẽſus nõ põt poni hodie ſimul ſuꝑ &na re deſignata, & generaliter ſuper omnibus alij bonis non deſignatis.*

QVadrageſima qõ, an compenſatio iſta fiat ipſo facto, vt cẽſuarius nõ poſſit accipere quidquam rõne cenſus, tpe, quo incipit debere liquido tãtum ei qui debet cenſum, quantum dedit ꝓ illo eo, q̃ videatur ipſo facto extinctus? Et ꝓ parte quidem affirmante facit, q̃ cõpẽſatio fit ipſo iure. l. fin. C. de compenſat.

Sed

a l. ſatisfactio. ff. de ſolutio. adiũcta. l. 1. qui ſatisdare cogan. l. ſi rẽ. §. omnis, ff. de pignorat. actio.

b In l. oĩs definitio, ff. de reg. iur. quæ habet ſi milẽ i rub. eo. tit. lib. 6.

c ca. quæ a iure. de reg. iur. lib. 6.

d arg. l. adigere. §. quã uis. ff. de iure patro. & c. cum. ceſſante. de appel.

e l. fi. C. de compenſ.

f Arg. l. &l. cum ei adnotatis. ff. & compenſ. g l cum alter. ff. de cõpenſ.

Sed contrarium puto verius. Tum quia ſecundum Azonem,[a] compenſatio quidem fit ipſo iure, ſed, parte opponente illam.[b] Tum quia in noſtro caſu nō concurrit debitum vnius partis cum debito alterius, quia qui vendidit cenſum, obligatur quidem ſoluere illum cenſuario tempore ad id ſtatuto, ſed non debet ei precium eius, niſi redemerit, & ita donec declaret, & moneat cenſuarium, qđ vult redimere cenſum, & ꝙ id quod ſibi debet accipiat in compenſationem precij redemptionis, non videtur redempt⁹ cenſus. Tum quia multis de cauſis magis conuenire poteſt debenti cenſum, vt ſol uatur ſibi, quod debet ei cenſuarius, q̃ redimere cenſum. per quas rationes ſol nuntur in contrarium adducta.

126 Quadrageſimaprima qō, an denunciatio facienda per debitorem cēſuario ante bimeſtre, quod vult redimere cenſum, poſſit fieri qualibet parte anni? Rn̄deo, quòd ſic. Tum quia hæc extrau. nullum tempus ad id præfigit. Tum quia ꝙ illa verba, quibus ſtatuit eam fieri poſſe, cum cenſus extinguendus erit, ſignificat eam fieri poſſe quocunque tempore cēſus extingui poteſt. At ex eadem extrau. colligitur id quolibet tempore fieri poſſe. Tum quia ſubijcit, ꝙ ſi poſt denūciationem non redemerit in fine bimeſtris, nec coactus fuerit redimere intra annum, poterit quandocunque redimi, præuia tamen denunciatione prædicta.

Quadrageſimaſecunda qō, an ſi redēptio fiat ante finem anni, quando debet ſolui cenſus, ſit ſoluendus totus cenſus illius anni, an pro rata temporis? Rn̄deo, ꝙ tm̄ pro rata temporis; quoniam alioquin non poſſet liberè quandocunq; vel let redimere, cum incepto anno nō poſſit id ſine pena, vel dāno facere, & is dī libere aliqd facere, q̃ ſine vllo dāno p̄t.[c]

127 Quadrageſimatertia qō, an prælationi, quam per hanc extrau. habet cenſuarius in emptione rei cenſui ſubiectæ præiudicare poſſit is, qui debet cēſum, redimendo prius illum, & poſtea vēdendo cui placuerit? Reſpondeo, ꝙ ſic: quia cenſuario non datur ius prælationis, niſi pro tempore, quo eſt cēſuarius, & ſimul ac redimitur cenſus, deſinit eſſe talis, & redemptio pōt fieri quocunq; tempore, per eandem extrauag. vt prædictum eſt.

Quadrageſimaquarta quæſtio, an cognato, vel ſocio habenti ius prælationis in re cognati, vel cōi ſocij, cenſuarius ſit præferendus? Reſpondeo, quòd nō. Tum quia princeps concedendo vni gratiam, non videtur velle præiudicare alij,[d] & ita præfatus Pius V. concedendo cenſuario gratiam, vt præferatur in emptione rei ſibi cenſualis alijs emptoribus, non cenſetur præiudicare cognatis, vel ſocijs venditoris, qui conſuetudine, vel ſtatuto aliquo habent ius prælationis in emptione rerum ſui cognati, vel ſocij. Tum qa alioqui pateret via facilis fraudandi eos ſuo iure æquiſſimo prælationis, cum facillime poſſet venditor cognatus, vel ſocius conſtituere aliquantulum cenſus alteri emptori ſuper re, quam vellet transferre in eum per venditionem: cui rei, quia eſt vna de malitijs hominum, obuiandum eſt.[e]

128 Quadrageſimaquinta qō, an ſit licitus contractus, quem nuper fecerunt duo, quorum alter donauit irrefragabili ter alteri mille obliganti ſe ad donandū vel dandum donatori centum quolibet anno, dum viueret, ita ꝙ poſt mortē ei⁹ nihil deberetur ſibi, nec hæredibus ei⁹? Reſpōdeo, quòd pro parte negante facit hæc extrau. quatenus habet, nullum cenſum poſſe conſtitui, & vēdi, niſi ſeruata forma in ea ſcripta, quæ tamē in hoc caſu non fuit ſeruata: pars vero affirmans eſt tenenda. Tum quod eſt licita donatio ſub modo licitè facta,[f] & præfata donatio eſt eiuſmodi, nullum enim continet modum iniuſtum. Tum ꝙ ſubijcio periculi eſt iuſta cauſa accipiendi aliqd vltra id, quod datur;[g] & tradit Decius[h] & in caſu propoſito donator ſubijt periculum perdendi omnia mille, vel magnā partem illorum, quæ donat: nam ſi paucis, vel nullis annis vixerit, longe minus, quam donauit, vel nihil accipiet. Tum quòd is contractus nullatenus eſt mutua tio, etiamſi non ſit vera donatio, ſed donatio ſub modo, aut contractus nominatus, do, vt des, vt diximus in Manu. Confeſſ.[i] Tum quod, vt ibidem diximus, licitum eſt, donare alteri aliquid cum pacto, quòd ſi vixerit certos annos reddatur ei duplum, & alioqui nihil. Tum denique, quod non obſtat hæc extrauagan. pro parte negāte adducta: quia loquitur

dc

[a] *In sūma tit. de compenſ. nu. 7.*
[b] *Arg. §. cō penſ. inſtit. de actio.*
[c] *Cap. 1. de regular. li. 6 vbi hoc annotauerunt Domin. & Franc. & ſa cit gl. in cle. dudū. verb. libere, de ſepult.*
[d] *L. 2. §. ſi quis a principe, ff. ne quid in loco pub. & c. ſuper eo. de off. deleg.*
[e] *L. in fundo. ff. de rei vend. ca. ſedes, de reſcrip.*
[f] *Toto ti. de donat. qnæ ſub modo.*
[g] *Leg. 1. & C. de naut. fenor. & no. in c. fi. de vſur.*
[h] *Conſ. 123*
[i] *Ca. 17. n. 222.*

de cenſu conſtituto per viam emptionis vel alterius contractus ei æquipollentis, vt diximus ſuper ea [a] in caſu autem propoſito agitur de cenſu conſtituto per viam donationis ſub modo factæ : & ita non videtur ad ipſum extendi, cum quiſque poſſit rei ſuæ traditioni modum imponer. [b]

129 Quadrageſimaſexta quæſtio, an cenſus conſtitutus Romæ anno 1570. ſu per vna re immobili, & ſuis limitibus de ſignata, & ſimul generaliter ſuper alijs omnibus rebus mobilibus, & immobilibus non deſignatis fuiſſet iuſte conſtitutus? Reſpondeo, quòd hæc quæſtio fuit data in dubium ante aliquot dies in celeberrimo Rotæ prætorio, & ei ad nos delatæ reſpondimus, quòd non. Tum per illa, quæ quidam patronus cauſſarum doctiſſimus adducebat. Tum per hanc extrauag. quæ ædita fuit an. 1568. in ipſa vrbe Roma, in qua eadem fuit conſtitutus cenſus anno 1570. & ita duobus ſaltem annis poſtea. Tum quòd eam breuiter decidemus ante paucos mẽſes in glo. 2. commenti eius; quod huic cõmentario adiecimus. Tum quòd multis probauimus olim communem ſententiam in hoc commentario, [c] contra Sot. & Couarru. ſupra citatos, quod cenſus non poteſt conſtitui ſuper ſola perſona (& ſecundum noſtram ſententiam, vt ſupra dictum eſt, iudicatur in Hiſpania) & conſtituere cenſum ſuper omnib⁹ bonis generaliter, vel ſuper vna re deſignata, & generaliter ſuper alijs omnibus eſt effectus quadantenus conſtituere illum ſuper perſona, & tenere contrarium eſſet eneruare mentem huius extrauag. ſi ſatis res perpendatur.

Num. 17.

b L. in traditionibus. ff. de pact. ca. uerum. de cond. appoſit.

c Nota. 22. nu. 90.

130 *Cenſus non imponitur hodie ſuper omnibus bonis : etiam aliquo deſignato.*

131 *Cenſus, ut imponit quis in re aliena, uel ſua & aliena.*

132 *Venditor regalia iura ſoluere debet.*

133 *Cenſus emptor uane ſit procurator ad exigendum.*

134 *Cenſui ſoluendo finis ſemeſtris poteſt ſtatui.*

135 *Cenſus uenditor obligari poteſt pro euictione.*

163 *Venditor cenſus non poteſt obligari ad penam dupli.*

137 *Venditor cenſus uane conſtituit ſe poſſeſſorem precario.*

138 *Venditor cenſus non poteſt dare facultatem capiendi poſſeßionem, nec renunciare foro, nec dare contractui paratam executionem.*

139 *Cenſus inſtrumento quale, &c. non inſeritur.*

140 *Cenſui, emendo an ullum precium præfixum.*

QVoniam poſt hæc ſcripta breui reſpondimus, decem, & octo quæſtionibus reſultantibus ex duobus contractibus duorum cenſuum in Regno Neapolitano cuidam honorabili viro conſtitutorum, in gratiam & obſequium admodum Illuſtriſs. Reuerendiſsimiq́ue Domini Petri a Lunel. Caiet. Epiſcopi, multis nominibus mihi ſuſpiciendi, quadrageſimaſeptima quæſtio continebit ſex prima reſponſa in ſumma redacta.

Primum erit, quod non potuerũt præ dicti cenſus conſtitui poſt hanc extraua gantem ſuper omnibus bonis, nullo immobili ſpecialiter ſuis finibus deſignato vt ſupra diximus. [d]

Secundum, ꝙ non potuerunt etiam imponi ſuper omnibus bonis generaliter etiam quodam immobili ſpeciali expreſſo, & finibus eius deſignato, quia eſt contra formam huius extrauagantis, & eius rationem in dicta gloſſ. 2. nu. 86. tactam, & in q. 46. paululum dilatatam.

d In ei⁹ gl. 2. nu. 89. et q. 46. num. 129.

Tertium, quòd impoſitio cenſus ante hanc extrauagantem facta ſuper omnibus bonis vendentis licuit, ſi tamen imponẽs bona capacia tanti cenſus habuit, quoniam nullo iure antiquiore illa videtur ſtatutum, ne quis poſſet vendere cenſum generaliter ſuper omnibus bonis ſuis.

131 Quartum, quòd duo poſſunt imponere vnum cenſum ſuper duabus rebus immobilibus ſuis terminis deſignatis, quarum vna ſit vnius imponentis, & altera alterius. Nullo enim iure antiquo, neque nouo huius Extrauagãtis videtur hoc prohibitum, & ita nec dicendum. [e]

e Arg. c. legatur. 24. q. 2. & §. cõſideremus. auth. de trient. & ſemiſſ. coll. 3.

Quintum, quòd quis poteſt vendere, & imponere cenſum ſuper re immobili aliena, conſentiente domino, quia vendi tio rei alienæ valet, [f] & ſi fiat, conſentiẽ-

f L. rem alienã. ff. de contrahen. empt.

te

te domino, eſt efficax, quia non pōt illi contrauenire.[a] Et quia dominus fundi, qui poteſt cenſum imponere, poteſt alteri imponenti conſentire. ff. de reg. iur. licet aliud ſit vendere, & aliud vendenti conſentire.[b]

132 Sextum, quòd venditor cenſus, & non emptor tenetur ſoluere iura regalia, quæ ratione prædij cenſuarij Fiſco debentur. Tum quia dominus prædij vẽdens ſuper eo cenſum, non poteſt præiudicare Fiſco, neque alteri tertio.[c] Tum quia non valet pactum factum inter vẽditorem, & emptorem, ne poſſeſſor prædij vẽditi teneatur ſoluere iura fiſcalia.[d]

Quadrageſimanona quæſtio continebit ſeptimum, & alia quinque de prædictis decem & octo reſponſis.

Septimum, q̃ ad iuſtam cenſus impoſitionem non ſufficit, vt venditor cenſus confiteatur, ſibi eſſe ſolutum precium, ſeque eſſe de ſolutione contentum poſt hanc extrauagantem, vt eius contextus expreſſe continet, quamuis ante illam id ſuffeciſſet, quoniam ſolutum dicitur creditori quomodocunque ei ſatisfactũ ſit.[e]

133 Octauum, quod ſuperuacanea, & inanis eſt conſtitutio, qua venditor cenſus conſtituit emptorem procuratorem in rem propriam ad illum recipiendum, uel exigendum. Tum quia emptor eſt dominus cenſus, & nó venditor poſt traditionem illius ſufficientem,[f] & ita non indiget mandato procuratorio venditoris ad recipiendum, vel exigendum illũ, neque illud ei quidquam prodeſt. Tum quia etiam nihil prodeſt emptori ad cogendum venditorem ad tradendum ei cenſum venditum, quoniam non debet eum ad id cogere nomine venditoris, ſed ſuo proprio, quia vendit illum, & precium ſoluit.[g]

134 Nonum, & quod iuſte poteſt contingere, vt dimidium cenſus ſoluatur in fine ſemeſtris, & alterum in fine anni, vel quod tertia pars in fine cuiuſq; quadrimeſtris. Primum, quia nullo iure antiquo, nec nouo huius extrauagantis ſtatuitur contrarium. Deinde quia iure cõmuni penſio alicuius rei conductę debet ſolui in terminoa partib⁹ ſtatuto, ſi quẽ expreſſe ſtatuerunt, iuxta gl. communiter receptam.[h]

Et ideo conſtitutio temporis ad ſoluendum cenſum nihil aliud eſſe videtur quam ſublatio dubij, quod iura permittunt, & approbant, & ſic eſt quædam expreſſio eius, quod quadantenus tacite ineſt, quæ quidẽ expreſſio nihil nocet.[i]

135 Decimum, quia promiſſio, qua venditor cenſus ſe obligat ad defendẽdum cenſum vẽditum emptori, & de euictione, videtur permiſſa etiam poſt hãc extrauagantem. Tum quia non videtur illa tollere ea, quæ ſunt naturalis contractus emptionis, & venditionis, qualia ſunt obligatio, & cautio de euictione rei venditę.[k] Tum quia eorum, quæ tacite inſunt, expreſſio nihil nocet, vt dictum eſt, & per iura prædicta tacite ineſt vẽditioni prædicta obligatio, vt etiam dixi mus ſupra.[l]

136 Vndecimũ, quòd promiſſio de ſoluendo cenſum ſub pœna dupli non poteſt fieri poſt hanc extrauagantem, quàuis ante illam fieri potuiſſet. Hæc enim extrauagans prohibet fieri omnia huiuſ modi pacta pœnalia, quæ tamen ante illam non videbantur prohibita.

137 Duodecimum, q̃ clauſula, qua venditor cenſus conſtituit ſe poſſeſſorẽ nomine precarij, videtur eſſe inepta, & tã iure antiquo, quam nouo reprobanda, quia venditor cenſus non vendit rẽ cenſuariam, nec minus poſſidet eam poſt venditum cenſum, quam antea. & cenſũ quem vendidit, nullo modo poſſidet ipſe, ſed emptor vt palam eſt.

138 Quinquageſima quæſtio continebit decimumtertium, & reliqua quinq; reſponſa prędictis decem & octo in ſũmam, vt diximus, redacta.

Decimumtertium, quod clauſula, qua venditor cenſus facit copiam emptori eius capiendi auctoritate propria rẽ cenſuariam ob ceſſationem ſolutionis pẽſionis, eſt iniqua, & omni iuri, non ſolũ nouo huius extrauagantis, ſed etiam antiquo contraria. Tum quia ſequeretur, q̃ propter ceſſationem a ſoluendo cenſum vnius aurei perderetur fundus valoris mille aureorum, & ita perderetur, vt emptor cenſus poſſet illum auctoritate propria capere. Tum ob alia quæ de pactis, quibus datur facultas auctoritate ꝓpria rem aliquam capiendi, multis in locis traduntur.

Deci-

a Ca. quod ſemel. de reg. iur. li. 6.

b L. aliud. ff. eo. & tradita ibi per Dec.

c Arg. l. 1. & tot. ti. C. de reb. alie.

d L. 2. C. ſine cenſu, & reliq.

e L. 2. ff. qui ſatisd. cogã. & l. ſi rem. §. oĩs. ff. de pign. act. & l. ſatisfact. ff. de ſolut.

f Iux. l. traditionib. C. de pact.

g Iux. l. Iul. §. offerri. ff. de act. emp.

h In l. adẽ. C. de locat.

i L. 3. de leg. 1. c. ſignificaſti, de elect.

k Iuxt. l. ſi fundus. & tot. tit. ff. de euictionib⁹, & l. pacta conuenta iun. gl. ff. de contr. empt. l. Quæſ. 26. & ſeq.

Decimumquartum,quod pactum, q venditor cenſus renunciat foro ſuo, & alio ſe ſubijcit, eſt contrarium iuri nouo huius extrauagantis,quia per eam vetantur conditiones omnes grauantes cēſus venditorem, vltra quam cenſus natura requirit,non tamen videtur contrarium iuri antiquo,quia nullo tali videtur prohibitum.

Decimumquintum,quod conuentio, qua venditor cenſus ſe obligat ad ſoluēdum quolibet die dimidium ducati pro curatori, ſiue nuncio emptoris,ad recipiendum cenſum poſt terminum lapſū miſſo, eſt contraria huic extrauaganti, vt expreſſe habetur in ea, quamuis iure antiquo non videtur reprobata, modo illud, quod ſoluendum erat pro qualibet die procuratori,ſeu nuncio non eſſet notabiliter nimium.

Decimumſextum, quod conuentio, qua partes conueniunt,vt inſtrumentū, quod continet cenſus emptionem, habeat executionem paratam, eſt cōtraria huic extrauaganti, vt ex illius contextu facile colligitur,niſi lege Regia,vel conſuetudine præſcripta caueatur, quod in Regno Neapolitano inſtrumenta publica habeant executionem paratam, ſiue quod ſint guarentigia, ſi hoc enim illis caueretur, poſſet apponi,quoniam hoc non eſſet aliud quam exprimere illud, quod tacite ineſt, cuius expreſſio vt ſupra diximus,nihil obeſt.

139 Decimumſeptimum,quod clauſula,*Cum omnibus alijs clauſulis, &c.* non poteſt apponi poſt hanc extrauagantem, ſi conſuetudo notariorum publicorum illius Regni habet, quod ratione illius clauſulæ poſſint in inſtrumento apponi aliquæ obligationes, vel renunciationes contrariæ huic extrauaganti, vt ex ea colligitur.

140 Decimumoctauum, quod licet videri poſſet alicui præfatos cenſus iudicari poſſe iniuſtè impoſitos ratione precij, quia imponuntur ad rationem decē pro centum,non tamen eſt firmum. Tū quia, vt nos ſupraſcripſimus, nullo iure nouo,neque antiquo videtur expreſſe ſtatutum, quod precium dicatur iuſtum cenſus conſtituendi. Tum quia pro varietate Regionum,vt ſupra etiam admonuimus [a] varium ſoluitur precium cenſus redimibilis. In Aragonia enim ſolui tur ad rationem quinque pro centum. in Nauarra ad rationem ſex pro centū. in Caſtella ad rationem ſeptem, & aliquantulum plus pro centum, & in aliquot partibus Galliæ ad rationem decē pro centum,quod etiam in Germania ſolitum fuiſſe, ſignificant extrauagantes Martini,& Calixti, [b] quatenus probant licitos fuiſſe quoſdam cenſus impoſitos ad rationes decem pro centum.Et quod etiam in Vrbe vidimus aliquos impoſitos ad rationem nouem pro centum, & octo pro centum, quamuis nunc vt plurimum imponantur ad rationem ſeptem pro centum.

[a] *Nu.* 104.

[b] *Poſita in tit.de empt. inter extra uag. cōes.*

FINIS.

COMMEN-

COMMENTARIA RESOLVTORIA D. NAVARRI

De Cambijs, de Simonia mentali, de Furto notabili, de Neceſſitate defendendi proximum ab iniuria, &c. & de Homicidio caſuali.

NVNC RECENS ADDITA MANVALI CONFESS.

COMMENTARIVM DE CAMBIIS.

PRO FVNDAMENT. EORVM, QVAE DE CAMBIIS, noſtri temporis dicere conſtituimus, principium cap. poſtremi de vſuris, declarandum ſuſcepimus; cuius verba ſunt hæc.

NAVIGANTI VEL EVNTI ad nundinas, certam mutuãs pecuniæ quantitatem eo, quòd ſuſcepit in ſe periculum, recepturus aliquid vltra ſortem, vſurarius eſt cenſendus.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus cap. fi. de vſur. duplex, & primus melior, Vſurarium ſcilicet eſſe cenſendum qui mutuat certam pecuniæ quantitatem nauiganti, vel eunti ad nundinas, ſi recipiat aliquid vltra ſortem, eo quod ſuſcepit in ſe periculũ, & hoc ad vitandas vſuras palliatas. nu. 2. & 3.*

1 *Aſſecuratio mercium eſt precio æſtimabilis, & licita. nu. 3.*

2 *Exemplum regulam non reſtringit, vnde dicens de vno caſu exempli, nõ negat de alio ſimili, & contra.*

2 *Greg. IX. ſtylus aptus, ſuccinctus, breui loquẽs, & circũſpectus nõ diffinit niſi dubia cap. nauiganti de vſur. & n. 3.*

3 *Verbũ ſubſtantiuum, eſt, ſonat veritatem rei. Verbum verò, cenſetur, præſumptionem*

nem in foro tantum exteriori.

3 *Vſura eſt mutuare alteri cum pacto, & vltra ſortis acceptæ ſolutionem, ad qd aliud faciendum, quod mutuanti conducat teneatur.*

3 *Vſura nautica, ſeu traiectitia i. quæ ob mutuationem, uel ſecuritatem accipitur, ſuſcepto in ſe periculo tranſmiſſionis, & amiſſionis mercium, per c. nauiganti. de vſur. hodie prohib. ta.*

4 *Cambia ſeu permutationes pecuniarum ab vna ciuitate in aliam eiuſdē regni exercēri prohibitum in regnis Luſitaniæ, quia cenſetur Vſuræ.*

4 *Emere quid uilius, quam ualet, cū pacto reſtituendi eodem precio quando uoluerit, in Luſitania cenſetur mutuum & pignus in foro exteriori, nō autem uenditio.*

4 *Vſuram eſſe mutuare alteri pecunias cū onere, ut a mutuante ſecuritatem accipere teneatur, nemo eſt qui dubitet.*

5 *Mutuans pecuniam, & amplius q̄ mutuauit quid recipiens, licet ſecuritatē præſtet, pro uſurario habendus.*

5 *Vſura ēt ſi non ſit coram Deo, in foro tamen exteriori facile cenſebitur ſi mercator pannum iuſto precio rigoroſo alicui credito uendat, & ſtatim minoris emat iuſto precio infimo, non autem ſi alius ita emat.*

5 *Emere neq; ēūt tutor, & curator res ſuorū minorū, ſicut alij, neq; iudices t̄p. rij res ſuorum ſubditorum, ad fraudes euitandas, ſaltem in foro exteriori.*

6 *Mutuans pecunias alicui ſecuritatē deposcenti, vt eas mari, uel alijs periculo ſis locis transferat, & eidē ſine fraude ſecuritatem præſtans, p̄cio, quo ab alio eam accepturus erat ad reſtitutionem non tenetur. ſecus ſi capiat ob mutuationem, & multo magis ſi mutuare nolit niſi ab eo ſecuritatem accipiat.*

6 *Mutuans alias merces, & non pecunias, eas q; ſecuras faciens, nō cenſetur Vſurarius, per c. fi. de uſur. quod de pecunijs tantum loquitur.*

6 *Pecuniæ Vocabulum, licet iuxta generalem ſignificationem nummos, & alia quælibet bona ſignificet, ſpecialiter tamen pro ipſis nummis accipitur.*

6 *Præſumptio iuris, & de iure eſt cuius cōtrariū probari non p̄t, ut ſi quis mutuet, & ſecuritatē p̄ſtet, & ultra mutuū aliquid accipiat, qui non poterit probare ſe non eſſe uſurarium & quæ reſtringi, & ampliari debeat.*

7 *Vſurarius eſt non ſolum egentibus ob ſuſtentationem mutuans ad uſurā, ſed etiam diuitibus, & non mercatoribus ob maius lucrum.*

7 *Fideiuſſor, ab eo cui ſecuritatem p̄ſtat, aliqd accipere p̄t, niſi fraus interueniat ut ex conuent. one cū mutuāte de partiendo lucrum, uel alias lucrandum.*

8 *Cambia, ſeu permutationes pecuniarum cum alibi dantur, & alibi ſecurè accipiuntur licite cum lucro fieri poſſunt, cum ſit modus quidam aſſecurationis multa tamen in eis ſunt illicita, & difficile eſt diſcernere.*

AD explicandum hoc principiū dicimus, primo, illud duos habere intellectus. vnus eſt doctorum antiquorum,[a] iuxta quem illa verba (eo q̄ periculum in ſe ſuſcepit) cum participio recepturus coniūgenda ſunt: & litera componēda eſt hoc modo mutuans certam pecuniæ quantitatem, nauiganti, vel eunti ad nundinas receptus ita vt ſummatim, complectatur ſummarium Panor. ſ. vſurarium eſſe, qui vltra mutuatum recipit, quamuis in ſe periculum ſuſcipiat.

a Glo. Hoſt. Io. And. Panor. & Cōmunis.

Alter intellectus eſt aliquorū autorū recentiorū, quos nos ēt ſecuti ſumus, qñ in hac præclariſs. Academia Salmātina, illud extraordinarie prælegebam[g] anno 1530. iuxta quē illa verba, *eo quod periculum in ſe ſuſcepit*, coniungenda ſunt, cum illo participio, *mutuans*, ita vt litera exponenda ſit hoc modo; Mutuans certam pecuniæ quantitatē, eo qđ periculū in ſe ſuſcepit, nauiganti, vel eunti ad nūdinas recepturus aliqd vltra ſortem, vſurarius eſt cēſendus, ita vt ſenſus ſit, qui mutuat pecunias per loca p̄iculoſa eas tranſmiſſuro, cū pacto ſecuritatis à ſe ipſo præſtandæ ſibiq; vltra mutuatū aliqd dādi, ob ſecuritatē, vſurarius eſt. Sic tenet Io. Maior.[b] dicens incōpoſite hic gloſ. loq: ſic ēt intelligere videtur Sylu.[c] dicēs hūc textum ſupplementū non intellexiſſe: ſic ēt videntur intelligere Caiet.[d] Medin.[e] & Sotus.[f] Pro iſto ſenſu facit, quia ex antiquorum intelligentia ſequi videtur, eū qui ſecuritatem merciū per loca periculoſa

b In 4. diſt. 15. quę. 31. ſub. fin.
c Verb. uſu. 2. q. 35.
d In ſūma uerb. uſur. exterior.
e In C. dere ſtit. in princip. & potſtea in uerſic. Inde.
f Lib. 6. q. 7. art. 1. de iuſti. & iur.

loſa

loſa deferendarum p̃ſtat,ſi ob id aliquid accipiat,vſurarium eſſe. Quod conſuetudini totius orbis Chriſtiani, & cuidam legi, [a] quæ precio æſtimabilem eſſe ſecuritatẽ,ſignificat, & cõi ſniæ repugnat. [b]

2 Secundo dicimus, quod q̃uis hoc argumento,hunc intellectũ olim ſecuti ſui mus: nunc tñ Deo nobis beneficium maturius textus ponderandi concedente, melior primus intellectus vr̃,quem glo. ab omni recepta, hic dedit: iuxta quam sũma eius alijs,ſ.Panor.Io.ab Ana.Petri Rauen. (nam Io. Andræas ob breuitatẽ non ſummat)circũſpectior eſt: Qui mutuat pecuniam alio trãsferendam q̃uis periculum in ſe recipiat, ſi vltra mutuatum plus aliquid recipit,vſurarius eſt iudicandus. Hæc ſumma reprehendi non poteſt,q̃ nimis ſit generalis,q̃uis textus ſolum loquatur de eo,qui nauiganti,aut ad nundinas proficiſcenti mutuat:& sũma de hoc & de quolibet quod mutuat quibuſlibet alio eã trãſportaturis. Quia textus nõ loquitur de eo qui mutuat nauiganti,aut ad nundinas eunti,vt in alijs locum non habere intelligatur: ſed exẽpli, aut ſignificandi cauſa, fortiori rõne in eo locum habere,arg.ab illo loco ſi q̃ minus ineſſe videtur ineſſe, & id quod magis &c. capitul. Cum in cunctis, [c] Authent.multo magis,[d] qui de vno dicit cauſa exempli,non negat de alio, [e] & q de vno dicit,non negat de alio ſimili,ne que econtrario. [f] Si igitur qui mutuat p mare iter facienti,vbi communiter pericula magis reperiuntur, ab vſura non liberatur,quamuis periculũ in ſe recipiat minus ab ea excuſabitur, qui periculum in ſe recipiens mutuat alteri,cui minora picula adeũda ſunt. Et ſi qui mutuat ad nundinas proficiſcẽti,qui cõiter eſt mercator,& quo plus lucretur mutuum accipit,vt ad nundinas proficiſcaẽ,& merces emat,non excuſatur:minus excuſabitur, ſi mutuat alteri,qui magis indiget.

a Periculi precium.ff. de nau.fœnor.
b Laurẽ. de Rodul.in c. confuſe.3. par.q.1.nu. 8.& Anto. 2.par.tit.1. c.7.§.21. & Ana.hic nu.37. 38.
c De elect.
d C.de ſuc. ſanct.eccle.
e L. damni inferi ſtipu. de damno infec.& gl. reputatuſin gul.C.1.ne cler.uel mo nac.
f Dom.in c.qualis 25 diſt.

Tertio dicimus,quod pro iſta ſumma & intellectu facit primum,quod ita intellexerunt oẽs qui hunc locum ſuis cõmẽtarijs interpretati ſunt ſm quod ſtructura verborum huius principij plane expoſita,hoc apertè dicit,nec quod alij illi affingunt dicere põt, niſi ita conſtruatur, quia perſpicuè eam ab eis deſtrui, appareat, ſicut experietur qui iuxta vtrumque intellectum ſine affectu conſtruet. Tertium,quia eſt compoſitio Greg.IX. & conſequenter apta,ſucci plena,breuiloquens,circũſpecta,nullam improprietatem neq; alienas conſtructiones ferẽs vixq; ex centum viris compoſitione Latina doctis,qui hunc textum legent(nulla habita rõne ſecuritatum,quas mercatores præſtant,an ſint licitæ vel nõ)tres dicent,hunc textũ non loqui de eo, qui plus quam mutuauit recipit,ob ipsũ mutuare,& ſecuritatem præſtare. Quartũ, quia ſi Greg.IX.dicere voluiſſet quod illi imponitur ab ijs, qui ſecundum intellectum ſequuntur,non dixiſſet eo quod ſuſcepit in ſe periculum, ſed vt ſuſciperet in ſe periculum: quia dicunt, quod loquitur de eo qui mutuat pacto,vt qui recipit,ſecuritatem a mutuãte accipiat. Quintum quia iuxta conſtructionem, & ſeriem literæ,quam alij ſequuntur, textus ſignificat ſe loqui de eo,qui ante ſecuritatem præſtat, quam mutuet, quia dicit(mutuans eo quod ſuſcepit in ſe periculum:)& qui ita textum conſtruunt, dicunt loqui de eo qui mutuat cũ pacto, vt ab ipſo ſecuritas petatur,& conſequẽter,præſupponunt, loqui qñ mutuum ſecuritati antecedit: & ſic pugnantia non aduertentes,dicunt. Et ſi aliquis dicat, in recentioribus quibuſdam libris nõ eſt ſe Verbum ꝓteriti,ſuſcepit,ſed præſẽtis ſuſcipit,aduertat, in antiquis & maiore recentiorum parte reperiri(ſuſcepit,)& parum in hoc referre, quippe ſi bene cõſideret,eundẽ intellectum repturus eſt.

3 Sextum quia Greg.IX. niſi res dubias definire non ſoleret:at nullum dubiũ erat vſuram eſſe, mutuare alteri cũ pacto vt vltra ſortis acceptæ ſolutionem ad aliquid aliud faciendum,q̃ mutuanti conducat,teneatur.[g] Et non eſt dubiũ,quin hoc fiat,quando mutuatarius ſe obligat ad ſecuritatem a mutuante accipiendã. Septimum, (quod a paucis aduertitur) quia non dixit Greg.IX.illum de quo loquitur,vſurarium eſſe,ſed vſurarium cẽſeri: non enim dixit vſurarius eſt, quod veritatem ſonat,ſicut & verbum,cenſendus,fictionem,aut præſumptionem:[h] ſed vſurarius eſt cenſendus, ſignificans, fieri poſſe, vt coram Deo is de quo loquitur interdum vſurarius non ſit, ab eccleſia tamen pro tali habendus eſt.

g Arg. c.1. 14.q.3.& eorum quæ ibi latius cõment.ſum°.
h Iux.nota. per Bar. & Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore,ff.de uſura.

Et iuxta alium intellectum dicere dēt, coram Deo & hominibus vere vsurariū esse. Octauum, qa iuxta hunc intellectū aptissimæ rōnes dubitandi & decidendi reddi possunt: quib⁹ auditis, vnusquisq; hanc esse veritatem affirmabit. Ratio. n. dubitandi iuxta cōem, & nostrum, intellectum fuit quod cum nullo textu Canonum specialiter vsura quæ nautica, vel traiectitia dr̄ prohibita reperiret q̄ est ea, q̄ ob mutuationem & securitatem accipiēt, periculum transmissionis & amissionis in mari in se suscipiendo: quæ iure ciuili permissa est maiori cum rōne, q̄ aliæ, pp̄ periculum, q̄ mutuans in se suscipit: quod est quid æstimabile, [a] licita etiam iuxta Canones fore videbatur. Rō tamen decidendi (ob quam non obstante ista dubitandi, Greg. IX. contrarium definiuit) non fuit, q̄ à gloss. Panor. & alijs censetur, sed vsuris palliatis quæ prætextu securitatis exercebātur occurrendi necessitas, & quia multi videntes a iure Canonico omnes vsuras generatim vetari, nauticam tamen spāliter nō prohiberi, illaq; licita ob periculum, qđ mutuans in se suscipiebat videretur, oēs mutuationi periculum in se suscipiētes sese dedebant, siue periculum foret, siue non, siue mutuum mari, siue terra transmittendum esset: multiq; mutuum accipiebant dicendo se illud accipere, ad p̄ se vel per alios, trans mare, aut trans tales montes, aut extra regnum, &c. deportandum, quo inuenirent qui mutuaret pp̄ lucrum quod ex ficta securitate factu ri erant. Et alij qui reuera mutuum accipere volebant, ad transmittendum quo dicebant, nolebantq; securitatem, ad eā cogebantur, quia alij sine lucro mutuare nolebant. Quod, cum ex sola mutuatione facere non possent, securitate obtegere volebant. Propter hanc rationē Greg. IX. sanciuit, vt qui mutuaret pecuniam, & amplius reciperet (quamuis securitatem præstaret) vsurarius iudicaretur: q̄uis diceretur illud propter securitatem dari, recipique. Quæ certe sanctio, fuit prudentissima. Quia si vsura nautica p̄mitteretur mutuanti cum securitate, ista tim oēs dando, petendove mutuo cum securitate, sese dederent, alijs vere, alijs falso dicentibus, se illud petere, ad mari aut terris periculo sis, &c. transmittēdū.

a L. periculi precium. ff. de nautico fœnore.

Eadem prouidentia nup̄ in his & Lusitaniæ regnis cautum est, ne ab vna Ciuitate in aliam eiusdem regni cambia, seu p̄mutationes exerceātur, quia vsuræ palliatæ censentur, sicut statim dicem⁹ inf.

[b] Eadem sancitum est vt qui emit aliqd vilius q̄ valet, cum pacto restituendi q̄n voluerit, eodem precio, censeatur mutuum & pignus, & non venditio in foro exteriori. iux. gl. sing. [c] q̄ communiter receptam dixit And Burgens. [d] & esse in vsu ait Cassād. [c] Nonum, quia nō solum aliæ vsuræ hodie sunt prohibitæ iure Pontificio, sed etiam quæ nauticæ vocātur, quæ sunt supradictæ, sicut affirmat Host. super hoc ipso c. per eius textum, cui hic contradicit nemo, & cum eo consentit Salyc. [g] quorum sententiam communiter teneri, Io. Ana. affirmat in præsenti, [h] citans Petrum ab Anch. [i] reprobantem Iac. Butr. qui contrarium tenuit [k] concludendo post illos, per hoc cap. tulum quēdam iuris ciuilis, s. de nautic. fen. corrigi: At si contrarium intellectū sequeremur, potius licitas, q̄ illicitas esse fatendum nobis esset: & alius nusq̄ est, q̄ saltem specialiter eas eiusmodi esse probet. Deniq; ad hoc tenendum cogit, qa hoc principium huius solenniss imi cap. nullam decisionem dubiam contineret, atq; inutile & superuacaneū esset, quippe cum non sit scholasticus tribus annis in iure Pontificio versatus, qui dubitet vsurā esse mutuare alteri pecunias cum onere, vt ab eodē securitatē accipere teneatur. Quod de textu Greg. IX. dicere, irreuerētiæ & insolentis temeritatis est.

5 Quarto dicimus, non obstare argumētum q̄ pro altera parte fecimus, q̄ aliq̄n nobis dissolui non posse visum fuit, sicut ēt visum fuit prædictis, qui ab hac cōi sententia discesserunt s. ex nostra cōi intelligentia sequi, eū, qui securas reddit merces, quas per loca periculosa trāsportare debet, vsurarium esse, si ob id aliqd accipiat: quod consuetudini totius orbis Christiani & legi periculi precium, [l] q̄ significat securitatē precio æstimabilē esse, & cōi sniæ relatorum sup. [m] repugnat. Dicimus itaq; hoc non obstare, quia negamus ex hoc intellectu illud sequi: quia sequitur, si eum qui mutuat pecuniam, & amplius quid, quam mutuauit, recipit, q̄uis securitatem præstet, pro vsurario

b Eod. cap. nu. 30.
c Cap. conquestus. de vsur.
d In ca. ad nostrā. col. 15. de emp. & vend.
e In dec. 1. de usur.
f ff. & C. de nautico fœno.
g In authē. ad hæc. C. de usur. co. lu. 3.
h Nume. 3.
i In l. fi. C. de nautic. fen.
k In l. 1. C. de nautic. fen.
l ff. de nau. fen.
m eo. nu. 2.

rario habẽdum esse. Quod ab eo, q̃ argumentũ infert, trib. reb. differt: prima, qa istud eum qui securitatem p̃stat absque mutatione non comprehendit; & aliud sic: secũda, quia istud, eum, q̃ aliam rem, q̃ pecuniã mutuat, non comprehendit: & aliud sic: tertia, qa istud dicere, nõ est talem vsurarium esse, dicere, sed vsurarium censendum esse: & istud dicere, est vsurarium esse. Et si contra hoc replices illud q̃ S. Ant. insinuauit, non esse deterioris conditionis habendum, q̃ mutuat quo mutuando conducat, q̃ alium, q̃ nõ mutuat: & consequenter nullam esse rõnem, cur securitatem p̃stare non possit, & securitatis rõne, quantum alius recipere. Rñdebimus concedendo, q̃ coram Deo & in foro conscientiæ, vbi nisi veri tatis nulla est consideratio, & pœnitenti creditur, licitè qui mutuat, & securitatẽ p̃stat quantum alius qui non mutuans se curitatem p̃stat, securitatis intuitu accipere pót: negando tñ quod in foro exteriori non sit deterioris conditionis, eo q̃ illa securitas censeatur adhiberi, ad vsuras obtegendas, & accipiendum isto bono ptextu, quod reuera potius ob mutuationem, q̃ securitatem accipit. Idcirco non dixit hic Gregorius vsurarium esse sed pro vsurario hẽri. Quod nisi fallor sentire voluit Adria. VI. [a] Pro quo facit vt si mercator qui pannum aliquem precio iusto summo alicui credito vendit, qui statim minoris vendit, illico illũ minoris emeret, solueretq́; precium iustũ infimum, peccatum vsuræ corã Deo nõ committeret, coram hominibus tñ facile vsurarius censeretur, per ea, q̃ dixim⁹ in Manu. [b] q̃is in eo, quod credito illi vendidit magis profuit, q̃ qui non vẽdidit. At si alius qui non vendidit, neq; ita de illo bene meritus est, emeret ẽt minoris, q̃ ille, nec esset nec talis censeretur. Facit etiã quia tutor & curator res suorum minorum non possunt, sicut alij, emere, [c] neq; iudices tporarij suorũ subditorum res, [d] licet magis q̃ alij, illis pro sint: & sic ius eos deterioris conditionis, quam alios in hoc constituit, ad fraudes saltem in foro exteriori vitandas.

6 Quinto dicimus, ex his oibus sequi, confitẽti se mutuasse pecunias alteri ea rũ securitatem deposcenti, quo eas mari aut alijs periculosis locis transferret, & sine fraude ipse eidem securitatem p̃stitit, precio, quo ab alio eam acceptur⁹ erat nullam restitutionẽ a confessario ei præcipiendam. Si tñ ipse confiteretur, se aliquid amplius accepisse ob mutuationem, aut tam intnitu mutuationis, q̃ securitatis: præcipienda est ei, eius partis, q̃ ob mutuationem accepit, restitutio: & etiam, si mutuare noluit, nisi alter ab ipso, aut ab eo quocum ipse vtilitatis societatem hẽret, securitatem acciperet, quemadmodum hoc idem c. probat, iuxta aliũ Intellectum, qui in hoc verus est.

Sequitur etiam, hunc textum locũ nõ habere in eo, qui mutuat alias merces easq́; securas facit; primo quia solum de eo qui mutuat pecuniam, loquitur. Quia Pontifex vsus est hoc vocabulo pecunias, quod q̃is iuxta generalem significationem, nummos & quælibet alia bona significet. [e] specialiter tñ pro solis nũmis accipitur. [f] Et ad significandum in hac speciali significatione a Pontifice in hoc ca. accipi, non absolute, sed cum ad iunctione dicendo certam pecuniæ quãtitatem, eo vsus est: quo significaret, se hunc rigorem inducere velle solum in eum, qui pecuniæ quantitatem, & nõ in eum, qui alia bona mutuat. Secundo, qa hic textus deflectit a ratione, & a via iuris regia discedit, quatenus præsumptionem quandam nouam introducit, & eiusmodi, quam iuris & de iure appellant, cuius contrarium probari non pôt, iuxta late notata in c. is qui fidem. de sponsi. vt qui mutuat, & securitatem præstat, & vltra mutuatum aliquid accipit, præsumatur illud ob mutuationem & vsuram accipere: q̃ restringi & non ampliari dẽt. [g] Tertio, quia non ea rõ in eo q̃ pecunias, & in eo, q̃ alias res mutuat, reperit: partim quia aliæ cõiter p̃cio æstimatæ, vẽditæ, & non mutuatæ dant: partim quia in illis nõ tot fraudes, atq; in pecunijs exercent. Paucis n. dari, & a paucis accipi possũt in hunc effectũ, absq; manifesta calũnia: siq̃dẽ solũ mercatores, & hi nõ oẽs sed qui per mare & diuersa regna negotiant, eas accipere absq; apta fraudis suspitione possunt: at pecuniã magni parui, mediocres oẽs accipere possunt, fingẽdo se illud velle hẽre, quo in Flandriam aut extra regnũ, suis cõsanguineis, amicis negocijs, suis rebus, aut alterius mittãt.

a *In 4. dere stit. in q. quę incip. occur*

b *Capi. 17. nu. 242.*

c *L. cũ ipse C. de contr. emp. & l. si in empt. §. fi. ff. eod.*

d *L. 1. C. de contract. iudi. & l. princip. C. si cert. pet.*

e *C. totum 1. q. 3. l. q. quis. de leg. 3.*

f *C. 1. 2. & 3. 14. q. 3.*

g *C. quod a iure cõi. de reg. iu. li. 6. l. quod contra rõnem. ff. eod.*

Partim, quia in illis non eſt, cur iſtæ fraudes fiant: cum ſi iam voluntas ſit, dãdi & accipiendi lucrum iniuſtum, illud earum precio adiungi & obtegi poſſit.

Sexto dicimus, quod ex dictis colligitur quo modo intelligendum ſit illud ꝙ ſupra dictum eſt, ſcilicet vſuras nauticas eſſe prohibitas per ius Pontificium præfati cap. intelligendum eſſe, illas vetitas quo ad forum exterius, ſi ob mutuum pecuniæ numeratæ accipiantur: & etiã quo ad interius, ſi propter pecuniæ, aut alterius rei mutuationem ſumuntur: ſed non, ſi, & quatenus ob ſolam ſecuritatẽ præſtitam, recipiuntur, (nulla habita ratione, ſaltem principali, mutuationis certæ quantitatis) modo non recipiãtur maiores quam ab alio tertio pro eadem ſecuritate reciperentur: quæ eſt noua & ſingularis reſolutio.

7 Sequitur etiam contra Carolũ Qui dam,[a] non ſolum peccatum eſſe ad vſuram agentibus ad ſe ſuſtentandum accipientibus mutuare: ſed etiam diuitibus, & mercatoribus ad maius lucrum mutuare, per hunc textum, qui ad hoc eſt ſingulariſſimus, & nouè illum ponderamus. Patet ſiquidem communiter non eſſe pauperes, qui ad ſuam ſuſtentationem neceſſariam mutuum accipiunt, ꝙ ad maria tranſmittendum, aut ad nundinas deportandum illud ſuſcipiunt: & dicit hic Gregorius, neque ab his vſuram recipere poſſe, qui eiſdem pecuniã mutuarint, quamuis illius ſecuritatem præſtiterint. Sequitur etiam, fideiuſſorem aliquid ob fideiuſſionem recipere poſſe, quia non mutuat, & faciat idem quod ꝙ ſecuritatem præſtat: quamuis qui ſecuritatem præſtat accipit ab eo, in quem ſecuritatis beneficium confertur: & fideiuſſor ab eo, contra quem ſecuritas præſtatur pro eo, quod è re illius eſt. Et q̃uis Laurentius,[b] id non ita tutum exiſtimet, nullum tamen in eo periculum eſt, niſi quando fraus interuenit: Exempli gratia, ſi nolo tibi mutuare, niſi mihi fideiuſſorem. N. præſtes, quo cum conueni, vt pro eo certum quid abſte accipiat inter nos partiendum: Aut quod liberatus à me à fideiuſſione, illud mihi tradat. Aut nolens ſine lucro mutuare, mitto te ad fratrem meum, aut alium cui pecunias miſi, qui tibi eas mutuet, cum pacto, vt ego pro te fideiubeam, & poſtea nolo fideiubere, niſi certa aliqua re mihi abs te data. Quamuis teneri poſſet quòd etiam in his caſibus non inſit vſura, qa nihil vi mutui taciti, vel expreſſi, accipiatur, ſed totum vi alterius contractus longe differentis ab illo, ſed iuſtè illi appoſiti, &c.

8 Septimo dicimus ex his ſequi, verũ eſſe quod dicit Ioan. ab Anan.[c] & ſenſit Gloſ. vnde id hauriunt Bald. & Salic.[d] permutationes pecuniarum licitas eſſe: cum centum aureos, qui hic dati sũt Romæ tuto præbere, modus quidam ſit ſecuritatis præſtandæ quia tamen hoc nõ de omnibus permutationibus intelligendum eſt quia multæ ſunt illicitæ: difficilimumque has ab illis ſeiungere iudicetur: quod teſtantur Caiet.[e] Medin.[f] Sot. & alij alibi: idcirco nec in Manuali, nec alio loco quicquã de hoc diximus. Dabimus nunc operam, principio cum auxilio optato, alterius commentarij.[h] ſupr. cum hoc commentario excuſſo, reſolutius & breuius quam ab alijs, addita cam bij qua id fit declaratione, quo modo diuidatur, & quãdo eius ſpecies licitæ ſint vt hæc materia explicetur.

a In lib. de commer. a nu. 7. & a nu. 11. & a nu. 70.

b In c. conſul. 3. par. q. 31. de vſur.

c In præſen nu. 46.

d In l. 3. C. de exhere.

e In trac. de camb. c. 1.

f In c. de re bus reſtitu. fol. 145.

g Libr. 6. q. 10. de iuſt. & iur.

h Capi. 1. 14. q. 3.

9 *Cãbium dicitur ꝟnius rei cum alia permutatio.*

9 *Cambium neque emptio, neq; ꝟenditio eſt neq; depoſitum, neque mutuum neque commodatum, neque locatio, neq; conductio, ſed contractus innominatus a prædictis diſtinctus.*

9 *Cambium proprie, & generaliter ſumptum, diuiditur in cambium pecuniæ, & in cambium aliarum rerum.*

9 *Cambium proprie dicitur permutatio unius pecuniæ, cũ alia, modo nec una pro alterius precio, ſed permutatione tribuatur quia omne vendibile permutari poteſt.*

i L. 1. ff. de contr. emp. & l. 1. ff. de rer. permut. & C. eo. ti. Vt late declarat d. l. 1 ff. de contr. empt. & l. 1 ff. de rerum permut.

ADdimus itaque octauo cambium eſſe vnius rei cum alia commutationem: quod communiter a iuris peritis permutatio dicitur.[i]

Vnde primum ſequitur, cambium proprie neque emptionem, neque venditionem eſſe,[k] neque depoſitum, neque tale mutuum, quod mutuum proprie dicitur, neque tale, quod commodatum, neque

neque locationem, neque conductionẽ, ſed contractum innominatum, qui a prę dictis multis rebus diſtinguitur, per leges prædictas. [a]

[a] Et l. ex placito. C. de rer. permutat.

Sequitur ſecundum cambium, ꝓpriè & generaliter ſumptum, diuidi, in cambium pecuniæ, & in cambium aliarum rerum. Quia quamuis germanius cambium videatur, vnius rei naturalis, cum alia naturali permutatio: & conſequenter quando vna pecunia cum alia permutatur, aut alia re, non tanquam precium aut pecunia, ſed tanquam fragmentum auri, & argenti, aut metalli. Proprie tamen cambium etiam poteſt dici, permutatio vnius pecuniæ (qua eſt pecunia,) cum alia: modo ne vna pro alterius precio, ſed permutatione tribuatur: quia, omne vendibile, permutari poteſt, [b] & pecunia res vendibilis eſt, vt infra, [c] dicetur quod quotidie in pecunijs pretij diuerſi aut metalli, contingit, ſicut omnes fatentur, & etiam, iuxta quos in hac materia ſequimur, in pecunia eiuſdem precij & metalli, quando vna in prouincia vna, alia in alia habetur, & etiã quando in eodem loco tenetur: ſed vna eſt ad manum, alia non: vna, ſua pulchritudine antiquitate, aut alia ratione, eum, qui eã permutatione comparare vult, delectat, ſicut quotidie cernimus vnum regale, vnum aureum, alio pulchrius videri.

[b] L. 1. tit. 6. par. 5. Hoſt. in ſumma de rer. ꝑm. verſic. quid aũt poſtea permutari.

[c] Eo. nu. 20 & 32.

10 *Cambia dicuntur non omnes permutationes, ſed vulgariter ſolum pecuniarum cum pecunijs.*

10 *Cambium eſt reale, vel ſiccum, iuſtũ, vel iniuſtum, vel dubium, purum, vel impurum.*

10 *Cambium ſiccum, eſt cambium fictũ, quod vere cambium non eſt.*

10 *Cambiorum ſeptem genera, per literas, per translationem realem, per lucrũ, ſeu intereſſe, per cuſtodiam, per emptionem, per permutationem, aut alitũ contractum innominatum.*

SEquitur tertium, ꝙ vulgari ſermone & aliquorum Scholaſticorum latino verbum cambium vna ratione ſtrictius accipitur, q̃ natiua eius ſignificatio patitur, & alia generalius; ſtrictius quidem, quia iuxta eam, omnis & ſola permutatio: & vulgariter, non omnes permutationes, cambia dicuntur, ſed ſolum pecuniarum cum pecunijs & multi contract⁹ qui propriè cambia nõ ſunt, ſed emptiones, locationes, conductiones, & alij contractus innominati, cambia nominatur. Cambium itaque acceptum, vt a vulgo prædicto vſurpatur eſt, omnis contract⁹ pecuniæ pro pecunia non gratuitus, ſiue ſit permutatio, ſiue, emptio, ſiue depoſitum, ſiue quiduis aliud.

Cambium igitur, vt à vulgo accipitur diuiditur iuxta S. Anton. [d] quem Angel. Roſel. & Sylu. & Theologi, qui poſtea ſcripſerunt ſequuntur, in reale & ſiccũ. Cambium ſiccum, iux. a illos eſt cambium fictum, quod vere cambium non eſt: Laurent. tamen qui prius de hoc loquutus eſt, [e] dicit, cambia ſicca eſſe, in quibus permutator prius quam accipiat dat, & quia ſine acceptione largiuntur, ſicca nominantur. Diuiditur etiam iuxta Caiet. [f] in cambium aperte iuſtum, & aperte iniuſtum, & in dubium. Diuiditur iuxta alios, in purum, & impurum: & alij vt Medina vbi ſupra, appellant & recte purũ, cui alterius contractus admixtum eſt nihil, & impurum quod alterius contractus admixtionem habet. Sotus tamen vbi ſupra purum appellat, quod iniuſtitiæ admixtione vacat, & impurum, ꝙ eandem habet. Quæ omnes diuiſiones noſtro iudicio exiguam vtilitatem, & magnam cõfuſionem continent. Qua re vtilius videtur dicere, ſeptem genera aut modos eſſe cambiorum, ob officium mutuandi, [g] minutum, [h] per literas, [i] p translationem realem, [k] per lucrum, ſeu intereſſe, [l] per cuſtodiam, [m] & per emptionem infra, [n] permutationem aut alium contractum innominatum; qa hæc ad intelligendum & hanc materiam illuſtrandam aptiora ſunt, ad quæ reale, ſiccum, aperte iuſtum, aperte iniuſtum, dubium, purum, & impurum rediguntur: de quorum vnoquoque, ita dicemus, vt ex eorum deciſionibus, & fundamentis omnium dubitationes explicari poſſint.

[d] 2. par. tit. 1. c. 7. §. 49

[e] In qu. 1. par. 3. c. conſuluit, de vſur.

[f] Intrac. de camb. ca. 1.

[g] De quoin fra nu. 15.

[h] De quoin fra nu. 19.

[i] Inf. n. 21.

[k] Inf. n. 31.

[l] Inf. n. 34.

[m] Inf. n. 36

[n] Num. 41

11 *Cambium, vt eſt permutatio rerũ, multo antiquius, quam contractus, emptionis, & venditionis.*

11 *Pecunia inuenta, vt eſſet rerum venalium tanquam menſura publica.*

11 *Cambium pecuniæ, vel eſt permutatio minutæ cum magna, & contra, uel minoris valoris cum pecunia maioris ualoris, & contra de uno loco ad alium.*

11 *Ars negociandi permutatione pecuniarum non placuit Ariſt. ſed & S. Tho. illicitam eſſe dixit, cum eius finis principalis quæſtus ſit, ſecus ſi moderatus pro ſua ſuorumq; ſuſtentatione, & Rei publ. vtilitatem afferat.*

11 *Pecuniæ vſus ad lucrandum ex eius permutatione, non eſt ipſius naturæ quid contrarium, & licet a principali vſu, cuius cauſa inuenta eſt differat, non tamen a minus principali, & ſecundario, ſit & ipſæ merces.*

DIcimus nono cambium ſeu permutationem rerum, quæ non ſunt pecunia, ſicut pulchrè dixit Iuriſconſultus Pau. in l. pri. de rerum permut. multo antiquiorem cõtractum, quam emptionis & venditionis eſſe, qui poſt inuentã pecuniam exordium ſumpſit; quia ante eã qui rem aliquam habebat, & alterius indigebat, quærebat, qui eam haberet, atque cum ſua commutare vellet: verbi gratia, qui vinum, & lanam habebat, & frumento calceisq; carebat, quærebat q calceos & frumentum haberet, & cum ipſius vino & lana permutare vellet. Qd etiam hodie a Barbaris quibuſdam nationibus, quibus cum commercia Hiſpani & alij habent, obſeruatur. Inuenta tamen poſtea fuit. Cuius inuentio ſicut ex vna parte minime neceſſaria certè fuit, ita haud ſcio, an ex altera parte ſit, quæ per auaritiam animas, per bella, nauigationes, peregrinationes horribiles, corpora diripit, quin etiam ſeipſam, & multas naues quibus ipſa vehitur, tempeſtatibus formidabilibus & naufragijs euertit. Itaq; primus vſus, finisq; principalis cuius cauſa pecunia inuenta, fuit, vt eſſet precium, quo res ad vitam humanã neceſſariæ emerentur venderenturque, ſicut ipſe Pau. ait vbi ſup. & ante ipſum Ariſt. [a] & vt rerum venalium eſſet tanquam menſura publica, [b] & oẽs recentiores de hac re loquentes pſertim Ioã. Cald. hic & Lauren. [c] Poſtea incepit permutatio pecuniæ certi generis ſeu æſtimationis, cũ alterius generis & æſtimationis pecunia: vt magnæ, cum minuta, & minutæ, cum magna. Poſtea quia pecunia vnius prouinciæ minoris in ea, q̃ in alia valebat, ſicut hodie omnis ferè nummus aureus vel argenteus Hiſpan°, minus in Hiſpania, q̃ in Flandria valet, ars cambiendi adhibita eſt, q̃ eſt ars negociandi pecunijs, vltro citroq; alij ab alijs dando accipiendoq; per q̃ pecunia, ab his locis, in quibus minus, ad ea, in quibus pls valebat tranſmitti cæpit. Quem admodum multi noſtra ætate facultates ſuas impendio amplificarunt aureos duplos, quadruplos, decuplos in Flãdriã & Galliam deferendo, alios doliolis prætextu oliuarum incluſos, alios, dolijs vino immerſos, in quorum vnoquoq; multum lucrabantur, & illinc merces quæ illic parui conſtabant, & hic multum valebant, aſportabant, quorum altero multum nobis proderant, altero multum nocebant.

Et q̃uis Ariſt. [d] hæc ars permutandi, & negociandi permutatione pecuniarũ non placuit, q̃ hic tertius vſus non ſatis naturalis, nec Reip. vtilis, nec alium finẽ q̃ quæſtum, qui eſt omni fine carẽs finis, habere, illi videretur. Quare ſolus S. Th. dixit [e] communiter receptus, omnẽ artem negociandi, cuius finis principalis quæſtus eſſet, abſolutè illicitam eſſe; q̃ tamen idem S. Th. dicit [f] artẽ faciendæ mercaturæ, q̃ finem moderatum q̃ſtum p̃ ſui ſuorumq; ſuſtentatione hẽt, licitã eſſe, atq; ars pmutãdi aliquas vtilitates Reip. affert. Dicimus, ſi pro eo vt debeẽ exerceatur: quæſtus qui ex ea q̃ritur honeſta moderataq; ſui ſuæq; domus ſuſtẽtatione dirigatur, eam licitam eſſe. Neq; verum eſt, vſum pecuniæ ad cum eius p̃ mutatione lucrandum ipſius naturæ cõtrarium eſſe. Quia q̃uis ab vſu primo & principali, cuius cauſa inuenta eſt, differat: non tñ a minus principali & ſecundario, ad quem aptus eſt. Quemadmodũ vſus calceorũ, eorũ negociatione lucrãdi, differt a primo cuius cauſa inuẽti fuerunt, qui fuit induendorum pedum: non tamen ideo eorum naturæ repugnat.

d 1. *polit. c.* 6. & 7.

e 2.2. *q.* 77. *art.* 1.

f In art. 1.

a 1. *polit. c.* 6.

b S. Th. li. 2. *de regim. princ. c.* 13.

c In c. conſul. per 2. *q.* 26. *apt° ad hoc text. in l. ſi ita. ff. de fideiuſ.*

12 *Pecuniæ vſus ad* 8. *fines, emptionem, venditionem, permutationem, oſtentationem opum, ad ornatum, ad delectandum aſpectu, ad medicinam, ad pignorandum*

dum pro debitis,& ad quinque poſtremos vſus locari poteſt.

12 *Contractus ſimulatus ex eo qui eſt, & non ex eo qui fingitur,iudicatur.*

DIcimus decimo pecuniam ad octo fines adhiberi,ad tres prædictos,ſ. emptionem, venditionem, negociationem,aut permutationem, de quibus S. Thom.[a] Quartus eſt ad opum oſtentationem, [b] vnis atque alijs oſtendendo, aut mẽſis aut plateis vbi negociatio aut permutatio exercetur,inferendo: Quintus ad toreumata & ornatum veſtium. Sextus,ad aſpectu ſuo delectandum, qd de auro affirmat Thom.[c] Septimus ad medicinam ſuo iure aliquibus morbis faciendam:quale dicunt eſſe auri puri ſeu obrizi Thom.vbi ſupra. Octauus ad pignori pro debitis ponendũ;ad quos quin que vſus non ſolum mutuo dari, & permutari,ſed etiam elocari poteſt. Multis itaque cõtractibus pecunia dari poteſt, ratione pretij rei emptæ: ratione mercium alia pecunia venditarum: ratione contractus innominati permutationis, aut alterius, pro alia re,aut pro alia pecunia dando ratione mutui, in quo non eadem, ſed ſimilis reſtituitur:rõne commoditatis,in quo,quæ data,eadem omnino redditur:ratione pignoris pro debito:rõne locationis,pro certa pẽſione, vt eadẽ reddatur,quæ data fuit, poſtquam qui accepit ea vſus fuerit,ad diuitiarum iactationem,ad ſe eius aſpectu oblectandum,aut eius iure vtendum,aut pignori opponendum,&c.& quot modis dari,totidem accipi poteſt quippe correlatiuorum eadem eſt diſciplina,[d] quod late explicat Fely.[e] Et quia natura prædictorũ contractuum,quibus dari accipire pecunia poteſt,natura diuerſa eſt: ſic diuerſis regulis iuris,quando ſit licita,vel nõ, iudicandum eſt. Quia ſi pro emptione & venditione datur,non poteſt dari niſi pro eo,q̃ altero tanto,[f] Neque etiam ſi pro cambio ſeu permutatione dat: nam quoad hoc emptoris loco habetur.[g] Et ſi ratione mutui datur,ſiue illud idem ſi ue ſimile reſtituendum ſit,nulla res nec minima,nec magna accipi poteſt,[h] neq; ſi pro pignore debiti proprij datur.Si ta mẽ ratione locationis tribuitur, ut eius aſpectus & oſtenſio delectationi & hono

a libr.2.de regim.prin. cap.14.
b l.5.§.ſi.ff. commod.
c 2.2.q.77 art.1.ad 1.
d l.1.C.de cupreſ.libr. 11.
e In proœ. Greg.a col. 1.
f c.cũ cauſ. ibi,iuſto pretio,de emp.
g l.ſciendũ §.empto.ff. de ædil.edi.
h Per ca.1. & quæ ibi n.i.notauimus.14.q. 3.

ri ſit,aut eius ius ad curãdũ adhibeatur, aut vt pro debito alieno pignori ponat, honeſta locationis merces rectè capi poteſt,[i] quia huius contractus ea eſt natura, quo dominium non transfertur, ſed ſolum uſus æſtimatus ratione temporis, in quod ſumitur. quemadmodum tamẽ potior ratio habenda eſt,eius q̃ rei veritate trãſigitur, quam eius q̃ fingitur.C. plus valere q̃ agitur,quã q̃ ſimulate cõcipitur.c.illo uos de pign c.ad noſtra.de empt.quoties reuera aliquis ex his contractibus reuera confici & alius confingi intelligitur: non ex regulis confícti, ſed veri iudicandum eſt.Itaque ſi permutator vere ſuam pecuniam mutuat,quamuis fingat & commini ſcatur ſe eam permutare,aut locare,recipere nihil poteſt.

i Toto tit.ff. & C.locat. & de locato.

13 *Cambium ſeu permutatio pecuniarũ, aut aliarum rerum in æqualis pretij ex altera parte illicita.*

13 *Campſor pecuniarum ſeu permutator, nequit accipere intuitu permutationis niſi id quod ualent pecuniæ ab eo datæ,& exiguum quo[j] ſolet ſolni pro permutatione unius pecuniæ cum alteri illico numerata.*

13 *Pecuniæ non inuentæ cauſa permutationis cum aliis,ſed ut eſſent pretium, quo ad emendum neceſſaria geſtari à quouis poſſit.*

k c.1.& c. ad noſtrã, & c.cũ cã, ibi iuſto pretio.de emp. l 5.Ethi.& tradit Auguſt.c.3.in libr.13. de Trin.ſentit. S.Tho.2.2. q.58.art.6. & 59.ar.2 exprimit Scotus in 4. diſt.15 q.2 art.2. m l.ſciẽdũ: §.empto.ff. de ædil.edi. facit ca. ad qõnẽ,cũ gl. 3.de rerum permut.

ADdimus vndecimo,quod quemadmodum vt emptio & vẽditio iuſta ſit,neceſſe eſt,vt res empta tanti quanti pretiũ quod pro ea datur:& contra,precium quanti res ipſa valeat.[k] Et quemadmodum etiam, vt quæuis locatio iuſta ſit,neceſſum eſt, vt vſus rei locatæ tãti valeat, quanti precium quod pro ea datur:& contra tantum precij pro eo de tur, quanto ille valet. Sic vt cambium, ſeu permutatio iuſta & licita ſit,neceſſe eſt, vt quod ab vna parte alteri datur, æqualis pretij ſit cũ eo, quod accipitur. Quia in omnibus commerciis & contractibus iuſtitia commutatiua eſt ſeruanda,[l] & quia in hoc permutans aut cambiens pro emptore aut venditore eſt.[m]

Vnde ſequitur,quod quemadmodum emptio mulæ, cuius precium eſt cẽtum aurei, octoginta, aut centum viginti aureis,iniuſta eſt:& etiam locatio domus,

cuius

cuius vſus in ſingulos annos quinquagin ta aureos valet,quadraginta aut ſexagin ta aureis . Sic permutatio alicuius beſtiæ,quæ ſex aureos non valet,cum alia, quæ decem valet,iniuſta eſt: nec conſequenter cambium aut permutatio decẽ ducatorum argenteorum , cũ duodecim targularum licita eſt. Sequitur item qđ quoties permutatores verum cambium & permutationem pecuniarum cum pecunijs exercent , accipere niſi ꝙ valent pecuniæ ab ipſis datæ intuitu permutationis non poſſunt, & exiguum quid , ꝙ pro permutatione vnius pecuniæ , cum alia illico numerata ſolet ſolui . Quamquam fieri poteſt , vt interdum intuitu aliarum rationum adiunctarum, & efficientium , ut purum cambium non ſit, aliquid recipi poſſit,ſicut deinceps dicetur. Quia ſi cambium, & permutationẽ aliarum rerum naturalium, (in quibus permutatio eſt legibus aut ſaltem naturæ congruentior [a] rerum permutarum inæqualitas illicita reddit , a fortiori illicitam faciet permutationem pecuniarum,quæ quatenus ſunt pecuniæ, artificioſæ ſunt , quæ non cum alijs permutandarum cauſa,inuentæ ſunt, ſed vt eſſent pretium. [b] quod ad emendum neceſſaria geſtari a quouis poſſet.

a Per dicta ſup. eo. nu. 11.

b l.1. ff.de rerum permutat. & ſup. eodem nu. 11.

14 *Campſor nequit plus accipere ex eo, ꝙ ipſe prius ſuam pecuniam alteri, quã alter ſibi ſuã tradat, pro tempore quo ſolutionem differt.*

14 *Campſori nequit pecuniam quis licitè dare cum pacto , ut inde ad aliquod tempus ſortem,& aliquid amplius reſtituat , aut ſua cauſa aliquid faciat, ꝙ ſua natura pecunia æſtimabile ſit.*

14 *Contractus in quo plus , aut minus ob anticipatam,aut dilatam ſolutionem datur,aut accipitur, vſurarius eſt.*

14 *Cambium, & permutatio,ut ſint licita non requiritur , ut quod aliquis cum alterius re permutare uult, de præſenti habeat,ſed ſufficit habere tempore , quo erit tradendum.*

14 *Cambium,& permutatio,ut ſit abſoluta , neceſſe eſt rem ab vtraque parte tradi, at hic contractus, (ut alij innominati,) ualet etiam antequam traditio ab utraque parte , aut ab altera ſola fiat.*

DVodecimo,nullum permutatorem plus accipere poſſe eo , quod alias poſſet, ex eo quod ipſe prius ſuam pecuniam alteri,quam alter ſibi ſuam tradat , & ſolutionem , ad vnum menſem, duos, aut ad alteras nundinas producat: quod Hoſtienſ. ait eſſe peſſimum genus vſurarum. [c] Neque contra quiſpiam poteſt permutatori aliquam pecuniam licitè dare,cũ pacto,vt inde ad annũ vnũ, aut tres menſes, aut alteras nundinas , ſortem & amplius aliquid reſtituat, aut ſua cauſa aliquid faciat,quod ſua natura pecunia æſtimabile ſit. Quia vbicunque amplius quam ſors datur aut accipitur, ratione temporis,aut dilationis,aut anticipationis ſolutionis , eſt mutuum ſaltẽ palliatum,quod vſuram palliatam continet, ſicut diximus in comment. [d] Et qa ſicut qui nunc mulam aliquam tradit , quo alia ſibi multo maioris pcij ad tres, quatuor,vel ſex menſes,tradatur,eſt vſurarius.Sic qui nunc aliquas pecunias tradit,ut ad tres quatuor , vel ſex menſes, aliæ quæ plus valent reſtituantur,vſurarius eſt . Non tamen neceſſe eſt , quod ab aliquibus requiritur,Soto [e] & ante il lũ Sylueſt. [f] quem ipſe non citat,ſcilicet, vt quod aliquis cum alterius re permutare vult,ſit iam prolatum, & eius iã ſit,qui illud permutare vult.

c In ſumm. de uſur. §. an aliquo. ſub finem. Verſic.quid ſi pecuniã.

d c.1.14.q. 3.nu.26.et probatur in c.ad noſtrã de emp. & in c.illo uos de pign. cũ ei annotat. e lib.7.q.5. art. 2.de iuſtit. & iur. f Verb. uſura 4.q.6.

Primo quia nullus eſt, textus,nec ratio, quæ id probet.

Secundo , quia ſicut emi poteſt l.nec emptor ff.de contrahend.emptio.pignori poni , l.& quæ nondum , ff.de pignor. promitti,l.interdum, ff.de verb.oblig.& legari,§.ea,quæ,Inſtit. delegat.quod nõ dum natum eſt; ſic permutari poteſt,ſaltem permutatione generali,quæ quo ad hoc ſpeciali æqualis eſt iuxta mentem gloſ.Cyn.& Saly. [g]

Tertio quia idem Sylueſt. [h] fatetur , quod vt ego licite permutare poſſim decem aureos Olyſippi,cum decem aureis hic præſentibus:non eſt neceſſe, vt tempore , in quo tu mihi hic decem aureos tradis, ego illos Olyſippi habeam : ſatis enim eſt , vt illos mutuos lucro inuenire poſſim , aut alio modo , eo tempore, quo tibi illic tradendi erunt . Quarto, quod ſi tecum permutarem centũ olei libras, quas hic habeo,cum altero tãtis, aut pluribus, mihi abs te Olyſippi reddendis

g In l.1.C. de rerũ permutat. h Verb.uſura 4. qu.9. uerſi.7.

dendis, non eſt neceſſe vt tempore quo eas hic trado, eas tu illic habeas: quia ſatis eſt vt quando mihi tradendæ ſunt, habeas. Neque obſtat dicere, vt permutatio ſit, neceſſe eſt vt certa quædã res, cum alia certa commutetur.

Primo, quia licet hoc ad permutationem ſpecialem, non tamen ad generalem requiritur.

Secundo, quia ſi id eſſet neceſſarium, fere nullus mercator qui pecunias Metinæ, in Flandriam accipit, aut contra Flandriæ, pro Metina, verum cambium faceret, quod abſurdũ dictu eſt, & ideo non dicendũ, [a] quippe nemo, licet multis pecunijs abundet, ubi illæ tradendæ ſunt, tales aureos, aut alia regalia ad dãdum deſtinat: Verum eſt, quo permutatio ab utraque parte abſoluatur, & nullam pœniteat, non ſolum eſſe neceſſe, q̃ ab illis requiritur, ſed etiam ut ab utraque parte tradatur, quia permutatio eſt contractus innominatus, ſed non, quo cõtractus permutationis valeat, quemaddum alij contractus innominati ualent, antequã traditio ab vtraque parte, aut ab altera ſola fiat; per late notata in l. ſi pecuniam, ff. de condict. cauſ. dat. & l. ex placito, C. de rerum permut.

a l. nam qđ abſurdũ, ff. de operibus lib. & c. dum, de p̃bendis li. 6.

15 *Campſor ob officium, & laborem poteſt aliquid certum capere.*

15 *Vſura non committitur, quando plus mutuato ob aliam iuſtam, & a mutuatione diſtinctam cauſam accipitur.*

15 *Permutator ob officium, & laborem mutuandi, aliquid accipere poteſt cum ſeptem fundamentis pro parte affirmatiua, cum alijs pro negatiua num. 16. concludit cum aliis pro affirmatiua quando &c. num. 17. 18.*

15 *Campſoris officium, qui pecunias ad certam quantitatem, & certum tempus, pro certa mercede mutuet, inſtituere Reſpublica poteſt.*

15 *Iudex ob ſuas ſententias, & teſtis ob teſtimonium, & parochus ob ſacramenta accipere nihil poſſunt, ſed propter ſuſtentationem, & labores ſuſceptos.*

15 *Sacerdos ob iter duarum leucarum, uel ob manſionem in certo loco cauſa dicendæ Miſſæ, merito plus quam ſi hic, aut ſi caſu diceret, recipere poteſt.*

DEcimotertio magnum dubium eſſe, an primum cambium licitum ſit ob officium & laborem mutuandi: quia Caiet. [b] dicit, aliquos tenuiſſe, permutatorem quatenus eſt mutuator, & ad pecuniam indigentibus mutuandum ſe offert, certum aliquid, pro certo tempore, ad arbitrium boni uiri, accipere poſſe, ob laborem & induſtriam, quam in quærendo, habendo, & ſeruando multas pecunias quæ ad id ſunt neceſſariæ ponit, deinde in referendis rationibus, accipiendis ſecuritatibus, periculis, & moleſtijs ſuſcipiendis. Quod etiam tenet Durand. [c] licet non aſſeueret, & Medina, [d] Pro quibus facit.

b In tract de cambiis cap. 2.

c In 3. diſ. 37. q. 2.

Primo, quia talis mutuator non ob mutuationem, ſed ob labores quibus ſe offert, qui vltra dubium magni ſunt, recipit, & certum eſt uſuram non commiti, quando plus mutuato ob aliam iuſtã & a mutuatione diſtinctam cauſam accipitur: quod ex definitione uſuræ, [e] colligas. Secundo, quia qui habet munus vnam pecuniam cum alia ſtatim numerata permutandi, ei ob illud munus & laborem dari aliquid poteſt, quia dignus eſt mercenarius mercede ſua. [f] & eadẽ ratio in hoc caſu ualere videtur. Tertio, quia iuxta mentem Scoti. [g] Reſpub. inſtituere poteſt, vt ſit aliquis qui pecunias ad certam quantitatem, & certum tempus, pro certa mercede mutuet. Et ſi Reſp. id ſtatuere poteſt, licitum eſt, & ſi licitum, & non prohibitum eſt, a quolibet accipi, & exerceri poteſt, & ob illud recipi, quod iuſtum fuerit, iuxta eũdem Scotum ubi ſupra. Quarto, quia iudex, parochius, & teſtis, qui ob ſuas ſententias [h] ob ſacramenta, ob teſtimoniũ, accipere nihil poſſunt, propter ſuam ſuſtentationẽ & labores quos ſuſcipiũt, aliquid recipere poſſunt. Quinto, quia talis permutator ob mutuationem, a negociatione ceſſat, & conſequenter lucrum ceſſans accipere poteſt. [i] Sexto, quia ſacerdos ob peragrationem duarũ leucarum dicendæ miſſæ cauſa, aut ob manſionem in certo loco eiuſdem dicẽdæ cauſa, merito plus quam ſi hic, aut caſu diceret, recipere poteſt. Innocentius receptus in c. Quoniam, de ſimon.

d In ca. de rebus reſtituen. a fol. 147.

e In cõmẽt. c. 1. 14. q. 3. poſita.

f Luc. 10. c. 1. 13. q. 2.

g In 4. diſt. 15. q. 2.

h c. non ſatisne 14. q. 5. ubi de iudice & teſte, ca. ſicut pro certo, & c. nemo, de ſy mon. ubi de aliis.

i Per ea q̃ ī commen. c. 1. 14. q. 3 nu. 45. & infr. eo. nu. 34. & 35. dicimus.

15 *Mons Pietatis licitus ſecundum auctorem,*

rē, vt pauperes, quibus mutuatur, qd ſoluant pro labore, & ſtipendio miniſtrorum, ſecus ſecundum Caietan. & Sot. num. 17.

16 *Cambiorum, & montis pietatis non eſt eadem ratio, cum illa lucrum reſpiciat, iſte ſolum in demnitatem miniſtrorum.*

16 *Officium mutuãdi & vſuras etiam moderatas recipiendi illicitum.*

17 *Mercedem promeretur qui ad mutuandum Reipublicæ ſe obligat, ex quo ſequitur &c.*

17 *Argumentum, quod eo quod probandũ eſt nititur, non ualet, cum ſit petitio principii.*

17 *Vſura non eſt ubi amplius dato non ratione mutui recipitur, ſed alia ratione recta, & iuſta, ut laboris.*

17 *Mutuare ſi quis obligetur Reipub. quoties quiſuis ex populo opus habet pro obligat.one illa licite ſtipendium capere poteſt.*

17 *Montes pietatis liciti, & vtiles ſunt & ſtipendiũ capere poſſunt qui illos exercent uel a Repub. uel a capiẽtibus ex eis utilitatem.*

a ca. 1. 14. q. 3. a n. 64 uſq; ad 70.

SEptimo, quia in alio commentario,[a] tenuimus, montem, quem pietatis appellant licitum eſſe, & in eo permittitur vt pauperes qui mutuum recipiunt pro certa ſumma tantum in ſingulos menſes, quibus apud ſe retinuerunt ſoluant, in ſtipendium eius, qui munus illius ſeruandi, & regendi, & mutuandi habet.

b in tracta. prædicto de cãbiis c. 2. c li. 6. q. 11. art. 3. de iuſti. & iur.

Oppoſitum tamen alij tenent Caieta.[b] quem ſequitur Sotus nec illo nec vllo relato.[c] Quia videtur idem eſſe ac ſi diceretur, ſtatui poſſe, quin ſine conſtitutione officiũ & artem mutuandi ſub moderatis uſuris exerceri poſſe. Quod contra Euangelium, & ius naturale & Pontificium & contra omnes earum interpretes & doctores videtur, qua ſola conſideratione omnia argumenta in contrariũ addu&ta ſolui aiunt. Quia ſi officium licitum eſt, neque quicquam propter illud mercedis nomine capere licitum nõ eſt neq; propter labores, qui in eo exercendo, & præparando res ad id neceſſarias ponuntur. Neque ex officijs iudicis, teſtis, parochi, capellani ad id quicquam inferri poteſt; quia hæc licita ſunt, illud non, & ideo non ſequitur, ut ſi pro obligatione, labore & ſuſtentatione eorum aliquid dari poſſit etiam in iſto dari poſſit. Et quia tenent montes pietatis illicitos eſſe, non habent quid ſeptimo argumento reſpondeant, quod cæteris firmius videtur: tamen etiam tenendo licitos eſſe, reſpondere poſſumus, magnũ eſſe diſcrimen inter hoc, & montem pietatis: quia in hoc queritur lucrum & cõcupiſcitur: in monte pietatis non, ſed, vt is, qui munus habet ab omni damno ſartus tectusque ſeruetur, ne a ſe poſiti labores, ſolicitudines diligentiæ, æſtimabilia, irrita & fruſtra ſint. Hic pecuniæ mutatoris ſunt, & cuſtodia ipſum tãgit: Illic pauperum ſunt, aut alterius pauperibus attributi: & illarum cuſtodia ad illos pertinet, & quod datur, & ſoluitur exiguum eſt: & in vnam collectam aut contributionem iuſtam, & vtilitati quæ ex eo capitur conſentaneam rediit: & ob hanc rationem & alias hoc ex illo cõcludi non poteſt.

17 Semper tamen non ita colore & probabilitate carere nobis alia opinio, atq; ipſi faciunt, nobis videtur.

Primo, quia eorum opinionis principale fundamentum præſupponit pro explorato illud ipſum quo de quæritur. Diſputatur enim, tacite ſaltem, an illud officium licitum ſit aut non: & contraria opinio tenet licitum eſſe, & ipſorum non eſſe, & ita eſt petitio principii, aut ratio eadem cum dicto.[d]

d contra l. 1. adiuncta gl. & Pau. ff. de excep.

Secundo, quia ad primum fundamentum reſpondetur nullam eſſe uſurã vbi amplius dato ratione mutui non recipitur, quamuis alia ratione recta & iuſta recipiatur.

e lib. 6. q. 1. art. 2. ad 4. de iuſti. & iur.

Tertio, quia idem Sotus[e] fatetur, licite, aliquem ſtipẽdium accipere poſſe, eo quod obligaretur Reipub. ad certam ſummam mutuandam in ſingulas, quibus opus haberet, vices.

Quarto quia ex hoc Soti dicto ſequitur, quod noſtra ſententia negari non poteſt, ſcilicet Remp. alicui certum ſtipendium conſtituere poſſe, qui ad recuperandum, & certam pecuniarum ſummam apparatam habendum obligaret, ut eam vnoquoque anno in ea egentib⁹, certo tempore mutuaret, & alio recuperaret, quam aliis iterum mutuaret ita,

ut

ut hæc omnia illi præſtãda eſſent: atque illud ſtipendum in ſingulos annos reciperet, non ratione mutui principaliter, ſed ratione obligationis qua ad illam ſummam habendam ad mutuandum, & prædictos labores curasque perferendũ tenetur. Quinto, quia fatendum eſt qđ licitum & Reipub. utile eſſet, vt aliquis eſſet obligatus ad gratis mutuandam certam ſummam in ſingulos annos: neque negari poteſt a Rep. ſtipendium, ei qui eiuſmodi munus iuſtum capeſceret, decerni poſſe ex doctrina excellenti, excellentis doctoris Scoti. [a] Sexto, quia ſi officium pauperibus gratis mutuandi licitũ eſt: & officio licito Reſp. ſtipendium ſtatuere poteſt, poterit huic conſtituere: & cõſequenter, illud ab his exigere in quorum vtilitatem illud officium & munus comparatum eſt: & ad illius conſequentiã decernere, vt eiuſmodi pro rata, (vt vnum ſolidum pro libra, pro eo atque quiſque uteretur plus aut minus) illius ſtipendij partem Reip. ſoluant: & conſequenter, ne tanta circuitione res implicetur, & ſumptus uitentur, ut ijdem ipſi illud ſtipendium ei, qui illud munus ſuſcepiſſet, pro eo ac plus aut minus, aut ad longius, aut anguſtius tempus accepiſſent, ſoluerent. Septimo quia rationes & authoritas Sedis Apoſtolicæ, quibus in alio commentario [b] licitos & laudandos eſſe montes pietatis cõcluſimus hoc etiam licere concludunt. Octauo, quia ſi eo quod cambium minutum licitum & vtile eſt, ſicut ſtatim dicetur, licite, qui illam curam gerat conſtitui, & ſtipendio ob eã affici poteſt, aut a Rep. aut ijs, qui ex eo utilitatem capiunt, pro vtilitate quam ex eo hauriunt, ſicut ſit p eandẽ rationem, prædictũ licitũ erit.

a In 4. diſt. 15. q. 2. art. 2. §. ſequit.

b c. 1. 14. q. 3. num. 66.

19 *Campſores inſtituere reges, & principes deberent, qui ad mutuandum tenerentur magnis propoſitis pœnis, ne plusquam ab eodem conſtitutum eſt acciperent.*

18 *Officium aliquod eſt licitum, quod auctoritate priuata nequit exerceri, & publica poteſt.*

PRopter quas rationes, præfata debita correctione has duas opiniones ita conciliamus, vt prima de eo, q Reip. eiuſdem authoritate ad exercendũ prędictum munus obligatur, intelligatur: quin etiam optare audemus, ut Principes & Reges huiuſmodi mutuatores in ſuis Rebuſp. inſtituerent, qui ad prædictum, magnis propoſitis pœnis ne plus quam ab eiſdem conſtitutum eſſet, acciperent, tenerentur. Conſuetudo tamen multum male lucrandi efficiet ne tam exiguum bene qui lucrari velit reperiatur. Secunda verò opinio de eo intelligatur, qui ſine aliqua ad id obligatione, priuata authoritate, huiuſmodi mutuãdi officium vſurpat. Neque obſtat dicere, quod cum officium ex ſe licitum ſit, quiſque illud abſque alia authoritate ſumere poterit, & pro ſua ſuſtentatione tãtum accipere, quantum iuſtum eſſet, vt a Rep. aut Principe illius eidem conſtitueretur: iuxta Theoricam excellentem eiuſdem Scoti, vbi ſupra, & conſequenter in omnibus opinionem Durandi, [c] & Medinæ, [d] locum habere. Dicimus inquam id non obſtare. Primo, quia Durandus, & Medina loquuntur adhuc de eo, qui non obligatur, in quo nõ eadem, quæ in eo qui obligatur ratio ualet: cum hæc ſit principalis cauſa, cur hoc officiũ licitũ, & ob illud ſtipendium accipi poſſe, dicamus. Secũdo, quod quamuis iſtæ rationes probarent, aliquãdo apud Deũ & in foro conſcientiæ, licitum fore huiuſmodi officium ſancta voluntate capeſcere, etiam abſque obligatione, atque illud exercere, ac aliquid minus, quam acciperet, q obligatus eſt, capere, apud homines tamen & in foro exteriori, vſu rarius iudicandus eſſet, ad magnas fraudes, quæ hac via pietatis prætextu irrepere poſſent, vitandum, iuxta ea, quæ ſupra in principio huius Comment. nu. 3. & 4. de mutuante & ſecuritatem præſtante diximus.

c In 3. diſt. 37. q. 2.

d De rebus reſtituẽ. ad fol. 147.

19 *Cambium, quod minutum appellant, licitum, Remquepub. decere, & poteſt ad id miniſter publicus cum ſtipendio conſtitui.*

19 *Penſatoris officium publicum in Hiſpania conſtitutum vt iuſti ponderis monetæ currant, diſtinctum eſt ab officio campſoris, ſeu permutatoris.*

19 *Cambium minutũ poteſt quilibet exercere, etiam ſi eius officium publicum non*

non habeat, contra Caietanum.

20 *Pecuniæ aureæ, & grandiores ne augeã tur precio, & ne mittantur extra regnum cum eius damno prohiberi poteſt, nam ob lucrũ extranei dant ciuibus pro eis plus ſatis quam valeant.*

20 *Pecunia vendi poteſt iuxta intrinſecum pretium ſuum, quamuis lege tantum non ualeat.*

20 *Pecunia per legem æſtimata, ex ſingulari aliquo uſu, & utilitate pl⁹ ualet.*

20 *Cambium mutuum, licet omnibus alijs ſit ſua natura iuſtius illicitum tamen fieri poteſt multis modis, non ſeruata qualitate.*

DEcimoquarto, ſecundum cambium ꝙ minutum dicitur iuxta omnes Lauren. & Rodul. [a] quibus Caiet. Medi. & Sot. accedunt, licitum eſſe: quale eſt grandiorem pecuniam cum minuta, aut minutam cũ grandiore permutare: exẽpli gratia ducatum, cum vndecim regalibus, aut cum trecentis & ſexaginta quinque dipondijs; aut contra, vndecim regalia, aut 395. dipõdia cum ducato, &c. Quin etiam quia multum Reip. confert vt eſſet aliquis, qui hoc munus exerceret, ab ea, iuſta aliqua merces quæ ex publicis reditibus ſoluatur, illud exercenti iuxta ſingularem Theoricam Scoti [b] cõſtitui poteſt, aut ab eo qui tali permutatione indiguerit, vt certum quid detur. Quemadmodum in his regnis [c] ſancitũ eſt, vt pro permutatione aurei Caſtellanei, dipõdia quatuor, & ducati, & dupli, tria, & floreni, duo accipi poſſint. Quod munus cuilibet permutatori conuenit, iuxta mentem pragmaticarum iſtorum regnorum, [d] ſicut & ipſum vocabulum declarat. Quemadmodum etiam penſator conſtituitur, cuius munus eſt, pendere omnem pecuniam auream & argenteam, [e] & dicere quid quæque valeat, & rationes inter partes eas dantium & accipientium conficere, neque eſſe permutator ſaltem Hiſpaniæ poteſt, nec pecuniã ad permutandum habere, neque quid quam, eo quod pendeat accipere: imo domum, ſtateram, & mercedem a Repub. habere debet, [f] Quamquam his duobus muneribus, idem, (neſcio ex cuius mandato) Salmanticæ inclitæ, temporibus illis aureis fungebatur, quibus nos principem in ea iuris Pontificij cathedram obtinebamus, quibus ob permutationem dupli aurei, cuius bonitas ad viginti quatuor momenta pertingebat, duo dipondia accipiebamus, quæ de viginti duobus regalibus ſupererant, & viginti duobus regalibus, & quatuor dipondijs duplum aureum eiuſdem generis dabamus. Caietanus tamen [g] dicit, nullum alium, qui publicum tale munus non gerit, licite illud quod ſupereſt recipere poſſe. Nobis tamen contrarium melius videtur, ſicut etiam Medinæ & Soto ex ipſorum rationibus viſum eſt: & etiam propter impedimentum & laborem, qui huic rei ineſſe ſolet, in aſcendẽdo ad cubiculum, in reſeranda capſa, in numerando, numerationem expectãdo, in dando atque recipiendo in pecunia aſſeruanda, quę pecunia æſtimabilia eſſe negari non poteſt. Quicquid aliqui prædictorum dicant. Non enim officiũ fuit cauſa recipiendi illud plus; ſed potuiſſe plus aliquid recipi propter operã, & impedimenta fuit cauſa inſtituendi officium; & quamuis vterque laboret in numerando, gratia tamen eius qui cambium petit vterque labor principaliter ſumitur. Nonnulli tamen dicunt ut Sotus vbi ſupra, &c. in iſtis regnis vetitum eſſe, vt priuatus aliquis ob permutationem pecuniæ quidpiam recipiat: tamen non credimus, primo, quia nullam legẽ id prohibentem afferuat. Secundo, quia leges de hac re loquentes ſolum prohibent, [h] ne quis officium permutatoris ſibi ſumat, quod publice abſque publica authoritate exerceat, neue extraneus, quamuis ex diplomate ciuis effectus ſit, eſſe poſſit. Tertio, quia expreſsè [i] bis aut ter dicit, vt illud a permutatore recipi poſſit, atque ab alia quauis perſona, qui permutauerit.

20 Prohiberi tamen poſſet, ſi è Rep. videretur, quo minus pretiũ pecuniæ mutaretur, quoq; minus extra regnum opimior mitteretur. Quia eo, quod quilibet ſuas grandiores pecunias cum minuta permutabat, idq; cum lucro, vidimus in Luſitania, extraneos ciuibus dare priuatim pro pecunia aurea plus ſatis quã valeret, quo ad alia regna, non ſine magno illius damno eam tranſmitterent.

Credimus tamẽ habentem nummos auri

a In c. conſuluit de uſur. Ant. 2. par. tit. 1. c. 7. §. 47.

b In 4. diſt. 15. q. 2.

c Pragmat. 129.

d Prædicta pag. 129.

e Pragmat. 126. et 127 & in libro pragm.

f Prag. 125

g vbi ſupra c. 1. & 6.

h pag. 124.

i Prag. 129

auri obrizi, eos vendere aut permutare poſſe, veluti nummos & fragmenta aurea, & plus aliquid quam valeant, iuxta pretium legis recipere, ab eo, qui eis, ad inaurandum, ad curandum & alias res opus habet, ſi illud plus ex materiæ ſuæ bonitate reuera valent: aut ob dationem aliquam commoditatem amittit, quam ex retentione capiebat, quæ æque aut plus, quam amplius illud, valet, argum. eorum quæ alibi [a] diximus, poſt Thomam. [b] Quod in quotidiano vſu erat noſtra ætate Tholoſæ Gallię, vbi, qui ea habebant, ad inaurandum cultrorum confectoribus vendebant, qui aureos Luſitanos Cruce conſignatos, qui iam in ea nó reperiuntur, emebant, carius etiam, quã aurei dupli duabus facibus inſigniti, quarum iam nullam nobis oſtendunt, horum regnorum. Quamuis Medina ubi ſupra, oppoſitum, contra omnem conſuetudinem ſine ratione, quæ noſtro iudicio concludat, teneat: & hæc opinio, quam etiam Sotus vbi ſupra ſequitur, fulciri poteſt, quod quamuis illa moneta æſtimata ſit a Repub. certo pretio ad vſum ſuum principalem, ſecundum quẽ eſt pretium, & quamuis triticum iuſte æſtimatum, nemo ampliori quam illo precio vendere poſſit: & licet nemo cogi poſſit ut pro pecunia, amplius, quam quo æſtimata eſt, det: propter alios tamẽ uſus, & alias rationes priuatas, quas ius intereſſe ſingulare appellat gl. Bart. Bald. Dec. & alij [c] quæ pro eo quod intereſt, profert. qui eam habet, plus aliquid, ab eo, cui dat recte accipere poteſt. [d] Hoc tamen cambium quod eſt omnibus alijs ſuapte natura iuſtius, illicitum ſit, ſi campſor plus quam iuſta lege, aut conſuetudine, ei debeatur, recipit: ſi pecuniam adulteram, prauam, fractam, aut uſu non receptam permutationem petenti tribuat. Si in pretio nummi aurei, quod permutationem petens ignorat, fraudauit, ſicut pragmaticæ 126. & 127. & melius 129. iſtorum regnorum ſignificant, & quia in altero, plus iuſto recipit, in altero minus dat. Et etiam ſi qui permutationem accipit, quod iuſte debetur, permutatori non ſoluit: quoniam æqualitas eſt ſeruanda quinto Ethicorum, & ſupra numero 13.

a *In Cõmẽ. c. 1. 14. q. 3 num. 45.*
b *2. 2. q. 67. art. 1.*
c *In l. 1. C. de ſentent.*
d *Arg. l. ſi in empt. ff. de mino. & eius qđ ait Tho. 2. 2. q. 77. art. 1.*

21 *Cambium per literas licitum ſecundũ omnes: & etiam translatio virtualis pecuniæ in aliam prouinciam, quam hic do, vel æquiualens facio, et partim do campſori, aut alicui alteri ibidẽ pecuniam vel fidem habenti, quo mihi literas det, vt ibi tãtundem mihi reddatur, quantum tradidi, aut feci, & pro ea certum lucrum tribuo: ſicque vocatur quia virtute literarum mihi redditur.*

21 *Cambiũ etſi communiter ſit per literas per nunciũ etiam, aut per ſe ipſum eo proficiſcendo, & dando fieri poteſt.*

21 *Cambij contractus eſt iuſtus, de iuregẽtium neceſſarius, & ratione naturali ſuffultus, ac multum laudatus.*

22 *Cambij contractus non habet ſpeciale nomẽ, ſed eſt innominatus, do, vt des, do vt facias, vel do vt des & facias, vel facio vt des aut facias: vel facio & do, vt des & facias.*

22 *Pecuniæ tranſmittendæ, quæ campſori datur, dominium in ipſum transfertur, vnde cambium non eſt locatio laboris, & induſtriæ, quæ non importat dominii translationem in tranſmittendo.*

23 *Contractus tam nominati, quam innominati, vt ſint iuſti requirunt, vt qđ datur, aut fit ab altera parte tanti valeat, quanti qđ fit, aut datur ab altera.*

23 *Cambii contractus vt ſit licitus neceſſe eſt, vt quod datur campſori, quo literas det, propter quas mihi pecuniam alibi dari faciat, ſit ei æquale, & amplius eo iuſtum ſtipendiũ tribuatur, quod menſuretur cambientium pecuniæ, vel copia, vel lege, vel conſuetudine, vel arbitrio boni viri.*

24 *Cãbiũ per literas, in quo plus iuſto mercede accipitur, aut minus ea datur ob dilationem, aut anticipationem, illicitum eſt ad reſtitutionem obligans.*

24 *Contractus omnis, in quo æqualitas nõ ſeruatur, iniuſtus.*

24 *Contractus omnes, in quibus plus iuſto precio, rigido, aut minus iuſto pretio infimo, numerato accipitur, vſurã formalem, vel virtualem continent.*

25 *Cambia manifeſte iniuſta. ſunt & ſic ea, quando finguntur in longinquum locum, & in præſenti ſoluuntur, vbi recepta ſunt pecuniæ precio, quod curret illic*

ibic in nundinis, ad quas accipit, & peiora ſunt recambia, quia plures vſuræ ſoluuntur.

26 *Campſor in fictis cambijs a peccato mortali reſtitutione liberatur, & ratione lucri ceſſantis, ſi uerè a iuſtis cambiis propter neceßitatem capientiũ ceſſet. & 34.*

27 *Cambiorum literę etſi per ſtatutum ſtatim executioni mandandæ, non de fictis, ſed de ueris qua parte veræ ſunt, intelligitur.*

27 *Vſura eſt ſine cambio pecuniam dare alibi ſoluendam poſt annum cum lucro cambiorum.*

28 *Cambium per literas ab una ciuitate eiuſdem regni in aliam eiuſdem, licitum per ius naturale, humanum, & commune.*

28 *Cambia per literas ab una ciuitate in aliam eiuſdem regni in Hiſpania & Luſitania iuſtè prohibita parum tamẽ utiliter iuxta auctoris ſententiam. 29. & 30.*

30 *Cambijs pro uarietatè locorum in regnis Hiſpaniæ certa taxa recte conſtituta, ad occurrendum iniuſtitiæ.*

DEcimoquinto. Tertium cambij genus, quod per literas appellat iuxta omnes licitum eſſe: quod eſt translatio virtualis pecuniæ: per quam qui pecuniam vult in aliam prouinciam, in iſta dat: aut facit quod æque æſtimetur aut partim facit, & partim dat permutatori, aut alteri alicui in illa prouincia pecuniã: aut fidẽ habenti, quo literas ſibi det, qb. ſibi illic tanta ſumma tradat, quantũ valet, quod ille hic tradidit, aut facit: & præterea certum lucrum tribuit, eo qđ per eiuſmodi literas eam ſibi illic dari facit. Dicitur cambium per literas, quia communiter per literas conficitur, quãuis etiam per nuncium, aut per ſeipſum eo proficiſcens, & dando fieri poſſet.

Hic contractus iuſtus eſt, & multum a Baldo laudatur, [a] dicens eum iuſtum, iuris gentium, neceſſarium & ratione naturali ſuffultum. Quamuis ſpeciale nomen illi non imponit, nec noſtra ſententia (quę ſatis cum Calderino cõuenit, [b] & credimus ſententiæ Iuriſtarum prudentiorum quadraturam) habet. Quia ſi aliquod nomen, haberet, eſſet emptionis, mutui, aut locandi ab altero, aut alteri, operas, labores, induſtriam & fidẽ, quo pecunia, quo loco opus eſt, tradat: proprie tamen & pure nihil horum eſt. Primo, quia in eo omnes, & eſſentiales alicuius illorum res non concurrunt. Secundo quia ex centũ, qui hoc modo permutant, non reperientur quatuor, qui emere, aut vendere, aut mutuare, aut accipere pecunias mutuas, neque permutare exiſtiment, neque etiam operam & laborem permutatoris, ut illic ea ſibi detur. At contractus ex voluntate inter ſe contrahentium pendent: quia actus agẽtium non operantur vltra fines eorum, leg. Non omnis, ff. de rebus credit. & ca. cum ſuper de offic. delegat. Tertio, quia ſi aliquod ex eis eſſet, foret locationis alteri, laboris & induſtriæ, quæ in aliqđ ab vno, in alium locum tranſmittendo ponitur: quod dici nõ poteſt: quia in eo rei tranſmittendæ dominium in eum, a quo tranſmittenda eſt non tranſijt: [c] & in hoc ſic. Quia dominum pecuniæ trãſmittendæ, quæ permutatori datur, in ipſum transfertur. Eſt tamen contractus quidam eorum, qui proprio nomine carent, & a Iuriſconſultis innominati uocantur, [d] & eſt interdum, do tibi, quia des, interdum do, quia facias, interdum, do tibi, quia des & facias iuxta doctrinam Bart. in d. l Naturalis, §. ſed ſi facio, ſub finem: interdum facio, quia des, aut quia facias: aut facio & do, quia des & facias, &c. Do tibi pecunias hic, quia mihi des literas, aut facias, quo mihi dari facias, aut tu ipſe alteram tantam pecuniam illic mihi des, ſoluendo tibi quod iuſtum eſt, pro tuis laboribus [e] induſtria & fide: quę prius poſuiſti, & nunc pones, & vt mihi illic dentur poni facies.

23 Et quamquam alijs rebus contract[o] proprijs nominibus nominati, ab his, q eiſdem carent, differant: iuxta notata in l. ſi pecun. cum glo. verbo pœnitere. ff. de cond. cauſ. dat. & leg. ex placito, C. de rerum permut. cum illis tamen cõueniũt, quatenus ad hoc vt iuſti ſint, requirunt etiã, vt quod datur, aut fit ab altera parte tanti valeat, quãti quod ab altera parte datur, aut fit, iuxta ſolemnem illam regulam Scoti. [f] Quod in omnibus proprie contractibus, in quibus non animo gratis & liberaliter donandi, vnus alteri dat.

c Arg. l. 2. §. fin. ff. loc. inſti. de loc. per totum.

d l. naturalis, ff. de præſcrip. uerbis adiuncta. l. fi. cum gloſ. & ei anno. ff. de condi. cauſ. dat.

e Arg. l. periculi, ff. de naut. fœn. & l. traiectis, ff. de actio. et oblig. l. qui Roma §. 1. ff. de verb.

f In 4. diſt. 1. q. 2. ar. 2. quod probatur 5. Eth. & per ſcripta Tho. 2. 2. q. 5. 8. ar. 6. & 59. arti. 2.

a In c. 1. de plus petit. nu. 9.

b In cõſ. 11. de uſuris.

dat.inter id, qđ ab vna parte datur aut fit,& id, q̃ ab altera datur,aut fit, æqualitas ſeruari debet. Et conſequenter,vt hic contractus licitus ſit, neceſſe eſt, vt quod permutatori tribuitur,quo literas det,per quas, mihi pecuniam alibi dari faciat, iuſtum ſtipendium tribuatur, &

a Salyc. in authen. ad hæc q. 11. & Vſur.

amplius eo ab ipſo accipiatur. [a] Quale tamen iuſtum,& quale iniuſtum ſit,propter penuriam,aut abundantiam: ad legem, aut ea non extante ad conſuetudinem,ſi extet,quibus non extantibus, ad arbitrium prudentis boni viri confugiẽ dum eſt. [b]

b Arg.c.1. de conſtit. & c.conſuetudo. i.d.l. 1.ff.de iur. delib. & c. de cauſ.de offi.deleg.

24 Vnde ſequitur:primo iniuſta eſſe,& adeo mortiferè iniqua, vt ad reſtitutionem obligent,illa cambia ſeu permutationes illæ,in quibus plus iuſta mercede cãpſor accipit,licet parti præſentes pecunias quas illi det, nõ habenti, credito det,& eo ſunt iniquiora,quo plus ob tẽporis præfiniti productionẽ ad ſoluendũ conceſſam,recipit. Talia ét ſunt,in quib. plus iuſta mercede permutator capit, ſi vbi petunt, ſtatim ea ſolui faciat: q̃uis contentus ſit præſtituto tempore,vt ſibi ad tres aut quatuor inde menſes reddi faciat. Talia etiam ſunt,in quibus cõtra, qui pecunias vno, aut dimidio anno anticipatas dant,cum pacto, vt poſtea permutator illic ſoluens,nihil ab ipſis iuſtę ſuæ mercedis nomine capiat. Quia in omnib. his caſibus, aut iuſta merces nõ ſoluitur,aut plus ſoluitur: aut ob traditionẽ, aut acceptionem pecuniæ anticipatã aut dilatã plus aut minus iuſto pretio accipitur, Et per regulam ſupra poſitam, [c] omnes contractus, in quibus æqualitas nõ ſeruatur,iniuſti ſunt. Et per aliam poſitam ſupra [d] cum hoc excuſſo, & tenet Tho.[e] omnes contractus,in quibus plus iuſto pretio rigido, aut minus iuſto pretio infimo,numerato accipitur vſuram formalem aut virtualem continere. In hac poſtrema huius illationis parte,multos,etiam doctos & religioſos errare cernimus.

c In comm. c.1. 14.q.3 nu. 26. & ſup. eo. nu. 14.

d eod.n.14 & in cõm. c.1.14.q.3.

e 2.2.q.78 artic.2.

25 Sequitur ſecundo, praua eſſe, iuxta omnes,& manifeſto iniuſta iuxta Caietan.in tracta de camb.cap.primo,& omnium optime reſoluit Sylu. [f] & cambiũ ficcum ſecundum omnes, cambia, quæ quotidie cum regibus,equitibus, negociatoribus, & alijs fieri videmus: qui a permutatoribus pecunias accipiunt, & ipſi campſoribus dant chirographa, per quæ Romæ,Olyſippi,Lugduni,in Flandria, Venetijs aut in aliis prouinciis ad certum tempus, aut nundinas illæ ſoluãtur. Vtroque conſcio, neque eum, qui accipit,illic pecuniam habere,neque fidem,neque aliquem procuratorem,neque volũtatem illic,ſed hic vbi recepit, ſoluendi pretio, quod illic in nundinis, ad quas accepit,habebunt. Et peiora,ſi qui pecuniam hic accipit, cambium illic, & niſi Chirographis illic ſatisfactum fuerit,iteratum cambium ſe hic ſoluturum promittit: & poſtea permutator Chirographa ſua illic mittit, quibus notificatis ei, ad quem mittuntur eiuſque reſponſione accepta,ſe illum qui Chirographa mittit,non cognoſcere,aut nolle ſoluere,huc iterato cambio illa remeãt: quia in horum cambiorum primo, non niſi vna vſura, in ſecundo duæ ſoluũtur vſuræ. Idem eſt,de cambio,in quo quis alteri pecuniam dat, ad certum tempus in quo nundinæ Flandriæ, aut alterius prouinciæ incidunt, ſoluendam eo pretio,quo pecunia illic valuiſſet. Huiꝰ modi cãbia exercere, eſt vias, quibus Deũ decipiamus,exquirere, & infidelitatem præferre,obliti aut parum memores, omnia noſtra opera cum omnibus prauis & bonis noſtris cogitationibus,diuinam ſapientiam quam noſmetipſos,perfectius multointueri.

f Verb.Vſu. 4.q.9.

26 In ſolo uno caſu ſaltẽ a peccato mortifero & reſtituẽdi obligatione,hæc tria cambia vindicari poſſent,ſcilicet,quando permutator inuenit, qui ab ipſo vera permutatione & cambio ſuam pecuniã accipere velit,& quo huius aut alterius neceſſitati ſuccurrat,illi dare, & lucrari per iuſtam permutationem quãtum cũ hoc per confictam lucratur relinquit: Caiet in tract.de cambiis, capit.primo, quia hoc non eſt,niſi ſuum intereſſe exigere: quod licere infra [g] diximus.

g eod.num. 34.

27 Notandum tamen eſt, quod quãuis extet ſtatutum,vt Chirographa permutationum continuo exequutioni mandẽtur,non tamen quæ hãc permutationis fuerint,ſicut dixit hic Anan. numer. 46. vſu receptum Bononiæ eſſe. Si tamẽ pmutatio Chirographo contenta,partim foret vera, partim ficta, qua parte vera eſſet

esset exequi posset, quod latè deducit Laurentius in dicto capitulo, consuluit, secunda parte quæstione 135. confitente saltem aduersario, quo ad illam partem, veram eam esse.

Sequitur tertio, illicitum esse, me nũc tibi mille aureos dare cum pacto, hinc ad annum vt eosdem mihi reddi Romæ facias absque aliquo cambio propter vtilitatem, quam ex eis interiecto hoc tẽpore cepisti, quia ex mea parte vsura est, si quidem ob anticipatam solutionem, stipendium, quod a me tibi, si statim reddi fecisses, dandum erat, lucror, per dicta supra. [a]

a num. 14. *&* 24.

28 Sequitur quarto, quod quamuis præ dictus D. Sotus [b] definit, nihil nomine huius cambij accipi posse, quando Chirographa fidei, ab vna ciuitate regni, in aliam eiusdem dantur, verbi gratia, quãdo Metinæ dantur, Toleti, aut Hispali soluenda: sed in eodem libro sexto, [c] dixit, accipi posse, & rectissimè.

b libro 6. q. 13. artic. 2. sub fin.

c q. 6. art. 1.

Primo, quia prædicta ratio, quæ hunc contractum hinc, Romam, iustum facit, eadem, hinc, Legionem, & hinc, Pompeiopolim, Hispalim, & Toletum &c. iustum reddit: modo sincere, & sine fraude res agatur, tanto minus suscipiendo, quanto ratio postulat, propter minus interuallum, & minora pericula, labores, impensas, quæ in transmittenda, deferenda, habenda, & asseruanda illic pecunia, quam in aliis locis, longinquioribus, versantur.

Secundo, quia ratio, quæ illicita Chirographa extra regnum vsuras obtegẽtia probat: eadem è contrario vnius ciuitatis in aliam eiusdem regni chirographa licita esse cõcludit, si sincere, sine dolo, & fraude, honesta pro mercede dantur.

Dicunt tamen aliqui, noua prohibitione tam hic, quam in Lusitania, hæc cambia, ab vno loco in alium eiusdem regni, prohibita esse: quia fere semper ad vsuras obtegendas fiebant. Quod nostro iudicio moderari debet, vt locum non haberet, quando permutator, ante quam det, aut dare faciat, accipit.

Primo, quia paucæ aut nullæ vsuræ obteguntur, quando permutator prius recipit, quam dare faciat; sicuti in hoc cambij genere communiter fit. Imo omnis palliatio contra fit, quando permutator dat prius, vt postea recipiat; quod cambium ab antiquissimis Bononiensibus siccum appellatur, sicut supra dictũ est [d] ad id Laurent. [e] adducendo.

d eod. n. 10.

e In c. consuluit. 3. part. q. 1. de vsur.

Tertio, quia hoc cambium cõsiderata lege diuina, pontificia, & ciuili, ex se iustum est: & lex non est mutanda, nisi qñ euidens est vtilitas & emolumentum, qp ad id mouet. [f] Quod in hac prohibitione non apparet, imo scholasticis, & peregrinis, & alijs multis negociatoribus transferendi pecuniam in suos sumptus fere sine impensa & periculo, ab Hispali & similibus aliis ciuitatibus, Salmaticã, Burgas, & in alia loca, & a Burgis, & aliis ciusmodi, Hispalim, & in alia remotissima loca, in quib. multa viæ loca periculosa sunt, optima quadã via admitti.

f l. 2. ff. de consti. prim. Thom. 1. 2. q. 97. art. 2.

29 Colore tamen & ratione magna cãbiũ intra regnum prohiberetur, in quo permutator vbi est, prius dat, vt postea ibidem plus, aut alibi recipiat; quia maxima in eo vsurarum multitudo sepelire tur: quamuis exigua ex eo vtilitas meo iudicio hauriretur. Primo, quia vsurariis, qui cambiis fictis vti volent occasio non tollitur, imo occasio præbetur, vt quod cum timore aliquo & pudore, atque minori lucro in aliquam regni ciuitatem exercebant, nunc sine pudore & maiori cum lucro extra regnum, exerceant. Secundo, quia melius remedium fuisset, & etiam foret, vt incorruptis iudicibus committeretur, quo præterita, & præsentia cambia examinarent, atq; ex circunstantijs personarum reperto, ea ficta fuisse, in eos qui ea, in quemcũque locũ fuissent, exercuissent, animaduerterent, antiquas leges exequendo, quas hæc noua prohibitio, [g] quæ illis nõ est contraria, non abrogauit. Tertio, quia per eam dissimulatur & quasi cõdonatur præteritũ, quæ iniusta quædã misericordia est, [h] & ibi facilitas venię incentiuũ tribuit delinquendi: quæ dissimulando præteritum & futurum prohibendo in vetitum nitẽdi occasionẽ dat, spe alterius eiusmodi dissimulationis, quod est cõtra clementẽ iustitiam, quæ seueritate supplicij præteriti impostores malos refrenat. [i]

g Arg. l. p̃ci pimus, C. de appel. & c. 1. de consti. lib. 6.

h c. est iniusta miseri cordia, in principio.

i ca Factæ, 4. d. facit c. non putes, cum multis sequentib. 23. q. 5.

Vtile tamen est ad facilius fictorum cambiorum fictionem explicandam: facilius enim intelligitur hunc Hispanum

qui

qui cambio pecuniam in Flandria ſoluendam, accipit, illic pecunias non habere, quam eum Hiſpali non habere inter noſci poſſet. Quamuis contra hoc iam fraudes Olyſippi vidimus, vbi eques quidam, qui pecunijs indigebat, quas non ipſe Metinæ ſoluēdas accipiebat, ſed ali quem mercatorē rogabat, vt eas ſibi acciperet: cui ipſe, ſe ibi cum cambio eas ſoluturum, obligabat: adeo verū eſt illud Italicū facta lege, inuentā fraudē eſſe. [a] Sequitur quinto ſanctiſſimam fuiſſe intentionē Maieſtatis Regiæ, quæ elapſis diebus, iniuſtitiæ, quæ in accipiendo contra omnem rationem lucro per hoc cambii genus, exercetur, occurrere voluit, iubendo ne pro cambio ab his regnis Romam, plus quam 400. dipondia pro aureo, Cameræ accipiantur: nec Romæ, in Hiſpaniam plus quam 420. dipōdia: neque ab his regnis Neapolim pro ducato longo, plus quam 400. neque Viſuntium pro ſcuto marchæ, plus quam 75. Neque Viſuntii in Hiſpaniam pro ſcuto, plus quam 390 Neque hinc in Flandriam pro ſcuto ſolidorū ſex, vnum quodque 60. dipondiorum, plus quam 370. Nec a Flādria in Hiſpaniam, p ſcuto minus quam 70. groſſ. Neq; hinc, Valentiam pro caſtellaneo aureo plus quā 480. Neq; a Valentia in Hiſpaniam plus quam 510. pro vnoquoque caſtellaneo. Neq; hinc Cæſarauguſtam, pro vno ſcuto, plus quam vnum ducatum illic dandum: neq; a Cęſarauguſta huc, plus quā 400. Neque hinc Barchinonem, niſi qđ huc vſque dari conſueuit. Neque hinc in Luſitaniam pro ducato plus quam 370. quæ illic valent 400. Reg. Neque a Luſitania in Hiſpaniam pro ducato plus quam 385.

Poſt hanc ſanctionem moderatricem Maieſtas Regia intra omnes Hiſpaniæ fines hoc eſt, ne a regnis Caſtellæ, in Aragoniæ, Cataloniæ, & Valentiæ neq; etiam in Caſtellæ regna fiant cambia, prohibuit cum certis & paruis moderationibus: ſub quibus compræhendere cābia, in quibus permutator pecuniā prius quam ab ipſo dāda ſit, ſuſcipiat, rectum eſſet, per rationes prædictas eod. nu. 28, Vtinam omnia ita ſuſcipiantur, atque tanta diligentia, & integritate ac cōſtantia exequutioni mandentur, quam recta intentione cauta ſunt. Quamquam timeo, nō ita futurum, ſaltem in cambiis, quæ a regnis, vbi pecunia pluris æſtimatur, & mercibus eſt abundantior, in hæc regna fient. Quia qui in illis pecuniam habent, nolēt eam prius dare, vt in iſtis minus quam in illis valeat, ipſis ſoluat: ſicut infra in cambio a Flandria & Luſitania in Hiſpaniam ſignificabimus.

a Contra l. nō dubium C. de le. & c. certū, de reg. iur. li. 6

31 *Cambium per realem trāslationem eſt licitum, cum pecunia minoris ſ. aloris cōmutatur cum altera maioris ſ. aloris alterius loci, & contra, ſeruata iuſta æqualitate arbitrio boni ſ. iri.*

32 *Pecunia multis modis licite ſ. endi poteſt, ſed non quatenus eſt pretium.*

32 *Permutari inuicem res ſpirituales, & non ſ. endi poſſunt.*

33 *Cambium iniuſtum erit, ſi quod minus valet in ſ. na prouincia, campſor etiā minoris quam in illa ſ. aleat emat, ut permutet, aut quod plus ſ. alet, maiori pretio, etiam in illa ſ. aleat, ſ. endat, aut permutet, ob pretij præſertim anticipationem, aut dilationem, ſ. el ſi pecunia prohibita transferatur.*

DEcimoſexto quartum cambium p translationem realem licitum etiā eſſe, quod fit prius emendo, vendendo, permutando, aut per alium contractum innominatum quærendo pecuniam, valentem minoris in aliqua prouincia, quā in alia, eo quod ibi nō recipitur, vel eius materia non tanti ibi, quanti alibi æſtimatur, aut quia eſt deformata, fracta, raſa, aut iniuſti ponderis & poſtea transferendo in aliam aliquo reſpectu vbi pluris valet; quam poſtea cum alia quæ pluris æſtimatur, vbi illa minoris valebat commutat: præſuppoſito ut ſeruata iuſta æqualitate fiat: quia id omne eſt emptio, vēditio, aut permutatio, aut alius contractus innominatus, do tibi, qa des, aut & ſicut infra [b] dicetur. Quæ ſeruata qualitate conſtat licita eſſe: [c] Neque obſtat dicere, quod pro vna & eadem re p qua in vna prouincia minus datum eſt, in alia plus accipiatur: quia illud, p quo minus in una prouincia datur, minus in illa valet: & illud, pro quo poſtea in alia prouincia plus recipitur, in illa plus ualet. Et ſic quod minoris in vna prouin-

b eod. n. 41.
c Tot. tit. de contrahen. empt. & dc rerū perm. & l. ...c. cū. 4. ſeq. ff. de præſ. ſ. erb.

cia conſtitit, in alia pluris vendi poteſt: & quod in hac prouincia, cum re minoris pretij commutatum eſt: in alia cum re maioris pretij cómutari poteſt: ſicut in omnibus alijs mercibus: modo, ne tãto minus in vna detur, neque tanto plus in alia accipiatur, vt iuſtum pretium ad arbitrium prudentis viri peruertatur.

32 Ex hoc ſequitur, pecuniã emi & vendi poſſe: quamuis oppoſitum tenet Sot.[a] Quod certiſſimum eſt, quando non vt pecunia, ſed vt fruſtum metalli, & vt aurum, argentum, aut ęs fractum, ſeu rude, conſideratur: quin quando vt pecunia conſideratur, ex aliqua octo rationum, quibus dicemus infra 3 eam maiori aut minori pretio eo, quod a lege eidem cõſtitutum eſt, valere poſſe, imo ſemper atque vt merx proponitur, & non vt pretium alterius mercis proponitur, ſi id ra dicitus ponderetur.[b]

Quamquam quo ad aliqua parui põderis diſſentire videri poſſunt, quia quo tieſcumque ex aliqua harum rationum, & non ex ea qua pretium eſt aliarum rerum, conſiderabitur: eſt merx, quæ pluris aut minoris æſtimari, & conſequenter emi poteſt,[c] neque Archidiac. tenet contrarium,[d] quod ei Laurent. in c. conſuluit, imponit. Nam ſi bene perpendatur, non dicit pecuniam vendi non poſſe: ſed eius vſum, quatenus eſt pecunia, vendi non poſſe, quin ipſa vendatur. Et quia lex patitarum,[e] decernit, omne qđ permutari poteſt, vendi poſſe, & omne quod vendi poteſt, permutari poſſe: reb⁹ ſpiritualibus exceptis, quæ commutari, & non vendi poſſunt: & omnes pecuniã permutari poſſe fatentur.

33 Sequitur etiam hoc cãbij genus iuſtum fore, ſi quod minus valet in vna prouincia, permutator etiam minoris, quam in illa valeat, emit aut permutet: aut quod plus valet, maiori pretio etiã, quam in illa valeat vendat, aut permutet: præſertim cum ob pretii anticipationem, aut dilationem, hoc fit: quod facile ex prædictis regulis ſupra eod. nu. 24. probari poteſt. Poſſet etiam iniuſtum eſſe, ſi pẽcunia prohibita transferretur, ita vt alijs transferre iniuſtum ſit. Eadem ratione, leg. illud, digeſtis ad leg. Aquil.

34 *Cambium lucri ſeu intereſſe licitum eſt, & aliquid pro intereſſe ratione lucri ceſſantis, ſeu damni emergentis accipi poteſt.*

34 *Cambio a vero qui abſtinet, vt alteri ficto ſuccurrat, quod ex vero lucratus fuiſſet, lucrari poteſt, & ita intelligẽdum quod dicitur, pro cambio ad ſecundas, & tertias nundinas plus accipi poſſe, quam pro primis.*

35 *Cambium ſi quis exerceat negociatione relicta cum certo lucro de nundinis in nundinas, aut veriſimili faciendo ex negociatione, peccat mortaliter & reſtitutionis reus eſt, neque excuſatur ratione lucri ceſſantis.*

35 *Campſor peccat cum obligatione reſtituendi, ſi de nundinis ad nundinas certum lucrum capiat, aut veriſimile quod erat facturus ex negociatione, ſi vltra pecuniam ad cambium datam, habeat aliam ad negociationem deſtinatam.*

DEcimoſeptimo, quintum cambium lucri ſeu inteſſe licitum etiam eſſe, hoc eſt, ſi permutator mercaturam facit, & ob mutuo dandum ei, qui opus habet a mercatura ceſſat, accipere aliquid tam ratione lucri ceſſantis, quam damni emergentis poteſt: quia ſicut[f] latè probauimus, quilibet mercator, hæc accipere certis conditionibus poteſt. Nouè omnibus addimus, quod quamuis alia mercaturam, quam cambiorum non faciat: tamen ob mutuandum, ab ea diſcedit, dum licita ſit, recipere poterit lucrũ ceſſans, quod ex ſua arte iuſte permutandi facere omittit: quia eadem omnino ratio, idem omnino ius ſuadet,[g] pro quo facit deciſio illa ſingul. Caieta.[h] ſupra eod. num. 26. relata, ſcilicet eum qui a vero cambio abſtinet, vt ficto alteri ſuccurrat, quod ex vero lucratus fuiſſet, lucrari poſſe. Væ tamen miſero, qui ob id, nec a negociatione, nec a tot veris cambijs quot antea, ceſſat, & lucrum fictum, nullo vero nec veriſimili extante, accipit: quaſi Deus non eſſet, qui non ſolum opera, ſed & corda perſcrutatur. Per hoc cambij genus, reſponſio doctorum Pariſienſiũ etiam defendi poteſt, ex quibus fuerunt illuſtres illi duo fratres, Antonius & Ludouicus Caronel, quorum ope-

a lib. 7. q. 5. art. 3. de iuſti. & iur.

b Arg. l. 1. ff. de rerum permut. l. 1. ff. de contrahen. empt. l. 3. §. fi. ff. cõmod. & eorum q̃ ſcripſit Caiet. in tract. de cãbijs ca. 6. & Medi. in c. de rebus reſtit. ad fol. 148.

c Arg. l. 2. ff. locat.

d In c. 1. 14 q. 3.

e l. 2. tit. 6. par. 5. Hoſti in ſum. de rerũ ꝓmu. uerſic. quid autem.

f In cõmẽt. c. 1. 14 q. 3. numer. 46. & ſeq.

g l. illud, ff. ad l. Aqui. & c. tranſacto, de conſtitu.

h in tracta. de cambijs. cap. 1.

operibus & consilijs aliquando profecimus: quam reprehendit D. D. Sotus, [a] scilicet mercatores plus accipere posse, si solutionem ad secundas nũdinas, quã si ad primas differant: & plus si ad tertias, quam si ad secũdas producant, quia cambium lucri seu interesse tanto maius efficitur, quanto plus de lucro verisimiliter relinquitur. Et certum est, qđ mercator, qui suam pecuniam a negociatione, & permutator qui a cambio duabus nundinis abducit &c. Neq; credibile est viros adeo doctos omniũ Florentissimæ Academię, de altero cambio emptionis aut permutationis intellexisse, cum etiam scholastici exiguorum an norum sciant, vsuram esse, ob dilatam solutionem carius emere, aut permutare. Et quia non multis ab hinc annis illorum sermo in scholis versatur, sicut idem Sotus vbi supra dicit, nunquam ad ipsum vsq;, illa in scholis intellecta fuisse. Quamquam nostra sententia Gaspar Cald. [b] Laurentius Rodulph. [c] Sanctus Antoninus, [d] Ioaun. Anan. [e] Sylu. verb. vsur. quarta per tot. Caiet. in tracta. de Camb. & Medin. [f] & alij multi ea intellexerunt, quamuis suos non ita atq; nos nostros explicarunt.

35 In hoc cambio mortifere peccat cũ obligatione restituendi, permutator, qui suam pecuniam ex negociatione extrahens, arte mercaturæ faciendæ relicta, cambiorum accipit, atque totam suam cambijs ab vnis nundinis in alias, cum lucro certo aut incerto tradit: hoc est cũ pacto, ut qui ab eo pecuniam suscipiũt, ei tantum soluant, quantum alii qui versantur in arte, in qua ille solebat, lucrati fuerint: aut certum quid de lucro verisimili, quod ipse, si negociatus fuisset, fecisset. Quia postquam iam a negociatione pecuniam abstraxit, neque negociari vult, nullum est tale lucrum, neque erum, neque verisimile etiam in Manuali [g] & in præd. comment. [h] significa tum est. Similiter peccat cum obligatione restituendi permutator, qui ad cã bium vna pecunia data, nihilominus negociatur cum ea, quam ad id consignatam habet, per eandem rationem.

Quare vę tot pœnitentibus, quos istę viæ locupletarunt, quin confessarijs, qui eorum audiunt, atq; audiere confessiones, & sine iussione aliqua ab eis desistendi, & sic parta restituendi, aut iubẽdo, & obsequi nolentes in vtrorumque damnationem absoluere.

36 *Cambium ob custodiam licitum est, ob idque depositarius pecuniarum iustũ stipendium a deponentibus accipere potest pro suo labore, & est contractus locationis, & conductionis certa mercede constituta.*

37 *Campsor pecuniam in depositum recipit, soluendam vel numerato, vel per literas, ad alia cambia remittendo, prout recipit: & pro hoc secundo modo nihil lucri nunquam accipit.*

37 *Campsor pecuniam in custodiam recipiens, & numerato soluens, non recipit quinque pro mille, vt Sotus asserit cautum in regnis Hispaniæ, cum sit licitum, sed rapina, & ad restitutionem obligans, nisi in tribus casibus. num. 38.*

38 *Vsura est cum obligatione restitutionis, cum depositarius pro solutione pecuniæ innumeratæ aliquid pro quolibet centenario accipit.*

39 *Lucrari parum iustè quam multum cũ peccato, multo melius.*

40 *Pecuniæ depositæ mercedem qui non soluit campsori pro suis laboribus, sed est causa vt ab alijs, quibus ea numerato traditur, exigat, ne relinquatur a deponente, peccat.*

40 *Campsoribus pecuniam numeratam in depositũ dantes, si pro se, aut alijs per literas repetat, & pro ea postea aliquid exigat ratione commodi inde percepti, peccant, quia est vsura manifesta.*

40 *Deponente Mercatore pecuniã numeratam apud campsorem, si illam ad alium campsorem remittat, & aliqd amplius pro æquali tempore quo eam apud se habuit (modo sibi mercedem, quam deponenti ex mala consuetudine debere arbitratur, remittat) Vsura est manifesta in animis eorum.*

DEcimooctauo, sextum cambiũ per custodiam licitum etiam esse: hoc est quod quia lex est, [i] consuetudo, aut statutũ, vt permutator sit custos, depositarius, & fideiussor pecuniarũ sibi da-

i Argentarius, §. 1. et l. quædam. §. Nummularios, ff. de edendo.

a libr. 6. q. 12. ar. 5. de iust. & iur.

b In consil. 12.

c In repet. c. consuluit q. 1. 2 part. d 2 par. tit. 1. q. 7. §. 49

e In præsenti a nu. 46.

f In Co. de reb. rest. a fol. 145.

g Capi. 17. nu. 211.

h ca. 1. 14. q. 3. nu. 49.

tarum, aut missarum, ad necessitates eorum, a quibus dantur aut mittuntur, & vt ad soluendum mercatoribus, aut personis quibus qui deponunt voluerint in tali, aut tali modo, teneatur suum iustũ stipendium, aut a Rep. aut ab ijs, qui deponuut, iuste accipere potest, quia hoc officium & munus Reip. vtile est, & nullam iniquitatem continet, si quidem iustum est, vt suam mercedem operarius promereatur. [a] Et talis permutator laborat, in recipiendo, seruando depositũ & præparatam pecuniam tot mercatorum, in scribendo, in dandis accipiendisque rationibus aliorum atque aliorum, q̃ satis molestum est, & interdum periculosum, ne error in rationibus, & alijs rebus committatur. Idem dici potest per contractum fieri posse, id quod per legem, [b] in quo aliquis, ad recipiendam & in depositio pecuniam seruandam, dãdam, soluendam, & rationes cum vnis atque aliis præscribendas, vnis atque alijs, modo ab ipsis ei diceretur, & cætera obligaretur. Quia hic contractus est, alteri & ab alijs suas operas & labores locandi, qui contractus nominatus est, iustus & sanctus. Est enim contractus locationis ex parte campsoris, & conductionis ex parte aliorum, certa mercede constituta. [c]

37 Huius tamen mercedis modus non est in iure præfinitus. Notandum autem est pecuniam duobus modis recipi, scilicet numerato realiter pecuniam accipiendo: & per Chirographa; acceptando Chirographa cambiorum, aut aliarũ personarum, per quæ illi in sua argentaria promittitur, & consignatur solutio eius, quod illi ut soluat in eorum accepti expensique codicem referendo, remittitur. Duobus etiam alijs modis soluit, scilicet numerato, realiter pecuniã dando: aut per Chirographa, solutionẽ ad alia cambia remittendo. Præsupponunt aliqui, scilicet Sotus [d] in istis regnis cautum & statutum esse, vt permutator quod alicui numerato solui ex mille, quinque recipiat, & quando per Chirographa, solutionem ad alia cambia traiicendo, nihil. Huius tamen oppositum in pragmaticis istorum regnorum pragm. 127. expressum nos inuenimus. In quadam enim dicitur Reges Catholicos Hispali anno 1491. Sanxisse, vt permutator soluere posset Chirographa habentibus & alijs, pecunia dependente, fracta, contusa, quod deesset soluendo, & ab eo, qui pecuniam, integram, optimam & selectam sibi solui vellet, accipiat quinq; ex singulis millibus ob eiusmodi solutionem, & non amplius: quamuis alia pars dare vellet. Et in alia 129. dicitur, postea eosdem reges Catholicos edoctos ex dicta lege occasionem permutatores arripuisse non solum quinque prædicta in singula millia in prædicto casu accipere, sed etiam in omnibus, in quibus numerato quauis pecunia selecta, aut non selecta soluebant: prædictam legem reuocasse anno 1503. quoad hoc omnino eam abrogantes, & vt permutatores pecunia confracta, & contusa pecunia, nec soluere, nec quicquam ab aliquo, quorum Chirographa in suis argentarijs soluenda fuerint, aut quibus debuerint, accipere possint, ꝓpositis grauissimis pœnis sancientes.

38 Quæ sanctio sancta & necessaria fuit quia contra omnem rationem naturalem [e] diuinam, & humanam est, vt tua me, & ab alio accipias vnum, quinque, aut decẽ, in singula millia, ratione eius, quod nostri creditores, aut alij nobis in tua argentaria aut cambio soluendum decreuerunt, cum nihil aliud pro nobis facias, quam soluere quod in te nobis expeditum fuit. Et quia iniustum est, vt nos labores quos, tu in seruando eo, qđ nostrorum creditorum est, aut eorum, qui in te nobis pecuniam assignarunt, & in illorum accepti datique rationibus susscepisti, compensemus. Quamquam aliqui dicunt esse sanctionem extrauagantem, vt in singula millia quinque soluantur: tamen ego non credo, quia exceptis tribus casibus, de quibus statim dicemus, iniustitiam contineret.

Vnde sequitur non solum quinque prædicta, in singula millia, quando numerato soluunt, eorum mercedem non esse, imo illorum rapinam, & iniustam exactionem, quæ tartaris addicit, aut ad restitutionem & integram pœnitentiam, vt illa vitentur, obligat, cap. peccatum, de regu. iur. libro sexto, cum his quæ diximus in Manuali, [f] exceptis tribus casibus.

a Luc. 10. Dignus. n. est operari mercede sua, & ca. 1. 13. q. 2.

b l. non impossibile, ff. de pact. ca. contractus, cum glo. de regul. lib. 6.

c l. 1. & 2. loc. §. 1. Instit. de loc.

d In lib. 6. q. 11. ar. 1. de iusti. & iur.

e Regu. non debet alterius odio prægrauari de reg. iur. lib. 6. 1. q. 4 per totũ. ca. Si habes 24 q. 3.

f capit. 17. nu. 63. & 64.

Pri-

Primus,quando ſolutio ijſdem fieret, qui depoſuerunt & dederunt ſuam pecuniam numeratam permutatori: qui in cõpenſationem laboris & ſolicitudinis ſuſceptæ a permutatore in receptione & aſſeruatione pecuniarum & aliis rebus prædictis faciendis,illud ſoluunt.

Secundus,quando illi, quibus deponentes ſolutionem ſuarum mercium, expediunt,tanto carius illis vendiderũt quanto plus ſoluendum erat ipſis in cãbio,ob numeratam pecuniam recipiendam,in cõpenſationem & liberationem eius, q̃ deponentes permutatori debẽt.

Tertius,quando ſponte ſua,ei,quibus ſoluitur, illud permutatori largiuntur, qui noſtro iudicio pauciſſimi ſunt: quia non ſunt de his, etiam qui illud concedũt, ne ſolutionem octo aut decem dies ſtato ſolutionum tempore expectent, q̃ ipſis a permutatore differtur:quia quicquam illi remittere, ob numeratam pecuniam nolunt, ſed ſuorum Chirographorum ſolutionem integram volunt: quemadmodum nobiſmet ipſis cõtigit. Quorum voluntas nõ minus coacta eſt, quam eius, qui vſuras vſurario ſoluit: quod a peccato & reſtitutione nõ excuſat. [a] Alij dicunt,illorum mercedem eſſe,duo, tria, aut quatuor in ſingula centena, iuxta caritatem, aut vtilitatẽ eius quod mutuant, aut vnis atque alijs ad alias vſque nundinas numerato ſoluũt, in quo vſuram & peccatum mortiferum cum reſtitutionis obligatione committi,negari nullo modo poteſt, [b] imo eſt peſſimum genus vſurarum. [c]

39 Quare dicimus, eius mercedem eſſe,id quod iuxta arbitriũ boni viri(quoniam eius arbitrio ſunt determinanda, quæ iure relinquuntur confuſa,) [d] in quibuſque nundinis confectis inter ipſos rationibus, ab vnoquoque mercatore ei datur,aut dari debet,conſideratione eius,quod plus,aut minus pro eo,aut eidem, vſque ad illam rationum expeditionum datum fuerit: quæ certa res nõ eſt, ab aliquibus tamen nobis dicitur, aliquos dare vnum, aut vnum & dimidium in ſingula milia,& præterea quod eiſdem ob permutationem vnius generis pecuniarum cum alijs,datur ſi dicas, ſecundum, hodie, (cum non ſit,aut nõ permutetur aurum) parum aut nihil eſſe: & primum parum, quo tam multi locupletentur, tam cito, & tantopere ſicut locupletant.

Reſpondebimus, ipſos (vt dicitur) maxima ex parte in cauſa fuiſſe,cur non ſit in regno aurum, nec permutetur, quia fuerunt miniſtri mille artibus, & aſtutijs pecuniam ſubtrahendi: quamuis ego credo, aliam maiorem fuiſſe.

Reſpondemus etiam permutationes non fuiſſe inuentas ad permutatores locupletandum: ſed vt via inſtitueretur expeditior negotiorum,qua maior & vilior eſſet mercium copia, ſicuti eſſet, ſi ſincere ipſi ſuum munus præſtarent, & iuſta mercede contenti forent,eam a quibus debetur accipiendo,quorumque pecuniam cuſtodiunt, & rationum curam gerunt,& non a quibus nõ debetur:memores ſententiæ illius magni Regis & prophetæ Dauid Pſalm.36. melius eſſe modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas: & eius quod author prophetarum dicebat Matth.16. quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? nollentque (contra præceptum Pſalm.36. Noli æmulari in malignantibus, &c.) malos imitari,qui male ditantur.

Contra hoc cambij genus non ſolum peccant permutatores, ſed etiam cum obligatione reſtituendi, qui eis pecuniam cuſtodiendam tradunt & prædicta committunt; & poſtea nihil ſoluere volunt, dicendo, illud, quod ſua pecunia lucrati ſunt, & accepturi ſunt,a quibus numerato ſoluent, pro mercede illis ſufficere.

Et ſi permutatores aliquid depoſcãt, ab eis relictis ad alios ſua negotia tradunt; at ne relinquantur ab ipſis, mercedem ſibi debitam illis remittunt, & ab ijs, qui non debent eandem exigunt. Peccant etiam qui permutatoribus aliquam pecuniam numeratam tradunt: quam poſtea ſi per Chirographa,pro ſe, aut pro alijs repetant, & non numeratam: quando rationes expediunt, exigunt ſolutionem pro pecunia, numerato data,quę vt minimum eſt duorum,in ſingula centena,quod lucrum nulla prorſus ratione accipere poſſunt, tanquam debitum, niſi ratione commodi, quod

[a] *cap.quia in omnibus de vſur.ca. 1.eod.titu. lib.7.*

[b] *per ca.1. 14.q.3. & per definitionẽ vſur. ac alia quæ ibid. poſuimus.*

[c] *Hoſtien.in ſum. de vſur.§.an ali quo ſub fin. d l.1. ff.de iur.delib.c. de cauſis,& offic. deleg.*

permutator ex illa pecunia numerata, data percepit aut percipere debet: & sic est manifesta usura: si quidem permutatores qui pecuniam accipiunt, laborem in recipiendo ponunt, in seruando, in codicem rationem referendo, in præparando in illud tempus in quo deposcent aut expedient: & qui dat aut dedit, nihil horum facit.

Aliam vsuram committunt in hoc eodem permutatores, scilicet qui mercatori qui apud se aut in sua argentaria, pecuniam numeratam deposuit, expedit illam, & aliquid amplius in alia argentaria in vsus suos necessarios ad tempus æquale, atque ipse illius pecuniam apud se habuit: modo sibi mercedem, quam ratione numeratæ pecuniæ soluturus erat relinquat: quod saltem in ipsorum animis est vsura manifesta: quia mercator, lucrum, quod suo iudicio pro comparato habet ob depositionem numeratæ pecuniæ permutatori remittit, vt sibi altero tantam per Chirographa, aut certam aliquam schedam ad nundinas proximas mutuet: & permutator mutuat, ne soluat illud, quod iuxta suã malam consuetudinem se deponenti debere arbitratur, quod est miserabile, & comploratu dignissimum.

41 *Cambium seu sit contractus nominatus emptionis, vel permutationis, siue innominatus, nullũ est discrimẽ quo ad lucrum iustè faciendum, nisi ex alia circunstantia fiat illicitum.*

41 *Cambium duo faciunt illicitum, vel earum alterum, inæqualitas dati, & recepti, & plus vel minus dare vel accipere ob anticipationem, vel dilationem temporis, ad soluendum præstituti, siue sit contractus nominatus, siue innominatus.*

42 *Cambiis exprimendis, commutationis verbum est appropriatum, cũ tamen sit ad oẽs contractus, quibus aliqua res, ab vno ad alium transit, siue sit nominatus, siue innominatus.*

42 *Cambium iustè fit si duo concurrant, tum vt pro pecunia commutanda iustum pretium detur, alterum ne de eius pretio minuatur ratione tardioris solutionis.*

43 *Cambijs lucrari per commutationem pecuniæ, dato ipsius iusto pretio, licitè possumus, si fit vt in alijs mercibus per commutationem iusti sui pretij, recuperando, vbi, & qua minoris valet, vt commutetur, & transferatur quo, & quando pluris valebit.*

43 *Pecunia, etiam quatenus pecunia, commutari cum alia potest, vt lucrum ex tali negociatione licitè quæri possit.*

43 *Pecunia pluris, aut minoris valere potest, vel pro diuersitate metalli, vel bonitatis, vel figuræ, & ponderis, vel regionum, vel augmenti & diminutionis, vel temporis, vel copiæ, & penuriæ, vel eius præsentiæ, & absentiæ.*

44 *Ducatus aureus plus quam ex argento, aut metallo valet, quia melius seruari, aut in longinquum portari potest & ob penuriam minutæ pecuniæ commodioris ad expendendum.*

44 *Ducati duo per legem eodem pretio æstimati in eadem regione pluris, aut minoris valent, ex inæqualitate bonitatis mẽtalli.*

44 *Aurum pluris valet in Hispania, quã in Indijs, & pluris in Gallia, quam Hispania.*

45 *Pretia rerum, & pecuniarum vt ex certo incremento augentur, & certa diminutione minuãtur, sic ex dubio augentur, aut diminuuntur.*

46 *Pecuniæ pretium cum tempore crescit, aut minuitur pro varietate circunstãtiarum.*

47 *Pecunia pluris, aut minoris nunquam valere dicitur ob anticipationem, aut dilationem solutionis, aut concessionem in longius, aut breuius tempus.*

47 *Campsores, & quilibet alii errant putantes licere plus quam mutuarunt accipere, eo quod pecuniam intermortuam multo tempore tenuerint sine vllo fructu.*

47 *Campsores tempus nũdinis, vel solutionum terminis intermedium computãtes, quo plus, aut minus, ex cambio recipiant, errant.*

48 *Pecuniæ mutuatæ pretium si crescat, licitè exigi potest lucrum illius augmẽti, quia non capitur ratione temporis, sed ex incremento pretii: saltem si ad illud vsque tempus erat eam seruaturus.*

48 *Du-*

48 *Ducatus, quia eius precium accrescat, cum sit quid extrinsecum, non desinet esse idem quod antea; modius vero tritici sic, si augeatur eius mensura, quia mutat naturam, & formam.*

49 *Mutuans modium tritici alium aque bonum tritici recipere debet, etiam si precium pluris, aut minoris valeat, quia est ei extrinsecum.*

49 *Precium non est de essentia pecuniæ, sed quid accidentale, quæ vt pecunia est, sua potius naturali essentia, quam artificiali nititur.*

49 *Mutuans tot aureos, si pactus fuit vt totidem eiusdem generis sibi redderentur, augmentum, si pluris valeant, recipere potest, si non erat certus de precio augendo.*

49 *Fortunæ modus in sponsionibus, aut trãsactionibus super dubia, quæ de facto, & iure euenire poterant, licitus est.*

50 *Mutuanti pecuniam, vel alium rem, alia eiusdem generis, ac æque bona quo ad bonitatem intrinsecam restituẽda est, etiam si non erat asseruaturus (aquius tamen contrarium) vel si expresserat, vel si insumpta precio aucto.*

50 *Pecuniæ bonitas intrinseca non est precium ei a Repub. constitutum, sed qualitas, & bonitas materiæ, ex qua constat.*

DEcimonono, ijsdem ponderibus, & mensuris iustitiam cambij per emptionem & cambij per commutationẽ, aut alterius contractus innominati pendendam & metiendam esse dicimus: qa quamuis emptio ex vna parte, & commutatio, qui est contractus innominatus, [a] & alij innominati ex altera, differant, quod emptio est contractus nominat⁹, [b] & alij non: & consequenter, in omnibus, in quibus contractus qui nominati ex speciali nomine quod habent, dicũtur, [c] in iure differunt ab his qui proprio nomine carent, & ideo innominati vocantur, quia sunt multi. [d] Tamen quoad nostrum propositum, quod est videre, quo modo per emptionem, venditionẽ, aut permutationem lucrum fieri iustè possit, nullum est discrimen quoad hoc eñ idem est, dicere, esse emptionem, & dicere, esse permutationem, aut contractum do tibi, quia mihi des: aut do tibi, vel facio, quia facias, aut mihi des, est contractus, per quem aliquis Metinæ centum dat alteri, pro centum & viginti, quæ ille dabit aut dare faciet in Flandria: aut dare in Flandria centum, pro centum & viginti Metinæ recipiedis: quia duæ res, aut earum altera, hos contractus illicitos faciunt, scilicet inæqualitas eius qđ dat, aut eius quod accipiendum est, plus aut minus, ob anticipationem aut dilationem, aut longiorem præstituti tpis, aut breuiorem concessionem: & certum est has duas res, & vtrarumq; alteram, tam contractum permutationis, & aliũ quemlibet nominatum, quã emptionis illicitum reddere: & contra tam emptionis, quam istorum aliorum. [e]

42 Vnde sequitur primo, non esse curtẽ pus insumamus neq; obtundamus capita in definienda, quæ sit verior opinio, an ea quæ dicit proxime dictum contractum esse emptionem, quam sentit Caiet [f] & defendi posse crediderat Cald. [g] & Laurent. [h] an ea quæ dicit esse pmutationem, sicut asserit Sotus, [i] & ante Cald. & Laurent. vbi sup. an sit contract⁹ innominatus, do tibi, vt mihi des, &c. q̃ fortassis facilius tueri posset, per ea quæ de permutationis per literas genere supra [k] diximus, & per alias rationes, quas addere possemus.

Sequitur secundo, vt omnibus opinionibus satisfaciamus, verbo hoc commutandi nobis vtendum esse, quod est vniuersale, omnes prædictos, & quoslibet alios contractus, quibus aliqua res ab vno in alium transit, compræhendens.

Sequitur tertio, pdictum cambium, quocumq; nomine appellet licitum esse si iustè fiat, & alias non: fit aũt iuste duabus rebus concurrentibus: vna, vt pro pecunia, quæ commutatur, iustum preciũ detur: secunda, ne de eius precio minuatur, rõne tardioris eiusdem traditionis, sicut optime Caiet. [l] insinuauit, & ante: atq; quam omnes melius, Sylu. [m] Quæ licet nec ab ipsis, nec ab alijs insinuatæ fuissent, ex duabus prædictis regulis [n] probantur.

Sequitur quarto difficultatem consistere in declarando, qui per commutationem pecuniæ dato ipsius iusto precio, lucrum fieri possit.

Ad

a L. iurisgẽ. cum glo. de pactis, l. ex placito, C. de rerum p mut. cũ gl. *b* D. l. iurisgen. in pri. l. naturalis §. et si quidem, ff. de p̃ script verb. *c* L. 1. & tribus sequen. ff. de præscript verb. *d* lux. nota. per Bart. in d. l. naturalis, §. sed si facio, & per omnes, in princ. d. l. iurisg. & per gl. & alios, in d. l. ex placito.

e Per supra dict. eo. nu. 14 & nu. 24.

f In tract. de camb. c. 6. & 7.

g Consi. 11. de vsur.

h 3. par. q. 1 c. consul. de vsur.

i Lib. 6. de iust. & iur.

k Eo. n. 21. & 22.

l In trac. de camb. c. 7.

m Verb. usur. 4. q. 9.

n Eo. n. 14. & 24.

Ad quod reſpondemus, illud fieri poſſe, ſicut in alijs mercibus fit, eam per cõ mutationem iuſti ſui precij recuperando, vbi, & quando minoris valet, vt commutetur & transferatur, quo, & quando pluris valebit. Si quidem ſicut bene ſentit S. Thom.[a] quem Anton. Caiet. & omnes ferè Theologi ſequuntur: idem tenent Cald.[b] & Laur.[c] & ſupra a nobis dictum eſt[d] pecuniam etiam quatenus pecunia, commutari cum alia poſſe, vt lucrum ex eiuſmodi negociatione quæri poſſit.

Sequitur quinto, prædictæ difficultatis ſolutionem pendere ex cognitione, qui, & quando vna pecunia, quæ alteri eſt æqualis, ratione precij communis a lege aut conſuetudine conſtituti, quando cuſa fuit, pluris aut minoris per aliquam rationem, quam alia valeat. Nam ſciri haud poteſt, num commutatio, in qua vna pecunia per aliam acquiritur, iuſta ſit, vtriuſque precio ignorato. ſiquidem per dicta pro ea, quanti valet, vt iuſta ſit commutatio, dandum eſt. Quare dicimus, vnam aliquam ex octo rationibus euenire poſſe: prima, eſt ex eo, quod non eſt eiuſdem metalli: ſecunda, ex inæquali metalli bonitate: tertia ex inæquali figura & pondere: quarta, ex diuerſitate loci, in quo eſt: quinta, ex reprobatione, aut ex dubio reprobationis, ex incremento, aut diminutione alterius: ſexta, ex temporis diuerſitate. ſeptima, ex inopia & eiuſdem neceſſitate: octaua, ex vnius abſentia & alterius præſentia.

44 Ex prima ratione ſcilicet ex metalli diuerſitate, interdum pluris ducatum aureum habenti, quam alterum ex argento, aut metallo, valet, quia meli[o]⁹ ſeruari, aut in longinquum aſportari põt: & contra, ducatus ex argento, aut metallo pluris quam alterum aureum ob minutioris pecuniæ ad impendendum, penuriam, valet, quod docet experientia rerum magiſtra. [e]

Ex ſecunda ratione, ſcilicet ex quanti tate bonitatis metalli vtriuſq; pecuniæ, contingit de duobus ducatis per legem eodem precio æſtimatis, ſicut ſunt duo ducati Caſtellæ, Luſitaniæ, Pannoniæ, Florentiæ, vt vnus pluris quam alter æſtimetur, quãuis in eadem regione ſint.

Ex tertia, ſcilicet ex inæqualitate figuræ, & ponderis, ducatus eiuſdem incudis & Characteris, quam alter, pluris valet, ſi vno grano propendet, & eſt bene ſignatus, & alter vno grano dependet, aut eſt fractus, conquaſſatus, deformatus &c.

Ex quarta, ſcilicet ex diuerſitate regionum in quibus eſt, eadem pecunia pluris in vna, quam in alia regione valet, iuxta Calderin. recep.[f] quem ſequitur Ioan ab Anan.[g] Aut quia eius metallum, pluris in vna, quam in alia æſtimatur: veluti aurum, pluris valet in Hiſpania, quam in Indijs, & in Gallia, quã in Hiſpania. Quia Rex aut conſuetudo vnius regionis, maius illi preciũ ſtatuit, quam Rex aut conſuetudo alterius quemadmodum quando nos literis operam dabamus & apud Tholoſam Galliæ prælegebamus: eiuſdem Rex, precia ſcutorum ſolis, & ducatorũ Hiſpaniæ, multum auxit: quin etiam dicunt, poſtea pl⁹ aucta fuiſſe. In quo fere omnes conueniunt: conueniunt enim Anton. Sylue. Caiet. Medi. & Sot. vbi ſupra, & Laur. de Rodul.[h] & Io. ab Anan.[i]

45 Ex quinta ratione, ſcilicet ex reprobatione, aut diminutione, precij, & incremento, aut ex horum dubio: elapſis annis vidimus targulas precij decem, minoris in vno tempore valere, quam antea valebant. Et in alijs prouincijs in quibus plures ſunt domini pecuniam cudentes: interdum alij vſum pecuniæ vicinorum prohiberi iubent: alij de eius precio minuunt: & quemadmodum poſt eius vſum prohibitum, multo minoris q̃ antea commutatur: ſic quando de ea reprobanda, aut minuenda tractatur; aut de eo an ita ſe res habitura ſit dubitatum, aliquanto minoris commutatur: & quemadmodum poſt auctum precium pluris valet: ſi quando de eo tractatur & dubitatur, aliquanto pluris commutari inchoatur. Quia quemadmodum certo precia ex incremento augentur, & certo ex diminutione minuntur: ſic ex dubio vnius aut alterius, aliqua res incerta augetur, aut diminuitur.[k] Et quia in hac commutatione pecuniarum, quæ ex prædictis quinque rationibus pluris, aut minoris valent, cambium tranſlationis reales, de quo ſup.[l] dictum eſt, exercetur, illuc me refero.

a Lib. 2. de Regim. prĩ. c. 14.
b Conſi. 11. de Vſur.
c In c. conſuluit, q. 1. pa. 3. de Vſur.
d Eo. n. 12. & 32.
e Ca. quam ſit, de elect. lib. 6.
f In conſil. 11. de Vſu.
g In præſen. nu. 46. & ſequenti.
h Quæſt. 1. 3. par. c. conſul. de Vſur.
i Hic, n. 52.
k Arg. l. ſi iactũ rctis, ff. de act. empt. & c. præſenti, cum ei annot.
l Eo. n. 31.

46 Ex ſexta ratione, ſcilicet ex diuerſitate temporis, per quam pecuniæ precium accreſcit, aut decreſcit: centũ ducati ex auro, & centum ex argento, aut centum ex metallo, aut centum abſolutè in quantitate, interdum pluris, & interdum minoris nunc valent, quã hinc ad annum valerent. Quia per ſupra dicta [a] pluris valeret, ſi aliqua ex cauſa (de multis, quæ euenire poſſunt, ſcilicet ex aſportatione ad alias prouincias ad emendas res vitæ vſui neceſſarias, ad bellum gerendum, aut amicis illud gerenti bus ſubueniendum &c.) eſſet aliquarũ, aut omnium pecuniarum penuria, &, hinc ad annum earum abundantia foret aut ex venditione commeatuum, & aliarum mercium prouinciæ: aut ex opti ma ſolutione ſtipendiorum militibus, & famulis a Rege facta, aut ex alijs ſimilibus cauſis. Et econtra, nunc minoris valerent, ſi nunc abundantia, & ſequenti anno inopia foret: verbi gratia, quemadmodum vnum tritici onus, menſe Auguſti communiter non tanti valet, in quo eius abundantia eſſe ſolet; quanti menſe maij, in quo inopia, aut min⁹ tritici inueniri conſueuit, capit. in ciuitate ſupra eodem, & in hoc capitulo.

a Eo. n. 43.

47 Nunquam tamen pecunia, pluris, aut minoris valere dicitur, ob anticipationem, aut dilationem, aut in longius tempus, aut breuius conceſſionem, niſi ad illam, aliqua ex octo prædictis ratio nibus augendæ, aut minuendæ pecuniæ cum tempore adiungatur, iuxta ſere om nium communem opinionem. [b] Vnde ſequitur, primum, errare omnes permutatores, & mercatores, & alios quoslibet, qui ſibi licitum eſſe arbitrantur, plus aliquid, quam mutuarunt accipere, eo qđ ſuam pecuniam intermortuam illis multo tempore detinuerint, nullum ipſis interea fructum ex illa capientibus: & conſequenter errare permutatores, qui tempus nundinis, aut ſolutionum ſtatis temporibus, in quibus ſoluenda ipſis pecunia eſt, interceptum metiuntur & numerant, quo plus aut minus per cambium recipiant.

b Th. 2. 2. q. 78. artic. 1. ad ſeptimũ & probatur in c. ad noſtram, de emptione.

48 Sequitur ſecundum, quod qui centum aureos mutuat, & poſtea eorum p̃cium accreſcit, licite exigere poteſt lucrum illius quo plus, quando eos repetit crenerunt, quam quando mutuat: qa non accipit ex ſola diuerſitate temporis ſed ex incremento precij, quod a Rege, aut a conſuetudine factum eſt curſu tẽporis in eo, quod ſibi debebatur: quæ cõcluſio ex multis locis Bar. [c] elicitur, qui communiter receptus eſt per Baldum, Alexan. & Iaſ. & fere omnes alios, in dicta l. cum quid. In quo non eſt dubium, ſi in illud vſque tempus aſſeruare cordi erat ſicut optime hoc probatur per capitulum vltimum de vſuris, & Ioannem Calder. [d] & in alijs locis, & per Gaſparẽ, & Laurent. Rodul. in c. conſuluit, eo. tit. tertia par. q. prima, & Sylu. [e] quem carpit Sotus [f] nemine ad id adducto: quam uis eius opinionem tenuerunt ante Fraciſcus Cur. ſenior in d. l. cum quid, in tractu monetæ, col. tertia. Sylueſter tamen repræhenſione non erat dignus; quia loquitur de eo, qui mutuat aureos aſſeruandos: & quia ſimilitudo Soti, noſtro iudicio non concludit, ſcilicet quod quem admodum ei, qui alicui modium tritici duodecim vrnularum mutuat, poſtea non eſt ſoluendus modius integer tredecim vrnularum, l. cum Canonicis vbi glo. & notatur in cap. olim, & in c ex parte de cenſib. quamuis lege caueatur, vt modius tredecim vrnulas capiat: Sic ducatum vndecim regalium mutuat, non reſtituendus ducatus duodecim regaliũ ſi caueatur vt tot valeat. Quæ ſimilitudo noſtra ſententia minime concludit: quia quando modius duodecim vrnularum, fit modius tredecim vrnularum, ſuam formam & materiam mutat, & definit eadem, quę antea erat, eſſe: tamen quod ducatus ex duodecim regalib⁹ ad tredecim per ſtatutum Principis accreſcat, nec materiam, nec ſuam formã mutat, nec eadem eſſe, quæ antea deſinit; ſiquidem quod in eo mutatur, extrinſecum & accidentale eſt, & non de eius eſſentia, ſicut tenet Bart. [g] communiter receptus, ait enim quidam, id ſeruatum his tribus ſæculis. [h]

c In l. cum quid, ff. de reb. creditis nu. 7. l. 1. l. cum aurũ, ff. de au. & ar. & l. Paulus, ff. de ſolu. nu. 6. & 10.

d In conſil. 11. de uſu. e Verb. uſu. pri. q. 14.

f Vbi ſupra lib. 6. qu. 1. art. 2. & libr. 7. q. 5. artic. primo.

g In l. quote. n. 7. ff. de reb. credit.

h In libr. de commer. nume. 699.

49 Et quia triticum, non deſinit idem triticum eſſe, quamuis eius precium accreuerit, aut decreuerit. & ideo qui modium tritici mutuum accepit, alium modium tritici æquè optimi, quoad eius ſubſtantiam reſtituere debet, licet quoad precium, quod ei eſt extrinſecum, pluris

pluris aut minoris valeat. Et quia ad obiectionem metaphoricam, quæ fieri potest, precium esse de essentia ducati, quatenus ducatus, & pecunia est: responderi cum Barto. communiter recepto pōt, quod etiam quatenus pecunia est, poti⁹ sua essentia naturali, quam artificiali, ni nitur, sicut dictum est. Dicimus præterea, eiusmodi mutuantem amplius recipere posse, quamuis non asseruauisset, si pactus fuit, vt tot, & eiusdem generis aurei quot, & cuius generis mutuo dabat, sibi restituentur: siue pluris, siue minoris, si æque valerent, saltem si nō erat magis certus de augendo, aut minuendo precio, per hoc cap. Et quia illud erat quasi modus quidam fortunæ, sortis, & sponsionis, aut transactionis, super dubia quæ de facto & iure euenire poterant, quæ omnia licita sunt. [a] & seq. Dicimus præterea, quod iuxta communem opinionem Bart. [b] communiter recepti per Bald. Alexand. Ias. & fere omnes alios, in d. l. cum quid. Ioan. Cald. in cap. fin. de vsur. & Laurent Rodu. in cap. consuluit, tertia par. quæstione prima. & Panorm. cum communi, in c. quanto, de iure iuran. qui centum ducatos aureos mutuat, ei centum alij aurei æquè optimi, atque illi reddendi sunt, nihil ex eorum precio subducendo, licet illud augescat, neque illi asseruandi forent: neque interueniat aliqua pactio expressa de restituēdis tot & talibus ducatis, quot & quales mutuo dantur, siue precia eorum accrescant, siue decrescant: quia mutuanti aliquam rem, alia eiusdem generis, atque mutuo data, restituenda est, æque bona, ac illa, quoad bonitatem intrinsecam, [c] bonitas aūt intrinseca pecuniæ, non est precium a Rep. ei constitutum, sed qualitas & bonitas materiæ, ex qua illa constat, iuxta veriorem & magis receptam opinionem Bart. [d] quod ait Quidā seruatum his tribus sæculis, [e] quæ communis opinio licet facile in omnibus casibus defendi posset, æquius tamen nobis videt̄, vt in solis tribus casibus intelligatur.

Primus quando ab eo, qui eos mutuo dedit in illud tempus, in quo eorū precium creuit seruandi erant.

50 Secundus, quando expressè dixit, vt tot, & tales, quot, & quales mutuat, sibi reddantur, siue eorum precia augerentur, siue minuerentur, tam periculo damni, quam lucri expectationi se obijciendo.

Tertius, quando ita repente eorū precium creuit, quod quamuis mutuo accepisset, ea nondum impenderat, & ita ea insumpsit, eisque vsus est precio quo accreuerant. Præter istos tres casus, satis est ei eosdem ducatos soluere, aut alios similes, aut ex eodem metallo, ex quo erant mutuo dati, in illa quantitate quā tempore mutuationis, faciebant, & pretio, quòd tempore solutionis habuerint. Ad quod nos mouet partim quod Bald. in l. cum quid tenet, & cōmunis, partim quod adducit, [f] partim æquitas magna, de qua scribit Bald. [g] nobis autem, nec plura, nec etiam quod diximus, breuitas quam consectamur, concedit.

a Argu. l. si iactū retis, ff. de action. emp. & huius c. & l. Periculi, ff. de Naut. fęno. & quæ tradit in lib. de cōmert. idē autor, num. 717.

b In l. cum quid, ff. de reb. creditis n. 9. & in l. 1. l. cum aurum, ff. de aur. & arg. & l. Paul⁹, ff. de solut. n. 6. & 10.

c In d. l. cū quid, & l. vinum, ff. de reb. cred.

d In l. quidta, n. 7. ff. de reb. cred.

e In libr. de commert. nu. 696.

f Vbi sup. q. 90. a num. 694.

g In Auth. ad hæc. quę. 17. de vsur. q̄ ipse optime interpretatur. num. 707 l

51 *Pecunia pluris valet vbi, aut quando est magna eius penuria, quam vbi est copia, sicut & cæteræ merces.*

51 *Pecuniæ vbi est magna inopia, cætera omnia vendibilia, quin opera, & labores hominum viliora fiunt.*

52 *Pecuniæ aureæ ob penuriam iuste precium crescere potest, vt plures pecuniæ argenteæ, aut ex alio metallo pro illa dentur, & contra, vt etiam ob inopiam minutæ, plus solito aureæ, & argenteæ dentur.*

52 *Actio arbitraria cur alicui detur ad petendum in vno loco quod in alio est soluendum causa est quod vna res pluris in vno quam in alio valet, præsertim si est triticum, vinum, aut oleū.*

53 *Pecunia nunquam est maioris precij, etiam si illius sit penuria, quam æstimetur a Principe, vel consuetudine, vel a lege sit constitutum.*

53 *Ducatorum, seu scutorum esse duo genera, vnum mercatorum in cambijs, quod variatur pro copia & inopia, alterum populi, non dicendum.*

53 *Pecuniæ publicæ augendæ, vel minuendæ potestas non est penes mercatores.*

53 *Pecunia, quatenus pecunia, non est merx, sed aliarum mercium precium in vnoquoque regno æstimatum; & consequenter magis quam triticum, quando est a Repub. æstimatum, crescere non potest.*

54 *Pecuniæ*

54 *Pecuniæ precium, etsi propter pecuniam non mutetur quo ad quantitatem valoris, ita tamen creſcit, quod plures res certo precio tunc per penuriam, quam ante cæteris paribus inueniuntur.*

55 *Pecuniæ finis principalis, in quem eſt inuenta, licet ſit, vt eſſet precium, & menſura rerum vendibilium, ſecundarius tamen eſt, cum ea lucrari negociatione pecuniarum cum alijs.*

56 *Pecunia omnis tam aurea, quam argẽtea, & ex metallo, ex ipſius penuria pluris ualere poteſt.*

56 *Cambium eorum, qui ſcuta ab vnis in alias nundinas varijs dant ſoluenda precio, quo cum datur valent, vel valebunt ſcuta mercatorum in foro tempore ſolutionis faciendæ, manifeſta vſura eſt, quia ſunt ficta, uel diuerſorum pretiorum pro varietate locorum quod eſt abſurdum.*

56 *Permutatione vera ſuæ pecuniæ qui deſinit lucrari, quo eam indigenti det, lucrari poteſt quod deperdit de lucro, q̃ cum alio feciſſet.*

57 *Pecuniæ precium non ſolum quatenus eſt metallum poteſt creſcere, ſed etiam decreſcere, ſed etiam quatenus eſt pecunia precium aliorum.*

58 *Venditor rem carius vendere nequit ob priuatam vtilitatem, quæ ex ea in emptorem cedit. ſed ob eam, quam ipſe in venditione perdit.*

58 *Pecuniæ precium eſtimatum dicitur, ut tantum, & non plus valeat rebus ſic ſtantibus, non quod ſtatu mutato, vt eius ſit magna inopia, plus ualere nõ poſſit, quantum probis, & prudentibus viris videbitur.*

59 *Pecunia, vt pecunia eſt, pluris & minoris valere poteſt in unis, quàm alijs nundinis, uel in una parte earum, ob paucitatem capientium ad cambium, vel multitudinem dantium, ſed ex penuria eius precium creſcat, & copia minuatur.*

59 *Pecunia nundinarum ex fictis cambijs & monopolijs creſcere non poteſt, ſed ex veris permutationibus.*

59 *Cambiorum precio auctо ob fictam pecuniæ penuriam culpa campſorum, qui ſunt a culpa immunes bona conſcientia iuxta præſentem charitatem ad cambium dare poſſunt, non autẽ participes.*

60 *Ducati in vno regno (ſeu prouincia, vt Luſitania) plus quam in altero valẽt (vt Caſtella) regales vero contra.*

60 *Verba incidenter poſita in conſtitutione ſeu ſtatuto non probant.*

61 *Campſor mutuans in vna ciuitate centum, vbi pluris valent quam in alia, ubi ſunt reddenda, plus quam centum recipere poteſt; & minus ubi minus ualent.*

61 *Vſura eſt, ſi corus tritici ubi minus ualet mutuetur reddendus ubi pluris ualet, & iniuſtitia ſi mutuetur ubi pluris ualet, reddendus ubi ualet minꝰ, idem de pecunia, ſed ad æqualitatem ſunt reddenda.*

61 *Mutuum natura eſt gratuitum, & eius intuitu nihil amplius quam quod datum eſt, recipitur.*

VIgeſimo dicimus, ex ſeptima ratione (quæ pecuniæ incrementum, & diminutionem facit) quæ in magna inopia & indigentia aut illius abundantia conſiſtit, pluris valere, vbi, aut quando magna eſt eius penuria, quam vbi eſt copia; ſicut tenent Cald.[a] Laur. Lodul.[b] & Sylu.[c] cum quibus Caiet.[d] & Sot.[e] concordant. Pro quorum opinione facit, primum, quod hic eſt communis ſensꝰ, omnium fere tam bonorum quam malorũ totius Chriſtianiſ. & ideo vox Dei, & naturæ videtur: iuxta illud vox populi, vox naturæ, quæ Deus eſt.[f] Secundũ, & fortiſſimum, quod omnes merces, ex magna ipſarum indigentia, earundemque paucitate, cariores fiunt,[g] & pecunia quatenus, aut commutari per alium contractum poteſt, merx eſt, per ſupradicta[h] ergo etiam ex magna indigentia, & eius paucitate ipſius precium accreſcet. Tertium quod (cæteris paribus) in quibus prouincijs eſt magna pecuniæ inopia, cætera omnia vendibilia, quin etiam operæ, & labores hominum minori pecunia dantur, quam in quibus eiuſdem eſt abundantia: quemadmodum experientia compróbatur, in Gallia, quæ minus quam Hiſpania pecunijs abundat, triticum, vinum, panni, operæ, & labores hominum, multo minoris

a *Conſt. 11 de uſur.*
b *In c. conſulu. q. 1. 3. par.*
c *Verb. uſu. 4. g. 5. & 6. uerſi. pro notitia.*
d *In tract. de camb. c. 6. §. de tempore.*
e *Lib. 6. de iuſt. & iur.*
f *Iux. gl. l. 1 ff. de iuſt. et iu. uerb. naturæ.*
g *C. legimꝰ 93. diſt. ibi oẽ rarũ pretioſum facit c. ꝓſens cum ei annotat.*
h *Eod. nu. 12. & 20.*

ris valent,quin & in Hiſpania, cum minor erat pecuniæ copia, res vendibiles, operæ,laboresq́; hominum multo minoris conſtabant, quam poſtquam Indiæ patefactæ eandem inaurarunt,argentoque obruerunt. Cuius cauſa,quia pecunia,in quo loco, & quando eius penuria eſt,pluris æſtimatur, quam vbi,& quando eiuſdem eſt abundantia.Et quod aliqui dicunt,pecuniæ inopiam alia imminuere,naſcitur,quia eius nimium incrementum,alia minora videri facit,quem admodum aliquis paruus homo, iuxta alium magnum,minor,quã iuxta æqualem ſuum videtur.

52 Quartum, quod ex penuria pecuniæ aureæ, iuſte eius precium creſcere poteſt,vt plures pecuniæ argenteæ,aut ex alio metallo pro illa dentur: [a] quemadmodum nunc propter magnam penuriam auri ab aliquibus 23. & etiam 24. & 25. regalia pro duplo aureo dari videmus,cuius precium, lex regni, non niſi 22. conſtituit: quin etiam in Luſitania vidimus vndecim dimidium & etiã duo decim ducatos argenteos pro decuplo aureo dari. Et etiam ex penuria pecuniæ argenteæ,eius precium augeri pót, vt plus pecuniæ ex auro,aut ex metallo, pro illa quam ſoleret,detur: & etiam ex inopia pecuniæ minutæ ex ære, & alterius vilioris metalli, eius precium creſcere poteſt,vt plus auri,aut argenti, q̃ ſoleret antea dari, pro illa tribuatur. Quemadmodum in Luſitania vidimus centum & ſex dipondia in minuta pecunia,(quam cetis vocant)dari pro teſtone quando eſt illorum abundantia,qui niſi centum non valet: poſtea cum earum penuria contingit,teſtonis,pro 94. dipó dijs ſeu cætis dabatur. Sic videtur ex generali pecuniæ inopia, omnem pecuniã generaliter creſcere,quia regulariter, q̃ valet ſpecies in ſpecie,id valet genus in genere. [b]

Quintum & poſtremum facit [c] a nemine in hoc citata,quia poſtquam dixit cauſam cur actio arbitraria alicui detur, ad petendum in vno loco, quod in alio eſt ſoluendum, eſſe, quod vna res pluris in vno,quam alio loco valet, præſertim ſi eſt triticum,vinum, aut oleum: dicit de pecunia hæc ſingularia verba.

Pecuniarum licet videatur vna, & eadem poteſtas vbique eſſe, tamen alijs locis facilius, & leuioribus vſuris inuenitur, alijs difficilius & grauioribus vſuris.

53 Contra iſtam tamen opinionem multæ conſiderationes faciunt, ob quas aliquando, vana illa nobis viſa fuit.

Prima, quod quantumuis pecuniæ ſit inopia,aut affluentia,numquam ducat[a] pluris aut minoris, vndecim regalib[a], ét dipondio hic valet:nec Romæ, in Flandria,aut Lugduni,pluris,aut minoris eo quo a Papa,Rege,aut conſuetudine æſtimata eſt;neque is a quo aliquid emeris, maiori precio, quam a lege conſtituto accipiet.

Secunda, quod hanc opinionem ſeqn do, dicendum nobis eſt, quod ſentiunt aliqui; Sylue. [d] cui concordant Caiet. & Sotus vbi ſupra,duo eſſe ducatorum, & ſcutorum genera: vnum, quo mercatores in ſuis cambijs vtuntur;quod creſcit & decreſcit:iuxta multitudinem & paucitatem pecuniarum, & conſequenter, iuxta multitudinem eorum qui cambia dare, aut accipere velint. Alterum eſt ducatorum ac ſcutorum ad impendendum,quo populus & etiam ipſi mercatores in ſuis impenſis extra cambia vtũtur, & eſt communiter eiuſdem precij, quod nouum & futile commentum videtur: quia numquam Iuriſprudentia Romana,nec Eccleſiaſtica,nec ſæcularis id commenta eſt: cuiuſmodi nouitates parum probantur. [e]

Et quia penes mercatores non eſt authoritas publicæ pecuniæ augendæ, vel minuendæ, iuxta mentem Innocent. & communem Gabriel. [f] quidam. [g]

Et quia videtur res ventoſa, techna, ſimulatio, palliatio vſurarum, ducatos, aut ſcuta vento,& cogitatione certi precij fingere, in quo nullus qui triticum, vinum,carnes, piſces, pannũ & alias res vendit, ea accepturus eſt, niſi per viam permutationis,vt in alijs nundinis, aut in alio loco ſoluantur. Et quia nulla firma ratio videtur eſſe,vt ob pecuniæ generalem penuriam,ducati,aut ſcuta maioris quantitatis ſola cogitatione,ſolum permutandi cauſa, efficiantur, quorum ad impenſas nullus vſus ſit,vt permutando,nubem inferat, quæ mutuum obducat,quod ſub illa cum vſura fit.

Tertia,quæ contra prædictam opinionem

a Laur.qu. 13.part. Anan. hic, nu.52.

b Cap.quãdo.24.diſt. gl. & Imo. in c.ſi ſacerdos.de offic. ordinar.

c L.4.de eo quod cert. loc.

d Ver. uſu. 4.q.6.

e C.cũ conſuet. de conſuet.& cap. quis neſciat diſt.11.

f In 4. diſt. 15.q.9.

g De commert. num. 193.

nem facit, eſt, q̃ pecunia quatenus pecunia, aliarum omnium mercium preciũ videtur[a] & non eſt merx, eiuſque precium in vnoquoque regno æſtimatum eſt, iuxta mentem textus Innocentij, & aliorum,[b] & conſequenter, magis quam triticum, quando eſt à Rep. æſtimatum, creſcere non poteſt.

54 His tamen omnibus non obſtantibus, nec cõtraria opinione doctoris Medinæ,[c] quæ aliquando nobis melior viſa eſt; primæ ſubſcribimus ob nouas rationes, & conſiderationes pro illa factas & ad primum argumentum, quod inſolubile videtur, poteſt nouè rñderi, quòd quamuis, quando generaliter eſt pecuniæ penuria, ducatus non plura regalia valeat, quam quando eſt abundantia: neque regale plures quartos, nummos, neque nummus quartus plura dipondia: tota tamen pecunia pluris valet: quia plures certo precio tunc per pecuniam quam antea inueniuntur, ſi cætera ſunt paria. Nec obſtat dicere, id contingere ex diminutione precij aliarum rerum, in quam aliæ res deueniunt: quia illa ex incremento pecuniæ naſcitur ſicut in tertio argumento a nobis facto expenditur.

Ad ſecundum etiam, quod inſolubile videtur, reſponderi negando poteſt, neceſſarium ad hoc defendendum eſſe, ducatos, & ſcuta commentitia, & ſub camino conficta inducere, quæ quemadmodum Platonis Ideæ in genere & ſpecie, & non in indiuiduo reperiantur, ſicuti argumenta concludunt, bene, & effi caciter ex conſideratione confirmatur, quod qui illud affirmauerit, debet fateri, tot ferè ducatos commentitios conficiendos fore, pro quot locis in nundinis pecunia datur & accipitur; quia p vnoquoque ferè ſuum precium hẽt: vnum pro Flandria, aliud, pro Roma, aliud pro Cæſar Auguſta, &c. quod ridiculum eſt, hac adiuncta conſideratione, quod non ſatis cordatè dictum videtur, ducatum aut ſcutum tanti in nundinis valere, niſi tanti pro tali loco, & tanti pro tali valeat; quin hoc aſſẽtentes volunt dicere, ducatum pro tali loco in commutationẽ aut precium dari, quod in illo loco, tantum pro illo detur.

55 Ad tertium reſpondetur negãdo, quod pecunia, quatenus pecunia, ſemp vt precium conſideretur: quia etiã quatenus pecunia eſt, emptione, permutatione, aut alio contractu nominato vel innominato commutari poteſt, ſicut ſupra[d] dictum eſt: licet enim eius finis, & vſus primus & principalis, in quem eſt inuenta, ſit, vt precium & menſura rerũ vendibilium eſſet.[e]

Tamen eius finis & vſus ſecundarius, & minus principalis, qui eſt cum ea lucrari, negociatione pecuniarum cum alijs pecunijs, non eſt precium eſſe, ſed eſſe merx: ſicut finis & vſus principalis calceorum eſt indui, & indutum geſtari: ſecundarius tamen eſt, illorum negociatione emendo illos & vendendo, lucrari: quod autem ad æſtimationem attinet, infra,[f] reſpondebitur.

56 Ex hoc ſequuntur illationes hæ: prima, pecuniam auream, ex propria ſui ipſius penuria pluris valere poſſe, quam valeret, ſi eiuſdem eſſet abundantia: & pecuniam argenteam, ex propria ſui ipſius inopia: & pecuniam ex metallo, ex ſua, & generaliter omnem pecuniam, ex generali ſui ipſius penuria.

Secunda, ducatos, & ſcuta commentitia mercatorum, a populi ducatis differentia, fingere neceſſum non eſſe: ſi quidem ſine hoc precium ſingulorum ducatorum, aut ſcutorum, pro vnis, atq; alijs locis manifeſtè componi poteſt. Imo ne illa fingantur, conuenit, quia aliquib⁹ occaſio mutuãdi, & dandi iniuſtè pecunias, ad illorum precium poſtea ſoluendas, præbetur, quod rectè D. Doctor Sotus[g] tacitè ſenſit.

Tertia manifeſtã vſuram eſſe cambiũ multorum, qui (ſicut dicitur) ducatos, aut ſcuta, ab vnis, in alias nundinas, vnis atque alijs dant, ſoluenda eo precio, q̃ quando dantur, valet, aut tempore ſolutionis faciendę, in foro ducati mercatorum valebunt; quia nec ducati, nec ſcuta talia, ſunt in rerum natura: & quia licet eſſent, tam diuerſorum eſſent preciorũ, quam diuerſæ ſunt ciuitates, in quas p̃mutantur: & in vnas ad par permutantur, ſicut ſæpe ex Medina in Olyſippum permutatur, & in alia loca, decem, aut viginti dipondijs, & in alias 30. & in alias 4. & 50. &c. permutatio fit: & hi interdum ea dant precio, quo in ciuitatẽ, in

a *L. ſi tibi. ff. de fide in. Ariſt. 1. polit. 6 Th. de regimine prin. lib. 2. c. 13. & 14 & Laur. in c. conſuluit 2. pa. q. 26.*
b *In c. quanto. de iurei.*
c *C. de reb. reſti. f. 150*
d *Eo. n. 11. 12 & 13.*
e *L. ſi tibi. ff. de fide iuſſ. & ſup. eo. n. 11. eſt dictum, & habetur. 1. polit. & Th. lib. 2. de regim. prin. c. 13. & 14.*
f *Eo. n. 57. & 58.*
g *In lib. 7. q. 5. art. 1. ſub finem, de iuſti. & iur.*

in quam carius dant, permutant. Præterea, quia ratio, quæ permutationem certæ ſummæ pecuniæ in aliqua ciuitate longinqua dandæ permutationem iuſtã non reddit, per infra dicenda. [a] Quamuis fatendum ſit, eum qui inuenit, a quo ſua pecunia per veram permutationem accipiatur, & ea lucrari definit; quo eam ſuo vicino, aut alteri proximo ea multũ indigenti det hoc modo ea lucrari poſſe; id quod de lucro, quod cum alio fecit ſet, deperdit, per ſupra [b] dicta.

57 Quarta, precium pecuniæ, non ſolũ quatenus fructum metalli eſt, creſcere, & decreſcere: ſed etiam quatenus pecunia & precium aliorum eſt; quia plures rationes ex octo prædictis, quæ pecuniã quatenus eſt pecunia, & precium rerum vendibilium, attingunt, concludũt, quatenus pecunia & precium eſt, eã in vna ciuitate, quam in prouincia, quin in eadem, & in vno tempore, quã in alio pluris valere.

Quinta, neceſſum eſſe fortiſſimum illud argumentum, quod contra hoc in æſtimatione nititur, ſoluere, cuius ſolutio ſupra huc reſeruata fuit, ſcilicet pecuniam eſſe æſtimatam, & quod æſtimatum eſt ſicut triticum ſolet eſſe, ex quacumque ſui ipſius inopia, non accreſcit. Aliqui ex prædictis ex quibus eſt Caie. [c] reſpondent, quod quamuis quatenus precium eſt, æſtimata ſit, non tamẽ quatenus eſt mercimonium, quod tamẽ non ſatisfacit: quia ſicut ex ſupra dictis conſtat, etiam quatenus eſt pecunia & precium, eam augeri & minui. Sylu. ſignificat [d] æſtimatam eſſe quatenus eſt precium aliorum vendibilium, non tamen, quatenus eſt ſui ipſius precium: diſſimili tudinis tamen rationem nullam adfert. Alij, [e] ſentiunt, pecuniã nunquam vendi, & ideo dicerent aliqui, in eius commutatione maius precium minime dari hoc tamen partim eſt contra communem, [f] quæ de emptione, & venditione pecuniæ loquitur: & partim hoc illis nihil prodeſt: quia cum fateantur eam permutari, & permutari non poſſe, niſi quo precio valet; & ex ipſius magna penuria eius precium creſcere, & plus pro ea dãdum eſſe, quando pluris valet, quæ omnia prædictus Sotus [g] fatetur: inuitis fatendum ipſis eſt, eius precium non obſtante ipſius æſtimatione creſcere: & ſic eadem neceſſitas eos vrget ſoluendi argumentum in ea innixum, quæ alios, q eam emi dicunt.

58 Quare nouè reſpondemus concedendo, pecuniam ad vnum effectum æſtimatam eſſe, & ad alium non. Eſt æſtimata, quo ad effectum cogendi eum, q aliquid vendit, aut cui debetur, vt illo precio accipiat, & vt ad maiorem preciũ accipiendum compelli haud poſſit: æſtimata tamen non eſt quo ad effectum, quod qui eam habet pro ea minus accipere ſi velit, non poſſit, neque quo ad effectum ne plus accipere non poſſit, ſi ex ea aliqua priuata vtilitas in ipſum redũdet. Hæc tamen ſolutio tutas eorum cõſcientias efficere non poteſt, quia eam carius ob ſui inopiam commutant, nulla ad ipſos, ex eius apud ſe retentione, vtilitate perueniente: licet cui commutat, eius acceptio fructuoſa ſit. Vẽditor emẽ, rem vendere carius non poteſt, ob priua tam vtilitatem, quæ ex ea in emptorem cedit, quamuis poſſit ob eam, quam ipſe in venditione deperdit: iuxta S. Thom. [h] & Scotum [i] receptos. Atque quotidie videmus non ſolum negociatores, in quos raro ex ſuæ pecuniæ retentione, quãdo ipſius magna eſt penuria, aliqua commoditas nõ redundat, quamuis nulla alia, quam vilius aliquas res emere, ſed etiam non negociatores, modo duplos aureos, commutare. 24. & 25. regalibus, cum 22. æſtimati ſint, ob magnam eorum inopiam. Et quamuis dici poſſet, ob precium intrinſecum ipſius auri ſublimioris, quam coronatorum, hoc tamẽ de omnibus alijs pecunijs dicere non poſſemus, quippe quas quotidie creſcere & decreſcere ſignificant Bart. [k] & Panor. [l] quibus nemo contradicit. Proinde reſponderi tutius videtur, æſtimationẽ, quæ pecuniæ cõſtituitur, ſtatui, vt illud & non plus rebus, in illo ſtatu permanẽtibus valeat: ſed non, quo eius ſtatu ita mutato, vt magna ſit ipſius pecuniæ æſtimatę inopia & indigentia, plus valere non poſſit, quòd probis & prudentib⁹ viris videbitur, [m] ſaltem quoad effectum cum alia pecunia cõmutandi, ſicut Sylu. vbi ſupra dicit.

59 Sexta, mirum non eſſe, pecuniam, etiam quatenus pecuniam, in vnis, quã

in

[a] *Eo.n.65.*
[b] *Eo.n.26.*
[c] *Intrac.de camb.c.a.6.*
[d] *Verb.uſura.4.q.3.*
[e] *Sot. lib.7. q.5 ar.2.de iuſt. & iur.*
[f] *Bart.in l. Paulus.1. ff. de ſolut. n.7. & 10. & Pano.in ca. quanto. de iureiur. nu.13. D. Tho.2.2.q. 78.ar.1.ad 4. Cald.cõſil.11.de &ſur.*
[g] *Ind.ar.2*
[h] *2.2.q.77 art.1.*
[i] *In 4. diſt. 15.q.2.*
[k] *In l. Paulus. ff.de ſolut.*
[l] *In c.quanto.n.13. de iureiu.*
[m] *Arg.c.nequis. 22.q. 2.& l.cum quis.ff.deſolut. &c. quemadmodum.de iurei.cũ gloſſ.*

in alijs nundinis pluris valere; & pluris in vna nundinarum, quam in alia earumdem parte: quia in vna earũ parte, ob paucitatem eorum, qui eam uera permutatione accipere, & ob multitudinem eorum, qui dare velint, minoris ualere poteſt: & in alia contra, ob multitudinem uera permutatione accipere volentium, & paucitatem dare cupientiũ, pluris valere poteſt: ſi quidem ex magna penuria & egeſtate eius precium augeſcit.[a] Diximus uera permutatione, quia noſtro iudicio, precium pecuniæ creſcere non debet, ob multitudinem eorum qui permutationibus fictis & illicitis accipere volunt. Quia dolus & fraus ea ad mittenti prodeſſe non debent.[b] Nullũ enim mercimonium ex multitudine eorum, qui illud ſubripere, aut illicitè vſurpare volũt, carius fit: quamuis ſic, ex multitudine iuſtè emere, aut commutare volentium.[c] Et quia ſicuti D Doctor Sot° vbi ſupra, rectiſſimè inſinuauit, in nundinis pecunia carior haberi non debet, ob ipſius, aut eam dare volentium inopiam quando hæc ex monopolio eorum, a quibus danda eſt & permutatorum, naſcit, qui apertè aut occultè paciſcuntur de non dando, quouſq; accreſcat,[d] aut eo, quod aliqui eorum omnem pecuniã initio nundinarum vilius collegerunt pro vnis atque alijs locis: & poſtea cũ omnis penes ipſos ſit, niſi pro ſua libidine eam dare nolunt. Quo in tempore, & caſu, licet a culpa immunes, bona conſcientia eam iuxta præſentem ipſius caritatẽ dare poſſint: non tamen qui eiuſdem participes ſorent. Quia fraus & dolus nemini prodeſſe debent,[e] quæ res frequentior eſt in vſu quotidiano, quam expediret.

60 Septima, quod minus mirum videretur, ducatum Luſitaniæ, quam Caſtellæ pluris valere, q̃uis dubium ſit num valeat; quia aliqui id negant. Primo, quia q̃ in Luſitania quadringenta dipondia, q̃ (reales) illic dicuntur, ducato vndecim regaliũ illic & hic ſoluit, & qui hic quadringenta dipondia, quæ marabedes dicuntur, debet, neq; hic, neq; illic ducatos ſoluit; quod ſignum eſt, dipondia caſtellana, quam reaeſſia Luſitana pluris valere, ducati tamen vtrobiq; idem eſſe precium. Secundo, quia in ſanctione moderatrice Maieſtatis Regiæ, cuius ſummam ſupra, eo. nu. 30. retulimus, ſignificatur, trecenta ſeptuaginta dipondia Caſtellæ, valere quadringentis reaeſſijs Luſitanis. Contrarium tamen verius nobis videtur, ſcilicet ducatum Caſtellanum, & Luſitanum, quam hic in Luſitania pluris valere ſimiliter regale Caſtellæ, pluris illic, quam hic. Quia ducatus illic quadringentis reaeſſijs, & regale triginta ſex valet: & hic ducatos non niſi trecẽtis ſeptuaginta quinque dipondijs, ſeu marabedibus, & regale triginta quatuor valet; & marabedes Caſtellanos, & reaeſſia Luſitana, æqualia eſſe colligitur, q̃a quemadmodum reaeſſium in Luſitania ſex cetis valet: ſic marabedis, quo nunc vtuntur, valet ſex coronatulis, qui æquales cetis videntur, quemadmodum ſatis efficaciter D. Archiepiſcopus Didacus de Leyua, & Conarruu.[f] probare videtur. Et hodie in regno Galleciæ vbi cetis ſicut in Luſitania vtuntur, marabedis ſex cetis valet, ſicut etiam reaeſſium in Luſitania.

Præterea, quia non obſtat a parte cotraria adductum per dictum, ſup. eo. nu. Negamus enim, qui in Luſitania quadringenta reaeſſia debet, hic eum ſoluto ducato ſatisfacere, niſi alius ſatisfactũ ſibi in eo velit: neq; etiam cui in Luſitania vndecim regalia debes, alteris vndecim hic ſolutis ſatisfacias. Negamus etiã qui hic quadringentos marabedos debet eum quadringentis reaeſſijs illic nõ ſoluere. Tertio, quia prædictæ ſanctioni moderatrici reſponderi poteſt, illa verba in ea incidenter poſita fuiſſe, & ita nõ probant,[g] ſi replices, in eis niti definitionem ipſam,[h] dicemus eſſe de facto alieno.[i] Et credimus, q̃ q̃uis illud in iſtis regnis ad ipſorum vtilitatem admittatur: difficultas tamen in extraneis, quamuis ſint ſub ditione Regiæ Maieſtatis ad dãnum ipſorum ſuſcipietur.

61 Octaua, quæ eſt ſatis magni ponderis, qui in Luſitania centum ducatos mutuat, pro illis Metinæ plus quam centum recipere poteſt, ſolum ratione habita eius, quod illic pluris quam hic valent.[k]

Nona, qui Metinæ cẽtũ ducatos mutuat, Olyſippi centum accipere nõ dẽt, quia pluris illic, quã Metinæ valent; arg.

[a] *Caiet. in tra. de cãb. c. 7. & Sot. lib. 7. q. 5. art. 3. de iuſti. & iur.*

[b] *Ca. ex tenore. de reſcrip. c. aduerſus de immu. eccl.*

[c] *Late Cai. 2. 2. q. 77. art. 1.*

[d] *Arg. l. C. de monopo.*

[e] *Ca. ex tenore. de reſcrip. l. itaq; ff. de furt.*

[f] *Lib. Variarum reſol. c. 11.*

[g] *Ca. ſi pa pa. de priu. lib. 6.*

[h] *& ita probant, Cle. 1 de prob.*

[i] *Lux. glo. d. Clem. 1.*

[k] *Arg. banum in l. 3. §. nunc de offic. ff. de eo quod certo loc. & meli° in l. 4. eiuſdem tituli.*

prædictarum legum, & qui mutuat, amplius quam mutuum datum recipere non potest.[a]

Decima, quod dictum est in duabus postremis illationibus de Metina & Olysippo; idem dicendum est de quibusuis alijs duabus ciuitatibus, in quarum altera eadem pecunia pluris æstimatur, quã in alia: & consequenter, centum ducati in Flandria, Romæ, aut Lugduni, vbi pluris ducati valent quam in Castella, mutuanti, plus quam cẽtum in Castella soluenda sunt: & contra centum in Castella mutuanti, non sunt Romæ centũ pendenda. Quemadmodũ singulatiter præsupponit D.D. Sotus.[b] Quia quemadmodum vsura committeretur, si onus tritici Salmanticæ, vbi duobus ducatis valet, tibi mutuarem, quod Galletię, vbi quatuor valet restitueres, similiter eadẽ committeretur, si hic tibi ducatum mutuarem quod trecenta septuaginta quinque dipondia valet, quod mihi vbi quadringenta valet redderes. Et quemadmodum, (quamuis non est vsura, sed iniustitia) vt pro onere tritici quod Galletiæ tibi mutuaui, vbi quatuor ducatos valebat, mihi solutione alterius oneris tritici Salmanticæ, vbi nisi duos ducatos valet, satisfacias. Sic est iniustitia pro centum ducatis, quos mihi Romæ, aut Olysippi mutuo dedisti, vbi valent quadringenta, me tibi Metinæ non nisi centum reddere, vbi nisi trecenta septuaginta quinque non valent.

Vndecima, quod quemadmodum qui certam quantitatem tritici, vini, & olei, vbi pluris valet, tanto maiorem quantitatem recipere debet, si vbi minoris valet, soluatur, quanto pluris, vbi mutuo datur quam ibi soluitur valet.[c] Et quemadmodum mutuanti vbi minoris valet, tanto minor quantitas reddenda est, si solutio vbi pluris valet, fiat, quanto pluris ęstimatur, vbi soluitur, quam vbi mutuo datur. Similiter qui ducatos mutuat, vbi pluris valent, tanto plus recipere debet, si vbi minoris valent, soluantur, quãto maius precium exuperat: & contra q ducatos vbi minoris valent mutuat, si vbi pluris valent restituantur, tanto minus recipere, quanto maius illud preciũ superat, debet.

Duodecima, quod ex hoc nonnullis videtur, nullum esse dubium in illa conclusione D. D. Soti.[d] s. qui in Hispania cambio dat ducatum, qui nisi vndecim regalia valet, vt Romæ alium duodecim regalium, aut tredecim carlinorum, qui nostris regalibus æquales sunt, aut plus quam vndecim valet, sibi soluatur, eum vsuram committere quia plus quam dat accipere, & amplius illud lucrari vult. Quæ tamen conclusio, & quæ ex illa sequuntur, ex his nostris illationibus non inferuntur: neque nostro iudicio firma est. Non inferuntur: quia tres prædictæ illationes de eo, qui pecuniam mutuat, & de vere mutuo, cuius natura est, gratuitum esse, loquuntur. Et huius intuitu nihil amplius, quam quod mutuo datũ est, recipitur, sicut diximus.[e] Et eius cõclusio loquitur de eo qui in permutationem dat, cuius natura est, gratuitum nõ esse. Et ideo non infertur ex illis, illas de rebus diuersis loqui. Nam a separatis nõ fit illatio.[f] Non esse firmam constat, qa singulis diebus opposito vtuntur, ex Metina, in Olysippum, & Flandriam, & ex illis in Metinam: Qui vsus licitus est, tã per veram emptionem, quam permutationem, & alios contractus innominatos sicut infra,[g] a nobis probatur.

62 *Pecuniæ sola absentia eam minoris precij facit in loco, a quo est absens.*

62 *Merx omnis absens, empta in loco vbi est, ex sua natura requirit impensam, & laborem pretio æstimabilem ad sui translationem.*

62 *Opus aliquod non ideo precio caret, qa ab aliquo gratis illud fieri contingat.*

63 *Pecuniæ absentia ex sua natura non habet annexas impensas, & labores, & pericula in transferendo; etiam si aliqua horum per accidens ab ea se iungantur.*

63 *Pecunia absens minus valet, non tantũ propter pericula, & impensas ei ex sua naturæ annexas, sed etiam propter impensas procuratorum, & respondentium, quos mercatores habent vbi eam accipiunt.*

63 *Pecunia absens nõ semper minus valet, q̃ præsens, propter impensas, & pericula transportandi, sed cæteris paribus, idest si præsens tanti valeat vbi est, quanti absens in sua regione.*

64 *Pecu-*

a *Ca.1.14. q.3. cũ his, quæ ibi latè dicebamus.*

b *Lib.6.q.5 art.1.de iusti.& iure.*

c *L.3.§ nũc de offi.ff. de eo quod certo loco.*

d *Lib.7.q.3 art.1. de iusti.& iur.*

e *In cõmẽt. c.1.14.q.3. n.3.per illũ text. & ca. consul. eod. tit. & alia multa.*

f *L.Papini. exuli.ff. de minorib.c.si snia, de sentent.excõ. lib.6.*

g *Eo.n.74.*

64 Pecunia Alexandrina minoris ualet Genuæ in ea commoranti propter diſtantiam, etiam ſi vtraque ſuo loco æqualis ſit ualoris, & idem de ſimilib⁹ æqualis ualoris.

64 Pecuniæ abſentia tanto magis minuit de precio eiuſdem, quo maior eſt abſentia, & maioris periculi, ac impenſæ eſt eius procuratio, & vecturæ neceſſaria; at minus minuit ſi minor diſtantia.

65 Pecuniæ (vt in Flandria) abſentia, licet faciat cæteris paribus, vt eadem abiẽs minoris ualeat quam præſens, (puta Metinæ,) non tamen vt omnino minoris ualeat, ſi pluris ualet in proprio loco (vt in Flandria) quam in alieno (vt Metinæ.)

65 Cambium Metinæ in Flandriam multo vilius, quã viceuerſa, quia ob duas rationes pecunia decreſcit, vna, ob abſentiam, altera quia minoris Metinæ quam in Flandria ualet cum in ipſa, ob vnam tantum, ſcilicet abſentiam, pluris valeat, & ſic de cæteris.

66 Cambium a ciuitate, vbi penuria eſt maioris ualoris ad alterius regni ciuitatem, vbi eſt minoris, fit aliquando ad par, propter abſentiam, & diſtantiam regnorum.

66 Cambium ex Flandria in Hiſpaniam, (vt Olyſippum) ad æqualitatem non fit propter minimum exceſſum valoris pecuniæ Flandricæ.

67 Pecuniæ in cambijs ſi in eodem loco reddenda eſt, vbi fit traditio, non poteſt eſſe diminutio ualoris, vt in cambijs minutis cum nitatur in abſentia, propter impenſas, labores, & pericula.

68 Cambia ad varia, & etiam eadem loca, cum tanta varietate precij ob diuerſitatem nundinarum, an ſint licita, nõ ſine ratione eſt controuerſum apud Doctores.

69 Emptio omnis rei maioris precij pro minori eſt illicita.

70 Cambium, emptio, commutatio inæqualia, illicita ſunt.

71 Vſuraria eſt omnis permutatio, in qua ratione temporis, plus, aut minus recipitur.

72 Cambia vſitata damnare, eſt multos bonos condemnare, quin vniuerſum orbem.

72 Cambijs ſublatis, omnia commercia cũ regnis extraneis tollerentur, & propria in paupertatem redigerentur.

72 Pecunia præſens pluris quam abſens ualet, ſed plures vbi eſt inopia, quam ubi eſt copia.

72 Cambio poteſt pecunias habens ubi minus ualent, (vt Metinæ,) acquirere alias pluris valentes (vt in Flandria,) minoris quam in ea ualent propter abſentiam, & iterum cambire cum alijs Metinæ minoris quam ibi ualeant, & ſic lucrari.

72 Cambio permutare poteſt pecunias, aut fidem habens in Flandria, cum alijs Metinæ, ſi earum ſit abundantia, extra nundinas, uel in earum principio uilius, & poſtea eas in nundinis, aut in fine earum, ſi maior ſit penuria, iterum cambire, modo iuſta pecunia præſens detur pro abſenti, & contra.

73 Ducatos centum præſentes cæteris paribus pluris ualere, quàm centum abſẽtes negari non poteſt, & centum abſentes minoris quam centum præſentes emi poſſe, dummodo abſentes non tanto pluris ualeant in ſuo loco, ut æquent præſentes, uel ſuperent.

73 Pecunia præſens maioris ualoris in proprio loco quam alia in ſuo, duplici ratione pluris ualet alia abſente, & ob præſentiam, & ob maius precium in proprio loco.

74 Cambiorum ars per permutationem, & alium contractum innominatum (ſicut do tibi ut des, &c.) ſicut per emptionem, & uenditionem defendi poteſt.

74 Cambiorum defenſio, & optimo Soti non ſubſiſtit, cum non ſit neceſſe pecunias tam reuera eſſe utriuſque permutantium, & pecuniam præſentem non pluris ualere quam abſentem ſit falſum, nec poſſe cum ea permutari, niſi tanta quantitas hic detur, quæ hic tanti ualeat, quantum abſens ubi eſt ualet, & conſequenter per hanc artem neminẽ lucrari poſſe.

75 Cambia ut iuſte exerceantur ob expectationem, aut dilationem nihil capiẽdum, ſed tempus inter ferias interiectum pro uno die habetur.

75 Pecunia credita licitũ eſt aliquid uẽdere, & permutare, ac uendere q̃ nondũ

productum est, sed speratur haberi.

75 *Pecuniam absentem, & ultra tertias nundinas reddendam, potest quis iusto precio cum presente permutare, modo nec pluris iusto precio rigido ob expectatam solutionem capiat, quam si primis nundinis accepisset.*

75 *Lucrum notabile amplius iusto ob expectationem, & dilationem si quis ob cambia recipiat, mortaliter peccat cum obligatione restituendi.*

76 *Cambia ut sint uera, ac iusta quatuor conditiones requiruntur, sine quibus erunt ficta.*

76 *Campsor debet credere pecuniam, q̃ ad cambium dat, sibi in eo loco reddendã pro quo accipitur, & campsariũ ibi habere, aut habiturum bona fide, aut facultatem ad sibi soluendum.*

77 *Cambio pecunias permutando, si intercedat uerũ, aut uerisimile interesse, potest in duas nundinas carius, quam in unas dari, & in tres carius, quam in duas, non autem simpliciter.*

77 *Cãbij inæqualitas est, ut mercator tantundem hic det, quantũ alibi accipit, & præterea industriã adhibeat, & laborem suscipiat, & lucrum soluat.*

78 *Pecunias dans in uno loco reddendas i alio, uno ex quinque modis dare licite pot cum lucro, nunquam uero habita consideratione principali temporis interiecti inter dationem, & solutionem.*

78 *Vsurarius est omnis contractus (& non tantum mutui) in quo plus aut minus ob longius, aut breuius tempus præfixum solutioni, formaliter, aut uirtualiter recipere.*

79 *Cambia Ro. Curiæ pro Parisijs cum lucro 5. aut 8. post sex menses, usuraria secundum S. Anton. (quia rone interiecti temporis) sed licite fieri potest, secundum Syl. & auctorem, seruatis debitis conditionibus.*

80 *Recambia ad diuersas nundinas sunt prohibita, & usuraria, nisi ratione interesse illud plus accipiatur.*

80 *Campsorum confessarij eisdem ficta cãbia declarent, & quibus obijciantur periculis suæ saluti.*

VIgesimoprimo, dicimus, de octaua ratione, cur pecunia crescit, aut decrescit, quæ est ipsius absentia, magis absolute quam alium quempiam Sylu. [a] tenere eam solam minoris precij facere in loco, a quo est absens: & quamuis nonnullis aliud videri possit, nostra tamen sententia, idem sentit Caiet. [b] & ante hos oës Cald. [c] & Laurent. Rodul. [d] & iurib⁹ consentaneum nobis videtur. Primo, qa omnis merx absens, quam quis in eo quo est loco mercatur, absolutè considerata, impensam, laborem, precio æstimabilẽ, in recuperationem sui & vectionem ex sua natura requirit, [e] & notata per Bald. Panor. & Fely. [f] Neq; obstat dicere mercatorem habere consanguineos, amicos aut procuratores, qui in loco absente, illud sine ipsius impensa & labore ei recuperent: quia illa omnia, vna aut alia rõne retunduntur: q̃ ob ea omnia ad alia eiusdem generis, illius causa facienda, saltem obligatione antidorali, q̃ vocant, obligatur. [g] Et quia opus aliquod nõ ideo ex se precio caret, quia ab aliquo gratis illud fieri contingat. Non enim ea, q̃ præter intentionem accidunt, sed natura rei est in his inspicienda. [h] Et quia, de promissione alicui vt Romam adeat facta, iure adimi nihil potest eius ptextu, q̃ in via repererit, qui sibi sumptum faceret, quin & pecuniam daret, vt eũ comitaretur. Secundo, quia nemo affirmaret, mulam quę Hispali est, non minoris valere, ei, qui hic commoratur, q̃ alia eiusdem bonitatis & precij quæ absẽs est quamuis fortuito aliquo casu, aut sua industria huc sine impensa transferri possit, aut illic quam hic eidem pluris valere possit.

67 Et certum est, q̃ si nulla industria, cõsuetudo, neq; statutum mercatorum in hoc esset, pecunia Flandrica multo minoris, quam valet, vt valeret: neq; iustũ est, suam alicui industriam obesse. [i] Tertio, quia non obstat, quod D. Medina, [k] dixit, absentiam loci, in quo pecunia est per se solam idoneam esse, ad ipsius precium minuendum: sed eam coniunctam cum periculis sese offerentibus, & impẽsis, quæ in recuperando absentẽ pecuniã fiunt, causam esse idoneam, ne tanti, quãti præsens valeat; quia ex eius dicto, nostrum consequitur. si quidem impẽsæ, & labores, sua natura, ita absentiæ annexi sũt, sicut a nobis dicit & probatur: q̃ quis aliqui ab ea per accidens seiungantur.

Quarto,

[a] *uerb. usu. 4. q. 4.*
[b] *In tract. de cãb. c. 7.*
[c] *Consi. 11. de usur.*
[d] *In c. cõsuluit. q. 1. par. 3.*
[e] *Arg. c. sta tutum. §. p feren. de re cerip. lib. 6.*
[f] *In c. 1. de testib.*
[g] *L. sed & si. §. consul. ff. de petit. hæred. & c. cum in offi. de testam.*
[h] *Argu. l. si qs nec causam. ff. de rebus cred. cũ late ibi a la sone trad.*
[i] *L. si. C. de aluu. Pano. in c. pp. sub finem. de loc at.*
[k] *C. de reb. restit. tit. de caus. ob quas solent campsores lucrum augere. f. 150.*

Quarto, nec etiam, obſtat, quod D. D. Sotus tenet,[a] neque abſentiam per ſe ſolã, ſicut dicit Medina vt minoris valeat facere, neque pericula, & impenſas, cum talia inter mercatores hodie non reperiantur: ſiquidem a contrario ſenſu fatea tur, quod ſi talia inuenirentur, pluris valerẽt: & in primo fundamento probatur illa adeſſe, negocij natura conſiderata, & etiam impenſa, procuratorum, & ſibi reſpondentium, quos mercatores, vbi accipiunt, habent.

[a] *Lib. 7. q. 6 art. 2. de iuſti. & iur.*

Quinto, quia eius argumentum non obſtat, ſcilicet, ſi hoc verum eſſet, quod pecunia Flandrica minoris Metinæ, quã ipſa Metinenſis valeret. Quod falſum eſt: quia iuxta ipſum, ducatus Flandricus pluris Metinæ valet: pro quo quadringẽta dipondia, ſeu marabedes Metinæ dantur, & Metinenſis trecentis ſeptuaginta quinque habetur. Dicimus inquam non obſtare, quia ipſius illationem negamus. Nolumus enim dicere, omnem pecuniã abſentem ſemper pluris, quam præſentem valere: ſed minoris valere, cæteris paribus: hoc eſt, ſi præſens tanti vbi eſt, quanti abſens, vbi eſt, valet & aliàs non: quemadmodum ſarcina tritici quæ eſt Octoduri, hic manenti, minoris valet, quam alia præſens, cæteris paribus, hoc eſt, ſi vtraque eiuſdem eſt bonitatis, & vtrobiq; idem precium: ſed non ſi Octoduri quatuor ducatis, & hic non niſi duobus veniret, atque eam tuto vno ducato deportare poſſet; imo pluris valeret: verum aliquanto minoris quam quatuor ducatis ob abſentiam: ſimiliter, ſi ducat Flandricus, pluris in Flandria, quam Metinæ, Metinenſis, non valeret Flandricus minoris Metinæ, quam alius Metinenſis valeret; ſed certo aliquo pluris in Flandria, quam Metinæ valet, ita vt quamuis abſentia de eius precio aliquid minuat, non tamen adeo, quin pluris adhuc Metinenſis valeat.

64 Ex hoc ſequitur, primo, bene conſuluiſſe Cald.[b] æquam fuiſſe emptionẽ cuiuſdam, qui Genuæ centum ducatis ab alio centum & ſex Alexandrina Aegyptiaca emit. quia centum Genuæ præſentia, ibidem commoranti pluris valebant, quam centum abſentia, quæ Alexãdriæ erant, per dicta.

[b] *In conſil. 11. de vſur.*

Sequitur ſecundo, q̃ ſi non eſſent pro hibita ſicuti eſſe dicuntur, cãbia, ab vno in alium eiuſdem regni locum, poſſet Burgis, Metinæ, aut hic, aliquis ab Hyſpalo cẽtum ducatis plura quam cẽtum emere, quæ Hyſpali reddenda forent; q̃a ducati tam hic, quàm illic idem eſt precium, & nõ maius: & abſentia de precio pecuniæ, quæ illic eſt, detrahit.

Sequitur tertio, tanto plus de pecunię precio, eiuſdem abſentiam imminuere, quanto ea maior eſt, & maioris periculi & impenſæ eius procuratio & vectura neceſſaria. Et conſequenter, pluris Salmanticæ, pecunia quæ eſt Metinæ cõſt abit, quam quę Burgis eſt, & pluris, quæ eſt Burgis, quam quæ eſt Hiſpali: & pluris quæ eſt Hiſpali, quam quæ eſt Alexãdriæ, Romæ, in Flandria, Lugduni, quia tanto difficiliores earum procurationes & cariores vecturæ ex ſua natura ſunt, quanto longinquiores ſunt: & tanto faciliores, & minores, quanto viciniores ſũt. Diximus ex ſua natura, quia per accidẽs contingit, vt quod longinquius eſt facilio procurari poſſit; negocij tamen natura potius quam accidens expendi debet.[c]

[c] *Ca. de occidẽdis 23. q. 5. c. ſæpe. diſt.*

65 Sequitur quarto, abſentia pecunię, quæ eſt in Flandria, efficere, vt minoris Metinæ; ibidem manenti, & ementi valeat, q̃ in Flandria; ibidem commorãti, & ementi valeret; tamen cõiter non tanto minoris valet, quin pluris Metinæ, q̃ ducatus Metinenſis valet: quia quamuis abſentia cæteris paribus, vt abſens minoris quam præſens valeat, facit: ſed nõ vt tanto minoris, quanto ducatus illic, quã Metinæ pluris valet.

Sequitur quinto, róne cur ducati Flãdrici pluris Metinæ, communiter, quam Metinenſes ſtent, eſſe, quia pluris ducati ſatis illic, q̃ hic valent: & quamuis de eorum precio aliquid abſentia diminuat non tamen adeo detrahit, quin multo cariores ſemper remaneant.

Sequitur ſexto rationem, cur hinc in Flandriam vilius, quam ex Flandria huc permutetur, eſſe, quia centum Metinenſes, ducati, minoris in Flandria conſtãt, quam centum Flandrici Metinæ: cuius rationis ratio hæc eſt, quia precium centum ducatorum Metinenſium, vt in Flandria vendantur, appoſitorum, duas ob rationes decreſcit: vna, ob abſentiã, altera, quia ducatus minoris Meti-

næ,quam in Flandria valet:& preciũ du catorum Flandricorum Metinæ ad vendendum propoſitorum, non niſi ob vnã rationem.ſcob abſentiam minuitur: quæ quamuis aliquid,vt minoris valeat,efficit,ſed non tanti,quanti ille illic pluris, quam hic valet.

66 Sequitur ſeptimo,rationem, cur Metinæ ſæpius Olyſippum ad par permutetur,hoc eſt tot ducati, cum alteris tantis:centum Metinæ, cum alteris centum Olyſippi ſoluendis, neque plures, neque pauciores,eſſe: quia precium pecuniæ Olyſippanæ,ad vendendum Metinæ propoſitæ,minus eſt, quam Olyſippi,propter abſentiam,& extra regnum. Et ratio,cur ad æqualitatem, in Flãdriã (quamuis abſens & extra regnum ſit) nũ quam permutatur eſt; quia pluris in Flãdria,quam Olyſippi valet:& quamuis abſentia,& extra regnum eſſe, æqualitatẽ inter pecuniam Olyſippanam & Metinenſem conſtituere poſſit:tamen neque abſentia,neq; extra regnum eſſe,ad precium Metinenſis pecuniæ cum precio Flandricæ æquandum ſatis eſt.

67 Sequitur octauo, prædicta locum non habere in cambio,quod fit hoc modo, vt pecunia ab vno in eodem loco, & ab altero ſimiliter in eodem alteri tradatur: ſiue ad id præſtituatur locus, vbi pactum initum eſt,ſiue alius longinqor, aut eidem propinquior. Itaque locum ſolum habet, quando pactum fit ita, vt vnius pecunia in vno loco alteri detur, & alterius in alio alteri tradatur, ſicut optime Caiet.[a] inſinuauit; quamuis a ſeipſo ſatis hoc inſinuatur:quia ratio impenſarum,laborum,periculorum,quib⁹ fulcris pecuniæ abſentis precij diminutio innititur,locum non habet, quando ab vtroque in eodem loco eius traditio fit,niſi vt plurimum, quoad effectũ ſoluendi tantum pro ea, quantum in cambio minuto ob permutationem ſoluitur de quo ſupra,[b] dictum eſt.

a *In tract. de camb.ca pit.7.*

b *Eo.n.32.*

68 Vigeſimoſecundo,& poſtremo dicimus, haud ſine ratione controuerſum eſſe inter doctos,an licita ſit ea negociatio,quam nunc conſuetudo tenet Metinæ,Olyſippum,in Flandriam,Lugdunũ, & in alias ſimiles ciuitates:& ab eiſdem, Hyſpalim,Metinam, & in alias eiuſmodi: qua multi,quos ego cognoſco, abſq; aliqua alia vitam quærunt: quæ fit hoc modo(quam ego non ſine mea impenſa didici.) Qui pecuniam habet, extremis nundinis Maij quæ ad finem Iulij finiuntur,eam Metinæ campenſi dat,Olyſippi, intra menſem ſoluendam interdũ ad par,hoc eſt tot ducatos,pro alteris tãtis; interdum pro vno centum: & ſtatim Olyſippi eandem iterum dat in nundinas Metinenſes menſis Octobris, quinque,ſeptem,aut pluribus per centum,in nundinas Octobris: & in earum extremo, quæ ad finem Decembris finiuntur, eam iterum dat pro Olyſippo, & vigeſimo Ianuarij,interdum in par,interdum pro vno, aut pluribus per centum:& illico in fine Ianuarij, eam iterum dat in nundinas Villaleon. aut Metinæ riui ſicci,pro quinque aut ſeptem per centum: & fere idem fit in nundinis aliarum ciuitatum & regnorum in quibus,in nundinas iſtorum,aut aliorum regnorum pecunia datur. Alij ſicut ait, Sotus[c] ſuã pecuniam Metinæ dant in Flandriam, in illa ſoluendo quadringenta decem dipondia in ſingulos ducatos,qui illic recipiendi ſunt trecentum ſexaginta: & rurſus illic eam pro Metina dant, tribuẽdo illic ducatum trecentorum dipondiorũ, vt alius hic trecentorum ſeptuaginta quinque recipiatur.

c *Lib.7.q.5 art.2.de iuſt.& iur.*

69 Contra hanc negociandi artem facit; Primo,quod per emptionis, & venditionis pecuniæ rationem defendi poſſe non videtur; quia omnis emptio rei maioris precij, pro minori eſt illicita, iuxta S.Thom.[d] & Scotum[e] ab omnib⁹ receptos,ſicut ſupra,[f] dictum relinquitur: At in hac negociatione centũ ducati Metinenſes,Olyſippi minoris,nonaginta nouem,& in Flandria minoris, nonaginta ementur:facit ſecundo,quod videtur etiam inuitè fatendum eſſe, emptionem,quam Metinæ facis in Flãdriã aut Olyſippum,aut Olyſippi & in Flandria,Metinam,eſſe rerum maioris precij,pro minori. Quia ſi centum ducatorum quos mihi Metinæ das, iuſtum precium ſunt centum, aut centum, & vnus intra menſem Olyſippi reddendi: iniuſtum erit centum & ſeptem,in nundinis Octob. ſoluendorum,pro centum, quæ Olyſippi tribuiſti. Videtur.n.ſi centũ & vnus mei Olyſippi, non niſi centũ tuis

d *2.2.q.77 ar.1.*

e *In 4.diſt. 15.q.2.*

f *Eo.n.* 14. 24. & 4.

Metinæ

Metinæ valebant, non posse nunc tuos centum Olysippi, meis centum & septé Metinæ valere. Et si iuste elapsis annis quadringenta dipondia Romana, mihi quadringentis septuaginta quinq; Olysippi vendidisti: iniuste quingenta a me Olysippi emisti, quadringentis, quę mihi Romæ soluis: & si quadringentis Metinæ datis mihi iuste vendis trecenta sexaginta, quæ in Flandria habes: iniuste mihi trecenta quæ in Flandria habes, vendis trecentis septuaginta quinq; hic a me tibi reddendis.

70 Facit tertio, quod nec etiam defendi potest, eo modo, quo eam D.D. Sot. [a] defensam cupit. s. ratione puri cambij & permutationis: considerato, minorē pecuniæ, in qua eiusdem est magna penuria, pluris valere, quam aliam prouinciæ eadem abundantis. Dico ergo, hac via defendi non posse. Primo, quia idem Sotus expresse affirmat, licitè permutari non posse, nisi quod tanti in vna, puincia valet, cum eo, quod tanti in alia valet, & non pluris, & pecuniam, quæ in Hispania datur, tanti valere debere, & non pluris, tempore, quo traditur, quanti valet eodem ipso tempore, quæ pro illa in Flandria restituenda est; siue inde ad octo dies, siue ad mensem, aut quatuor, aut ad annum reddenda sit. Secundo, qa idem dicit, rationem reddi non posse, cur ob solum cambium & permutationē licitè a me quadringenta decem in Hispania recipiat, pro trecentis sexaginta mihi in Flandria dandis: & statim trecēta mihi illic des pro trecentis septuagin ta quinque a me in Hispania reddendis: cum cambium, seu permutatio ab Hispania, in Flandriam, & a Flandria in Hispaniam, inæqualis sit.

71 Facit quarto, quæ est conclusio certissima, S. Tho. [b] Scot. [c] & omnium; dictumque supra fuit, [d] omne commerciū in quo longioris expectationis, & dilationis causa, plus recipitur vsurarium esse. Et in isto commercio ratione temporis & expectationis plus accipi videtur.

Qui enim suos ducatos Metinæ dat pro Olysippo in mensem, ad par ea dat, aut pro vno centum: & si in duos menses dat, plus recipit, & si in tres, plus. Et si Olysippi ea Metinam dat, tempore quatuor mēsium inter nundinas interiecto, plus accipit, quam si non nisi tres interijcerentur: & si tres interiecti sunt, plus, quam si duo, & si duo, plus quam si non nisi unus interiectus esset. Et danti pecunias in Hispania, sibi Romæ soluēdas, vilius dantur, inde ad tres menses soluendæ, quam si statim soluendæ sunt. Ob istas rationes aliquando nobis visum fuit, hanc negociandi artem defendi non posse.

72 His tamen omnibus nō obstantib⁹ licitam eam credimus. Primo, quia sicut dicit Cald. [e] absurdum videtur tot mercatores probos hanc exercentes cōdemnare, & vna vniuersum orbem damnare. Secundo, quia sine hac arte omnia commertia cum regnis extraneis pessū irēt, & propria in paupertatem deuenirent. Tertio quo omne huius artis fundamentum continetur: pecuniam absentē non tanti valere, quanti præsentem, sicut supra. [f] probatum est: neque tanti valere, quando eiusdem est abundantia, quanti valet, quando est eiusdem penuria & indigentia, sicut etiam sup. [g] probatum est. Quamobrem, qui pecunias Metinæ habet & vult emere alias pecunias in Flandria constitutas, aut eisdem acquirendis per cambium, & permutationē minoris, quam illic valent, iuste potest; & postea illic recuperare, ac cum eisdem emēdis, aut acquirendis illis per permutationē, & alios contractus innominatos, alijs pecunijs Metinæ constitutis, minoris quā Metinæ valent operam nauare: & sic suā pecuniam augere. Atque etiam in Flandria pecunias, aut fidem habens emere, aut procurare per permutationem comparandas pecunias Metinæ extra nundinas, aut earum principio, si earū sit abūdantia, vilius potest: & postea carius eas in nundinis, aut in earum, si maior sit penuria emere, aut permutare; modo iustā pecuniam præsentem, pro absente, & pro præsenti, absentem tribuat.

73 Quarto, pro ista parte facit, quod ex tertio fundamento duo prima argumenta partis aduersæ soluuntur: siquidē ex hoc sequitur, confesso nullam emptionem esse iustam, quin in ea æqualitas inter precium & merces seruetur, posse & debere negari, centum ducatos præsentes (cæteris paribus) quam centum absentes pluris non valere; negari, cētum

[a] *Libr. 7. de iust. & iur. q. 5. art. 2.*

[b] *2. 2. q. 78. art. 1. ad 7.*

[c] *In 4. dist. 15. q. 2. arti cu. 2.*

[d] *Eo. n. 14. & 24. & in commento c. 1. 14. q. 3. n. 60. & probatur in ca. ad nostrā, de empt. & in c. in ciuitate, sup. eo.*

[e] *In cōs. 11.*

[f] *Eo. n. 62. & seq.*

[g] *Eo. n. 51.*

abſentes, minoris quam centum præſentibus emi non poſſe, cum alia in ſuo loco, tanti, quanti alij in ſuo valeant: negari etiam, cui argumenta innituntur, ſcilicet, ſi iuſtum precium centum ducatorum Hiſpalenſium abſentium, Metinæ ſunt nonaginta nouem præſentes: eodē modo centum ducati Hiſpalenſes præſentes erunt Hiſpali iuſtum precium, nonaginta nouem a Metina abſentium: quinimo nonaginta nouem Hiſpalenſes præſentes, erunt Hiſpali iuſtum preciū centum Metinenſium abſentium: Diximus, *cæteris paribus*, & vt valeant tanti alij, in ſuo, quanti in loco ſuo alij, ſicuti Hiſpalenſes, Hiſpali, Metinæ, Metinenſes valeant.

Nam ſi vbi ſunt, pluris valeant, quam alij, vbi ſunt, eueniet, quod quotidie euenire ſolet. vt abſentes pluris, quam præſentes valeant, quemadmodum communiter noſtris temporibus Flandrici abſentes, pluris, quam Metinenſes Metinæ, valuerunt: & ſæpe abſentes Olyſippati Metinæ, quanti Metinenſes in eadem præſentes. Et ideo negamus, ſi centum ducatorum Olyſippanorum abſentium, ſunt iuſtum precium Metinæ centum præſentes, etiam centum Olyſippanos præſentes, fore Olyſippi iuſtū precium, centum Metinenſium abſentium. Quia ducati Olyſippani, pluris Olyſippi, quam Metinenſes Metinæ valent, ſicut ſupra [a] probatum eſt.

a Eo. n.60. & ſeq.

Atque ideo ducatus Olyſippanus præſens, pluris Olyſippi, quam abſens Metinenſis valet, duplici ratione, ſcilicet ob præſentiam, & ob eius maius ibidem precium. Et ſic optime fieri poteſt, vt pluris centum Olyſippani præſentes ſatis valeant, quam centum Metinenſes abſentes. Quamquam abſentia ſola Olyſippanorum non efficit, ut Metinæ minoris quam Metinenſes valeant ob libramen maioris precij, quod ducati Olyſippi habent, ſicut ſupra, [b] declaratum eſt.

b Eo. n.93.

74 Quinto, quod hanc artem iuſtam reddit, eſt, quod ex tertio fundamento, argumentum tertium partis contrariæ etiam ſoluitur. Ex eo enim ſequitur, hanc artem etiam per permutationem, & alium contractum innominatum verbi gratia do tibi, quia mihi des, & cætera defendi poſſe: ſiquidem ex eo ſequitur, pauciores pecunias præſentes eſſe iuſtā permutationem, cambium; & æquum precium, plurium pecuniarum abſentiū omnia deducendo concludendoque nec magis, nec minus, ſicut de emptione deducta concluſaq; fuere. Bene tamen fatemur, quod quamuis ea ratione, qua a D.D. Sot. defenditur, hoc commercium ab vno, in alium locū, & ab alio, in aliū, ſicuti quotidie exercetur, defendi non poſſit, per adducta in quarto argumēto, contra ipſius defendendi modum. Et qa præmittit tria, ex quibus totius ſuæ defenſionis euerſio conſequitur. Primum, permutationem ſeu cambium pecuniarum, iuſte fieri non poſſe, niſi de pecunijs, quæ iam reuera ſunt vtriuſq; eorū, qui permutant. Secundum, pecuniā abſentem non minoris, quam præſentem valere. Tertium, quod ex his ſequitur, pecuniam præſentem permutari cum abſente non poſſe niſi pro ea dando tantā pecuniam præſentem, quæ in quo loco eſt tanti valeat, quanti abſens in quo eſt valet. Ex quibus tribus rebus alia quarta neceſſario ſequitur, ſ. centum ducatos eſſe iuſtam permutationem & cambiū Metinæ, nonaginta Flandricorum: ſimili ēt modo nonaginta Flandrica, pari ratione centum Metinenſium, iuſtum pretium erunt: Et ex hac alia quinta cōſequitur, ſ. per huiuſmodi negociandi artem, neminem ſuam pecuniam augere poſſe, quin ſine magno periculo, impenſa, ſolicitudine, quæ ſine emolumento aliquo nemo ſectatur, conſeruare: & conſequenter hæc ars omnis perdita iret. Et qui eam hucuſque exercuerunt, per eā parta reſtituere tenerentur. Tamēn per ea, quæ ſupra, [c] vbi prima refellitur, & aliæ duæ confutantur [d] concluſimus, nullam prædictarum rerum ab illo per ius probari, imo contrartum eſſe iuri conſentaneum, affirmamus prædictam negociandi artem, eadem prorſus ratione defendi poſſe per permutationem, cambium, & alium contractum innominatū, ſicuti ſupra eandem p emptionem & vēditionem defendi poſſe dictum eſt.

c Eo. n 14.
d An. 62.

Sexto, q̄ hanc artem iuſtam facit, eſt q̄ quartum argumentum partis cōtrariæ ſolui poteſt, negando, in hac negociādi arte, quando, prout debet exercetur, qcquam ob expectationem, aut dilationem accipi;

accipi: primo, quia inter iustos mercatores, omne illud tp̄s, q̄ inter solutionū stata tp̄a interiectū est, pro vno die & præsenti tp̄e habetur, ad Chirographa mittenda, ad apparandas solutiones & conficiendas, sicut bene idem Sotus [a] declarauit: quamquā eius rōnē non reddidit, quæ hæc vr̄: quia per ius aliquod tēpus his oībus conficiendis impertiēdū erat, q̄ cum ius non præfiniat, per legē, aut arbitrium viri prudentis definiendū erat, [b] & cōsuetudo, quæ legis, vbi hæc deest, locū tenet, [c] illud definitiuit, quā prudētiū mercatorum arbitrium introduxit: vt sit prædictum illud: quamuis interdū minori satis sit, & interdum maiori opus sit. Soluitur etiam idem argumentum, considerato, aliud esse emere aut vendere aliquid suo iusto pretio saltē pio, qđ inde ad tres menses soluēdum est, quod est licitum, si quidem licitum est credita pecunia vendere, [d] & vendere quod productum nondum est, [e] & etiam permutare, sicut supra, [f] dictum est: & id est quod in hac arte fit. Aliud, emere minoris pretio, saltem pio, ob anticipatam pecuniam, aut vendere pluris pretio iusto rigido, ob creditam pecuniam, quod illicitum esse argumentum probat, & nos fatemur. Quare quemadmodū quis ante natalem Dñi, lanā, herbas anni futuri emere, aut per permutationem recuperare iusto pretio iuste potest: sic in nundinis Metinensibus pecuniam Flandricā, quæ sibi in primis, & etiam secundis, quin & tertijs nundinis reddatur, iusto pretio emere aut permutatione parare pōt: modo ne pluris iusto pretio rigido; ob expectatā solutionē accipiat, quā si eadem primis nundinis confecta fuisset accepisset. Concedimus tn̄, quoties notabile quid amplius iusto ob expectationem & dilationem recipitur, mortifere & cū restituendi obligatione peccari.

76 Concludimus itaq; prædictam artē licitam his seruatis conditionibus esse. Prima, ne, cambiū fictum sit: hoc est, vt qui pecuniā dat, velit, & intendat cōmutare emendo, vendendo, vel aliter contrahendo, [g] vt sibi in eo loco reddātur, pro quo accipitur, & probabiliter credat accipientem, habere, aut habiturum, bona fide, aut facultatem ad in eo loco, pro quo accepit, soluendum, & ibi sibi reddendam esse. Secunda vt pro pecunia absente, tanta præsens detur, quāta iusta fuerit, & pretium ne nimis ob absentiam minuatur. Quæ omnia ex arbitrio boni viri æstimanda sunt. [h] Tertia ob longiorem solutionis diem, aut productiora solutionum stata tempora in quibus solutio facienda est, plus ne accipiat, quam si statim illic, vbi soluendū est, facienda esset. Quarta, quæ ex hac proxima nascitur, ne eam vendat, permutet, aut det pluris eo quod in secundas aut det, quam si in primas nundinas daret. Diximus *pluris* quia si velit vsque ad secundas & etiam tertias nundinas dare pretio, quod iuste vsque ad statos solutionum primarum mundinarū dies accipere poterit, & erit opus charitatis, & amicitiæ: plus tamen recipere non potest. Quia quamuis quod datur ad cambium veri aut verisimilis interesse, possit in duas nūdinas carius, quam in vnas dari, & in tres carius, quam in duas, sicut supra, eodem numero 34. dictum est: non tamen quod per viam cambij, emptionis, permutationis, aut alterius cōtractus innominati datur, de quo hic loquimur, potest.

77 Ex hoc infertur: primo merito de quodā casu dubitari posse, de quo a quodā Castellano Olysippi interrogati fuimus, qui Olysippi cuidam mercatori Lusitano certos quosdam ducatos dare volebat, quos cum certo lucro in primis nundinis Metinæ campensis quæ inde ad tres aut quatuor menses futuræ erāt, sibi solueret, cum eius, qui pecuniam dabat multum referret, eandem ad Castellam deportare. Et ex vna parte videbatur non posse, quia nulla apparebat ratio, cur accipere posset; vsurpatio autē sine titulo iusto illicita est, capit. pœnale, 14. quæstione quinta, immo lucrum mercatori ab ipso dandum videbatur: cum Castellani referret, vt sua pecunia illinc ad Castellam deduceretur: & mercator industriam & laborem adhibeat, quo eam hic ei daret, iuxta ea quæ de iustitia cambij quod per literas fit, supra, eodem num. 21. & 22. diximus, deinde inæqualitas & iniustitia videtur esse, vt mercator tantundem hic det, quantum illic accipit, & præterea industriā adhibeat, & laborē suscipiat, & lucrū soluat.

At

a lib 7. q. 5. art. 2. de iusti. & iur.

b Argu. l. 1. ff. de iur. de lib. & c. de caus. de off. deleg.

c ca. consuetudo, 1. dis. l. de quibus ff. deleg.

d §. Vendi. & inst. de verū diuis.

e l. nec emptio. ff. de cōtrah. empt. cum glo.

f eod. n. 14.

g Alioqui nō esset emptio nec cōmutatio vera l. non oīs ff. de rebus cred. c. cum super de off. deleg.

h Argu. l. 1. ff. de iur. de lib. c. de causis, de offic. deleg.

At omnis contractus, in quo non ſeruatur æqualitas eſt illicitus. [a] Tertio, quia mercator lucrum, ſi ſtatim Metinæ ſoluendos, concedere nolebat, niſi inde ad tres aut quatuor menſes ab ipſo pendi eſſent, & eis interiecto illo tempore vteretur: & conſequenter ob dilationem tẽporis ſoluebat: quæ vſura eſt, per ſupra, [b] & Caiet. [c] hanc partem tenere videtur.

78 Multis tamen oppoſitum tenere D. Sotus [d] videbitur, dicendo ſi mercatoris intereſſet Metina ſuam pecuniam Olyſippum transferre: ſicut alterius, Olyſippo, Metinam: lucrum, quod ex cambio per literas capi ſolet, recipere bene poſſet. Quod etiam Caiet. vbi ſupra in hoc caſu tenet, quamuis ab illo non ꝓferatur; nobis tamen quinque uiæ diſtinguendæ videntur, quibus dictus Caſtellanus, ducatos ſuos tribuere poterat: quatuor ſunt, in quibus conſideratio ſaltem principalis temporis longi aut breuis vſque ad nundinas interiecti, non reperitur: & quinta cum iſta conſideratione coniuncta: Prima, carens prædicta conſideratione, eſt per rationẽ mutui: Secũda, per rationem cambii per literas, quibus mercator ſuos ducatos huc traduceret: Tertia, per eam, qua ipſe mercatori ſuos ducatos Metina transferret Olyſippum: Quarta, per emptionis, permutationis, aut alterius innominatæ commutationis rationem, qua ducati abſentes, quos mercator Metinæ habebat, cũ præſentibus illius qui Olyſippi erant, commutantur. Quinta, eſt coniuncta cum conſideratione principali temporis præfiniti & ad nundinas vſque interiecti, ꝓ aliquam prædictarum viarum plus, aut minus recipiendo, iuxta tps longius, aut breuius, ꝙ a nundinis aberat. In primo caſu. ſ. ſi mutui rõne dare volebat, & cũ pacto, aut intentione principali, vt ſibi Metinę ſoluerentur, vſurarius erat: quia ex mutuo lucrari aliquid volebat. ſ. obligationem ſibi Metinæ eas reddendi, & cum lucro, cum Olyſippi mutuaſſet, ꝙ lucrum eſt pecunia æſtimabile, ac per conſequens vſurarium. [c] Si tamen mutuare volebat ſine eiuſmodi pacto & voluntate, vt alter ad Metinæ ſoluendum præciſè obligaretur: ſed vt aut Olyſippi æquales, aut Metinæ cum illo lucro, in compenſationem eius, ꝙ illic pluris pecunia, quam Metinæ valebat, amplius illud licitè recipere poterat, ſi tanto illic pluris, quam hic ducati valebant per ſupra, eod. num. 61. dicta. In ſecundo caſu, ſi ea per cambium literarum dare volebat, quibus mercator ſuam pecuniã illi Metinam traduceret: Caſtellanus ad aliquam mercedem ob illud mercatori ſoluenda tenebatur, per ſupra dicta; quamuis contractu paciſci poterat, vt pro ſua mercede, illud quod pluris illic, quã hic pecunia valeret, aut certam eius partem quæ iuſta foret, acciperet, per ſupra, eo. num. 21. dicta. In tertio caſu, ſi dare volebat per viam, qua ipſe pecuniam hinc Olyſippum mercatori transferret: poterat accipere mercedem quantam ab ipſo permutator ob propriam pecuniam transferendam, iuſte exegiſſet. In quarto caſu, ſi per viam emptionis, permutationis, aut alterius contractus innominati do tibi, quia mihi des, &c. dare volebat: poterat plus duabus uiis accipere, ſcilicet ob mercatoris pecuniam abſentem, ſi ob id ſua pluris valeret: & quia illic pecunia pluris quam hic valet, ſicut ſupra, eo num. 61. dictum eſt. In quinto caſu ſi dare volebat per aliquam ex qnque vijs, habita conſideratione principali temporis inter ſolutionem interiecti: volens plus, aut minus recipere, iuxta lõgius, aut breuius interiectũ tps, ſine dubio illi fuiſſẽ illicitũ dicimus: per ea q, ſupr. [f] definita remanent nõ ſolum mutui contractum, ſed omnẽ alium, in quo plus aut minus, ob longius aut breuius ſtatum ſolutionis tempus recipitur, formaliter, aut virtualiter vſurarium eſſe.

79 Sequitur ſecundo, ex huius diſtinctionis proportione diſtinguendum eſſe qñ aliquis Metinæ, vbi minoris valet, pecuniam Olyſippum aut in Flandria vbi pluris valet, dare voluerit: aut Hyſpali, ꝙ Metina, vbi æqualiter valet; quod vitandæ longioris orationis cauſa minimè explicamus.

Sequitur tertio, quid ſit dicendum de illa definitione S. Ant. [g] ſcilicet vſurariũ eſſe permutatorem, ſeu argentariũ, qui Romæ centum aut mille ducatos in negocia ſua dat, Pariſijs inde ad ſex meſes mandatũ ipſius habenti ſoluendos. cum pacto ſe Pariſijs quinq; aut octo plus in

ſingu-

[a] Sco. in 4. diſt. 15. q. 2 artic. 2. & paulo ante n. 24. & 24 dictũ eſt.
[b] eod. n. 23. & in cõmẽ. c. 1. 14. q. 3 dicta.
[c] Tracta. de camb. c. fin.
[d] lib. 7. q. 3. art. 1. de iuſti. & iure.
[e] ca. 1. 2. & 3. 14. q. 3. & latius in commen. d. c. 1. nu. 5. diximus.
[f] eo. nu. 47.
[g] 2. par. tit. 1. c. 7. & 30

singulos centum ſolutorum;quam ſequi tur Syl. [a] Et vtrumque approbat doctiſſi mus Licentiatus Gregorius Lopez [b] q illo nomine contentus eſt, cum Senatorij ordinis eſſet, & tam doctoris nomine dignus,quam magni eius labores & eruditio declarant,quibus aptiſſimas, prudentiſſimas, & eruditiſſimas gloſſas, in omnes ſeptem partitas compoſuit: quas magna cum Reip. vtilitate ſuperiore anno edidit, & impreſſit,qui hoc codé tuguriolo, quamuis non ita inaſpectabilis, atque nos,ſe continebat. Sequitur.n.dicendum eſſe: primo, illam vſuram eſſe, quia in illo cõtractu,(ſicuti fit)illa qnq; aut octo pro centum,ob expectationem & conſiderationem temporis inter mutuum & ſolutionem interiecti, recipiuntur, quæ manifeſta eſt vſura: Secundo, ille contractus per viam mutui pro Pariſijs licitè fieri nõ poſſet, quamuis nulla ratione temporis & præſtitutæ ſolutionis fieret: ſed ſic pro Hiſpania: quia ex mutuo nihil ſperandum cum ſit:& pecunia in Gallia pluris quam Romæ valeat, duabus vijs eſt illicitus.ſ.quia plus quam dedit ratione loci in quo ſoluenda eſt accipit: & quia illa quinque aut octo,plus ſuſcipit. In Hyſpaniam tñ fieri poſſet, non quinq; aut octo pro centum recipiendo:ſed tãto plus, quãto minoris in Hiſpania, q̃ Romæ pecunia valet, ſi ſtatim in Hiſpania ſolueretur.Tertio,ille contractus licite fieri poteſt,per viam emptionis, permutationis, aut alterius contractus innominati,dãdo Romæ nulla habita contẽplatione tpis,illos cẽtum ducatos præſentes,pro alteris tantis, & aliquibus pluribus abſentibus, quatuor conditionibus prædictis, [c] ſeruatis.

Plus tamen accipere poſſet, ſi in Hiſpaniam, quam ſi in Galliam daret:quia Hiſpania longius a Roma, quam Gallia abeſt.& ideo Hiſpani abſentes, minoris, quam abſentes Gallici valent, per ſupra dicta, [d] & quia pecunia Hiſpaniæ,minoris,quam Romæ & in Gallia,pluris,quã Romæ & in Hiſpaniæ valet: Hoc noſtra ſententia Sylu. [e] ſentire voluit, dicens prædictum contractum,ſicut fiebat,vſurarium eſſe,illum tamẽ fieri recte poſſe. 80 Sequitur poſtremo;non eſſe cambiũ, ſed vſuram nomine cambii perſonatam illud eorum,qui finitis nundinis & tempore ſolutionis, creditoribus non ſoluẽtibus, dilationem ad alias vſque nundinas concedunt, certo tamen aliquo recambii nomine ſoluendo, ſicut bene Caietan. [f] annotauit; quamquam negari non poteſt, per viam cambij quod per intereſſe fit, illos accipere poſſe, quod ob ſolutionem tunc non factam,poterãt lucrari veris cambijs ſeſe offerentibus,ſi illam pecuniam habuiſſent: per ea, quæ ſupra, [g] dicta ſunt.

Hæc ſunt, quæ ſub debita correctione,de cambiis,bona fide,nec dolo malo, coram Deo nobis viſa ſunt. Hucuſque vel maxime extenta illorum lucra peruenire extendique poſſunt· Quæ quoad fieri potuit, protraximus, quo animas, honorem,facultates tot hominum honeſtiſſimorum iuſte tueremur: optamuſq; ne, qui ab hoc commercio alieni ſunt,illo vitam quærentibus, quamuis diuitiis circumfluentibus inuideant. Admonemus confeſſarios eorum, qui iſta arte vtuntur,vt eiſdem cambia & lucra ficta grauiſſime diſſuadeant: & persuadeant horum tentationibus fieri, vt ad regnum cęleſte per prærupta ſaxoſa & procliuia loca iter faciant; ex quibus offendiculà amoris & ſtudii ingentium eiuſmodi lucrorum nos præcipitare facile poſſunt in peccatorum adeo profundas valles,& reſtitutionis adeo crebra dumeta,vt tarde aut nunquam ab illis aſſurgere, & ſe extricare queant. Faxit,cui pro omnibus corona ſpinea impoſita fuit,vt in ea iam præcipitatos erigat & expediat, & alios qui in alia ruimus: & nos omnes ad illas cęlorum liberrimas celſitudines, glorioſiſſimæ illius ſuæ matris Reginæ cœlorum amore, cuius dulciſſimæ viſitationis octauum diem hodie Eccleſia celebrat,prouehat. Amen.

Salmanticæ 8.Idus. Iulias,anno a partu eiuſdem Virginis matris. 1556. & ad 17.Calen. Decemb. 1569. propenſe licet imparibus ingenii viribus trãſactus.

[a] *Verb.&ſu ra.4.q.13.*
[b] *leg.31.5. par.tit.11.*
[c] *eod.n.64.*
[d] *eod.n.64*
[e] *Verb.&ſu ra.4.q.13.*
[f] *In trac.de camb. c.7.*
[g] *eod.n.34.*

FINIS.

COMMEN-

COMMENTARIVS RESOLVTORIVS DE SIMONIA MENTALI, ET INTELLIGENTIA CAPIT. FIN. de Simonia, ad certi loci Manualis Confessariorum declarationem.

PROSEQVENTI mihi Manualis Confessariorum, & pœnitentium recognitionem, obscurus ille locus de simonia mentali occurrit, atque statim in memoriam reuocare cœpi, & nonnulla in lucem edere eorum, quæ anno 1532. in capit. fina. de simonia insinuaui, Cathedram Decretorum consequutus, & sedem primam huius Florentissimæ Academiæ Salmantinæ adeptus; cui, eiusque moderatoribus Cathedrarum Doctoribus, & Scholasticis plurimum debeo. Decreui itaque ad declarandum locum, qui quasi inexplicabilis habetur, id aggredi, & dictum cap. & eius communem intelligentiam defendere, & quod eam sequuti in Manuali dixi mus, & quod in quæstione adeo quotidiana a multis illustribus authoribus per vniuersum orbem doctum est, & ab argumentis, & nouis recentiorum aliquorum, licet doctissimorum virorum intelligentijs defensum; in quo summa, succiplena, & affectata breuitate, qua vsi sumus in Manuali, vtemur.

GREGORIVS NONVS in cap. 46. quod est postremum tituli de Simonia.

MAndato nostro recepto, vt cũ Monachis, qui per simoniam, dato aliquo, locum in Monasterijs sunt adepti, secundum constitutionem generalis cõcilij dispensares. Consult. tuæ. breuiter respondentes, dicimus mandatum Apostolicum, etiam ad Abbates extendi. Et ad resignationes spiritualium, & temporalium, quæ nullo pacto, sed affectu animi præcedente vtrinque taliter acquirũtur (in quo casu sufficit delinquentibus per solam pœnitentiam suo satisfacere creatori) eos pro simonia huiusmodi non teneri.

SVM-

SVMMARIVM.

2 *Dispensare qui permittit cum Monachis permittit etiam cum Abbatibus, & eius ratio.*

1 *Doctor Miranda Sanctius Carranza Nauarrus Authoris præceptor.*

2 *Abbas Monachus esse non desinit, si antea erat, intelligitur pro Monacho, et in materia non fauorabili, nu. 4.*

2 *Gratia quæ ampliranda, & quæ restringenda.*

3 *Dispensatio quamuis restringenda sit, non tamen facultas dispensandi, nisi personæ exprimantur, licet neutrū ad defectum naturalem extendatur.*

4 *Dispensare præter Papam nemo sine cauſæ cognitione debet, in quo magnopere erratur.*

5 *Verba, etiam in materia odiosa, quæ proprie significant, omnia includunt.*

6 *Dispensatio cum Monachis Cluniacensibus Monasterii, Abbatem Monachum includit.*

PRimum, quod ex hoc cap. colligitur est illa notabilis conclusio. Qui mandatum, & facultatem dispensandi cum Monachis a Papa habet, et cum Abbatibus dispensare pōt. Quod ex illo colligitur, quia dicit, mandata a Papa habentē iuxta concilium generale, dispensandi cum Monachis in Monasteria per simoniam receptis, posse cum Abbatibus dispensare. Vnde multum miror qui acutissimus Io. Maior [a] (quem proferre libenter soleo ob suam dignitatem, tum quia discipulus fui in Philosophia charissimus illius eius excellentis auditoris doctissimi Doct. Mirandæ Sanctij Carranzæ Nauarri, ornamenti Academiæ Complutensis, & Canonic. Magistralis Hispalensis) dixit hoc c. factum fuisse ad definiēdum, c qm̄. huius eiusdem tituli, q de Monachis loquit̄, locū in Abbatib. hr̄e; quia verba illa *mādato nostro recepto* aperte, pbant illud loqui de interpretatione mandati, q ad dispensandū Papa Greg. IX. misit, & nō de interpretatione d. c. qm̄. q antequam Greg. IX. Papa crearetur, decretū fuit in concilio generali, cui Inn. III. præsedit, cui Honorius III. & huic Greg. IX. successit. Verum est, q quamuis hoc c. factū non fuit in id, q dicit, illud tm̄ bene ex hac inductione colligi posset; quia qui rem aliquam dicit, oia eidem subiecta approbare vr̄. [b] Et Greg. IX. dicit mandatum suū dispensandi iuxta formā illius ca. de Abbatib. intelligi, q fieri nō posset si illud c. q solū de Monachis, & monialib. loquitur, Abbates, & Abbatissas non cōprehenderet. Colligi ēt ex fortiori rōne pōt, quia iuris cōis constitutio fauorabilior, q̄ mandati Papæ est. [c] Et hic tex. dicit mandatū missū in materia d. c. qm̄. pro Monachis Abbates concludere. Ergo a fortiori illo c. qd̄ de Monachis loquitur, includentur.

2 Neque, tm̄ gl. hic neque Io. Maior illic cām attingunt, cur mandatū, q de monachis loquit̄, se ad Abbates extendat, cū aliud capitulū esse videatur, [d] & cū certū sit rescripto contra monachos impetrato, pcedi cōtra Abbates nō posse, [e] vbi id annot. Inn. quin ēt clem. 1. de reg. quæ de religiosis loquitur, videatur prę latos non cōprehendere, sicut significāt eius glos. magna, post med. d. clem. 1. & Cald. [f] Verum ratio pulchræ huius cōclusionis, duabus aut tribus notatu dignis rebus constituitur. Prima, monachum ex eo, quod Abbas fiat, non desinere esse monachum. [g] vbi Panormit. & communis hoc sentiunt. Secunda, mandatum prædictum Greg. IX. quo facultatem cum monachis ex constitutione iuris, dispēsandi dabat, donum, & gratiā fuisse, ideoque fauorabile. c. cum dilecti de donatio. §. final ff. de const it. princip. Tertia gratiam, & munus fuisse nemini præiudicans, neque iuri aduersum, neque ambitionis occasionem præbens, q̄ adiunximus, quia gratia tertio præiudicans restringenda est, l. 3. § quis a principe digestis ne quid in loco publico, & cap. super eodem, de offic. delegat. sicut rescripta litium iurisdictioni ordinariorum derogantia restringuntur. c. P. & G. de offic. delegat. & cap. ad hæc. de reser. & priuileg. (cap. sane, & ca. porro, de priuileg.) iuri contraria, & grātiæ expectatinæ beneficiorum, ob occasionem, quā ambitionis dant. Et si dixeris. Qui dispēsat, & relaxat, iuri communi præiudicat, [h] & consequenter mandatum huius textus, q loquitur de dispensatione restringendum, & non amplificandum foret; Respondebitur aliud esse dispensare, de quo tua obiectio loquitur, & prædictis qua-

a In 4. sen. dist. 25. q. 7

b l. 2. ff. de iurisd. om. iu. & c. præterea. de offic. deleg.

c Arg. l. ei? militis. §. si militia miss. ff. de milit test. & c. ad hæc. c. nonnulli, de reseri. & c. gratum, de offic. deleg. adiuncto c. fi. de offi. de leg.

d In rub. de his, quæ fiūt a prælat. sine cōs. cap. e Arg. c. fe- des, de resc.

f Super illā ibid. opposi. 6.

g Arg. c. cū ad monaste rium, §. fin. de stat. mo nach.

h Iux. gl. §. nisi rigor. 1. q. 7.

qualitatibus caret, & reſtringi debet,[a] & aliud facultas diſpenſandi, quæ prædictas qualitates habet, de qua noſter text. loquitur, & ideo amplificanda eſt.

3 Ex quibus omnibus colligitur, quod quamuis actus diſpẽſandi odioſa res ſit, & reſtrictu digna,[b] mandatum tamẽ ad diſpenſandũ res eſt fauorabilis, & ampli ficatu digna,[c] pro quo hic, & alibi hic tex. ſæpè põderatur: quamquam nunc (licet antea numquam,) a nobis animaduerſum eſt hoc cap. concluſionem tam generalem non probare. Solum enim probat mandatum, quod a papa detur diſpenſandi in caſibus in quibus illud fieri ius conſtituit, amplificandum eſſe, qa tale erat mãdatum de quo lex loquitur, ſi illa verba *(ſecundum conſtitutionem generalis concilij diſpenſares)* bene pendantur. Omnino tamen ita generaliter propoſita tenenda eſt, quamuis hoc textu illa neceſſario non probetur. Si quidem facultatem alicui diſpenſandi concedere eſt gratuitum munus, neminique præiudicat, neque iuri aduerſatur, neque anſam, & occaſionem ambitionis præbet, quæ ſunt quatuor dictæ qualitates, fauorem, & amplificationem inuehentes.

Ex hac concluſione denuo nonnulla alia inferuntur vtilia, quæ Felyn. hic refert, hanc moderans abſque neceſſitate, licet non ſine veritate, ne quoad defectũ naturales intelligatur, ad quos non extenditur, neque etiam ſupplementum, quo Papa generaliter vti ſolet, quando alicuius ſtatuti defectum ſupplere vult iuxta ſingulare dictum Hoſt. in cap. hn. de tranſac. prudenter tamen moderando, ne locum habeat, quando perſonæ, cum quibus diſpenſatur, exprimuntur ſi cut dixit hic Panorm. numero quinto, & ſenſit,[d] quia tunc potius diſpenſatio q̃dam executioni necdum mandata, quã ſimplex facultas diſpenſandi videtur.

4 Moderatur etiam eam vtiliter magis quam conuenienter, ne ampla hæc interpretatio adeo extendatur, vt mandatario facultatem cauſæ cognoſcẽdæ cur diſpenſatur adimet, quia nũquam in dubio cenſetur Papa eam adimere velle, quin omnes prælati, & ordinarij cognoſcere debeant cauſam prius diſpẽſandi, quæ occurrit, quam diſpenſent, ſicut ſingulariter dixit Innoc.[e] Ex quo inferri poſſunt errores, quos multi comites Palatini, & alij ordinarij in caſibus ſibi per miſſis committunt, non ſine magno reipublicæ detrimento, diſpenſantes ſine cauſa, neque eam idoneè cognoſcentes neque de ea edocti, non conſiderantes ſe grauiter in eo peccare authoritatem Papæ vſurpantes, qui ſolus tanquam ſupremus Chriſti Vicarius abſque tali cognitione diſpenſare poteſt: cuiuſque ſola diſpenſatio ſine cauſa facta, quoad legem humanam generalem, valet; ad quẽ ſolum pertinet ſi, & quando in eo peccet, iudicare. Epiſcopi etiam, & alij ſuperiores ipſis, ac inferiores ſine cauſa, atque abſque cognitione eius, aut informatione in ſacris canonibus etiam in caſibus illis conceſſis diſpenſare nequeũt, ſicut ſingulariter Innoc. in cap. veniens, de fil presbyt. ab omnibus receptus definiuit, quamuis hoc facere poſſent in ſuis conſtitutionibus ſynodalibus, in quibus aliquid præter ius commune ſtatueretur; Et quando multi magna cum irreuerentia Sedis Apoſtolicæ, & ſuarum cõſcientiarum onere, & reipublicæ damno tam facile circa ſacros canones, tam in caſibus in quibus poſſunt, quam circa ſuas conſtitutiones diſpenſant: dico qđ maxime reprehendi, quin & ſicut dicit Innoc. vbi ſupra, puniri deberent.

5 Ex prædictis etiam infertur, diſpenſationem, quę loquitur de monacho, ſi materia non eſt fauorabilis, Abbatem non comprehendere, ſicut omnes hic ſentire videntur, & in clem. prima de regular. Sed noſtra ſententia non eſt neceſſe, vt materia fauorabilis ſit. Satis enim eſt vt odioſa non ſit, & earum, quæ reſtringuntur. Quare ſi quiſpiam voueret, alio modo ſe obligaret ad prandium, aut ſingulas veſtes, aut ſingulos libros monachis talis Monaſterii præbendum, teneretur Abbati, atque Prælato idem, quod cuilibet alteri monacho tribuere; ſicut ſentit Bart. recept.[f] Addimus etiam non ſufficere vt materia quouis modo odioſa ſit, niſi ex aliquibus coniecturis intentionẽ inſtituentis non fuiſſe Abbatem includere intelligatur, quia ſemper ſequimur concluſionem, verba poſita in aliqua diſpoſitione, quamuis ſit odioſa, tam latè eſſe accipienda, quam eorum propria ſignificatio patet, per ea, quæ poſt Aret.

in

a c. 1. & 2. de fil. presb. lib. 6.

b c. 1. & 2. de fil. presb. lib. 6.

c Iuxt. glo. clem. 1. de offi. Vicarij, & Panor. & Rauen. ibi, & Cardin. cũ Fel. ca. perpetuus, de fid. inſt. & alii alibi dixerunt ſingulare.

d gl. in c. literas, verb. ordinarii, & fil. presbyt. e In c. dudũ 2. de elect. col. fin. & in ca. cũ ad monaſterium, de ſtat. monach. & in c. Veniẽs de fil. presb.

f In l. ſi ſeruus cõis, 1. ff. de ſtipe ruſt.

in lege cum lege, digeſtis de teſtamen. & in cap. de literis de teſtibus & alios recentiores copioſiſſime in cap. ſecundo, & cap. quia in tantum, de præbend. dicimus: & certum eſt Abbatem proprie Monachum eſſe, & hoc vocabulum monachum propria ſua ſignificatione cõprehendere eum, qui vere monachus eſt, licet aliam dignitatem habeat.

6 Ex hoc inferimus aliam concluſionẽ, quæ eſt contraria ſententiæ, quæ ex verbis omnium hic colligitur; quod ſi Papa hodie cum monachis omnibus aut religioſis talis Monaſterij diſpenſaret in irregularitate ob violationem talis interdicti incurſa, cum Abbate, aut prælato illius Monaſterij cum iam profeſſo diſpẽſare videretur; quamuis actus diſpenſandi odioſus ſit, & reſtringi poſſit iuxta omnes, quia vocabulũ illud monachus, aut religioſus, ſua propria ſignificatione Abbatem profeſſum concludit, & nullæ ſunt coniecturæ idoneæ cenſendi authorem diſpenſationis eum in hoc caſu cõprehendere noluiſſe. Inferimus etiam ex his omnibus aliam nouam, & ſingularem concluſionem, neque hunc textum, neque alias ſimiles deciſiones locum habere in Abbatibus & prælatis commendatariis, qui nunquam profeſſionem ſuſceperunt, neque vere monachi ſunt, aut canonici regulares, quia principalis ratio textus, & ſimilium deciſionum eſt, quoniam Abbas monachus eſſe non deſinit, ex eo, quod Abbas cõſtituatur, quæ in Abbate, aut prælato commendatario nondum profeſſo locũ non habet; quippe qui nec proprie, nec improprie monachus, nec canonic[9] regularis dici poſſet.

7 *Simonia mentalis peccatum, & ſit ſimoniachus, eſt harum duarum ſpecierum, &c. num. 8.*

7 *Peccatum quid, voluntatis, oris, & operis, eiuſdem ſpeciei, & malitiæ.*

8 *Simonia habet has tres ſpecies, & reperitur mentalis vbi eſt promiſſo exterior ſine interiore, num. 9. reperiri, num. 10. ſed ad reſtitutionem non obligare, num. 11.*

SEcundum, quod ex hoc c. colligitur, eſt ſimoniam mẽtalem peccatum eſſe; quia eam committentes appellat delinquentes illo verbo (delinquentibus) & quia id manifeſtè ſignificat ob eã pẽnitentiam agere oportere, & illis verbis ſufficit, ita delinquentibus per ſolam pẽnitentiam ſuo ſatisfacere creatori. Et quia peccata cordis, oris, & operis eiuſdem ſpeciei, & malitiæ ſunt, D. Thom.[a] & conſtat peccatum ſimoniæ opere perfectum grauiſſimum eſſe peccatum, cap. tanta eſt labes, de ſimonia. Et etiam quota peccati definitio ei conuenit, qua D. Aug. definiuit,[b] ſuper cuius commentario id declaramus, ſcilicet eſſe voluntatem conſequendi eius, quod a iuſtitia vetatur. Et ſimonia mentalis huiuſmodi eſt, ſicut patet.

a 1.2.*q.*72 *art.*2. *& in noſtro Manual. c.*16. *nu.*1. *ſub fi.*

b §.1.15.*q.* 1.

Glo. tamen ſecunda huius c. cum qua concordat alia in capit. conſulere, de ſimonia, oppoſitum ſentire videtur, quatenus ait neminem ſola volũtate committendæ ſimoniæ, ſimoniacum eſſe; & manifeſtum eſt per ſimoniam mentalem neminem aliud peccatum, quam ſimoniæ committere; nullus ergo peccat.

Id tamen in rei veritate non ſentit, quicquid Ioan. Maio. dicat[c] ſi verba magis ponderentur quam ille de illis ſentit, contra cap. intelligentia, de verborũ ſignific. quia eadem ipſum peccare declarat, & dicendo non eſſe ſimoniacum, noluit dicere peccatum ſimoniæ nõ cõmittere, ſed non eſſe ex eis, quos ſimoniacos ius communiter appellat, qui sũt hi, qui eam opere perficiunt, & pœnas contra illas conſtitutas incurrunt. Deniq; uoluit dicere non eſſe ſimoniacum actualem, ſed ſolum mentalem.

c In 4. *diſt.* 25.*q.*7. *ſub fin.*

8 Vnde ſequitur multas eſſe ſimoniæ ſpecies, ſcilicet ſolam mentalem, conuẽtionalem, & realem, ſicut diximus in Manual.[d] poſtquam quid ſimonia eſſet declarauimus,[e] quot eius ſpecies eſſent,[f] quid harum trium queq; ſimonia eſſet. Et mentalem eſſe velle dare, aut accipere rem aliquam temporariam pro pretio rei ſpiritualis abſque datione, & receptione, aut velle accipere, aut dare, accipiendo, aut dando abſque declaratione nec expreſſa, nec tacita illius malæ voluntatis & cõſequenter ſine pacto, neque expreſſo, neque tacito.

*d capi.*23. *nu.*103.

*e vbi ſupra nu.*99.

*f ibidem a nu.*100.

Cui nunc addimus ſimoniam mentalem diuidi in ſimoniam mentalem, quæ ad accipiendũ, aut dandum aliquid peruenit,

uenit, ſine declaratione nec expreſſa, nec tacita iniquæ voluntatis dandi, aut accipiendi rem ſpiritualem pro temporaria. Diximus (neque expreſſa, neque tacita) ad ſignificandum non eſſe ſimoniam mentalem, ſed realem facere ſponſionem centum ducatorum cum eo, qui habet aliquod vacuum beneficium, qđ conferre poteſt, illud N. filio ſuo, aut cõſanguineo, cui optat, eum non eſſe daturum, & ne ſponſione cadat, ei confert; quia tacite paciſcuntur, vt alios centum ducatos det, quod alius beneficium cui ille optat conferat. Huic ſimilis fuiſſet illa, qua magnus, & prædiues quidam dominus obtulit magno cuidam Regi optanti vehementer, vt debita, quæ pluſquam viginti millia ducatorum à quodã Epiſcopo relicta erant, diſſoluerentur, obtulit ſi gratum ſuæ Celſitudini faceret, illa debita perſoluturum de patrimonio, quod talis ſuus filius a ſe, & a ſua matre conſequi deberet; quia cum eius filius ſacerdos eſſet, & doctrina, atque virtute excultus tacite intelligebatur illum ſuum, in Epiſcopatum, qui morte eius, qui debebat, vacauerat, pſentaret.

9 Addimus etiam dubium eſſe an foret ſimonia mentalis conuentionalis, an realis aliquem promittere tot ducatos, & inſtrumento ſe ad illos tibi ſoluendos obligare, quo illi Epiſcopatum aliquem, aut aliquod aliud beneficium conferas, cum nullam omnino voluntatem, nec emendi illud, nec promiſſis ſtandi habeat. Cui doctiſſimus Caiet. [a] quem ſequitur Sotus [b] reſpondet, quod nõ; qa culpa, & determinatio actuum exteriorum ab eis, quæ interioribus inſunt, duntur, [c] & ſic ſimonia realis eſſe, vbi mentalis non eſt, nullo modo poteſt. Tũ quia ſimonia definitur [d] voluntas ſtudio ſa emẽdi, &c. & in iſto caſu vera emptio, ſed apparens, ibi non vera, ſed apparens ſimonia reperitur, & cõſequenter in hoc caſu non eſt vera, ſed apparẽs ſimonia. Ex quo infert Caiet. vbi ſupra, quod q̃uis talis promiſſor peccet, participando ſimoniæ mentali eius, qui vult ei vendere ſpirituale, ſeipſum infamando, nõ tamen peccat committendo ſimoniam; & præterea, vterque infert illum non teneri ad beneficium eiuſmodi dolo acquiſitum relinquendum.

10 Nobis tamen primum dictum Caietan. (non quod ex eo infert) verum non videtur; quia credimus vtrumque ſimoniam mentalem, & conuentionalem cõmittere: Peccatum enim aliquod, vt ſit ſimonia, non eſt neceſſaria vera, & propia voluntas emendi, aut vendendi, ſed ſufficit voluntas faciendi, aut dandi aliquid temporaliũ pro alio ſpirituali conſequendo. Per emptionem & venditionem in hac materia intelligimus omnẽ contractum non gratuitum, [e] quod in hoc caſu reperitur; Nam alter iſtorum vult ſpirituale vendere; & alter quamuis non vult emere per veram emptionem, vult tamen facere, & facit rem temporariam; pro qua alter aliam ſpiritualẽ dat, quippe qui vult promittere, & facere, & facit promittendo, & obligando ſe exterius, & illi inſtrumento aſſentitur, quæ eſt res temporaria pecunia æſtimabilis. Confirmatur hoc, quia nemo negaret ſi moniam eſſe, ſi beneficium aliquod tibi darem vt mihi inſtrumento aliquo, aut alteri ad mille ducatos dandos te obligares, ita vt ad illorum ſolutionem cõpelli poſſis, quicquid in animo tuo clauſum habeas; ſi quidem beneficium ob rẽ pecunia æſtimabilem tibi do.

11 Secundum quod vterque ex illo infert, ſcilicet illum ad relinquendum beneficium ratione talis ſimoniæ non teneri, recte quidem dictum videtur, ſed non propter rationem, quæ illos mouit, q̃ nõ ſit peccatum ſimoniæ, ſicut illi dicunt, verum quia non eſt niſi mentalis, & conuentionalis, & non realis, quæ ſicut infra eodem nu. 28. & ſeq. dicemus, ad reſtitutionem non obligat, iuxta authores. [f]

12 *Simonia mentalis ad reſtituendum nõ obligat cum eiuſdem defenſione. num. 13. & ſeq. quamuis lege naturali, & diuina prohibita ſit, nec etiam in foro conſcientiæ, n. 26. licet ab vtraque parte perficiatur. num. 27.*

15 *Pontificia declaratio obedientiam, & ſubmiſſionem intellectus expoſcit.*

16 *Huius cap. intelligentia inepta aliquorum Theologorum. & 3. ſeq.*

20 *Pœnam eccleſia ob opus mentale non infligit, nec ob illud, quod ſolummodo malum eſt.*

a *In 3. tom. q. 2. de ſim.*
b *lib. 9. q. 5. art. 1. de iuſt. & iur.*
c *D. Thom. 12. q. 20. art. 1. 2. et 3.*
d *Per gloſ. ſum. 1. q. 1. & in Man. c. 23. n. 90.*
e *Vt in rub. ſup. eod. Latius diximꝰ ac tetigimꝰ in Manua. c. 23. n. 103 & tradunt omneſs in 4. diſt. 25.*
f *Caſſad. in deciſ. 5. de pactis. & Gomeſ. 1. regu. de trienn. q. 12. quos in Manual. c. 23. nu. 105. & in c. ſi quãdo de reſcr. pag. 12. ſequimur.*

24 *Qualia peccata mentalia, quamuis damnum consequatur, ad restitutionem non obligent.*
28 *Simonia mentalis, & conuentionalis ad restituendum non obligat prius quam, &c.*
30 *Collatio beneficij suspensa non manet. Beneficium vacare fingitur.*
31 *Emphyteusis pro vacante non habetur sine domini voluntate.*
32 *Excommunicatio pro incursa non habetur in pensionibus quoad.*
32 *Author declarationem simoniæ conuentionalis optat.*

TErtium, quod ex hoc ca. colligitur, est simoniam mentalem ad restituẽdum quod ea partum fuit non obligare, siue illud spirituale, siue temporarium sit. Ex quo sequitur, neq; etiam per eam incurri aliquam aliam pœnam a iure cõtra simoniacos constitutam, [a] quia obligatio restituendi, quod per simoniã quæsitum est, non est pœna, iuxta aliquos, sed debitum ex iniusta eius, quod non debebat, acceptione contractũ. Et apud quos pœna dicitur, non est tam extrinseca, & odiosa, quam suspensionis, excõicationis, & priuationis. [b] Et cum per eam obligatio restituendi non acquiratur, minus aliæ pœnæ incurrentur, [c] in qua omnes conueniunt, & etiã in ea author multo magis, hanc. s. conclusionẽ locum habere in prima duarũ simoniarum mẽtaliũ prædictarũ, in qua nihil operę dat, nec accipitur. Magna tñ est difficultas an tertia conclusio, & eius illatio locũ habeant in altera simonia mẽtali, in qua pp malam voluntatem aliquid per eam opere datur, aut accipitur, aut datur, & accipitur nulla illius facta oino declaratione, & sine aliquo nec expresso, nec tacito pacto; & nonnullis vr non habere, in quibus sunt Maior. [d] Adrian. [e] Sot. [f] quia vident vsurã mentalem omne per eã acquisitum ad restituendum obligare, [g] nec idoneum discrimẽ quo ad hoc inter illam, & vsuram mentalem inueniunt. Nobis tamen semper optima visa est communis opinio, quæ contrariũ defendit, & nos hic, & multis aliis in locis pluribus rationibus defendimus.

13 Primo, quod hic contextus in secunda parte tam manifestè illud dicit, vt magnæ nobis audaciæ videatur illud inficiari, adiectis glossis ab eo omnino dissentaneis, ansam præbendo ad idem de alijs multss textibus dicendum, & negãdum illos definire, quod in illis definiri aperte constat. Secundo, quia in hodiernum vsq; diem, ita illum textum & glo. ferè oẽs Doctores Canonistæ, & Theologi intellexerunt, dequibus est Inn. IIII. sibi, quicquid illi imponat Sylu. (qui tñ bene consideratus cõem tenet) cum notus sit. Hunc. n. textum exemplis declarat in duobus, ex quibus vnus ob beneficium obtinendũ seruiuit, & alius dedit ei beneficium ob ministerium, quorum neuter suas iniquas voluntates alteri declarauit; & sic de prædicta secunda simonia illum apertè intelligit. Ex quib. illis etiam est S. Thom. [h] quicquid dicat Domin. Sot. [i] eius enim verba sunt, *sola voluntate hominum simoniacum fieri, quoad effectum, & a Deo puniatur, sed non quoad effectum, quo pœnam ecclesiasticam incurrat, & ideo non teneri ad restituendum beneficium per simoniam acquisitum; & ei sufficit de sua mala intentione per pœnitentiam satisfacere*. Et quamuis voluntas, quam habuit prædictus Sotus, vt doctissimus, ille pro sua opinione faceret contra communem, effecit vt eius dictũ non esset intelligendum de simonia mentali, de qua communis loquebatur, sed de alia, nempe de secunda intelligẽ genda videretur, id tamẽ dici nullo modo potest. Aperte enim de ea loquitur, tam in propositione 6 argumenti, quam in eiusdem solutione, quia manifeste loquitur de simonia, quæ sola intentione interiori, nõ exterius explicata committitur, de qua solus Deus iudex est; & loqtur de ea, quę est peccatum mortale, qa dicit de ea pœnitentiam faciendã esse; & loquitur de simonia mentali: qua aliqd partũ est; qui dicit non teneri, ad beneficium per eam quæsitũ renunciandũ. Prę terea (quod necessario ipse concludit) quis eorũ, qui sapientiam illius angelici Doctoris in debito honore habeat, dicere audebit illum in dubium reuocasse, p posita in argumento, & eius solutione, & separatim illud, de quo nunquã nec doctus, nec indoctus dubitarunt dixisse, scilicet an sola voluntas emendi beneficiũ, absque emptione, hoc est datione, &

a de qua in c. tanta. de simon. & alijs locis ibidem per Innoc. & alios citatis.
b Extraua. 2. de simon.
c Arg. c. cũ in cunctis, de elect.
d In 4. dist. 2. 5. q. 7.
e In quolib. 9.
f lib. 9. q. 8. art. 1. de iustit. & iur.
g c. consuluit. de vsur. vt latius diximus in c. 1. 14. q. 3.
h 2. 2. quæ. 100. art. 6. ad 6.
i lib. 9. q. 8. art. 1. de iustit. & iur.

acceptione alicuius rei ob illud, ad reſti tutionem obligaret? Neque obſtat quod dicit Sotus, ꝙ ſi de illa ſenſiſſet, hoc cap. fin. adduxiſſet, cum iam ſuo tempore factum eſſet; quia mille in locis S. Thom. res definitas per expreſſos canones abſque earum productione definit, Theologorum morem ſequutus; quamuis ſæpe eos citet Summa cum veneratione, & exigua gloſſarum audacium, quas quidam Doctores textus deturbatrices vocant. Et ſic etiam dicit ibidem ipſe Caiet. prædictum ſcilicet S. Doctorem, ſuã reſponſionem ex illo textu deſumpſiſſe.

14 In eadem etiam opinione ſunt Hoſtien. & Ioan. Andr. quicquid Sylu. dicat & quamuis ratio eorũ cur ſimonia mentalis ad reſtituendum quod per eam acquiſitum eſt, non obliget, & vſura mentalis ſic, locum non hẽat niſi in ſimonia p eleemoſinã, ſeu lege humana inducta, ipſorũ tñ concluſio gnalis eſt. Protuli hos authores claſſicos quia aliqui eos in cõtraria ſnĩa eſſe putant: reliquã vero magnã turbã, quam dinumerare non eſt facile, prætereo. Tertio, ꝙ ad hanc cõcluſionem nos mouit eſt, ꝙ eã, quæ vt multi ab hac cõi opinione, & huius tex. declaratione, cum gloſſis illũ confundenti bus diſcederent effecit, eſt idoneã rõnẽ eos inuenire non potuiſſe, cur vſura mẽ talis reſtituere obliget, [a] non aũt ſimonia mentalis. Panor. [b] oſtendit idoneas ante ipſum eſſe redditas, & de redditis a ſe intelligendũ ſignificat, qa poſtrema quam vt meliorẽ approbare vſ, repræhẽſione digna merito iudicari dẽt; quia dicit hoc c. intelligi de eo, qui non habuit intentionẽ principalẽ, ſed ſolũ ſecundariã dandæ, aut accipiendæ alicuius rei tẽporariæ pro ſpirituali, ꝙ ſic intelligi nõ põt; quia hic texr. loquitur de ſimonia q̃ eſt peccatum mortale, vt per illa verba (delinquentibus) & (ſatisfacere per pœnitentiam) probatur. Et ſimoniacus de quo loquitur Panor. non peccat, ſicut ipſe ſentit, & bene, per rationes, quib. alibi [c] probauimus non eſſe peccatum ob lucrum minus principaliter mutuare. Hęc tamen ratio, quæ aliquem mouit, vt cõtra communem concluſionem teneret, neminẽ ad id mouere debebat. Tũ quia intellectũ noſtrũ declarationi Papæ ſubmittere debemus, cũ humilitate credẽtes quæ dicit, licet eius, quod ille declarat rõ a nobis non intelligatur, [d] putãtes rõnẽ illi non defuturã, ſicuti credibile eſt doctiſſimo Greg. IX. eiuſque ſapientibus non defuiſſe; tũ quia dixit Ioann. Anan. ibi, quod rõ idonea huius declarationis ab ipſius authore petenda erat; tũ quia vſ velle ſapere plus quam oportet, qui textũ tanquam regulam Lesbiã detorquere vult, quo ex ſua ſnĩa loquatur, cum ꝙ ille loquitur, ſibi non probetur. Cuius tñ ratio idonea ſtatim reddetur. Quartũ, ꝙ ad id nos moueret eſt, ꝙ hic text. non põt intelligi, qũo eũ intellexit Ioan. Maior. [e] iactans ſe, qñ dubiũ occurrit, nullã rõnẽ gloſſarum, & doctorum ſe ducere, & ita ridens de Io. And. & Pan. dicit illos exorto contrario vento ſuam intelligentiã ad portũ deducere non potuiſſe, & iõ tenet hoc c. locum niſi in prima de duabus ſimonijs mentalibus prędictis non habere: in qua nihil accipitur, licet accipiendi voluntas ſit. Et illa verba text. (vtrinque acquirũtur) quæ aperte illi contradicunt, exponit, ideſt quæ homo habere vellet, & acquirere ſimoniace; & non aduertens ſe textum peruertere quoad verba, & quoad ſententiam, Papam ignorãtiæ, verboſitatis orationis, & multiloqui j arguere non veretur, cum doctiſſimus ille ſit, ac breuitate verborum, & ſententiarum ſucco excellat omnibus Pontificibus, quorum decreta in Decretalibus referuntur. Nam ſua expoſitio ſignificat Gregorium Papam ignoraſſe differentiam inter acquirere, & acquirere velle, eumque dubitare, aut credere inter doctos controuerſum eſſe id, de quo nullus ſcholaſticus, tribus annis in iure Pontificio verſatus dubitat; ſcilicet, quod ſola voluntas furandi, aut male accipiendi ſine acceptione, ad reſtituendum obliget. Significat etiã adiungere leges ſuperuacaneas. Qui enim dixerit tam deliberate, & tanto verborũ apparatu Greg. IX. definiuiſſe voluntatem emendi, aut vendendi rem ſpiritualem pro temporaria, abſque emptione, & venditione & abſque alicuius rei largitione, aut receptione ad reſtitutionẽ non obligare, dicendũ eidem eſt, ipſum de hoc aut dubitare, aut credere de eo multum dubitari. Vnde propter huiuſmodi, & ſimiles extortas declarationes, qui-

a c. conſuluit. de ſimo.
b In d. c. fi.
c In cõmẽ. c. 1. 14. q. 3 nu. 19.
d Arg. cap. ego ſolis. 9. dic. ibi, & ſeme minimè intellexiſſe, nõ ambigã.
e In 4. diſt. 2. 5. q. 7.

quibus aliqui declararunt, & declarant multos tex. adeo cõfusum ius habemus.

Considerare tamen debemus non solum vnum, aut duo, sed multa esse argumenta contra quamlibet legum decisionem, quæ ad dubia tollenda fiunt ꝑ alia meliora, quæ pro illa reperiuntur; & ꝑ talibus ea habuit legislator. Quare ab eo, quod plane textus dicit, ob aliquas verisimilitudines, quæ sese nobis offerunt sine diligenti contrariorum examinatione discedendum nobis non est.

17 Quintum, quod ad prędictę conclusionis defensionem nos mouet est, quod nec potest hic textus intelligi quomodo Adria.[a] sensit, quem Sotus vbi supra sequitur, nisi vis, & euersio contextui inferatur, manifesteque constet vim inferri, & illum detorqueri ad asserendum ꝙ inficiatur. Primo, quia quo textũ in suã trahant sententiam, iubent notam rubrã demi, quæ paragraphum, & diuisionem significat, & ponitur ante illa verba. (Et ad &c.) sine authoritate, nec exemplari aliquo libri, nec authoris ex tot, qui in illud hactenus scripserunt; & ita tacite detrahi iubent (E) grandiusculum versuum sententijs, & periodis aptum, qđ semper in prædicta connexione adhibitum est, & in (e) paruum mutari iubent contra perpetuam consuetudinẽ a Gregorio nono hucusque seruatam, nullo ad id ꝓducto exemplari, sicuti uidem[g] mutatam esse dudum in quadam Parisiorum impressione.

[a] Quolib. 9

Secundo, quia volunt contra omnem vsum, illud verbum (extendi) in prima Clausula positum, ad sequentem referri quod fieri absque grandi solœcismo nequit, siquidem latina phrasis non patitur illud (&) post illud (etiam) præcedens, neque vt illud verbum (extendi) inter illas duas copulas locetur. Nã manifestum est iuxta rectã latine loquendi phrasim, ante, aut post vtramq; collocãdũ fuisse. Nemoq; negare potest phrasim, & eloquentiã Decretaliũ Greg. IX. esse maxime elaboratã & appositã illasque omnes summa cum diligẽtia, succique plena breuitate fuisse compositas.

18 Tertia, quia ſm eorum intelligentiã illa verba (in quo casu) significarent casum, in quo mãdatarius, & delegatus ad dispensandum, cum illis dispensaret, qđ absurdum est, nulliq; docto, & recti iudicij talis circumlocutio quadrare potest. Et quia cum illo supplemento superflua & ridiculosa esset eius decisio, omnique sensu careret contra stylum omnium de cretalium Greg. IX. Vellet enim dicere illos monachos simoniacos mentales cũ quibus dispensaret habens idoneam facultatem a Papa ad id faciendum, nõ teneri ad monachatum, & iura remansionis in Monasterijs per illam simoniam mentalem parta renunciandũ; quã dispositionẽ superfluam, & ridiculam & sine succo esse manifeste apparet; eo ꝙ oẽs sciunt neminem vnquam dubitasse, an Monachi, qui sibi ingressum in Monasteria per simoniam mentalẽ fecissent, post quam cum eis dispensatũ esset ab habẽte ad id sufficientem authoritatem a Papa, iuste in eis remanere possunt; nec ẽt vnquam dubitatum esse etiam de Monacho per simoniam conuentionalẽ, & realem ingressũ, an post eiusmodi dispensationem in Mon. manere posset. Quarto, quia constat Papam illis declarare voluisse, quod simoniacus mentalis non incurrit tot pœnas, quot cõuentionalis, & realis. Et iuxta hunc intellectum oẽs eadem mensura dimittendi sunt. Quinto, quia repugnat contextui, quatenus habet, quod sufficit in casu, de quo loquit, vt per solam pœnitentiã suo creatori satisfaciat; Et ſm hunc intellectum, non sufficit, immo necessario requiritur, vt dispensatio legitimã authoritatẽ ad eã habentis interueniat, & per consequens præter pœnitentiã dispẽsatio necessaria est, & vt idoneus reddatur. Sexto, quia iuxta istum intellectum significaret iste tex. simoniaco conuentionali dispensationem, & pœnitentiã non sufficere, qđ ſm omnes est falsissimũ. Septimo, quod non solum non est necessaria dispẽsatio in simonia mentali ad beneficium ꝑ eã adeptum retinendum, sed neque in conuẽtionali, si ab vtraq; parte simonia opere perfecta nõ fuit, sicut diximus in Manuali. [b] Octauo, quia iuxta istum intellectum dicendum esset, aliquod dubium ante hoc cap. fuisse, an qui authoritatem dispensandi cum Monachis, qui locum in Monasteri js muneribus essent adepti a Papa haberet, vt in eis manerent, posset dispensare cum eis, qui per simoniã

[b] *capit. 23. nu. 104. & 105. & inc. si quãdo ex cept. 4. n. 6. de reſcript. poſt Caſa. deciſ. 5. de pacto. & Gomeſium. q. 12. regu. de trienn. poſſeſſ. & ſtatim copioſi*[g] *dicemus.*

mentalem ingreſſi fuiſſent, quod dictu ridiculum eſt, cum nullum dubium ſit, nec in iure fuerit etiam, num poſſet diſpenſare cum monachis, qui ſimoniã cõuentionalem, & realem cõmiſiſſent. Denique præter hæc omnia, quorum tertia pars ſatis ſuperque eſt ad hunc intellectum confutandum, non conſiderauit Adrian. neq; eius ſectator iuxta eorum intellectum, progreſſum fieri non poſſe, vt aliqua conſtructio tolerabilis aptetur poſtremis illis verbis textus *eos pro ſimonia huiuſmodi non teneri*, vt eum cõſtruere volenti palam erit.

20 Sextum, quod nos ad tenendam cõmunem concluſionem mouet, eſt ratio S. Thom.[a] ſcilicet, quod reſtitutio quæſiti per ſimoniam eſt pœna eccleſiaſtica, ſicut apertè ille ſenſit, & eccleſia non pót ob malas voluntates, ſeu culpas ſolum mentales pœnam cõſtituere, [b] ergo nec conſequenter ob ſimoniam mentalẽ, de qua loquitur hoc, cap. non eſſe ex numero peccatorum, quæ intra ſolam mẽtẽ perficiuntur, ſed eorum, quæ germinãt, & in opus erumpunt, licet non explicata mala voluntate. Dico inquam hoc nó obſtare, quia ſicut Eccleſia propter malum opus omnino interius, ſeu mentale punire non poteſt, ſic nec propter exterius, quod ſolum malum eſt ratione ad inordinatam voluntatem interiorem, ſicut inſinuat Bonifac. VIII. [c] & pulchrè expreſſit quidam Pariſienſis, [d] & huiuſmodi eſt hæc ſimonia mentalis, ſcilicet datio, & acceptio exterior nulla conuentione præcedẽte; & ob id multis ab hinc annis diximus hunc eſſe textum ſingulare pro prædicta Almayni concluſione.

21 Septimum, quod ad id nos mouet eſt, quod quemadmodum reperitur ſimonia mentalis, quæ ſolum mala eſt ex mala intentione interiori, quæ in ſe occulta in animo manet, ſic eſt homicidiũ mentale, quod ſolum ex eo malum eſt, quod mala intentione fiat, quale eſt qđ carnifex committit occidendo ob odiũ, & vindictam priuatam, eum, in quem ſententia, & eiuſmodi condemnatio iuſte lata fuit, [e] quale etiam eſt quod miles committit interficiendo per odium hoſtem in bello iuſto.

Et certum eſt, quod nec carnifex ad reſtituendum uectes, & alia, quæ bene condemnatum malè interficiendo quæſiuit, tenetur, nec miles arma, equum, & facultates, quę ex occiſione hoſtis inimici, contra quem iuſtè belligerabat, ſibi acquiſiuit, ſicut in Manual. capit. 18. numer. 15. diximus, quod antea dixit Caietanus. [f] Idemque in omnibus peccatis inueniri poteſt, & ſic non ſolum in ſimonia mentali, ſed etiam in omnibus alijs peccatis mentalibus idem dicẽ dum eſt. Nam ſi tibi do centum ducatos, quo ad bellum iuſtum proficiſcaris, & eius ſeruatis legibus occidis N. qui cum inimicis erat, & hoc ego mala intentione, ob odium, & vindictam facio, vt hæreditatem conſequar; quod tamẽ tibi non ſignifico, & tu etiam mala intẽtione occulta vindictæ priuatæ, aut hæreditatis cõſequendæ occidis, in foro exteriori ad nullam pœnam teneris, nec ad 100. ducatorum reſtitutionem in interiori, nec ego ad hæreditatẽm, quę mihi ex eo obuenerit, licet vterque noſtrũ noſtris malis interioribus uoluntatibus grauiſſimè peccet; quia illud homicidiũ non eſt malum, niſi ratione, & relatione malarum, & occultarũ voluntatum noſtrarum, quas nos interius concepimus. Eadem ratione quamuis ego ob ſolam conſecutionem beneficij tibi ſeruiam, dicendo me tibi ſine mercede ſeruire velle, & tu mihi confers beneficium pro ſola mei miniſterij ſolutione, dicẽdo te illud mihi conferre, quia eo dignus ſum vterque noſtrum mortiferè peccat. Verũ nec tu in conſcientia ad ſtipẽdium mei miniſterij ſoluendum teneris, neq; ego ad beneficium relinquendum.

22 Octauũ, q̃ ad tenendam hanc cõem opinionem nos mouere debet, eſt, quod idonea rõ reddi pót, cur Vrbanus III. [g] declarauit quod vſura mentalis ad reſtituendum quod per eam partum eſt obliget, & Greg. IX. contrarium de ſimonia mentali declarauit. Nam ſatis idonea videtur illa Caiet. [h] quam vt breuiorem retulimus in Manuali, [i] quod id quod p̃ vſura datur coacte datur, & quod pro ſimonia ſoluitur vltro tribuitur, ſicut qui emit, aut vendit. Verum tamen eſt prædictum Sotum [k] hanc rõnem reſellerẽ, dicendo æqualẽ eſſe qui vſurã ſoluit, & q̃ p̃ beneficio aliquid dat; quia ſicut ille mallet pecuniã mutuã ſibi gratis dari, ſic

a 2.2. *quæ.* 100. *arti.* 6. *ad* 6.

b ca. cogitationis, de pœnit. d. 1. *& hi latè, & radicitus id probamus.*

c In c. Gẽne rabilib⁹, §. fin. cum ei annotat. de ſent. excõ. lib. 6.

d Iacob. Almayn. lib. & author. Eccleſ. c. 3.

e c. cum miniſter. 23. *q.* 5.

f 2.2. *q.* 40. *art.* 1.

g In c. conſuluit. de vſur.

h 2.2. *quæ.* 100. *art.* 6.

i capit. 23. *nu.* 103.

k lib. 9. *q.* 8. *art.* 1. *de iuſtit. & iur.*

sic etiam iste mallet beneficium gratis, quam aliquid dando; & sicut ille aliquid amplius dat quã mutuo accepit, mutuare non vult quia sibi gratis mutuare nõ vult, sic iste pro beneficio consequendo aliquid dat, quia gratis sibi illud dandũ non iudicat. Sed hęc ratio contra Caiet. rationem non concludit. Qui enim dat, aut accipit per simoniam consentit consensu emptionis, & venditionis, aut permutationis, q̃ sufficit vt quoad restitutionẽ non teneatur, quamuis qui emit sibi gratis sine precij solutione dari mallet, & qui vendit vt precium sine traditione mercimonij sui sibi tribueretur. At qui pro vsura dat, aut accipit, tali cõsensu inuito & coacto dat, aut accipit, vt ad liberandum accipientem ab accepti restitutione non sufficiant.

23 Nono mouet nos ad idem illã opinio, quam tenuimus, & multis rõnibus probauimus in Manuali,[a] sequuti S. Anton.[b] & Monald.[c] Angel.[d] & Sylues.[e] scilicet neminem teneri ad restituendũ quod vltro datur, & male accipitur, ita vt vtraque pars turpitudinem sponte committat, nisi quando lex restitui illud specialiter iubet.

Ex ista enim opinione sequitur simoniacum non teneri ad restitutionẽ eius, q̃ accepit ab eo, qui vltro sibi dat, si nõ esset lex, quę specialiter illud ei iuberet. Et constat, q̃ quamuis sit lex[f] iubens vt simoniacus conuentionalis, & realis qđ per eam accepit restituat, non est tamẽ lex hoc simoniaco mentali præcipiens; immo est lex huius cap. expressa, quæ illum ad id non obligari declarat.

24 Decimum, q̃ ad prædictum nos mouet, est quod põt etiã alia ratio idonea reddi, cur simonia mentalis restitutioni non obliget, & vsura mentalis sic. quia vsura est ex illis rebus, quæ bene dãtur, & male accipiuntur. Nam vsuram soluere non est peccatum,[g] recipere autem sic, c. q̃m, de vsur. & ideo iure naturali, & diuino danti illã, & soluenti restituenda est, per illam regulam positam in Manuali,[h] scilicet eũ qui aliquid male accipit ab eo, qui non male dat, ad restituendũ ei teneri. At q̃ per simoniam mentalem accipitur ab eo, qui male dat, bene suscipitur ob ignorantiã q̃, propterea det, aut saltem non male accipitur ab eo; q̃ male dat, & ideo nemini illud restituere tenetur; saltem si illud p̃p q̃ datum est præstitit, per regulam in dicto Manuali,[i] positam, s. eum, qui bene, aut male aliquid accipit ab eo, qui male dat, ad illud restituendum ex præcepto non teneri, saltem si illud, cuius causa datum est, fecit; cum non sit specialis lex id iubens. Et quamuis de accepto per simoniã realẽ sit lex specialis, quæ iubeat restitui,[k] nulla tamen talis est de accepto per simoniã mentalem, immo contraria ponitur in d. c. fi. vt in præcedenti fundamento dictum est; & hanc discriminis rationem iamdiu in hoc cap. reddidimus.

25 Vndecimum, q̃ nos mouet, est, q̃ dici posset, q̃ qui per solam simoniã mentalẽ recipit, q̃is male accipiat, quoad effectũ peccandi; & diuinã Maiestatem offendendi, tñ non male accipit quo ad effectum, vt ob illud restituere teneat; quia vt aliquis restituere teneatur, non sufficit, q̃ accipiendo peccet, considerata sola eius mala intentione, qui accipit; sed ẽt requiritur, vt acceptio sit mala rõne iniustitiæ actuũ exteriorum dandi, & accipiendi, aut defectus consensus. Exẽplũ sit. Restituis mihi ensem bene mutuatũ; & ego male illũ accipio ad interficiẽdũ cũ eo; non tñ ad restituendũ teneor. Emo item male, aliquid a te in die. s. festo, omissa missa ob illã emptionẽ, aut cũ voluntate te notabiliter decipiendi, fraude tñ nõ cõmissa, pecco quidẽ, sed ad illud restituendũ non teneor. Sic per eãdem rõnẽ a te aliquid accipio, q̃ tu spõte das, nulla in actu exteriori dati, nec in modo dandi iniustitia omnino interueniente, nec in voluntate consensus defectu, quo illud mihi acquiratur, restituere nihil teneor, licet in occulta intentione interiori tua, aut mea dãdi, aut accipiẽdi aliquis finis malus vindictæ, odij, fornicationis, adulterij, simoniæ, aut alius similis rei lateat; q̃a restitutio est actus iustitiæ cõmutatiuæ, & eius obligatio ex sola iniustitia reali nascit, sicut diximus in Man.[l] post Thom.[m] At iustitia, aut iniustitia incõponendis affectibus nõ cõsistit, sed in componendis rebus, & actibus exterioribus, quibus cũ multis personis commercia instituuntur, sicut dicit Arist. 5. Ethic. & D. Tho. communiter receptus 2. 2. q. 58. art. 2. 7. 8 9. & 10.

a *capit. 17. nu. 32.*
b *2. p. tit. 2. c. 5. in prim.*
c *Verb. restitutio 2.*
d *Verb. restitutio §. Tur pe.*
e *Verb. restitutio 2. & Ver. eleemosina.*
f *cap. de hoc de simon.*
g *c. debitores, de tur. iuran.*
h *c. 17. nu. 37. per c. nõ sane. 14 q. 5.*
i *capit. 17. num. 32.*
k *In ca. de hoc. de sim.*
l *c. 17. nu. 6*
m *2. 2. quę. 62. ar. 1. & q. 82. art. 1. & q. 72. ar tic. 1.*

26 Quare concludamus hanc noſtram tertiam concluſionem veram eſſe; ſcilicet ſimoniam mentalem ad id, quod p eam partum eſt reſtituendum non obligare, ſiue illud ſit ſpirituale, ſiue temporarium, quamuis vſura mentalis ad reſtituendum, quod per eam quæſitum eſt obliget, ſicut latius [a] cum hoc commentario impreſſo diximus. Et addimus præ dictam cõcluſionem extendendam eſſe non ſolum ad ſimoniam mentalem ſola lege humana vetitam, ſed etiam iure naturali, & diuino prohibitam; tũ quia hic textus generaliter ſine aliqua diſtinctione loquitur, & ita generaliter eſt intelligendum. [b] Tum quia ſpeciatim agit de ſimoniacis, qui aliquid dederunt tẽporarium pro ſpirituali religionis ſtatu, quæ ſimonia iure diuino prohibita eſt. Extenditur etiam ad vtrumque forum tam conſcientiæ, quam iudiciale, quicquid dicat Medina [c] qui neſcio quomodo illa verba, ſcilicet, *in quo caſu delinquentibus ſufficit per ſolam pœnitentiã ſuo ſatisfacere creatori*, non ponderarit. Extẽditur etiam ad caſum, in quo non ſolum vna pars ſimoniam mentalem committit, & alia non; ſed etiam in quo vtraque pars deprauatam volũtatem habuit, qc quid aliqui dicant: Tum quia apertè loquitur textus de vtraq; parte, eo q̃ tam ab vna quam alia parte acquiſitum eſt, illis verbis, *vtrinque taliter acquirunt*. Et parui æſtimanda eſt declaratio Ioann. Maior. [d] quæ ridicula eſt; verum magni facienda eſt declaratio exempli, q̃ ab Inn. IIII. de eo, qui ob beneficiũ ſeruit, & ei illud ob miniſteriũ datur, adducit.

27 Extenditur etiam non ſolum ad eũ, qui per ſimoniam mẽtalem aliquam rẽ ſpiritualem comparauit, non data alia temporaria, & ad eum, qui aliquam rẽ temporariam non data alia ſpirituali ac quiſiuit, ſed etiam ad eum, qui vnã conſequitur alia non data, quicquid ſentiat Sotus, qui aperte dicit eos, qui ſimoniã mentalem commiſerunt, ad relinquendas res ſpirituales, nec temporarias, quę vtrinque per ſimoniam mentalem acquiſitæ fuerunt, non teneri. Quinetiam, qa inter res temporarias non diſtinguit, generaliter ad omne munus temporarium extendi debet, [e] ſiue ſit linguæ, ſiue miniſterij, ſiue manus. Tria enim ſunt genera munerum in hac materia, [f] ita vt intelligi debeat in omnibus caſibus, in q̃bus vna pars per ſimoniam mentalem aliquam rem ſpiritualem adipiſcitur, & aliam temporariam tribuit, & contra rẽ aliquam ſpiritualem largitione alterius ſpiritualis conſequitur; & ſic Innocẽtius exemplum de eo, qui ob beneficium ſeruiuit vni a quo beneficium obtinuit ob ſuum miniſterium, poſuit.

28 Extenditur etiam ad ſimoniam mẽtalem, & conuentionalem tantum, quæ nec ab vna parte, nec ab alia æq; ad largitionem, nec ad acceptionem perducta eſt, fere iuxta omnes; quinetiam ad mentalem, & conuentionalem, quæ ad rei tẽporariæ dationem ex vna parte deuenit & non ad dationem rei ſpiritualis ex altera, iuxta Caiet. [g] quem Sot [h] ſequit; iuxta quos tamen non extenditur ad mẽtalem, & conuentionalem, quæ ad opus dandæ, & accipiendæ rei ſpiritualis peruenit, licet ad opus dandi, & accipiendi rem temporariam promiſſam non peruenerit. Immo prædictus Sot. addit eos, qui contrarium aſſeruerunt in hoc lapſos fuiſſe; quia inquit S. Tho. tenet ſimoniam eſſe conferre beneficium ob miniſteria futura; & quia credito vendere eſt vendere. Sed noſtro iudicio nulla fuit in hoc deceptio; quinimo fallitur q̃ cenſet aliquem de doctiſſimis viris Caſſad. & Gomeſium, quorum ille deciſ. 5. de cõſtit. hic in regula Cãcell. de Triennali q. 12. qui id tenuerunt, quos ille nõ citat, exiſtimaſſe non eſſe ſimoniam dare beneficium ex promiſſione rei temporariæ, quamuis nunquam ſolueretur, aut dare beneficium, expectato pretio, non eſſe ſimoniam. Sed ſolum dicunt pœnas iuris canonici, quæ ipſo iure incurrunt, quæ ſunt nullitas collationis, & excommunicatio, [i] non incurri per ſimoniam, quæ ab vtraque parte non perficitur, & ad opus deducitur; quæ res eſt multum diuerſa. Pro quorum opinione facit, q̃ ſicut illi teſtãtur, ſic antiquus ſtylus Curiæ Romanæ obſeruat, & interpretatur, qui ius conſtituit. c. ex literis, de conſtitutio. cap. quam graui. de crimine falſo. Quam cognitionem ab illis perceptam magni fecimus, ſicut iamdiu diximus. [k]

29 Facit etiam, quod quemadmodum ipſe Sotus confitetur, vendere, & tradere,

a In repe. c. 1. 14. qu. 3. nu. 13.

b l. de ptio, ff. de pub. in rem action. & c. ſi Romanorum, 19. diſt.

c In Co. de reſtitut. in q. de ſur. reſtitut. fol. 140.

d In 4. diſt. 25. q. 7.

e Arg. ca. ſi Romanorũ 19. diſt.

f c. ſunt nõ nulli. 1. q. 1.

g in ſumm. verb. Simo. & 22. quę. 100. art. 6. ad 6.

h lib. 9. q. 8. art. 1. de iuſtit. & iur.

i extrauag. 2. de ſimo.

k In cap. ſi quando, de reſcript. ex cept. 4. n. 6.

dere, ſtatim beneficium expectato pretio, eſt ſimonia mentalis, & conuentionalis ab vna parte perfecta. Quare eodem modo confiteri debet dare pecunias, & ſtatim ſoluere pro expectato beneficio in tempus, quo vacabit, eſſe ſimoniam mentalem, & conuentionalem ab vna parte perfectam. Et cum in has pœnas incurrit neget, quod beneficium tradatur, ſequitur aſſerendum in alio oppoſitum, non eſſe cationem idoneam dicere S. Thom. aſſerere eſſe ſimoniam beneficium ob futurum miniſterium conferre, & emptionem eſſe emere, & ſtatim ſoluere ob beneficium creditum. Nam etiam idem Sotus fateri debet emptionem eſſe eam, in qua ſtatim ſoluitur pro mercibus, quæ fortaſſis nondum peruenerunt, nec adhuc natæ ſunt. [a] Et tamen ſemper ille negat, qui præſenti ſolutione beneficium poſtea habendum emit, eum prædictas pœnas incurrere. Huic etiam fauet, quod idem Do. Sot. vbi ſupra fatetur, & benè, nullitatem translationis dominii per ſimoniam collati nõ per ius naturale, nec diuinum, ſed per humanum Eccleſiaſticum introduci; & quod idem dicendum eſt de translatione dominii pretij per ſimoniã dati, quic quid ille dicat, iuxta Panorm. in hoc ca. & cap. de hoc, de ſimon. Caiet. [b] Sylu. [c] & communem. Facit, quod pauci conſiderarunt, extrauagantem, quæ iſtas pœnas inducit, eas non contra omnes ſimoniacos inducere, ſed tantum contra eos, qui ſimoniam in ordinibus, aut beneficio committunt; nec etiam contra hos omnes, ſed ſolum contra eos, qui committunt dando, aut accipiendo; ita qđ niſi in ſimonia, quæ ad opus dandi, aut accipiendi peruenit, locum non habeat. Neque Caiet. & Sot. dicere poſſunt, dationem vnius partis ſufficere, quia vterque eorum fatetur non ſufficere, vt ad acceptionem, & traditionem pretij deueniatur. Et cum extrauagans non magis vnum, quam alterum ponderet, neq; etiam datio, acceptioque beneficij ſine datione, & acceptione pretij ſufficiet. Huic auxiliatur, quod qui tale promiſſum facit, cum illud prorſus irritum, & nullius momenti ſit, nihil dare videtur, quamuis per publicum inſtrumentum illud faciat. [d]

a l. nec emptio. ff. de cõtrahe. emp.

b In ſumm. verb. ſimo. & 2. 2. qu. 100. art. 6.

c verb. ſimoniaq. 20.

d Arg. cap. nõ præſtat. de reg. iur. lib. 6.

30 Multofortiora, quam eorũ ſunt quædam alia argumenta profunda quæ magnus quidam Aduocatus Conſiſtorialis propoſuit in grauiſſimo illo Rotæ Romanæ Prætorio, quæ prædictus Caſſad. vbi ſupra refert, & diſſoluit; & multo magis quam illa omnia obſtat vnum, quod nos ſuper eandem extrauagantem iam diu inſinuando protulimus Conimbricę auditoribus noſtris, quò ſe in eius ſolutione inueſtiganda exercerent, quã nunquam inuenerunt, neque ego illis dedi, ſcilicet collocationem beneficij puram abſq; aliqua conditione eſſe debere, neque ſuſpenſum manere poſſe; immo ſtatim aut valet, aut eſt nulla. [e] At ſecundum eorum opinionem non videtur illos negare poſſe, quod ſi hodie daretur beneficium pro centum ducatis in annũ creditis, & poſtea ſoluerentur, collatio beneficij iam inde ab ipſo tpe collationis nulla iudicanda eſſet. Non. n. poteſt eſſe in pendenti, vt ſi non ſoluantur, valeat, ſi ſoluantur, non valeat. Item excõmunicatio non poteſt eſſe in pendenti, cap. ad hæc quoniam, de appell. At ſm eorum opinionem, ex comunicatio lata per præfatam extrauag. eſſet in pendenti, quia ſi ſoluantur illa centum, erũt excõmunicati iam inde a principio, etſi non ſoluantur, nunquam. Vnde conſequenter videtur illos teneri ad fatendũ iam inde ſtatim fuiſſe nullam, & excommunicatum ſtatim ab ipſa beneficij collatione manſiſſe. Poſt tamen diuturnam conſiderationem reſpondi, quod cum ſuſpenſio beneficij, & abrogatio tituli eiuſdem, omnino a iure humano pendeat, de illis ſtatuere poteſt quod magis è republica eſſe viſum fuerit, & conſequenter Papa & ſtylus eius introducere poſſunt abrogationem collationis ipſo iure & cenſuras, vt locum non habeant, quo ad ſimonia completa fuerit; & qñ completa fuerit, pro nulla iam inde a principio datæ, habeatur collatio, in ſupplicũ ſimoniacorum; & ita introductum habent per illam extrauagantem, & eius ſtylum obſeruatum. Pro confirmatione huius ſolutionis facit multum, quod aliquando ius fingit beneficium vacans nõ vacare, [f] & quod quamuis iubeat, vt ſi emphiteuſis ſit Ecc. ipſo iure amittatur, ſi penſio per duos annos non ſoluatur; &

e Arg. c. 2. de elect. & late traditorũ per Fel. in c. cõſtitutus, de reſc.

f cap. ſi tibi conceſſo. de præb. lib. 6.

si est sæcularis, si per tres annos nó solua
a c. potuit, de locat. & leg. 2. C. de iur. emphit. tur,[a] non tamen vult, vt quoad Domin⁹ suam voluntatem declararit se velle eã vacare, pro vacante habeatur; adeo vt si non declararet in vita emphiteutæ, qui a solutione destitit, postea declarare nó poterit. Quare amissio emphiteusis iure incursa est ita in pendenti, quod si dñs proprietarius antequam illam petat, vel declaret se velle petere, moriatur, non censetur amissa, & si petatur sic, & idē si ipse emphiteuta moriatur, antequam ab eo petat, per ea multa, quæ Cassad. adducit. *b In decis. 2 & 3. de locat.* [b] Nam nec etiam successor domini in vita emphiteutæ, si ipse dñs, in cuius vitam emphiteusis commissa incidit antequam moreretur non declarauit, q̄ idem Cassad affirmat. *c In decis. 3 eiusd. tit. de locat.* [c]

31 Facit etiam, & proprius, quod excómunicatio lata ipso iure contra pensionarium in casu non solutionis faciendæ in certo termino. eo lapso non censetur incursa, donec is, cui illa debetur, declaret se velle illam esse incursam; & illo post mensem, & annum declarante, habetur pro excómunicato iam inde a termino lapso, & si antequam declaret moriatur, vel soluatur pensio, vel fiat cócordia, vel pensionarius moriatur, censet nunquam incursa, vt stylus Curiæ habet, & præfatus Cassad. affirmat. *d In di. decis. 2. & 3. de locat.* [d] Itaq; dici potest, quod illa extrauagans inter pretata per stylum Curiæ antiquum Papa scrente seruatum, probat singulariter vt Cassad. ibi, decis. 4. quod nullitas tituli, & excómmun. per illam inducta, sint ita in pendenti, q̄ non ligent, donec ab vtraq; parte cópleatur simonia. Impleta vero ab vtraque, etiam si longè post impleatur ab altera, cēseri eas inductas iam inde a contracta simonia.

32 Non ignoro facilius responderi posse, dicendo nullitatem tituli, & excommunicationem non inde ab ipso tempore datæ tituli incurri, sed a tempore simoniæ ab vtraq; parte perfectæ, nisi cótrariū seruaret stylus antiquus, cui istandū est. Succedit tamen quæstio non minus quotidiana, quam grauis. An incurrat irregularitatem qui celebrat post cópletam ab altera parte simoniam, & ante completam ab altera? In qua videtur idem respondendum, quod de pensionario celebrāte post lapsū termini ad soluendum pensionem sub pœna excomm. latæ sententiæ præstituti. Equidem arbitror eam non incurrere, saltem quo ad forum conscientiæ; tum quia appellans ad declarationem excommun. de cuius valore dubitatur, non incurrit irregularitatem, vt pulchre declarat Fely. [e] tum quia appellans ante excommunic. & hdens appellationi, celebrando non incurrit irregularitatem, etiam si declaretur male appellasse, [f] tum quia, vt ait Pan. in c. pastoralis, §. verum, de appell. & Domin. 8 & Felyn. [h] pœna irregularitatis ponitur ob contemplum, quem præfati vere non habent, nec præsumuntur habere, attento q̄ in casu simoniæ non cópletæ vere non est incursa excommunicatio, & in casu non solutæ pensionis credere potest pensionarius se excusatum iri per impotentiam, vel concordiam, vel bonitatem eius cui debet, quod non volet eum declarare &c. Facit, quod Rota non indicat irregularem eum, qui celebrat post intimationem executorialium, antequā declaretur, vt tradit Fel. [i] quatenus ait Rotam suo tempore iudicasse validā collationem factam ab episcopo excómunicato, eo q̄ non paruerit executorialib. intimatis ante declaratiné, quæ fieri non pōt nisi seruatis quatuor terminis, de quibus ibi per eum.

e In ca. Rodulph⁹. nu. 43. de resc.
f Iuxta gl: pen. cōiter receptā in ca. solet. de sent. excō. lib. 6.
g In d. c. solet.
h In d. cap. Rodulphus
i In c. ad p bandū. n. 6. de re iud.

Videtur etiam nobis non ab re fore, vt S. Papa Paulus IIII. D. N. quē ex animo in Ecclesiæ reformationem incumbere dicunt, hāc materiā amplius declararet, & statueret, vt per simoniam conuentionalem, quæ ad dandum, aut accipiendū spirituale perueniret, incurrere tur. Quoad tñ aliud declaret, oportet nos illud sequi, q̄ verbis prædictæ extrauagantis multū quadrat, & Sedes Apost. tacite & antiquus eius stylus expresse declararunt quoad pœnas, quæ ex eius volūtate, & iure pēdent, quales sunt hæ. De quarum, & oīum aliarum incursione & multo magis a culpis, ob quas illæ incurruntur, precibus B. illius Card. Epi, & Seraphici Doct. S. Bonauent. cuius festū a Sanctissima matre Ecclesia hodie celebratur 18. Calend. Augusti. 1556. nos Deus liberet, & absoluat. Amen.

FINIS.

COMMEN-

COMMENTARIVS RESOLVTORIVS DE FVRTO NOTABILI.

SVPER CAP. FIN. XIIII. QVAEST. VI. ad Quendam Manualis Confeſſariorum locum declarandum.

D. Hieronymus in Epiſtol. ad Titum. Cap. 2.

FVR autem non ſolum in maioribus, ſed in minoribus etiam iudicatur. Non enim quod furto ablatum eſt, ſed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicatione, non idcirco diuerſa ſit fornicatio, ſi mulier ſit pulchra, aut deformis, ancilla, aut ingenua, paupercula, aut opulenta. Sed qualiſcunque illa fuerit, vna eſt fornicatio. Ita in furto quantumcunque quis abſtulerit, furti crimen incurrit.

SVMMARIVM.

1 *Furtum quid, quomodo diuidatur, remittitur. Omnem ſurpationem illicitam, & eius voluntatẽ 7. præceptorũ de non furãdo prohiberi. Magnũ, & paruũ vnius eſſe ſpeciei. n. 2. & ſuo genere mortalia. nu. 5.*

3 *Circunſtantia qualis confitenda, quãtitatis nõ eſſe eiuſmodi, niſi qñ &c. nu. 4.*

5 *Peccatum quod ſuo genere mortale eſt, propter tria tale eſſe deſinit.*

5 *Furtum paruum non eſt mortale, quale ſit tale præſcribat vir prudens, ſicut præſcribet. num. 6.*

6 *Furtum paruum cum voluntate magnũ faciendi, mortale, & alias non, quamuis ſi multum nocuit ex alia conſideratione erit. nu. 7. & etiam ſi magna moleſtia afficit. Quando furto auferre à paupere magnus peccatum, & quando non. nu. 8.*

9 *Furtũ centũ dipondiorũ, & duorũ regalium in aliquo loco pro mortali habetur.*

9 *Furtum parutus, quam duorũ ducatorũ notabile non videtur, ſicuti neque etiam fraus minor, quo actio in ducatur, quod quod periculo ſum videtur. nu. 10.*

10 *Actio negatur damnificato in re, quod eſt peccatum mortale, quamuis ob illud concedi poſſit. nu. 11.*

10 *Excõicatio generalis niſi ob peccatum mortale non ligat, & ob illud ſic, niſi eximatur, & an liget furto aculei. nu. 12.*

11 *Furtũ dimidij regalis, aut viginti dipõdiorũ notabile videtur, & ẽt ſupra octo, & vnius gallinæ, & duodecim ouorum, &c. & quãdo aculei, & acus vnius. n. 12.*

11 *Author cur Salmanticæ iterum doctoratus inſigne accepit, & hoc cap. repetiuit.*

11 *Reges ob gallinas furto ablatas, & minores res milites morti adiudicarunt.*

Ex

EX exemplari S. Hieronymi per Eraſmũ correcto apparet hunc textum, in aliquo eſſe mutatum, ex Verſiculo enim (Quãdo) ſic ait. *Quomodo in fornicatione, & adulterio non idcirco diuerſa ſit fornicatio, ſi pulchra, vel diues, deformis, aut pauper, meretrix, vel adultera ſit. Sed qualiſcunque ſit &c.* Sed quia non ita multum refert, nec ad Gratiani, nec ad noſtrum inſtitutum, eiuſdem literam ſequuti ſumus. In Manuali Confeſſariorum recognitione [a] ad quem locum remiſeramus, [b] in hoc Commentarium reiecimus, explicationem quantitatis requiſitæ, vt furtum peccatum mortale ſit. Poſita igitur furti definitione, & eius in mentale furtum, & reale diuiſione, & alijs rebus ibidem tactis, ſolum hic repetemus quod in Manuali, [c] & in additione cap. Quando, [d] diximus, ſcilicet ſepti mo præcepto de non furando, [e] non ſolum quod a proximo contra ſuam volũtatem clam auferatur, (quod propriè furtum dicitur) prohiberi, ſed etiam quicquid præterea male accipitur, male retinetur, & ad damnum omne, quod malè ei infertur; & conſequenter quod p fraudes, aut vim legum inuſtarum, aut aliã quamlibet rerum alienarum illicitam vſurpationem accipitur, aut retinetur, [f] quin etiam omnem voluntatem deliberatam inuito domino accipiendi, retinendi, nocendi, & illicitè vſurpandi, qa ſicut in Manuali, [g] poſt S. Thomam, [h] diximus peccata cordis, oris, & operis ſunt generis eiuſdẽ, quamuis ſolius cordis non ad reſtituendum, ſicut oris, & operis obligant.

2 Hoc ergo cõſtituto notemus ex hoc capitulo vnius generis, & ſpeciei eſſe magnæ rei, & paruæ furtum. In principio enim ait furem, tam qui parum, quam qui multum furatur, iudicari. Et in fine concludit quantumcunque quis furatus fuerit, furti crimen committere.

Quin etiam in medio cum fine coniuncto melius probatur, in quo effectu dicit, quemadmodum fornicatio cũ pulchra, aut deformi, opulenta, aut paupere, ingenua, aut ancilla vnius, & eiuſdem ſpeciei eſt, ſcilicet ſimplex fornicatio; ſic furtum magnæ, & paruæ rei eſt eiuſdem generis. Et patet (ſicut glo. hic tractat) cæteris paribus grauius peccatum eſſe fornicari cum vna ex prædictis, quã cum alia.

Nec obſtat dicere mentem S. Hieronymi, quæ ex ratione, quã in ca. Marcio. prima quæſtione prima. l. non dubium. C. de legibus, adfert ad ſuam ſententiã confirmandam, in illis verbis. *Non enim quod furto ablatum eſt, ſed mens furantis attenditur*, fuiſſe, ut diceret vſurpationem paruæ rei tunc ſolum eſſe furtum quando voluntas furantis erat multum furari. Hoc inquam non obſtat; quia reſpondetur ex alia ratione, & ſimilitudine, quam de fornicatione adducit, & ex concluſione colligit, eius mentem fuiſſe dicere quod notatum a nobis eſt.

3 Ex hoc ſequitur primum concluſio quędam quotidiana, [i] videlicet circumſtantiam quantitatis peccati, quamuis illud augeat, non mutare ſpeciem, neque regulariter ex veniali facere mortale. Et ideo pœnitens ad illam confitendam communiter non tenetur, & conſequenter, nec ad dicendum ſi furtum erat precij decem, viginti, centum, mille, aut decem millium ducatorum, modo confiteatur quantitatem idoneam ad furtum mortale conſtituendum; quia ſicut San. Hieronym. hic ſignificat, circumſtantia quantitatis in furto, licet peccatum augeat, non tamen eius ſpeciem mutat, neque ex veniali communiter mortale efficit, neque ad omnes circumſtantias cõfitendum tenemur, ſed (ſicut in Manu. [k] definiuimus) illas ſolum, quæ faciunt, vt opera, quorum ſunt, peccata, ſint mortalia; aut quæ ſunt in vna ſpecie mortalia ſint in altera; aut quod vna conſideratione eſt mortale, alia etiam ſit; ſiue opera ab vna ſpecie in aliam transferant, ſiue non, iuxta communem opinionem, quam in d. c. conſideret. à nu. quinto, copioſè tractauimus.

4 Sequitur ſecundum, verum eſſe, quod in eod. Manual. [l] diximus, quòd quamuis laudabile ſit circũſtantias peccatum augentes, illud ex minori grauius reddentes confiteri, tamen opinionem magis communem, & probabiliorem eſſe, id non eſſe neceſſarium; quandoquidem illud incrementum non eſt cauſa, vt veniale fiat mortale, aut alterius ſpeciei, aut per aliam conſiderationem. [m] Quod tamen locum non habet in ea, quæ

a Capi. 27. nu. 9. *b In eodem cap. 17.* *c Capi. 17. nu. 2.* *d De cõſec. diſt. 1. nu. 231.* *e Exod. 20.* *f C. ap. pœna. ſup. eod. q. 5* *g Capi. 11. nu. 9. & in d. addition. nu. 233. & in c. fi. de ſi mon. nu. 7.* *h 1. 2. q. 72. art. 7.* *i Quam in princ. c. conſideret, de pœn. diſt. 5. probauim[us], & in Man. c. 6. num. 7. poſuimus.* *k C. 6. n. 3.* *l Dict. c. 6. nu. 7.* *m Sicut coniecimus probatum in prim. d. c. cõſideret, n. 5. & ſeq.*

quæ peccatum auget, & facit vt ob illud ad reſeruata pertineat, ſaltem perconſti tutionem ſynodalem, quæ interdum ali qua furta, aut damna ſupra certam quã titatem reſeruat; aut addit vt abſolutio, aut reſtitutio certo modo fiat & in sa; q facit, vt excommunicatio Papæ ei anne xa ſit; vt per aliquas excommunicatio nis literas excommunicantur qui ad cer tam quantitatem furati fuerint, & non alij quamuis in eo mortaliter peccant.

5 Sequitur tertium, omne furtum magnum, & paruum ex ſuo genere, & ſpecie eſſe mortale, quia magnitudo, & par uitas furti ſpeciem non mutat, & cõſtat rerum magnarum furta eſſe mortalia, [a] ergo etiam ex ſuo genere paruarũ erũt. Sed quia in omni materia peccati mortalis tria à culpa mortali eximũt, ſcilicet paruitas indeliberatio, & defectus iudicij idonei ad mortaliter peccandum. [b] Sic in hac materia furti paruitas, aut eius exiguitas facit, vt mortale non ſit, iu xta S. Thom. [c] Antonin. [d] & Adrian. [e] communiter receptos.

Quia tamen non eſt definitum, neq; iure naturali diuino, aut humano, quæ ſit quantitas neceſſaria, vt furtum aliq, damnum, aut retentio aliqua, aut alicuius rei vſurpatio peccatum mortale effi ciatur, communiter tenetur, & rectiſſime, eſſe quantitatem notabilem, & qualis hæc ſit, boni viri arbitrio relinqtur, quoniam quæ indefinita ſunt relinquun tur a lege. [f]

6 Magnam tamen moleſtiam nonnulli confeſſarij nobis exhibent, interrogãtes qualis quantitas ſit notabilis cenſenda, aut quam nos talem arbitraremur, oblata nobis queſtione, ſicut vna ſæpius nobis oblata fuit, & eo moleſtius in nobis factum eſt, quò plures exiſtimarunt D. Sotum [g] definiuiſſe, eam eſſe duorũ, aut trium ducatorum, qñ magna eius, a quo accipitur, vel detinetur furto paup tas non perſuadebit aliam minorem ad id ſatis eſſe; qui tamẽ noſtro iudicio hoc non aſſerit, quamuis in exemplum addu cat. Pro deciſione igitur eius, q huc remiſſum fuit in Manuali, dicimus primo, q qui parum furatur, volens multum furari, mortaliter peccat, ſicut S. Hierony. hic ſentit; quia voluntas faciendi, & ipſum factum eiuſdem ſunt malitiæ, iuxta Sanctum Tho. receptum. [h]

7 Secundo, qui rem aliquam paruulã furatur citra voluntatem aliam maiorẽ furandi, neque ob illud maius damnum proximo faciendo, quam paruula illa res valet, furtum mortalem non commit tit, ſi probabili cum ratione credit, q ſi dominus ſciret, ei placiturum, neq; etiã, licet ſciret moleſte id laturum, ſi ei denunciaretur, neque daturum fuiſſe, ſicut Caiet. [i] quamuis S. Tho. de hac re aliquã tum obſcure loquatur. [k]

Tertio, qui furatur paruulam aliquã rem, veluti ſpiculum a ſutore, aut acum a ſartore, propter quod, & quia alia ſpicula non habet, neque acus, a labore ceſſat, furtum mortale non committit quãuis ex eo notabile damnum in dominũ redundet, ſicut in noua editione Manu. [l] inſinuamus, licet contrariũ ſentiat Syl. [m] cum quo conſentit Sotus. [n]

Primum quia rem ñotabilem non furatur 2. quia qui paruam illam rem furatur, quamuis ob eam damnum decẽ ducatorum inferret, non tamen duplo aut quadruplo illius damni condemnaret, ſed duplo, aut quadruplo rei illius paruæ furto ſubtractæ, quatenus eſſet furtum manifeſtum, aut non manifeſtũ. [o]

Quarto dicimus, q actus ille accipiendi paruam illam rem eſſet mortalis, ſi q ſurripit, ſciret, aut ſcire, aut credere dẽret ex furto illo paruulo illud damnum notabile domino ſequuturum eſſe, non quia furtum, aut voluntas illam rem furandi mortale ſit, ſed quia damni notabilis cauſam dat, [p] quæ diuerſæ ſunt res, q ex diuerſitate titulorum de furtis, & de iniurijs facilè colligitur.

8 Quinto, idem dicendum eſſe de eo, qui paruulam rem furatur, credens ex eo dominum magnam moleſtiam, & perturbationem notabilem accepturum; quemadmodum ego ſcio quendam furatum eſſe ſuo hero diuiti magnũ quoddam malum cydonium, q in ſuo horto ille habebat, & magni æſtimabat ad oſtendendum amicis, & monuerat ſuos famulos notabili eos moleſtia ipſum affecturos (ſicut poſtea affectus fuit) ſi illud furarentur. Dico ergo illum furtum notabile non commiſiſſe, quamuis ob moleſtiam notabilem, quam attulit, mortaliter peccare potuiſſet; ſi quidem credebat,

a Ca. fures, cũ tribus ſq. de fur.

b Vt dicim⁹ in Manu. c. 11. nu. 4.

c 2.2. q. 56. art. 6.

d 9. p. tit. 4. c. 5. §. 7. & 8.

e Quodlib. 8. pag. 11.

f Arbit. boni viri sũt definienda, l. 1. ff. de iur. delibe. & c. de cauſis. de offic. de leg.

g Lib. 5. q. 2 ar. 3. de iuſ. & iur.

h 1.2. q. 20. art. 2.

i 2.2. q. 66. art. 6.

k In d. ar. 6

l C. 17. n. 3.

m Ver. Fur.

n Lib. 6. q. 2 ar. 3. de iuſti. & iur.

o §. In duplum, & §. quadrupli. Inſtitu. de actio.

p Arg. c. fi. de iniur. l. qui occidit. ff. ad l. Aq.

bat, aut credere debebat illam moleſtiã capturum fuiſſe.

Sexto, quod ex duobus his dictis ſequitur cauſa, cur qui rem aliquam paruam pauperi aufert, mortaliter peccat, & opulento, qui ſimilem aufert non erit peccatum mortale, & cauſa eſt non quia vnus furtum mortale commiſit, & alius non; ſed quia vnus eſt cauſa notabilis moleſtiæ, & fortaſſis afflictionis corporalis, famis, ſitis, caloris, aut frigoris, & alius nõ; aut quia vnus debet credere eum a quo accipit, non æquè laturum & alius non.

Septimo, q̃ ex hoc textu ſequitur, eũ qui parum, aut multum accipit iure credens eius dñm benè accepturum, non peccare, quia non furatur. [a] Nec conſequenter qui aliquid accipit, q̃ iuxta ſuã quantitatem & qualitatem perſonæ accipientis, & a quæ accipitur, credendum eſt non male acceptum iri; quia non furatur, neq; cuiquam contra ſuam voluntatem nocet. & ideo non facit iniuriam, neq; dolum [b] quamuis fortaſſis decipiatur, credens dominum bene acceptur̃, quatenus tamen ipſe iure crediderit bene accipere, non peccat. Diximus, iure, quia ſi temere crederet, peccaret. [c]

Octauo, q̃ ſublatis coniecturis dãni, moleſtiæ, & afflictionis corporalis, aut ſpiritualis, quæ ex furto ſequi poteſt, & ſublata coniectura, q̃ rei acceptæ dñs bene ſit acceptur̃us, & ſublata volũtate plura furandi, ſi poſſet, non eſt diſcrimen in eo, q̃ ab vno potius q̃ ab alio res accipiatur: & ideo neceſſario definiendum eſt, an ſit abſolutè aliqua quãtitas, cuius furtum peccatum mortale ſit, & alterius minoris non.

9 Nono, q̃ licet in aliquibus epiſcopatibus per conſtitutiones ſynodales declaratum ſit ne literæ excommunicationis concedantur pro re, quæ minoris centũ dipondijs valeat; & in alijs, ne dentur pro re, quæ minoris duobus regalibus valeat, non tamen idcirco definitum eſt illam eſſe quantitatem neceſſariam, per quam furtum, aut damnum peccatum mortale conſtituatur: ſi quidem quamuis poſſit, nec debeat, niſi pro peccato mortali excommunicatio ferri, [d] ſicut dicimus in Manuali. [e] Non tamen eſt neceſſarium eam pro vnoquoque peccato mortali concedi, & ſic interpretari poſſunt, quod quamuis pro minori quantitate quam duorum regalium, aut centũ dipõdiorum mortaliter peccetur, nemo tamen pro minori excommunicetur.

Decimo, aliquos ex d. D. Soti. [f] ſup. re lato colligere ſummã duorum, aut triũ ducatorum non eſſe in ſe eiuſmodi ſine conſideratione perſonæ cui furtum fit. Pro quibus facit primo, qa actio de dolo non datur pp dolum factum in re, quæ pluris duobus ducatis non æſtimetur. [g] Secundo, q̃ Matthæus Mathefilaus [h] dixit rem q̃ duob. ducatis non valet, vilem eſſe; & ideo neminẽ pro eo, q̃ pluris non valet furem noctu interficere poſſe, quãuis realiter enm interficere licitum ſit. [i] Tertio, q̃ laterna res parua, & vilis vr̃, quo manus eam tibi auferenti auferas, quamuis reliquere nolit. [k] Quarto, q̃ ratioui ſatis conſentaneum videtur Regi, aut prædiuiti alicui alteri vnum ducatũ auferre, non eſſe peccatum mortale.

10 Vndecimo, nobis videri nec D.D. Sotum iſtud dicere voluiſſe, neq; verum eſſe; tum qa S. Th. [l] a culpa mortali non eximit furtum, niſi quando eſt de re minima, & tenuiſſima. Nemini aũt talẽ eſſe ducatum in ſe conſideratum in hac regione videbitur: tum qa ſanctiſſimo illi, & doctiſſimo viro cum omni moderõne illud verb. excidit, dicendo furtum de ae minima non eſſe mortale, quo ſignificauit non habere illud locum, q̃n rem minimam auferens dño in illa re minima contra ſuam voluntatem nocere vult, q̃uis Caiet. magno conatu, & recte noſtro iudicio, eius ſententiam ad contrarium affirmandum pertrahat. Non obſtant in contrarium citata, non primum, quia aliud eſt denegare actionem doli contra eum, qui in minori re, q̃ duorum ducatorum decipit, & aliud dicere non peccare mortaliter qui in minori decipit; quia lex actionem denegat contra emptorẽ, & venditorem, qui pluſq̃ in dimidio iuſti precij decipit. [m] Nõ tn ideo illi mortaliter peccare omittunt, iux doctrinam D. Th. [n] Non obſtat ſm, quia Matth. Mathefil. ſui dicti neceſſariam probationem adfert; & licet adferret, non obſtaret; ſi quidem male ſequitur. Hic in iſto caſu interfici non põt (præſertim authoritate priuata) ergo mortaliter non peccat. Prẽterea multa ſunt peccata mortalia, in q̃

lex

a Leg. inter oẽs. §. recte. de furt.

b Scienti, et conſentiẽti, de reg. iur. lib. 6.

c Per eundẽ §. recte. d. l. inter oẽs. ff. de furt.

d Ca. nemo & c. nullus 22. q. 3.

e Capi. 17. nu. 9.

f Lib. 5. q. 2. ar. 3. de iuſti. & iur.

g L. ſi oleũ. & l. ſeq. ff. de dolo.

h Not. 135.

i Exod. 22. l. furem. ff. ad l. Corne. de ſicar. c. ſi perfodiens, de homic.

k L. ſi explagis. §. Tabernari. ff. ad l. Aquil.

l 2. 2. q. 66. art. 6. ad 3.

m L. 2. C. de reſcind. ven dit. & c. cũ dilecti. de empt.

n 22. q. 77. art. 7.

lex humana non aĩaduertit &aĩaduertit diuina, [a] tum quia in aliquibus Epatib⁹ cautum eſt ex conſilio virorum doctorũ & prudentum, vt literę excõicationis ꝓ furto centum dipondiorum, & duorũ re galium, (quæ hic ſunt 68. dipondia) con cedantur, & ſicuti in Manua. diximus, [b] poſt Palud. [c] pro quo ſunt cap nullus. & ca. nemo. [d] quod & alibi, [e] extendimus, excommunicatio maior generalis niſi ob peccatum mortale non ligat.

11 Duodecimo, ꝙ (ſalua meliori ſenten tia) mecũ confitentem, aut me conſulen tem monerem de his rebus. De prima, vt pro notabili quantitate hẽret, quoad eſſectum, vt ablatio, aut retentio morta lis ſit, ſummam centum dipondiorũ, ſeu mara petinorum, quin & quinquaginta, & triginta, & viginti, & vt pro tali nõ ha beret minorem octo dipondijs in hac re gione, neque in ꝑlia, quæ pecunia æque, ac hæc ãbundaret; q̃uis ſupra tria dipon dia reſtituere iuberem. De ſcda, ꝙ ma gis me mouet ad dicendum etiam ſum mam ſupra octo eſſe notabilem, licet nõ condemnarem pœnitentem aliquantum doctum, qui contrarium approbaret. De tertia, ꝙ pro tali hẽret vnum hædum, ca ponem, & ẽt vnam gallinam mediocrẽ, ẽt in regione, vbi illa viginti dipondijs non valeret, neq; dimidio regali; ẽt duo decim ouorum ablationem; & idem dice rem de mediolo tritici, & quarta cantha ri vini; tum quia vnaqueque iſtarũ rerũ, ſaltem communiter; & iuxta maiorẽ par tem plus q̃ minima hẽtur; tum quia in repetitione, q̃ de hoc eodem c. nihil iſta rum rerum attingẽtes fecimus in ſecun da petitione doctoratus ĩ hac celeberri ma Salmantina Academia (quæ cum ob ſuam celſitudinem, & authoritatem alia rum Academiarum doctores ſuorũ nu mero adſcribere in iuribus non ſoleat, in eorundem nos numerum referre no luit, licet nos ſummo cũ honore cathe dra Decreti donaſſet) q̃uis defenderim⁹ [f] non eſſe concedendam actionem furti nec aliam ꝓp ablationem, aut retentio nem tam exiguæ rei, q̃ ad conſtituendã mortalem iniuſtitiam inſufficiens ſit, aſ ſeruim⁹ tñ ꝓp furtũ, aut receptionẽ, aut retẽtionẽ vnius gallinæ dari poſſe; ꝙ nu bis irrefragabiliter ꝓbat, [g] tũ qa multos viros prudentes audiuimus laudare quẽ dam Regẽ Chriſtianũ, ꝙ duos milites, q̃ in ſuis caſtris duas gallinas furati erant, laqueo ſuſpẽdiſſet, & aliũ Regẽ infidelẽ, q̃ ob res illis minores, ĩ ſuos milites mor te aĩaduertebat. Quãquã rñderi poſſet leges belli, & neceſſitatẽ exercitui ſub miniſtrãdi cõmeatus, hãc ſeueritatẽ effi cere. Verũ replicari ẽt poſſet manſuetu dinẽ Chriſtianã repugnare videri legi. b⁹, vt ꝓp rem, quæ non eſt peccatũ mor tale, nec cenſetur, vita alicui eripiatur, ſicuti in Mann. [h] tactum fuit.

12 De quarta dicerẽ furari rẽ minoris quãtitatis eſſe pctũ mortale. qñ ꝓ eã dã nũ æqualis, aut maioris quãtitatis, q̃ ꝑdi ctarũ inferr̃; veluti furtũ vnius acus, aut vnius ſpiculi, aut alterius inſtrumẽti, ob cuius inopiã ſartor, ſutor, aut alius arti fex tãtũdẽ dãni accipit, ſeu lucri amittit quãtũ ſunt ꝑdictæ quãtitates. Notãdum tñ eſt, ꝙ ſi darẽt excõicatio ꝓp ſolũ fur tũ, neq; alia dãna cõprehẽderet, q̃ eiuſ modi furtũ cõmiſiſſet, excõicat nõ eſſet. Quia vt ſupradiximus aliud eſt furtum inſtri tam parui ꝑcij, & aliud damnũ, ꝙ eius ablatione, aut retẽtione fit, qa ſi du plo, aut quadruplo furti condẽnarẽt̃, ꝓ ut manifeſtũ, aut non manifeſtũ eſſet, nõ damnum, ſed ſolum ꝑcium inſtri ſurre pti duplicaretur, vel quadruplicarẽt̃, iu xta oĩum ſententiam, [i] vt ſup. dictũ eſt.

De quinta dicerem excommunicatio nem generaleam contra eos, qui furantur aut male ablatum non reſtituunt com prehendere omnes iniuſtẽ auferentes, aut retinentes tantam quantitatem, quã ta ad peccandum mortaliter ſatis eſt, quia ſolum verbis, & mente proferentis compræhendũtur, quæ eſt animas à pec cato mortali ab ducere, & ne in illud ꝓ labantur cauere, [k] niſi per viam conſti tutionis excommunicantis, aut aliam viam excipiantur, qui ad aliam certam vſque quantitatem maiorem non aufe runt. Si enim excipiuntur, non compræ hendentur, quia excommunicatio non ligat niſi quos, & quot qui excommuni cat, aut qui eam petit, vult, ſicut in Man nual. [l] diximus de eo, qui multa exigua ſæpe ſuo hero aufert, aut alij, aut multis aufert. [m]

FINIS.

COMMEN-

a C. deniq; 4. diſt. D. Th. 12. q. 96 art. 2.

b C. 27. n. 9.

c In 4. diſt. 18. q. 1. artic. 2.

d 11. q. 4.

e In c. inter verba. eod. cauſ. & q. nu. 480.

f In cap. fi. 14. q. 4.

g §. gallina rũ. inſtit. de rer. diuiſ.

h In ca. 23. num. 60. & ſeq.

i In d. §. duplum. & §. quadrupli. inſtitut. de action.

k Arg. c. 1. de ſent. exc. lib. 6. & c. 2 de conſt. eo. lib.

l c. 27. n. 11 & in Manua. c. 17. nu. 139. & 140. dictũ eſt.

COMMENTARIVS RESOLVTORIVS D. NAVARRI.

De neceſſitate defendendi proximum ab iniuria, & a morte ſpirituali, & corporali, ſuper Capit. Non in inferenda. 23. q. 3. ad certa Manua. Confeſſariorum loca declaranda, à multis expetitus. 23. quæſt. 3.

D. Ambroſ. de officijs. Cap. 36.

NON in inferenda, ſed in depellenda iniuria lex virtutis eſt. Qui enim non repellit à ſocio iniuriam ſi poteſt, tam eſt in vitio, quàm ille, qui facit. Vnde S. Moyſes Exod. 2. hinc orſus eſt teſtamenta bellicæ fortitudinis. Nam cum vidiſſet Hebræum ab Aegyptio iniuriam accipientem, defendit, ita vt Aegyptium proſterneret, atque in arena abſconderet. Salomon quoque ait Prouerb. 24. Eripe eum, qui ducitur ad mortem.

SVMMARIVM.

1 *Cap. hoc non in inferenda, in tribus locis correctum.*
2 *Fortitudo, robur, magnitudo eſt, iniurias depellere, imbecillitas inferre.*
2 *Vis, et robur virtus dicitur, et cur omnis conſuetudo optima virtus dicatur.*
3 *Deus peccare non poteſt, poſſe peccare, non eſt, poſſe, de illo ſe iactare imbecillitas.*

HVIVS cap. exemplar eſt in capit. 36. lib. de officijs S. Ambroſij, cuius exemplari per quēdam emēdato tres in eo errores correximus, quos in multis impreſſionibus habet, & etiam in ea, quæ Lugduni pro emendatiſſima facta eſt ſine literis rubris. Primus eſt in principio, vbi loco, *Non in inferenda*, dicit *Non inferenda*. Secundus vbi locus *bellicæ*, habet *imbecillis*. Tertius vbi poſt illud verbum, *fortitudinis*, eſt adiectū verbum, *repellere*, ſuperuacaneum.

2 Colligitur ex eo primum; ex illa particula, *virtutis*, concluſio quædam digniſſima, quæ in memoria cuiuſque Principis, & magnanimi viri inſideat, ſcilicet imbecillitatem eſſe, & non fortitudinem iniuriam inferre. Imbecillitas enim, & fortitudo

fortitudo contrariæ ſunt; & quia dicit S.Ambroſius hic, legem fortitudinis eſſe eam depellere, & impedire, lex ergo erit imbecillitatis eam accerſere, & inferre; nam quod oppoſitum in oppoſito, id operatur propoſitum in propoſito, [a] & S. Ambroſium per illud verbum *virtutis*, fortitudinem intelligere colligitur tum ex eo, quod in ſermone Latino fuit apprimè doctus, tum quod hæc ſit propria eius ſignificatio, iuxta illud Cicer. [b] Omnia ſumma conſequutus es virtute duce, comite fortuna. Tum quia tractans de virtute fortitudinis, hoc dicit. [c] Quamuis ex eo, quod aliqua uis, & conatus ponatur in acquirendis, conſeruandiſque bonis moribus, & habitibus animi, hi omnes virtutes appellantur apud Ariſt. [d] Aug. [e] & S.Thom. [f] quemadmodum omnes mali mores, & habitus ecôtra imbecillitates, ægritudines; ignorantiæ nominantur. [g] Vnde ſequitur diſcerni facile poſſe quam imbecilla ſit opinio, in qua ſunt aliqui Reges domini, & alij inſignes viri quibus non videtur ſe quidpiam poſſe in prouincijs, in quibus regnant, dominantur, aut viuunt, ex eo, quòd ea, quæ cum iuſtitia rationeq; ſunt coniuncta, poſſunt, ſi id omne, quod cum ratione, & iuſtitia pugnat, obtinere non poſſunt.

3 Quamobrem multis rationib. dant operam, vt adeo potentes habeantur, vt quicquid volunt efficiāt, ſiue ſit iuſtum ſiue iniuſtum; voluntque, vt ſibi in omnibus, quæ cupiunt, obediatur, ſeruiatur moſque geratur; neque conſiderant virtutem, & magnitudinem (ſicut S. Amb. hic dicit) non in facienda iniuria, ſed in eadem propulſanda conſiſtere. Neque enim illud Iul. Cæſaris aduertunt. Quantoquiſque in maiori dignitate ſit, eo minorem mali faciendi licentiam habere, apud Saluſt. in Catilinam. Non conſiderant iniuriam inferre poſſe, non eſſe poſſe, ſed huius defectum, ſicut dicit S. Auguſt. & ideo Deus, qui omnia poteſt, hoc non poteſt, parag. fin. de pæn. diſt. ſecūd. Non conſiderant magnitudinis eſſe condonare, & iniuriarum obliuiſci; abiectionem eam inferre, & paruitatem vlciſci. Quare Titus Imperat. ſtatuit ne qui Imperatori maledicerent, punirentur. [h] Obliuiſcunt eius, quòd S. Mater Eccleſia quotidiè nobis ante oculos ponit, ſcilicet illam ſupercæleſtem, & infinitā fortitudinem Dei D. N. Ieſu Chriſti, qui neminem vnquam iniuria affecit; & centum mille pertulit. [i]

Qui peccatum non fecit, nec inuētus eſt dolus in ore eius; qui cum malediceretur, non maledicebat. Neque vident quod præ oculis omnes habēt, eos in ſtatu damnationis æternæ manere, neque abſolui poſſe, quouſque ſtatuant numquam ſe in eam voluntatem ituros, vt ſibi in re mortifere iniurioſa, aut iniuſta obediatur, ſeruiatur, geraturque mos. [k] Omnium precibus proſequenda vox eorum, qui dicunt. Deus ab iniuria inferēda me tueatur, & pro illata iuſtam patiētiam impertiat. Dira contra, & execrabilia facinora eorum, qui ſe iactant, neminem mortalium ſibi vnquam quidpiā feciſſe, quod impunitum reliquerint, ſi intelligant (ſicut multi) de priuata vindicta, cum ſit peccatum mortiferū, quia eſt contra illud Apoſt. [l] Non voſmetipſos defendentes, id eſt vlciſcentes. [m]

4 *Iniuriam qui a proximo non depellit peccat, & conſentire peccato alterius præſumitur, licet non ſit perſonæ. nume. 5. quamuis non conſentiant, & cur. nu. 20.*

6 *Lex ceſſat ceſſante eius ratione.*

7 *Lex cuius virtutis alterius defenſionem præſcribat.*

6 *Voluntas eſt libera, a velle cogitur, omnia velle, & non velle poteſt.*

7 *Fortitudinis virtus in quo verſetur, & melius. nu. 21.*

7 *Iuſtitia diſtributiua, & commutatiua, decem præcepta leges ſunt iuſtitiæ.*

8 *Lex charitatis, & ratio obligat, & quādo ad defenſionem, & ad opera miſericordiæ.*

9 *Conſentit qui in peccato, peccat. Omnis conſenſus peccati talis eſt, quale eſt peccatum.*

9 *Defendere an quis ſub pœna peccati teneatur, etiam cum ſuo damno, & nume. 10.*

11 *Defenſionem ob alienam quis cur aliquid accipere poſſit. quamuis ad illam teneatur.*

12 *Defenſio an debeatur ob charitatem cum detrimento honoris, & facultatum,*

a L. & ſi cō tra iabul. ff. de vulg. c. ſciendum. 8. q. 1.

b Ad Plāc. lib. 10.

c Qſt eod. c. 36. de offic. conſtat.

d 2 Eth. e Lib. 2. de li ber. arbitr.

f 1. 2. q. 55. per totam.

g Pſal. 6. ad Rom. 7. §. 1. 15. q. 1. & Pſal. 102. ibi. Qui propitiatur omnibus iniquitatib. tuis, quia ſanat oēs infirmitates tuas. & Pſa. 24. ibi. Ignorantias meas ne memineris.

h L. 1. C. ſi quis Imper. maled.

i 1. Pet. 2.

k C. legatur 24. q. 2. & c. peccati Ge nia. de reg. iur. lib. 6.

l Ad Ro. 12

m Sup. ead. q. 1. & infr. ead. q. 8. & Tho. 2. 2. q. 108. arti. 1.

tum, & quid poſſumus recuperare.

13 *Condemnatum redimere pecunia, an debeamus, qui per illam redimi poteſt & an cum ſcandalo quis ad defenſionem ex iuſtitia teneatur.* & 14. & *cur nu.* 15.

14 *Defenſionem debitam qui fugit conſentire, quamuis non conſentiat, præſumitur, niſi quando non poteſt ſine damno, cum illati nibus.nu.* 15.

15 *Legem, qui tranſgreditur, contemnere videtur, ſi non ſit cauſa ſaltem iuſta.*

16 *Defenſionem prætermittens ſine conſenſu, & etiam cum conſenſu, auxilium differt.*

16 *Præcepta decalogi ſunt iuſtitiæ, nõ quæ ad ea rediguntur.*

16 *Reſtitutio ex charitate non præſtita, ſed ſic ex non præſtita iuſtitia.*

17 *Defenſio prætermiſſa cum offenſæ delectatione non inducit fauoris præſumptionem, neque pœnam in foro exterio ri, neque cenſuram, neque irregularitatem incurrere facit, niſi quatuor rebus concurrentibus.nu.* 18.

18 *Intellectus ſingularis, cap. Quantæ, de ſent.excommunic.*

19 *Innocentius magnus Papa, & magnus Doctor, capitu. quantæ, de ſentent. excommunicat. male intellectum declarauit.*

SEcunda concluſio, quæ ex hoc textu colligitur, eſt, peccare qui à proximo iniuriam non propulſat. Quam excellẽs ille, & vnus de quatuor principibus Eccleſiæ doctoribus (de quibus in c. de reliq. & venerat. ſanct. lib ſexto.) S. Ambroſius non magna ſua authoritate hic perſuadere, ſed etiam philoſophica ratione probare voluit, exemplo Moyſis,[a] & authoritate Salomonis.[b] Ratio digna eſt (vt dictum eſt ſupra,[c]) quæ in omniũ memoria inhæreat, qui fortes haberi volunt, ſcilicet a lege fortitudinis, & virtutis illud iuberi, qui non contentus ſe dixiſſe illum peccare, adijcit illa verba, *Tam eſt in vitio, quam ille, qui facit*, quib. ſignificat, quod qui non propulſat, nõ ſolum peccat, ſed quod etiam tam peccat, quam qui eam facit. Confirmat hanc concluſionem magnus ille noſter pater S. Auguſt. quem S. Ambroſ. baptizauit, dicens.[d] *Qui propellere iniuriam poteſt, & non propellit, eidem conſentit, & omnis conſenſus, & auxilium peccati, peccatum.*[e] & Papa Eleutherius, & alij dixerunt.[f] qđ non ſolum conſentit, ſed quod etiam faciũt qui ieiuriam non depellit, quin Innocen. III. cap. quantæ. de ſent. excom. videtur dicere, quod excommunicationem maiorem incurrit, ſi percuſſus, quẽ defendere potuiſſet, clericus erat & Alexand. III. quod qui poteſt & non defendit interficere volentibus interficit, cap. ſicut dignum, §. ille etiam qui de homicid. Cui conſentit Symmachus,[g] & alij in alijs, cap. eiuſdem diſt. Et idem S. Ambroſius dicebat,[h] quod qui morienti fame, cibo non ſuccurrit, eum enecat, & crudelem appellat S. Auguſt. eum, qui cum poteſt, non extrahit, etiam per vim eum qui eſt in labente domo.[i]

Confirmantur hæc omnia conſideratum, multo maius damnum eſſe iniuriã, & detrimentum perſonæ, quam facultatum, l. in ſeruorum. ff. de pœn. & nos teneri ad propulſanda damna a facultatibus proximorum,[k] in ſacra Script, præcipitur, vt qui bouem perditum proximi, etiam inimici ſui, offendit, ad eũ reducat, & qui aſinum procumbentem oneri viderit, ſubleuet, aut ad ſubleuandum iuuet, etiam idem de qualibet re proximi amiſſa faciendum ſignificat prę dictum cap. 23. & glorioſus S. Hieronymus dixit, cap. qui cum fure. de furt. qđ qui de furto ſcit, & domino illud quærenti illud non dicit, peccat. & S. Tho.[l] quem[m] ſequuti ſumus, definit, quod qui ſcit damnum aliquod iniuſtum alteri cõ ſequuturum, ſi ſuum teſtimonium non dicat, ineundam ab eo eſſe rationẽ quomodo illud a ſe dicatur, quamuis ad illud non compellatur, per illud Apoſtoli.[n] Digni ſunt morte non ſolum qui faciũt, ſed etiam qui conſentit. ſuper quod dicit gloſ. ſuper illud capit. pri. *Conſentire eſt tacere cum poſſis redarguere.* Deniq; facit, quia tenebor ad dicendum mala perſonæ, honoris, & facultatum, quæ in perniciem reipublic. aut alterius cuiuſlibet particularis parantur, ſicut extendendo ad clericos, & eos, qui ſecretum ſeruandum iurarunt, vt diximus in multis locis, in Manual.[o]

6 Contra hanc tamen concluſionem

hæc

a Exod. 2. *b Prou. 24.* *c Num. 2.*

d In c. fi. iſſ. ea. cau. & quæſt. *e Ad Ro. 1. Tho. 1. 2. qu. 74. ar. 8. & 22. q. 145. art. 4.* *f Ca. negligere. 2. q. 7. c. qui poteſt inſ. ea. c. 2. de hæret. c. dilecto. de ſent. excom. lib. 6.* *g §. 7. 83. diſt.* *h C. 2. paſce. 86. di. l. necare. ff. de lib. agnos.* *i Capi. ipſa pietatis, inſ. ead. q. 4.* *k Exod. 23. & Deu. 22* *l 2. 2. q. 70. art. 1.* *m In c. iter verb. 11. q. 3. n. 713. et m Man. ca. 15, n. 16. et 17. & c. 18 nu. 55.* *n Ad Ro. 1. c. 1. de offic. deleg. c. notum 2. q. 1.* *o Ca. 28. n. 51. & c. 25, n. 16. & 17 & latius in c. ſacerd. n. 14. & ſeq. de pæn. di. 6 & in repet. c. int. verba 11. qu. 3. a nu. 662.*

hæc dubia ſe offerunt. Primum, quia ceſſante ratione principali, & expreſſa alicuius legis, & ipſa ceſſat l. adigere. §. quãuis, ff. de iur. patron. cap. cum ceſſante. de app. At rõ principalis, & expreſſa in omnibus fere textibus, quorum fulcris inniti tur hæc concluſio eſt, quia qui cũ pót, non propulſat, iniuriæ conſentire, & fauere videtur. Quæ ratio ceſſat in eo, qui coram Deo non conſentit, nec iniuriam inferri vult, immo moleſte fert, aut ſaltẽ illi non placet, q̃uis per negligentiã, pudorem, metum, aut aliam aliquam cauſam eam non depellat. Quod fieri poſſe nemo inficiabitur, ſi confiteatur (ſicut ſub pœna hæreſis tenetur) liberum arbi

a C. ſi enim de pæn. diſ. 2. uerſi. libe vi. n. arbitrij nos cõdidit Deus 21. c. non eſt 15. q. 1. Gen. 4. ſed ſub te erit appetitus eius 5. peccati, & tu dominaberis illius. c. diſplicet tibi. 23. q. 4

trium,[a] & voluntatem a nullo cogi poſſe.[b] (Poſuit Deus hominem in manu cõ filij.) Vbi gl. pri. (in libertate arbitrij,) & adeo liberam, vt quodlibet obiectum a ſenſibus, vel intellectu propoſitum, poſſit illud velle, aut nolle, & deducitur ex illis pulchris dictis Auguſtini,[c] *eius eſt nolle, cuius eſt velle, aut neque velle, neque non velle, & ſuum actum ſuſpendere*, quod a ſcholaſticis dicitur non velle putare negatiuum: ergo qui non conſentit, licet non defendat, non peccat.

b D. Tho. 1. par. q. 83. art. 1. ad 3. iuxta illud eccl. 15. c In §. pri. 15. q. 1.

Secundum, quia ad id nos teneri exiſtimare non debemus, ad quod nulla lege obſtringimur. c. conſuluiſti, ſecund. q: quinta, c. ſecund. de tranſlat. præla. l. illã, C. de colla. At nulla lex videtur eſſe, quę ad id nos obliget, quia lex fortitudinis, quam hic S. Ambroſ. adducit, ad nimias audacias, nimioſque timores refrænandum nos obligat, quo mortis, & aliorum magnorum incommodorum rerum temporariarum pericula contra rectam rationem non aggrediamur, aut omittamus.[d] Et contingere poteſt, vt aliquis eius, qui offendere vult, defenſionem præ termittat abſque metu, ob negligentiã, malitiam, pudorem, aut alias cauſas ad paſſiones non pertinentes, quas virtus fortitudinis gubernat.

d Ariſt. 2. & 4. Ethic. Tho. 2. 2. q. 123. art. 3.

Tertium, quia neque etiam lege iuſtitiæ ad id tenemur partim quia iuſtitia diſtributiua in hoc non verſatur, cum in eo de re communi particularibus diſtribuenda non agatur, de qua vterq; Tho.[e] Neque commutatiuæ, cum in eo de cõmutatione rerum cum alijs non agatur de qua vterque Th. vbi ſup. Partim quia aliquo præcepto decalogi id iuberi non videtur, & ideo eius tranſgreſſio ad reſtitutionem non obligat, ſicut dicimus in Manual.[f] ſequuti Alex. Halenſ. communiter receptum.[g]

e 2. 2. q. 61. art. 1. & 2.

8 Quartum, quia neque aliqua charitatis lex diligendi proximum ſicut noſmetipſos ad id nos obligare videtur; partim quia hæc rarò ſub pęna peccati mortalis obligat, per ea, quæ in Manual.[h] diximus, partim quia plus diligere proximos, quam nos non tenemur,[i] & certũ eſt nos ſponte ferre poſſe mortem, a quibus ipſorum occiſione nos defendere poſſemus.[k]

f C. 24. q. 5. & in c. iter verba. 11. q. 3. nu. 714. g 3. par. 87. h C. 14. n. 8 i C. ſi non licet 23. q. 5. k Ca. nõ eſt nu. 23. q. 5. Th. lib. 1. de regim. prin. c. 6. & alij, quos citamus, in ca. olim. 1. de reſtit. ſpol. l C. paſce fame eſurientem 86. diſt. m 2. 2. q. 32 art. 5. n Ca. 24. n. 3. & 4.

Quintum, quia nemo ad opera miſericordiæ ſub pœna peccati mortalis, etſi quis non eſt in extrema neceſſitate, tenetur,[l] a contrario ſenſu, quod ita intelligit Tho.[m] communiter receptus, & nos diximus in Manuali,[n] & proximũ tueri eſt opus miſericordiæ, cum ob neceſſitatem, & miſeriam in qua eſt, fiat: ergo ad defenſionem proximorum ſaltẽ non tenebimur, niſi quando interficere eos volunt, quod exemplum Moyſis hic adductum confirmat, & authoritas Salomonis: quæ loquitur de defenſione eius, quem interficere volunt, & conſequenter qui ab aliquo crines velli viderit, aliquem colaphis, vel fuſte peti, aut alijs ſimilibus iniurijs affici, citra mortis periculum, ad eas propulſandum ſaltem ſub pœna peccati mortalis non tenebitur, quod contra prædictam concluſionem videtur.

Sextum, quia videtur ad exiſtimationem, & facultates noſtras defendendas, quam proximi nos magis teneri, l. præſes. C. de ſeruit. c. ſi non licet. 23. quæſt. quinta. Et qui exiſtimationem proximi defendit, communiter ſuam perdit, aut eiuſdem amittendæ periculo ſe obijcit.

9 Quo iſta contraria, & alia rectè explicentur, & ex eorum ſolutionib. multæ res quotidianæ inferantur, voluiſſem mihi tempus ad id neceſſarium contigiſſe quod mihi, & impreſſio, quæ iam me conſequitur, detrahit, & Auguſta iuſſio Principis, & Gubernatricis Dominæ meæ D. Ioannæ ob multas

cauſas celſiſſimæ, (quam ob aliam me viſurum præcelſiorem ſpero) vt ſtatim ad curiam accederem, adimit. Nihilominus adhibebimus ſex explicationes, ex quibus propoſitorum 6. dubiorum reſponſiones colligemus, ex quibus decē, & octo illationes inferemus.

Prima declaratio ſit. Qui non defendit, ſi conſentit, & delectatur, vt illa iniuria fiat, peccat, ſiue eam depellere poſſit ſiue non, ſiue præſens, ſiue abſens ſit, qa omnis conſenſus, quo peccato conſentitur, peccatum eſt, & tale peccatum quale eſt cui conſentitur, iuxta illud Apoſtoli ad Rom. pri. relat. in c. pri. de offic. deleg. *Digniſunt morte non ſolum qui faciūt ſed etiam qui conſentiunt facientibus.* & tradit ſpeciatim Thom. [a]

a 1.2.*q*.60. *art*.8.*&* 2. 2. *q*.154. *art*.4.

10 Secunda declaratio ſit, quod vt aliquis non propulſans iniuriam, cum pōt, peccet, eſt neceſſe, vt ad illud teneatur. Nam vt recte dixit S. Thom. [b] declarauit, nemo non propulſans peccat, niſi qñ ad propulſandum tenetur. Et addimus quod iuxta aliquos, ad defendendū non tenetur qui ſine damno honoris, exiſtimationis, aut pudoris eam impedire, aut aggreſſus illud præſtare non poteſt, ſicut explicauit Fely. [c] cui nemo contra dicit, nec nos vnquam in cathedra contradiximus. Conſentaneum tamen eſt, vt ei nunc contradicamus.

b 2.2.*q*.62. *ar*.7.*&* Caiet. *ibidem.*

c In c.2.*de hæret. & in d.c. quāta. de ſentent. excom. relato nob. & ſup. in Manual. c*.14. *nu*.6.

Primo quia in extrema neceſſitate noſtræ defenſionis conſtituto ſubuenire tenemur, etiam cum damno omnium earum facultatum, quæ ad conſeruandam vitam noſtram non ſunt neceſſariæ, & conſequenter honoris, pudoris, exiſtimationis, & fortunarum ſuſtentandæ vitæ non neceſſariorum, iuxta illud Ambr. [d] *Si cum rapitur quis ad mortem, plus apud te pecunia tua ualeat, quam morituri. nō eſt leue peccatum.* Et diximus nos in Manual. [e] At qui ſine noſtra defenſione ſe liberare non poteſt, in extrema eius neceſſitate eſt.

d Rel. in c. Non ſatis. 86.*diſt.*

e C.11.*nu*. 13. *poſt S. Th*.2.2.*qu*. 32.*art*.5.

Secundo. quia non ſolum pudor, aut aliqua diminutio noſtræ exiſtimationis (ſicut dicit Felyn.) nos ab illo non eximit, ſed neque etiam amittendi honoris periculum, quiā hic etiam in bonis externis eſt, ſine quo vita ſeruari poteſt & inferius bonum quam vita eſt, ſicut latè alibi probauimus. [f]

Tertio, quod vix quod Felyn. iam in hoc receptus dicit, etiam in aljs bonis defendi poteſt, partim quia duæ illæ authoritates, [g] quas ſupra numero quinto citauimus de eo, qui incidit in bouem proximi amiſſum, & in aſinum humi oneri ſubſtratum, probant nos teneri ad expromendum aliquid de noſtris facultatibus, quo damnum proximi facultatum propellamus, quādo hæ duæ res fieri ſine aliqua facultatum, & temporis iactura, aut negociorum impedimento nō poſſunt.

f In c. inter verba 11.*q*. 3. *nu*.218.

g Exod. ca. 23.*& Deuteron*.22.

11 Diximus, ad expromendum, & non dandum, quia qui hoc facit, ſui laboris, temporis, aut impedimenti iuſtam mercedem depoſcere poteſt, ſi velit, quemadmodum etiam qui in extrema neceſſitate conſtituto ſubuenit, facere poteſt, vt adnotauit Adrian. quodlib. pri. arti ſecund. colum. tertia, licet enim lex eum ad ſubueniendum obliget, & ab illo damno proximum liberandum, non tamen ad id gratis faciendum obligat, ſed ab ipſo tamen ſemel adhibendum eſt.

Qua conſideratione nonnullis gloſſ. in dict. capitul. quantæ, & aljs alibi reſponderi poteſt ab ijs qui volunt probare neminem alteri teneri, ſcilicet in eo, ob quod præmium ferre poteſt, leg. metum. parag. ſed licet. ff. de eo, quod met. cauſ. & leg. ſi pater paragr. pri. ff. de donat. quod accipere ob rem, quā facere tenetur nemo poteſt, [h] quia reſponderi poteſt hoc intelligendum eſſe de eo, qui illud gratis facere tenetur, & nō de eo, qui facere tenetur, ſed non gratis, veluti medicus, qui ad in extrema neceſſitate conſtitutum curandum tenetur, ſed non gratis, ſi ſaltem diues ſit, [i] ſicuti etiam aduocatus, procurator, notarius, hoſpes, & etiam Doctor ſæpe ad fungendum ſuis muneribus tenentur quin ad illud cogi poſſunt, per ea, quæ Deci. adducit in regul. Inuitus nemo cogitur defendere, ff. de regul. iur. ſed ad eiſdem gratis fungendum non tenētur, & ideo ex vſu pecunias capere poſſunt, d. cap. non ſanè.

*h L. Gl*t. *ff. de condict. ob turp. cauſ. cp. nō ſane.* 14.*q*.5.

i Gl. ſing. in §.1.83.*diſ*.

Quartum cur Fely. ratione non nititur, eſt, quia omnes, qui ex inſtitia ad

aliorum

aliorum defenſionem tenentur (quales ſunt iudices, & alij, quos ſtatim nominabimus) ad illud cum ſui laboris, facultatum, & etiam perſonæ damno tenentur, quamuis non temere, ſicut in Manual.[a] diximus.

[a] *In ca.21. nu.13.&c. 27.n.136.*

12 Quare explicemus melius quam hactenus explicatum fuerit, dicendo primum duabus vijs ad proximi defenſionem nos teneri poſſe, ſcilicet præceptis charitatis, & iuſtitiæ.

Secundum ex charitatis præcepto ad defenſionem vitæ proximi obligamur, ſi eam iniuſtè ei adimere volunt, neque ſit alius, qui poſſit, aut velit defendere præter nos, ſicque defenſionis noſtræ in extrema eſt neceſſitate, quamuis ob id facultates, & etiam honorem perdamus, modo in vitæ diſcrimen non deueniamus.

Tertium, idem dicendum eſſe de ſuis facultatibus, ſine quibus conſeruare ſuã vitam non poteſt, argu. leg. ſecund. ff. de iuriſdict. omn. iud. cap. præterea. de offi. deleg.

Quartum, quod etiam ad eius facultatum damna vitanda, tenemur de noſtro labore, & facultatibus adhibere quã tum opus fuerit, & poſſumus adhibere ſine ſcandalo, quando probabiliter non eſt alius, qui poſſit, aut velit ab eiſdem eripere.[b]

[b] *Per c,23. Exod. & c. 22. Deute. & Nu. ꝑcod. & latius in Man. c.23. nu.9. & c. 17.n. 100.*

Quintum, quod poſtea tamen quod ob illud adhibitum a nobis eſt, recuperare poſſumus, per proxime dicta ſup.[c]

[c] *Arg.l.præſes.C.de ſer uit.c.ſi non licet.23. q.5.*

Sextum, vt dictum Fely. intelligatur quando damnum proximi eſt tam parvum, vt arbitrio boni viri iuſtum non ſit a nobis adhiberi illud, quo ad eum liberandum opus eſt.[d]

[d] *In c.inter Verb. 11.q. 3.nu.216. & 217.*

Septimum, quod non ſine cauſa diximus (de noſtro labore, & facultatibus,) quia non tenemur noſtrum honorem pro eius facultatibus obijcere, niſi quando facultatum magnitudo, & honoris paruitas illud ſuaderent, cum ſicut probauimus alibi,[e] maioris precij ſit honor quam facultates.

[e] *In ca. 21. nu. 136.*

Octauum, quod neque etiam ſine cauſa diximus (vitam, iniuſte adimere volunt) quia non tenemur noſtris facultatibus redimere vitam eius, qui eius amiſſione iuſtè condemnatus eſt, quamuis Rex, vel lex, ſtatutum, aut ſententia pecunia redimendi facultatem daret; & ita limitandum præfatum, c. S. Ambroſ.

Non ſatis,[f] licet non ignoremus replicari poſſe, talem condemnatum in extrema eſſe neceſſitate; & in eam ſua culpa incidiſſe, illum eiſdem priuilegijs non priuat, & nos teneri ad ijs qui in ea conſtituti ſunt ſubueniendum, propter iudicia Dei noſtri iuſtiſſima; quia non multum eſt, vt illa iuſta condemnatio eius redimendi neceſſitatem nobis auferat, cui eidem ipſi ſe defendendi facultatem, quin redimendi ſe neceſſitatem adimat ſi bene quædam doctrina Soti[g] pẽdatur relata a nobis in Manual.[h]

[f] *80.diſtin.*

[g] *In 4.d.15 q.3.§.de ſecundo.*

[h] *Cap. 15. nu.21.*

Nonum, quod volenti eum redimere talis condemnatus, ſi vellet, ſe vendere poſſet, per ea, quæ in Manual. diximus de ijs, qui in Braſilide, & alijs locis Barbarorum a Chriſtianis emuntur ab ijs, qui eos in eſum interficere volunt. Quã uis hoc diſcrimen ſtatui poſſet, ſcilicet quod licet qui in Braſilide ſe per eiuſmodi emptionem redimunt (cum non ſint mancipia, ſed liberi) ne comedantur, ſe, reſtituendo illud, quod pro ipſis datum fuit, liberare poſſint; Attamen qui ſe venderent, ne iuſte interficerentur, ſe liberare ob id non poſſent, ſi omnino in mancipia ſe vendiderunt, quia in his locum non habet ratio, quæ illis æquitatem illam introducit, per dicta in tribus dictis locis Manual.

Decimum, diximus (ſine ſcandalo,) vt per illud, & id quod de honore diximus a peccato excuſemus grauem aliquem hominem, qui defenſionem famuli prætermittit, vt colaphis impingatur, ne curſu per vicos eos, qui illud facere volunt, inſequatur cum ſcandalo, & detrimento honoris ſui, & exiſtimationis, & qui publice non reſpondet concionatori verum non dicenti, qui è ſuggeſtu falsò alium infamat, & etiam ad excuſandum, qui non liberat eum, qui iniuſta morte condemnatur, aut alium, ne ex eo aliorum innocentium mors cõſequatur, aut aliqua armorum ſeditio inter eos, qui liberare, & inter eos, qui interficere volunt, oriatur, ſicut recte tetigit Adrian. in quart. de correct. frater. colu. vndecim. addens non teneri me ad detinendum

tinendum aliquorum herum, ne ſe deru pe præcipitet, ſi crederem me interfectum iri a ſuis meam intentionem contrariam putantibus.

Vndecimum, quod præcepto iuſtitiæ tenentur ſe defendere Reges inter ſe, & alij ſuperiores, qui iuriſdictionem habent, & eorum ſubditi, [a] præſertim feu datarij, & eorum domini. capitulo de forma 22. quæſtione quinta, & capitulo primo, de form. fid. in vſib. feud. Patres item, tutores, curatores, heri, pedagogi, parochi, cuſtodes, & alij ſimiles; & è contrario eorum filij, pupilli, minores, famuli, mancipia, & parochiani, & cuſtoditi, per notat. à Panor. in cap. primo de reſtitut. ſpoliat. numero nono, facit lex vt parentibus, ff. de iuſtit. & iur. capitu. duo iſta nomina. 23. quæſtione quarta. l. prima. C. de emend. propinq. capitulo omnes. de pœnit. & præcepto quart. decalogi, quod ad eos extendi dictum eſt in Manual. cap. decimoquarto nu. tertio.

15 Tertia declaratio ſit, rem poſſibilẽ eſſe, imo quotidianam, vt quiſpiam, cum poſſit, non defendat, iniuriæ tamen non conſentiens ſicut primum argumentum contra hunc textum adductum probat. Præſumendus tamen eſt conſentire, qa omnes prædicti textus dicentes conſentire eum, qui cum poteſt, non defendit, aut non redarguit, intelligendi ſunt præſumi illum conſentire. Quod moderandum eſt, quando ſine aliquo damno defendere poteſt, & non alias. Quamuis enim quis teneatur ad defendendum alium cum damno omnium ſuarum facultatum, præſumi tamen non debet illum conſentire, ſi illud niſi cum tali dãno facere non poteſt.

Primo, quia cum facere poſſit ob complacentiam iniuriæ, vel ob damni euitationem, in re dubia præſumendum videtur defenſionem ob hoc, & non ob illud reliquiſſe, quia in dubio pars mitior eſt præſumenda c. pri. de reg. iur. l merito, ff. pro Soc. Secundo, quia quamuis qui contra aliquam legem iniuſte facit ſine cauſa iuſta, præſumatur ob neglectũ contra eam facere, [b] ſed non ſi aliq̃ aliam cauſam pro illo habuit q̃uis iniuſta eſſet, ſicut Domin. [c] bene declarauit poſt Arch. [d] Tertio, quia experientia docet, [e] multos, præſertim Principum, & magnatum familiares, innumeras iniurias, ad quas impediendas, etiam cum damno facultatum, tenentur, minime impedire, non q dem q illæ eis placeant, ſed ne gratiam eorum, & ſpem donorum amittant. Vnde ſingulariter ſequitur, q q̃uis cum detrimento honoris, & facultatum teneat quis defendere eum, qui iniurioſe amittendæ vitæ in periculo eſt, iniuriæ tamẽ conſentire nõ præſumetur. Et ex hoc iterum ſequitur, q iſte talis in non defendẽdo verè peccat, & etiam fortaſſis quiave re conſentit, ſed non præſumptiue. Et ex hoc ſequitur hunc in foro exteriori punitum non iri ob conſenſum; quia in eo de non apparentibus, ſaltem per præſumptionem, & de non exiſtentibus idem eſt iudicium, [f] quamuis ſic in interiori, & plus ſi conſenſit, quam ſi non conſenſit.

16 Quarta declaratio, magnum eſſe diſcrimen inter non defendere ſolũ, & non defendere, & conſentire ex vna parte, & inter conſentire, ac auxilium præbere ex altera parte. Primo, quia ſolum non defendere, & non defendere, & conſentire, nullo pẽſti auxilio, eſt peccatũ contra charitatem, aut miſericordiam, & contra p̃ceptum de diligendo proximo, vt rectè ſenſit D. Sotus, [g] & proba tur, quia eſt opus odij, inuidię, diſcordiæ, cõtentionis, aut aliorum ſimilium vitiorum, quæ charitati contraria ſunt, aut eius filiæ miſericordiæ, & contra præceptum de diligẽdo proximo, aut eius actui beneficientiæ [h] contraria ſunt, [h] & ſeq. conſentire vero & auxiliari, iniuriam inferenti, eſt contra virtutem iuſtitiæ, vt ibidem latè probatur, quia eſt contra idem præceptũ, in q pia iniuriæ illator peccat, & omnis iniuriam inferens in aliquod ex Decal. præceptis peccat, quę ſunt iuſtitia, ſicut dicit S. Th. [i] Et ſi quis dixerit etiam præceptum de amando proximo, ad quartum decalogi, præceptum redigi, [k] & conſequenter eſſe præceptum iuſtitiæ, reſpondebitur eſſe aliud ex illis eſſe, quod negamus, [l] & aliud ad illa redigi, quod fatemur, nec nobis obſtat. Nam etiam omnia, aut fere omnia charitatis, & etiam aliarum virtutum, ad decalogi præcepta reducunt, ſicut de dilectione Dei ad primum, cum de illorum numero non ſit. [m]

Secundo,

a Arg. c. Regum. ca. ad miniſtratores 23. q. 5. ad Ro. 13. & c. Ego N. de iur. iur.

b Gl. celebr. c. metropol. 2. q. 7. & gl. verb. conteptũ. c. cum illorum. de ſent. excom. c In c. nullus. 55. diſt. d In c. quicumque 81. diſt. e Quæ eſt rer. magiſt. c. quam ſit. de elec. li. 6

f C. ſi oĩa. 6. q. 1. l. duo

g Li. 4. q. 7. art. 3. de iuſti. & iur.

h Vt de odio

i 2. 2. q. 122. art. 1.

k Vt in Manual. c. 14. nu. 3.

l Vt in Manual. c. 11. n. 5. & 6. et c. 14. nu. 5.

m Vt in Manual. c. 21. nu. 6.

Secundo, quia non defendere, aut nō defendere & conſentire non auxiliando, ad reſtitutionē damni non obligat, quod ex omiſſa defenſione conſequitur, ſed ſic conſentire, & auxiliari, ſicut diximus in Manual. [a] vbi citaui Adrian. de reſtitutione quæſt. pri. concl. nona, quo non citato idem pulchrè ait Sotus. [b] Qui enim ſolum contra præcepta charitatis, & miſericordiæ peccat, damnum inde ſequutum reſtituere non tenetur; qui verò contra iuſtitiam peccat, tenetur, ſicut ſupra dictum relinquitur. [c]

17 Quinta declaratio, quòd non quilibet qui iniurię conſentire præſumitur, iniuriam inferenti auxiliari præſumitur, ſaltem auxilio, quod delicti participem eum directè faciat.

Primo, quia rigidum videtur duas præſumptiones ſpeciales introducere, præſertim autem ad delictum in eodem caſu augendum, leg. pri. C. de dot. promiſſ. & notatur per Card. in c. quia circa. de conſangu. quod in hoc caſu fieret, ſi non ſolum conſenſus, ſed etiam auxiliū præſumeretur.

Secundo, quia communis opinio, (q̄ tenet Panor. in cap. pri. de reſtitut. ſpol. quamque ait communem Deci. in c. pri. de offic. deleg. & in l. culpa caret. ff. de reg. iur. & Iaſ. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iu.) habet iure ciuili non delinquere communiter qui ſolum non defendit, & q̄d quamuis iure Canonico regulariter delinquat, non tamen eſt puniendus in foro exteriori. Et ſi dicatur præſumi eum auxiliari, contrarium tamen nobis dicendum eſt, cum vtroque iure opem ferentes delicto, puniendi ſint, ſecundum omnes in cap. pri. de offic. deleg. cum ei annotatis.

Tertio quia ſecundum Innoc. commuiter recept. in cap. Petrus. de homic. qui non impedit homicidium, quod nouit tractari, non fit irregularis eo ſequuto, & ſi præſumeretur conſenſiſſe, aut auxiliū præbuiſſe cenſeretur talis, cum præſumatur delicto directè participare, ſaltem ſicut cauſa eius particularis.

Quarto, quia ſi contrarium dicamus, fatendum nobis eſt, omnes, qui cum poſſunt, non propulſant, haberi in foro exteriori pro tranſgreſſoribus, non ſolum legis charitatis, ſed ēt legis iuſtitiæ, & conſequenter ad reſtitutionem omnium dānorum, q̄ ex eo iniuria affecto contigerūt obligari, q̄n omnes qui poſitiue iuuant nocentem, ad id tenentur, licet non teneantur ſolum non obſtantes, [d] & puniēdi eſſent tanq̄ iuſſores, conſiliatores, auxiliatores, aut receptatores, quæ res inſolens videtur.

Quinto, quia hęc noſtra interpretatio per totum orbem recepta eſſe videtur. [e]

Sexto, quia vt quis incurrat excommunicationem Canonis ſi quis ſuadente, [f] non ſufficit, vt conſentiat, etiam malitiosè, Clerici percuſſioni, ſeu ea delectetur, ſi eius nomine facta non fuerit, neq; ipſe iuſſerit, nec iuuerit, neq; illud conſuluerit, ſed ſolum cōſenſerit, aut ex pura malitia delectatus fuerit, ſicut efficaciter probat dictum quoddam Bonifacij, in ca. cū quis, de ſent. excom. lib. ſexto, & communis omnium conſenſus, qui dicent te excommunicatum non fore, quamuis petutias Clericum R omæ, aut alibi percuti, aut interfici, hoc tamē nemini declarato & ille interficitur, ſicut quotidie euenit.

18 Sexta declaratio, proximam hanc concluſionem moderādam eſſe, quatuor rebus concurrentibus. Prima eſt poteſtas ad impediendum, ſcēa ad illud obligatio, tertia vt ſine ſuæ perſonæ honoris & bonorum damno facere poſſit; quarta vt delictum ſit manifeſtum, hoc eſt vt manifeſtum ſit illud eſſe delictum, & vt manifeſte fiat. His enim concurrentibus nō ſolum præſumitur conſenſus, ſed etiam auxilium, per decretalem ca. quantæ. de ſentent. excomm. Innoc. III. quæ hanc moderationem probans, concluſionem etiam moderatam probat; quod ad pluri mos Canones, & leges interpretandos memoriæ mandandum eſt. Hanc moderationem probare apparet, quia niſi probaret, ſuperuacanea illa eſſet. Nam ſi bene ponderetur, nullam aliam vtilitatem introducit; quia prima pars nihil aliud facit, quam inſinuare quam magna temeritas ſit manus violentas rectoribus Eccleſiæ inferre. Verba enim eius ſūt. *Quantæ præſumptionis, & temeritatis exiſtat, in rectores eccleſiæ manus iniicere violentas.* Et inferius, *quod dicere nihil eſt.*

Secunda ſolum continet, q̄ vt ne quis ſtultè exiſtimet ſolum violētiæ authorē

punien-

[a] *Capi. 17. nu. 20.*
[b] *Lib. 4. q. 7 art. 3. de iuſti. & iur.*
[c] *Nu. 7. 8. & diximus in Manua. c. 24. n. 5. et in ca. inter verba 11. q. 3. n. 714. poſt alios, p̄ ſert. Adria. 14. de reſti. q. 1. col. 9.*
[d] *d Tho. 2. 2. q. 62. art. 7. & Sco. in 4. diſt. 15. q. 2 recepti ab omnibus.*
[e] *Glo. minime omittenda, ff. de legat. c. cum dilectus, de conſuet.*
[f] *17. q. 4.*

puniendum eſſe, eccleſiaſtica authoritas, facientes, & cõſentientes eadem pœna mulctandos præcipit, verba enim illius ſunt. *Ne autem ſolos huiuſmodi violentiæ authores aliquorum præſumptio exiſtimet puniendos, & facientes, & conſentientes pari pœna plectendos, catholica condemnat auth ritas.* Quod neq; etiã vtile eſt; quando quidem in c.pri.de off.deleg. & in c.notum.2.q.pri. & alibi ſæpe, id probatur. Tertia ſolum dicit, quod declarat eos delinquentibus fauere, qui cum poſſunt, manifeſto delicto non occurrunt. Verba enim eius ſunt; *eos delinquentibus fauere interpretamur, qui cum poſſint manifeſto facinori deſinunt obuiare*, quod neque etiam vtile foret, niſi dicere vellet, q̃ diximus; quia iam ante ipſũ alij Pontifices id dixerunt,[a] quod nõ caret ſcrupulo, & ſuſpicione ſocietatis cũ delinquente qui eius delicto manifeſto ſe non opponit.

a Vt in c.error.83.diſt. & c. qui poteſt. infra ead. & c.ſicut dignũ, §.illi.de homic.

19 Cuius dictum quia oſcurum erat, quod illa verba *ſcrupulo, & ſocietate*, multis modis intelligi poſſent, ille tanquam magnus Doctor, & Papa, vt erat, ea ſingulariter interpretatus eſt, dicens illa ſignificare velle, præſumendos, & habendos eſſe pro auxiliatoribus delinquẽtis. Et vt nemo dicat illam decretalem non loqui, niſi quoad effectum excommunicationis incurrendæ, conſideret, q̃ quãuis principium ſignificet quæſtionem, de qua reſpondet, fuiſſe de excommunicatione, quam qui Clericos non defendebant, debebant incurrere, aut non debebant, tamen neque reſponſio, quæ in tertia parte eſt, neque ratio, quæ ad illud Papam mouet, quæ ſecunda parte continetur, ad illam reſtringitur.

Diximus (probando dictam moderationem probare etiam concluſionẽ moderatam) quia prædicta decretalis in hoc ſolum eſt vtilis, quæ declarat adiutorem eum, qui cum poteſt, ei quod manifeſte delictum eſt non occurrit; & conſequenter ſignificat, ſi illud cui occurrẽdum eſt, manifeſte delictum non eſſet, non præſumi adiutorem, quæ eſt vtiliſſima conſideratio ad omnes caſus, in quibus aliquod dubium exiſtere poteſt, vtrum quod fit, ſit offenſa, vel non. Pro quo facit, quod ſtatutum eſt, vt quando offenſa manifeſta eſt, ne abſolutio impertiatur ad cautelam, in c.ſolet, de ſentent. excommu. lib. ſexto, vt vſurario, ca. pri. de vſur. lib. ſexto, concubinario, & excommunicatis manifeſtis.[b]

b Extraua gant. ad eui tanda. de qua in Manual. c.27. nu.35.

Quatuor tamen prædictas res concurrere debere, vt hæc moderatio locum habeat, conſtat ex eo, quòd dicta decretalis ponit primam poteſtatis, & quartã, vt offenſa ſit manifeſta, & ſecundam obligationis, & tertiam vt ſine damno facere poſſit. Probatur per ea, quæ ſup.[c] probata ſunt, quod non ſolum non præſumitur fauere qui non defendit ſine obligatione, & qui non poteſt, ſine damno, quin etiam nec conſentire præſumitur.

c Eod.nume.15.

20 *Peccat cur qui non defendit, quamuis non conſentiat.*

21 *Defenſio proximi qua lege præcepta, & quomodo lege fortitudinis, & quomodo iuſtitiæ nu.22. & quomodo charitatis lege, nu.23.*

22 *Fortitudinis virtus in quo immediate & mediate verſetur.*

23 *Diligere proximum dilectione charitatis, aut naturali quando debemus.*

23 *Defendere ſeipſum quando quis, quando proximum tenetur, quamuis ſeipſum defendere nolit. nu.24.*

24 *Carolus V. ſemper Aug. auctorem Salmanticæ audiuit, & quid.*

25 *Defendi proximus debet, etiam citra extremam neceſſitatem, & quando, & cum quo damno.*

EX his declarationibus ſex dubiorum contra iſtam ſecundam concluſionem notabilem, propoſitorum ſupra eodem numero ſexto, reſponſiones colliguntur.

20 Ad primum reſpondemus, rationem cur quis proximum ſuum non defendens, peccat, non eſſe, quia conſentit offenſioni, & delectatur, nam ſiue defendat, ſiue non defendat, ſiue poſſit, aut non poſſit defendere, ſi conſentit peccat, ſicut ſupra dictum eſt.[d] Ratio igitur eſt, quia non defendit cum ad illud teneatur interdum lege charitatis, interdum lege charitatis, & iuſtitiæ, & interdum cum damno ſuarum facultatum,

d Eodem nume.9.

tum, & honoris, & ſi interdum ſine eo, ſicut inſinuatum eſt ſecunda declaratione, [a] quamuis cæteris paribus ſi in illam conſentit. Et textus, qui dicunt eum, qui non defendit, conſentire, nolunt dicere, quod ſi non conſentiret, non peccaret, ſed ex quo non defendit, peccat. Quin etiam quando poteſt, & non facit præſumitur in foro exteriori illum conſentire, & delectari offenſa, ſicut inſinuatum eſt in quarto dicto. [b]

a Nu. 10.

*b Sup.n.*15.

21 Ad ſecũdum reſpõdemus fateri nos iuſtum eſſe, ne nos ad id obligatos exiſtimemus, ad quod nulla lex nos obligat, negamus tamen nullam legem eſſe, quæ nos ad proximum defendendum obliget, quia eſt interdum ſolius charitatis lex, & interdum charitatis, & iuſtitiæ, ſicut ſtatim [c] dicemus. Negamus etiam legem fortitudinis ad illud nos non obligare, ſaltem mediatè, ſicut noſter textus affirmat: quia quem admodum confitemur, quod in dubio proponitur, immediatum officium fortitudinis eſſe refrænare audacias, & timores, ne ad aliquid ſuſcipiendum, aut omittendum inducant, quod ratio iubet, & interdum aliquos defenſionem omittere ex malitia, & non ex timore. Sic fateri nobis debent interdum defenſionem timore mortis prætermitti, aut alterius damni perſonæ, honoris aut bonorum, & etiam interdum pudore, & ne gratia omnium amittatur, contra legem fortitudinis, quæ præcipit, vt nullo metu prætermittatur quod ratio fieri præcipit.

*c Inf.n.*22.

22 Ad tertium reſpondemus legem commutatiuæ iuſtitiæ multos ad proximum defendendum ſæpe obligare. Nam ſicut diximus ſupra. [d] Regibus, prælatis, iudicibus, & alijs ibidem nominatis certus honos; poteſtas, authoritas, vectigalia, ſtipendia, ſeu diaria ad ſua munera defertur, quorum eſt ſubditorum, ſibique concreditorum defenſioni, paci, ſaluti, iuſtitiæ, & tranquillitati conſulere. Lex parentibus, heris, tutoribus, curatoribus, parochis, & alijs cuſtodibus certam poteſtatem, authoritatem, certa iura, & facultates tribuit in filios, & mancipia, pupillos, minores, parochianos, & alios eorum fidei commiſſos, atq; ita eoſdem ad ipſorum defenſionem, ſicut ſup. [e] dictum eſt, obligat.

*d Eo. n.*14.

*e Eo.p.*14.

23 Ad quartum dubium reſpondemus primo, quod ſicut in præcedentibus duabus reſponſionibus dictum eſt, lex charitatis, quæ proximum diligere nobis præcipit, ad eum defendendum tantum. quemadmodum, & quantum dictum eſt ſupra, [f] nos obligat.

*f Eo.nu.*10. *&* 11.

Secundo, quod quamuis in paucis caſibus, ſicut in Manual. [g] diximus, teneamur diligere proximum ſumma illa charitatis dilectione, tenemur tamen in prædictis eum diligere, ſaltem tanto amore naturali, qui ad prædictam defenſionem ſuſcipiendam ſatis ſit, aut ſaltem ſuſcipere ſine illo amore, quo peccatum omiſſionis vitetur, quæ notatio ſpecialis, digna quæ generali doctrinæ, quam in Manual. [h] adhibuimus, adiungatur.

*g Capi.*14. *nu.*18.

*h Cap.*14. *nu.*18.

Tertio fatemur nobiſmetipſis magis nos, quam proximis teneri, neque comuniter noſipſos defendere cum occiſione proximi nos interficere volentis tenemur, quemadmodum in dubio probatur authoritate Hierony. [i] & Tho. [k]

i In ca non eſt noſtrũ. 23.q.5.

Non tamen ex hoc ſequitur ad defendendum proximum noſtram defenſionem optantem nos haud obligari, quia quod in præiudicium noſtrum conſentire poſſumus, cap. ad apoſtolicam, de regular. leg. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. in id alienum ſine eius conſenſu non poſſumus, leg. ſed ſi pater in fin. digeſt. ad Maced. cap. ſi diligenti, de foro competen. Ex quo inferi poterit, quid ſi ille diceret, ſe nolle, vt ipſum cum occiſione interficere volentis defendamus, & videremus hoc illum bona intentione dicere, ne alius in peccato moriatur, ad illud non teneremur.

*k Lib.*1. *de regim. prin. cap.*6.

24 Quarto, quod non fruſtra diximus, communiter nos non teneri ad nos defendendum occidendo nos volentem interficere, quia interdum aliquis teneri poteſt, ſicut diximus, & etiam ſcripſimus diu eſt, cum cathedræ decretorum præeſſemus in hac celeberrima Academia Salmantina, Carolo ſcilicet Imperatore ſemper Auguſto Domino noſtro nos audiente, quo die ſibi pro ſua ſumma humanitate eiuſdem profeſſores audire

dire placuit, in quotidiana prælectione occurrente nobis cap. charitas est. (vt mihi videtur) de pen. dist. secund. vbi diximus suam Maiestatem, cum tam magno celsoque animo esset, nec alium Regem suo Regno vtilem, nec etiam alias personas publicas singulariter eidem vtiles sinere se interficere sine peccato, ne alium interficiant, posse; neque milites, qui iureiurando se ad pugnandum pro suo Rege obstringunt, ab hostibus se interfici sinere posse, ne illos occidant, sicut latius ibi probauimus; vbi etiam disseruimus, an simplex aliquis homo iustè interficere Regem posset, qui sine ratione, & causa, & citra eiusdem cognitionem se interficere vellet, & interficeret, nisi eum occidat.

25 Ad quinum dubium respondem[a], concedendo regulariter neminē teneri sub pena peccati mortalis, ad opus misericordiæ præstandum ei, qui in extrema necessitate nō est, sicut in eo probatur; sed sic aliquando.[a]

Ex quibus regula quædam singularis colligi posset, quam numquam tractatam vidimus, scilicet quoties proximus quispiam est in periculo alicuius damni notabilis accipiendi, quod vitare non potest, aut creditur eum illud vitare non posse per se, nec per alium, nisi per me; ad propulsandum damnum ab eo sub pœna peccati teneor, si illud facere damno non accepto possum, de quo statim nume. sequenti dicemus; & consequenter si aliqui crinium vulsione, aut colaphis senem aliquem, infirmum, debilem, aut solitarium petere volunt, neque huiusmodi damnum sine meo auxilio, qui adsum, a se depellere potest, & ego possum non ita magno discrimine, propellere teneor; quod res quotidiana est, & male accepta.

Ad sextum respondemus, concedendo neminem ad alium defendendum (quamuis alius non adsit, qui defendat) teneri cum periculo in ea re tantum amittendi, quantum amittendum est alteri, nisi defensus fuerit, neque etiam minori cum discrimine, tanto tamen, quantum iustum non est, ex boni viri arbitrio subire; sed sic tanto, quantum suscipiendum bonus quispiā, & prudens vir esse dixerit, seruato tamen sibi iure a defenso recuperandi, quod in eo ipso adhibitum fuerit, sicut supra[c] dictum restat.

a Vt duæ illæ authorit. Exod. 23. et Deut. 22. probant, quæ de eo, qui bouē sui vicini palantem, & asinum prostratum meri offendit, loquuntur.

b Eo. n. 11.

26 *Intellectus trium famosorum textuum qui loquuntur de defensione proximi, angustus nimis, aut nimis amplus est & qualis est germanus. nu. 27. & qua diuersitatis causa. nu. 28.*

27 *Defensio debita, & omissa varie uarias personas obligat.*

28 *Peccatum contra charitatem non fit in iustitia, sed malitia.*

29 *Intellectus multiplex in c. quanta, de sent. excom. qualis bonus. nu. 30. optime declaratus nu. 31.*

30 *Excommunicatus quando est, qui clericum non defendit, cum potest, nume. 31.*

32 *Defendere quis debet, admonendo de malo, quod scit, & non facit.*

33 *Defensionem debitam qui omittit, cur communiter in foro exteriori non puniatur, neque excommunicationem incurrat, neque restituendi obligationem, neque censuram eiusmodi veram, cum exemplis, nu. 34. neque veram irregularitatem. num. 35. sed sic præsumptas. nu. 36.*

35 *Irregularis nemo efficitur, nisi per rem in iure expressam. nu. 36. 37.*

37 *Sodomia non est ex criminibus irregularitatem inducentibus nisi &c.*

38 *Declaratio breuis sex conclusionum in Manuali sex verbis tactarum.*

39 *Peccat qui opem non fert (etiam extra necessitatem extremam) damno, in quo alius non potest, cum noua conciliatione pulchrarum duarum conclusionum, & cum suis exemplis. num. 40.*

EX hoc secundo notabili, & eius fundamentis, & ex eius sex declarationibus, & ex sex responsionibus sex dubiorum contra illud adductorum, decerni octo illationes dicimus.

Prima nullam trium opinionum in hac materia solemnium scopum veri intellectus prædictorum textuum, qui de eo, qui cum potest defendere, & non defendit, agunt, plene attigisse. Nam glo. Bernardi d. c. quanto. de sent. excō. cum sibi similibus, qui dixit illos intel-

ligi

ligi ſolum de illis, qui adminiſtrationē iuſtitiæ habent, & cum poſſunt, non defendunt, nimis illos reſtringit; quia clarum eſt aliquos illorum loqui de iuriſdictionem non habentibus, neque authoritatem publicam, quemadmodum iſte noſter de Moyſe, qui eam non habebat, quando hebræum defendit; & Bonifac.[a] qui loquitur de vicino, qui ſuum vicinū non defendit. Alia gloſſ. Ioannis de qua prædicta Bernard. gl. meminit, qui dicit intelligendos eſſe de omnibus perſonis publicis, & priuatis, quomodolibet defendere omittant, nimis extendit, ſicuti rationes quintę declarationis ſupra[b] efficaciter probant. Tertia Innoc. in dict. ca. quantæ, quam Panorm. & communis videntur probare, qui dicit illos loqui de omnibus, & ſolis eis, qui fraudulenter defendere omittunt, quamuis eſt cōmunis, minus tamen rationi conſentanea videtur per ſtatim dicenda num. ſequēti. Intellectus igitur verus, & æquus erit illos loqui de omnibus perſonis, tā priuatis, quam publicis, & tam de illis, qui per negligentiam omittunt, quam de illis, qui per malitiam, nullum præte rea auxilium præbentes; aut præbentes, ſed non in effectum, quo omnes eodem modo peccent, & æquales pœnas incurrant, ſed in effectum, quo oēs peccent, & oēs mereantur pœnas, ſed alij alias, & alij alias pro perſonarum diuerſitate.

27 Nam ſi ſunt Prælati, & iudices, aut alij, qui ex iuſtitia ad defenſionem tenē tur; aut ſunt alij, qui defendere omittūt iniuriam inferenti fauentes, contra charitatem, & contra iuſtitiam peccant, & eadem regula, eodem modo dimetiendi ſunt. Et ſi ſunt aliæ perſonæ, & definunt defendere, non facientes, & abſque malitia, contra ſolam charitatem peccant, & alia regula metiri eos debemus; & ſi peccant non facientes, ſed cum malitia, quamuis niſi contra charitatem nō peccent, alia tamen regula dimetiendi ſunt ſaltem quo ad magis peccādum, nam ad effectum incurrendi cenſuras, & reſtituēdi damnum, ſolum compræhendūt obligatos ad illud non ſolū lege charitatis, ſed etiam iuſtitiæ, quia hi ſoli incurrunt cenſuras, & tenentur ad reſtitutionem.[c]

28 Secunda illatio eſt, quācunq; prædictarū opinionum famoſarum in aliquo verū attingere. Nam Ioannis gl. verum dixit quoad charitatis peccatū. Bernardi quoad peccatum iuſtitiæ; Innocentij quoad magnitudinem peccati, aut paruitatē. Hęc opinionū varietas noſtro iudicio nata fuit, quod non intelligerent, aut nō aduerterent differentiā, q̄ quoad cenſuras, reſtitutiones, & pęnas reperiri inter peccata, quæ ſunt contra ſolā charitatē, & inter peccata, quæ ſunt contra iuſtitiam, quæ eſt per magna.[d] Et noſtro iudicio quæ a ratione alienior, & leuioris conſiderationis eſt, communis eſt quatenus definit quod interuentus fraudis, & malitiæ pœnas, reſtitutiones, cenſuras non defendentem incurrere facit. Nam per fraudem intelligit malitiam, odium, aut malam intentionem, & non conſiderat, q̄ dicendo, q̄ in dubio illa p̄ſumitur, conuenit cum opinione Ioann. ſaltem quoad ſorum exterius, neque cōſiderat malitiam nō efficere vt aliquod peccatum contra iuſtitiam ſit, ſi alias nō ſit, ſed vt ſit contra charitatē, ſicut ſenſit Scot.[e] & Adrian.[f] & Sot.[g] rectę expli carunt, qui loquens de vicino, qui latrones furtum vicino facere videt, & tacet; cum vociferando furtum impedire poſſit, dicit, quod ſiue p̄ negligētiā taceat, ſiue per malitiam, & odiū ſui proximi, ſi nullo onere iuſtitiæ prematur, contra charitatem ſolum & non contra iuſtitiā peccat, & ſic reſtituere non tenetur.

29 Tertia illatio continet, quod nonnulli in certo Manualis confeſſariorum loco capitulo decimoſeptimo, numero 78. optarunt ſcire, qualis ſit verus intellectus cuiuſdam Decretalis Innocent. III. capitulo quantæ, de ſentent. excommunicat. qui nondum repertus eſt, aut non bene declaratus.

Quia Bernardus in gloſſ. dicto capitulo quantæ, dicit eius intellectum eſſe, ſolum illum eſſe excommunicatum ob clericum non defenſum, qui iuſtitiæ munus habens, non defendit, qui multum reſtrictus videtur, per ſupradicta eod. numero vigeſimoſexto, Ioannes dixit eſſe, quemlibet eſſe excommunicatum, qui cum poteſt, non defendit, qui nimis extenſus videtur per ſupra dicta eodem num. 26. Innoc. IIII. quem Panor. & cōmunis ſequuntur, dicebat eſſe ſolos, & omnes illos, qui fraudulenter non defendunt,

[a] *In c. dilecto, de ſent. excom. li. 6.*

[b] *eod. n. 17.*

[c] *Pertacta ſupr. n. 17, & in noſtro tract. de reditib. eccleſiaſtic. q. 2. monit. 17. nu. 6.*

[d] *Sicut ſupra, eo. nu. 16. & in Manual. c. 24. nu. 7. & in c. inter verba, 11. q. 3. nu. 713. & ſeq. dictum eſt.*

[e] *In 4. diſt. 15. q. 2. §. & quarta.*

[f] *In 4. de reſtit. q. 1. colum. 9.*

[g] *lib. 4. q. 7. art. 5. de iuſtit. & iur.*

dunt, eſſe excommunicatos, qui ex vna parte nimis eſt laxus, quatenus omnes, qui cum malitia nullum auxilium præbentes, defenſionem prætermittunt, cõcludit, & ex altera nimis reſtrictus eſt, quatenus iuſtitiæ munus gerentes, aut q alias ad illud ex ea tenentur, ſine malitia, per iniuriam, aut negligentiam non faciunt, non includit. Alius intellectus nobis in mentem venit, qui nonnullis ꝓbabatur, ſ. q̃ ſolum locum habeat in ijs, qui cũ poſſunt, rectores Eccleſiæ non defendunt, quia de illis proœmium loquitur, vnde diſpoſitionis ſenſus pẽdere ſolet, [a] & quia illis ex iuſtitia defenſio debetur. [b] Verum hoc eſſet adeo illum textum ſolemnem reſtringere, vt ferè inutilis redderetur; & ratio, & reſponſio, quæ generales ſunt, non patiuntur. [c] Rectius iter alius tenere videtur, ſcilicet Clericos rem eſſe publicam, [d] eſſe patres, & legatos populi ad Deum, [e] ipſorum priuilegia, [f] potius ad omnes clericos ſimul quam ad quemque priuatim pertinent, [g] & ob hoc layci ad defenſionem clericorum, tanquam ſuperiorum, & interceſſorum ſuorum ex iuſtitia tenentur; & ſic non defendentes contra iuſtitiã peccant per ſupradicta. Quia tamen neque ratio textus in hoc nititur, neque deciſio aliq̃ verbũ, q̃ hoc ſapiat, continet; & quia accliue videtur defendere, quemque clericum præſertim ſolius primæ tonſuræ, aut minorum ꝓ ſuperiore cuiuſque layci haberi, quoad effectum, quo ille teneatur tanquam ſuperiorem eum defendere, & etiam quia iuxta hoc clericos, alios clericos nõ defendentes non cõpræhenderet, germanus nobis intellectus non videtur.

30 Quare ex prædictis [h] colligimus, q̃ quoad literam Innoc. III. ſine conſideratione intentionis, & finis, ob quem loco, in quo eſt ſ. in tit. de ſent. excom. Greg. IX. collocauit, vult dicere eũ, qui a quo poteſt iniuriam manifeſtam non propulſat, hoc eſt quæ manifeſtè eſt iniuria, & manifeſtè infertur, fauere inferenti præſumi. Iuxta tñ intentionem Greg. IX. q in eo loco poſuit, ſ. in tit. de ſent. excom. vult dicere quãdam particulare concluſionẽ, quæ ex prædicta gñali ſequitur, ſ. cum, qui cum pót, a clerico iniuriam nõ repellit, quæ manifeſtè eſt talis, & manifeſtè infertur, tam pro excommunicato haberi debere, quam qui eam infert.

31 Quarta illatio, omnẽ illum quicunque poteſt, & debet, & clericum non defendit, contra iuſtitiam vere aut ꝓſumptiuè eſſe, aut pro excommunicato habendum eſſe. Diximus, *cum poteſt*, generaliter, vt comprehenderemus non ſolũ eos, qui authoritate iudiciaria hoc facere poſſunt, ſed ẽt eos, qui propria, [i] eſt dictum, & *debet*, quia poſſe impedire aliquid, non inducit peccatum in eo, qui non impedit, ſi ad illud non tenetur, iuxta prædictam illam, & ſingularem doctrinam S. Thom. [k] quam paulo ante numero decimo retulimus. Addimus, *contra iuſtitiam*, ad includendum omnes, qui ad illud ex iuſtitia tenentur, quorũ maiorem partem ſupra, eod. num. 14. nuncupauimus. Addimus etiam verè, ad cõpræhendendum omnes, qui non defendunt, & expreſſè, aut tacitè aliquo modo fauent conſulendo, præcipiendo, exhortando, incitando, aut aliqua alia arte iuuando contra iuſtitiam, adſtantes præſentes cum ſuis amicis, aut cum ſuis armis, annuendo vt fieret, aut vt perficeretur adiuuarent, &c. Quod omne auxiliũ eſt expreſſum, aut tacitum contra iuſtitiam, quæ omnia illa in præcepto de nõ occidendo, aut non furando &c. continẽtur. [l] Addimus etiam fuit, *contra iuſtitiam*, ad excludendum eos qui cum ad illud ex iuſtitia non teneantur, quamuis ex charitate tenerentur, per ſolam negligentiam, aut odium, & maleuolentiam nullum fauorem, neque auxilium præbendo, nec expreſſum, nec tacitum, defendere omittunt contra charitatem, & miſericordiam, in eo peccantes. Nullus enim horum coram Deo, & in foro interiori excommunicatus erit per ſupra dicta. [m] Diximus, *præſumptiuè*, ad includẽdum eos, qui verè in hoc contra iuſtitiã non peccant, ſed ſic præſumptiuè, quales ſunt illi, qui inopinato, nec in eo aduertentes, geſtus aliquos faciunt, aut aliqua ſigna præbent, quæ quemadmodum offendens pro ſe interpretatus eſt, ſic iudex ea ſumit pro inditiis ad illud præſumendum. Dictum eſt etiam (præſumptiuè) ad includendum omnes illos, qui cũ debent, ſaltem ex charitate, & poſſunt ſine notabili incommodo, a clerico iniuriam

a l. ſi. ff. de hæred. inſti. c. quia pp. de elect.
b Iuxt. præd. eo. n. 14. & 22.
c Arg. cap. Marchioni, 1. q. 1. & c. ſuggeſtum, cum ei annotatis per Panor. de appellat.
d l. 1. §. huius ſtudij, ff. de iuſtit. & iur.
e dist. 49. in princ.
f ca. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. & fort. c. null⁹ de for. cõpe.
g ca. 1. contingit. de ſent. excõ. c. ſi diligẽti. de for. cõpe.
h eod. n. 18
i Per c. dilectus, de ſent. excõ. lib. 6. & ſupr. eo. nu. 27.
k 2. 2. q. 62. art. 7.
l eod. 20.
m eo. n. 17.

iuriam

iuriam non propulsant, quæ est manifestè talis, & manifestè fit per supradicta,[a] Posuimus (esse, aut pro excommunicato habendum) vt per (esse) qui verè in eo contra iustitiam peccat, compræhenderetur, & per (habendum) qui præsumptiuè contra eam peccat.

a eo. n. 18.

32 Quinta illatio, q̃ ratio a nemine reddita, qua niti potest rigida illa, sed iusta decisio Bart.[b] scilicet, quod quamuis regulariter nemo puniri debeat ex eo, q̃ solum scit delictum parari, & non indicat, sed sic qñ qui scit, est filius, subditus aut mancipium, hæc est, quia alij regulariter nisi contra præcepta charitatis nõ peccant, & hi sic etiam contra præcepta iustitiæ, sicut supra, num. 14. est dictum: quam rationem Bar. si considerasset, & qui eum sequuntur, vt refert Fely.[c] non tã acerbè, ac faciunt, Bart. refutassent.

b In l. Vtrũ ff. ad l. Põp. de parri.

c In d. cap. quantæ.

33 Sexta illatio, quod ratio cur asperi⁹ animaduerti possit in eos, qui aliquem vrbis præfectum, aut virgam iustitiæ in supremo sitam, non destendunt, quam in eos, qui alios priuatos homines non tuentur, est, quia alij contra iustitiã peccant, & ideo in vtroque foro puniendi sunt, & alij non nisi contra charitatem.

Septima, quæ est ratio hactenus a nemine reddita, quare regulariter q̃ aliũ non defendit, quamuis in eo peccet, nõ punitur in foro exteriori, neque iure ciuili, neque canonico, iuxta communem, quam sequitur Panor.[d] & Fely. in d. ca. quantæ, & in foro conscientiæ sic: & est hæc, quod scilicet, ex sola non defensione nemo communiter contra præcepta iustitiæ peccat, quamuis contra præcepta charitatis peccet; & ideo pœnis præceptorũ iustitiæ puniri non debet, quæ contra eorũ violatores constitutæ sunt.

d In c. 1. de restitut. spoliat.

Octaua, rectè dicere Bernardum,[e] nõ esse excommunicatum eum, qui nihil aliud facit, quam non defendere clericũ & intelligitur de eo, qui ad illud ex iustitia non tenetur, & alias non; & intelligit̃ de vera excommunicatione, & alias non Præsumi n. debet esse excommunicatus concurrentibus quatuor rebus, de quibus supra.[f]

e In gl. d. c. quantæ.

f In 4. de restitu. q. 1. col. 9.

Nona, neminem obligationem restituendi aliquam rem offenso incurrere ex eo, quod non defendit, cum posset, si non tenebatur, neq; etiamsi ex sola charitate, & misericordia tenebatur, licet ob malitiam prætermisisset. Quod pulchre probat Adrian.[g] cui posteriores cõsentiunt post Alexan. quem supra, nu. 7. sub finem citauimus.

g eod. n. 18 & 19.

34 Decima, neminem verè censuram aliquam constitutam contra eos, qui aliquid contra iustitiam committant, incurrere ex sola non propulsatione, neq; etiam ex eius delectatione, si suo nomine commissum non fuit, aut non fuit cã illius positiuè per consilium, mandatum auxilium &c. Quia nullus vsquam text⁹ est, qui huiusmodi probet, ideoque non est dicendum,[h] Non. n. est nisi c. quantæ, quod eiusmodi significet, & hoc illud nõ dicit, sed solum præsumi fauere, & consequenter excommunicatum, si quatuor prædictæ res[i] relatæ concurrant.

h c. consuluisti. 2. q. 5 c. 2. de trãslat.

i eod. n. 18. & 19.

Vndecima, bene nos respondisse. Tholosæ, aliquos scholasticos non incurrisse excommunicationem, qui præsentes interfuerunt in conuentu Augustinianorum, dum in magna quadam Doctorum Academiæ, & Consulum ciuitatis congregatione de certo quodam scholariũ priuilegio disceptaret̃, & ipsi nullo modo fauentes delectati fuerunt, quod alij multi Consulibus egredientibus crines vulsissent, qui coronas apertas ferebant. Aliqui tamen Doctores Regentes incurrerunt, qui licet scholasticis non dixerũt vt crines vellicarent, annuerunt tamen gratum sibi illud fore.

35 Duodecima bene nos respõdisse clerico cuidam insularum, qui sciuerat tractari de interficiendo aliquo, & per negligentiam suam interfecernnt antequã alterum admoneret vt caueret.[k] irregularitatem ob illud eum non incurrisse, quia neque etiam hæc irregularitatis species incurritur sine morte, aut mutilatione, aut sine fauore aliquo modo præstito, aut auxilio ad illud contra iustitiã, magis quam censura d. clem[l] neq; magis quam restituendi necessitas.

k Arg. gl. c. si quis viduam. 50. dist. & doctrinæ Inn. in c. Petrus de homicid. & Antoni. 2. p. tit. 28. cap. 2.

Decimatertia, verum esse quod in Manuali,[m] post S. Antonin. vbi supra diximus (quicquid alij scripserint) non esse verè irregularem, neque coram Deo, eũ qui, cum potest, & etiam debet, quem occidunt non defendit, licet per odium defendere omittat, quamuis occisus clericus sit; modo nec fauorem, nec auxiliũ

l ca. si quis suadente. 14. q. 4.

m capi. 27. nu. 232.

aliquod

aliquod tacitum, aut expreſſum prębeat iubendo, aut aliquo modo iuuando: quia nec interfuit, nec mutilat, neque eſt cauſa totalis illius, neque partialis per adducta illic; & quia nullus vſquam textus eſt, qui dicat in hoc caſu irregularitatē incurri, quæ niſi in caſibus ad illud in iure expreſſis non incurritur. [a]

a ca.is qui, de ſent. excom. lib. 6.

36 Decimaquarta, non eſſe firmum qđ nonnullis viſum eſt, ſcilicet quod irregularis præſumi non debet is, cuius ob non defenſionem clericum interfecerunt, licet ob illud incurrat excommunicationem; etiam præſumptam; quia iura exorbitantia non ſunt amplianda, regul. quæ a iure, de reg. iur. libro ſexto, præſertim in materia pœnali, & de pœna odioſa, qualis eſt irregularitas, adeo vt niſi in caſibus a iure expreſſis non incurratur. d. cap. is qui. Et ſic quamuis teneamus dictam Decretalem, [b] Innoc. particularitatem quandam inducere (vt fauere, & peccare contra iuſtitiam præſumatur, q manifeſtè offendentem, cum poteſt, & debet, non propulſat, quoad effectum in currendi excommunicationem) non tamen ideo extendere, & dicere debem⁹, etiam dicti fauoris præſumptionem inducere ad incurrendam irregularitatē. Contrarium tamen efficaciter ex prædictis ſequitur, quia Decretalis illa d. cap. quantæ, non magis de excommunicatione, quam de alijs pœnis loquitur iuxta literam ſui authoris Innocētij, ſicut inſinuatum eſt. Generaliter enim definit præſumendum, & habendum eſſe pro fautore, qui delicto manifeſto, cum poteſt, non occurrit. Et quemadmodum ex hac generali concluſione colligitur, particularis, præſumendum eſſe pro excommunicato, qui cum poteſt clericum non defendit, ſic neceſſario ſequi debet, illū ad reſtituendum teneri, & eſſe irregularem ſicut authorem, quando quidē quilibet, qui eſt, aut præſumitur fautor mortis alienæ, eſt, aut præſumi debet obligatus ad reſtituendum, & eſt irregularis, perinde ac author, quamuis quo ad alias pœnas aliquāto minorib. puniendus ſit. [c]

b c. quanta de ſent. excom. lib. 6.

e Iuxt. c. ſicut dignū, §. illi qui, & homicid. d capit. 27. nu. 248.

37 Decimaquinta, quòd ex duabus proximis illationibus ſequitur reſpõſio ei⁹ de quo aliqui in Manual. [d] dubitarunt, an per illa verba, quæ ibi ponimus, ſcilicet, *nullum crimen, neque delictum, quamuis graue ſit, irregularitatem inducere, præter illud, quod a iure humano ſpecialem effectum habet*, voluerimus etiam nefandum crimen Sodomæ comprehendere. Sequitur enim reſpondendum eſſe, illud comprehendi. Primo, quia ſicut dictum eſt ſupra, [e] irregularitas niſi ob caſus a iure expreſſos non incurritur, [f] ex quorum numero hic non eſt. Secundo, quia illa verba ſunt Innocen. [g] Tertio, quia parum refert, illud crimen eſſe grauiſſimum, ſpurciſſimum, & maximè deteſtabile, cum maius ſit hæreſis mentalis, [h] & maius deſperatio, [i] & multo maius odium Dei. [k] quorum tamen nullum irregularitatē inducit; & præterea alia multo minora eam inducunt, c. præsbyterum c. contnebatur de homic. Quin aliquando opera cum virtute coniuncta c. is qui, de ſentent. excomm. cum ei annotat. & cum latè adductis in Manual. [l] Quarto, quia Doctores oppoſitum tenētes fundamentis illud probantibus non nituntur, neque etiam quibus prædictis reſpõdeant; ſolum ſequuti ſunt Bernar. & Hoſt. in c. niſi, §. primo, de renunciat, & Speculatorem in titu. de diſpenſat. §. iuxta propoſitiones, num. 17. quamuis Ant. qui illos ſequutus eſt in d. ca niſi, §. 1. de renunc. ab illis diſceſſit in dic. cap. extenore, de temp. ordi. propter dictum Innoc. Et Spec. pro vltima refert opinionem Vincentij contrariam, & nó conſiderat Bonifacium VIII. qui capitulo is qui, de ſentent. excommu. libro ſexto, declarauit in nullo caſu incurri irregularitatem, niſi in expreſſo a iure: fuiſſe, multo poſt Bernard. Hoſtie. & Speculat. & hæc omnia dubia, ſi quæ reſtabant, ſuſtuliſſe, quemadmodum etiam Bar. Brixienſ. [m] in hac eadem materia opinionē doctiſſimi, & ſanctiſſimi Ioannis reprehendit, dicens in ca. fin. de temp. ordin. Gregorium nouem dubia, quæ vſque ad ſua tempora extitiſſent per ſuam decretalem in c. fin. de tempor. ordin. ſuſtuliſſe. Facit etiam quod intelleximus in Italia vbi, vt fertur, magis hoc malo laborat quam oporteret, nullæ de eo diſpenſationes queruntur. Et alta quadam diſputatione, ſuoque ingenio digna contra communem Franciſc. Aret. in capitulo cum non ab homine, de iudic. columna nona, & duabus ſequentibus contra cō-

e eod. num. 35. & 36.

f c. is qui, & ſentent. excom. lib. 6.

g In c. ex tenore de tẽp. ordin. & c. inquiſitio. de accuſat.

h Tho. 2. 2. q. 11. ar. 3.

i Tho. 22. q. 20. art. 3.

k Tho. 2. 2. q. 34. art. 2.

l In ca. 27: nu. 249.

m In c. fin. 25. diſt.

munem

munem cóclusit. Hic diſputandum erat de quadam moderatione Doctoris Soti libro quinto, quæſtione prima, articulo nono, de iuſti. & iur. niſi eſſet ore Manuali,[a] reiectum fuiſſet & in aliud commentarium,[b] cum in hoc reijciendũ fuiſſet.

38 Decimaſexta, ex hoc ſex concluſionum paucis verbis in Manuali[c] inſinuatarum, & in hoc commentarium reiectarum rationem, & declarationem inferri. Nam ratio primæ, ſcilicet iuſtitiæ adminiſtratores incurrere excommunicationem Canonis,[d] ſi cum poſſunt, non repellunt, eſt, quia in eo contra iuſtitiã peccant, prætermittentes id, ad quod ex ſuo munere tenentur. Quod idẽ de omnibus, quos ad illud iuſtitia obligat, dicẽdum eſt; quorum maiorem partem ſup. eodem numero decimoquarto, expreſſimus. Ratio ſecundæ, ſ. alios eam non incurrere ob ſimplicem omiſſionem, eſt, quia niſi contra ſolam charitatẽ non peccant; quæ quamuis ad peccatum mortale obligat, non tamen ad reſtitutionem, nec ad cenſuram, nec ad irregularitatẽ contra iuſtitiæ præceptorum violatores propoſitas obſtringit, ſicut ſupra[e] & in Manual.[f] dictum eſt. Tertia, ſ. omnes, q ſine ſuo damno poſſunt ad impediendũ obligari, intelligitur extrema neceſſitate occurrente, aut tali damno, quod probabiliter credatur alium non poſſe impedire, aut non voliturum, & alias non, vt ſupra,[g] & melius nu. 25. Quarta, quę inſinuatur, ſ. neminem ad illud cum dãno teneri, intelligenda eſt exceptis prædictis duobus caſibus extremæ neceſſitatis, & damni, quod ab alijs depelli nõ poteſt, aut ſcitur, aut creditur nõ depulſum iri, & etiam in his ad duos effectus, vt damnum illi placere non præſumat, ſed non ad effectũ, ut a peccato excuſet, quia ab illo in extrema neceſſitate non excuſatur, quin neq; a iactura omnium facultatum, & honoris, neque in alio prædicto damno moleſtia aliquid laboris, & impenſæ ſuſcipiendi, quæ poſtea recuperare poſſit, excuſat. Quinta, ſ. in hoc inter forum exterius, & interius diſcrimen eſſe, intelligatur, q ſi offenſa ſit manifeſta, & manifeſtè facta, non erit excõmunicatus, nec irregularis, ſi delictũ nõ placeat, nec minus delinquenti faueat. Coram hominibus tamen præſumetur non ſolum illi delictum placuiſſe, ſed ét fauiſſe, & conſequenter habendus eſt ex communicatus, & irregularis, ſi mors cõtigit, & obligatus ad reſtituendũ. Sexta, ſcilicet quod quoad Deum eſſe differentiam inter offenſionem omittere cum mala intentione, & declaratione, intelligenda eſt de intentione fauendi delinquenti aliquo effectu tacito, aut expreſſo, & non de ſimplici complacentia, per ſupra dicta, eod. nu. 18. & 19.

39 Decimaſeptima, Conciliari poſſe duas concluſiones receptas, quæ inter ſe contrarię videntur, quod ſæpe quæſiuimus, nec vnquam in hunc vſque diẽ glorioſæ Magdalenæ anni 1556. oĩno inuenimus. Vna concluſio eſt neminem opera miſericordiæ corpus ſpectantia ad pſtandũ proximo ſub pœna peccati mortalis teneri, niſi quando eſt in extrema neceſſitate, ſicut diximus in Manuali,[h] iuxta doctrinam S. Thom.[i]

Altera eſt vnumquemque ſub pœna mortalis teneri ad reſtituendum boue, ſi errabundum inueniat, & ad erigendũ aſinum etiam eius, quem odit, ſi in eum ſubſtratũ in itinere, & onere oppreſſum incidat, ſicut præcipitur in[k] illis verbis ſcripturæ. *Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, reduc ad eum. Si videris aſinum odientis te iacere ſub onere, non pertranſibis, ſed ſubleuabis cum eo*; non tanquam precepto ceremoniali neque iudiciali, quæ abrogata fuerunt, ſed tanquã morali, quod ſemper perſeuerat, §. fi. 6. d.c. 1. de purific. poſt partum, cum ei annotat. Et idem faciendum eſſe de veſtibus, aut de qualibet alia re proximi amiſſa docetur in Deuteronomio vigeſimo ſecundo. Quod ſine dubio locum habet in boue, & in aſino proximi, quamuis extremam illorum neceſſitatem non habeant. Conciliatio eſt, quod aliud eſt eleemoſinam largiri huic; aut illi proximo, qui in eo quo carebat acquirit, ad quod ſola extrema neceſſitate obligamur, ſicut vna concluſio affirmat; Aliud propulſare damnum proximi in eo, qđ acquiſitum eſt, ad quod hæc præcepta Exod. & Deuteronomij nos obligant. Pro quo diſcrimine facit, q iura magnã differentiam ſtatuunt inter lucrum, & iacturam, inter damnũ eius, quod acquiſitum eſt, & quod acquirendum reſtat.[l]

Quod

[a] *capit. 17. nu. 222.*
[b] *c. fi. 14 q. 6. a nu. 13.*
[c] *c. 27. nu. 78.*
[d] *ca. ſi quis ſuadẽte, 17 q. 4.*
[e] *eod. n. 16.*
[f] *capit. 27. nu. 232.*
[g] *eod. n. 10. & 11.*
[h] *c. 24. n. 3. & ſupra, eod. nu. 8. & 27.*
[i] *2. 2. q. 32. artic. 5.*
[k] *Exod. 23*
[l] *l. 2. §. portio. ff. ad l. Rhodiã. d. l. fi. ff. de periculo, & cõmõ rei & ẽd. l. ſi is cui §. fi. de furt. l, ſi ſterilis. §. cum per & ẽ ditorem. ff. de act. emp.*

Quod tamen moderandum eſt, vt ſolum intelligatur de damno, de quo probabiliter credi debet, neminem alium propulſare illud poſſe, aut non propulſaturum.

40 Quæ moderatio colligitur ex duobus dictis præceptis, quæ loquuntur non de quolibet dãno, ſed de eo, quod non pót impediri, aut non impedietur niſi per eum vt qui in bouem, aut aſinum incidit, ex qua multi caſus declarantur, in quibus ad propulſandum damnum tenemur, vel non tenemur, & in quibus non poſſunt inferri. v.g. Iter faciens offendo mulionem, cui mulus luto hæret, neque extrahere poteſt. Si eſt iter a multis frequentatum, quos auxiliaturos credo, non pecco mortaliter non iuuando. Sed ſi locus ſit, per quem nemo, aut pauci prætereunt, ſic.

Video iumenta proximi ſegetes depaſcentia, & credo neminem illa abacturum præter me, non abigens pecco.

Video tuas ædes, elegetes, aut ſuplectilem ardere incipientes, & nó eſt alius præter me, qui extinguat ignem, quem cũ facile poſſim, non extinguens pecco.

Video te alteri detrahentẽ cum præiudicio notabili famæ proximi, & quamuis quo ad me nihil verè noceas, quia talia non credo, ſed noces quoad alios, qui te audiũt, & neminem tibi contradicere video, neque contradicturum credo, tibi non repugnans pecco, ſicut diximus in Manuali, capitulo decimooctauo, numero trigeſimoſexto, & latius in capitulo inter verba, vndecima quæſtione tertia, num. 549.

Video te emere animalia, panuos, agros, vineas, aut alias res, quas vitioſas eſſe ego ſcio, aut multis partibus nó eſſe tam bonas atque tu arbitraris; & video neminem id tibi dicturum præter me, non dicens pecco; quia quamuis non es in extrema meæ admonitionis neceſſitate, meo tamen auxilio indiges, ne tua bona perdas.

Quibus aliæ multæ res quotidianæ explicari poſſunt a nemine quod ego viderim, bene explicatæ, & affirmari qđ alibi in capitulo inter verba, vndecima quæſtione tertia, numero 71. de teſte diximus.

41 *Impedire qui omittit peccatum mortale proximi cum poteſt peccat. mortaliter concurrentibus tribus conditionibus, num. 47. & qui detrahenti non contradicit, aut pereuntem non liberat, num 42.*

43 *Peccata futura magis vitanda, quam punienda præterita: & ſic inquiritur, & prehenditur. &c.*

44 *Peccat quomodo mortaliter qui facit aliquid cum quo proximus peccet.*

45 *Defendere proximum quomodo teneamur, ne mortaliter peccet, etiam cum damno facultatum, honoris, & vitæ corporalis, & etiam citra caſum neceſſitatis, num. 46.*

45 *Miſericordiæ opus non ſolum ſpirituale ſed etiam temporarium debetur, etiã præter extremam neceſſitatem. 46.*

46 *Appellare poteſt, & quando debet, de ſententia mortis proximi, is cui eius iniuſtitia cognita eſt.*

48 *Peccat quomodo qui vtitur ſuis bonis, & iuribus, quamuis alius ob illud peccat.*

DEcimaoctaua, & poſtrema illatio, qua ex prædictis infertur, eſt veram eſſe, & declarari debere illam Cõcluſionem Manualis capitulo decimoquarto, numero vigeſimoſexto, contra quam ibi diximus aliqua dubia adducta fuiſſe a viro quodam haud dubiè approbato, ſcilicet peccare mortaliter eum, qui cum impedire poteſt, peccatum proximi non impedit. Quam veram eſſe ex prædictis probari conſtat.

Primo, quod ſupra per hunc textum & alios multos concluſum eſt, charitatem omnes ad defendendam vitam corporalem proximi obligare; & certum eſt ad ſpiritualem animæ ſalutem defendendam magis obligare, cum magis à nobis diligenda quam vita eius corporalis etiã noſtra ſit, ſicut probat S. Tho.[a] Et maius damnum eſt vnius animę, quã multorum, etiam hominum culpa carentium, iuxta S. Auguſt. cap. ſi habes, vigeſimaquarta quæſtione tertia, & vita animæ, a peccato mortali extinguitur, capitulo reſuſcitatus, cap. omnis, de pœnitent. diſtinctione prima. Et ſic a fortiori probat Auguſt. in cap. ipſa pietas, vigeſimatertia, quæſtio. 4. illis verbis.

[a] *a 2.2.q.26 art.5.*

Quid

Quid igitur de opere miſericordiæ, quod pro vita æterna adipiſcenda, & morte æterna vitanda hominibus debemus impendere, iudicandum eſt, ſi pro ſalute iſta temporali, verum breui, & ad tempus exiguum liberanda, ſic nos ſubuenire hominibus ratio vera, & benigna compellit?

42 Summatim dicens quid nobis pro vita æterna proximi faciendum eſt, ſi p breui corporali hoc facere tenemur? Facit etiam, quia mortaliter peccat qui ſe præſente detrahenti non contradicit, cum in eo mortaliter peccet, ſicut dicit Sanct. Thom. [a] per nos, [b] relatum, & tenemur ad defendendum proximum, qui ſe præcipitare vult, iugulare, ſuſpendere, aut alio modo interficere, ne ſe interficiat, capit. nimium, vigeſimatertia quæſtione quarta, & ad per vim extrahendum eum, qui ex domo labaſcente exire non vult, cap. ipſa pietas.

a 2.2.*q*.73 *art*.4.
b In c. inter verb. 11.*q*. 3.*nu*. 547.

Facit, quod quamuis extrema noſtræ propulſationis neceſſitas non vrgeat, p pulſare tenemur. Nam ſi periculũ amittendi aſini proſtrati, & bouis errabundi veſtis, aut alterius rei furatæ, aut perditæ, quæ in proclini ſunt, ne eas dominus & proximus noſter deperdat, tenemur facere, quo ab illo damno releuetur, quamuis non ſit in extrema, neque anguſta eius rei neceſſitate [c] quanto magis diſcrimen amittendæ animæ nos obligabit?

c Exod.23. *& Deuter*. 22.

43 Facit, quod magis tenemur ad impedienda, & euitanda futura peccata, quam procurandam præteritorum punitionem, argu. capit. præterea, ſecundo de ſponſal. & eorum, quæ latè citamus in capit. inter verba, vndecima quæſtione tertia a num. 662. Et patet ad corrigenda præterita proximi peccata nos teneri, dandamque a nobis eſſe operam cum magno amore, magna prudentia, & diligentia coniunctam, vt a peccato, in quod p lapſus eſt, abducatur. Matth. decimooctauo, & cap. ſi peccauerit, ſecũda quæſtione prima, vt in Manuali ſummatim eſt dictum. [d] A fortiori ergo tenebimur ad peccatum, quod nondum commiſſum eſt, impediendum, & vitandum. Facit, quod futurorum peccatorum vitandorum cauſa in omni caſu inquiri poteſt, iuxta quoddam dictum ſingulare Innocen. III. in capit. primo de poſtulat. prælat. columna ſecũda, ab omnibus approbatum, & a Laico clericum poſſe capi, iuxta Panormit. in cap. tertio & cap. vt famæ, de ſentent. excommun. & cap. cum non ab homine, de iudic. cõmuniter recept. quod locum habet tam in delictis priuatis, quæ priuato bono, quam publicis, quæ publico nocent; tam in ſecretis, quam in famoſis, ſicut benè ſpecialiter explicat Sotus in libro de ratione tegendi ſecretum, memb. ſecunda quæſtione ſexta, pagina decimaquinta. Facit etiam, quod ad euitandum ſcandolum, & offendiculum, quo proximus peccaret, debemus facere, aut omittere omnia, quæ ſine peccato poſſumus, cap. ſecundo de nou. operis nunciat. quamuis ſint eleemoſinæ, aut alia opera per euãgelium conſulta, dicto cap. ſecundo. Ex quibus omnibus prædictam concluſionẽ Manualis, [e] veram eſſe conſtat.

d In ca.24. *uum*. 37.

e capit.14. *nu*.26.

44 Eam tamen aliqua declaratione indigere, faciunt fundamẽta, quæ ibi ſumpſimus, ſcilicet non peccare mortaliter eum, qui petit mutuum ab vſurario, quãuis credat ilium mutuum niſi ad vſurã non daturum, & mortaliter peccãdo daturum, vbi ſupra, num. 27. neque qui a parocho petit, vt ſuum filium baptizet, credens eum eſſe in peccato mortali, & quod eius non pœnitens illum eſt baptizaturus; neque mulier, quæ ſe comit ob vanam gloriam venialem, ſine aliquo fine mortali, quamuis credat aliquem, aut aliquos ſe aſpicientes concupiſcentiam mortalem concepturos ſic eam comptã cernentes, [f] neque qui, etiam cum fine ſuo danno poteſt, percuſſionem a clerico non propellit, excommunicationem incurrit, ſaltem quoad forum conſcientiæ, ſupra, [g] Et quod fortius eſt, nemo tenetur ad eleemoſinam impertiendam ſub pena peccati mortalis, niſi in extrema illius neceſſitate conſtituto, [h] & patet, quod qui ſua ſponte vult mortaliter peccare, ſciens illud tale eſſe peccatum mortale, cum poſſit illud vitare, non eſt in extrema neceſſitate conſtitutus vitationis mortis ſpiritualis. Quare prædictam concluſionem affirmantes, ſcilicet nos ad vitandum peccatum mortale p ximi ſerio, ſi poſſumus, teneri, has declarationes addimus.

f In eo. Manual. c.23. *nu*.25.
g eod. n.17 *&* 31.
h Thom. recept. 2.2.*q*. 32.*art*.5.*et ſupr. n*.39. *& Manuali, c*.24.*nu*. 3.*relatus*

Prima, quod habet locum non ſolum, ſicut

ſicut illic diximus,quando ſine damno, pudore,& dedecore id facere poſſumus, ſicut dicebat Felyn. in capitulo quanto, de ſentent.excommunic. & capitulo ſecundo,de hæret. relatus, & confutatus ſupra,numero decimo,& vndecimo,cui nemo præter me contradixit; ſed etiam ſi non poſſumus facere ſine damno facultatum,& honoris,& quin etiam vitæ corporalis,quando eius anima in extrema noſtræ propulſationis neceſſitate cõſtituta eſt,ſicut inſinuamus in Manuali, [a] dicentes nos teneri ad largiendã eleemoſinam ſpiritualem ſub pœna peccati mortalis extremè ea indigẽti ad animæ ſuæ ſalutem, quamuis in periculum vitæ ob illud veniamus. *a cap. 24. a nu. 3.*

Secunda, quod habet locum etiam quando non eſt in extrema noſtræ opis neceſſitate ad vitandum peccatum; ob ſuam tamen imbecillitatem,vel ignorãtiam craſſam, aut affectatã,aut ob alias cauſas, & occaſiones peccandi in huiuſmodi neceſſitate verſatur, vt niſi nos eripitulemur,peccatum mortale commiſſurus ſit,& ſpiritualiter moriturus, & ſi opitulemur, non. Hæc eſt ſingularis q̃dam doctrina piiſſimi, & doctiſſimi illius Adriani in quarta de correct. fraterna,colum.decimaſecunda,quæ quantæ nobis conſolationi fuerit, cum hodiè in eam ferè caſu incidimus, Deus teſtis eſt; quamuis triſtitia me affecerit videre,nihil eum ad id adducere,ſed ſolum inferre ex hoc,ſcilicet eleemoſinam ſpiritualem magis, quam corporalem eſſe præceptam, quod etiam probatione indiget.Pro quo tamen adduximus rationem, quam nunquam antea audire,vel legere meminimus, nec alibi diximus, videlicet nos teneri ad propulſanda mala,& damna proximi,etiam quæ ille vitare poteſt,ſed non vult, modo ſint eiuſmodi,quibus iuſtè,& ſine peccato mortali ille non poteſt conſentire, ſicut ſupradictum eſt,qualia ſunt præcipitium, ſuſpendium, domus ruentis oppreſſio, ne ſe iugulet, aut alio modo interficiat, ſeu aliquod membrum abſcindat,de q̃bus agunt præfata cap. nimium, & cap. ipſa pietas,decimatertia quæſtio quarta,qualis item cibi,vel potus,vel medicinæ ad vitam neceſſariæ,iuxta gloſſ.ſolem.paragrap.primo,83.diſtinct.ac etiã ſi medici ſumus, & cum quis non ſe vult curare; & omnes tenemur prohibere infirmis ne comedant,aut bibant quę ipſis nocitura credimus, & etiam ſuis ne venenum epotent, licet ſi velint illi, ab his omnibus ſe poſſint ſeruare. Itaque dicimus in hoc inter eleemoſinam, aut auxilium ſpirituale, & corporale non eſſe diſcrimen, ſicut dixit Adrianus noſtro iudicio vi argumenti victus; quia quando eſt tale, vt proximus illud reijcere non poſſit, & ſine eo ſpiritualiter, aut corporaliter moreretur, ex præcepto ab eo qui poteſt,etiam ei nolẽti prę ſtandum eſt. Pro hoc facit, quod quamuis ægrè ferat morte damnatus, ab illa ſententia proximus appellare poteſt l. non tantum,ff. de appellat. & l. addictos. C. de epiſcop.audient. Imo ſi condemnatus appellare omitteret,quia mori vellet (ſicut omittere ſolent aliqua mancipia)qui ſciret ſententiam eſſe iniuſtam, appellare teneretur. argum. illius Prouerb. 24. Erue eum,qui ducitur ad mortem; quod eleemoſinam ſpiritualem tenemur largiri conſtituto in extrema illius neceſſitate, etiam cum periculo vitæ; corporalem autem non niſi citra illud, per quod eius illatio verificatur.

47 Tertia declaratio,nos ad dictam propulſationem non teneri, niſi concurrentibus tribus conditionibus ſimilibus illis, quæ requiruntur ad hoc,vt nos præceptum fraternæ correctionis obliget, quas in Manual. [b] poſuimus. Prima,vt certum ſit eſſe peccatum mortale, aut veniale periculoſum. Secunda, vt bene ſperetur de vitatione peccati, aut ſaltẽ credatur ex eo deterius nihil euenturũ. Tertia,vt cum opportunitate fiat,non ſolum perſonæ, vt ſit ea, quæ magis ad illud tenetur, ſaltem contemplatione negligentiæ earum, quæ tenentur; ſed etiam temporis, vt colligitur ex rationibus,quas pro dictis tribus conditionibus fraternæ correctionis adferunt San. Thom. [c] Caietan. in dicto articulo ſecundo Adrianus in quarto de correctio. fratern. Sotus libro de ratio.tegen.mẽb. ſecundo quæſtione ſecunda Innocent. Panormita. & alij Decretaliſtæ in cap. nouit. de iudic. Archidiad. Dominic.& alij Decretaliſtæ,in capit. ſi peccauerit, ſecunda quæſtione prima. *b cap. 24. nu. 27.* *c 2.2.q.33 art.2.& in 4. diſt. 19*

Quarta

Quarta declaratio,etiam ad impediē dum peccatum mortale proximi nos teneri, renunciantes vſui noſtrorum bono rum, iurium tam ſpiritualium, quam temporariorum, quando ſine peccato renunciare poſſumus, & niſi renunciando peccatum proximi ignorantiæ, aut infirmitatis impedire nó poſſumus. [a] *Qui ſcandalizauerit &c. num de puſillis iſtis, &c.*

a Arg. illi⁹ Matth. 18. & ca. 2. de operi. noui nun. S. Tho. 2. 2. q. 43. art. 7. & 8.

48 Quinta declaratio,nos tamen minimè teneri ad impediendum peccatum mortale alienum, vt omittere debeam⁹ vſum noſtrorum bonorum,& iurium ſpiritualium, & etiam temporalium, eo q̄ aliter peccatum proximi prohibere non poſſumus, quod ille ex pura malitia, & peruerſitate committit,iuxta illud Euāgelium, [b] (Sinite illos : cęci ſunt,&c.) & allata per Sanct.Thom. vbi ſupra, & not.per noſtros, in cap.qui ſcandalizauerit.de regu.iur. & dicto cap. ſecundo, de noui oper. nunc. Ex quibus declarationibus contrariæ concluſiones ſoluuntur. Duę enim primæ per quartam, & quintam declarationem infirmātur, qā primum de iure, quod in proximum habet ad mutuum petendum loquitur, qui per malitiam, & ſtatum malum vſuræ, & peccati, in quo eſt,& non per ignorātiam,& infirmitatem peccat.

b Matt. 15.

Secundum loquitur de eo, qui ſuo iure vtitur, & a ſuo parocho petit, vt ſuū filium baptizet,qui ex ſua malitia,& malo ſtatu,& non ex honeſta petitione peccat. Ad tertium;de ea, quæ ſe vane comit, &c. reſpondemus nos non dixiſſe in Manuali noſtro non peccare mortaliter mulierem, quæ ob vanitatem venialem ſe comit, credens aliquem ex eo ipſam mortaliter concupiturum; ſed quāuis aliquis ex eo ad eius concupiſcentiā mortalem moueretur, quæ ſunt res multum diſſimiles. Dicimus itaque mulierem, quæ ob talem vanitatem ſe componeret,credens N. aut N. ad ſui concupiſcentiam ex ſua infirmitate motum iri, ſi ipſa illis occurreret, non excuſaretur. Non diximus ſine cauſa (ex ſua infirmitate) quia non peccaret componendo ſe, quamuis crederet aliquem, aut aliquos homines,qui ex ſua malitia,& modo ſtatu, in quo ſunt, & ſua incuria carnis peccatum vitandi tentātiones, & occaſiones, etiam antequam veniant, aucupantur, delectaturos, loquuturos, & concupituros malè, mortaliter ſe, & alias pulchras, & bene ornatas mulieres; etiam quamuis alias præter ipſam non concupiſcerent, modo illud non ex infirmitate, ſed ex ſola malitia proficiſceretur, aut ex malitia, & infirmitate, quæ non eſſet cauſa peccati, ſed comes malitiæ, ex qua illud oritur, iuxta ea, quæ dicit Sanct.Thom.de ignorantia. [c] Neque etiam diximus ſine cauſa N. etiam N.& non aliquem generaliter, quia videtur minimè peccaturum eſſe,quod aliquem generaliter crederet concupiturum argumen. Oſius,de election. & eorum, quæ adduximus in cap. ſi quis autem,de pœn.diſtinctione ſeptima,de cō ſcientia dictante in genere tantum.

c 1. 2. q. 76. art. 1. & 2.

Ad quartum reſpondeo, quod propter ſcandalum proximi, quod ex malitia oritur, non tenemur ad non vtēdum iure noſtro ſpirituali, aut temporario, ſicut dictum reſtat.

Ad quintum negamus nos non teneri ad proximo ſubueniendum, niſi quando eſt in extrema neceſſitate, quam vitare ſine auxilio noſtro nó poteſt. Tenemur enim quando, & quomodo in prima, & ſecunda declaratione dictum relinquitur. Quo hæc omnia rectius animo ſederent, adiuuit approbatio multū R.P. Fratris Ambroſij Salazar ſubſtituti primæ cathedræ theologiæ in hac Academia, viri ſingularis vitæ,ingenij,iudicij,æruditionis,& energiæ in prælegendo, & concionando, quæ raro in vnum conueniunt. Defenſa igitur reſtat prædicta concluſio ab argumentis, & dubijs prædictis, ad honorem, & gloriam glorioſiſſimæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ, cuius feſtū hodie Eccleſia agit, quæ a chariſſimo ſuo Deo, & homine Ieſu, impetret,vt quemadmodum vna ſæpius ipſam a ſuis detractoribus defendit, ſic ſua potentiſſima interceſſione ab omnibus peccatis mortalibus nos ſeruet,atq; nobis ad alterutros inuicem ſpiritualiter, & corporaliter defendendum gratiam, & in eo perſeuerātiam impertiat, quoad æternam gloriam conſequamur. Amen.

COMMENTARIVS RESOLVTORIVS

De Homicidio casuali.

SVMMARIVM.

1 *Irregularis est qui alium casu occidit, rei illicitæ operam dans, aut licitæ, illicitè, quæ optimè probatur, quicquid alij dicant, num. 3. Intelligendum tamen est quando opus illicitum eo dirigitur num. 5.*

1 *Irregularis est clericus, qui mercaturā exercendo, aut arborem alienam cædendo casu occidit iuxta Syluest. Non est tamen verum, num. 10. quamuis aliter, qui se defendendo maritum occidit, sit. nu. 3.*

2 *Intellectus communis c. Tua. de homic. melior nouo quodam.*

2 *Chirurgus nō debet esse monachus, nec clericus ordinis sacri.*

2 *Argumentum a contrario sensu pro eo cuius contrarium non exprimitur.*

4 *Regula iuris in omnibus, quæ ab illa non excipiuntur, seruetur.*

5 *Casus nocet, si culpa in eum directa p̄cedit, & non alias & 6.*

7 *Intellectus cap. fin. de homicid. Syluest. malus.*

8 *Irregularis est non solum qui mortem consuluit, sed etiam illud ex quo illa sequitur.*

9 *Opera omnino bona qui negat, hæreticus est, sed ex maiori parte sunt mala vel naturaliter, & nulla est in individuo indifferens.*

9 *Homicidium omnino casuale irregularitatem non inducit; & quando est illud.*

10 *Irregularis nemo ob mortem casualem sine alia culpa, aut cedendæ arboris alienæ, aut negociationis p̄hibitæ exercitio, aut ex campanæ in tempore prohibito sursum versus erectione, aut ex venatione rei prohibitæ, aut ascensione in mulam mansuetam vetitam, num. 11.*

12 *Irregularem facit quendam vna mors casualis, quem alia talis non faceret.*

ADiungamus nunc huic textui, & prædictis illam quæstionem de irregularitate, quæ in hac impressione recognitionis Manual. [a] per errorem remissa fuit in commentarium huius cap. cum in aliud, scilicet commentarium, capit. non in inferenda vigesimatertia quæstione tertia, cum hoc excuso remittenda fuisset ex hoc huc reiecta, scilicet ex dict. cap. Non in inferenda, num. 37. sub finem.

a Capit. 27. nu. 221.

Quæstio est, an notabilis quædam moderatio D. Doctoris Soti [b] vera sit? Pro quo in memoriam redigenda est illa regula affirmans, quam in Manuali, [c] posuimus, scilicet omne homicidium casuale (quod est illud, quod casu contingit, nulla ad illud interueniente voluntate) quod ex opere illicito, aut ex licito facto illicitè sequitur, irregularitatē inducere, capit. tua nos, cap. suscipimus, de homicid. & cap. fi. eod. tit. libro sexto, quæ de opere illicito loquuntur, cap. cō tinebatur, & ca. presbiterum, de homic. quæ de opere licitè facto agunt.

b li. 5. q. 1. artic. 9. de iust. & iur.

c Capit. 27. nu. 221.

2 Quam

2 Quam moderatur D. Doctor Sot. vt solum locum habeat, quando opus, aut modus operandi, ex quo homicidium sequitur illicita sunt; quia sunt ex suo genere periculosa ad mortem, aut mutilationem efficiendam, & ideo prohibita; & non in alijs, quæ ob alias rationes sũt illicita. Contra quem, & eius fundamẽta faciunt primum, quod tam glossæ, [a] & Sanct. Thom. [b] quam omnes alij, indifferenter dicunt esse irregularem qui facit aliquod opus illicitum, aut licitum facit illicitè, si ex illo mors, aut mutilatio consequatur.

a In c. sicut dignus. §. fi. de homi. & c. de his, 1.50. dist. b 2.2.q.64. art. fin.

Secundum, quod Sylvest. speciatim dicit verb. homicid. tertia quæstione prima, sub finem clericum, qui casu interficit, mercaturam exercens, quæ illi est prohibita, esse irregularem, quamuis nõ esset talis laycus cui idem contingeret; & qui cædendo arborem alienam casu interficit, eum esse irregularem, quamuis tantam diligentiam adhiberet, quanta satis esset; quod non esset, si arbor ipsius fuisset. Idem Sylvest. [c] quin Caiet. si bene expendatur, dicit Clericum, qui venando adhibet tantam diligentiam, quantam laycus, quo deformatio non sequatur, nõ peccare magis peccato homicidij, quam Laycum; verum irregularitatem incurrere. Et patet Clerico non esse prohibitum arborem cædere, neque etiam mercaturã, quod sint ad deformitatem inferendam periculosa, sed propter alias rationes; neque etiam venationem accipitrum, leporũ, cuniculorum, quam ius, cap. primo cum gloss. de Cleric. venato. voluptatis, sed non relaxationis causa vetat. Tertium textum non reperiri, qui illud efficaciter probet.

c eod. verb. q.18.

Quarrum inductionem capit. Tua, de homic. cui D. Sotus maximè innititur pro certo ponere quod tam incertum vt est, communis opinio contrariũ teneat, & nostro exiguo iudicio meritò; quia p̃supponit illum textum continere monachum, qui vtendo chirurgia ob solam pietatem curat vulnus, & aperit; ex quo infirmus vento contra præceptum monachi se exponens moritur, non esse irregularem; & si ob lucrum curat, esse irregularem. Cuius contrarium textum probat, iuxta intellectum communem (quem Ioann. Andr. Panormit. Anan. & Felyn. probant) qui tenet in vtroque casu esse irregularem; quamuis in vno facilius, quam altero dispensetur. Neque sine ratione tenet, quia tex. apertè dicit illum monachum exercendo alienum officium sibi vetitum peccasse, sicut illa verba dicunt. *Licet ipse monachus multum deliquerit officium alienum & surpando, quod sibi minimè congruebat.*

Tum quia clare etiam dicit, tribus rebus concurrentibus, scilicet, quia ob pietatem, non ob lucrum curauit, & artem bene callebat, & debitam diligentiam omnem adhibuit, non ita reiiciendum esse, vt misericordia erga eum vti non posset, quo celebrare post meritam satisfactionem permitteretur: quod est dicere, eum misericordi dispensatione indigere. Hæc enim sunt verba text.

Si tamen causa pietatis, & non cupiditatis id egerit, & erat peritus in exercitio chirurgiæ, omnemque studuit, quam debuit, diligentiam adhibere, non est ex eo, quod per culpam mulieris contra consilium eius accidit, adeo reprobandus, quod non possit condignam satisfactionem cum eo misericorditer agi posse, vt diuina ualeat celebrare. Alioquin interdicenda est ei sacerdotalis ordinis executio de rigore.

Quintum, quod si eius inductio valeret eius moderatio falsa esset; quia eius limitatio habet esse irregularẽ qui opus illicitum sibi prohibitum facit; quia periculosum est ad aliquem interficiendũ, si ex eo mors, aut mutilatio consequatur. At patet monachum, de quo ille text. loquitur, opus illicitum fecisse, & eiusmodi, vt sibi esset prohibitum, eo quod esset periculosum ad mortem adferendam. Vsus enim fuit chirurgia, quatenus amputauit, & aliquas carnes adussit; & non solum monachis, sed etiam oĩbus sacerdotalis ordinis est prohibitum, ob periculum, ne aliqua mors contingat, sicut tenet Panor. [d] & communis. Itaque si & eius inductio præsupponit, verũ esset, eius moderatio falsa foret; & si hæc vera est, eius inductio falsum p̃supponit.

d In c. sententiam, ne Cleric. uel monach. vbi Panor. nu. 21. id affirmat, & Syl. uerb. Medicus. e c. 15 n. 7. f 2 pa. ti. 5.

3 Sextum, & ille nititur in eo, & adulter a marito cũ vxore deprehẽsus, si suę defensionis causa maritũ occidit, irregularis non est. Cuius oppositum in Man. [e] tenuimus, & ante tenuit S. Ant. [f] & sua

eadem moderatione probatur, quia adulterium eſt actus illicitus, & periculoſus ad mortem inferendam, conſiderata hominum procliuitate, & cõſuetudine interficiẽdi adulteros, & ſuas vxores, & ẽt conſideratis legibus, quæ in certis caſib⁹ in parentes, & maritos ob illud non animaduertunt; [a] Et illius moderatio irregularitatem caſualem continet, quæ ex opere illicito, & periculoſo mortis afferendæ ſequitur, interfectorem irregularem efficere ꝛ.

a Arg. l. patri. l. marito ff. ad l. Iul. de adult. et l. Gracch⁹.

Septimum, ꝙ ille nititur in eo, ꝙ dicit non eſſe textum pro regula generali prædicta [b] doctorum qui dicunt, hominem ex qualibet morte caſuali ex opere illicito ſequuta irregularem fieri, præter duos, c. dilectus, & cap ex literis, [c] qu. ſolum ſignificare videntur mortem, quæ ex opere licito, & licitè facto ſequitur, hominem irregularem non facere.

b & ſup. eo. n. 13. & in Manual. c. 27. nu. 221. c 2. de homicid.

Quod fundamentum infirmum eſt, quia argumentum, quod a contrario ſenſu di ci[illegible], quamuis infirmum ſit in logica, ſit minimum tamen eſt in iure, [d] quando ad probandum illud, cuius contrarium non eſt iure expreſſum adhibetur. [e] Et cum prædictæ regulæ cõtrarium expreſſum non inueniatur, nec ex fundamento communi alia ſolutio, conſequens eſt ex illo probari poſſe.

d l. 1. ff. de offi. eius cui mandat. eſt iuriſd. & c. apoſtolica, de his quæ fiunt a præl. ſin. cõſ. cap. e Iuxt. cap. a nobis. 2. & ſen. excom. & gloſ. c. ſignificaſti, & for. ſ compet.

4 Octauum, illa duo cap. videlicet cap. dilectus, & c. ex literis. de homicid. non ſolum probare ex argumento, quod a cõtrario ſenſu dicunt, ſed etiam ex eo, qđ a ceſſante ratione, & cauſa appellant, & eſt validum l. adigere. §. quamuis de iur. patron. c. cum ceſſante. de appellat. vt palam eſt ea perpendenti. Alterum enim ſcilicet cap. dilectus. dicit clericum de quo loquitur, non fuiſſe irregularem, qa neque voluntate, neque actu homicidiũ patrauit, neque rei illicitæ operam dando contigit; & alterum, cap. ex literis ab irregularitate quadam excuſat, quia in ſuo opere diligenter circumſpexit.

Nonum, multos eſſe textus, qui generaliter vtuntur regula, quod qui deformat, hoc eſt occidit, membrum hominis abſcindit, aut illius eſt cauſa, irregularis eſt, ſiue in pace hoc fiat, ſiue in bello, ſiue lapidem aliquem iaculando, aut diſcipulum verberando per incuriam, ca. inter. cap. ſi quis viduam, cap. clerico, ca. de his trigeſimo, dicto cap. continebatur & capit. presbyterum, de homicid. qui textus tam generalem regulam tradũt, vt etiam eos, qui iuſtè, & ſanctè, directè, aut indirectè occidunt, & deformãt, aut illius cauſa ſunt, compræhendant, ſicut in Manuali, [f] late dicimus. Quin multi doctores, ex quibus fuit S. Thom. [g] in ea fuerunt ſententia, quod etiam ob homicidium, quod quiſpiam pro ineuitabili ſui defenſione perpetrauit, irregularis fiebat; & certũ eſt, quod a regulis iuris, niſi cauſa iuris expreſſi, aut neceſſariæ rationis eidem maxime innixæ nobis diſcedendum non eſt. [h] Ex cum ius ab hac irregularitate non eximat, niſi eum, qui caſu citra culpam interficit, aut mortis cauſa eſt, aut rei illicitæ operam dando, aut deliberate ob neceſſariam defenſionem, regula doctorum probata relinquitur, deformationem caſualem ex culpabili opere cõſequutam irregularitatem efficere ꝛ.

f capit. 17. nu. 206.

g 2. 2. q. 64. art. 8.

h gloß. l. oĩs definitio. ff. de reg. iur. & in rubr. de reg. iur. libr 6. receptæ per oĕs.

5 Propter dicta fundamenta prædictam moderationem tenere non auderem, ſi illa (ſicut ipſe dicit, opinioni doctorum canoniſtarum aduerſatur; quamuis ea nobis probatur in ſe, & quatenus cum alia, quam illi noſtro iudicio ſentiunt, & etiam ab aliquibus ſatis exprimitur, cõſentit; ſcilicet homicidium caſuale non facere irregularem eum, qui caret culpa ex ſua natura, aut ex intentione culpa affecti ad illud ordinata, & directa ꝛ. Exemplum ſit. Rogo meum ſocium, ut mecum ad Eccleſiam eat, quã ego ad eo cũ aliqua intentione videndi mala mortalia, audiendi, loquendi, aut turpia perpetrandi. Nobis ad eam euntibus, tegula de tecto cadens mihi ſocium interficit, irregularis non ero. Quãuis enim mors illa ſequuta ſit ex eo, quod a me rogatus fecit, & ego in eo rogando, & cum eo eundo illo fine mortaliter malo, peccarem, illa tamen malitia, & culpa mea non fuit ordinata, & ad illam mortem directa, nec ex natura operis, nec ex intentione agentis, qui ego fui, & quod ego commiſi rogando, & obſecrando, vt quo mortuus eſt iret. Pro iſta moderatione, & cõcluſione facit primo, quod ob illud, quod caſu contingit, nemo damnum, nec pœnam meretur. [i] quãuis culpa præcedat, ſi illa non ordinatur ad illud,

i l. ſi creditor. l. q̃ fortuitis. C. de pignor. act. c. 1. de com mod. & ca. fi. de depoſi.

illud,aut dirigitur, ſicut aliqui loquendo de iſta materia ſingulariter dicunt, è quib.ſunt Pet.de Anc.& Peruſ.& Frãc. [a]

a *In gloſ. pen.c.fi. de homic.lib.6*

Secundo,quod ſi mulam, quo ad Tarum proficiſcaris tibi commodo;quamuis tu in illa proficiſcaris cum aliqua intentione mortaliter mala dicendi, audiendi, aut aliquod peccatum mortale patrandi; & in itinere tibi mulam fulmen, rabidus aliquis canis,aut alius caſus fortuitus interimit, ad pretium pro illa mihi ſoluendum non teneberis;quia licet ei,qui commodato aliquid accipit, illud pereat, quamuis caſu fortuito pereat,quando caſum culpa præceſſit, tenebitur, [b] & in facto ,ppoſito caſum tua culpa præceſſit. Quia tamen nec ex ſua natura,nec ex tua intentione ea ad illud dirigebatur, illud tibi nocere nõ debet, iuxta mentẽ,& cõſuetudinem omniũ. [c]

b *Cap. 1.de commod.& c.fi. de depoſit.*

c *In dictis dueb.cap.*

6 Tertio, quòd Pet.de Anch. & Philip. Franc.expreſsè hoc decidunt,dicentes [d] id, quod quædam glo.dicit, nocere id, quod caſu contingit,quando caſum culpa præcedit, intelligendum eſſe, quando culpa ad illud refertur, & dirigitur. Et gloſ de hac eadem materia irregularitatis loquitur.

d *In d. gl. pen. d.c. fi. de homicid. lib.6.*

Quarto,quòd reſponſionis cuiuſdam Bonifacij VIII. [e] ratio hoc clarè ,pbare videtur. Poſtquam enim dixit. Qui aliquẽ percuti iubet,cum proteſtatione ne eum interficiat, ſi mãdatarius interficit, irregularis eſt. Cuius rationem reddit, quia in mandato culpam cõmiſit,& exiſtimare debebat illud contingere poſſe; per hoc ſignificans, quòd quamuis in mandando culpam habuiſſet, ſi tñ exiſtimare nõ debuiſſet deformationem ex mandato ſequi poſſe,irregularis nõ fuiſſet Vnde colligi poteſt, ꝙ qui famulum hinc Metinam mitteret,vt aliquid mortaliter malum emeret,aut venderet, diceret, aut faceret, qui in itinere fulmine tactus, aut ab aliquo Leone, aut latrone interiret, qui mitteret irregularis nõ eſſet;quia quamuis in culpa fuit, ad iniquum opus mittendo, non tamen cogitare tenebatur ex illo nuncio illud euenturum,ita vt ob illud mittere omitteret; & culpa non erat in id ordinata.

e *In d.c.fi. de homicid. lib.6.*

Quinto, quòd non retundet vim quarti fundamenti qui dixerit Sylu. [f] dicere, quod Bonifacius duas illic ſuæ ſententiæ rationes adduxit quarum vna eſt, quia culpam in mandando commiſit, & in omni mandato culpabili locum habet; & ſecunda quia exiſtimare debuit ex eo id contingere poſſe, in mandato licito. Primo, quia eius declaratio eſt contra gloſſam, quam licet ipſe reprehendat, eam tamen omnes ſequuntur. Secundo,quia ex copulatiua,& ,faciendo diſiunctiuam, vel, ſuam textus proprietatem amittit. [g]

f *Verb. homicid.1. q. 7.uerſic. 4.*

7 Sexto, quòd nos multum mouet eſt, quia deciſio Bonifacij ſuperuacanea, & de nodo in ſcirpo fuiſſet, ſi hæc moderatio vera non eſſet, quippe qui ſi vt per homicidium caſuale irregularis ſit, ſufficit culpa eius,cui contingit, ſine dubio ſatis ſuperque ſufficeret, vt contingeret propter culpam iuſſionis, vt iret,tam vi cinam ei,quæ eſt de interficiẽdo. Et ió nõ erat cur illa decretalis cõſtitueretur.

g *Cõtra l. non aliter. ff.de legat. 3. & cap. præter. de uerb. ſigni.*

8 Septimo,qđ noſtro iudicio hoc ſentire voluit ſapiẽtiſſimus ille Inn. [h] in exẽplis,quibus ſuum dictum illud ſolẽne illuſtrauit, non ſolũ eum eſſe irregularẽ, qui conſulit interficere, ſed ẽt qui conſulit facere aliquid, vnde mors ſequatur. Adhibet.n. exemplum eius,qui conſulit explodere tormentũ æreum,aut percutere alium, aut proficiſci ad arcem vi capiendam, quæ capi ſine hominũ interitu veriſimiliter non pót, atq; multũ dubitat de eo, qui cõſulit arcem proditione capere, quia ſæpe ſine interitu capi ſolet. Et ſi quælibet culpa ad mortẽ directa ad illud ſufficeret, neque de quarto exẽplo dubitaſſet, neq; tria priora adhibuiſſet in culpis tam propè ad mortẽ directis; nec pro rõne in tribus caſibus incurri irregularitatẽ dixiſſet,ꝙ id, qđ in illis iubebatur interfectioni vicinũ erat.

h *In d.ca. ad audientiam. de homic.*

Octauo,hoc idẽ Hoſt.& Io. And. illic ſenſiſſe;& cõis cum Panorm.dicit rationem cur Inn.inclinet ad dicendũ, etiam in quarto caſu incurri irregularitatẽ,eſſe, quia quamuis non eſt tam certũ ex arce per proditionẽ capta mortes ſequuturas, quam ex eiuſdẽ per vim occupatione;ſæpe tñ etiam ex occupatione per proditionẽ ſequũtur.Idẽ ſentit cõis [i] dicendo rationem, cur illa concludit eũ, qui conſulit alicui, vt interficiat alterum, & alter illum interficit, irregularem fieri; quia exiſtimare debebat illud

i *In d.c.ad audientiã. de homic.*

lud ex eo sequi posse, sicut bene declarat Panor. in d. cap. ad audientiam.

9 Nono facit, quia si contrarium teneremus, & eos, qui ad id culpam venialem satis esse tenent sequeremur; è quib⁹ est Caiet.[a] quasi semper irregularis esset q diceret, faceret, consuleret, aut aliquid mandaret, quo facto mors contingeret. Quia communiter[b] quamuis hęresis sit Lutherana dicere, omnia nostra opera esse peccata saltem venialia, quod Alfonsus Castrensis præcellens concionator, grauisq; scriptor probat post gloriosum mihique marty. Io. Roffensem præsulem magnanimum;[c] tanta tamen est humana miseria, vt timeam ne maior pars operum, quæ aliqui facimus, talis sit, aut quia ex sua natura illa talia sunt, aut qa aliqua circunstantia temporis, loci, personæ, modi, finis, aut aliarum, (quæ omnes concurrere debent, vt bonum opus sit) illis desit.[d] quale si non est mortale necessario, saltem venialiter malum erit quandoquidem nullum opus humanum cum deliberatione factum reperitur, qđ in indiuiduo (quod a Iurisconsultis species dicitur) sit indifferens, hoc est neq; bonum, neq; malum.[e] & consequenter fere omnia homicidia contingerent ijs, qui vniuersaliter peccarent.

a 2.2.q.94. art.8.

b Sicut diximus in c. inter verba. 11.q.3.nu. 464.

c Ille quidē ī lib. aduersus oēs hæreses verb. opera. hic autē assertio. Lutheran. art. 31.

c Dionysius lib.4. de diuin. nomin. S. Tho. 1.2. q. 18 a. 11.

e S. Th. 2.2. q. 18. ar. 9.

Decimo facit, quia si quod prætendimus verum non esset, sequeretur omnes qui spectaculis belli simulachrorū, conflictuum, arundinum, aut taurorum, ob prauitates mortales, aut vanitates veniales (de quibus sunt nostro iudicio plures qui & vxores, liberos, famulos, amicos, aut alias personas secum deducūt) intersunt, irregulares esse, si eorū aliquis moreretur, aut membrum aliquod amitteret ob casum ex theatro, ictus lancearū, ramentorum, virgarum, arundinum, occursum equorum, percussiones ensium, aut aliarum rerum similium, quæ casu contingerent; quod esset irregularibus Episcopis, Prælatis, & alijs Ecclesiasticis principalibus, & honoratis sæcularibus orbem opplere.

Vltimo facit pulchra illa diuisio, & solutio, quam postremis editionibus recognitionis Manualis,[f] addidimus, trium deformationum, aut homicidiorum, scilicet omnino voluntarij, omnino casualis, & mixti; vbi definiuimus illud esse merè casuale, quod in se directè non appetitur, & ex eo, quod nullo modo ad illud dirigitur, sequitur; qualis est mors eius, quem aliquo missum fulmen interfecit, citra omnem suæ deformationis cogitatum; de quo absolutè illic diximus irregularem non facere, & nunc latè probauimus.

f In cap. 27 nu. 220.

10 Ex his omnibus pro omnium declaratione has illationes inferimus.

Primam rectè dixisse prædictum D. Doctorem Sotum aberrasse Sylu. dicendo irregularitatem incurri a clerico, qui cædendo alienam arborem casu aliquē interimit, quamuis ab eo tanta diligentia posita sit, ne interficeret, quanta fuisset ad vitandam irregularitatem satis, si propriam arborem cædendo idem contigisset; si quidem cædendæ alienæ arboris culpa ad mortem, quæ contigit, non dirigebatur.

Secundam rectè etiam eundem dixisse, non esse irregularem monachum, eo quod sursum versus ipso mouente campanam tempore prohibito illius tintinnabulum aliquem interfecit, si in eo tanta diligentia vsus fuit, quanta sufficiebat ad vitationem irregularitatis, si tempore permisso eam sursum versus egisset. Licet enim his duobus casibus opus sit illicitum, culpa tamen nullatenus dirigitur in mortem.

Tertiam errasse Sylu. verb. homicidiū tertia q. pri. dicendo irregularem futurum clericum, quia homicidium casuale ei mercaturam vetitam exercenti contingat, propterea quod si mercatura ei licita fuisset, irregularis non fuisset, modo illa talis fuisset, vt nec ex sua natura, nec ex intentione clerici, ad illam mortem referretur.

11 Quartam, ꝙ quamuis verum attigit Caiet. dicendo clericum, qui venādo tantam diligentiam, quantam laicus adhibet, ne homicidium sequatur, non magis peccatum homicidij, quàm illum cōmittere; sed non dicendo clericum in illo casu incurrere irregularitatem, & laicum non, si venationis genus ex sua natura in homicidium nō dirigebatur; qualis est venatio leporum, cuniculorum, perdicum ad alterius cantum, aut cum accipitre sine aliquibus armis, in prouincijs, in quibus non est prohibita; licet in

co

eo clericus peccaret id faciendo tempore, quo diuinis intereſſe teneretur, & ſi ſuæ Eccleſiæ deeſſet, aut ob aliam rationem, quæ ad occidendum haud dirigeretur; neque etiam ſi venationem exercendo fulmine aliquis, qui ſuis precibus in eadem verſabatur, interiret; quamuis eius dictum in venatione vrſorum, aprorum, & ceruorum, quæ armis exercetur, defendi poſſet, ſi mors per illa contingeret, & non p aliũ caſum grandinis, diluuij, aut alterius modi, quem cogitare nó debebat.

Quintam, non eſſe irregularem fratré minorem, cui ne mula vehatur prohibitum eſt, eoquod mula manſuetiſſima, qua vehitur, citra aliquam ſuam aliam culpam puerum occidat; quia culpa ſui cóſcenſus in mulam manſuetam non dirigebatur ad talem mortem, nec ex ſua natura, neque ad eam ex intentione conſcendentis referebatur.

12 Sextam, neque etiam eſſe irregularem venatorem, cuius venatio ſolum ex eo eſt illicita, quia ad horam Miſſæ, quã audire, aut celebrare tenebatur, eam ille exercet, abſq; alia ſua culpa ad mortem, ſi aliqua ex ea ſequeretur, directa.

Septimam, non eſſe irregularem ſcholaſticum, qui ſecum ad ſe lauandum in flumine ſocium rogatum deduxit, & inde eũdem ad vuas acres ex vineis furandas; licet ſocium aliquis canis rabidus in via morderet, & ex eo moreretur; q̃uis foret noſtro iudicio, ſi vinitor vineæ occideret, aut canis, qui vineam cuſtodiebat, morderet, & ex eo interiret. Quia in vno caſu illius culpa nullo modo ad illã mortem dirigitur, & in alio ſic.

Octauam, vnam mortem caſualem facere irregularem vnum, qui rei illicitæ operam dat, & aliam non. Es clericus, in ſtituis belli ſimulachrum; eques multos equites inuitas, vt ad tecum decurrendũ qui defenſor es, veniant; ex ictibus, aut prolapſione ex equo aliquis moritur; irregularis es; ſed ſi ex fulmine, aut bilis excandeſcentia moriatur, non es; quia quamuis mors caſualis tibi contigit, cũ in opere illicito verſareris, & ex ſua natura ad mortem directa, ſed nó ad illud mortis genus; quæ omnia quotidiana ſunt. Clarius exemplũ de eo, qui ſocios defert ad aliquam arcem illicite capiendam, & in via aliquem ſocium ei fulmen occidit, & in arcis ingreſſu cuſtodes aliũ ex huius enim morte irregularis, & ex illius non erit.

Nonam, & poſtremam, vt homicidiũ caſuale in rei illicitæ operam dante irregularitatem faciat, non eſſe neceſſe, qđ tam ordinata, & directa ad occidendum culpa ſit, vt ſæpius ex illa mors ſequatur. Satis enim eſt, vt aliquoties ſequi ſoleat; & vt ex arbitrio boni viri (quoniam quæ ſit eiuſmodi, indefinitum eſt a iure; qualia boni viri arbitrio committuntur [a] illius illiciti operis culpa ad mortem, aut mutilationem dirigatur, & ſpectet; ſicut ex prædictis illationibus, & per c. continebatur. c. Ioannes. c. presbyterum. de homic. conſtat.

[a] *C. de caſu fis. de offic. deleg. l. 1. ff. de iur. deliber.*

Ex quo ad Ieſum Chriſtum D. N. & glorioſiſſimam, atq; ſanctiſſimam gloriſiſſimæ Virg. & Matris auiam, & matré (cuius feſti anni 1556. celebrationem cum duodecima mediæ noctis Eccleſia paulo ante finiuit) omnis honor, & gloria perueniat. Amen.

FINIS.

GRE-

GREGORIVS

EPISCOPVS SERVVS, &c.

Ad perpetuam rei memoriam.

INter tanta negotiorum mole, qua Roman. Pontifex assidue premitur vix vitari potest, ne aliqua interdum exsiliant, quibus postea recognitis necesse est moderationis remedium adhibere. Cum itaq; alias sel. record. Pius PP. V. prædecessor noster auditis grauaminibus, quæ fratribus ordinum mendicantium ab ordinarijs locorum, & Parochialium Ecclesiarum rectoribus multis modis inferri dicebantur super sacris concionibus, & lectionibus habendis, confessionibus audiendis, pœnitentijs iniungendis, fratribus ad ordines promouendis, celebratione Missarum, cura animarum, sacramentorum ministratione, sepulturis, quarta funeralium, legatis, donationibus, eleemosynis, collectionibus, alijsque huiusmodi iuribus, nec non decimis, & diuersis oneribus, ac etiam super statu, ac regimine sanctimonialium ipsis fratribus subiectarum, reformatione processuum, censurarum publicatione, processionibus, præcedentia, locorum acquisitione, certisque alijs rebus tunc expressis, multa per quasdam suas literas pro dictis Fratribus non modo statuerit, sed & quæ iam in Concilio Tridentino decreta fuerant ad hæc pertinentia declarauerit: multaq; præterea priuilegia eisdem 17. Kalend Iunij Pontificatus sui anno secundo, & deinde illa diuersis ordinibus, &c. concesserit. Postea de vicarijs perpetuis Ecclesiarum quæ illis sunt vnitæ, &c. decreuerit. Demum animaduerso, quod illa multas lites, &c. inter eos, & ordinarios concitauerant, primum illa restrinxerit. Deinde plenius prouidens priores literas moderatus fuit, & alias instar earum concessas reuocauit, lites ad se aduocando. Postremo circa confessariorum regularium approbationem aliqua declarauerit. Nos hac varietate cognita, & infra, Statuimus de prædictis, & alijs omnibus literis & constitutionibus, quæ ab eodem prædecessore eisdem de rebus pro quorumcumque regularium, etiam Mendicantium ordinibus, & congregationibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus, & quibuscumque in eis contentis, eam deinceps dispositionem atque decisionem pro subiecta materia futuram esse, quæ siue ex iure veteri, siue sacris dicti Concilij decretis, siue alias legitime ante dictarum literarum, & constitutionum editionem erat, & si ipsæ non emanassent futura fuisset, ad quam dispositionem & decisionem, suumque pristinum statum, illa omnia reducimus. Quinetiam abrogamus omnia irritantia, & alia decreta, & quæcumque alia nostris statuto, ordinationi, & reductioni aduersantia. Decernentes illa pro infectis haberi, ac omnes lites, coram quibuslibet iudicibus, &c. mosas necdum decisas, & iam decisas, si modo tractum habeant successiuum, & futura dubia quandocumq; orientur, ad nos referenda esse. Necnon irritum, &c. Dat. Romæ Pontif. nostri anno primo.

Deo Iesu Christo, æterni Dei æterno filio, laus & gloria.

FINIS.

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL

os. El Papa Pio Segundo, siguien-
pa Ioan, criô y eligiò los Abreuia
a orden. Y no mucho tiempo de-
los desauthorizò, y deshizo. Y el
yò despues, y fue el primero que
llegios de Solicitadores y Essami
s mandò, que ningunas Bullas se
e siendo vistas y essaminadas por
difficultad en corromperlas. y vl-
ue Notarios del Fisco Apostolico
ò cierta réta. No dexarè tambien
tras Apostolicas selladas con plo-
contienen los Decretos y Ordena
ifices Romanos, se llaman muy dif-
porque bulè, en Griego quiere de-
de consejo: pero nosotros siguien-
re, mudamos la e en a, y dezimos
mos en musice, que dezimos musi-
al este vocablo con dos l l, le haze-
elegante. Mas es cierto, que ningu
auemos dicho augmentò tanto el
tifice Romano, como el vso de las
son mucho mas antiguas de lo que
thores modernos. Y llaman anna-
ta de hablar, los frutos del primer
el beneficio o prebenda que vaca,
ta. Y a la verdad, esta tassa, fue
beneficios que vacauan
Romano no tenia
essario

pestilencia, iustituyò y ordenò las Lætanias o Rogacio nes (como ya en otra parte lo diximos.) Y despues de esto, señalò ciertos dias en los quales se celebrassen los Officios Diuinos con gran solennidad en las Yglesias principales de la Ciudad, y que alli se hiziesse oracion cõ mucha humildad, para que cessasse aquel mal. Y por que el pueblo generalmente se juntasse en aquellos dias, y visitasse aquellos lugares, concedió y otorgò perdõ de sus peccados a todos los que se hallassen presentes en aquellas solennidades. Por lo qual, viniendo muchos de ay adelante, con gran acatamiento, a los Templos y Yglesias, hizieron sus oraciones con tanta deuocion, que merecieron ser libres de aquella enfermedad tan graue. Quedò de alli adelante para siempre aquesta costumbre, y es el dia de hoy tenida en tanto, que ninguna ay mas frequentada que la ciudad de Roma, y de todo el mundo concurre toda via mucha gente a esta Ciudad, los quales, luego que llegan a ella, la primera cosa que hazen, es visitar aquellos sanctos lugares donde se celebran estas sanctas estaciones. Y llamò Sant Gregorio a estos sacrificios solennes estaciones, con mucha razon, porque se celebran y ganan en ciertos dias señalados del año, y assi dize Festo Pompeyo, que las cerimonias y sacrificios, que se hazian y y celebrauan en ciertos dias señalados, se llamauã estaciones, porque no se mudauan, antes permanecian estables y firmes. Y por estas dezia Caton: Las estaciones guardaste, y los sacrificios y solẽnidades sanctas. Otros quieren que se ayan llamado estaciones a exemplo y semejança de los que estã en la guerra, porque de la mis-
[illegible] estos [illegible] sagrados o Ygle-

lados alos hombres de guerra quando estan velando Aunque a mi la primera sentencia me agrada mas. Despues desto, andando el tiempo, el Papa Bonifacio. 8. deste nombre, incitò y mouiò mucho la voluntad y aficion de los buenos a que visitassen estos sanctos lugares, porque el fue el primero que instituyò y ordenò el Iubileo en el año del Señor de Mil y trecientos, mediante el qual, concedio remission de todos los peccados, a los que visitassen la Yglesia de los Apostoles, y esto hizo a imitacion y exemplo dela Vieja Ley. Aunque parece auer sido diferente la razon que los Iudios tuuieron en celebrar el Iubileo, de lo porque al principio lo guardaron los nuestros, porque los Hebreos celebrauan de cinquenta en cinquenta años esta solennidad, y no como nosotros en el centesimo año. Y en aql año de Iubileo, se soltauan y perdonauã todas las obligaciones y cõtratos, y los sieruos y esclauos quedauan libres: y finalmente, no tenian otro cuydado sino era el de la libertad de los cuerpos, y entre nosotros se procura la libertad de las animas, que es mucho mejor y mas verdadera. Porque a la verdad, aquellos se pueden verdaderamente llamar libres, a quien son perdonados sus peccados Y el mismo Pontifice mandò y ordenò, que el Iubileo se guardasse y celebrasse cada cien años: lo qual parece auer hecho principalmente para apartar el pueblo Romano de la vana celebracion y festiuidad de sus juegos seculares, y reduzirlos ala verdadera y sagrada solennidad. Aquellos juegos Seculares fueron (segun testifica Festo) instituydos y ordenados en honra de Apollo y de Diana de cien en cien años, y assi dezia el pregonero: Venid a los juegos, que ningu

dezir chaire y los Latinos Salue, o s
Hebreos: Paz sea a ti. Desta man
vsan ahora los Obispos como de
desto luego al principio, vuo es
que escriuiessen las Letras Apost
cio, o si le lleuauan era muy poco,
ro del Saluador: De gracia lo rec
dad. Despues desto el Papa Iuan.
ñalò cierto numero de Escriptore
les escriuiessen las Letras Apostol
tandolas con su proprio ingenio
biessen algũ don o dadiua. Y el Pa
el primero que instituyò y señalò
pertenecen al cargo de la Penite
Apostolica, y juntamẽte cõesto cõ
auia de tener en escreuir las Letra
y costumbre de sellar las Letras A
mo, ha mucho tiempo que procur
procedido, y nunca lo he podido s
cierto, que en tiempo del Papa Ag
tificado, se augmentò mucho la ho
stolica (como lo mostramos en el
llos se imprimian en cera cõ el anil
tiempo, como el Pontifice Roman
gracias y priuilegios, porq̃ las Bul
mas durables, le parecio al Papa Z
al Papa Adriano. I. q̃ las Letras A
con plomo, lo qual fue en
DCCLXXII, qũ
Põtifice, no


1.778